Derechos Canonicos

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala 4
Estante 36
251

~~V.ª 2. 4~~

4

34-106

i21878985

R-12976

OPERVM
DIVI INNOCENTII
PONTIFICIS MAXIMI
EIVS NOMINIS III.

VIRI ERVDITISSIMI SIMVL
ATQVE GRAVISSIMI,

Tomus Secundus.

del Colegio Mayor de Cuenca

CONTINENS

Epistolarum cum Decretalium tum aliarum Lib. II.
Constitutionum Decretalium, Lib. V.

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. 3º C. 6 N. 31.

VENETIIS M.D.LXXVIII.

R-1575

OPERVM

DIVI INNOCENTII

PONTIFICIS MAXIMI

EIVS NOMINIS III.

VIRI ERVDITISSIMI SIMVL

ATQVE GRAVISSIMI

Tomus Secundus.

CONTINENS

Epistolarum cum Decretalium tum aliarum Lib. II.
Constitutionum Decretalium Lib. V.

VENETIIS M.D.LXXVIII.

INNOCENTII III.
PONT. MAXIMI
DECRETALIVM, ATQVE ALIARVM
EPISTOLARVM, TOMVS II.

DE LEGITIMA SVI ELECTIONE: QVAE VT FAVSTA, reipublicæq; salutaris existat, omnes Deum orare iubet.

LIBER PRIMVS.

INEFABILIS sapientia conditoris sic omnia, quę alto cõsilio simul ab æterno prouidit, per labentiũ temporum vices mirabili quadã dispositione dispẽsat, vt nec error in ordine, nec inopere sit defectus. cũ diuina scriptura testante cuncta fecerit in numero, pondere, & mẽsura, Licet ergo nihil in terra sine certa causa, propriaq; ratione disponat, imperfectũ tamen conditionis humanæ nõ solum in causis operum deficit perscrutandis, verumetiam in ipsis causarum operibus vix sufficit admirari. Quod vtique cõsiderans Apostolus exclamabat: O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quamuis enim vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas, & omnia opera eius iudicia sunt, testante propheta: vsque adeò tamen successus hominum humiliationẽ & exaltationem eorum dextera Domini, licet iusta, occulta tamen ratione procurat, vt causa nobis non modici stuporis existat, quod in regimine, potestatis, tumores quandoque senioribus anteponit. Vt iuxta Prophetam, filij nascantur pro patribus, qui super omnem terram principes constituti, dominici nominis recordentur: sicut de nobis ipsis à Domino factum est, & est mirabile in oculis nostris. Sanè felicis memoriæ Cœlestino patre, ac predecessore nostro VI. Id. Ian. viã vniuersæ carnis ingressõ, & in Lateran. basilica (sicut moris est) honorificè tumulato, fratres nostri, videlicet Episcopi, Presbyteri & Diaconi Cardinales, & nos ipsi cum eis simul in vnum secessimus, vt tanto licentius & tutius de substitutione Pontificis tractaremus, quanto tractatus ipse maiorem deliberandi copiam, & amplioris circunspectionis consilium requirebat. Cumque Missarum solemnibus in honorem sancti spiritus celebratis requisitæ fuissent omniũ voluntates, ad insufficientiam nostram oculos extenderunt: humano forsan æstimantes arbitrio, in sacculo Beniamin scyphum argẽteum inuenire. Licet plures ex ipsis ætatis, ordinis, & meriti ratione potuissent ad tantæ dignitatis apicem dignius euocari. Cuius siquidem dignitatis onus cũ insufficientia nostra penitus recusaret, vtpote nostris debilibus humeris importabile, sub illius tamen confidentia & exemplo, qui infirmitatem beati Petri trina prius negatione probatam, post trinæ confessionis vocẽ in gubernatione suarum ouium confirmauit. Quod personæ nostræ multiplex imperfectio denegabat, in ipsius contulimus voluntatem, fratrum nostrorum acquiescentes instantiæ: ne reluctatio diuturna dissidij pareret detrimentum, aut dispositioni diuinæ videretur aliquatenus obuiare: sperantes quod ille, qui dat omnibus affluenter, & non improperat: qui nouissimum fratrem virum vtique secundum

cor suum in regem de postfœtantes assumpsit, de lapidibus suscitabit filium Abrae, vocans ea quæ non sunt, tanquã ea quæ sunt: vt infirma eligens fortia quæque confundat. Nos igitur ecclesiasticæ prouisionis solicitudinem attumentes, & non modicum confidentes de vobis, quos nobis Dominus adtãtæ difficultatis onus leuius perferendum solicitudinis nostræ voluit esse participes: Vniuersitatem vestrã rogamus, monemus, & exhortamur in Domino, quatenus insufficientiã nostram vestris orationibus apud Dominum adiuuetis: & circa commissam nobis dominici gregis custodiam diligenter, & vtiliter vigilantes, defectum nostrũ humiliter supplere velitis: & iniunctam nobis ecclesiastici oneris grauitatem vigilanti studio comportare. Nos enim vos tanquam principalia membra ecclesiæ honorare intendimus, & in necessitatibus vestris (quãtum Dominus permiserit) adiuuare. Datũ Lateran. quinto Id. Ianuarij.

IN EVNDEM MODVM, ILLVSTRI Francorum Regi vsque ad verbum illud, assumentes. Vt in religione Catholica & Romana ecclesia obseruantia permaneat.

AC considerantes quantum regnũ Franciæ in ecclesiæ semper permanserit vnitate, tibi tanquam speciali ecclesiæ Rom. filio Literarum nostrarum primitias duximus destinãdas: serenitatem regiam rogantes, monẽtes, & exhortantes in Domino, & in remissionẽ tibi peccaminum iniungentes, quatenus sanctã Rom. ecclesiam matrem tuam taliter reuereri, & honorare procures, vt inclytæ recordationis L. patris tui vestigia in ipsius deuotione sequaris, & nobis ad apostolicæ sedis gubernationem Domino disponente assumptis humiliter & deuote (sicut decet principem Christianum) assistas. Nos enim in his, quæ ad honorem tuum spectant, quantum cum Domino possumus, libenter intendimus: & circa personam regiam paternæ germinus charitatis affectum.

IN EVNDEM MODVM ABBATIbus, prioribus, & alijs Religiosis in regno Franciæ constitutis, vsque ad verbum illud considerantes, Vt pro recentelecto Pontifice Deum orent.

CONsiderantes nos ex propria infirmitate deficere, nisi suffragijs vestris & pijs precibus apud Dominum adiuuemur, vniuersitatem vestram rogamus, monemus & exhortamur in Domino: quatenus apud eũ, a quo speramus dirigi gressus nostros, assiduis orationibus vestris insteritis: vt nos ad laudẽ nominis sui, & ecclesiæ incrementum, commissam nobis solicitudinem taliter implere concedat: vt & nos retributionis æternæ præmiũ mereamur, & populus nostræ gubernationi commissus in lege mandatorum eius per nos verbo proficiat, & exemplo. Nos enim vos tanquam speciales ecclesiæ filios, per quos nomen Domini dignius, & excellentius prædicatur, tanto amplius intendimus in vestris necessitatibus adiuuare, quanto in maiorem ecclesiæ redũdaret iniuriam, si iura vestra quorumlibet pateremur occupari.

PARISIENSI EPISCOPO, VT ILLVstrem Francorum Regem moneat, & inducat ad recipiendam Reginã vxorem suam, quam eiecerat.

CVm omnia orta occidant, & aucta senescant, ne operum Domini primitiæ penitus deperirẽt, posuit Deus sementem iuxta species suas in aliquibus creatorum, vt quæ secundum cursum tẽporis deficerent, in se ipsis in sua semente proficerent, & in reparatione sui generis vberius prosilirẽt. Sic etiã, ne homo ad imaginem Dei factus, & tam volucribus cœli, quam piscibus maris, & vniuersis animãtibus, quæ mouentur super terram, munere diuino prælatus in sterilem cinerem sterilis ipse rediret, formata muliere in auxiliũ eius de latere dormientis audiuit: Crescite & multiplicamini, & replete terram. Cum ergo ex tũc Adæ posteritas sibi inuicem iungi consueuerit fœdere nuptiali, vsque adeo in hoc ipsi cooperata est, & post lapsum parentis dextera cõditoris, vt iuxta illud euãgelicum: Quod Deus coniunxit, homo non separet: non humanæ adinuentioni, sed diuinæ auctoritati potius ascribatur matrimonij

monij sacramentum. Per quod (licet inter homines contrahatur) significatur tamen in Christo coniunctio ecclesiæ, ac animæ fidelis ad ipsum, iuxta illud Apostoli, Hoc aũt dico, magnum sacramentum in Christo, & in ecclesia. Vnde quantum in nobis est, ecclesiæ filii debemus summo studio præcauere, ne si quis impiè agens in se ipsum partem sui corporis, quia scindere omnino non potest, à se forsan auellere attentarit, animam suam à diuinæ bonitatis amplexibus effi ciat alienam, & propter hoc totam ecclesiam tãto amplius sibi reddat offensam, quanto minus prouidè figura desponsationis eius ad Christum, quantum in ipso fuerat, maculauit. Hæc aũt non ad instructionem tuam, quẽ diuinæ legis notitiam plenius nouimus obtinere, sed, vt intentionis nostræ vehementiam exprimamus, præsentibus literis duximus explicanda. Qui quãto charissium in Christo filium nostrum Philippum Francorum Regem Illustrẽ purius diligimus, & speciali quodam priuilegio intendimus amplius honorare, tanto infra nos ipsos fortius contristamur, & charissimã in Christo filiam nostram Francorum reginam illustrem, quanto in eo fuit, à se minus licite nixus est amouere. Ad cumulum præterea nostri doloris accedit, & cum vniuersi progenitores eius veri fuerint religionis Christianæ cultores, inter quos illustris memoriæ L. quondã Rex Franciæ pater eius præ cæteris sui tẽporis præcipuus diuinæ fuit legis amator, regia serenitas quam ipsi vellemus non minus in obseruantia mandatorum Domini, quam regni hæreditate succedere, contra salutem & famam suam dictã reginam à consortio thori remotam in remotis partibus regni Francorum (licet inter religiosas priuatas tamẽ personas) vitę suę cursum implere compellit. Licet autem felicis recordationis Celestinus Papa prædecessor noster apud eum potuerit obtinere, vt reginam ipsam in gratiam & beneuolentiam suam receptam ad regni consortium reuocaret, Nos tamen nõ de meritis nostris, sed diuina potius miseratione sperantes, & de puritatis tuæ solicitudine cõfidentes, quem literaturæ, honestatis, & consanguinitatis intuitu esse credimus in eiusdem regis oculis gratiosum, precum nostrarum primitias, per te ipsi ex parte nostra porrectas, ab ipso confidimus tanto libentius admittendas, quanto amplius de ipsius sumus salute soliciti, & per huius apostolicæ petitionis effectum nõ tam nostris cõmodis, quàm integritati sui nominis consuletur, Rogamus igitur fraternitatẽ tuam, monemus, & exhortamur in Domino, ac per apostolica tibi scripta mandamus, quatenus eundem Regem ex parte nostra diligẽtius moneas, & inducas, & in remissionem ei peccatorũ iniũgas, vt prædictam Reginam in plenitudinẽ gratiæ Regalis admissam, maritali studeat affectione tractare, Vt ad mẽtem reuersus, in laudem Domini cum Petro decantet, Nunc scio vere quia misit Dominus Angelum suum, & tulit me de manu Herodis, illius scilicet, qui, sicut olim animam pueri eius, hactenus sanguinẽ sitiebat. Verẽdum siquidem ei credimus, ne præter offensam diuinam, & humanã infamiam, irreparabilem etiam iacturam incurrat. Cum enim ex ea, quam contra interdictum ecclesiæ superduxit, legitimam nequeat sobolẽ procreare, si fortè (quod absit) vnicus eius filius rebus exiimeretur humanis, regnum eius ad extraneos deueniret, Qui quoniam eidem reginę sui negauit corporis potestatem, ipsius promerentibus culpis, multis angustiis irruentibus nũquam optata potuit felicitate gaudere, sed præter alias afflictiones tota gallicana prouincia famis fuit sterilitate percussa, & nisi quãtocius resipiscat, flagellum Dei contra se potest graui⁹ formidare. Quòd si forsan (quod absit) salubribus monitis tuis, quę sæpius iterari volumus apud ipsum, acquiescere non curarit. quantuncunq; nobis molestum existat eum in aliquo molestare, id non poterimus, sicut nec debemus sub dissimulatione transire. Huic aũt studio tanto diligentius debes insistere, & intẽtione omnimoda imminere, quãto creatori amplius tua in hac parte solicitudo placebit, & glorioſius etiã tibi erit, si per tuam instantiam fuerit Domino facientę completum, quod non potuit per ali-

quorum prudentiam, seu diligẽtiam hactenus adimpleri. Datum Lateran.

STRIGONIEN. ARCHIEPIscopo de dilatione voti sui pro negocio regni Vngariæ.

NOn est dicendus voti transgressor, qui, quod vouit, de auctoritate sedis apost. iusta tamen ex causa distulerit adimplere. Sane significauit nobis charissimus in Christo filius noster Henricus Vngariæ rex illustris, quod cum in regni turbatione consilium & auxilium tuum sibi senserit hactenus profuisse, vtilitati eius non modicum derogaret, si Hierosolymam (sicut ex voto teneris) regno pergeres impacato. Cum igitur nobis immineat de honore ipsius Regis, & statu regni Vngariæ solicite cogitare, fraternitati tuæ per apost. scripta mandamus, quatenus non prius iter arripias Hierusalem adeundi, quàm regnum ipsum fuerit tranquilitati pristinæ faciente Domino restitutum, vel super hoc receperis ab apost. sede mandatũ. Datũ Laterani.

EIDEM DE REFORMATIOne monasterij de Telequi.

CIrca reformationem monasteriorũ, & augmentum eorum tanto potius tenemur esse soliciti, & ipsorum grauaminibus præcauere, quãto ad nos specialius pertinet, & plantare religionem in Dei ecclesiis, & fouere plantatam. Verũ ad audiẽtiam nostram noueris peruenisse, q̃ monasterium de Telequi ad tantã dissolutionem ordinis, & temporaliũ rerum exinanitionem per prælatorũ est incuriam deuolutum, vt nec statutus in eo regularis ordo seruetur, nec fratres ibidem ad Dei seruitium deputati, congrue possint de ipsius redditibus sustẽtari. Volentes igitur vt idem monasteriũ in statum pristinum tuo studio reformetur, illud solicitudini tuæ quamdiu nobis, & successoribus placauerit, duximus cõmittendum, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus taliter ipsius reparationi studeas imminere, vt diuini nominis cultus in eo de die in diem potius augeatur, & fratrum necessitatibus vitæ necessaria cõgrue ministrẽtur. Datũ Lateran.

ABBATIS. MART. DE CONspiratione facta contra Henricum regem Vngariæ.

EX literis, quas charissimus in Christo filius noster Henricus Vngariæ rex illustris ad sedem apostolicam destinauit, nobis innotuit, quòd contra serenitatem regiam cum nobili viro Aduce fratre ipsius temere conspirasti, cui etiã adhuc diceris inhærere. Cum igitur felicis memoriæ Celestinus Papa prædecessor noster sub pœna excõmunicationis vniuersis in Vngaria constitutis curauerit inhibere, ne dicto duci contra salutẽ regiam consilium darent aliquod, vel iuuamen, nos tibi, quem publica fama contra ipsius prædecesseris nostri prohibitionem (sicut dicitur) venisse demonstrat, salutationis alloquium denegantes, ad nostram duximus præsentiam euocandũ, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus vsque ad festum exaltationis sanctæ crucis proxime venturum nostro te conspectui repræsentes, ad obiecta sufficienter, & rationabiliter responsurus. Datum Laterani.

FERRARIEN. EPISC. DE OBseruatione constitutionum factarum ab ipso in monasterio de Nonantul.

CVm ecclesiæ per orbem vsquequaq; diffusæ ab apostolica sede tanquã a suo capite magisterium recipiant, & doctrinam, & stabilitatis debitæ munimine roborentur, expedit nobis, qui ad ipsius regimen sumus (licet insufficientes) Domino disponente vocati, vt sic ad vniuersas ecclesias nostræ considerationis aciẽ extendamus, earumq; commodis, & profectibus imminere curemus, quod, illo auxiliante, qui est omnium bonorũ largitor, debitus illarum status per aliquorum insolentiam perturbari non possit, nec contrariis casibus subiacere, sed tam temporalibus, quàm spiritualibus semper proficiant institutis. Audiẽtes sane, sicut tuarum nobis tenor aperuit literarum, studium, & diligentiam, quam circa releuationem Nonantulanensis monasterii, quod multorum asseritur debitorum onere prægrauatum, & tam in tẽporalibus, quàm in spiritualibus nõ modicum

dicum imminutum, impendere procura sti, multa fuimus exultatione repleti, so licitudinem tuã magnis in Domino lau dibus commendantes, quam & ipsius ab batis nuncius in præsentia dilectorum fi liorum P. tituli sanctæ Ceciliæ presbyte ri, & G. sanctorum Cosmæ, & Damiani diaconi Cardinalium, quos ei concessi mus auditores, laudabiliter commenda bat, asserens tamen, q̃ idem abbas contra ordinationem tuã in nulla venerat, aut venire volebat. Nos igitur ratum haben tes, & firmum, quod circa quasi desperatam curationem supradicti monasterii à te laudabiliter statutum esse dignoscitur præsentium tibi auctoritate mandamus, quatenus constitutionem in eodem mo nasterio per tuam prudentiam factam ir refragabiliter facias obseruari. Contradi ctores, sicut expedire videris, ecclesiasti ca censura compescens. Verum quia præ fatum monasterium de negligentia, & gradi culpa præsidentis abbatis ad horri bilem diminutionẽ, & inopiam asseritur deuolutum, vt omnis occasio scandalo rum tollatur de medio, & locus ille rece pto peroptato reformationis solatio va leat aliquando respirare, volumus, atque mandamus, vt si prædictus abbas (sicut tuis literis intimasti) ordinationem tuã impediuit aliquatenus, vel turbauit, præ sertim cum manifeste sit de dilapidatio ne suspectus, ac etiam infamatus, eum vs que ad persolutionem debiti à monaste rio ipso localiter, & ab ipsius administra tione amoueas, & in cælla, quæ est Pa duæ, facias in necessitatibs prouideri. Quod vtiq; si ipse adimplere forte con tempserit, eum ad id omni contradictio ne, appellatione, & excusatione cessante per censuram ecclesiasticam auctoritate nostra compellas. Dextrariis autem, & aliis equis, quos idem abbas habere di gnoscitur, in manibus tuis receptis, & ve nalitati suppositis, vt de illorum precio pars debiti (prout expedit) persoluatur. Præterea noueris ad nostram audientiã peruenisse, quòd postquã N. monachus præsentium lator ad Romanam eccle siam iter arripuit veniẽdi, prætaxatus ab bas in contemptum apostolicæ sedis, & nostrum, cũ officio beneficioq; pro sua voluntate suspendit, & administratione, quam habebat in cælla, quę est apud Fer rariam, eundem sua temeritate priuauit. Quod vtiq; graue admodũ, & molestũ feretes, fraternitati tuæ per præsentia scri pta mandamus, quatenus, si verũ est qđ asseritur, officium, & beneficiuũ, nec nõ & administrationẽ, quã idẽ monachus prius noscitur habuisse, illi auctoritate nostra restituas, & facias pacifica posses sione gaudere. In expensis etiam mode ratis, quas veniendo ad Romanam eccle siam fecisse perpenditur, de bonis mona sterii eidem facias prouideri. Datum La terani, vi I. nonas Februarii.

ILLVSTRI REGI VNGARIAE, de transferendo Monasterio, quod B. quondã comes de Bichor ædificare incœpit ad loca tutiora.

EAm de serenitate regia fiduciam ob tinemus, vt quæ à nobis postulat, iu ste posse credamus, & honeste compleri, ea propter charissime in Christo fili tuis precibus annuentes, monasterium illud quod B. quondam comes de Bichor ædi ficare incœpit, & morte præuentus con summare nõ potuit, in locum tutiorem, & magis idoneum transferendi, si de as sensu diœcesani episcopi fieri poterit, li beram tibi concedimus auctoritate apo stolica facultatem. Nulli &c.

NOBILI VIRO A. DVCI, DE PRO secutione voti Regis Vngariæ patris sui defuncti.

LIcet vniuersis liberum sit arbitrium in vouendo, nec necessitas in votis locum habeat, sed voluntas, vsq; adeo ta men solutio necessaria est post votũ, vt sine propriæ salutis dispendio alicui resi lire non liceat ab his, quæ sponte, ac solẽ niter repromisit. Accepimus siquidẽ, q̃ cum inclitæ recordationis B. quondam rex Vngariæ pater tuus ageret in extre mis, & de sua penitus conualescentia de speraret, votũ quo vouerat Domino, Hie rosolymitan prouinciam in forti manu, & brachio extento, corde tamen humili, & humiliato spiritu, visitare, sub inter minatione maledictionis eternæ cõmis sit tuæ fidei exequẽdum, & tu intellecta pia voluntate parentis, assumpto crucis signaculo, te id impleturũ sine dilatione

qualibet promisisti. Verum eodem patre tuo sublato de medio cum Hierosolymitanum iter te accipere simulasses, assumptæ peregrinationis oblitus, quam cõtra inimicos crucis dirigere debeueras, in fratrem tuum, & regnum Vngariæ conuertisti aciem bellatorum, & multa contra serenitatem regiam malignorum vsus consilio cõmisisti. Nos autem, quos diebus istis ad Pontificatus officium (licet immeritos) Dominus euocauit, tam paci regni Vngariæ, quàm tuæ volentes saluti consulere, nobilitatem tuam rogamus, monemus, quatenus postpositis cæteris solicitudinibus vsque ad festũ exaltationis sanctæ crucis proxime venturũ, debitum acceptæ crucis exoluens, propositum iter arripias, & humiliter prosequaris. Ne si onus tibi à patre iniunctum, & à te sponte susceptum occasione qualibet detrectaris, paterna te reddas successione indignum, & hæreditatis emolumento priueris, cuius recusaueris supportare. Sciturus ex tunc anathematis te vinculo subiacere, & iure quod tibi, si dictus rex sine prole decederet in regno Vngariæ, competebat ordine genituræ priuandum, & regnum ipsum ad minorem fratrem tuũ appellatione posposita deuoluendum. Datum Laterani, IIII. Calend. Februarii.

HIEROSOLIMITANO PATRIARchæ, & suffraganeis eius de promotione Domini nostri Papæ, & negocio terræ sanctæ.

REx regum, & Dominus dominantium, qui prodigia facit in cœlo sursum, & in terra deorsum, omnipotentiæ suæ iugiter operatur indicia, ecclesiam suam per varias substitutiones pontificum mirabiliter innouans, & noua sem per prole fœcundans, & sic senium eius sua virtute consumens, vt his, qui fideliter in ipsius regimine militauerant, ad æternæ felicitatis brachium euocatis, filios suscitet in parentes, & in nouam infantiam rubiginem trãsferat vetustatis. Inter cætera siquidem incomprehensibilia diuinæ dispositionis iudicia, & inuestigabiles vias eius magnæ miserationis esse credimus argumentum, quod sic à tædio solicitudinum, & curarum momẽtaneæ mortis compendio prædecessores pro meritis responsurus absoluit, vt egenum de puluere suscitatum, & pauperẽ erectum de stercore sedere faciat cum principibus, & soliũ Petri, quo nihil est inter homines gloriosius, obtinere, vt post vespertinos fletus lætitia matutina succedat, & ecclesia super parentis obitu de substitutione filii consoletur, sicut diebus istis de nobis à Domino factum est, & est mirabile in oculis nostris. Sane felicis memoriæ Celestino patre, ac p̃ decessore nostro VI. Idus Ianuarii viam vniuersæ carnis ingresso, & in Lateran. basilica honorifice tumulato, tanta fuit inter fratres nostros super pontificis substitutione concordia, vt eo cœlitus ipsorum desideriis aspirante, qui facit vtraq: vnum, & concurrentes parietes in se angulari lapide copulauit, omnes vniuersaliter vnum saperent, & idem singulariter postularent, nos in summum pontificem in ipso die depositionis eiusdẽ præcessoris nostri vnanimiter assumentes. Nos autem in eo ponentes spem nostram, qui beatum Petrum in gubernatione suarum ouium confirmauit, & apostolis repromisit, dicens, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi, ecclesiasticæ solicitudinis onus (licet sufficientes) assumpsimus, non de nostris meritis, sed diuina potius miseratione sperantes, quę vocat ea, quæ non sunt tanquam ea, quę sunt, & perficit laudem ex ore infantiũ, & lactentium. Attendentes igitur quàm alto diuinitatis consilio Deus rex noster ante secula salutem in medio terræ diguatu se stoperari, soluens in ea septẽ libri signacula, quem nemo potuit aperire, nisi Leo de tribu Iuda, Vos qui terram ipsam suscepistis ab eo spiritualiter gubernandam, specialiter per literarum nostrarum primitias duximus visitandos, monentes attentius, & exhortantes in Domino, vt flagellum, quo vos, & in vobis totam ecclesiam Dominus visitauit, patienter, & humiliter supportantes, id nostris, & vestris meritis imputetis, qui peccatorum nostrorum clamoribus indignationem eius nunquam desistimus prouocare. Certos enim nos prophetica

phetica reddit auctoritas, quòd si ambulassemus in lege Domini, & veram spei nostræ fiduciam posuissemus in eo, qui respicit terram, & facit eam tremere, tangit montes, & fumigabunt, vnus nostrum mille, & duodena millia hostium effugasset. Vt igitur dolor noster & vester in lætitiam, & tristitia in gaudium conuertatur, immolemus Domino super aram cordis intentionem, & super altare corporis opera nostra, quæ sua sunt, non quæ nostra quærentes. Ni si enim piis orationibus, & nostris, & vestris actibus indignatio fuerit diuina placata, nec residuum terræ natiuitatis eius tueri poterimus, nec insultus hostium sustinere, quinimmo residuum locustæ brucus assumet, & fient nouissima deteriora prioribus. In ieiunio igitur, & fletu, & planctu, in operibus pietatis, in charitate non ficta, in corde contrito, & humiliato spiritu reuertamur ad Dominũ Deum nostrum, qui pius est, & misericors, & præstabilis super malitia, commissos nobis populos verbo pariter, & exemplo ad pœnitentiam inuitantes, vt nostris operibus, & intentione placatus, non det hæreditatem suam in opprobrium, & in dominium nationum, ne forte consentiant aduersarii nostri, & dicant, Manus nostra excelsa, & nõ Deus, fecit hæc omnia. Nos enim propositum gerimus, & habemus in votis quantum ille permiserit, à quo speramus dirigi gressus nostros, ad subuentionem vestrã efficacius laborare, & liberationi Hierosolymitanæ prouinciæ (si datum fuerit desuper) solicitius imminere. Datum Laterani.

INEVNDEM FERE MODVM Maguntin. Archiepiscopo, & episcopis de regno Alemaniæ in vltramarinis partibus constitutis vsque in finem.

ROgamus insuper, & fraternitatem vestram monemus, & exhortamur in Domino, ac per apostolica scripta mãdamuus, & in remissionem vobis iniungimus peccatorum, quatenus scutum fidei, & salutis galeam assumentes, prælium Domini studeatis viriliter, & efficaciter præliari, de cælo auxilium, & nostrum etiam subsidium expectantes. Credimus etenim, & pro certo tenemus, quòd si corda vestra pœnitentiæ fuerint medicina purgata, & non in multitudine, ac fortitudine vestra spem posueritis, sed in Deo, Philisteos Israelitæ fugabunt, & in loricatum Goliam Dauid inermis in funda, & lapide prævalebit. Datum Laterani.

DVCI LAVANNIAE LANTgrauio Duringiæ, & Alijs de regno Alemaniæ in vltramarinis partibus constitutis, vt sint feruentes in seruitio IESV Christi.

QVanta sit circa genus humanum benignitas conditoris, primæ creationis opera, & recreationis miracula, quæ in fine seculorum dextera Domini voluit operari, immo etiam vniuersa, quæ in cœlo sunt, & in terra testantur, cum hominem ad imaginem suam creatum, diuinitatis suæ voluerit esse participem, omnia subiiciens sub pedibus eius, oues, & boues vniuersas, insuper & pecora campi, & tandem, vt ruinam nostram repararet, post lapsum proprio filio suo non pepercerit, sed pro nobis omnibus tradiderit illum in crucis altario immolandum, & cum iniquis eum permiserit reputari. Vnigenitus siquidem Dei filius, vt hominem perditum ad regna cœlestia reuocaret, à dextra patris in inferiores partes tetræ descendẽs, exinaniuit semetipsum, formã serui ãccipiens, & se vsque ad mortem humilians, pro nobis crucis non dubitauit subire tormentum. Quid igitur retribuemus Domino, pro omnibus quæ retribuit nobis? Sane nec tribulatio, nec angustia, nec fames, nec nuditas, aut gladius, ab ipsius nos debebit, aut poterit charitate diuellere, si exuberantiam beneficiorum eius circa nos misericorditer habitam internæ considerationis oculis attendamus, quinimmo secundum prophetam, Calicem salutaris seruus accipiet, & nomen Domini inuocabit. Hoc vos diligentius attendentes, vt illud euangelicum impleretis, Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me, assumpto crucis signaculo ad vindicandam iniuriam IESV Christi, Hierosolymam

solymam petiuistis ad nationes illas inhumanas, & barbaras in digito Dei fortius edomandas, quæ illorum etiam fæuitiã (quod peccatis nostris ascribimus) sunt in nos sæuiendo trãsgressæ, quibus propheta imprecando declamat, Deus venerunt gentes in hæreditatem tuã &c. vsque, sepeliret. Rogamus igitur discretionem vestram, monemus attentius, & hortamur in domino, & in remissionem vobis iniungimus peccatorum, quatenus assumpti laboris grauitate studeatis taliter adimplere, prælium Domini præliantes, vt vestris exigentibus meritis, de cælo vobis auxiliũ ministretur. Cum enim abnegatis desideriis carnis, Domino proposueritis in puritate cordis & corporis militare, cauendum vobis existit, ne contra votum à vobis in terra vestrę natiuitatis emissum, in terra peregrinationis vestræ, vbi steterunt pedes Domini, per immissionem malorũ angelorum consensu parui operis venia tis. Et per hoc modicum fermenti totam massam corrumpens, eum vobis reddat offensum, sine quo nec residuum terræ natiuitatis Domini tueri poteritis, nec incursus hostium sustinere. In eo igitur, & non in vestra multitudine confidentes, qui docet manus vestras ad prælium, & digitos vestros ad bellum, qui cõterit bella, qui currum, & exercitum Pharaonis proiecit in mare, state in fide, viriliter agite, Philistinorum aciem expugnãtes. Nos enim &c. vt suprà. Datum Laterani.

ELECTO, ET DECAN. ET MAG. N. de Leuennes Can. Cameracen super cognitione causæ, quæ inter Præmonstratensem, & Prumiensem ecclesias vertitur super possessionibus de Hanapia.

IN nostra presentia constituti dilecti filii magistri Iac. & N. Atrebaten. procuratores Prumiensis ecclesiæ ex parte abbatis, & conuentus de rato literas exhibẽtes, contra Præmonstratensem ecclesiam proposuere querelam, asserentes, q̃ cùm causa, quæ inter ipsas ecclesias super possessionibus de Hanapia vertebatur, dilectis filiis G. præposito S. Gereonis, R. & S. magistri Colonien. ab apostolica sede commissa fuisset, ipsi in possessionem rerum, de quibus vertebatur quæstio, Prumiensem ecclesiam induxerũt. Præmonstraten. verò appellatione interposita, recedentes ipsam non fuerunt infra biennium prosecuti, propter quod Prumien. circa finem biennii confirmationẽ possessionis suæ à sede apostolica impetrarunt. Elapso verò biennio ad I. quondam Cameracensem Episcopum & dilectum filium abbatem sancti Bartol pro Præmonstratensi ecclesia fuit commissio impetrata. Sed memorato Episcopo viam vniuersæ carnis ingresso per ipsos non fuit quæstio terminata. Prædicti autem Prunien. subsequenter a felicis recordationis Celestino prædecessore nostro ad dilectum filium abbatem sancti Victoris, & bonæ memorię P. cantorem Parisien. literas impetrarũt, in quibus cõtinebatur expressum, quòd ipsi factum Colonien. iudicum facerent obseruari. Sed quia prædictus Cantor tunc temporis sedem apostolicam personaliter visitabat, in illius mandati non fuit executione processum. Tandem vero Præmonstraten. causam eandem venerabili fratri nostro episcopo, & dilectis filiis cantori Atrebaten. & abbati sancti Bartholomæi Nouiomen. obtinuere committi, qui post inhibitionem prædictorum abbatis sancti Victoris, & cantoris Parisien. & post appellationem à procuratore Prumien. ecclesiæ legitime interpositam, dictos Præmonstraten. causa rei seruandæ in possessionem rerum, de quibus erat controuersia, induxerunt. Cæterum dilecti filii abbas Calmoten. Geruasius, & Robertus canonici, & nuncii Præmonstraten. ecclesiæ ex parte abbatis, & Conuentus Præmonstraten. literis de ratihabitione exhibitis, econtra pro sua ecclesia proponere curauerunt. Quod antequam supradicti iudices Colonien. sententiam pro ecclesia Prumien. proferent, eo quòd propter quosdam minas in præsentia iudicum factas, & eorum officio non repressas, aduocatum coram ipsis habere non poterant. & quia extra prouinciales iudices trahebantur, ad sedem apostolicam appellarunt. Cuius appella-

tionis

tionis suffragio illam dictam dicunt sententiam non tenere, tum quia ijdem iudices, lite nondum contestata coram eis absente parte aduersa de proprietate decerunt sententiam, tum quia Præmonstraten. ad prosecutionem appellationis infra biennium specialem nuncium direxerunt. Præterea præfati Camera censis episcopus, & abbas sancti Bartholomæi, quibus causa fuerat delegata partibus legitime citatis, præsentibusque earum procuratoribus legaliter ordinatis, ab eisdem Præmonstraten. testes ad infirmandam dictam sententiam receperunt. Quorum attestationem episcopus, & cantor Atrebaten. & abbas sancti Bartholomæi Nouiomen. auctoritate suffulti, de mandato apostolico sententiam Colonien. iudicum reuocantes, iudicauerunt Præmonstraten. possessionem rerum, de quibus fuerat litigatum, debere, sicut ante litem possederant, quietè, & pacificè possidere. Nolentes igitur, vt eiusdem causæ decisio vlterius prorogetur, prædictorum omnium inquisitionem, & decisionem canonicam vestræ duximus experientiæ committendam, per apostolica vobis scripta districte præcipiendo mandantes, quatenus partibus ad vestram præsentiam conuocatis, & inquisita super præmissis, & alijs omnibus, quæ inter se super eodem negocio duxerint proponenda, diligentius veritate, tam principalem, quàm incidentes quæstiones, sublato appellationis obstaculo, fine canonico termine tis, facientes quod exinde duxeritis statuendum, per censuram ecclesiasticam inuiolabiliter obseruari. Si qua vero partium legitime citata præsentiam vestram adire, vel iudicio parere contempserit, vos nihilominus, quantum de iure poteritis, & probationes præsentis partis recipere, & in causæ cognitione, ac decisione procedere non tardetis. Nullis literis obstantibus, si quæ appa ruerint præter assensum par tium à sede apost. impetratæ. Quòd si omnes &cæt.

Datum Lateran. ij. no nas Febr.

P. BASILICAE XII. APOSTOlorum, & B. tituli sancti Petri ad vincula presbyteris Card. ap. sedis Legatis super colligationibus factis cum episcopis, & consulibus ciuitatum Thusciæ.

CVM apostolica sedes quasi lucerna super candelabrum sit disposita, nec ciuitas possit abscondi, quæ supra montem est constituta: nos, qui ei (licet immeriti) præsidemus, diligẽti debemus cura satagere, quatenus luceat lux nostra coram hominibus, vt videtes opera nostra bona, glorificẽt patrem luminum, à quo bona cuncta procedũt. Nos enim debemus esse sal terræ, quod si sal euanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet vltra, nisi vt foras emissum ab hominibus conculcetur. Absit igitur à sedis apostolicæ puritate, vt, cum Deus virgam peccatoris non dereliquerit, supra sortem iustorum ad colligationes illicitas cum operantibus iniquitatem declinet, quin potius dissoluat colligationes impietatis, q̃ oluat fasciculos deprimentes. Sane cum dilectus filius prior sancti Fridiani nobis, & fratribus nostris tractatum illum, quem cum episcopis, & consulibus ciuitatum Thusciæ habuistis, & verbis exposuisset, & ostẽdisset in scriptis nõ modica sumus admiratione commoti, cum forma colligationis huiusmodi in plerisq; cap. nec vtilitatem contineat, nec sapiat honestatẽ. Immo cum ducatus Thusciæ ad ius, & dominium ecclesiæ Rom. pertineat (sicut in priuilegijs ecclesiæ Rom. oculata fide perspeximus cõtineri) nulliam inter se sub nomine societatis colligationem facere debuissent, nisi saluo p̃ omnia iure, pariter & auctoritate sacro sanctæ Ro. sedis, quæ (disponente Domino) cũctorum fidelium mater est, & magistra. Cum & illud debuissent attendere, quod infirmum erit pentus ædificium, quod super hoc fundamẽtũ non fuerit stabilitũ. Quocirca discretionem vestram rogamus attẽtius, & exhortamur in domino, quatenus, sicut viri prudentes, & prouidi, ad profectum, & honorem tã ecclesię Rom. quàm Thusciæ solicitius intendatis, & vt vobis nostræ voluntatis propositum elucescat, dilecto filio. N. latori præsentium super his, q̃ vobis ex parte nostra duxerit proponenda,

ponenda, indubitata fide credatis. Nos enim firmum gerimus in voto propositum, à quo nec mors, nec vita nos poterit separare, fideles & deuotos ecclesiæ de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta diligere, & contra malignas opprimentium insolentias apostolicæ protectionis clypeo defensare. Datum Lateran.

CAPITVLO SANCTAE ANAstasiæ, vt electus per potentiam laicalem intrusus cassetur, & alius de licentia apostolica deligatur.

EX illo singularis excellentiæ priuilegio, quod vnigenitus Dei filius IESVS Christus Apostolorum principi Petro concessit, sanctorum patrum post modum instituta manarunt, vt maiores causæ ad sedem apostolicam perferentur, quatenus quid super eis deberet statui, circumspecta ipsius responsio declararet. Cum igitur in ecclesia vestra, quæ sub obedientia sedis apostolicæ perueseuerans græcorum hactenus, & ritum seruauit, & linguam, per laicalem potentiam præter nostram auctoritatem, & electionem vestram non tam latinus, quàm barbarus sit intrusus, Nos de fratrum nostrorum consilio intrusionem ipsam irritam decernentes, ne diutius pastoris solatio vestra careret ecclesia, vobis humiliter postulantibus secundum statuta canonum, & antiquam eiusdem ecclesiæ consuetudinem liberam concedimus licentiam eligendi, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus talem vobis in pastorem electione canonica præferatis, qui non minus prodesse desideret, & nouerit, quàm præesse. Datum Lateran. VIII. Idus. Februarii.

CAPVAN. REGIN. ET PAnormitan. Archiepiscopis, vt dent operam ad remouendum intrusum, & alii eligendum. His scriptum est in eundem fere modum, vt supra, vsq; ad verbum illud, eligendi.

VNde fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus ad hoc diligenti solicitudine laboretis, vt dictus intrusus à memorata remoueatur ecclesia, & ab ipsius Capitulo electio possit ea canonica libere celebrari. Datũ Lateran. V. Idus. Februarii.

ILLVSTRI ROMANORVM IMperatrici semper angustia, vt in ipsa electione impedimentum non præstet.

SI creditas tibi regendorum populorũ habenas laudabiliter moderari desideras, & concessam tibi à Domino terrenæ iurisdictionis potentiam benigniùs exercere, ei necesse habes, vt seruias, cui seruire regnare est, & per quem gressus tui semper in melius dirigentur. Verum si eum tota intentione dilexeris, eam te oportet solicite venerari, & conseruare in statum debitæ libertatis, sub cuius capite leua eius, & quam dextera eius (sicut in canticis legitur) amplexatur, cuius zelus comedit eum, & iniuria non modi cum prouocat ad vindictam. Cum autem ex illo singularis excellentiæ priuilegio, &c. fere in eundem modum, vt suprà vsque ad verbum eligendi. Ideoque serenitatem tuam rogamus, monemus, & exhortamur in Domino, ac in remissionem tibi. iniungimus peccatorum, quatenus nullius impedimenti obstaculum interponas, quo minus electionem possint canonicam celebrare, cum ad eum solùm haberi debeat in electione respectus, cuius ministerio qui assumitur, alligatur. Datum Lateran. V. Idus Februarii.

PARISIEN. EPISCOPO, VT licetat presbytero Michaeli in sacerdotij officio ministrare, non obstan. quòd ad euitandum lepræ periculum virilia sibi fecit abscidi

EX parte dilecti filii Michaelis presbyteri fuit in audientia nostra propositum, quòd cum sibi sentiret lepræ periculum imminere, de consilio medici virilia sibi abscidit, vt posset à tam grauis infirmitatis vitio liberari, & vt prouideremus ei super executione sui officii, à nobis humiliter postulauit. Quoniam igitur canones sanctorum patrum huiusmodi à sacri altaris administratione non prohibent, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus, si rei veritas ita se habet, & memoratus Michael

C. Ex parte, de corpore vitiatis.

Michael alias idoneus est, vt sui officii ministerium exequatur, nullius contradictione, vel appellatione obstante, auctoritate fretus apostolica liberam ei tribuas facultatem. Datum Lateran. iiij. Idus Februarij.

EPISCOPO ET ABBATI SANCTI LVpi Trecen. vt recepta à G. presbytero canonica purgatione de crimine homicidij sibi obiecto ipsum absoluat, si legitimus accusator non comparuit, & crimen notorium non existit.

ACcedens ad præsentiam nostram G. presbyter lator præsentium tam relatione sua quam literis quorundam abbatum, nostro apostolatui demonstrauit: quòd cum inter ipsum, & quendam alium clericum quæstio verteretur, & idē clericus aduersarius suus ad diem assignatam sibi ad præsentiam iudicum properaret, & fuisset in itinere interemptus. Venerabilis frater noster Senonen. Archiepiscopus habens eundem presbyterum suspectū super occisione clerici memorati, licet contra illum nullus apparuerit legitimus accusator, & ipse paratus esset canonice suam innocentiam demonstrare, in eum tamen suspensionis officij sententiam promulgauit. Quoniam igitur (sicut iustum non est, vt culpabiles absoluantur, sic esset a iuris tramite alienū, si puniret iudicij seueritas innocentes) discretioni vestræ præsentium auctoritate mandamus: quatenus si contra prædictum presbyterum super homicidio legitimus non coparuerit accusator, & crimen notorium non existit, vos ab eo canonica purgatione recepta, latam in eum sulpensionis sententiam de auctoritate sedis apostolicæ relaxetis, nec permittatis eum super prædicto homicidio vlterius indebite molestari. Si vero de homicidio confessus fuerit legitimè vel conuictus, vos ei sublato contradictionis, & appellationis obstaculo, pœnam canonicam infligatis. Quod si ambo tu frater episcope, &c. Datum Lateran. iiij. Non. Februarii.

ARCHIEPISCOPO, ET ARCHIDIACOno Tranen. super transactione habita inter episcopum, & canonicos Vestanenses de quadam episcopali capella, & rebus alijs.

SIgnificantibus dilectis filiis Vestanen. canonicis, nostris est auribus intimatum: quod cum Vestanen episcopus fuisset olim ab ipsis in præsentia Celestini bonæ memoriæ prædecessoris nostri super ecclesiastica dilapidatione conuentus, & de causa ipsa extitisset plurimum disceptatum ad transactionē de vtriusque partis assensu postmodum venientes, promisit dictus episcopus thesaurum ecclesiæ, videlicet capellam episcopalem quinquaginta vncias auri, & amplius valentem, & pannos sericos octo cum priuilegio ecclesiasticæ libertatis restituere, & quædam alia adimplere: sicut in authentico scripto in presentia prædicti prædecessoris nostri exinde confecto, & auctoritate sedis apostolicæ confirmato plenius continetur. Quam transactionem non curauit prædictus episcopus postmodum obseruare, nec præfatum thesaurum, sicut promiserat, restituere: immo deteriora prioribus agens, duas ecclesias sancti Ioannis & sancti Iacobi, quas dilectus filius Petrus Vestanus archidiaconus diu in pace possederat, contra tenorem prædictæ transactionis monasterio Trimitan. dicitur concessisse, & clericos suos officiis, & beneficiis, prætermisso iuris ordine, spoliasse, manibus in eos sæpe violenter iniectis. Cumque hæc, & alia à prædicto archidiacono coram dilecto filio P. sanctæ Mariæ in via lata diacono Cardinale, tunc apostolicæ sedis Legato proposita fuissent, contra episcopum memoratum, & in eius præsentia vtraque parte præsente causa diutius agitata, ad hanc transactionem voluntarie deuenerunt, vt Vestan. episcopus ante omnia primam transactionem apud sedem apostolicam factā studeret modis omnibus obseruare, & thesaurum memoratum ecclesiæ suæ restituere non differret, prædictasq; ecclesias Trimitan. iniuste concessas, vel ip-

se

se reuocaret, vel archidiacono prędicto ad eas daret consilium, & auxilium reuocandas. Res etiam sancti Nicolai idem episcopus B. Primicerio, & L. sacerdoti dimitteret de cætero procurare, & quartā decimationum fabricis ecclesiæ deputatam suis vsibus decætero minime applicaret. Quæ si non faceret, foret dictus episcopus diuino officio alienus, prout in instrumento coram eodem Cardinale confecto apertius cōtinetur. Cum autem nec primam, nec secundam translationem minime præfatum episcopum obseruare memorato prædecessori nostro ipsi canonici intimassent addentes etiam quod in cœna domini Ecclesia Vstan. dimissa ad Sipotinensem ecclesiam se ad conficiendum crisma transtulerat, & ibidem illud existente secum in altari Lauellen. episcopo tunc excommunicato confecerat, eum antedictus prædecessor noster pontificali officio, & ecclesiastica administratione suspēdit, dans ei firmiter in mandatis, vt in festo sancti Lucæ præteriti anni se suspensum suo conspectui præsentaret, super prædictis criminibus plenarie responsurum. Quod si non faceret, scirat in se perpetuæ depositionis sententiam proculdubio proferendā. Episcopus siquidem mandatum apostolicū vilipendens, nec venit, nec pro se curauit mittere responsalem suspensionē apostolicam, & prædicti cardinalis interdictum contemnēs penitus obseruare. Proponitur insuper episcopus memoratus de clericis in curia imperiali depositis querelas, & cōtra sæpe dictum archiadiaconum falsas literas confinxisse, occasio ne quarum ipsum archidiaconatus beneficio, & loco nequiter multo tēpore spoliauit. Quoniam igitur hæc non sunt à nobis clausis oculis transeunda, prædictorum inquisitionē vestræ discretionis examini duximus committendam, per apostolica vobis scripta mandantes quatenus vocatis ad præsentiam vestram qui fuerint euocandi, inquiratis de præmissis diligētius veritatem, & omnia in scriptis fideliter redigentes, nobis eadem vestris signata sigillis mittere non tardetis. Datum Laterani.

MEDIOLANENSI ARCHIEPISCOPO vt liceat ei illos in Ecclesia sua ad diaconatum, & sacerdotium promouere, qui à summo pontifice ordinem susceperunt.

PAstoralis officij debitum nos inuitat, & ipse rationis ordo deposcit, vt ea solicitudine vtilitatibus ecclesiarum intendere debeamus, quòd ipsis ecclesijs ordo debitus conseruetur, & cleri ci eorū ministerio deputati, sicut ab eis stipendia militiæ clericalis accipiūt, ita eis obsequia militiæ clericalis impendāt. Inde est, quod sicut ex tenore tuarum literarum iaccepimus, Mediolanensis ecclesia tam in capite, quàm in mēbris occasione clericorum illorum, qui ab ipso Romano Pontifice ordinem receperūt, adeo est ministrorum solatio destituta, vt paucos clericos in eadem ecclesia valeas inuenire, quos ad diaconatus, & presbyteratus possis officium promouere; Verum quia fraternitas tua suppliciter à nobis expetijt, vt ipsius ecclesiæ necessitatem solicitudine paterna pensantes, tibi deberemus licentiam indulgere, manus posse illis ordinationis imponere, super hoc tuæ fraternitati taliter duximus respondendum, quòd ipsius ecclesiæ necessitate pensata, si aliqui fuerint de supradictis clericis, qui ad hoc videntur idonei, & spontanea voluntate per tuū ministerium voluerint ad sacros ordines promoueri, eos auctoritate nostra tibi liceat ordinare. Alioquin illos, quos ad officium illud magis idoneos, ac necessarios fore cognoueris, nobis per tuas literas significare curabis. Nos enim deliberato consilio respondebimus, quid tibi super hoc fuerit faciendum. Datum Laterani XII. cal. Martij.

IVRAMENTVM FIDELITATIS exhibitum Domino Innocentio, successoribus eius, & Romanæ ecclesiæ, à Petro perfecto vrbis, Oddone de Palumbaria, Oddone de Monticello.

ALtera die post cōsecrationem Domini Innocentij Papæ III. Petrus Vrbis præfectus in consistorio lateranensis palatij publice iurauit ei, & successoribus suis, atque Romanæ ecclesiæ fidelitatem contra omnem hominem, & recepit ab eo inuestituram præfecturæ per mantum, ac deinde fecit ei ligium homi

num

num inter manus ipsius, qui donauit ei cuppam argenteam in signū gratiæ. Consecratus est autem idem Dominus Innocentius Papa III. eadem die solēniter in apostolica sede, qua beatus Petrus apostolus in episcopali fuit cathedra collocatus. Eadē die fecerunt ei fidelitatē Oddo de Palumbaria, & Oddo de Monticillo.

SPIREN. ARGENTIN. ET VVORMAtien. episcopis pro liberatione Salernitani archiepiscopi.

QVantæ præsumptionis, & temeritatis existat in rectores ecclesiæ manus inijcere violentas, in euangelio Dominus protestatur, qui se in ministris suis affligi asseruit, & in apostolorum principe alibi se prohibuit iterū crucifigi. Hoc etiam pœnæ qualitas manifeste declarat, cum excommunicationis sēntia in ipso actu feriat delinquentes, si non solum in fratres, & coepiscopos nostros, sed etiam in minoris ordinis clericos violentiam præsumpserint operari. Ne autem solos violentiæ huius actores aliquorum præsumptio crederet esse punitos, facientes, & consentientes pari pœna plectendos canonica censura condemnat: eos etiam delinquentibus fauere interpretans, qui cum possint, manifesto facinori, desinunt obuiare. Quod bonæ memoriæ C. Papa prædecessor noster hactenus diligēter attendens, auctores, & fautores captionis, & detentionis venerabilis fratris nostri Salernitani archiepiscopi excommunicationis nunciasset vinculo innodatos, nisi per imperiales nūcios sæpe fuisset ei ac firmiter repromissum, quòd idem archiepiscopus sine dilatione qualibet libertati pristinæ redderetur. Ne autem detentio eius nobis de cætero imputetur, si circa liberationem eius inuenti fuerimus negligentes, fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, & districte præcipimus, quatenus nobilē virum Vuicel. de Berc. ex parte nostra diligentius moneatis, vt eundem archiepiscopum a detentionis suæ carcere absolutum ad nos cum honore remittat, nobilitatem eius gratiarum actionibus prosequentes, quod circa eum spiritum compassionis exhibuit, & quantum licuit, solatium ei humanitatis impēdit. Quòd si (quod non credimus) admonitionem vestram, & venerabilis fratris nostri Sutrini episcopi, & dilecti filij abbatis sancti Anastasij, quos ad hoc specialiter destinamus, eum dimittere forte noluerit, excommunicatum ipsum publice nuncietis, & si qua forsan ab aliquibus ecclesijs beneficia possidet, ea ipsi per censurā ecclesiasticam auferi mandantes, totam terram eius immo totam diocesim, in qua idem archiepiscopus detinetur, vel ad quam translatus fuerit detinendus, supponatis sentētiæ interdicti. Nos enim dilectis filijs Capitulo Maguntin. dedimus in mandatis, vt sententiam vestram faciant inuiolabiliter obseruari. Volumus autem nihilominus, & mandamus, vt vniuersis Alemaniæ principibus in remissionem suorum criminum iniungatis, vt solicitudinis suæ studium efficaciter interponant, quod eis mediantibus archiepiscopus ipse libere ad nos quamtocius reuertatur, significantes eis, quod si id (quod absit) impletum non fuerit, in totam Alemaniā interdicti cogemur sententiā promulgare. Qd si omnis &c.

SVTRINEN. EPISCOPO ET ABATI Sancti Anastasii, pro reconciliatione Philippi Ducis Sueuiæ, & liberatione archiepiscopi Salertinani.

CVm ei simus diuina prouidentia in ecclesiæ Romanæ regimine substituti, qui a Domino, vt delinquentibus, non solum septies, sed & septuagies septies indulgeret, audiuit, & maius gaudium esse nouerimus Angelis Dei super conuersione peccatoris vnius, quam supra nonaginta nouem iustos, qui nō indigent pœnitentia, euāgelio protestāte eos, qui a se anathematis iugum excutere cupiunt, vt ad ecclesiasticam redeant vnitatem ex pastoralis officii, ad quod vocati sumus, debito recipere benigne tenemur, & receptos misericordiæ gremio cō fouere. Intelleximus siquidem tam per te frater episcope, quam per alios, quorū relationibus fidem non modicam adhibemus, quod nobilis vir, Philippus dux Sueuiæ, qui propter inuasionem, ac detētionem patrimonii beati Petri, & nostri excommunicationis fuerat vinculo inno-

datus

datus, ecclesiæ reconciliari desiderat, & restitui ad ecclesiastica sacramenta, ac super his pro quibus notatus fuerat, satisfactionem omnimodam exhibere. Licet autem superioris sententiam minor relaxare non possit, & propter hoc dux ipse ad sedem esset apostolicam destinãdus, vt ab ea quæ ipsum vinculis excommunicationis inuoluit absolutionis beneficiũ obtineret, sperantes tamen, quod per ipsius studium venerabilis frater noster Salernitan. archiepiscopus de longeuæ detentionis ergastulo liberetur, laborẽ itineris ipsi sub ea conditione duximus remittendum, si nostram super hoc, sicut bonæ memoriæ. C. pp. prædecessori nostro per te frater episcope obtulit, impleuerit voluntatem. Ideoq; discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus eodem archiepiscopo libertati pristinæ restituto, & recepto à duce iuxta formam ecclesiæ iuramento, quod super omnibus, pro quibus ab ecclesiæ fuit cõmunione amotus, mandatis apostolicis, omni dolo, & excusatione postpositis, debeat obedire, munus absolutionis ipsi auctoritate freti apostolica impendatis. Quòd si forsitan eundem archiepiscopũ, vel non potuerit, vel noluerit absoluere, seu etiam forte distulerit, ad ecclesiam Romanam accedat, à nobis iuxta ecclesiæ consuetudinem absoluendus.

EISDEM PRO LIBERATIONE NOBILIS mulieris Sibiliæ filij & filiarum eius, & aliorũ captiuorum regni Siciliæ detentorum in Teutonia.

INter cætera, quæ Dominus in nobis mirabiliter, & misericorditer operatur, magnæ reputãdum est miserationis indicium, cum eis pœnam accelerat temporalẽ, quibus vltio debebatur æterna, sicut in regno Siciliæ diebus nostris intelligimus accidisse. Cum enim Siciliæ populus, & cæteri de eodem regno effœminati, ocio, & pace nimia dissoluti, de suis diuitijs gloriantes sese in voluptatibus corporis lasciuius exercerent, ascendit in altum fœtor eorũ, & traditi sunt ob multitudinẽ peccatorum suorum in manibus persequentium, vsque adeo autem in eos, quod dolentes dicimus, furor exarsit hostilis, vt quidam eorum turpi morte damnati, in tribulatione cordis, & corporis animas exhalarent, quidam membrorum mutilatione deformes fierent abiectio plebis, & ludibrium populorum. Maiores vero ipsorum compedibus, & nobiles manicis ferreis alligati captiui, & exules in Teutonia macerentur. Reliqui hæreditates suas in extraneis transferri videntibus, & dõmos suas subiici alienis. Verum ne compassionis nostræ solatium qui patientibus ex susceptæ administrationis debito compati volumus, & tenemur, penitus subtrahatur, quibus ipse Dominus iam videtur ex parte placatus, venerabilibus fratribus nostris, vniuersis archiepiscopis, & dilectis filiis, nobilibus viris, marchionibus, ducibus, baronibus, & aliis Alemaniæ principibus dedimus in mandatis, vt dilectã in Christo filiam nostram nobilem mulierem Sibiliam, filiũ, ac filias eius, & cæteros de regno Siciliæ, qui in Teutonia detinentur, à detentionis suæ vinculis absolutos ad nos liberos, excusatione & dilatione cessante, remittant. Inde est quòd discretioni vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus si mandatum nostrũ forte non fuerit adimpletum, vos in detentores eorum excommunicationis sententiam proferatis, & terras eorum, immo totam diœcesim, in qua nobiles ipsi tenẽtur, vel ad quam fuerint forte translati, interdicto subdatis, neutram relaxaturi sentẽtiam, donec ipsi libertati fuerint pristinę restituti. Dilectis etiam filiis Capitulo, Magunt. per apostolica scripta præcipiẽdo mandamus, vt sentẽtiam, quam vos propter hoc contigerit promulgare ratam, habeãt, & faciant inuiolabiliter obseruari.

RAVEN

RAVENNATI ARCHIEPISCOpo, & suffraganeis eius, vt Carsendino subdiacono Domini Papæ, Legato in Exarchatu Rauen. & comitatu Brittinorij diligenter assistant.

NVsquam melius ecclesiasticæ consulitur libertati, q̃ ubi ecclesia Ro. tã in temporalibus, quàm spiritualibus plenam obtinet potestatẽ. Cum enim apostolica sedes mater sit ecclesiarum omnium, & magistra, tãto fortius subiectos suæ temporali iurisdictioni populos ab ecclesiarum, & ecclesiasticorum iniuriis cohiberet, quanto amplius in eius iniuriam, & ecclesiarum omniũ præiudiciũ redundaret, si ecclesias in eius patrimonio constitutas non seruaret in statu debitæ libertatis. Cum igitur inter cætera, quæ nos, & fratres nostros inducunt, vt Exarchatũ Rauẽnę, Marchiã, & Thusciã ad dominium nostrũ, ad quod pertinẽt, reuocemus, secuturam exinde immunitatem ecclesiarum vestrarum, non modi cum attendamus, vos negociũ ipsum tãquam speciale, ac honori vestro plurimũ profecturũ deberetis assumere, & ad implendum nostræ beneplacitum voluntatis efficaciter laborare. Cum ergo dilecto filio Carsendino subdiac. nostro ĩ Exarchatu Rauennę, & comitatu Brittiniorii huius specialiter iniunxerimus legationis officiũ sperãtes, q̃ ad illud vtiliter ad implẽdum vestro non modicum studio addiuuetur, fraternitati vestræ apost. scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus ei taliter in his, quæ vobis ex parte nostra proposuerit, adesse curetis, vt honori apost. sedis, & nostro deferre, & ecclesiarum vestrarum libertatem videamini vtiliter procurare, sciturí, q̃ sicut gratum habebimus, & acceptũ, si studiũ, & diligentiam vestram operis experientia in instanti articulo commendarit, sic moleste feremus, si solicitudo uestra in hac necessitate reperta fuerit defecisse.

REMEN. SANCTAE SABINE Card. & Senonen. Archiepisc. & Episcopo Meldens. super consolatione Comitissæ Campaniæ de morte filij sui.

COmpati patientibus, & dolentibus pium est condolere, ut qui ex diuersis rerum euentibus solam habent dolendi materiam, in fraterna compassione remedium consolationis inueniant, & saltem ex humanitatis solatio valeãt recreari, dum in eorum restauratione, quæ doloris fomitem subministrat, spes nulla videtur eis penitus superesse. Illis verò precipue compassionis oportet spiritum adhiberi, quæ pro sexus muliebris fragilitate in aduersis facilius emerguntur, & difficiles ad consolationem præ spiritus infirmitate resurgere, maiori videtur in his, & aliis auxilio, & consilio indigere. Cum igitur dilecta in Christo filia nobilis mulier M. Comitissa Cãpanię in morte filii sui bonæ memoriæ Comitis Henrici dolorem, nec immerito, cum interna spiritus commotione cõceperit, & vehementius affligatur, nos mentis afflictione non ficta compatientes, eidem cum mortis huius dispendium non solum in eius damnum conuerti debeat & dolorem, uerũ etiam in multiplex totius christianitatis incommodum ex præsenti periculo imminenter redũdet, fraternitati vestræ per apost. scripta mãdamus, quatenus dolorem ipsius piæ cõsolationis verbis, & commonitionibus lenitẽtes ipsam, & possessiones eius tãquam dati ei tutores à nobis ab incursu molestantium auctoritate apostolica defendatis, nullatenus permittentes, vt in his, quæ ad dotẽ eius noueritis pertinere, iniuria, seu violẽtia ei ab aliquo inferatur, sed possessionem eiusdem dotis ipsius contra quoslibet temerarios præsumptores pacificam conseruetis. Si qui vero iam dictæ Comitissæ aliquam super his iniuriam inferre præsumpserint, vel grauamen, uos eos (si necesse fuerit) vt à sua p̃sumptione desistant, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellatis. Quòd si omnes &c. Datum Lateran. V. cal. Martii Pont. nostri anno I.

FERENTINATI EPISCOPO consultatio super causa matrimonij L. virum, & P. mulierem, quã primo iurauerat, & aliam post modum desponsarit.

SIcut ex literis tuæ fraternitatis accepimus, cum L. parochianus tuus P. mulierem se ducturum in coniugem, in manu patris eius P. iurantis, q̃ eam ipsi tra- *Ca Sicut extra De sponsal. & matrimon.*

deret in vxorem, proprio iuramento firmarit, nec per virum steterit, sed per mulierem potius, quo minus matrimonialis inter eos solennitas sit secuta. Quatuor postmodum, vel quinque annis elapsis, idem L. G. mulierem per verba de præsenti, vt eius consanguinei asserunt, desponsauit, propter quod frater prædictæ P. suã deposuit in tua præsentia quæstionem. Quia vero quid super his agendum sit, nostro postulas responso doceri, fraternitati tuæ taliter respondemus, quòd si tibi constiterit, quod idem L. P. mulierem per verba de futuro, G. vero per verba desponsauerit de præsenti, imposita ei pœnitentia competẽti, quia primam fidem irritam fecit, nisi forsan in iuramento suo certum terminum, infra quem dictam P. duceret in vxorem, præfixerit, nec per eum steterit, quin ad statutum terminum matrimonium consumari, secundum contractum legitimum iudices, & ad aliud seruandum eum, si opus fuerit ecclesiastica districtione, compellas, nisi forsan aliud quid obstiterit, quod ipsum debeat impedire. Quod si forte per verba sponsalitia de futuro cum vtraque contraxit, iuramentum primum (sicut licite factum est) ipsum seruare compellas, de secundo ei pœnitentiam iniuncturus. Quod si de his tibi nõ constat ad plenum, tam diu adhuc cognoscas de causa, donec super his sufficientius instruaris. Quod enim in attestationibus, quas ad sedem apostolicam destinasti, de compaternitate habetur, non facit ad causam, cum neuter contrahentium sit illa persona, qua mediante inter parentes eorum compaternitas est contracta. Datum Lateran. V. cal Martii, Pontificatus nostri anno primo.

CANONICIS ARGENTINEN. super quæstione cuiusdam præbendæ, quæ inter Arnoldo, & F. sancti Thomæ præpositum vertitur.

CVm partes inter se super mota quæstione conueniunt, vel altera renũciat quæstioni, ad hoc solum exigitur officium iudicis, vt quod à partibus fit, faciat inuiolabiliter obseruari, ne cui contra compositionem, aut cessionem per se factã liceat vlterius prosilire. Sanè cum dilecti filii Arnoldus nuntius, & concanonicus vester, & F. præpositus sancti Thomæ ad nostrã præsentiam accessissent, super præbenda, de qua per dilectum filium P. tt. sanctæ Ceciliæ presbyterum Car tunc apostolicæ sedis Legatũ idem præpositus fuerat inuestitus in nostra, & fratrum nostrorum audientia disceptarunt. Cumq; nos auditis quæ hinc inde proposita fuerant, de communi cõsilio fratrũ nostrorũ sententiam formare, ac ferre vellemus, dictus præpositus ad nos humiliter, & deuote accessit, & ius (si quod sibi competeret) in eadẽ præbenda in manibus nostris spõtaneus resignauit. Nos igitur ecclesiæ vestræ volẽtes in posterum paci, & tranquillitati cõsulere, recepta resignatione ipsius, et super eadẽ præbenda perpetuum silentium imposuimus, & vos, & ecclesiam vestrã ab impetitione ipsius super eam præsentium auctoritate reddimus absolutos. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis infringere, &c. Datum Lateran. VI. nonas. Martii, Pontificatus nostri anno primo.

TERRACONEN. ARCHIEPIscopo, & Sacristæ Vicen. de confirmatione Electi sancti Benedicti de Bages, & irritatione intrusi per potentiam laicalem.

AD vniuersalis ecclesiæ solicitudinẽ (licet insufficientes) Dño disponẽte vocati, de grege nobis commisso solicitam curam debemus gerere, & tanquã pastores seduli faciente Domino prouidere, ne ouis morbo infecta incurabili, oues cæteras suo cogat contagio morbo simili laborare. Nostris siquidẽ auribus ex multorum relatione, ac plurium literis innotuit prælatorum, quòd bonæ memoriæ quondam abbate sancti Benedicti de Bages de carnis ergastulo (sicut Domino placuit) id meliora vocato, cõuentus eiusdem monasterii pars maior, & sanior, vota in dilectum filium R. nũc abbatem eiusdem monasterii transtulerunt. Verum suadente illo, cuius est proprium pacem turbare, duo eiusdem loci monachi à cæterorum fratrum voluntate vnanimi secedentes, accersitis sibi secularibus

eularibus viris B. ipsius monasterii, monachum in abbatem non sunt veriti nominare, qui laicali & ipsorum potentia fretus, prædictum R. ad audientiam dilecti filii G. sancti Angeli diacon. Card. qui tunc in partibus illis legationis fungebatur officio, appellauit, & cum idem Cardinalis, quæ vtraque pars coram ipso proposuit, diligentius audiuisset, & super eisdem inquisisset diligentius veritatem, prædictam electionem sæpe nominati R. ratam habuit, & eam auctoritate, qua fungebatur, apostolica confirmauit. Idem quoque Cardinalis tranquillitati eiusdem monasterii desiderans prouidere, ac inter fratres materiam extinguere iurgiorum pro pacis bono, præposituram eiusdem monasterii supradicto intruso contulit, & eam ab eodem abbate ipsi, quoad viueret, concedi præcepit, & iuramentum fecit impendi, ne ipsum ab eadem præpositura vllo tempore, sine causa tionabili amoueret. Dictus autem præpositus vnde humiliari debuerat, in elationem erectus, obedientiam, quam abbati ex præcepto Cardinalis debebat impendere, ipsi exhibere contempsit, immo domos, homines, & cætera bona eiusdem monasterii occupans, ea in vsus proprios, & illicitos transfundere non veretur, à monastica etiam professione, ac fratrum consortio se reddens penitus alienum, nullis quoque beati Benedicti obtemperans institutis, non se tantum, verum etiam totum monasterium dissolutione, ac enormitate suæ vitæ graui compellit infamia laborare. Quia igitur timendum est, ne pars corrupta synceram contaminet, nisi falce fuerit apostolica resecata, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus si prædicta veritate nituntur, prædictum præpositum ab administratione præposituræ remotum, vt abbati suo existat obediens, sicut debet, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellatis. Nullis literis obstantibus harum mentione non habita à sede apostolica impetratis. Datum Lateran. VI. nonas Martii.

COLOCEN. ARCHIEPISCOPO. confirmatio super quibusdam ecclesijs præpositura Colocen. ecclesiæ de Capituli consensu collatis.

IVstis petentium &c. vsque ad verbum illud Assensu. ecclesias sanctæ Mariæ de Ioth, sancti Mauritii de Both, & ecclesiam de Vnta, quas præposituræ Colocen. ecclesiæ de consilio, & assensu tui Capituli cõtuliſti, sicut prouide factum est, & præpositus Colocen, easdem iuste possidet, & quiete, auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Decernimus ergo &c. Datum Lateran.

HVGONI COMITI, ET MAGISTRO Pisanis Canonicis super quæstione cuiusdam pignoris, quæ inter R. & Gallicianum Pisanos vertitur.

SIgnificante dilecto filio Rubeo ciue Pisano, ad nostram noueritis audientiam peruenisse, q̃ cum domũ suam, cũ horto Galliciano Pisano ciui pro ducentis quinquaginta duabus libris pignori obligasset, & promisisset, cautione prælita iuramenti, q̃ nisi domum ipsam statuto inter eos termino recolligeret, eundẽ creditorẽ vlterius super ea minime molestaret, & infra statutũ tempus per certũ, & fidelẽ nũciũ, prout ei videbatur, creditori mutuatam pecuniam remisit, quam idẽ nuncius infideliter agens, sicut ei iunctũ fuerat, nõ persoluit. Cumq; postmodum prædictus R. ab Imperatore captus, pariter & detentus, multa pericula sustinuerit, & labores, nec dicto G. satisfacere potuerit, vt debebat, nunc (per Dei gratiã) libertati pristinæ restitutus, paratus est pecuniam reddere creditori, licet ipse prorsus eam recusaret recipere, quia ei nõ fuit statuto termino persoluta. Cũ igitur pactũ legis cõmissoriæ sit in pignoribus improbatũ, & quantum in eo fuit prædictus Rubeus iuramẽti debitũ adimpleuerit, cũ per eum, quem certum, & fidelem nuncium sperabat, pecuniã remiserit termino constituto, & dum in imperiali fuit captione detentus, satisfacere non potuerit creditori, deuotioni vestræ præsentium auctoritate mãdamus, quatenus (si præmissis veritas suffragatur)

tur)prædictum creditorem, ut sorte sua contentus existat, pensionibus præfati pignoris computatis, in sortem & domum ipsam, & hortum præfato Rubeo omni postposita dilatione resignet per cēsuram ecclesiasticam, pacto, vel tali iuramento nequaquam obstante, admonitione præmissa, sublato contradictionis, & appellationis obstaculo, compellatis. Datum Lateranen.

POTESTATI, ET CONSILIARIIS Viterbien. quod in tractatu habito inter ipsos Perusinos, & Rectores Thusciæ sine mandato apostolico non procedant.

Dilectis filiis Consulibus Perusin. q nos super tractatu illo consuluerāt, quem ipsi vobiscum cū rectoribus Thusciæ habuerunt, literis nostris dedimus in responsis, vt quia tractatus ille, quem rectores inter se inierant, minus debito ad honorē, vtilitatē, & profectum ecclesiæ pertinebat, & nos dilectis filiis B. basilicæ duodecim apostolorum, & P. tituli sancti Petri ad Vincula p̄sbyteris Card. qui tractatū illum nobis plenius expresserunt, nostrum, & fratrum nostrorū significaueramus beneplacitum voluntatis, tam diu ipsi Consules Perusini super sederent his, quæ disposita fuerant consummandis, donec literas nostras recipe rent, mandatum super hoc apostolicum plenius continentes. Ideoque sicut Perusinis ipsis per literas significauimus, ita nunc discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, atq; præcipimus, quatenus super tractatu illo nullatenus procedatis, prius quàm super hoc literas receperitis speciales nostræ intentionis, & propositi expressiuas, cum & vos nostrū super hoc debuissetis consulere beneplacitum voluntatis. Datum Lateran.

P. BASILICAE XII. APOSTOLORUM, & B. Sancti Petri ad Vincula, presbyteris Cardinalibus apostolicæ sedis Legatis super eodem.

SVper negocio societatis Thusciæ per dilectum filium Priorē sancti Fridiani nostram, & fratrum nostrorum vobis aperuimus voluntatem, ad cuius executionem negocii vos dare credimus operam efficacem. Quocirca discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus si rectores Thusciæ ad id exequendum, quod per dictum Priorem vobis significauimus, induxistis, vt Pisan. id ipsum pariter recipiant, & obseruent, moneatis attentius, & nisi vobis paruerint, interdictum minime relaxetis. Si vero prædicti rectores adhuc non sunt voluntatem nostram, quā persępe p̄fatum Priorem significauimus, executi, quia satis videretur auferum, si Pisan. ciuitas occasione societatis illius, quam nos (sicut nostris) conduximus totaliter approbandam, tam diu interdicto ecclesiastico subiaceret, volumus, & mandamus, vt ab ciusdem ciuitatis ciuibus cautione recepta, quodque pro honore, & exaltatione ecclesiæ, & libertate eorum ordinaueri mus, suscipiant, & obseruent, interdictū sine dilatione qualibet relaxetis. Si autē super his debitam habere non poteritis cautionem, quia ciuitas ipsa (sicut dicitur) nunc temporis quasi videtur rectore carere, qui plenam in ea exercere valeat potestatem, spe bonę promissionis, quā nobis eiusdem ciuitatis nuncii fecerunt, quod nostro Pisani ciues debeant parere mandato, honesta sicut videritis occasione concepta in eadem ciuitate diuina officia appellatione remota dctis licentiā celebrandi. Ita tamen quod si postmodum rectores Thusciæ mandatū nostrū susceperint, & seruauerint, ciuitas ipsa interdicto subiaceat, nisi & ipsam celeriter suscipere curauerit, & seruare. Datum Lateran.

EPISCOPO, ET CAPITVLO tragurien. quod B. presbyter non teneatur ad obseruantiam habitus monachalis, ex eo quod cum graui ægritudine laboraret à quodam Monacho, indutus est habitu Monachali.

SIcut Tenor vestrarum literarum nobis aperuit, cum P. lator præsentium in sacerdotali esset officio constitutus, & tanta rerum temporalium indigentia laboraret, ꝙ nec sibi, nec suis progenitoribus, seu fratribus in necessitatibus propriis posset aliquatenus prouidere, proprii corporis laboribus, & maris periculis multis se non dubitauit exponere, vt de suo

de suo labore, & acquisitione honesta, suam, & suorum posset indigentiam releuare. Contigit autem post hæc, quod ipse longe à vestra ciuitate consistens, tam graui cœpit ægritudine laborare, q extra se positus desperaret de vita presenti, & dum in tali esset articulo constitutus, à quodã simplici monacho indutus fuit habitu monachali, & ad monasterium deportatus. Deinde paucis diebus elapsis, cum iam esset in principio suæ conualescentiæ, deposuit habitum, & de licentia eiusdem loci abbatis monasterium deliquit, & cupiens progenitorum indigentiis subuenire, à vobis supplicter postulauit, vt posset, sicut prius, in sacerdotalis officio ministrare, & vobiscũ pariter conuersari. Quid autem super his vobis fuerit faciendum, sacro apostolicæ sedis oraculo humilirer petitis edoceri. Nos igitur vestræ consultationi taliter duximus respondendum, quod licet ista duo inter se repugnantia videantur, vt scilicet quisquam sit extra se positus, & de præsenti vita desperet, si tamen eo tempore, quo positus extra mentem asseritur, indutus fuit habitu monachali, cũ alienatus non sentiat, ac per hoc non valeat consentire, præfatum presbyterum denuncietis ab obseruatione monastici ordinis absolutum, nisi postquam mentis suæ factus est compos, voluntate spõtanea professionem fecerit monachalẽ. Datum Laterani.

MEDIOLANENSI ARCHIEpiscopo super quæstione, quæ inter ipsum, & monasterium sancti Donati de Scozula.

AD hoc vnxit nos Deus oleo lætitiæ præconsortibus nostris, vt diligamur iustitiam, & odimus iniquitatem, quod tũc laudabiliter adimplemus, cum via regia incendentes, non declinamus ad dexteram, neque ad sinistram aliqua tenus deuiamus, sed iuste, quod iustum est persequentes, nec pauperis personam attendimus, nec horamus vultum potentis, quia non est personarum acceptio apud Dominum, dum etiam merita subtili examinatione discutimus, & precum attendimus qualitatem, vt cuilibet reddamus ius suum, & preces, quæ rationi nõ consonant, rationibiliter repellamus. Veniens siquidem ad apostolicã sedem dilectus filius abbas de Scozula, nobis & fratribus nostris exposuit, quòd cum M. quondã Mediolanensis archiepiscopus prædecessor tuus super causa, quæ inter ipsum, & monesterium sãcti Donati de Scozula diutius fuerat agitata, post multas commissiones tandem obtinuisset, venerabili fratri nostro Veronensi episcopo Romanæ ecclesiæ, Card. literas destinari, & ipse iudex delegatus partibus in sua præsentia constitutis super iudicio possessorio, partim pro monasterio partim pro archiepiscopo sententiã protulisset, procuratore ipsius monasterij quæstionẽ de proprietate postmodum intentare uolente, pars archiepiscopi dilationes, & indutias sæpius postulauit. Cumque sæpe numero idẽ archiepiscopus præfato Verõ per literas direxisset, quòd ipsius iudicium nullatenus declinaret, utraque parte apud Nouariam coram nuncio ipsius episcopi, qui ad hoc missus fuerat, existente, archiepiscopus iurisdictionem delegati iudicis oppositam expirasse, asserens causam possessionis tantum, & non proprietatis fuisse cõmissam. Et quia super possessione pronũciauerat semel functus suo officio, super quæstione proprietatis deinceps cognoscere non uolebat, & his allegatis prædictus archiepiscopus appellauit. Ad hæc pars monasterii contra proposuit, quòd cã, quæ inter archiepiscopum, & monasterium uertebatur, fuerat memorato episcopo absolute, & indistincte commissa, & sic continentiam causæ diuidi non debere dicebat. Adiecit etiam, quòd cum archiepiscopus toties postulauerit dilationem, & locum à iudice, in quo ante illum super illa proprietatis quæstione respondere deberet, cum postea recusare nequiuit, uel aliquatenus appellare, præsertim quia absente parte aduersa (sicut est prælibatum) ipsemet eundem iudicem postulauerat, & in rescripto apostolico fecerat appellationis remedium adhiberi. Has nimirum rationes cum iudex plenius aduertisset, actorẽ legitima citatione præmissa, in possessionẽ, quæ fuerat per ipsum episcopum eidẽ archie-

piscopo adiudicata, vsus consilio virorū prudentum mitti decreuit, à qua tamen archiepiscopus monasterium postmodū violēter eiecit. Cumq; dilectus filius G. tūc prior, nunc vero abbas eiusdē monasterii, & G. nūcius aduersę partis sup hoc ad sedem apostolicam accessissent, bonę memoriæ C. Papa prædecessor noster supradictis oībus p dilectos filios nostros Hug tt. sancti Martini, presbyterum, & G. sanctæ Mariæ in Aquiro diacon Card. quos eis auditores cōcesserat, plenius intellectis per bonæ memoriæ Al. Albanē. episcopo, sic suum interpretatus fuit rescriptum, q tā causa possessionis, quàm proprietatis fuerat iudici delegato commissa, & q idē iudex ob dictas rationes ab archiepiscopo nō potuisset etiam per appellationis obstaculum recusari. Volens igitur idem prędecessor archiepiscopo, & abbati sine iustitię lęsione deferre, prælibatam possessionē apud venerabilē fratrem nostrum Vercellen. & bonæ memoriæ Nouarien. episcopos pro suæ voluntatis arbitrio sequestrari præcepit, venerabili fratri nostro Regin. & felicis recordationis tunc Mutinen. episcopis, per apostolica scripta præcipiens, vt partes ad suam præsentiam cōuocarent, & nullius contradictione, vel appellatione tā super principali, quàm super incidēti obstante de causa proprietatis, infra duos menses plenius cognoscentes, eam debito fine deciderent, & possessionē ei parti postmodū resignarent, quæ obtineret de proprietate triumphū. Cumq; literę ipsę ad dictos Mutinē. & Regin. episcopos p uenissent, partibus in ipsorum præsentia cōstitutis, procurator archiepiscopi cautionem obtulit, vt contumaciam, si qua præcesserat, expurgaret, quā procurator monasterii recipere noluit, nisi possessionis sequestratione præmissa, & saluo jure, quod ei ex commissione huiusmodi cōpetebat, vt à se tanquā à possessore peteret in iudicio. Cumq; procurator archiepiscopi è cōtrario responderet, q ab eo peti, velut à possessore, deberet, disceptatione protracta in lōgū terminus expirauit, infra quē episcopi memorati de proprietate cognoscere debuissent. Cæterum nuncius monasterii iterū ad ecclesiam Romanam accedēs, per archiepiscopum stetisse asseruit, q nec possessessio sequestrata fuerat, nec super proprietate processum in causa, propter quod dictus prædecessor noster venerabili fratri nostro Bobien. episcopo per apostolica scripta mandauit, vt possessione cum fructibus perceptis, ex ipsa monasterio restituta, audirent postmodū, si quid haberent partes inter se inuicem quæstionis. Qui cum abbatem iuxta tenorē mandati apostolici in possessionem, quā Veronen. adiudicauerat, per suū nunciū mādasset induci, Hugo de Camerario ipsum abbatem ex ea violenter eiecit, qui cū suis cōplicibus tā nūcium episcopi, q̄ abbatem & monachos armata manu fugauit, & naui, cuius vehiculo illuc accesserāt, igne cōbusta, cęllas monasterii deprædat⁹ est. Cōuersis pluribus verberatis, domos extra claustri ambitum constitutas, cum quibusdam animalibus, & quodā homine non erubuit concremare. Quod postquam ad eiusdem prædecessoris nostri audientiā nūcio ipsius abbatis referente peruenit, venerabili fratri nostro Ferrarien. episcopo districte præcipiendo mādauit, quatenus partibus conuocatis, & possessione cum fructibus à tempore sententiæ prædicti Veronen. prolatæ perceptis, ex ipsa monasterio restituta de proprietate cognosceret, & eo in adiudicata sibi possessione indemni seruato, qd iustum esset, statueret, & faceret auctoritate apostolica, sublato appellationis obstaculo, firmiter obseruari. Eos aūt, q se apostolicis mandatis opponerent, vel monasterium super possessione alterius molestarent, per sententiam excommunicationis appellatione remota cōpescerent, & dictū Hugonem, & eius complices, donec monasterio de ablatis omnibus, & illatis iniuriis satisfacerent cōpetenter, & cum literis eius apostolico se conspectui præsentarent, nunciaret excōmunicatos, & faceret ab omnibus euitari, nisi tu frater archiepiscope hanc in ipsos districtionē (prout tibi mandatū fuerat) exerceres. Dictus vero Ferrariē. receptis sup hoc literis apostolicæ sedis, sicut ex literis eius accepimus, admonitione pręmissa, in Hugonem de Camerario, &

complices

complices eius te infra statutũ terminũ eum excommunicare nolente, excõmunicationis sententiam promulgauit, & cũ tu legitime citat⁹ ab ipso, nec accederes, nec sufficientem mitteres responsalẽ, sed absentiam tuam verbis, & literis excusares, salua quæstione proprietatis, possessionem monasterio restituendã pronunciauit, & cum abbatem in eam per nuncium suum fecisset induci, idem abbas ab ea deiectus fuit, te frater archiepiscope Hugo de Camerario, & dilectis filiis Cõsulibus Mediolanen. mandantibus per violentiam armatorũ, propter quod idẽ abbas postulabat à nobis, vt sententiam restitutionis toties latam pro eo debere mus auctoritate apostolica confirmare, & possessione sibi cum fructibus restituta, faceremus eum absque molestatione gaudere. Verum dilectus filius Passaguera procurator tuus, & socii eius petitionem abbatis non esse admittendã, ea præsertim ratione dicebant, quod abbas ipse in literis, quas ad Bobien. & Ferrarien. episcopos à sede apostolica impetrauit, veritatem suppresserat, & expresserat falsitatem. Suggesserat enim Veronensem episcopum salua quæstione proprietatis super possessione promulgasse sententiã, cum non nisi causa rei seruandæ abbatẽ decreuisset in possessionem induci. Tacuit etiam veritatem, cũ satisdatione coram dictis Reginen. & Mutinen. episcopis oblata per archiepiscopũ nullã fecit apud sedem apostolicam mentionem. Nos igitur super his, & aliis, quæcunq; fuerunt hinc inde proposita, cum fratribus nostris archiepiscopis, & episcopis apud sedẽ apostolicã cõstitutis consilio maturo intelligentes, quod dictus Veronen. abbatem in possessionem causæ rei seruandæ solummodo decreuisset induci, sicut erat cõsentaneum rationi, vt pote corã quo super proprietate lis non fuerat contestata, & quod per eundem M. quondã archiepiscopũ nõ stetisset, quin satisdationẽ infra annum oblatã præstitit, & cõtumaciam, si qua præcesserat, expurgarit. Attendentes etiam abbatem ipsum per suppressionẽ veritatis, & falsitatis expressionẽ literas ad Bobien. & Ferrarien. episcopos impetrasse, non sententiantes, quia lis coram nobis contestata non fuit, sed respondentes abbati petitionem eius iuxta formam præscriptam nõ esse admittendam, respondemus, & ipsum scriptis carere mandauimus, quę per mendacium impetrauit, in eum statum causæ continentiam reducentes, in quo fuerat, cum dictus prædecessor noster causam proprietatis Mutinen. & Regin. commisit, mandato sequestrationis penitus reuocato, sententiam tamen excõmunicationis in Hugonem de camerario, & complices eius prolatam volumus, & mandamus vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari, non tam quia fuit à delegato prolata, quàm quòd per delegatũ existit postmodum confirmata. Ne autem monasterio in suo videamur iure deesse, moderatas expensas, ex quo Veronen. ipsum in possessionem induci decreuit vsq; ad tẽpus satisfactionis oblatæ propter hoc factas, ipsi restituendas esse censemus, & à te sufficientẽ præberi standi iudicio cautionem. Sententiam autem à dicto Veronen. ex maiori parte pro Mediolanẽ. Ecclesia, partim pro monasterio promulgatam, quæ rationabiliter lata est, & ab vtraq; parte recepta, ratam habemus, & si quid ex his, quæ monasterio adiudicata fuerunt, ipsi nõ sunt hactenus rasigna ta, ipsi restitui cum perceptorũ fructuũ integritate mandamus. Nulli ergo omnino hominum liceat huius nostræ diffinitionis paginam infringere &c. Datum Lateran. 6 nonas Martij.

VNIVERSIS EPISCOPIS PER Marchiã constitutis. De confirmatione sententiæ lata per legatos Rõ. Curiæ cõtra Marcoualdum.

ET zizania nõ auellere ante messem, euangelica doctrina præcipimur, & malos vsq; ad sententiam tolerare, canonica institutione monemur, verũ & ziza nia in manipulos colligata cõburere debemus post messem, & iniquos post sententiã euitare. Hoc siquidẽ attẽdẽtes, licet Marcoualdus multa contra libertatẽ ecclesiasticã, & ecclesiæ patrimonium præsumpsisset, eũ tamen excommunicare distulimus, ne si admonitio non præcederet ad proferendam sententiam, non ze-

lo restitudinis, sed ex odio moueri potius videremur. Cæterum cum dilecti filii nostri C. tituli sancti Laurentii in Lucina, & I. tituli sanctæ Priscæ presbyteri Card. apost. sedis Legati, de mandato nostro Marchiam fuissent ingressi, & dictum Marcoualdum per suas literas attentius monuissent, vt ab ecclesiarum attendio, villarum, & castrorum deuastatione, quæ in eorum oculis perpetrabat, desisteret, & exercitum dimitteret, cuius occasionem tota ferè Marchia vastabatur, nec ipse eorundem Legatorum monitis paruisset, in eum propter contumaciam excommunicationis sententiam protulerunt. Nos igitur, quod ab eisdem Card. factum est, ratum habentes, ac volentes inuiolabiliter obseruari, præsertim cum plura subsint, quare fuerit excommunicationis sententia feriendus, vtpote qui fidem ecclesiæ multotiès prę stitam violauit, qui patrimonium ecclesiæ inuadere, ac detinere præsumpsit, & illud sæpe commonitus, restituere nõ curauit fraternitati vestrę per apostolica scripta mandamus, quatenus tam eum, quàm complices eius excommunicatos publice nuncietis, & faciatis per vestras diœceses nunciari. Nos enim prædecessorum nostrorum statuta sequentes ac attendentes, quòd magis oporteat Deo seruire, quàm hominibus, omnes, qui ei Marcoualdo fidelitate sunt, vel sacramento astricti, apostolica auctoritate à iacramento absoluimus, & ne ipsi fidelitatem obseruent, modis omnibus prohibemus, cum fidelitatem, quam aliqui Christiano principi iurauerũt, Deo, eiusque sanctis aduersanti, & eorum præcepta calcãti, nulla mandentur auctoritate seruare. Omnes autẽ, qui ei post denunciationem ipsam diuina præsumpserunt officia celebrare, vsque ad mandatum nostrum suspensionis præcipimus sententiæ subiacere. Ideoque præsentium vobis auctoritate mandamus, quatenus omnes, qui ei iuramenti, vel fidei tenebantur religione astricti, denuncictis, & denunciari faciatis per sedem apostolicam absolutos.

LAVDEN. EPISCOPO SVPER quæstione cuiusdam præbendæ, quæ inter Nouatiense Capitulum, & Iacobum clericum vertitur.

CVm ecclesiasticæ prouisionis officiũ, ad quod sumus (licet immeriti) Domino disponente vocati, nos iuxta verbum apostoli, Sapientibus, & insipientibus constituerit debitores, sic nos conuenit petlatas ad apostolatus nostri notitiam quæstiones subtili indagatione discutere, & eas iudicio, vel rationabili mediante concordia terminare, & quas per nos non possumus aliis de auctoritate nostra committere diffiniendas, quòd nullus in conspectu sedis apostolicæ sui iuris se conqueri valeat, sustinuisse defectum, & nos sicut ex cura tenemur, solicitudinis pastoralis iusta iudicare, & iustitiam diligere videamur. Pro quæstione siquidem, quæ inter dilectos filios Nouarien. Capitulum, & Iacobum clericum super præbenda Nouariensis ecclesiæ vertebatur, tam nuncii Capituli, quàm idem Iacobus ad sedem apostolicam accesserunt, & dum in nostra, & fratrum præsentia foret vtraq; partium constituta, pro ipso Iaco. taliter fuit in nostro auditorio allegatum, quòd cum olim de mandato bonæ memoriæ F. tt. sancti Marcelli presbyteri Card. tunc apostolicæ sedis legati de primo tunc vacatura, in Nouariensi ecclesia præbenda fuerit inuestitus, eidem stallo chori, & loco Capituli assignatis, & ad eandem postmodum filius dilecti filii Saxonis Vulgamini nobilis ciuis Roman. de auctoritate apostolicæ sedis admissus, qui super possessione, & fructibus præbendæ ipsius à consanguineis prædicti Iacobi molestias sustinuit, & præsturas, de quibus fructibus inter ipsum Iac. & præfatum nobilem amicabilis tandem compositio interuenit, quia super præbenda ipsa eidem Iac. silentium fuerat impositum, vt de ea mouere non posset vlterius quæstionem. Placuit tandem bonæ memoriæ C. prædecessori nostro præfati Iacobi consideratis laboribus, & expensis, præbendam Nouariensis ecclesiæ, quæ fuerat magistri B. de Suno, ad preces quorundam Cardinalium eidem conferre,

conferre, & ipsum de eadē manu propria per annullum inuestire, Nouarien. Capitulo districte præcipiēdo, quatenus ipsum Iac. electione, quam de pluribus personis in Nouariēsi ecclesia in canonicos assumendis, & constitutione, quam de fructibus fecerant præbēdarum, quæ omnia idem prædecessor noster de fratrum cōsilio irritauerat, alienatione etiā, obligatione, vel assignatione eiusdē præbendæ nequaquam obstantibus, fratrem, & canonicum nomine dictæ præbendæ sine qualibet difficultate, postposita appellatione reciperent, & eundem in ipsius præbendæ possessionem inducerent corporalem, stallum ei in choro, & locū in Capitulo assignantes. Alioquin scirēt dilecto præposito sancti Gaudentii Nouarien sis subdiacon. nostro, & R. canonico de Gorgozula ab ipso prædecessore nostro datū firmiter in mandatis, vt ipsi ea exequi per districtionē canonicā appellatione postposita nō tardarent. Quæ omnia in eiusdē prædecessoris nostri literis manifeste perspeximus cōtineri. Cumq; dicti canonici mādata apostolica & præcepta surdis auribus pertransirēt, ipræfati executores auditis quęcūq; ex parte canonicorum fuere proposita, & in scriptis redacta, receptis post multas admonitiões, & dilationes postulatas ab eis, habito prudentiū virorū cōsilio, exceptiones canonicorū nō esse admittēdas decernētes, iuxta tenorē mandati apostolici, stallū ipsi Iac. in choro, & locū in Capitulo assignarunt, & vnus executorū, R. scilicet de Gorgozula de mandato, & voluntate alterius eum in corporalem præbendæ possessionē induxit, & supradictos canonicos post admonitiones plurimas, nisi mandato apostolico infra dies quinde cim obedirent, vinculo excōmunicationis astrinxit, sicut in instrumentis, quæ nobis exhibuit, continetur. Econtrario vero Nouarien. canonici respondētes, exceptiones quàmplurimas allegabāt, quibus ipsum Iac. à perceptione præbendæ repellere omnimodis intendebant, dicētes quòd per literas, quas à prædicto Cardinali F. impetrauerat ipse Iac. pro præbenda post appellationem legitime interpositam, fuerat inuestitus, & præfatus prædecessor noster, quod de eo per Card. factum fuerat, irritauit, & q; post cassationem factam contra prohibitionem apostolicam fructus præbendæ auctoritate propria inuadere non expauit. Insuper etiam inuestituram præbēdæ, & executionis literas à prædecessore nostro p falsam suggestionē obtinuit, quia se beneficiarum in alia ecclesia non exposuit nec dixit, q; ad illas duas prębendas, quæ in Nouarien. vacabāt ecclesia, quarū vna fuerat magistri R. & alia magistri P. nūc Nouarien sis episcopi, tūc canonici, vnus sacerdos, & alius, qui proximo deberet in presbyterum ordinari, cōcesso duobus arbitrio ante generalē illā ordinationē factam, in Nouarien si ecclesia electi fuerāt cōcorditer, & admissi. Vtrinq; p̄terea multa alia fuere proposita, quæ literis p̄sentibus non iussimus admiscere. Volentes igitur cuiq; suam iustitiam conseruare illæsam, quia de præmissis nobis certitudo dari non poterat (vt decebat) factū ipsum fraternitati tuæ de fratrū nostrorum cōsilio duximus cōmittēdū, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus partibus ad tuam præsentiam cōuocatis, nisi infra duos menses legitime tibi constiterit prædictos sacerdotem, & alium, qui proximo debebat in presbyterū ordinari, ante ordinationem illā generalē de sedis apostolicæ auctoritate cassatā, ad illas duas præbendas electos canonicè, & admissos auctoritate nostra, subla to cuiuislibet contradictionis, & appellationis obstaculo, cæteris exceptionibus non obstantibus, ipsum Iac. faciatis præbendæ illius, de qua per præfatum prædecessorem nostrum noscitur inuestitus, pacifica possessione gaudere, præsertim cum exceptionem illam, quòd præfatus Iac. in alia ecclesia beneficium possideret, ei non possent opponere, qui varia beneficia in diuersis ecclesiis obtinebat. Illos autem censura ecclesiastica, appellatione postposita compescatis, qui mandatis nostris in hac parte seduxerint, temeritate qualibet opponendos. Quod si legitime vobis constiterit, præbendam illam, de qua proponitur inuestitus, alii prius sicut dictum est canonicè collatam fuisse, vos ei super eadem præbenda

omni

omni cõtradictione,& appellatione cessante perpetuum silentium imponatis, attentius prouisuri,quòd taliter hac vice mandatum apostolicum exequamini, quòd ad nos vlterius querela eadem nõ feratur. Testes autem, qui nominati fuerint,si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, quo minus testimonium perhibeant veritati, tum ad id per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas. Nullis literis obstantibus,præter assensum partium à sede apostolica impetratis. Datum Lateran. V. Non. Martij.

LAVDEN. EPISCOPO DE quæstione cuiusdam præbendæ, quæ inter Nouariensē Cap & Albertum Siccum vertitur.

CVm illius vicem (licet non suffragãtibus meritis) geramus in terris, de cuius vultu procedit iudicium,& vident oculi æquitatem, si delatas ad nos cõtrouersias iudicio iusto dirimimus, vel mediante concordia terminamus,officii nostri debitam prosequimur actionem, & gratum Deo exhibere dignoscimur famulatum.In præsentia siquidem nostra tam dilecti filii nuncii Nouarien. Capituli, quam Iacobus Siccus pro fratre suo Alberto Sicco super controuesia, quę inter ipsos vertebatur de præbenda Nouariensis ecclesiæ constituti, suas in nostro,& fratrum nostrorum proposuerunt auditorio quęstiones,& primò fuit pro ipso Alberto Sicco taliter allegatum, quòd cum olim præfatus Iacobus pro fratre suo ad Romanam ecclesiam accessisset, felicis recordationis Celestino Papæ prædecessori nostro humiliter supplicauit, vt bonæ memoriæ tunc Nouarien.episcopo daret suis literis in mandatis, vt si maiorem partem canonicorũ in Albertum fratrem suum cognosceret consentire, ipsum in fratrem, & canonicum ab eis omni contradictione, vel appellatione postposita recipi faceret,& haberi,& præbendam ei,cum se offerret opportunitas, assignaret. Cuius petitioni præfatus prædecessor noster annuit, & episcopo, iuxta quod postulauerat,suas literas destinauit,qui visis literis, & conuocato populo, cognoscens maiorem partem canonicorum in præ nominatum Albertum vnanimiter consentire,eidem Alb. stallum in choro, & locum in Capitulo assignauit, qui Alb. in eadem ecclesia stetit,cantauit,& legit, & cum aliis diuina officia celebrauit. Super electione & institutione, cuius taliter facta dilectus filius Obizo de Castello subdiaconus noster Nouarien. canonicus ad curiam Romanam accedens,ab eodem prædecessore nostro confirmationē obtinuit, sicut in literis eius manifeste perspeximus contineri.Cũq; magister Hugo de Racaneto eiusdem ecclesiæ tunc canonicus, in Calabria factus fuisset episcopus tempore præcedenti,ipso Iac. & fratre suo promotionem suam penitus ignorantibus, dilectus filius Io. Torniellus subdiaconus noster fuit de præbenda prefati Hugonis per prædictũ prædecessorem nostrum ad preces imperiales, & quorundam cardinalium inuestitus. Postmodũ vero Nouariẽsi episcopo viam vniuersę carnis ingresso, cum venerabilis frater noster P. Nouariensis episcopus tunc canonicus in eiusdem ecclesię ponticem fuisset assumptus,possessionem prębędę ipsius prefatus Iacobus credens fratri suo de iure competere, de voluntate, & assensu ipsius episcopi, & quorundam canonicorum, cum quibusdam aliis introiuit, & anseres, & pullos de prouẽtibus ipsius prębendę acceptos deportauit ad propria, & cũ amicis suis sine cuiuslibet contradictione comedit. Cum autem prefatus Ioannes Torniellus reuersus ad propria, super inuestitura sibi prębendę iam dictæ à sede apostolica literas reportasset, idẽ Iacobus pro fratre suo, quia præbenda ipsa primo vacauerat,cum ipso Io. litigare incœpit,& sic ambo pro facto ipso ad sedẽ apostolicam accesserunt. Cumq; postmodum hæc omnia præfato prædecessori nostro per quosdam Cardinales intimata fuissent, ipse deliberato consilio ipsum Iacobum nomine fratris sui de prębenda, quæ fuerat magistri P. nunc Nouarien. episcopi,tũc canonici,ad maiorem eius, quod factum fuerat, firmitatem per annulum inuestiuit, & literas super hoc concessit eidem prębentibus quibusdam

Nouarien.

Nouarien. qui factum eius conabantur omnimodis impedire. Nouariensi Capitulo districtè præcipiens, vt quod ipse fecerat, non præsumerent ratione qualibet immutare. Præterea dilectis filiis Ricardo Hyporinc. & magistro Marescotto canonicè Gualteri præpositis, Romanæ ecclesiæ subdiacon. dedit ipse prædecessor noster firmiter in mãdatis, vt Nouarien. canonicos ad executionem mandati nostri p̃ censurã ecclesiasticã appellatione remota compellerẽt, Qui partibus cõuocatis, & rationibus hinc inde auditis, vt inuestitura eiusdem prædecessoris nostri rata haberetur, & firma, & inuiolabiliter seruaretur, sententialiter præceperunt, licet præfati canonici illi sentẽtię obedire noluerint, & parere. E contra verò nuncii Nouarien. ecclesiæ allegationes prædictas suis allegationibus modis quibus poterãt, repellebant, dicentes ipsum Alb. post appellationem interpositam ab ipso episcopo institutum, & literas apostolicas veritate tacita impetratas & quod ad suggestionem falsi inuestituram, & executionem ab ipso prædecessore nostro præbendæ obtinuerat memoratæ, quia se habere aliud beneficium in honorabili ecclesia non exposuit, nec q̃ esset alius ad eãdem præbendam admissus, canonicè intimauit. Dicebant enim ipsi nuncii, q̃ cum in Nouarien. ecclesia duo tantum essent presbyteri, & duæ tãtum præbẽdæ vacarent, quarum vna fuerat magistri B. de Suno, & altera magistri P. nũc Nouariẽ. episcopi, tũc canonici, vnus sacerdos, & alius q̃ proximo deberet in presbyterũ ordinari, concesso duobus arbitrio in Nouarien. canonicos electi sunt, ad illas duas præbendas concorditer & admissi. Allegationes etiam aliæ fuerunt ab vtraq; partium recitatæ, quas literis præsentibus non duximus inserendas. Volẽtes igitur (prout teneamur) cuique suam iustitiam conseruare, discretioni tuæ de fratrum nostrorũ consilio factum ipsum duximus committendũ, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus conuocatis ad præsentiam tuam partibus, si infra duos menses legitime p̃fatus Alb. in vestra poterit præsentia cõprobare, se possessionẽ nominatę prębędę, de qua fratrẽ suũ Iac. nomine suo prędecessor noster per annullum postmodũ inuestiuit de assensu prædicti episcopi, & quorundam canonicorum ante institutionem præfatorum presbyteri, & alterius, qui proximo debebat in presbyterum ordinari, accepisse, vel hoc etiam non probato, nisi prælibati canonici legitime demonstrauerint, institutionem duorum illorum, sacerdotis videlicet, & alterius in præfatis præbendis, canonicè factam ante generalem illam ordinationem, quam prædictus prædecessor irritã censuit, & inanem. Tu ipsum Alb. aliis exceptionibus non obstantibus facias præbendam eandem subblato contradictionis, & appellationis obstaculo pacifice possidere, præsertim cum exceptionem illam, quòd dictus Alb. beneficium in alia honorabili ecclesia possideret, ei non possent opponere, qui varia beneficia in diuersis ecclesiis obtinebant. Illos autem cẽsura ecclesiastica sublato appellationis impedimẽto compescas, qui se mãdato nostro in hac parte duxerint temeritate qualibet opponendos. Si verò præfatus Alb. legitime non probauerit, se possessionem illius præbendæ, qualem præscripsimus, accepisse, & memorati canonici electionem sacerdotis, & alterius ad illas præbendas, generalem ordinationem canonice probauerint præcessisse, tu ei super eadem præbenda perpetuum silentium contradictione, & appellatione cessante imponas, attẽtius p̃uisurus, q̃ taliter hac vice mãdatum apostolicum exequaris, q̃ vlterius ad nos querela eadem non feratur. Testes autẽ, qui nominati fuerint, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, quo minus testimonium perhibeant veritati, ad id per districtionem ecclesiasticam appellatione remota compellas. Datum Lateran. III. nonas Martii.

G. LVNEN. EPISCOPO EIVSque successoribus canonice substituendis in perpetuum, super concessione, & confirmatione Abolen. monasterij, ad Romanam ecclesiam pertinentis.

AMpla diuino munere manº apostolicæ sedis hos humiliat, hos exaltat, his

his superflua subtrahit, aliis necessaria subministrat. Ipsa etenim tanquam mater omnium generalis cum personarum merita, & temporis, & loci qualitatem attendat, hos onerat, hos honorat, immo sæpius honorem oneribus, & onus honore compensans, & onerat honoratos, & oneratos honorat. Hac si quidem ratione inducti, specialem gratiam, quam ad personam tuam tuis exigentibus meritis, & Lunen. ecclesiam propter te gerimus, attendentes, ac volentes ipsius ecclesiæ vtilitate consulere, de communi fratrum nostrorum consilio monasterium Abolen. quod ad iurisdictionem sedis apostolicæ pertinebat, cum pertinentiis suis tibi, & per te, ipsi ecclesiæ concedimus, confirmamus, & præsentis scripti priuilegio communis, tam te ipsi prodesse, quàm præesse volentes, vt honorem, quem super hoc tibi exhibemus, attendens onus, & prouisionem ipsius monasterii taliter exequaris, quòd in temporalibus, & spiritualibus per tuum studium (auctore Domino) reformetur, nec tu, aut successores tui priuilegium amittere debeatis, si concessa vobis abusi fueritis potestate. Decerni mus ergo, & cæt. Salua sedis apostolicę auctoritate. Si qua igitur in futurum &c. Datum per manum Rainaldi Domini PP. notarii, Cancellarii, vicem agentis. XVII. Calend. Aprilis, indict. prima, incarnationis Dominicæ, anno MCXCVII. Pont. vero Domini Innocentii PP. 3. anno I.

ABBATI, ET CONVENTVI monasterij Abolen. vt Episcopo Lunen. debeant obedientiam, & reuerentiam exhibere.

AMpla diuino munere manus, & cætera, vt supra ferè in eundem modum vsque ad verbum reformetur. Quo circa vniuersitati vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus ipsi tanquam episcopo vestro reuerentiam, & obedientiam de cætero exhibentes, salubria monita, & præcepta ipsius irrefragabiliter, ac sine qualibet contradictione seruetis. Datum Lateran.

KESNEN. ARCHIEPISCOPO, & suffraganeis eius, vt impugnatores B. Ducis Poloniæ, nisi ab ipsius molestatione desiterint, ecclesiastica censura percellant.

APostolicę sedis benignitas, sicut ex debito pastoralis officij ad omnes fideles generaliter affectu charitatis extēdit, sic eos, quos circa seruitium suum, & Christianitatis honorem deuotiores inuenerit, speciali tenetur patrocinio confouere. Vnde fidem, & deuotionem dilecti filii nobilis viri Bolezlai Ducis Poloniæ sancta Romana ecclesia, cuius sumus regimini (sicut Domino placuit) deputati, manifestis iam dudum experta indiciis, merito ipsum brachiis specialis dilectionis amplectitur, & in iustis petitionibus eius inueniri gaudet facilis & benigna. Sane cum plures, sicut accepimus, apostolicum receperit fraternitas vestra mandatum, vt memoratum ducem, quem sicut catholicum principem, & ecclesiæ Romanæ filium specialem quadam dilectionis prærogatiua complectimur, ab impugnatoribus suis auctoritate curaretis apostolica defensare, sibique contra hostium suorum violentos insultus ecclesiasticæ defensionis clypeum indulgere, nondum tamen, sicut nobis intimatum est, commodum aliquod de literis apostolicis reportauit, nec prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum iussiones, quæ super hoc sæpius emanasse noscuntur, effectus est debitus subsecutus. Quare merito de inobedientia potestis, & negligentia reprehendi. Quia igitur in eo loco nos clementia diuina constituit, vt suam cuilibet debeamus iustitiam conseruare, fraternitati uestræ per apostolica scripta mandamus, & districte præcipimus, quatenus vniuersis Poloniæ Ducibus ex parte nostra curetis districtius inhibere, ne præfatum ducem in personam, vel rebus offendere præsumant quomodolibet, vel turbare, aut ei super his, quæ in præsentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum iustis modis poterit (Deo propitio) adipisci, molestiam inferre audeant indebite, vel grauamen. Quod si cōmonitionib⁹ vestris acquiescere

scere forte noluereint, uos eos ad hoc p excommunicationis sententiã auctoritate nostra sine appellationis obstaculo cõpellatis. Nos enim sententiã, quam in ipsos propter hoc ratione præuia tulerittis, ratam habebimus, ipsaq; faciemus (auctore Domino) vsq; ad satisfactionem congruã firmiter obseruari. Prouideatis autem, vt quilibet vestrum tamdiu faciat eandem sententiam per suam diœcesim obseruari, donec mandatũ nostrum celeri fuerit executione completum. Datum Laterani, VIII. Idus Martii.

Simile argumẽtum ex Calixto I. refert Gratianus ca. 1. dist. 12. Et Innocentius noster in c. Cum nõ liceat, ext. de præscriptionibus.

VVORMACIEN. EPISCOPO, VT festũ conuersionis Beati Pauli celebret, & faciat per suam diœcesim solenniter celebrari.

CVm post euangelicam veritatem ecclesia dei apostolica præcipuè doctrina resplendeat, & beatus Paulus ad instructionem gẽtium, & fidem Catholicam propagandam præ cæteris apostolis laborarit, miramur non modicum, & mouemur, q̃ sicut nostris est auribus intimatũ, q̃ festũ cõuersionis eius in diœcesi tua non colitur, licet passionis anniuersarium ibi solenniter recolatur, cum non minus conuersio eius, quàm passio sit christicolis omnibus venerãda. In cõuersione siquidem Saulum ab impugnatione fidelium reuocauit dispensatio IESV Christi, in passione vero Paulũ ob prædicationis officium Neronis crudelitas interfecit. Ibi dextera Domini fecit virtutem, hic tyranni gladius intulit passionẽ, ibi Dominus animã persecutoris saluauit & corpus, hic seruus nequã apostoli prædicantis corpus sine animæ læsione peremit. Præterea nõ paucioribus eius conuersio cõtulit, quàm passio profuisset, cum plures sint, ad quos prædicationis eius sonus exiuerit, quàm qui eius exemplo subierint passionẽ. Nobis enim viuendo profuit, sibi contulit pariendo, nobis etiam iã conuersus, vt similes eius essemus exceptis vinculis cupiebat sibi aut dissolui, & esse cum Christo, affectabat ardentius moriturus, nec ipsius fuisset passio gloriosa, nisi sancta conuersio præcessisset. Cum igitur ob ipsius merita ex antiqua ecclesiæ institutione festũ conuersionis eius à fidelibus recolatur, & turpis sit omnis pars suo toto non congruens, nec deceat à capite membra discedere, fraternitatem tuam monemus, & exhortamur in Domino, ac per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus iuxta consuetudinem apostolicæ sedis, cuius magistrum imitari teneris, festũ cõuersionis eiusdem apostoli, & tu ipse obserues in posterum, & facias per totã Vuormacien. diœcesim solenniter celebrari, in honorem ipsius apostoli diuinis laudibus diligentius, & solicitius vacaturus. Datũ Laterani nonis Martii.

VNIVERSIS PRESBITERIS per Decanatum de Sparnon in Carnoten. diœcesi constitutis, de confirmatione priuilegij eisdem concessi ab episcopo Carnoten.

CVm prælati ecclesiarum ad id quod pium, & canonicũ est, discreta consideratione trahuntur, cum frequenter detur vsus procliuior in piora, & libẽter audimus, & eis in his fauorem apostolicũ indulgemus. Quoniam igitur ex publico instrumẽto venerabilis fratris nostri Raginaldi Carnoten. episcopi nobis manifeste innotuit, q̃ ab omnibus violẽtis, taleis, & exactionibus vos ꝑpertuo absoluisset, & super hoc suũ vobis priuilegiũ indulsisset, ne contra iuris ordinẽ in aliquem vestrum aliquando suspensionis sententia promulgaret, nec res alicuius vestrũ occuparet aliqua ratione, nisi forte decederet intestatus, & hoc idem sit per venerabilem fratrẽ nostru Senonen. archiepiscopũ dilectos filios capitulum Carnoten. ecclesiæ confirmatum (prout in instrumẽtis eorũ noscitur plenius cõueniri) ad postulationem vestram, vt ab indebito cesset grauamine, robur confirmationis apostolicæ duximus apponendum, & ad maiorem rei euidentiam ipsius authenticum confirmationi nostræ de verbo ad verbum mandauimus inserendũ. Raginaldus Dei gratia Carnotẽ. episcopus omnibus, ad quos literæ istæ peruenerint, ꝑpetuã in Domino salutẽ. Cum hucusq; nostris, & prædecessorum nostrorum episcoporum Carnotẽ. tẽporibus presbyteri episcopatus Carnoten. taleis, & exactionibus oppressi fuerint indebite, & grauati, hoc etiam in oculis omniũ videatur omni bono dissonũ, &

saluti

saluti aīæ nostræ ꝓuidētes, vniuersos p̄s byteros in decanatu de Sparnone constitutos ab omni vi, violentia, taleis, & exactionibus perpetuo absoluimus. Ita ēt ꝙ nullus presbyterorū decanatus de Sparnone, nisi ordine iudiciario suspendi poterit, nec res alicuius saisiētur, nisi ipsum intestatum (quod absit) viam vniuersæ carnis ingredi cōtigerit. Si quis aūt huic nostræ constitutioni obuiare, seu contra ire præsumpserit, subiaceat excōmunicationi. Quod vt ratū, firmūq; permaneat, præsentem paginā in testimonium fecimus annotari, & sigilli nostri auctoritate in testimoniū roborari. Datū Carnoti anno gratiæ M. C. LXXXXV. x. Calend. Nouēbris. Hanc ergo constitutionē, & indulgentiā eius (sicut superius annotata est) ne debeatis vlterius indebite aggrauari, auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus. Nulli ergo &c.

In eundem modū vniuersis presbyteris decanatus Braiolē. vniuersis presbyteris Archidiaconatus Pissiacen. vniuersis p̄sbyteris decanatus de Rupe forti, vniuersis p̄sbyteris decanatus de Corbauilla, vniuersis presbyteris decanatus de Alneolo, vniuersis prebyteris Dunen. Archidiaconatus, vniuersis p̄sbyteris decana us Paticen. vniuersis presbyteris decanatus Drocen. & vniuersis presbyteris decan. Bruerolen.

ARCHIPRESBITERO, ET Canonicis Perusinis, De confirmatione constitutionis inter se mutuo assensu factæ.

AD tollēdas lites illas, quas fratetnū plerūq; odium comitatur, per quas etiam quies, profectusq; claustralū impeditur, speciali solicitudine intendere nos oportet, quāquā generaliter omnū fidelium amplecti pacem, & quærere ex iniūctæ nobis pastoralis curæ officio teneamur. Ea siquidē cōsideratione diligēter inducti, cū ad notitiam nostrā super obseruatione ordinis in ecclesia vestra vobis diuisis ad inuicem, & propter hoc ad sedem apostolicam laborantibus quæstio peruenisset, dilectū filium G. sancti Adriani diaconum Card. vobis deſigna uimus auditorē. Mediante itaq; ipsius vigilantia studiosa inter vos super discordia illa per Dei gratiā amicabiliter cōueniſtis, & certā inde cōstitutionē mutuo consensu formastis, quæ futuris temporibus à vobis, & successoribus vestris perpetuo debeat conseruari. Eam aūt nobis fecimus recitari, & auditā auctoritate ea rauimus apostolica confirmare, rationabilē ipsam, & sine prauitatis vitio cognoscentes, vnde maius iudiciū firmitatis cōstitutionē ēādē p̄senti scripto duximus inserendam. Est ergo in ipsius vestræ cōpositionis principio constitutū, vt in ecclesia vestra sint octo regulares canonici & professi, duo alii clerici, qui in subdiaconatus, vel accolitatus officio tam interius, q̄ exterius sufficiāt deseruire, in quorū seruitio nullus omnino laicus admittatur, prædictorum aūt octo maior archipresbyter erit, alius ordinarius, sequēs camerarius fiet, ita ꝙ archipresbyter interoēs p̄lationis officium obtinebit, vt pote cum sit penes eum omnis circa domū ipsam auctoritas, & ipso p̄sente cūcta cessent officia, & per eū, cū assensu tamē omniū fratrū, vel maioris partis, cū necesse fuerit, disponatur. Ordinari⁹ vero claustrū debet ex officio custodire, signare diligēter, & auscultare à singulis lectiones, ꝙa nullus debet legere, nisi lectio, q̄ legēda, est pri⁹ ab eo fuerit auscultata, diuina officia in ecclesia celebrabit, & qua voce vtendū sit, seruato moderamine prouidebit, religionem faciet obseruari, vices archipresbyteri in ipsius absentia supplebit, excessus quoq; si qui essent (quod absit) in Capitulo referet, & cū cōsilio fratrū absente archipresbytero, pœnitentiā super his imponet, libros debet nihilominos custodire. Hæc oīa, quæ præmisimus, si vtrūq; istorū abesse cōtigerit, p tertiū dēt sine recusatiōe suppleri. Camerarius siquidē oīa debet recipere, & ēt ei cōuenit resignari q. quid ad man⁹ deuenerit aliorū. Ipse vero, q̄d cuiq; op⁹ erit, iuxta facultates dom⁹ ꝓuide dispēsabit, mancias, & alia, quæ fuerint necessario dāda, intus, & foris cū consilio archipresbyteri sine murmure tribuet, quo absente recipiet hospites, & eis hilariter ministrabit. Cum aūt fuerit archipresbyter

eligendus

eligẽdus, eligẽtur prius à Capitulo tres de ipsis fratribus bonę opinionis, & vitę quorũ vnus sit presbyter, alius diaconus, tertius subdiacon⁹, q̃ exquisita seorsum, & p̃ scripturã fratrũ omniũ voluntate il lũ eligẽt, & in sede cõstituent, in quẽ maioris, & sanioris partis vota concurrent. Quo facto eidẽ habẽti regulã beati Augustini præ manibus, tribuẽt oẽs obediẽtię manũ. Erit aũt talis electus, qui vel sit sacerdos, vel possit ad sacerdotiũ p̃moueri. Ipse vero archipresbyter ordinariũ, & camerariũ, prius tñ assensu fratrũ omniũ, vel sanioris partis requisito separatim, instituet, & ipse camerarius per vnã quãq; hebdomadã super datis, & receptis reddet corã archipresbytero, & fratribus in Capitulo rationẽ. Nouitios quidẽ ad regularis ordinis obseruãtias aspirantes, archipresbyter cũ cõsilio fratrum, vel sanioris partis recipiet. Sublato vero illo, quod de p̃fessione dr. ad mandatum nostrũ cum subintelligatur nõ positũ, & expressum, soleat vitiũ generare. Cæterum nouitij clausurã ingressi, in vltimo chori debent p̃ manum archipresbyteri instituí, ibiq; debẽt p̃ octo dierum numerum residere. Postmodũ si sacerdos fuerit, in vltimo sacerdotum stallo, si vero diaconus, in vltimo sui ordinis ponẽdus erit, & ita de cæteris statuetur. Præterea circa necessitates fratrum ita fuit de consensu mutuo dispositum, & statutũ, vt videlicet quisq; canonicorum duas habeat interius breues camisias, & duas bracas, sine quibus nunquã iaceat, & vnã exteriorem camisiã cũ pellicia, quæ duo vsq; ad talos pertingãt. Cortibaldum insuper, subaros quoq; in hyeme, setulares habeãt in æstate, caligas tã lineas, quàm laneas, & scafones similiter habeãt duplicatos, capas nigras singuli de mãtellario habeãt, vel naiuo, pelles agninas albas, duob⁹ linteolis in lecto, & vno coopertorio sint cõtenti, nõ tñ cõtra ordinẽ erit, si archipresbyter, sicut talis plus laborat, & plus oneris sustinet, plus cõsequatur honoris. Camerarius vero, qui noua dat vestimẽta canonicis, vetera recipiat in traditione nouorum. Sane mẽsura panis, & vini reseruanda est archipresbytero, & Cap. distinguẽda, scilicet archipresbyter p̃ duob⁹ canonicis portionem habebit, qui ẽt à camerario eleemosynã dandã recipiet, habẽs cum camerario ipse donandi vsq; ad viginti solidos facultatẽ. Sine assensu verò cõi, vel minoris partis, p̃dictã ei summã excedere nõ licebit. Præterea nulli clericorũ licitum erit stare in refectorio, vel choro præsente cõuentu, nisi capa, vel toga regulariter induatur, in quibus duob⁹ locis continuũ conuenit silentium cõseruari, ad quæ loca ipsis præsentibus nulli patebit laicorum ingressus. Sine licentia quidem archipresbyteri, vel ordinarii, si præsentes fuerint, claustrum exire alicui canonico nõ licebit, quibus absentibus, sufficit tñ, vt ab eo, qui maior erit, licentia requiratur. Nunquã autem licebit alicui canonico scholas adire, nec in hoc excusabit eũ licentia expetita, immo sequetur excõicatio p̃sumẽtem, nec post ad locum suum, vel officiũ admittetur, salua tamẽ apostolicæ sedis auctoritate. Cęterũ cum archipresbyterum, vel quẽlibet de fratribus ad aliquẽ locũ traxerint negocia certa domus, de manu camerarij expensa recipient, quarum ei residuũ (si forte aliquid superfuerit) resignabũt. Archipresbyter eũ ad aliquem locũ ire voluerit, fratris, quem elegerit, societatẽ habebit. De exitu fratrũ à claustro, quod regula præcipit, obseruetur, vt videlicet ille eat, cui archipresbyter duxerit iniungendũ. Dictũ ẽt fuit, q̃ quisq; fratrum, & etiã camerarius faceret hebdomadã suã, nisi necessitas iusta impediat, & tunc officium suũ per aliquẽ de fratribus exequatur. Ad hæc seruientes laicos, qui sunt, vel pro tempore necessarii erunt, remouere, vel recipere ad officium camerarij pertinebit, quibus etiam mercedem, præmissa in omnibus auctoritate, & cõsilio archipresbyteri pro recepto, vel recipiendo seruitio, soluet, & illi deuote fratrib⁹ seruient, qui deuotius, & cum maiori reuerentia studebunt tanquam maiori, & digniori archipresbytero famulari. Nulli ergo omnino hominũ liceat huius paginam constitutionis, & nostræ confirmationis infringere, &c. vsque ad verbũ, contraire, salua in omnibus sedis apostolicæ auctoritate. Si qua igitur, & cæt. Datum Laterani, nonis Martij.

LITE-

LITERAE CONSVLVM, ET populi montis belli de fidelitate Romanae ecclesiae facienda.

SAnctissimo patri, ac Domino I. Dei gratia summo Pontifici, Petricius, Azius, Sandonus, & Henrigerus Consules Montis Belli cũ omni populo ipsius Castri debitam fidelitatẽ cum omnimo da reuerentia. Ea nos vestræ paternitatis beatitudo ex temporũ mutatione noue rit collegisse, q̃ profecto vobis gaudium portãt cum honore, dummodo ad ipsa clementer oculum eleuare digemini. In archiuio igitur sanctæ Romanæ ecclesiæ credimus ex maiorum memoria fore iã antiquatum, qualiter ad eius dominationem Castrum nostrũ peruenerit, & ideo nõ est opus insinuare, quod luce clarius cõstat, nec vnquam ab aliquo negari poterit, q̃ non fuerit de comitatu Comitissæ Matildis, sed prævalente aduersus ecclesiã Dei publica olim potestate dominationẽ suam in ipso Castro, ecclesia nõ valuit exercere. Nunc vero, quia omnipotens Deus sic disposuit, vt tempore vestro filiorum dispersiones ad sinum catholicæ matris redeant, patris imperium per omnia seruaturi. Hinc est, quod vnanimes vno voto omnes quærimus, & diligenter petimus dominium vestrum, vestræq; sanctitati tanto deuotius fidelitatem facere cupimus, quãto indubitanter vos credimus spiritũ Dei habere, atq; iõ accepisse potestatem, vt omnia in statũ rectitudinis vestra sapientia reducatis, facta in præsumptoribus vindicta, & legatis in compedibus, qui contra catholicã Romanam ecclesiam ausi sunt minus iusto pugnare. Cõmendamus itaq; miseri cordiæ vestræ Castrum, ecclesias ipsius, clerum, & omnem populum, rogantes cum omni humilitate, quatenus ad ista, quæ postulamus, mora sublata respondere dignemini. Quod si placet de latere vestro mittere, cui vestra debeamus vice intendere, illius cõcordiæ sumus, & esse volumus, vt facta fidelitate vobis donationem Castri iuxta vestrum mandatũ assignemus, ea videlicet ratione, vt cum omni integritate tã noua, quàm vetera nostra iura seruentur illæsa, nec aliquando imminui nobis debeant, vel in peius aliquatenus cõmutari. Illud attẽdat sanctitas vestra, q̃ pro fortitudine loci multi nobiscum confœderari cupiũt, sed nulli dare responsum volumus, donec à misericordia vestra nuncium recipiamus.

MARSICANEN. EPISCOPO, super causa matrimonij inter B. virum, & O. mulierem, quam prius desponsauit, & aliam duxit postmodum in vxorem.

SIgnificasti nobis per literas, q̃ cũ vir O. mulierem prius carnaliter cognitã desponsasset, eam postmodũ non cognouit, immo ipsa ad partes illas transeunte, sibi aliã copulauit, ex qua filios, & filias iam suscepit. Verum quia eadem O. ad te reuersa, vel virum ipsum sibi restitui postulat, vel dari licentiã cõtrahendi, & tu, quid super his fieri debeat, nostris quæris literis edoceri, fraternitati tuæ taliter respondemus, quod si dictus vir eam de spõsauit per verba de præsenti, ad ipsam cogendus est de iure redire, quod si forsam in desponsatione ipsius verbis vsus est de futuro, impositia vtrinque pœnitẽtia de fide mentita, mulieri eidem nubẽdi cui voluerit, in Domino. liberam tribuas facultatem. Datum Lateran. VIII. Calend Martii.

ABBATI, ET FRATRIBVS Sancti Prosperi Reginenses omnes alienationes, seu obligationes, quas Guido quondam ipsius monasterij abbas fecerat, irrita sint, & inanes,

OFficio nostro plurimum expedire dignoscitur conseruationi ecclesiarum, & maxime earum, quæ iuris beati Petri existunt, solicita meditatione intendere, & ne iura earũ diminui valeãt, vel per occupationem illicitã deperire, vigilem nos conuenit curam, & solicitudinem adhibere. Hac itaque ratione inducti, & officio nostro, quo specialius monasterio vestro, quod beati Petri iuris existit, in suo iure adesse tenemur attentius prouocati, omnes alienationes seu obligationes, quas Guido quondam abbas monasterii vestri post primum iuramentum, quod de non alienando in electione sua præstitit, & etiam in schismate de possessionibus prælibati monasterii quocunque titulo fecit, in præiudicium

cium ipsius ecclesiæ ad exemplar felicis recordationis Alexandri, Lucii, & Cæl. prædecessorum nostrorum Romanorũ Pontificum irritas, & friuolas esse decernimus, & auctoritate apostolica viribus penitus carere censemus. Datum Laterani, XV. Calend. Aprilis.

Super hoc etiam scriptum est, cõsulibus Reginen. vt possessionum prædictarũ detentores ad restitutionem earum tradita sibi potestate compellant.

ANTIOCHEN. PATRIARCHÆ, Quia Apamien. electum in Tripolitan. eccle siam sine licentia Domini PP. transtulit ipsum, & confirmatione Episcoporum à domino PP. suspenditur, quousque ab eo aliud statuatur.

CVm ex illo generali priuilegio, qđ beato Petro, & per eum ecclesiæ Romanæ Dominus noster indulsit, canonica postmodũ manauerint instituta cõtinentia maiores ecclesiæ causas esse ad sedem apostolicam perferẽdas, ac per hoc translationes episcoporum, sicut depositiones eorũ, & sediũ mutationes ad summum apostolicæ sedis Antistitẽ de iure pertinẽat, nec super his præter eius assensum, aliquid debeat attẽtari, miramur nõ modicũ, & mouemur quod tu prædecessoris tui exempla secutus, qui motu propriæ voluntatis Mamistan. in Tharsen. dicitur transtulisse, La. quondam Apamien electũ in Tripolitan ecclesiam trãstuliſti, nec tibi sufficit dicti prædecessoris tui præsumptionem solummodo imitari, immo etiã in iniuriam nostram ipsius transgressus excessum nouo quodã mutationis genere paruificasti, maiorẽ & magnum quodãmodo minorasti episcopare Archiepiscopum, immo potius de archiepiscopare præsumens, cum dictus prædecessor tuus dictũ archiepiscopũ de Tharsen. ecclesia in ecclesiam transtulit similiter dignitatis, licet enim dictus L. nondũ fuisset in archiepiscopum consecratus, cõfirmationis tñ munus receperat, & Archiepiscopalia quantum ei licuerat ministrarat, sicut ipsius nobis relatione innotuit, qui se Valenien. Episcopum, cũ in nostra esset præsentia constiturus, asseruit cõfirmasse. Ne igitur perpetrandi similia cæteris aud acia præbeatur, si tantus excessus relictus fuerit impunitus, te ab episcoporũ cõfirmatione duximus suspendendũ, quousq; super hoc aliud statuamus, sciturus, q hoc nos ab exauditione petitionis, quã P venerabili nostro archiepiscopo Mamistan. porrexeras, reuocauit. In cæteris aũt quãtũ cũ honestate potuimus, te curauimus exaudire. Datũ Lateran. XVI. Calen. Aprilis.

DICTO TRIPOLITAN. EPIscopo, per quod in Apamien. ecclesia in Archiepiscopum electus in Tripolitan. se fecit transferri, à pontificalis officii executione suspenditur, quousq; à Domino Papa aliud statuatur.

CVm ex illo, & cætera, vt suprà vsq; ad verbum illud, mouemur. Quòd cũ in Apamien. ecclesia in Archiepisco. fuisses electus, & confirmatione suscepta quantum tibi licuerat, archiepiscopalia ministrasses, sicut ex tua nobis relatione innotuit, qui olim apud sedem apostolicam constitutus, venerabilem fratrẽ nostrum Valenien. episcopũ te cõfessus es confirmasse, in Tripolitan. te transferri fecisti, nouo quodam promotionis genere non promotus, sed potius minoratus. Ne igitur perpetrandi similia cæteris audacia præbeatur, si tãtus excessus relict⁹ fuerit impunitus, te ab executione pontificalis officii duximus suspẽdẽdũ, donec sup hoc aliud statuamus. Datũ Lateran.

SVESSION. EPISCOPO DE concessa sibi Licentia recipiendi ius patronatus cuiusdam capellæ à P. præposito Compendien.

IVstis petentium &c. vsq; ad verbum illud, assensu. Recipiendi appellatione remota ius patronatus à dilecto filio P. præposito Compendien. in capella, quã in Castro de nouo cõstruxit, sicut illud ipse tibi potest iuste conferre, liberam tibi concedimus auctoritate apostolica facultatem. Nulli ergo &c. Datũ Lateran. XIII. Calend. Aprilis.

EIDEM, VT CAPPELLAM sibi à Præposito Compend. ẽ. collatam dedicare valeat, & de parochia disponere cum licentia episcopi Atrebaten.

PRopositum est nobis, quòd cum in Castro Compendien. vna tantum pa-

rochia fuerit ab antiquo, ea iam in tantum excreuit, quòd in tres valet diuidi comparenter, ex quarum qualibet plures etiam possunt viuere sacerdotes. Propositum est insuper nobis, quòd dilectus filius P. præpositus Compendien. capellam quandam apud idem Castrum construxit propriis redditibus, & ditauit, quam per te tanquam per diœcesanum episcopum petit solenniter dedicari, vnde fraternitati tuæ auctoritate præsentium indulgemus, vt liceat tibi sine appellationis obstaculo secundum Deum, & canonica instituta tam de parochia illa disponere, quàm dedicare capellam, si à venerabili fratre nostro Atrebatē. Episcopo, cui super hoc scribimus, licentia fuerit tibi collata. Datum Lateran. VIII. Calend. Aprilis.

ATREBATEN. EPISCOPO, VT si ei constiterit, quod parochia Castri Compendien. ad episcopum Suessionen. pertineat, disponendi de ipsa liberam ei tribuat facultatem.

EX parte venerabilis fratris nostri Suessionē. episcopi Apostolicis est auribus intimatum, quòd, cū in Castro Compedien. &c. vt suprà vsque ad verbū illud, sacerdotes. Verum cum in eadem parochia vna sola sit constructa ecclesia, & in ea vnus solus presbyter instituatur, & ad eam non modica cōueniat populi multitudo, contingit aliquando, ꝙ ptopter penuriam sacerdotum plerunque parochiani defectum in spiritualibus non modicū patiuntur. Volentes igitur parochianis ipsis in hoc solicitudine paterna consulere, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus si parochiam ipsam ad dictum episcopum constiterit pertinere, disponendi de ipsa secundū Deum, & canonica instituta liberam ei tribuas auctoritate apostolica, remoto appellationis & contradictionis obstaculo, facultatem. Datum Lateran. VIII. Calend. Aprilis.

BVRDEGALEN. ARCHIEPISCOPO de sententia lata pro canonicis Lemouicē. per Dominum Cæl. & de ipsius reuocatione veritate cognita per eundem, & quod Dominus Innocen. præcipit executioni mandari, quod factum est per Dominum C.

CVm felicis recordationis C. PP. prædecessor noster bonæ memoriæ P. Petragoricen. episcopo dederit in mandatis, vt si S. quondam episcopus, & canonici Lemouicē. dilectum filium nostrū Guid. Marnoli presbyterum infra viginti dies post usceptionem literarum suarum in canonicum, & fratrem nollent recipere, ipse sine appellationis obstaculo id exequi non tardaret, eisdem canonicis præceptum illius, & commotione ipsius episcopi contemnentibus, termino viginti dierum elapso, cum dictus epūs ad ecclesiam Lemouicen. mandatum præfati prædecessoris nostri executurus accederet, quidam canonici Lemouicen. cū quibusdā clericis, & alioum canonicorū seruiētibus, & laicorum multitudine iuxta portas ciuitatis suæ in illum, & eius socios irruētes in quodā cēmiterio præfatū G. presbyterum, & quosdam alios in facie ipsius episcopi nimis turpiter, & inhoneste tractarunt, & duris verberibus affecerunt, & ablatis eis equituris, donec longe à ciuitate expulerant, ingenti clamore fuerunt ipsos cū lapidibus insecuti & P. subd. vsq; ad effusionem sanguinis in capite percusserunt. Episcopus vero reuersus ad propria, prædictū G. presbyterum de Lemouicen. canonica iuxta mādatū apostolicū solenniter inuestiuit, & idem prædecessor noster inuestituram ipsam ratā, & firmā habens, auctoritate curauit apostolica confirmare. Verū cū idem presbyter cū literis ab eodem prædecessore nostro super inuestitura concessis ad ꝓpria remeasset, Aldouin. Bruschare ipsius ecclesiæ canonicus contra ipsum à Capitulo destinat⁹, aduersus eū multa proponens, à præfato antecessore nostro ecclesiam ipsam per indulgentiā sedis apostolicæ ab ipsi⁹ impetitione obtinuit prorsus absolui. Cæterum quoniā idem prædecessor noster postmodū multorum relatione cognouit, quòd ea, quæ contra præfatum presbyterū fuerant allegata, à veritate penitus discreparant, venerabi-

nerabili fratri nostro Biturícen. archiepiscopo sub omni districtione præcepit, vt non obstante indulgentia illa, vel alia, si quam in ipsius presbyteri præiudiciũ impetratam esse cõstaret, vniuersos canonicos Lemouicen. ecclesiæ publice singulis festiuis diebus nunciaret, omni dilatione, excusatione, cõtradictiõe, occasione, & appellatione postpositis, tandiu ex cõmunicationis, & eorũ ecclesiæ interdicti sniẽ subiacere, donec pfatũ presbyterũ ad canonicã ecclesiæ suæ, de qua est auctoritate apostolica p supradictũ episcopum inuestitus, admitterent, & permitterent illũ eã in pace tenere, alioquin illos tã excõicatos, q̃ ab officiis beneficiisq; suspensos, pœnam de contemptu debitã recepturos, ad sedẽ apostolicã nullius cõtradictione, vel appellatione obstante, transmittere nõ tardaret. Illos vero, qui in sæpe dictum presbiterum, & prædicti episcopi socios manus temetarias iniecerunt, tãdiu anathemati subiacere, & omnium officiorum, ac beneficiorum, sine appellationis diffugio, auctoritate suffultus apostolica extorres decerneret, donec eidem episcopo, & eorum sociis ab illis foret de illatis iniuriis plenarie satisfactum, & cum literis ipsius archiepiscopi veritatem rei plenarie continentibus veniret ad sedem apostolicã absoluẽdi. Prędictus aũt archiepiscopus eos officio, beneficioque suspendit, & ecclesiam Lemouicẽ. suppositus interdicto, quam sententiam ipsi canonici seruare penitus cõtempserunt. Nos igitur quod super hoc factum est, ratum habentes, & firmum, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, & districte præcipimus, quatenus iuxta præscriptam formam vltimã transmissam archiepiscopo memorato, sublato cuiuslibet contradictionis, & appellationis obstaculo, in prædicto negocio procedere non omittas, procuratori præfati presbyteri eius nomine sine cuiuslibet interpositione personæ stallum in choro, & in capitulo locũ assignans. Nullis literis obstantibus dicto G. præsente, & respondere parato in harum prę iudicium à sede apostolica impetratis. Datum Laterani, XVII. Calend. Aprilis.

HVBALDO PISANO ARCHIEpiscopo, eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum, de confirmatione Turritanen. Calaritan. & Arbonen. prouinciarum primatus.

SI sua cuiq; iura illibata seruamus, & eos, qui in ecclesia Dei pro inuicto sibi officio, & deuotione syncera plus aliis elaborant, dignæ retributionis vicissitudine diligentius, ac specialius honoramus, quod nostrum est, iuxta commune debitum (sicut debemus) exequimur, & apostolicæ sedis honorem integre custodimus. Proinde cum felicis memorię prędecessor noster Innocentius Papa de discordia, & guerra, quæ inter Pisan. & Ianuen. ciuitates extitit, multas hominũ clades, & Christianorum captiuitates in numeras peruenisse cõsiderans, vtriusq; partis saluti tã spiritualiter, quam tẽporaliter paterna solicitudine studuerit prouidere, atq; pro bono pacis, & recõpensatione episcopatuum, quos vtriq; à prædecessoribus nostris Romanis pontificibus ecclesiæ Pisanæ cõcessos, in insula Corsicæ à prædecessore tuo bonæ memorię archiepiscopo Vberto accepit, in Galuren. iudicatu duos episcopatus, Galtelin. videlicet, & Ciuitaten. & Populonien. episcopatũ sibi, eiusq; successoribus, & per eos ecclesiæ Pisan cõcesserit, & metropolitico iure subiecerit. Nos, qui in sedis apostolicæ administratione (licet indigni disponente Dño) sibi successimus, eandem cõcessionẽ, antecessorũ nostrorũ bonæ memoriæ Adriani, Alexandri, Clementis, & Cœlestini Papæ vestigiis inhærentes, auctoritate apostolica cõfirmamus, & ratã manere censemus. Prædecessorũ quoq; nostrorũ vestigiis in hærentes, vobis primatus honorẽ Turritan. prouinciæ cõfirmamus. Ad maiorẽ etiã honoris cumulũ Pisan. ciuitatis, vt Pisan. ecclesia cũ vniuerso eiusdẽ ciuitatis populo in fidelitate, atq; deuotione sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ iugiter perseueret, & in ipsa quotidie augmẽtetur, p deuotione quoque, & honestate tua frater Vbalde Pisa. archiepiscope, personam tuã, & per te Pisan ecclesiã amplioris munimine volumus decorari. Tibi ergo, tuisq; successoribus primatũ super Calaritan. & Arbonen. prouincias datum cõcedimus, & au-

ctoritate sedis apostolicæ confirmamus, ita quidem, vt eos ad cõcilium vocandi, excessus eorum corrigendi, & in doctrina apostolica confirmandi, atque cætera omnia, quæ ad ius primatus pertinẽt, in eos exercendi habeatis liberam facultatem. Verum tamen supradictarum duarum prouinciarum archiepiscopos ad cõcilium non vocabitis Pisas, sine consciẽtia Rom. Pontificis. Super Turritan. vero prouinciam, dignitatem primatus, sicut à prædecessoribus nostris ecclesiæ Pisan. concessum est, habeatis, legationem quoque Sardiniæ à prædecessore nostro Papa Vrbano prædecessoribus tuis concessam, & felicis memoriæ Innocentii, & sanctæ recordationis Eugenii, atque Anastasii, & Cœlestini Romanorum pontificum priuilegii in perpetuum roboratam, tibi, tuisque successoribus præsentis scripti pagina confirmamus, & cõfirmationem ipsam ratam, & inconuulsam perpetuis temporibus decernimus permanere. Deniq; vt Pisan. ciuitas, quæ fauore cœlestis nominis de inimicis Christiani nominis victoriam frequenter obtinuit, & eorum vibes plurimas subiugauit, amplius honoretur, equo albo cum nacho albo in processionibus vtendi, & crucem, vexillum scilicet dominicum, per subiectas vobis prouincias portandi, & per spatium illud Vulteran. episcopatus, quo de Pisan. episcopatu ad Populonen. transitur, tibi, tuisq; successoribus licẽtiam damus. Pallii quoq; vsum fraternitati tuæ concedimus, vt videlicet eo secundum consuetudinẽ Pisan. ecclesiæ perfruaris, & in cõsecrationibus triũ episcoporum in Corsica, Alerien. videlicet, Aiacen. & Sagonen. ac prædictorum duorum in Sardinia, & Populien episcopi, quorum Metropolitanus existis. Si qua igitur in futurum, &c.

VICENTIN. EPISCOPO, VT feuda, & beneficia interfectoribus Vicentin. episcopi per sententiam sublata non restituantur eisdem, nec alia conferantur.

ADaures apostolatus nostri perue-
Ea. ad auros de pauci. nit, quòd cum quidã parochiani tui ausu diabolico bonæ memoriæ I. quondam Vicentin. episcopum prædecessorẽ tuum nequiter peremissent, feuda, & beneficia, quæ à Vicentin. ecclesia obtinebant, ipsis per sententiam fuerunt cũ multa deliberatione sublata. Quia igitur maiori etiam sunt animaduersione plectendi, nos bonę memoriæ Cœlestini prædecessoris nostri vestigiis inhærentes, tam tibi, quàm successoribus tuis arctius inhibemus, ne alicui ex prædictis malefactoribus, aut eorum hæredibus prædicta beneficia restituãtur vlterius, seu de nouo alia quælibet conferãtur. Si quis aũt (qđ non credimus) cõtra hoc aliquid attentauerit, ipsum auctoritate apostolica decernimus officii, beneficiiq; sui dignitate carere. Quòd si aliquæ literæ aliquando super hoc apparuerint impetratæ, quæ totius facti non contineant veritatem, illas penitus vacuamus. Volumus etiam, vt præsens pagina sub sacristiæ ecclesiæ Vicentin. custodia deponãtur, & episcopo Vicentin. qui pro tempore fuerit, annis singulis ostendatur. Nulli ergo, &c. Datum Laterani XII. Cal. Aprilis.

ZAMOREN. EPISCOPO DE relaxatione sententiæ, quam legatus ecclesiæ Rom. in ipsum, & ecclesiam tulerat Zamoren.

PRæter debitum officii pastoralis, qđ nos omnes constituit debitores, personam tuam tanto amplius diligimus, & syncerius amplexamur, quanto amplius est præditus scientia literarum. & tã in canonico, quàm ciuili iure peritus. Hoc siquidem attendẽres cum ad sedem apostolicam, dum adhuc bonæ memoriæ C. Papa prædecessor noster viueret, accessisses, ab excommunicationis sententia, quam dilectus filius noster G. sancti Angeli diacon. Card. in te, dum in partibus Hispaniæ legationis fungeretur officio, tulerat, te, & ecclesiam Zamoren. absolui mus, & pœnam, si quam ex eo, q̃ celebraueras post interdicti, & excommunicationis sententiam, quam in te post appellationẽ interpositam eundem Cardinalem tulisse dicebas, meruerас, tibi, & ecclesiæ tuæ de sedis apostolicæ benignitate remisimus, & cum plenitudine gratiæ nostræ te ad propria duximus remittendum. Datum Laterani VII. Calend. Aprilis.

SANCTAE

SANCTAE MARIAE, ET SANCti Petri Decani, & Vni Cancellario Laudunē. de causa cognitione, quæ inter Archidiac. Laudunen. & magistrum R. Balbum super donatione ecclesiæ de Ascheri.

CVm accessissent ad apostolicæ sedis præsentiā dilecti filij E. presbyter, & T. clericus pro quæstione, quæ vertebatur inter dilectos filios H. archidiaconum Laudunen. & magistrū R. Balbū super donatione ecclesiæ de Ascheri, eis dilectum filiū nostrū I. tituli sancti Stephani in Cælio Mōte presbyterū Card. concessimus auditorem, in cuius fuit pręsentia ex parte præfati magistri R. & sacerdotis ab eo præsentati taliter allegatū ꝙ cum ecclesia prædicta vacaret, cuius donatio dictis R. canonico, & H archidiacono Laudunen. pertinebat, archidiaconus eam cuidam puero, nondum vigesimum annum attingenti, contulit, memorato magistro penitus reclamante. Cumq; idem magister archidiaconum memoratū rogasset, vt in personam idoneam conuenirent, ipse archidiaconus propositū mutare nolens ecclesiam eandem prælibato E. presbytero cōtulit, qui in ea posset personaliter deseruire, & ne super hoc in præiudicium suum aliquid fieret, ad sedem apostolicā appellauit. E contra pro parte aduersa nuncius respōdebat, ꝙ præfatus archidiaconus præfatā ecclesiam in suo archidiaconatu positā, tanquā ipsius loci archidiaconus, & patronus, cuidam subdiacono literatura, & moribus commendando, concessit, & ferè super ecclesia ipsa quantū est in narratione negocii, vna erat partis allegatio vtriusq;. Cum igitur iuxta sacrorū canonum instituta illi sint in domo domini præferendi, qui maioribus studijs, & meritis addiuuantur, nec infra ætatem legitimā constitutis animarū cura tribui debeat, vel cōmitti, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus, si legitime vobis constiterit ius patronatus eiusdē ecclesiæ ad illos duos cōiter ꝓtinere, ac præfatū Archidiac. (reclamāte iā dicto magistro R.) ecclesiā memoratā illi, qui nondū ætatis suæ annum vigesimū attigisse proponitur, contulisse, vos eius penitus ordinatione cassata sępe nominatam ecclesiam nō obstante cōtradictione, vel appellatione cuiuslibet, memorato E. sacerdoti, de quo nobis à multis laudabile testimoniū phibetur, si idoneꝰ est, auctoritate apostolica assignetis, & faciatis ipsum eādē pacifice possidere, ducentes in statū pristinū quicquid post appellationē ad sedē apostolicā legitime interpositā temere noueritis attētatā, nullis obstātibus literis, Si quæ apparuerint à sede apostolica præter assensum partiū impetratæ. Datū Lateran 9. Cal. Aprilis.

LVCEN. EPISCOPO ABBATI de Melonen & Petro Ioanni Archidiacon. Astoricen super causæ cognitione, quæ inter Aurien. episcopum, & Abbatem Cellæ nouæ uertitur, quē dicebat sibi lege diœcesana subiectum.

CVm dilecti filii F. Aurien. decanus nuncius venerabilis fratris nostri Aurien. episcopi, & magister Robertus monachus Cellæ nouæ, & abbatis sui nuncius ad sedē apostolicā accessissent, nos eis dilectū filium P sanctæ Mariæ in via lata diacon. Card. cōcessimus auditorem, coram quo fuit ex episcopi parte ꝓpositum, ꝙ cum idem episcopus abbatē sibi lege diœcesana subiectū vocasset ad synodum, ipse non solum non accessit ad ipsum, immo ēt sancti Petri, & sanctę Columbę Prioribus, & Archipresbytero Cauci in Aurien. diœcesi constitutis ꝓhibuit, ne ad ipsius episcopi synodū accedere attentarent, licet ēt vocarētur. Cūq; dictus episcopus, vt saltem humiliter Abbatem ad bonū obedientiæ reuocaret, & vinceret in bono malū, ipsi mādasset, vt cum ad statutum terminū in monasterio expectaret, licet episcopus illuc, iuxta quod promiserat, accessisset, abbatem nō reperit, & portas monasterii clausas inuenit, nec ad monachos ei aditus est concessus, ꝓpter quod Abbatem suspendit, & monasterium interdixit. Verum cum nec ꝓp hoc Abbas ipse à suo cūtumacię proposito resilire, nec latas in se, ac monasterium sententias obseruaret, in eū excommunicationis sententiā promulgauit, quam dictus episcopi nūtius à nobis petiit confirmari. Cæterum nuntius partis aduersæ petitionem eius non esse admittendam proposuit, quia licet Mo-

nasteriũ ipsum infra metas Aurien. diœcesis sit constructũ, liberũ tñ semper extitit, & ab oĩ iurisdictione, ac iugo Aurien ecclesiæ à tempore suæ fundationis exemptũ. Præterea si episcopus aliquam in eo (quod verum nõ erat) iurisdictionẽ haberet, quia tñ abbas ab omni grauamine prius ad sedem apostolicam appellarat, snĩam in eum, & monasterium post modum latam, nullam idem nuntius obtinere asseruit firmitatẽ. Conquestus est etiã idem nuntius ex parte Capituli Celæ nouę, q̃ dictus episcopus abbatẽ eorũ adeo circumuenit, quod contra immunitatem ipsius ecclesiæ ipsis nescientibus ei obedientiã repromisit. Nos igitur super prædictis per memoratũ Cardinalem instructi, quia causa ipsa in nostra non poterat præsentia terminari, vtpote cũ nuntius Monasterii super procuratione, vel rati habitione literas non haberet, eam vestro duximus examini cõmittendã, discretioni vestræ per apostolica scripta mandantes, quatenus si vobis constiterit Abbatem ipsum ad sedem Apostolicã super hoc, antequàm episcopus in eum suspensionis, vel excõicationis, & in Monasterium interdicti sententias tulerit, legitime appellasse, vel Monasterium esse à iurisdictione ipsius Aurien. exemptũ, eo non obstante, quod Abbas ab episcopo (sicut dicitur) circumuẽtus, præter fratrũ suorum assensum ei obedientiam repromisit, cum fraus, & dolus ei patrocinari non debeant, sententias illas iudiceris appellatione remota penit⁹ nõ tenere, aliquin faciatis eas per censuram ecclesiasticam inuiolabiliter vsq; ad factionem cõgruã obseruari. Quod si forsan abbas ipse in exemptionis probatione defecerit, nec legitima se poterit præscriptione tueri, licet probet se ante prædictas sententias appellasse, nihilominus tñ monasteriũ ipsum Aurien. iudiceris ecclesiæ subiacere, in cuius diœcesi est fundatum. Similiter eo in appellationis probatione deficente, si vobis de exemptione cõstiterit, tam Abbatem, quàm Monasterium ab eiusdem episcopi, & ecclesiæ ipsius super hoc impetitione penitus absoluatis, & faciatis, quod decreueritis per censurã ecclesiasticam inuiolabiliter obseruari, in mandato apostolico sine appellationis obstaculo procedentes. Quod si omnes &c. Datum Lateran. VII. Calend. Aprilis.

SENONEN. ARCHIEPISCOpo de irritatione cuiusdam indulgentiæ, quam episcopus Carnoten. à Domino Cœlestino in ipsius Archiepiscopi præiudicium impetrarat.

QVanto excellentius personam tuã speciali prærogatiua meritorũ, & sacrarum scripturarũ intelligentia diuina bonitas illustrauit, tanto efficacius in his, quæ honestatem, seu æquitatẽ continent, tibi fauorem apostolicũ volumus impertiri, & te in iustis petitionibus exaudire. Ex continentia si quidem literarum tuarũ, quas audita promotione nostra per nuntium tuũ nobis dirigere festinasti, apostolatui nostro pareniter innotuit, q̃ venerabilis frater noster Carnoten. episcopus quadã indulgentia, quã si à sede apostolica impetrata, quã de cõscientia bonæ memoriæ C. prædecessoris nostri vix credimus emanasse, contra te vti præsumit, per quam tibi subtrahitur iurisdictio absoluendi eos, q̃ ab ipso sunt excommunicationis vinculo innodati, nisi prius sub examine dilectorũ filiorũ N. Columben. & N. sancti Germani de pratis abbatum discussum fuerit, vtrum ipsi excõicati de iure sint absoluendi, ꝓpter quod honori tuo, & dignitati ecclesiæ tuæ non modicũ præiudicium generatur. Volentes igitur tuis, & ecclesiæ tuę grauaminibus (prout conuenit) obuiare, præfatam indulgentiam penitus irritantes, nullas vires habere decreuimus, quominus in hoc ius metropolicum valeas exercere, dantes prædictis Abbatibus firmiter in mãdatis, vt auctoritate illius indulgentiæ, vel aliquarũ literarum super hoc directarũ ad eos, procedere de cætero non præsumant. Datum Lateran. nono Calend. Aprilis.

ELECTO, DECAN. ET MAGIstro Nicolao de Leuẽnes Canon Cameracen. vt inlitteris transmissis eisdem de causæ cognitione, quæ inter Præmonstraten. & Prumien ecclesias vertitur super possessionibus de Hanapia, subsequenti clausula precedenti clausulæ præponatur.

CAusam, quæ inter Præmonstraten. & Prumien. ecclesias super possessionibus

sionibus de Hanapia vertitur, discretioni vestræ commisisse memlnimus fine canonico terminãdam. Sed quia in literis illis animaduertimus fuisse insertum, ꝙ si alterutra partium legitime citata præsentiam vestrã adire, vel iudicio parere contemneret, vos nihilominus præsentis partis probationes recipere, & quantũ de iure posletis in causæ cognitione, ac decisione procedere minime tardaretis. Nos volentes, vt clausula illa, quantũ de iure poteritis, quæ antequã de probationũ receptione mentio fieret, fuerat inserenda, clausulam illam de probatione receptionũ præcedat, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsam intelligentes ibidem in eadẽ cã iuxta tenorẽ literarũ illarum procedere nõ tardetis, attente prouiso, vt si literarũ auctoritate priorũ in eodẽ negocio legitime est processum, firmũ, & stabile persẽ ueret. Alioquin, si occasione clausulę memoratæ aliquid cõstiterit in alterutrius partis præiudicium attentatũ, id viribus decernimus carituru, volentes nihilominus, & mãdãtes, vt in decisione ipsius negocii (sicut præmissum est) tam super principali q̃ super incidentibus qõnibus, appellatione remota canonice procedatur. Nullis obstãtibus literis præter assensum partiũ à sede apostolica impetratis. Quod si omnes, &c. Datum Lateran. XIII. Calend. Aprilis.

ARMACHANO ARCHIEPIS. quod mulieri post partum acturæ gratias non est eccl. sia aditus deneganda.

VOlens fraternitas tua per responsionem apostolicam edoceri, humiliter à nobis expetiit, vtrum mulieres statim post partum debeant ecclesias ingredi, vel ab earum ingressu per dies aliquot abstinere. Licet autem secundum legem Mosaicã certi dies determinati fuissent, quibus mulieres post partũ à templi cessarẽt ingressu, quia tamẽ lex per Mosem data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est, nos sanctorũ Patrum vestigiis inhærentes taliter tibi duximus respondendum, ꝙ postquam vmbra legis euanuit, & illuxit veritas euangelii, si mulieres post prolem emissam acturæ gratias intrare voluerint, nulla proinde peccati mole grauantur, nec ecclesiarum aditus est eis aliquatenus denegandus, ne pœnam illis in culpam cõ uertere videamur. Si tamẽ ex veneratione voluerint aliquandiu abstinere, deuotionem eorum non credimus improbandam. Datum Laterani.

AVERSAN. EPISCOPO, VT quicquid in ecclesia, vel diœcesi Auersan. in promissionibus, vel concessionibus præbendarum, & beneficiorum factum est per potentiam laicalem, cassetur.

FRatribus, & Coepiscopis nostris in his, quæ rationabiliter & honestè requirunt, apostolicum libenter impertimur assensum, & commissarum eis ecclesiarũ necessitatibus vtiliter prouidemus. Ea propter venerabilis in Christo frater tuis precibus annuentes, ac sequentes Canonũ instituta, quicquid in ecclesia, vel diœcesi Auersan. in promissionibus præbendarum, & beneficiorum per laicalem impressionem factum fuit, præsentium auctoritate cassamus, & nullam obtinere decernimus firmitatem. Nulli ergo, &c.

ABBATI LVCAE, MAGISTRO Gerardo, G. Archipresb. sancti Seuerini procuratoribus ecclesiæ Salernitan. abbati Barch. Capuanum ecclesiæ præceptori, vt quicquid in ecclesia, vel diœcesi Salern. archiepiscopo N. in vinculis detento in concessionibus præbendarum, beneficiorum ecclesiarum attentatum est per potentiã laicalem, cassetur.

INcumbit nobis ex officii debito pastoralis, vt quæ in ecclesiasticæ libertatis præiudicium attentantur, infringere debeamus, & in statum debitum reuocare. Ea propter venerabilis fratris nostri N. Salernitan. Archiepiscopi consulentes honori, quicquid in ecclesia, vel diœcesi Salernitana in concessionibus præbendarum, beneficiorum ecclesiarum, & aliis ecclesiasticis per Ioannem principem, & magistrum Gerardum, qui memorato archiepiscopo detẽto in vinculis locum eius inuadere per laicalem potentiam attẽtarunt, qđ occasione intrusionis factũ est, vel statutum, præsentium auctoritate cassamus, & cassere decernimus robore firmitatis. Datum Lateran.

ABBATI, ET MONACHIS DE Galdo, vt liceat eis monasterium, & habitationem circumpositam ad tutiora loca transferre.

QVæ pro religiosorum locorum necessitate petuntur à nobis, animo gratuito concedimus, & honesta petentium desideriis fauorem apostolicũ gratius impertimur. Quia igitur in medio prauæ, ac pertinacis nationis positi, graues à vicinis vestris molestias, & grauamina non modica sustinetis, ac volentes eorũ nequitiam fugiendo vitare, licẽtiã postulastis à nobis ad loca tutiora monasterii & habitationẽ circumpositã transferendi, vestris precibus inclinati liberam vobis super hoc cõcedimus auctoritate apostolica facultatẽ, vt in maiori quiete monasticæ professionis officium exequi valeatis. Nulli ergo &c. Datum Lateran.

PICTAVEN. EPISCOPO SVper correctione monasterij tam in capite, quam in membris.

LIcet ecclesiarum omniũ cura nobis immineat generaliter, ad illos tamẽ specialius nos conuenit aciem nostræ cõsiderationis extendere, in quibus ab antiquo disciplina constituta dignoscitur ordinis regularis, & per aliquorum insufficientiam à religionis obseruantia propo nuntur, quod non conuenit declinasse. Dilectus siquidẽ filius magister B. Prior de Azaico pro se, & quibusdam aliis monachis sancti Maxentii in audientia nostra proposuit, ꝙ cum olim in eodẽ monasterio multa inordinata existerent, p bonæ memoriæ Vu. Pictauen. episcopũ, & dilectum filium N. tunc eleemosynarium Cellen. nunc abbatem Aureç Vall. iudices à sede apostolica delegatos, fuerunt quædam pro reformatione ipsius monasterii constituta, quæ se dilectus filius N. abbas ipsius monasterii obseruaturũ præstita fide promisit, sed postmodũ non (sicut promiserat) obseruauit, immo (quod deterius est) quosdã monachorũ iuramẽto, quosdã etiã fide sibi astrinxit, vt in nulla causa aduersantes eidem suæ in omnibus pareant volũtati. Præterea Prioratus, & obedientias, quibus præesse monachi consueuerant, sibi retinet, & appropriat, redditus eorũ in vsus proprios expendendo, & cũ in iir, & multis aliis (prout dicitur) modũ religionis excedat, religiosum statum ipsius monasterii minuit, & immutat. Adiecit etiam, ꝙ idẽ abbas pluries monachis de sęculari potestate minas incutiẽs, & terrores præposuit cotã eis, ꝙ Prioratibus monasterii faceret per sæcularẽ potentiam violentiam irrogari. Postmodum vero Prioratus de Azaico, qui cõuentui in pane quotidiano deseruit, fuit à laicis occupatus, quod prædicti monachi ex abbatis volũtate asserũt cõtigisse. Verũ dilectus filius magister Vu de mercato scriptor noster, procurator eiusdem abbatis, nõ esse vera, quæ de iam dicto abbate dicebantur, omnimodis asserebat, ac prædictũ magistrũ B. Priorẽ de Azaico absq; abbatis licẽtia ad sedem apost acceſſiſſe. Quia vero super præmissis non potuimus elicere veritatem, causam ipsam de vtriusq; partis assensu vestro duximus examini committendam, per apost. vobis scripta præcipiẽdo mãdantes, quatenus ad monasterium ipsum pariter accedentes, inquiratis ab vniuersis, & singulis monachis, & aliis etiã, quos videritis expedire, de præmissis diligentius veritate, & solum Deum habentes præ oculis, quæ tam in capite, quàm in membris inueneritis corrigenda, auctoritate apost. appellatione postposita corrigatis, & statum ipsius monasterii in melius, auctore Domino, reformetis, vt & solicitudo vestra appareat cõmendanda, & idem monasterium regularibus proficiat institutis, præfato abbati districtius inhibentes, ne per laicalem potẽtiam monachos suos, vel Prioratus monasterii lædere qualibet temeritate præsumat, vel eis per se, quominus monasterii iustitiã prosequantur, molestias irrogare Volumus enim firmiter, & mãdamus, vt quæ in eodem monasterio se cũdũ Deum corrigenda, vel statuẽda deduxeris, faciatis auctoritate nostra, sublato contradictionis, vel appellationis obstaculo, per censuã ecclesiasticã inuiolabiliter obseruari. Ad hæc volentes indẽnitati prędicti magistri B. ꝙ negociis monasterii fui accepta licentia à Cap. ad sedem nosc itur apost. laborasse (sicut cõuenit)

Cap. Magna, de voto & voti redemptione.

nit)præcaueri,præsentium vobis auctoritate mandamus, quatenus si quid super Prioratu suo de Azaico, postquam iter arripuit,inueneritis immutatum, auctoritate nostra,cessante appellatione in statum debitum reducatis.Si vero nobis de illicita iuramentorum præstatione constiterit,ea denuncietis auctoritate apost. non tenere. Testes autem &c. vsque ad verbum cogatis. Nullis literis obstan. præter assensu partium &c. Quòd si omnes tu frater episcope &c. Datum Late ran.pridie nonas Aprilis.

LAVDEN. EPISCOPO, VT literas cassati nis super electione Canon.in ecclesia Nouarien. quas Iac. iudex furtiue surripuit, in iudicio non recipiat, vel earum auctoritate procedat.

CVm Iacobus iudex Nouarien.apud sedem apost. cōstitutus id obtinuisset à nobis,quod à bonæ memoriæ C.Papa prædecessore nostro nūquam meruerat obtinere, scilicet q causa ipsius sub certa forma tuo cōmitteretur examini,fine debito terminandi, receptis literis super causa ipsa,ad dilectum filium Ioannem notariū, & subdiaconum nostrū accessit, & literas cassationis super electione canonicorum in eccl.Nouarien.facta sibi petiit transcribendas concedi. Postmodum vero ipsis literis eidem notario nostro contra promissionem suam minime restitutis sine licentia nostra, qui ei nec fuimus in aliquo, nec esse volumus onerosi, & dicti notarii conscientia,minus honeste recessit. Ne igitur dicto notario nostro, immo nobis in ipso impune se gaudeat illusisse, fraternitati tuæ per apost. scripta mandamus, quatenus prædictæ cassationis literas nec recipias in iudicio,nec in aliquo sine speciali mādato nostro ipsarum auctoritate procedas.Datum Laterani.

TRECEN. EPISCOPO, QVOD liceat ei votum redimere per alium religiosum.

Cap. Magna, de voto & voti redemptione.

MAgnę deuotionis indicium,& syncerę in Christo tuæ fidei esse credimus argumentum, quē vt nouissima tua Domino cōsecrares, nec senectutis iam imminentis incōmoda,nec diserimina viæ,nec dubia fides,& constans incōstantia pelagi terruerunt, quin pro salute animæ tuæ,ac libertate Trecen.eccl.& deuotione terræ Natiuitatis Domini Hierosolymitan. prouincia disponeres visitare.Cū enim Trecen.ecclesia (sicut ex tua relatione didicimus)cōtra eccle.libertatem indebitis grauaretur angustiis, & præsturis,nec per alium,quàm per N. quondā cāpaniæ Comiten,tum in vltra marinis partibus cōstitutum afflictionibus eiusdem eccle. posse crederes de facili subueniri,cōfisus de liberalitate ipsius quem si ad eum accederes, tibi super necessitatibus eccle.tuæ credebas humiliter prouisurum, præter consilium charorū tuorum ad ipsum proposuisti accedere, ac in signum peregrinationis,& deuotionem terrę orientalis crucē Domini assumpsisti.Licet autem,vt non vacuus in conspectu Domini appareres, sed aliquos tecum manipulos in aream Domini cum exultatione deferens, sermonē ad populū feceris,vt aliq tecū assumpto crucis signaculo subirent itineris grauitatē, vix vnus inter omnes apparuit, qui verbum tuū reciperet,& impleret, tu vero vt laudabile propositū fine clauderes meliori, viam aggressus,cum Placentiā peruenisses,super morte ipsius Comitis tristes recepisti rumores,propter familiam tamē dissimulato mœrore progressus in Thusciam quosdam familiares tuos obuios habuisti,qui te volebant inuitū ēt ab itinere reuocare, asserentes iter tuū nec tibi,nec vltramarinis partibus expedire,cū Gallicanis omnibus exinde redeuntibus terra illa defensanda, in Teutonicorum manibus remansisset. Quāuis aūt super morte ipsius Comitis immensam tristitiam concepisses, & præcipuā intentionē tuā esse conspiceres iam frustratam, noluisti tamen sine consilio apostolicæ sedis,quæ disponēte Domino cunctorū fideliū mater est,&magistra,ad propria rē care.Ingressus igitur postmodū vibē, & in nostra præsenti constitus intentionis tuæ propositū,ad statum Trecen. ecclesię nobis humiliter expressisti,nostrū & fratrum nostrorū consiliū cum deuotione requirens.Venerabilis etiam frater

noster

noſter Senonen. archiepiſcopus Metropolitan. tuus, ſtatum Trecen ecclesiæ, ac diſpendiū, quod ex abſentia tua incurrere poterat, ſemel, & iterū nobis p̄ ſuas literas intimauit, propter qđ diſpoſuimus deliberare cum fratrib⁹, an cum eade Trecen. eccleſia miſericordiā faceremus, te ad gerendā ipſius ſolicitudinē remittentes, an (ſicut tenebaris) ex voto te iter arreptum perficere pateremur, & vtrum horum tā ſaluti tuæ, q̄ terrę orientali potius expediret. Et quidē tria præcipuè duximus in hoc negocio attendenda, quid liceat, quid deceat, quid expediat, quid liceat ſecundum æquitatem, quid deceat ſecundum honeſtatē, qd expediat ſecundum vtilitatem. Sane non videbatur contra votum, & tā laudabile propoſitum licitum, vt venires, cum vox clamet prophetica, Vouete, & reddite, domino Deo veſtro. vt primum ad conſilium, ſecundum vero ad imperium referatur. & in euāgelio, Reddite, quę ſunt Dei, Deo. Votum enim iſtud non eſt dubium eſſe Dei, cui te obligaueras in vouendo, ſed nec decere quomodolibet videbatur, cū ſit ſcriptum in euangelio, Nemo mittēs manum ſuā ad aratrum, & reſpiciens retro aptus eſt regno Dei. & in Geneſi. Vxor Loth, quæ retro reſpexit, in ſalis ſtatuā legatur fuiſſe conuerſa. & in Actibus Apoſtolorum, Anania, & Saphira, qui abierunt retrorſum, ſancto ſpiritui mentientes, à cōſpectu apoſtolorū principis mortui ſcribantur ſucceſſiue delati. Præterea non videbatur aliquatenus expedire, cum ex abſolutione tua, ſi fieret, ſcandalū poſſet laicorū mentibus generari, dicētium, Vbi eſt Deus clericorum? Et hoc exemplo credentium ſe ad voti obſeruantiā non teneri, q̄ viderent per eccleſiarum rectores apoſt. ſedis auctoritate deponi, per quod graue diſpendium terræ orientali contingeret peruenire. Quod enim agitur à prælatis, facile trahitur à ſubditis ad exemplum, iuxta qđ Dñs inquit ad Moyſem in Leuitico, Si ſacerdos, qui eſt vnctus, peccauerit, facit delinquere populos. Verum ætatis tā te ſeneſcētis defectus, & canicies, quæ vix labores, & dolores ſuos tolerare poterit etiam in quiete, in cōtrarium allegabāt, & eccleſiæ Trecen. ſuſpiria, cui vinculo paſtoralis ſolicitudinis alligat⁹, ſine ipſi⁹ aſſenſu votum peregrinationis emittere forſitan non debueras, & dicti Metropolitan tui, qui nos, vt Trecen. eccleſiæ miſereremur, ſolicite inuitabat, & inſtantia nos in partem contrariā non modicum inducebāt. Ipſum etiam quod ex ſui forma ſanctum, & honeſtum votum erat ex perſona vouenti⁹, minus licitum videbatur, quæ licet pennas habeat, quibus fatagat aduolare, ita tamen aſtrictæ ſunt nexibus præſidentis, vt liberum nō habeat abſq; ipſius permiſſione volatum. Cum enim iuxta ſacrorum canonum inſtituta, clericus abſq; epiſcopi ſui licētia peregrinari non debeat, & epiſcopus non minus, immo poti⁹ ſedi apoſtolicę ſit aſtrictus, videri poterat, q̄ abſq; eius generali, vel ſpeciali licentia votum peregrinationis, quo te tamdiu abſentares, emittere non deberes. Minus etiam votum ipſum terræ orientali videbatur expediēs, quæ plus pugnatorum ſubſidium, quàm clericorum, quos & officium, & diſſuetudo reddit imbelles, miniſterium in inſtātis articuli neceſſitate requirit. Quamuis enim orationibus tuis, & aliorum terra illa vehementer indigeat, quia tamen iā impletum eſt verbum Dei dicentis, Venit hora, & nunc eſt, quando neque in monte hoc, neque in Hieroſolymis adorabitis patrē. & infra, Spiritus eſt Deus, & eos, qui adorant eum in ſpiritu, & veritate oportet adorare. Videri poterat, quòd non minus in eccleſia tua, quàm in terra orientali proficientes piis orationibus apud Deum in his, quę pro liberatione ipſius iuſte, ac humiliter poſtularis. Et vtinam cum Moyſe poſſes in mōtem aſcendere, vt te manibus extenſis, orante Joſue pugnas in ſolitudine Amalechitas in ore gladii ſuperaret. Credebatur etiam, quòd terræ orientali magis accederet, ſi quod in tuis, & tuorum clericorum procurationibus fueras impēſurus, ſecūm alicuius religioſi arbitrium tranſferetur in ſubſidium bellatorum. Cum igitur in lege veteri, in qua non minus præceptū Dñi obligabat, quàm votum hodie obligat in eccleſia, primogenita, quæ Dño mādabantur offerri, quædā redde-

rentur

rentur Dño, vt primogenita leuitarum, quędā redimerentur, vt aliarum tribuum quædā cōmutarentur in aliud, sicut primogenitum asini, quod oue cōmutabatur. Ex hoc attendentes, q̄ votum etiam cōmutari posset in opus aliud pieratis, p̄sertim cum bonæ memoriæ A. Papa prę decessor noster votum peregrinationis etiā redimi posse, vel in aliud cōmutati responderit requisitus, non curantes q̄d os iniqua loquentium loquatur, dum tamen non recedamus à tramite veritatis, cum secūdū apostolum, gloria nostra sit testimonium conscientiæ nostræ, & scandalum non curantes, præsertim quia non in tenebris, sed in luce procedimus, de illius auctoritate securi, qui cum audisset à discipulis, nonne scis, quia Pharisæi audito hoc verbo scandalizati sunt? respondit, Sinite illos, cæci sunt duces cæcorum. & iuxta apostolum, Si hominibus placerem, Christi seruus non essem, Tibi pro te, & sex famulis tuis de cōi fratrum nostrorum, & tā archiepiscoporū, quàm episcoporum, & aliorum prudentium cōsilio, quos per Dei misericordiā multos nobiscum p̄sentes habuimus, licentiam concedimus, votum peregrinationis taliter cōmutare, vt omnes expensas, quas fueras in eundo, morando, & redeundo, facturus, alicui religioso cōmittas in necessarios vsus terræ illius sine diminutione qualibet transferendas. Sic enim & orientali prouinciæ, q̄ plus tuis, quàm te in articulo necessitatis instantis indiget tua subuentione, p̄ficies, & Trecen. ecclesiæ tua præsentia, & regimine vtilius prouidebis, ac per hoc animæ tuę salubrius consuletur, laborem etiam laboribus recompenses, solicitius instando vigiliis, deuotius vacans orationibus, & ieiunijs fortius te exercens, ac sup̄ gregе tuo vigilans solicitudine pastorali. Ad hanc autem indulgentiam tibi de benignitate sedis apostolicæ faciendam, id etiam specialiter nos induxit, q̄ iter tuum iam non videbatur vltramarinæ prouinciæ fructuosum, à qua ferè omnes Gallici remearant. Et cum pro salute animæ tuæ, ac libertate Trecen. ecclesiæ prædictum Comitem assequenda, p̄cipue votum peregrinationis emiseris, eo sublato de medio, q̄a cessauerunt causæ, facilē cessare potuit & effectus. Nulli ergo &c. Datum Laterani Idibus Martii.

LECCLIEN. EPISCOPO, ABbati de Bron. & præposito Traiectens. vt inquirāt contra Archiepiscopum Trenirensem, super obiectis criminibus, & si culpabilis erit, suspendant.

CVm irreprehensibilem deceat esse pontificem, & is, cui animarum cura cōmittitur, tanquā lucerna super candelabrum doctrina, & exemplo oibus debeat elucere, quoties ad apostolatus nostri notitiā de fratribus, & coepiscopis nostris aliqua perferuntur, quæ modestiam non sapiant pastoralem, & famā boni nominis labefaciāt quomodolibet, vel denigret, dolemus admodum, & turbamur, & ad ea diligentius indaganda, & animaduersione debita corrigenda, apostolicæ solicitudinis intendimus apponere medicinam. Sanè cum de venerabili fratre nostro Treueren. archiepiscopo dilectus filius maior Treueren. Decanus ad apostolicam accedens præsentiam, multa quæ à maturitate nouerunt pontificalis officij aliena, felicis recordationis C. Papæ prædecessori nostro, & aliis fratribus suggessisset, licet per eundem prædecessorem nostrum ipse archiepiscopus vocatus fuerit, & citatus, vt ad Romanam ecclesiam de obiectis accederet responsurus, venire tamen distulit, & neglexit, nec sufficientes curauit dirigere responsales, cum etiam ipse archiepiscopus prædictum decanum ad Romanam ecclesiam appellauerit, & ab eo fuerit appellatus, & ab vtroque appellationis prosequendæ terminus constitutus. Quia vero sæpe dictus decanus in expectando apud nos moram fecisse dignoscitur longiorem, & pro sua, & ecclesia Treueren. consequenda diutius iustitia laborasse, ne videremur clausis oculis præterire, & sic de nostri possemus executione officij reprehendi, si super his, quæ contra prædictum archiepiscopum opponebantur, non faceremus inquirere solicitius veritatem, & eum de contemptu, quem apud sedem apostolicam habere dignoscitur, non

tur, non curaremus animaduersione debita castigare, inquisitionem ipsius negocii vestrę duximus experientiæ committendam, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus conuocatis ad præsentiam vestrã partibus, & auditis quæ contra prædictum archiepiscopum præfatus decanus proponere voluerit, & probare vtriusque partis probationes, & allegationes vestro sigillo signatas, nostro apostolatui trãsmittatis, præfigentes vtriq; parti terminum cõpetentẽ, quo omni dilatione, & excusatione postposita, nostro se curent cõspectui præsentare. Si vero supra memoratus archiepiscopus in termino ei à vobis præfixo ad præsentiam nostrã personaliter accedere non curauerit, vos eum ex tunc auctoritate nostra denuncietis publicè, sublato appellationis obstaculo, officio, beneficio q; suspensum, & faciatis latã in eum suspensionis sententiam, per censurã ecclesiasticã inuiolabiliter obseruari. Si autem inter cætera, quæ iam dictus decanus contra archiepiscopum proposuerit, memoratũ legitime probauerit, quod ipsum, & E. socium postquam iter arripuerunt, ad sedẽ apostolicã veniendi iã dictus archiepiscop⁹ expoliaperit, vel fecerit spoliari, vos taliter ablata ipsi decano, & socio suo oĩ postposita faciatis dilatione restitui, & ipsum archiepiscopum ab officio pontificali suspensum ad nostram præsentiaro dirigatis. Nullis literis obstantibus harum mentionem nõ habita, & cæt. Quòd si omnis, tu frater episcope &c.

ZAMOREN. ARCHIEPISCOPO, abbati saltus Noual. & Priori sancti Marci, vt restituta Legionensi ecclesia archidiaconatus possessione, causam iure finiant.

CVm sicut audiuimus inter Legionẽ & Lucen. eccclesias olim super archidiaconatu de Tria Castella in præsentia felicis recordationis Lucii Papæ III. prædecessoris nostri præsentibus nũciis vtriusq; partis causa diutius agitata fuisset, tandem Legionen. ecclesiæ fuit adiudicata possessio datis executoribus, qui eam in possessionem illam corporaliter inducere non differrẽt. Cumq; in possessionem prædicta ecclesia fuisset inducta, venerabilis frater noster N. Lucen. episcopus partẽ possessionis illius, fructusq; perceptos sibi retinere p̃sumpsit, licet sententiæ fuisset insertũ, q̃ facta restitutione plenaria de causa proprietatis Legionen. ecclesia respõderet. Nuper vero idẽ Lucen. episcopus ad dilectum filium G. sancti Angeli diac. Card. tunc apostolicæ sedis legatũ accedens ad quosdã ignotos, & remotos ab ecclesia Legionen. iudices literas impetrauit, ad quorum citationem cum Legionen. nuncij accessissent, latam per ecclesiam sententiam allegarunt, & nolentes nisi facta restitutione plenaria, respondere, sedem apostolicam appellarunt, ne contra præfatã sententiam posset aliquid attẽtari. Duo vero ex ipsis iudicibus nihilominus procedentes in cã, possessionem archidiaconatus adiudicare Lucen. ecclesiæ temere p̃sumpserũt, ecclesiam vero Lucen. expulsis ministris Legionen. ecclesiæ, suos ministros, & quosdã milites in possessionẽ induxit, q̃ recipiẽtes ecclesias, & pro sua voluntate bona diripientes, eorũ fructus ex illis iniuste percipiunt, canonicos Legionen. ad possessionem nullatenus accedere permittentes. Quia igitur quod per sedẽ est apostolicã diffinitũ, nullius volumus temeritate quassari, discretioni vestræ per apostolica scripta mãdamus, quatenus si vobis cõstiterit præfatã Legionen. ecclesiam auctoritate apostolica fuisse in possessionẽ inductã, vos amotis detẽtoribus eius ipsam ecclesiã Legionẽ. nõ obstante temeritate iudicũ p̃ dictorũ ab ipso Card. delegatorũ, p̃ centurã ecclesiasticã in possessionẽ dicti archidiaconatus plenariam, sicut in authentico instrumento dicti p̃decessoris nostri insertum esse vobis constiterit, auctoritate apostolica sublato appellationis obstaculo corporaliter reducentes, causam postmodũ audiatis, & appellatione remota fine debito terminetis, prouideatis quoque solicite, ne à prædicto prædecessore nostro sententiã quilibet temere violare præsumat. Nullis literis obstãtibus harũ mentione non habita, &cæt. Quod si omnes, &cæt. Datum Romæ apud sanctum Petrum XV. Calend. Maij.

ALIFA-

ALIFANO EPISCOPO, QVOD clericos præsumentes ipsum ad tribunal seculare trahere, possit per excommunicationis sententiam coercere.

IVstis petentium, &cæt. vsq; ad verbũ illud, Assensu. Vt clericos tuos, qui cõtumaces, aut inobedientes extiterint, qui etiam in ecclesiasticis causis, & beneficiis conferendis te per appellationẽ præsumpserint ad iudicium trahere sæculare, nisi admonitionem tuam ab his præsumptionibus duxerint desistẽdum, tibi eos liceat per excommunicationis sententiã coercere auctoritate tibi præsentium indulgemus. Præterea si quid vacante sede vsque ad tempus consecrationis tuæ in præiudicium tuũ fuit in Alifana ecclesia temere attentatum, liberum tibi sit legitime reuocare. Datum Romæ.

MAGISTRO, ET FRATRIBVS hospitalis Hierosolymitani, vt ecclesiã Tripolitanã ecclesiam de Nephin vna cum decimis, iuxta decretum Pontificis resignent.

EA quibus apo. S. manum diffinitionis apponit, illius volumus firmitatis stabilitate fulciri, vt nulli liceat in scrupulum quæstionis deducere, quod rãtæ sedis est auctoritate statutũ. Sane venientibus ad præsentiã nostram dilectis filiis nostris S. Priore sancti Michaelis, & Aimerico canonico Tripolitan. nuncciis ipsius ecclesiæ Tripolitanæ, & super ecclesia de Nephin & decimis suis, actribus casalibus, quæ occasione literarũ bonæ memoriæ C. Papæ prædecessoris nostri vos occupasse temere asserebant, cõtra vos proponentibus quæstionem tam ipsius, quàm nunciis vestris eis se opponentibus, venerabilem fratrem nostrum P. Portuen. episcopum, & dilectos filios Guid. tt. sanctæ Mariæ transyberim presbyterum, & G. sancti Angeli diaconum Card. concessimus auditores, in quorum præsentia cum ab vtraq; parte fuisset diutius allegatum, & ex fideli relatione nobis super causæ meritis nuda veritas appareret, post deliberationem habitam inter fratres nostros super his diligentem de consilio eorundem, decreuimus ecclesiam Tripolitan. in eum statum possessionum integre reducendam, quam habuit antequam per venerabilem fratrem nostrum N. Nazarenum archiepiscopũ, & dilectum filium N. abbatẽ montis oliueti destinatum à venerabili fratre nostro N. patriarcha Hierosolymitan occasione mandati prædecessoris nostri prædictarum rerum possessio vobis adiudicata fuisset. Ideoq; vobis per apostolica scripta districte præcipiẽdo mandamus, quatenus iuxta quod est sententiatum à nobis, possessionem tam ecclesiæ de Nephinis, q̃ aliorum quæ superius sunt expressa, cũ integritate fructuum ex eis ab illo tẽpore perceptorum memoratæ Tripolitan. ecclesiæ contradictione, occasione, & appellatione cessantibus pacifice resignantes, nullam ei super eadẽ possessione violentiam præsumatis, aut iniuria irrogare, ne in causa ꝓprietatis propter rebellionem vestrã iactuã possitis incurrere graviorẽ. Noueritis autẽ nos venerabilibus fratribus nostris N. Tirẽ. archiepiscopo, & episcopo Sidonien. mandasse, vt si vltra mensem possessionem illã (quod non credimus) contra sententiam nostram præsumpseritis detinere, ipsi vel alter eorum (si ambo nequiuerint interesse) auctor tale nostra suffulti prædictam ecclesiam de Nephinis, cum prædictis omnibus non obstante contradictione, vel appellatione cuiuslibet ecclesiæ Tripolitanen. assignent, & eam in corporalem possessionem omnium prædictorum inducant, quoslibet contradictores, aut nostræ sententiæ obuiantes per seueritatem ecclesiasticam appellatione ꝓpositã compescendo. Nullis literis obstantibus, præter assensum partium à sede apost. impetratis. Datum Laterã.

ANAGNINO EPISCOPO, quod liceat ei pro emptione Castri, ecclesia bona cum voluntate Capituli, pignori supponere.

AD vniuersalis ecclesiæ regimen Domino disponente vocati, sic ecclesiarum cõmodis, & profectibus volumus (prout debemus) efficaciter prouidere, quòd tam in temporalibus, quàm spiritualibus proficere valeant, & statum semper debeant recipere meliorem. Inde est, ꝙ cũ in desiderio habeas, & ꝓposito

Anagnin.

Anagnia ecclesiam iuxta officii tui debitū in possessionibus ampliare, & iustis modis eius vtilitatibus imminere, gratū nobis,& acceptū existit,& votis tuis super hoc volumus patrocinium apostolicū impertiri. Quia igitur Castrum acuti pro ecclesiæ tibi cōmissæ vtilitatibus cōparare laboras,& tam tuę,quàm ipsius ecclesiæ facultates non sufficiant ad preciū exsoluendū, vt in præsenti articulo cum toto tuo Capitulo, vel maiori,& saniori parte de possessionibus ipsius ecclesię valeas pignori obligare,auctoritate prælentium liberam tibi concedimus facultatē. Nulli ergo &cæt. Datum Lateran.

EIDEM. PICTAVEN. EPISCOpo,de confirmatione electionis suæ in Episcopum Pictauensem.

CVm iustus Dominus iustitiam diligat,& vultus eius videat æquitatē, nos,quos ipse gratuito cęlestis gratiæ dono vicarios suos esse voluit, & apostolorū principis successores, sicus ipse ambulauit,ambulare oportet diligentes iustitiā,& iniustitiā persequentes, ne si in cōirariū(quod absit)forte fecerimus, illud nobis valeat coaptari, Væ, qui dicitis bonum malum,& malum bonum,ponētes tenebras lucem,& lucem tenebras.Cum enim iustitia,& iudicium sit correctio sedis huius,quā licet insufficientibus meritis obtinemus, si iudicium nō fecerimus inter virum,& virum,aut si attēderimus in iudicio vultum potentis ad iniustitiā declinantes,pronunciabunt labia nostra iniquitatem,quoniā secundum Prophetam,Pronunciabunt, & loquētur iniquitatem oēs,qui iniustitiā operantur, & in fructuosæ poterimus siculneæ comparari,quā euangelicus pater familias succidi mandauit, & terram cōquestus est inutiliter occupare.Hoc nos, & fratres nostri volentes cautius euitare, cum I. Dolen. Monachus charissimi in christo filii nostri R.illustris Regis Anglię,& G.Pictauen.decani, ac fautorū eius procurator, assistentibus sibi subdecan & magistro Vu.de Talebore canonico Pictauen. ex vna parte, & dilecti filii Vu. Succentor, magister Rainaldus,Ioānes Aeris,I.Arnaldi,I.Emen.Ioannes, Butēber.Lucas montis Maurilii,Guid.Haimo, Henr.& Ric. canonici Pictauen. ex altera super electione tua ad sedem apostolicā accessissent,audientiam eis in consistorio publico duximus concedendā, vt tanto plurib⁹ iudicii veritas innotesceret, quāto causæ meritum ad plurium notitiā deueniret. Propositū fuit autem pro electione in presentia nostra, q̄ bonę memorię Vu.prædecessore tuo viam vniuersæ carnis ingresso,tā personæ,q̄ vniuersi canonici Pictauen.cū de pōtificis substitutione tractarēt, vota sua in sex de canonicis vnanimiter contulerunt, iuramēto à singulis corporaliter præstito,q̄ cū, in quē illi pariter conuenirent,in electum reciperent,& obedientiam ei,ac reuerentiā exhiberent.Cumq; infra sex mensiū spaciū dicti electores inter se conuenire minime potuissent,vener. bili fratri nostro Burdegalen. archiepiscopo ad Capitulū euocato,& compromissione in eius præsentia innouata,dictum archiepiscopum oēs humiliter rogauerunt,vt quē illi sex eligerent,pro Capitulo reciperet,& electionem eius sine dilatione qualibet approbaret. Electores igitur singuli sub debito olim præstiti iuramenti, fide interposita in manu dicti archiepiscopi firmiter promittentes,q̄ secundum Deū,quē de gremio ecclesiæ pastorali regimini magis idoneū existimarent,eligerent,se cedentes in vnū in te concorditer conuenerunt, & cū concordiam suam dicto archiepiscopo nunciassent,ipse quod factū fuerat,approbauit.E contra vero pars aduersa proposuit, q̄ re uera in sex canonicos fuerat ab omnibus compromissum ita tamē q̄ meliorē clericū de gremio Pictauen.ecclesiæ cū pace ipsius ecclesię,ac principis,infra certū diem eligeret, actā diu electionem,quam facerent,occultarent,donec habita pace principis decan. electum in Capitulo nominaret. Sed cū electores ipsi inter se minime conuenirent, à compromisso singulos absoluerunt. Et licet prima compromissio in dicti metropolitani fuerit postmudū præsentia innouata,quia tamen in die compromissionis,sicut eis iniunctum fuerat, nullatenus elegerunt, eorum auctoritas expirauerat, propter qd̄ vlterius eos nec

potuisse,

potuisse, nec debuisse ꝓcedere asserebat. Fuit etiam ex eadē parte subiunctum, qđ cum die compromissionis (vt dictū est) non fuisset in electione processum, electores ipsi ad celebrandam electionem diem alterum statuerūt, in quo, quoniā ad Capitulum non venerunt, dictus decanus apostolicę sedis audientiam appellauit. Sed ipsi appellationi minime deferentes extra ciuitatem in loco secreto nō vocatis decano, & aliis, elegerunt, ꝓ qđ decan. & fautores eius in venerabilē fratrē nostrum N. Nanneten. episcopū conuenerunt. Cæterum pars ecclesiæ, quod (sicut superius est expressum) in electione processerit, voluit incontinenti probare, decretum producens in mediū quorundam ēt ex eis, qui videbantur parti alteri consentire, manibus roboratum, & quorundam abbatum proferens literas, quæ quod decan. cantor, subdecan. & magister Vu. de Talebore in electione ipsa post publicationem eius se cōsentire cōfessi fuerant, continebant. Adiecit etiam ꝙ cum electores ipsi die innouatæ compromissionis in te vnanimiter conuenissent, & electio ipsa fuisset per eundē archiepiscopum approbata, ar. hiepiscopus ad Capitulum veniens, quod factum fuerat, tacito tamen nomine tuo canonicis intimauit, qui se id rantum habere vnanimiter responderunr, & vt electio non publicarerur eadē die, ab archiepiscopo postularunt, dantes et osculum pacis, qđ ab electione ipsa nullatenus resilirent, immo eā oēs, & singuli defensarēt. Quia vero postmodum propter contradictionem Comitis infra ciuitatem Pictauen. te nō audebant publice nominare, in locum tutum, & idoneum cōuenerunt, qđ in ciuitate fecerant publicantes. Vnde cū in die innouatæ compromissionis electores conuenerint, & nisi per decanum, & partem suam stetisset, quod fecerant, parati fuerant publicare, ac cū ex literis eorundem abbatum cōstiterit, ꝙ decan. cantor, subdecan. & magister Vu. de Talebore electionis se post publicationem etiam cōfessi fuerint cōsentire, exceptiones ab aduersa parte propositas sibi asseruit nullum præiudicium generare. Præterea subdecā. & magister Vu. in ipsa quę stionis examinatione ad fratrum concordiā sunt reuersi. Verùm Vu. de Helemosina dilecti filii O. Pictauen. Comitis ꝓcurator præfato I. monacho assistenti ꝓposuit, quod quia electio ipsa post appellationem nec in statuto termino, nec assignato loco fuerat celebrata, & qm̄ assensus principis nō fuerat postulatus in ipsa, & persona tua principi erat ex certa ratione suspecta, erat penitus irritanda. ad quod fuit ex altera parte responsum, ꝙ nō per eam steterat, quo minus certo loco, & tępore electio publicata fuisset, quæ ante appellationem fuerat celebrata, & ꝙ assensus principis non erat de cō suetudine Pictauē. ecclesiæ aliquatenus postulandus, qui te, & fratres tuos, non vt hostes, sed vt deuotos suos in Pictauia tolerat. Nos igitur auditis quæ hinc inde proposita fuerant, electionem fuisse canonicam cognoscentes, & de persona idonea celebratam, eam de communi fratrum nostrorum consilio per sentē tiam confirmauimus, & te sequente die ministerio proprio in episcopum curauimus consecrare. Ne igitur super his aliqua in posterum dubietas oriatur, sententiam ipsam auctoritate apost. confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. Datum Laterani, VIII. Idus Aprilis.

ZAMOREN. EPISCOPO, VT sine titulo ordinato clericus promoueatur.

CVm secundum Apostolum, qui altari seruit, de altari viuere debeat, & qui ad onus eligitur, repelli nō debeat à mercede, patet a simili, vt clerici viuere debeant de patrimonio IESV Christi, cuius obsequio deputantur, vt ipsa nominis ratio persuadet. Cū enim à clericos quod est sors, vel hæreditas clerici appellentur, quia in sui ordinatione vel assumuntur in hæreditatē Dñi, vel assequuntur hęreditatem in ipso, vt vere possint psallere cū Propheta, Dñs pars hæreditatis meæ. Dignū est vt ecclesiæ stipendiis sustententur, in qua, & per quā diuinis obsequiis ascribuntur. Licet autem præcessores nostri ordinationes eorum, qui sine certo titulo promouentur, in iniuriam ordinantium, irritas esse voluerint, *Ca. Cū secundū Apostolū de prabendis & dignit.*

rint,& inanes,nos tamen benignius age re cupiētes,tamdiu per ordinatores, vel ſucceſſores ipſorum prouideri volumus ordinatis,donec per eos eccleſiaſtica beneficia conſequantur, ne forte clamores pauperum clericorum,quos in aures Domini Sabaoth credimus introire, induta facie negligere videamur Inde eſt, ꝙ cum dilectus filius Bernardus lator præſentium,à G bonæ memoriæ prædeceſſore tuo (ſicut aſſerit) in officium fuerit ſubdiaconatus nullo præſentāte promotus,nec vllū ſit eccleſiaſticum beneficiū aſſecutus,fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus , quatenus ſi eum cū dilectis filiis I.decano N.magiſtro ſcholarum,& Helia,canonicis Zamoren.qui bus examinationem ipſius duximus cōmittendam,idoneam eſſe repereris,& ecclesiaſtico beneficio non indignum,tādiu ei vitæ neceſſaria congrue ſubminiſtres,donec per te in Zamoren.Eccleſia, vel in alia fuerit competens eccleſiaſticū beneficium aſſecutus,ſcituras pro certo, ꝙ ſi per examinationem illorum fuerit repertus idoneus,& tu ei iuxta mandatū noſtrum neglexeris prouidere,cum hoc nobis per eorum literas innotuerit,ad id exequendum te per diſtrictionē eccleſiaſticam cōpellemus, quia ſicut nolumus iniuſta præcipere,ſic cum iuſta præcipimus, volumus efficaciter exaudiri. Datū Laterani III.nonas Aprilis.

DECAN. ASTORICEN. VT ſit deceſſorum ſuorum iure atque priuilegijs contentus,nec grauent ſuum Capitulum.

Dilecti filii Capitulum Aſtoricen. nobis intimare curarunt, quòd cū tu olim ad apoſtolicam ſedem accedens, aſſereres dignitatem decanatus de nouo fuiſſe in Aſtoricen Eccleſia inſtitutam, & ideo in ambiguo remanebat , quid ad tuum officium pertineret,reſcriptum ab eadem ſede ſuper hoc reportaſti,quod in hac ambiguitate Aſtoricen.Eccleſia conſuetudinem ſuæ Metropol. ſequeretur, vbi ex ſpeciali conſuetudine decan. multis ſe gaudet priuilegiis decoratum. Vnde quia eadem Aſtoricen Eccleſia dignitatem decanatus à longis retro temporibus noſcitur habuiſſe, licet qui eo fungebatur honore promoueretur aliquando, & deſtituetur pro epiſcopi , & Capituli voluntate,nec decani , ſed Prioris nomine vocaretur,ſecundum conſuetudinem ferè omnium eccleſiarum Hiſpanię,quæ tunc temporis ibi vigebat,cum etiā alius decanus ibidem fuerit inſtitutus, decanus re,ac nomine appellatus,literas illas per falſi ſuggeſtionem , & ſuppreſſionē veri aſſerunt impetratas, nec te debere per illas aliquod commodum reportare, ſed carere potius taliter impetratis.Ea ꝓpter per apoſtolica tibi ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus, ſi vera ſunt, quæ dicuntur eo iure, illaq; poteſtate, quibus anteceſſores tuos vſos fuiſſe conſtiterit,maneas omnino contentus, nec amplius de cætero in præiudicium epiſcopi,vel Capituli præſumas exigere,immo ſi quid forte amplius recepiſti,penitus id in pace dimittas.Quod ſi forte noſtro mandato acquieſcere nolueris , nolueris nos Ven.fratri noſtro Epiſcopo,& dilectis filiis N.Abbati de Carrazedo,& Decano Zamoren. iniunxiſſe, vt te ad prædicta moneant,& inducāt,& ſi opus fuerit,per cenſuram eccleſiaſticam appellatione remota,iuſtitia mediante compellant. Datum Laterani,VI Calend. Aprilis.

Illis ſcriptum eſt ſuper hoc.

MAGDEBVRGEN. ARCHIEpiſcopo , vt à laicis intruſum amoueat, & iuxtà Pragenſem Epiſcopum canonice eligi curet.

Ex parte Pragen. Eccleſiæ in audientia noſtra fuit propoſitum , ꝙ cum H. quondam Pragen. epiſcopus fuiſſet viam vniuerſæ carnis ingreſſus, D. clericus in eorum eccleſia præter electionem Capituli per laicalem potentiam ſe intruſit,licet nec mores, nec vita ei ad obtinendum tantum officium ſuffragentur. Volens igitur eidem eccle. paterna ſolicitudine prouidere, fraternitati tuæ per apoſt.ſcripta mandamus,quatenus ad locum idoneum euocatis,qui propter hoc fuerint euocandi,ſi tibi cōſtiterit de prædictis memoratum clericum ab eadem eccle.omni cōtradictione , & appellatione poſtpoſita,prorſus amoueas,&ab offi

cio,

cio, beneficioq; suspensum, ad nostram nō differas præsentiam destinare. Canonicis etiam Pragen. eligēdi sibi Pastorē idoneam iuxta formam canonicam cōcedas auctoritate nostra liberam facultatem, sciturus nos dilecto filio nobili viro N. Duci Boemiæ per apost. scripta mādasse, vt tibi super his vtiliter, & potēter assistat, & prædictam ecclesiam nō patiatur ab eodem clerico teneri diutius occupatam. Datū Laterani, VI. Idus Aprilis,

Canonicis etiā ipsius eccl. scriptum est, vt illo amoto per archiepiscopum ad canonicam electionem procedant.

AVXITAN. ARCHIEPIscopo, vt clerici, qui se à laicis intrudi curant, puniantur.

QVanto modernis temporibus inimico humani generis suggerente malitia hominum solito plus excreuit, tanto solicitiori diligentia nos prouidere oportet, vt ea quæ in ecclesia Dei minus ordinate, & contra normam ecclesiasticam attentantur, deliberatione proui da corrigantur. Ad audientiam si quidē apostolatus nostri puenit, q̄ clerici tuæ prouinciæ nimiæ auiditatis feruore succensi, in ecclesiis, quas propter insufficiētiam suam cum sint minus idonei, per prælatos obtinere non possunt, per seculares potestates quasi violenter faciunt se intrudi, vnde fit, vt ecclesiæ ipsæ, quæ ad ordinationem prælatorum libere pertinerē solebant, laicali seruituti subdantur, & irreparabile detrimentum incurrant. Nos igitur (prout officii nostri debitum exigit) volentes ipsarum ecclesiarū grauaminibus prouidere, talia de cētero fieri auctoritate apost. inhibemus, fraternitati tuæ præsenti pagina indulgentes, vt illos, q̄ hactenus attētarunt talia, vel deinceps attentauerint, possis appellationis sublato diffugio, si prælati eorum post tuam commonitionem id exequi negligenter omiserint, canonica censura punire, & amouere ab ipsis ecclesiis, si quos inueneris ecclesias obtentas taliter obtinere. Datum Laterani, XV. Calend. Aprilis.

AVXITANO ARCHIEPIScopo, vt vagi Monachi ad cœnobium reuocentur.

QVanto deuotio religiosorum virorum studiosius mādatis diuinis inhæret, & creatori suo placere per opera sanctæ conuersationis intendit, tanto humani generis inimicus ad seductionē eorum suæ fraudis malignitate laborat, & variis modis eis præstat materiam excedēdi, & animas eorum inextricabili laqueo nititur irretire. Ad audiētiam siquidem nostram noueris peruenisse, q̄ monachi, canoci, & alii regulares in tua prouincia constituti, cum deberēt potius in claustro iuxta regularia constituta diuinis obsequiis vigilare, de obedientiis, & redditibus, quorum curam gesserunt, pecunia congregata claustrum abhorrentes, per curias principum, & potentum discurrere nō verētur, & muneribus suis illorum sibi gratiam, & fauorem acquirunt, ac de eorum familiaritate cōfisi in conuentu suo graues dissensiones commouentes, prælatorum mandatis ipsorū inobedientes, & contumaces existunt, & contra illorum prohibitionem secularium negociorem solicitudinibus se immergunt. Quoniam igitur propter hoc ordo religionis non modicum eneruatur, fraternitati tuæ per apost. scripta mandamus, quatenus quoscunque tales inueneris, nisi ad commonitionem tuam resipuerint, vt proprium suum in manibus prælatorum suorum sine difficultate resignent, cōtendū in vtilitatem domus secundum arbitrii tui consilium, & regularem vitam obseruent. Si prelati eorum post tuam commonitionem id exequi negligenter commiserint, per suspensionem officii, & beneficii appellatione remota compellas. Datum Laterani, XIIII. Calend. Aprilis.

Ca. Quā to, De offi cio ordina rij.

AVXITAN. EPISCOPO, VT hæreticis obsistat, & gladio coerceat.

INter cætera, quæ nauiculam beati Petri fluctuantē in mari concutiunt diuersarum turbine procellarum, illud animum grauius nostrum affligit, quòd licentius, & perniciosius solito contra

orthodoxæ fidei disciplinã ministri diabolicæ præuaricationis insurgunt, iuxta quod beatiss. apost. Paulus doctor gẽtiũ exprimit in Eulogio epistolæ suæ, Simplicium animas miserabiliter illaqueãt, & post se trahunt in damnationis interitum, ac superstitiosis, & fictitiis adinuentionibus sacrarũ scripturarũ intelligẽtiã peruertentes, eccle. Cath. vnitatem rescindere moliuntur. Quoniam autem pestis huiusmodi erroris (sicut ex tua, & pluriũ assertione cognouimus) in partibus Vasconiæ, ac circumpositis terris fortius inualescit, per tuam & aliorũ coepisc. tuorum industriam huic morbo tanto efficacius volumus obuiari, quanto magis est timendum, ꝙ pars syncera trahatur, & ex tali contagione, quæ paulatim (velut cancer) irrepit, mentes fidelium inquinentur corruptelæ vitio generalis. Ideoq; fraternitati tuæ præsenti pagina indulgemus, per apostolica scripta firmiter iniungentes, quatenus ad extirpandas hæreses vniuersas, & eos qui sunt hac sece polluti, de prouinciæ tuæ finibus excludendos, modis quibus poteris, operam tribuas efficacẽ, in ipsos, & omnes illos, qui cum eis aliquod commerciũ, aut manifestæ suspitionis familiaritatẽ cõtraxerint, sine appellationis obstaculo eccl. districtionis exercẽdo rigorẽ, & etiã (si necesse fuerit) per principes, & populũ eosdem facias virtute materialis gladii coerceri. Datum Lateran. Calend. Aprilis.

AVXITAN. ARCHIEPISCOPO, vt habentes plures dignitates, retenta vna, reliquas resignare cogentur.

DIgnitates, & cætera beneficia ecclesiastica pia fidelium deuotione constituta fuerunt, certis assignanda personis, vt per ipsas personas in ecclesiis deuotũ seruitium iugiter impendatur. Verùm quidam, qui rectam, & piam ordinationem ecclesiæ præuaricare minime pertimescunt, in diuersis ecclesiis plures sibi archidiaconatus, vel alias dignitates vsurpãt, propter quod ecclesiæ debitis defraudantur obsequiis, & ex hoc in eis non leue scandalum generatur. Ea propter venerabilis in Christo frater tibi auctoritate præsentium indulgemus, quatenus illos, quos plures archidiaconatus, dignitates, vel personatus in eadẽ ecclesia per totam Auxitan. prouinciam habere constiterit, si prælati eorum post tuam commonitionem id exequi negligenter omiserint, data illis optione, quem maluerint retinendi, reliquos possis appellatione remota priuare, ipsosque si super hoc contumaces apparuerint, per censuram ecclesiasticam coercere. Datum Lateran. Calend. April.

Scriptum est autem eidem archiepiscopo in eundẽ modum contra eos, qui plures abbatias habent.

VNIVERSIS ARCHIEPISCOPIS, & episcopis, & aliis ecclesiarum prælatis, ad quos literæ istæ peruenerint.

NE promotionis nostræ primitias Domino negaremus, qui cum vniuersa opera nostra consecrare tenemur, statim post electionem nostram tam pauperum, quàm aliorum apud sedem apostolicam existentium petitionibus intẽdere cœpimus, & eorum negocia promouere, ne si otio tanto tempore vacaremus, corpus, & animus ex ociositate torperent. Verùm quoniam insolitum fuit hactenus, vt sub dimidia bulla ad tot, & tam remotas prouincias literæ apostolicæ mitterentur, & ex hoc literæ ipsæ diutius, quàm vellemus, possint ex alicuius dubitatione suspendi, vt quorũ interest, parcamus laboribꝰ, & expẽsis, vniuersas, literas q̃ ab electionis nostræ die, vsq; ad solennitatẽ consecrationis sub Bulla dimidia emanarunt, parem cum illis firmitatem obtinere decernimus, quæ in Bulla integra dirigũtur. Nulli ergo &c. Datum Laterani, III. nonas Aprilis.

ARCHIEPISCOPO PRAEPOSITO S. Andreæ, & Scholastico S. Petri Colonie. vt fraudulenta, priuataq; beneficiorum permutatio rescindatur.

CVm vniuersorum fidelium ab ipso Domino IESV Christo pastoralis sit nobis cura commissa, solicitudini nostræ dignoscitur expedire, vt sic debeamus quoslibet in suis rationibus confouere, quòd aliorum iura in cõspectu ecclesiæ

Cap. Cum vniuersorum. de rũ permutationi.

cleſiæ diſpendium non ſuſtineãt, ſed firma, & illibata debeant permanere. Intelleximus ſiquidem (dilecto filio Giſleberto canonico ſancti Ioannis in Leodio referente) q̃ cum ipſe, & Lãbertus clericus ducti quadam animi leuitate de permutatione præbendarum ſuarũ inter ſe tractare cœpiſſent, quia vtilitatem vtriuſq; imminere credebant, tamen idem L. clericus occaſione dictæ permutationis p̃bẽda eiuſdem G. quam in eccleſia ſanctæ Mariæ Namucen. habebat, cuidam ſuo conſanguineo aſſignata, p̃bendam ſancti Bartholomæi, quam ſæpe dicto G. repromiſerat, nequaquam voluit reſignare, & ſic idem G. (vt aſſerit) ſua ſpe remã ſit omnino fruſtratus. Cũq; ſuper hoc in præſentia venerabilis fratris noſtri Leodien. epiſcopi fuiſſet diutius litigatum, tandem idem L. ſedem apoſtolicam appellauit, & cũ dictus G. ad noſtram præſentiam non ſine magno periculo, & labore acceſſiſſet, idem L. nec venit, nec pro ſe curauit ſufficientem mittere reſpõſalem. Cum igitur deceptis, & non decipientibus iura ſubueniant, fraus etiam, & dolus nemini debeant patrocinium impertiri, licet ipſi per ſe de iure non poſſent eccleſiaſtica beneficia permutare, vt tandem ſimplicitati venia tribuatur diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta, mandamus, quatenus ſi vobis conſtiterit prætaxatum G. taliter fuiſſe deceptum, ab ipſa Namucen. præbenda, quam diu dicitur poſſediſſe, amoto conſanguineo ipſius L. vel q̃libet alio illicito detentore, eandem ſublato appellationis obſtaculo, G. faciatis reſtitui memorato, & eundem ipſius pacifica poſſeſſione gaudere. Nullis literis, &c. Quòd ſi omnes, tu frater archiepiſcope cum eorum altero, &c.

MEDIOLANEN. ARCHIEPIſcopo, de citatione Taſaguerra cauſidici ad dicendam cauſam Romæ.

BEneuolentiam, quam circa Mediolanen. eccleſiam, & ciuitatem gerimus, in minori quondam officio conſtituti, in opere demonſtrauimus, & noſtrę intentionis affectum oſtendimus in effectu. Nuper etiam diuino munere ad ſummi pontificatus officium euocati, inter ipſa noſtræ promotionis exordia, volentes Eccleſiæ Mediolanen. deferre negocium eius, quod ex maiori parte fuerat immutatum, in debitum ſtatum reduximus, in quo vſq; adeo viſi ſumus eiuſdẽ eccleſiæ iuſtitiæ prouidere, vt Paſſaguerra cauſidic⁹ tuus ad pedes noſtros procidens publice in conſiſtorio acclamaret. Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum. Cæterum poſtmodum iuxta tenorem pronunciationis noſtræ, dilecto filio abbati de Scozula expẽſas reſtitui faceremus, licet frequentes oblocutiones, & detractiones eiuſdem P. frequenter diſſimulaſſemus, tandem coram fratribus noſtris proponere detrahẽdo præſumpſit, quòd cum in pronũciatione noſtra iniuſte grauaremus, ac poſtmodum iniquitatem iniquitati, ac præſumptionẽ præſumptioni apponens, à nobis illiceniatus, immo poſt interdictum noſtrum abſceſſit. Licet autem & peccatores ſumus, & nati de peccatoribus, illius tamẽ & vices agimus, & locum tenemus, qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius, qui habet in veſtimento, & in femore ſuo ſcriptum, Rex regum, & Dominus dominãtium, qui dixit apoſtolis, Qui vos ſpernit, me ſpernit, & qui me ſpernit, ſpernit eum, qui me miſit. Cum ergo iuxta canonicas ſanctiones quædam ſint culpæ, in quibus culpa eſt relaxare vindictam, ne quis huius temeritatis exemplo præſumat ponere os in cœlum, cum eius lingua tranſeat ſuper terram, nos vtique non noſtram proſequentes iniuriam, ſed zelum exercẽtes eccleſiaſticæ diſciplinæ, vniuerſa, quę idem P. pro ſe, ac ſuis à ſede apoſtolica impetrauit, præſentium auctoritate caſſamus, fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandantes, & ſub obtentu gratiæ noſtræ diſtricte præcipientes, quatenus ea caſſata denuncies, & carere prorſus robore firmitatis. Ad hæc diſtricte tibi præcipiendo mandamus, vt niſi dictus P. infra quindecim dies poſt ſuſceptionem præſentium ſatisfaciendi nobis de tanto exceſſu, in manu tua iuratoriam præſtiterit cautionem, vel infra quindecim alios dies iter arripuerit ad ſedem

apostolicam veniendi, de tanto nobis satisfacturus excessu, ex tunc cum singulis diebus Dominicis, & festiuis, pulsatis campanis, & candelis accensis, facias tam per Ciuitatem Mediolanen. quàm per totam diœcesim excommunicatum publice nunciari, taliter super hoc mandatum apostolicum impleturus, ne culpa ipsius in te possit meritò retorqueri. Datum Romę apud S. Petrum, Idibus Aprilis, pontificatus nostri anno I.

ARCHIEPISCOPO SENON. vt decretum priuilegij, & exemptionis cleri à tallets & exactionibus obseruetur.

APostolicæ sedis requirit auctoritas, vt quæ confirmationis ipsius munimine fulciuntur, firma debeant, & illibata persistere, nec possint alicuius temeritate cassari. Vnde cum venerabilis frater noster N. episcopus Carnoten. presbyteros in sua diœcesi per Carnoten. Pissiacen. Dunen. & Drocen. archidiaconatus constitutos, ab omnibus violentiis, talleis, & exactionibus duxerit absoluendos, eisdem concedens, quod in aliquem ipsorum nullam præter iuris ordinem suspensionis sententiam promulgaret, nec res alicuius occasione aliqua occuparet, nisi forte decederet intestatus, sicut tam in suo, quàm tuo authentico perspeximus contineri, & nos vt ab indebito illorum grauamine conquiescat, duximus confirmandum, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus idem factum, sicut ratione præuia est statutum, tam nostra, quàm tua facias auctoritate seruari, eundem episcopum, siue alios, si qui forte confirmationem nostram temere duxerint veniendum, per censuram ecclesiasticam monitione præmissa, cessante appellatione compescens. Datum Romæ apud sanctum Petrum, XVIII. Calend. Maii, pontificatus nostri anno I.

ARCHIEPISCOPO SENONvt ipse illos instituat, quos Carnotensis instituere recusabat.

AVdiuimus, quòd venerabilis frater noster episcopus Carnoten. ita, quàdoque sequatur motum propriæ voluntatis, quòd cum ad vacantes ecclesias in sua diœcesi personæ idoneæ præsentantur, ipse licet eis nihil de iure possit obiicere, eas tamen instituere contradicit. Cum ergo per te, qui eius Metropolitanus existis, ipsius velimus suppleri defectum, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus si idem episcopus personas idoneas à dilecto filio N. Pissiacen. archidiacono canonice presentatas admittere post trinam cõmonitionem tuam factam, diligenter eidem malitiose forte distulerit, tu nostra fretus auctoritate, sublato appellationis obstaculo, eas instituere non omittas, ita tamen, quòd nullum ex hoc episcopo in posterum præiudicium generetur. Datũ Romæ apud sanctum Petrum, XVIII. Calend. Maii, pon. nostri anno I.

RECTORIBVS THVSCIAE, quod arces assisi aliasq; terras nolint ab ecclesia alienare.

MIrari cogimur, & moueri, q̃ ea de nobis profana quadam facilitate sentitis, quæ filii de patre, Christiani de apostolico sentire non debent, qui licet peccatores simus, & nati de peccatorib⁹, illius tamẽ vices exercemus in terris, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, qui cum sit Dominus omniũ hñs, in vestimento, & in femore suo scriptũ, Rex regũ, & Dñs dominantiũ, in nobis honoratur, cũ honoramur, & cõtemnitur, cum contemnimur, ipso testante, qui ait, Qui vos spernit, me spernit, & q̃ me spernit, spernit eũ, qui misit me. Vos enim non solum sentire, sed etiam dicere iã præsumitis, q̃ nos in fraude procedentes, & dolo cum C. quondam Duce Spoleti cõuenimus sub quodam simulationis velamine satagentes, arcem Assisii, & aliam terram ad nos fallaciter reuocare, vt eam ipsi C restituere valeamus, per quod non modicum murmur, & scandalum cõtra Romanam Ecclesiam

inter

inter societatem Thusciæ suscitastis, sicut ex literis dilectorum filiorum P. Basilicæ XII. Apostolorum, & B. tt. Sancti Petri ad vincula presbyterorũ Card. Legatorum nostrorum accepimus, qui manifeste fatentur, ꝙ ex hoc nota nobis infidelitatis, & leuitatis ascribitur. Sane si puritatem intentionis, & solicitudinis diligẽtiam, quam in hoc facto gessimus, rectius velitis aduertere, liquido videritis, cum non in tenebris, sed in lumine ambulamus, ꝙ Patrimoniũ ecclesiæ nõ ad opus alterius, sed ad eius dominium, & profectum Italiæ intendimus perpetuò reuocare. Si nobis non creditis, vei operibus credite, quæ manifesta sunt indicia veritatis. Cum enim excommunicationis sententiam latam in præfatum C confirmauerimus, & fecerimus inuiolabiliter obseruari, licet idem C. pro satisfactione nuncios, & literas ad nos frequẽtius destinaret, vix tandem concessimus, vt non nobis, sed fratribus nostris eius nuncii loquerentur, in quorum præsentia iurauere, ꝙ dictus C. illis mandauerat, nec mandatum postea reuocauerat, vt in animam eius iurarent, ꝙ tam de ꝓ sona, quàm de terra mãdatis nostris omnimodis obediret. Remissum est tandẽ ad illum, vt adhuc certius nosceretur, si quid nuncii sui fecerant, ratum haberet, & vellet efficaciter adimplere. Quo firmius promittente, venerabilem fratrem nostrum O. Ostien. episcopum, & dilectum filium G. sancti Adriani diac. Card. Narniam destinauimus, qui publice coram multis episcopis, & consulibus ciuitatum, assistente populo Natnien. iuramentum eius super euangelium, crucẽ, & reliquias corporaliter præstitum receperunt, nec sic eum voluerunt absoluere, ni prius vniuersam terram, quam ipse tenebat, plenarie restitueret, & vniuersos, qui ei tenebantur, à debito fidelitatis absolueret, quod ipse fideliter adimpleuit, restituens ciuitatem Fulginatem, & Hyteramnem, & aliam terram, quam ipse tenebat, vniuersos, à iuramento suæ fidelitatis absoluens, & faciès eos nobis omnino exhibere. Cumq; nuncios suos cum seneschalco nostro dirigeret, vt nobis arcem Assisii restitueret, contradicentibus Assisinatibus, & Perusinis etiã impedimentum præstantibus, quod intẽdebat, non potuit adimplere. Ecce culpam aliorum in Rom. eccle. retorquetis, & nobis detrahitis, vt eos aliquatenus possitis excusare. Nouit ille, qui nihil ignorat, ꝙ ita se veritas habet, & ad hoc intendimus, vt quos à iugo duræ cõditionis eripimus, sub apostolicæ protectionis dextera teneamus, quæ vere de se dicere potest, Iugum meũ suaue est, & onus meũ leue. Manifestum est huius veritatis indicium, quod contra Marcualdum pro multis incendiis, depredationibus, vastationibus ecclesiarum statuimus, & iugiter procuramus, sicut vos credimus non latere. Vobis igitur in his, quæ salutem continent, & honorem consulere cupientes mandamus, atq; præcipimus, quatenus omni scrupulo dubitationis, & suspitionis sepposito, de nobis q̃ sinistra sunt non credatis, qui (nouit Deus) in puritate procedimus, volentes ecclesiæ Patrimonium ad honorem ipsius, & profectũ Italiæ non alienis tradere, sed nobis ipsis perpetuo conseruare. Quod autem tractatum illum, quem præfacti Card. vobiscum habuerant, nos, & fratres nostri nõ duximus totaliter approbandum, ex eo tantum noueritis processisse, ꝙ in ipso quædam intellexim⁹ contineri, quę nõ sapiunt ecclesiasticam honestatem, & sicut iura nostra nobis seruari volumus illibata, sic aliorum iura volumus illibata seruare. Si vero factum vestrum cupitis apost. protectionis munimine roborari, sine quo validum esse non potest, ne si forte ventus tempestatis insurgat, diruat ædificium, quod super arenam inuenerit fabricatum, cum eisdem Card. tractatum ipsum ad honorem, & profectũ ecclesiæ, commodum, & defensionem vestram taliter moderemini, vt eum honeste possimus, & rationabiliter acceptare, ne si forte secus egeritis, cum tempus tẽtationis aduenerit, sine sedis apostolicæ patrocinio subsistere non possitis, & contingat nouissima vestra fieri deteriora prioribus, vt gladius vos deuoret, quẽ timetis. Sciuri, ꝙ interdictum positum in ciuitate Pisana duximus relaxãdum, ita tamen ꝙ cum tractatus ipse iuxta cõ-

silium nostrum à vobis fuerit moderatus, nisi Pisiani pariter in hoc vobiscum conuenerint, in eos interdicti sententia reuocetur. Datum Romæ apud sanctum Petrum XVI. Calend. Maij, pontificatus nostri anno primo.

In eundem fere modum Consulibus, & populo Perusinis.

In eundem modum Consulibus, & populo Assisinatibus.

In eundem fere modum P. Basilicæ XII. Apostolorū, & B.tit.sancti Petri ad vincula præsbyteris Card.

PETRO CANONICO SANCTI Hylarij Pictauen. nepoti quondam magistri Aimerici de Partiniaco, qua prabenda suus auunculus in ecclesia S. Hylarij Pictauensi donatur.

PLenitudinem potestatis, quam accepimus, cum eis debemus potius dispensare, cum quibus misericorditer est agendum Qui si forte (quod absit) misericordes sicut & pater noster misericors est, in huius dispensationis officio non esse mus, merito nos tangeret inter alios dispensatores Apostolus, de quibus illam quæstionem inducit. Iam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur, vnde tanto cautius agere nos oportet, quanto ea, quæ sub huius considerationis intuitu statuuntur, à nobis, stabilitate volumus persistere firmiori. Defuncto siquidē nuper in vrbe bonæ memoriæ magistro Aimerico de Partinia co auunculo tuo, misericordia moti fuimus erga te, quem vidimus omni consilio, & auxilio destitutum, & audiuimus in cancellaria nostra fuisse fideliter conuersatum. Vnde nos propter hoc ad prouisionem tuam vehementius excitati, ad desolationis tuę remedium præbendā, quam idem auunculus tuus in ecclesia S. Hylarii Pictauen. olim habuerat, sicut de plenitudine potestatis nobis concessa licebat, tibi misericorditer duximus cōcedendam, te per annulum propriis manibus solenniter inuestientes de ipsa. Vt igitur quod super præbenda ipsa de te factum est, robur in posterum obtineat firmitatis, & ne temeritate cuiuslibet valeat immutari, inuestituram ipsam auctoritate tibi apostolica confirmamus, & presenti scripti patrocinio communimus. Decernimus ergo &c. Datum Romæ apud S. Petrum, XV. Calen. Maij, pōtificatus nostri anno I.

G. ARCHIDIACONO, CANTORI, & Cancelario Tornacen. de collatione cuiusdam prabendæ in ecclesia Antuerpiana.

SIcut ex literis dilectorum filiorum Præpositi, & Capituli Antuerpien. nobis innotuit, cum bonę memoriæ C. Papa prædecessor noster eis dederit in mandatis, vt L. clericum in canonicum ecclesiæ suæ reciperent, & in fratrem stipendium ei ecclesiasticum assignantes, ipsi attendentes, quòd literæ illæ fuerāt ueritate tacita ipetratæ, utpote quia idē L. plura habebat ecclesiastica beneficia, de quibus honeste poterat sustētari, quorum in eiusdem prædecessoris nostri literis mentio nō fiebat, præbendā uacantem Gulielmo clerico nullum habenti ecclesiasticum beneficium cōtulere. Verum dictus Lambertus accedens ad eorum ecclesiam in ea nomine dictæ præbendæ per quosdam abbates, quos secū duxerat, petiit installari, quod quia obtinere nō potuit, tā ipsos Præpositū & canonicos, quàm dictum G. ad sedē apost. appellauit, & eos postmodum coram officialibus uenerabilis fratris nostri N. Remen. archiepiscopi uocari fecit ad causam, sed corā eis statuto termino noluit cōparere. Cumq; post hæc ad dilectos filios N. San. Remigii, & N. San. Nicasij abbates, & N decano Remen. idem L. literas super hoc apostolicas impetrasset, & ipsi vices suas dilecto filio nostro magistro Sigerio Cameracen. archidiacono commisissent, quia ipse nec de causa cognoscere, nec exceptiones admittere voluit, dictus G. ad apostolicæ sedis audientiā appellauit. Cū aūt G. procurator eius ad nostrā præsentiā accessisset, B. clericus ex parte præfati L. se ei aduersariū esse proposuit. Vnde eis dilectū filium nostrū G S. Mariæ in aquiro diaconum Ca. cōcessimus auditorē, ex cuius postmodū relatione cognouimus, q̄ cū idē B. pluries vocatus ad cām fuisset, multo

ies

ties à præsentia dicti Card. discessit contumax, & tandem à præsentia nostra se penitus absentauit. Ne igitur causa ipsa remaneat diutius indecisa, discretioni vestræ per apost. scripta mandamus, quatenus si vobis constiterit de præmissis, quicquid in eiusdem G. & Capituli post appellationem ad nos legitime interpositã præiudicium fuerit forsitan attentatum, in irritum reuocantes, quod de ipso G. canonice factum est, appellatione remota tatum haberi faciatis, & firmum, & mandetis irreuocabiliter obseruari, & dictum L. à molestatione ipsius, monitione præmissa per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescentes, faciatis eundem G. ipsius præbendæ (sicut iustum fuerit) pacifica possessione gaudere. Nullis literis obstantibus harũ mentione non habita, &c. Quod si omnes, duo vestrum &cæt. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Idibus Aprilis, Pontificatus nostri anno primo.

EPISCOPO ALIFANO, QVOD templi reparatione aliquid locare queat.

IVstis petentium, &cæt. vsq; ad verbũ illud, Complere. Sane quia sicut nobis exponi fecisti, pro reparatione ecclesiæ tuæ multorum teneris onere debitorum oppressus, nos tuis grauaminibus prouidere volentes, auctoritate tibi præsentium indulgemus, vt tenimentum, quod Petrus Iudicis Gulielmi nũc mortuus olim habuisse, pponitur, si absq; p̃iudicio iuris alieni fieri potest, sub locatione debita secundum approbatam ecclesiæ tuæ consuetudinem, tibi liceat retinere. Nulli ergo omnino, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum XVII. Calend. Maii, Pontifi. nostri anno primo.

DILECTO FILIO FRATRI Ministerio, de reuocandis incestis nuptijs, & seruãda federe pacis.

AVctor noui, & veteris testamenti Dominus Dᴀvs noster, vt confunderet fortia, humilia frequenter elegit, in veteri synagoga, in Patriarch. & reges de Postetan assumens, & in noua Ecclesia gentium in apostolos eligens piscatores. Qui cum ecclesiam sponsam suam prole multiplici fecundarit, ponẽs filios eius sicut nouellas oliuarum in circuitu mensæ suæ, nos quos ipse (licet immeritos) erexit de stercore, & de puluere suscitauit, & Petri voluit soliũ obtinere, quãuis maioris auctoritatis viros, vtpote cui tanquam capiti vniuersa membra ecclesiæ obsequũtur, in partem Hispaniarum ad pacem inter principes reformandam, & dissoluendas colligationes iniquitatis destinare possemus, tibi tamen exemplo eius, qui elegit humilia, hoc onus solicitudinis duximus iniungendum, vt humiliter foueas, & punias fortius contumaces. Sane ad audientiam nostram peruenit, quòd charissimus in Christo filius noster N. Rex Castellæ illustris, Regis Legionen. qui cum secundo gradu consanguinitatis contingit, filiam suam neptem illius (ne copulare dicamus) supponere incestuose præsumpsit, ponens carnem brachium suum, ac credens per ipsum persecutionem effugere imminẽtem, non attendens, quòd maledictus homo, qui spem suam ponit in homine, & quòd non est consilium contra Deum. Vnde nos eorum vtrique dedimus in mandatis, vt tam turpem contractum abominabilem in conspectu Domini, & iudicio fidelium detestandum, omni dilatione, & excusatione postpositis reuocent, & vniuersas colligationes impietatis dissoluant, quas inter se sub huius incestus specie inierunt. Accepimus etiam, quòd N. rex Nauarro rum treguas cum dicto rege Castellæ initas fregit, & Castella fidelitatis per violentiam occupauit, propter quod à dilecto filio nostro G. S. Angeli diacon. Card. tunc apost. sedis legato, excommunicationis in personam eius, & interram interdicti promulgata fuit sententia. Ideoque discretioni tuæ per apost. scripta mandamus, quatenus dictos Castellæ, & Legionen. reges ad reuocandum contractum tam illicitum, iuxta formam mandati nostri moneas diligentius, & inducas, & si super hoc (quod non credimus) fuerint contumaces, in personas eorum excommunica-

tionis,& in terram interdicti sententias non differas promulgare, facturus eas vsq; ad satisfactionem congruã inuiolabiliter obseruari. Super eo autem, quod de rege Nauarræ dictum est, inquiras diligentius veritatem,& si sic inueneris (vt superiùs est expressum) latam in eum,& terrã eius sententiam per totam Hispaniam publicari facias,nec eam,nisi sufficiẽti satisfactione recepta,relaxes. Quòd si forsan in eum, vel regnum eius dicta non fuit sententia promulgata, nihilominus tamen si cum Sarracenis contra Christianos, & præcipue contra dictum regem Castellæ (sicut dicitur) coniurauit,anathematis eum seueritate percellas,& terram eius vsque ad dignam satisfactionẽ subiicias interdicto. Volumus etiam nihilominus,& mandamus, vt si dicti Castellæ,& Legionen.reges,ad mãdatum nostrum, & cõmonitionem tuã dictõ contractũ illicitũ retractarint inter eos,vt aliter inter se,& cum N.rege Portugaliæ honeste conueniant, & cæteros reges, vt inter se pacis studeant fœdera reformare, super quo te præcipue volumus esse solicitum,per excommunicationis & interdicti sentẽtiam,& appellatione remota cogere non omittas.Sciturus nos vniuersis archiepiscopis,& episcopis Hispaniarum dedisse firmiter in mandatis, vt quicquid super prædictis, quicquid etiam contra Sarracenos duxeris statuendum, recipiant humiliter, & & obseruent.Nos etiam sententiam,quã propter hoc in contumaces duxeris proferendam, ratam habebimus, & faciemus (auctore Domino) inuiolabiliter obseruari.Verum quoniam sæpe dictus Card.in dictum Legionen.regẽ,& Astoricen.Salamantin.Legionen. & Zamoren.Episcopos,excommunicationis sententiam promulgauit, & terram ipsius regis suppositi interdicto,volumus nihilominus,& mandamus,vt tam à dicto rege, quàm episcopis ipsis stando mãdatis apostolicis, sufficienti cautione recepta,latam in eos excommunicationis, & interdicti regni Legion. sententiam appellatione postposita,nostra fretus auctoritate relaxes,si cognoueris,quòd super illicita copula nostris velit obedire mandatis. Quamuis enim dictos episcopos punire grauiter dolore possemus, de mansuetudine tamen eos duximus tolerandos. Venerabilem autem fratrem nostrum N.Zamoren. Episcopum volumus pro absoluto haberi, vtpote cui apud sedem apostol. constituto, munus fecimus absolutionis impendi. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, XVI. Calend.Maii,Pont.nostri anno I.

FRATRI RAINERIO, DE EOdem fere argumento.

PEr alias literas tibi mandasse memini mus,vt ab N.illustri rege Legion.sufficiẽti cautione recepta,quod apost.mãdatis obediat,si congnoueris,quòd super incestuosa copula nostro debeat parere mandato, munus ei absolutionis impendas, & interdictum promulgatum in terram ipsius apost.fretus auctoritate relaxes. Nos autem id ad maiorem cautelã discretioni tuæ duximus committendũ, vt tam re absolutione ipsius,quàm in relaxatione interdicti, sicut videris expedire, procedas. Datum Romæ apud S. Petrum,XI. Calend. Maii, Pont. nostri anno primo,

AQVEN. ARCHIEPISCOPO, & suffraganeis eius,vt contra hæreticos Commissarij apostolicis auxilio sint.

CVm vnus Dominus IESVS Christus vnam tibi sponsam (ecclesiam videlicet)ex gentibus congregatam elegerit,non habentem maculam, neq; rugam,quæ ipsi tanquam capiti suo in vnitate fidei deseruiret,miramur plurimũ, atque dolemus,q̃ quidam tunicam incõsutilem scindere molientes, diuersas sibi ecclesias,immo potius Sathanæ synagogas confingunt,doctrinam euãgelicam, apostolicam,& propheticam deprauantes, & ad defensionem sui erroris in suæ salutis perniciem peruertentes, qui iniquitatem suam iustitiæ specie palliantes,vt salutentur in foro, & vocentur ab omnibus Rabbi,& soli recta sapere,ac iuste viuere videantur, magisterium ecclesiæ Romanæ refugiunt, & nouis adinuentionibus auditorum corda seducunt, trahen-

trahentes post se simplices, & indoctos, vt cæci cæcis ducatum præbentes, am duces, quàm ducti, immo seductores potius, & seducti, in perditionis foueam dilabantur. Ipsi etenim, vt occultius virus suæ iniquitatis transfundant in plures, fel draconum in aureo calice Babylonis propinant, iustitiæ vultum prætendunt, & studentes simulatis operibus charitatis eos amplius circumueniunt, quos ad Religionis propositum viderint ardentius aspirare, illum sui erroris imitantes magistrum, qui sub vmbra dormit in secreto calami, & locis humentibus, qui fluuium absorbet, & non miratur, habet enim fiduciam, q; Iordanis influat in os eius. Hi sunt sane caupones, qui (secundum Prophetam) aquam vino commiscent, qui tetenderunt arcum, & parauerunt sagittas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde, destruere molientes, quæ spiritus sanctus in scriptura perfecit. Quos Apostolus Paulus ad Timotheum prophetico spiritu describēs, Nouissimis (inquit) temporibus discedēt quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mēdacium, & cauteriatam habentium conscientiam, habentes quidem speciem pietatis, virtutem autē eius abnegantes, & os de vita. & infrà, Erit tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacernabunt, sibi magistros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Inter quos in prouincia vestra quosdam, qui Valdenses, Catari, & Paterini dicuntur, & alios quoslibet quibuscunque nominibus appellatos in tantum iam accepimus pullulasse, vt innumeros populos sui erroris laqueis irretierint, & fermento corruperint falsitatis. Cum igitur ad capiendas huiusmodi vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineam Domini sabaoth, species quidem habentes diuersas, sed caudas ad inuicē colligatas, quia de vanitate conueniunt in id ipsum, vt virga Moysi maleficorum fantasmata deuoret, dilectum filium fratrē Rainerii, virum probatæ vitæ, & conuersationis honestæ potentem diuino munere in opere, & sermone, accum eo dilectum filium fratrem Guidonem virū Deum timentem, & studentem operibus charitatis, ad partes ipsas duxerimus destinandos, fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, & districte præcipimus, quatenus eos benigno recipientes, & tractantes affectu taliter eis contra hæreticos assistatis, vt per ipsos ab errore viæ suæ reuocentur ad Dominum, & si qui forte conuerti non poterunt, ne pars syncera trahatur, de vestris finibus excludantur, vt terra vestra huiusmodi ministris sathanæ penitus effugatis, verbum prædicationis vestræ gratanter recipiat, & ferat fructum temporibus suis. Adhæc sub eadē vobis districtione præcipimus, vt omnia, quæ idem frater Rainerius cō tra hæreticos fautores, & defensores eorum duxerit statuenda, recipiatis humiliter, & inuiolabiliter obseruetis. Nos enim tam ea, quæ statuerit contra eos, quàm sententiam, quam in contumaces tulerit, faciemus (auctore Domino) inuiolabiter obseruari. Ad hæc nobilibus viris, Principibus, Comitibus, & vniuersis Baronibus, & Magnatibus in vestra prouincia constitutis, præcipiendo mandamus, & in remissionem iniungimus peccatorum, vt ipsi benigne recipientes, pariter & deuote eis contra hæreticos, tam viriliter, & potenter assistant, vt ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, potestatem sibi traditam probentur laudabiliter exercere, & si qui hæreticorum ab errore suo commoniti noluerint resipiscere, postquam per prædictum fratrem Rainerium fuerint excommunicationis sententia nominati, eorū bona confiscent, & de terra sua proscribant, & si post interdictum eius in terra ipsorum præsumpserint commorari, grauius animaduertant in eos, sicut decet Principes Christianos, vt arca fœderis præcedentes, cum tubis, ac Iosue sequentes cum populis vtrisque pariter conclamantibus, Muri corruant Hyerico, fiatque perpetuum Anathema, ita quòd si quis de illo, vel regulam auream furari præsumpserit, cum Hacar filio Carmi lapidibus obruatur. Dedimus autem dicto fratri R. liberam facultatem, vt eo-

ad id

ad id per excommunicationis sententiam, & interdictum terræ appellatione remota cõpellat, nec volumus ipsos egre ferre aliquatenus, vel moleste, si eos ad id exequendum tam districte compelli præcipimus, cum ad nil amplius intendamus vri seueritatis iudicio, quàm ad extirpandos hæreticos, qui non nobis substantiam temporalem, sed spiritualem vitam surripere moliuntur. Nam qui fidem adimit, vitam furatur, Iustus enim ex fide viuit. Scribimus etiam vniuerso populo vestræ prouinciæ, vt cum ab eisdem fratribus R. & G. fuerint requisiti, sicut ipsi mandauerint, contra hæreticos accingantur, illis qui pro conseruatione fidei Christianæ in tanto discrimine, quod ecclesiæ imminet, ipsis astiterint fideliter, & deuote, illam peccatorum suorum indulgentiam concedentes, quam beati Petri, vel Iacobi limina visitantibus indulgemus. Dedimus etiam eidem fratri R. firmiter in mandatis, vt omnes, qui hæreticis, postquam ab eo excommunicati fuerint, receptaculum præstare, & in mercimoniis, vel cohabitatione participare præsumpserint, vel eos in sua peruersitate fouere, excõmunicationis sententiam solenniter nõ differat promulgare, & pari eos cum hæreticis pœnæ subiacere decernat. Nos autem auctore Domino sententiam ipsam vsque ad satisfactionem congruam seruari sine refragatione qualibet faciemus. Datum Romæ apud sanctum Petrum, XI. Calend. Maii, Pont. nostri anno I.

In eundem modum Narbonen. Archiepiscopo, & Suffraganeis eius.

Scriptum etiam super hoc Auxitano Archiepiscopo, & Suffraganeis eius.

Vienen. & Suffraganeis.

Arelaten. & Suffraganeis.

Ebredunen. & Suffraganeis eius.

Terraconen. & Suffraganeis eius.

Lugdunen. & Suffraganeis eius, & omnibus Principibus, Baronibus, Comitibus, & vniuersis populis in ipsorum diœcesim prouinciis constitutis.

VNIVERSIS ARCHIEP. ET episcopis, & Aliis Ecclesiarum Prælatis, vt religiosos nec ipsi perturbent, nec perturbantes ferant.

HIs præcipue Prelati ecclesiarũ suo rem suum debent efficaciter exhibere, qui spiritu Dei ducuntur, & vacant assidue operibus charitatis, ne si forsan eorum non fulciantur auxilio, vel in religione tepescant, vel affectum eorum effectus debitus non sequatur. Sane, sicut multorum veridica relatione didicimus hospitale S. Spiritus, quod apud montẽ Pessulanũ dilecti filii fratris Guidonis solicitudo fundauit. inter cætera nouæ plantationis hospitalia, & religione fulget, & maioris hospitalitatem charitatis exercet, sicut hi, qui eorum eleemosynas sunt experti, pleni9 didicere. Ibi enim reficiuntur famelici, pauperes vestiũtur, necessaria ministrantur infirmis, & magis indigentibus maior consolatio exhibetur, ita vt magister, & fratres ipsius domus no tã receptores dici debeant, quàm ministri indigentium, & illi soli egeant inter pauperes, qui pauperibus necessaria charitatiue ministrãt. Cũ igitur dictis fratribus de benignitate sedis apo. duximus indulgendũ, vt in locis, quæ ipsis à fidelibus offerentur, de cõsensu vestro eis sine præiudicio vicinarum ecclesiarũ cœmeteria ad opus fratrũ, & familiæ suę tantum, & oratoria fabricent, vniuersitatẽ vestrã rogamus, monemus, & exhortamur in Dño, ac per apo. vobis scripta mãdamus, quatenus si qui fidelium in parochiis vestris domos aliquas, vel possessiones eis obtulerint, deuotionis obtẽtu eos non impediatis quominus sine præiudicio vicinarũ ecclesiarũ, & vestro, in eis ecclesias erigãt, & ad opus fratrũ, & familiæ suæ tãtũ cœmeteria cõstruant, immo potius construendi vtranq; ipsius licentiã concedatis, cũ constructa fuerint dedicationem ecclesiis, & cœmeteriis benedictionẽ sine difficultate qualibet collaturi, & in oratoriis ipsis ad præsentationẽ eorũ, sine vestro, & vicinarũ ecclesiarũ præiudicio sacerdotes idoneos instituere nullatenus differatis, qui correctioni vestræ subiaceant, & per vos amoneãtur, si ratione suorũ excessuum fuerint amouendi,

amouendi. Mãdamus præterea vobis, vt cũ ab eis fueritis requisiti, singuli vestrũ de malefactoribus eorũ in sua prouincia cõstitutis, eis exhiberi faciãt iustitiæ cõplemẽtũ, malefactores ipsos ad hoc per censuram ecclesiasticam, monitione præmissa, si necesse fuerit, compellentes. Datum Romæ apud S. Petrum, X. Calẽ. Maii, Pont. nostri anno I.

ARCHIEPISCOPO TRANEN. Iuuenat & Potentino Episcopis, vt ablata eccle sia bona restitui curent.

SIcut ex literis tuis frater archiepiscope, & venerabilis fratris nostri Hydrõtini archiepiscopi, nec non & cõquestione lachrimabili dilectorũ filiorũ abbatis & fratrũ S. Mariæ de Ponte Brũdusini nuper accepimus, Nicolaus diaconus Gaufred. & Vnfredus cattepani fratres eius, Rogerius filius Gaufridi, Rogerius Pirunteus, Iudex, & Isaac, & filii eius, Conuersan. Nicolaus Veteranus, Vrsus, Iacobus, Saluadeu, Andreas presbyteri, Iaconus Ricardi sanctorum Iaconus Rogerius de Hydrumpto, cum suis complicibus tam clericis, quàm laicis, eos à monasterio suo per violentiam expulere, res ipsorum, & aliorum etiam sibi commissas exinde asportantes, Cum igitur id monasterium nostri specialiter iuris existat, nos eius oppressionis pater no compatientes affectu, fraternitati vestræ per apost. scripta mandamus, quatenus prænominatos diaconũ, & alios tam auctoritate nostra excommunicatos publice nuncietis, donec ablata conquerentibus restituant vniuersa, & super tantis excessibus satisfactu i ad plenum, nostro se cõspectui præsentarint. Volumus etiã, vt donec iidem fuerint restituti, in vicinis monasteriis eisdem faciatis in necessariis prouideri. Datum Romæ apud S. Petrum, XIIII. Calend. Maii.

GVIDONI FVNDATORI HOspitalis sancti Spiritus, eiusque fratribus tam præsentibus, quàm futuris regularem vitam professis, in perpetuum, de confirmatione & priuilegijs eiusdem

REligiosam vitam eligentibus, & cætera, vsque ad verbum illud, Annuimus. Et præfatum hospitale S. Spiritus apud montem Pessulanum constructũ, in quo diuino estis obsequio mancipati sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidẽ statuentes, vt fratres inibi commorantes, secundum rationabiles institutiones tuas per petuò Domino debeant famulari. Præterea quascunq; possessiones, & cæt. vsq; ad verbũ, Vocabulis. Locum ipsum, in quo præfatũ hospitale situ est, cũ omnbus pertinentiis suis, domos, vineas, terras, hortos, & omnia, quæ in territorio Montis pessulani, & in locis circum adiacẽtibus possidetis, domũ, quã habetis in Massilia, cũ omnibus suis pertinentiis, domũ, quã habetis in villa, q̃ dicitur Amillau. cum oĩbus pertinẽtiis suis, domum, quã habetis in loco, qui dicitur Clap de mala vetula, cũ omnibus pertinentiis suis, domum, quam habetis in villa, quæ dicitur Mesols cũ omnibus pertinentiis suis domum, quã habetis in burgo sancti Iuliani de Bridi, cum omnib⁹ pert. suis, domum, qnam habetis in villa, quæ dicitur Bragaac, cũ omnib. pertinentiis suis, domum, quã habetis in argentaria de Chacers, cum omnibus pertin. suis, domum, quã haberis in ciuitate Trecen. cũ omnibus pertin. suis, & domum, quam habetis in vrbe Roma iuxta S. Mariam Transyberim, cum domo, quæ est in loco, qui dicitur S. Agatha, in introitu vrbis Romæ, cũ omnibus pertin. suis, statuentes, vt oẽs domos, quas in præsentiarũ iuste habetis, vel in posterũ rationabiliter poteritis adipisci, prædicto hospitali S. Spiritus Montis pessulani, & procuratores eorum tibi fili G. & successoribus tuis per petuo subiacere debeant, & humiliter obedire, & correctionem tuam, & successorum tuorum recipere humilitẽr, & seruare. Liceat insuper vobis in domibus vestris sine præiudicio vicinarum ecclesiarum cum consensu diœcesani Episcopi construere cœmeteria, ad opus fratrũ vestrorum, & familiæ tantum, & oratoria fabricare, in quibus ad præsentationẽ vestram instituantur per diœcesanũ Episcopum capellani, & amoueantur per eũ cum deliquerint, vel aliter etiam corrigantur.

rigantur. Licet quoque vobis liberas, & absolutas personas è seculo fugientes, &cæt. Prohibemus insuper, vt nulli fratrum vestrorum post factam in loco vestro professionem, fas sit absque procuratoris sui licentia, &c. Chrisma vero, & oleum sanctũ, &c. per diœcesanum Episcopum sine prauitate, & exactione aliqua vobis præcipimus exhiberi. Obeunte vero te nunc eiusdẽ loci magistro, &c. Decernimus ergo, &c. salua sedis apostolicæ auctoritate, & diœcesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurũ ecclesiastica, &c. Cunctis autem, &c. Datum Romæ apud S. Petrum per manum Rainaldi Domini Papę Notarii, Cancellarii vicem agentis, IX. Calend. Maii, in dictione prima, incarnationis Dominicæ anno M C XC VIII. Pontificatus verò Domini Innocentii Papæ III. anno I.

CLVGIEN. EPISCOPO, VTVLtra antiquum numerum receptis Canonicis Ferrarien sibus faciat prouideri de excrescentibus fructibus.

Cap. Cum M. Ferrarien. de Constitutionibus.

CVm M. Ferrarien. canonic. F. presbyteri, A. & B. & G. canonicorum Ferrarien. & Magister G. Ferrarien. Capituli procuratores ad sedem apostolicam accessissent, super quæstione, quam de præbendis, & redditibus habebant ad inuicẽ dilectum filium nostrum N. S. Mariæ in Cosmedin Diaconum Card. eis concessi mus auditorem, coram quo dictus M. per se, & quatuor sociis suis proposuit, quòd Ferrarien. Canonici, vt eo amplius suos redditus augumentarent, quo prouectus Ferrarien. Ecclesiæ, qui diuidi consueuerant inter plures, in vsus cederẽt paucio rum, quatuordecim præbendas tantum, præter id, quod mensæ communiter deputarunt, in eadem ecclesia contra antiquam consuetudinem statuere. Postmodum vero contra constitutionem ipsam voluntarie venientes, dictos quinque in canonicos recipere, nullis præbendis assignatis eisdem, & licet eorum redditus non modicum fuerint augmentati, nondum tamen eis voluere ex super excrescentibus redditibus prouidere. Verùm dictus magister G. procurator partis aduersę asseruit, quòd olim de communi tam canonicorum, quàm tunc Ferrariẽ. Episcopi voluntate quatuordecim præbendarum numerus in Ferrarien. Ecclesia prouida fuerat deliberatione statutus, & apostolicæ protectionis præsidio roboratus. Tandem vero cum vna in eadem ecclesia præbenda vacasset, ad multum quorundam instantiam duos ad eã, ac postmodum ad preces venerabilis fratris nostri V. Ferrarien. Episcopi dictum M. & quendam alium sine præiudicio dictæ constitutionis in canonicos recepere, ita quòd ipsi de canonico nihil percipierent, donec primi duo prębedas essent integre assecuti. Cumque per canonicorum industriam procuratum fuerit, vt ex possessionibus, quas eadem ecclesia tempore longo possedit, plures eis reddi tus soluerentur super excrescentes reddi tus communi mensæ, quæ minus sufficiens fuerat communiter deputare, quod dicti quinque postmodum petiere contra Capituli cõstitutionem in beneficiũ assignari. Quia vero super his plena nobis, sicut idem Card. asseruit, exhiberi nõ poterat certitudo, causam ipsam tuo duximus examini committendam, mandãtes, quatenus cum in constitutione præ dicta, & confirmatione sedis apost. vel fuerit, vel esse debuerit (sicut consueuit) expressum, nisi in tantum excrescerent ecclesię facultates, quod pluribus possint sufficere competenter, & cum idem Canonici in derogationem suę constitutionis ad vacaturas præbendas quatuor recipere, vltra numerũ constitutum antiquis canonicis, præbendas cum integritate percipientibus cõsuetas super excrescentes redditus prædictis canonicis appellatione remota facias assignari, ita tamen quòd si ex eis pares cum aliis potuerint sortiri præbendas, quod super fuerit in communes canonicorum vsus, siue vt prius statuerant, siue aliter prout melius videbitur, conuertatur, conuocatis in irritum omnibus quæcunque ab alterutra partium in præiudicium alterius post motam quæstionem coram Episcopo Ferrarien. circa præbendas, vel possessiones fuerint innouata Nullis literis obstãtibus præter assensum partium, &cæt.

Datum

Datum Romæ apud S. Petrum, XII Calend. Maii.

ILLVSTRI REGI PORTVGALIÆ, vt centum Bizantios & quatuor vncias auri Romanæ ecclesiæ debitas persoluat.

SErenitatem Regiam volumus non latere, nos in regestis bonæ memoriæ Lucii II. Rom. Pontificis reperisse, q̃ re colendæ mem. A. pater tuus quatuor auri vncias annuatim Romanæ Ecclesiæ constituit censuales, ad quorum solutionem se, & hæredes suos in posterũ obligauit. Cæterum cum idem pater tuus vsque ad tempora felicis memoriæ A. Papæ prædecessoris nostri Ducis esset nomine appellatus, ab eodẽ meruit obtinere, vt tam ipse, quàm eius hæredes regio nomine vocarẽtur. Vt autem idem pater tuus sacrosanctam Rom. ecclesiam matrẽ suã honore debito præueniret, & vt deuotionem, quam circa ipsam habebat, ostẽderet in effectu, centum Bizãtios annuatim Romanæ ecclesiæ constituit censuales, quos post susceptionẽ regii nominis nec ipse soluit, nec tu postmodum soluere curauisti. Cumq; id felicis recordationis Celestino Papæ prædecessori nostro relatum fuisset, magistro Michaeli tunc ecclesiæ Rom. notario, quem ad partes Hispaniæ destinarat, p̃ suas dedit literas in mandatis, vt te ad exsoluẽdum cẽsum annuum monere diligentius, & inducere procurarer, & si opus esset auctoritate fretus apostolica cõpellere nõ differret. Tu autem eidẽ, prout tibi placuit, respondisti, q̃ dictus pater tuus præfato A. antecessori nostro pro annuali censu decẽ annorum mille aureos miserat, & cũ nõ decem anni essent expleti, ipsos centum aureos iterũ soluere minime tenebaris, licet illos eidem prędecessori nostro nõ pro censu, sed deuotione, quam ad eum habebat, liberaliter donauisset. Rogam⁹ igitur regiam serenitatem, monemus, cõsulimus, & hortamur, per apostolica scripta mãdantes, quatenus prædictũ cẽsum dilecto filio fratri Rainerio persoluere non postponas, alioquin noueris nos eidem dedisse firmiter in mandatis, vt te ad solutionem illius diligenter moneat, & inducat, & sicut expedire viderit, appellatione remota compellat. Datum Romæ apud S. Petrum, VIII. Calend. Maii.

CAPELLANIS SANCTI IOANNIS de Persceto, vt episcopo & Archipresbytero non negetur visitationis procuratio.

SIgnificauit nobis dilectus filius N. Archipresbiter sancti Ioannis de Persceto, q̃ quia in sentẽtia à bo memoriæ C. Papa prædecessore nostro, plata, quã statutum est, vt venerabili fratri nostro N. Bononiẽ. Episcopo, parochiam suam causa confirmationis puerorum prædicationis, & correctionis annis singulis visitanti, procurationem exhibeat, de vobis non fit mentio specialis, ei non vultis in exhibitione procurationis ipsius subsidium aliquod exhibere, licet in aliis, quæ dicto episcopo exhibet, & his, quæ apostolicæ sedis Legatis impendit, eer tam ei portionem de consuetudine impendatis. Cum igitur eidem Episcopo ob communem profectum dioecesim visitanti communis procuratio debeatur, discretioni vestræ per apost. scripta mãdamus, atq; præcipimus, quatenus dicto Archipresb. eam portionem in expensis, quas in procuratione ipsius fecerit, impẽtis, quam ei consueuistis in aliis etiam exhibere, & de subtractis hactenus eis, vt tenemini, satisfacere non tarderis, alioquin noueritis nos venerabili fratri nostro Ferra. Episcopo dedisse firmiter in mandatis, vt vos ad id mõitione premissa (si iustum fuerit) per cẽsuram ecclesiasticam appellatione remota compellat. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, X. Calend. Maii, pontificat. nostri anno I.

Illi scriptum est super hoc.

ARCHIEPISCOPO, ET ABBATI S. Petri foris portam, & Magistro Borno subdiacon. nostro, archidiacono Viennen. vt si abbas Casæ Dei iuxta eligendi Abbatem Fauerniacensem habet, per ipsum electus confirmetur.

CVm dilectus filius N. abbas Casæ Dei, sicut ex eius insinuatione didicimus, H. quõdã Fauerniacen. abbate viã vniuersæ carnis ingresso, prout ad eum de iure

de iure spectabat, vellet ipsi monasterio consulere, in abbatē dilectum filium M. monachum Casæ Dei N. priorem Vallis transuersæ præfecit eidem cœnobio in pastorem, cui cum ad mandatum ipsius abbatis pars monachorum ipsius monasterii, sicut proponitur, debitam impēderet obedientiam, & honorem, reliqui tamen, qui Gillebertum nomine tunc in laicali habitu positum, sibi à prædicto abbate Casæ Dei in abbatem præfici postulauere institutioni prædictę, cum obtinere nō possent nullatenus quod volebāt, nixi sunt contraire, asserentes ius electionis ad Fauerniacen. Capitulum pertinere, dum tamen in persona, quæ esset de Casæ Dei Capitulo conuenirent, super quo eum ab eisdem fuisset ad sedē apost. appellatum, præfatus G. per laicalem potestatem de administratione abbatiæ post appellationem interpositam fuit inuestitus, & taliter institutus, monasterium ipsum detinet occupatum. Cumq; memoratus M. ab abbate Casæ Dei institutus, & L. Fauerniacen. professus prosecuturi appellationem emissam, pro parte Casæ Dei ad sedē apost. accessissent, inter eos & Hugonem, qui procuratorē Fauern. Capituli se gerebat, tēpore felicis record. C. PP. prædecessoris nostri quæstio fuisset diutius agitata, post promotionē nostram volētes causam ipsam fine debito terminari, eis Ven. fratrē nostrū I. tt. S. Clementis Viterbien. & Tusculanen. Episcopum, & dilectum filium C. S. Georgii ad velum aureum diacon. Card. concessimus auditores, in quorum præsentia cū multa fuissent proposita, & p parte Casæ Dei super dubiis probationes oblatę, quia dictus Hugo, vt legitime posset stare in iudicio, mandatum sufficiens inuētus est non habere, causa ipsa remansit hactenus indecisa, ideoq; eiusdem causę cognitionem, & decisionem de fratrum nostrorum consilio vestræ discretionis examini plenarie cōmittentes, per apost. vobis scripta mandamus, quatenus partibus ad vestram præsentiam conuocatis, si vobis constiterit electionē Fauerniacen abbatis ad abbatem Casæ Dei legitime pertinere, quod per eū super electione iam dicti M. rationabiliter factum esse noueritis, sublato cōtradictionis, & appellationis obstaculo, auctoritate apostolica cōfirmetis, & prędicto G. vel alio quolibet illicito detentore amoto, faciatis ipsum abbatiam prædictam per cēsuram eccle. appellatione remota pacifice possidere. Nihilominus quoq; volumus, & mandamus, vt monachis Fauerniacē. tam illis, qui abbati Casæ Dei obediunt in hac parte, quàm aliis de bonis monasterii, donec causa finem debitum sortiatur, faciatis, sicut expedit, prouideri. Si q vero se temere duxerint opponendos, quominus mandatum apostolicum impleatur, à temeritate sua per censuram eccle. appellatione postposita, cōpescatis, alioquin causam audiatis, & eam appellatione remota, fine debito terminetis, facientes quod decreueritis per censuram eccl. à partibus firmiter obseruari. Testes autem, &c. eadē districtione, appellatione remota cogatis. Nullis literis obstantibus præter assensum partiū à sede apostolica impetratis. Quod si omnes, &c. Tu frater Archiepiscope cum eorum altero, &c. Datum Lateran.

CAPITVLO SPOLETANO, vtrum meretricem ducere possit post mortem vxoris, cui viuente vxore adhæserat.

Ca. Significastis, eo qui duxit in matrimoniū quam polluit per adulterium

SIgnificastis nobis per literas vestras, q̄ cum N. ciuis Spolaten. quandā mulierem duxisset legitime in vxorē, ea relicta cuidam meretrici adhæsit, & cum ab eius contubernio ad thorum non posset legitimum reuocari, vos in eum excommunicationis sententiam protulistis. Verum cum medio tempore N. vxor ipsius viam fuisset vniuersæ carnis ingressę, meretricem, cui adhæserat, desponsauit, propter q̄ à nobis requiritis, quid sit vobis in hoc articulo faciendum. Nos igitur in quisitioni vestræ secundum formam canonicam respondētes, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus, nisi alter eorum in mortē defunctæ vxoris fuerit machinatus, vel ea viuente fidem sibi dederit de matrimonio cōtrahendo, matrimonium illud legitimum iudicetis, excōicato munus absolutionis si petierit iuxta formā ecclesiæ impēsuri. Datū Ro. apud S. Petrū, VIII. Cal. Maii.

ARCHIE-

ARCHIEPISCOPO SENON. vt compellat decanum, & Capitulum Laudunen se, M. Petrum in canonicum recipere.

INter cætera, qb⁹ ad vniuersalis ecclesię gubernationem instruimur, ille, cuius gratia non meritum nostrum ad eiusdē regimen nos prouexit, mirum, & mirabile nobis suæ benignitatis reliquit exemplū, in eo videlicet, quod sicut de beato Petro, cui⁹ sumus (licet immeriti) successores, à Domino factum esse videmus, infirma mundi elegit, vt fortia quæque confunderet, miseri corditer præuidens, q⁹ qui sæcularium pondus ante suam vocationem sustinuerat passionum, fragilitatem humanæ conditionis expertus, fratribus suis melius compati scirer, & commodius misereri, dum sibi conscius de se haberet euidens in similibus argumētū. Hæc vero ante nostros oculos proponētes, postquam dilectus filius noster magister P. de Cassaneto seriem negocii sui nobis exposuit, paterna super eum motiuimus pietate, cuius factum, cum exactitudine rei, quam nos dum olim minori fungeremur officio, tractaueramus, in parte plenioris fidei testimonio adiuuaret, ad succurrendum ei, & labores ipsius inutiles releuandos, animi studium solicitioris assumpsimus, ne miserāda ipsius afflictio, quę iam ei perplexitatem dubiā minabatur, sedem apostolicam experte esse solitæ misericordiæ, ac remedii debiti causaretur. Tibi siquidē satis credimus esse notum, qualiter facta resignatione à dilecto filio Vu. de Bochar in quodam canonico Laudunen. de præbēda eiusdē ecclesiæ, quæ per commutationē præbendarum dilecto filio H. tunc Siclinien. canonico, à bonæ memoriæ N. decan. Remen. auctoritate apostolica assignari debebat, prædictus magister per venerabilē fratrem nostrum N. Laudunē. episcopū de præbenda fuit inuestitus eadem, & tā in choro, quàm in Capitulo per dilectos filios N decanum, & canonicos Laudunen. adhibitis solēnitatibus debitis iuxta Laudunen. Ecclesiæ consuetudinem instituta. Super quo cum inter ipsum, & dictum N. controuersia suborta fuisset, & appellatio ad sedem apostolicam interiecta, licet idem magister cum magnis laboribus, & expensis ad eandem sedem accedens post diutinā expectationē, quę sub intemperie periculosi temporis imminente ipsum tædio multo, & diuersarum persecutionibus incommoditatum, affectū fere vsq; ad extrema deduxit, suū negocium contra memoratum N. pro suo desiderio cōpleuisset, eo tamen post modum causa infirmitatis absente ad instantiam sæpe fati H. tunc ad apostolicā sedem præsentis per bonæ memoriæ C. prædecessorem nostrum de fratrum consilio oīa retractata fuere. Sicq; ipse magister sua spe frustrat⁹, omnino post destitutionem suam sedem apostolicam fuit iterum adire coactus, nullum sibi vidēs remedium superesse, nisi eius desolationi multiplici sedes apostolica duceret misericorditer prouidendū. Proprer hæc igitur, & alia multa, quæ causam eius fauorabilem reddiderunt, nos circa ipsum paternum gerentes affectum, prædictis N. decano, & canonicis Laudunen. mandando districtè præcipimus, vt eundem magistrum, qui per dictum episcopū in eorum ecclesia institutus fuisse dignoscitur, & per ipsos in fratrē admissus, saluo eo, quod de præfato N. sedes apostolica sententialiter diffiniuit, non obstante cō tradictione, vel appellatione cuiuslibet, canonicum habeant tam in choro, quàm in Capitulo, & in aliis, quæ ad canonicū pertinent, fraterna eum charitate tractantes. Præterea ipsis firmiùs inhibemus, ne aliquem in canonicum recipere aliquo modo præsumant, donec antedictus magister præbendæ beneficium in præfata ecclesia plenarie sit adeptus. Vnde fraternitati tuę per apostolica scripta præcipiēdo mādamus, quatenus memorati N. decanus, & canonici mandatum nostrū neglexerint adimplere, tu eos ad receptionem eius (prout dictum est) faciendam, sublato appellationis obstaculo, per districtionem ecclesiasticā, monitione tamen diligenti præmissa, compellere non omittas, quoslibet qui mandato apostolico se duxerint opponēdos, eadem censura compescens. Noueris autem, q⁹ quia nolumus, vt idem episcopus occasione alicuius promissionis, seu cuiuslibet auctoritate rescripti à sede apostolica impetrati,

trati,ad eludendum mandatum nostrũ se valeat excusare, ipsi districtè præcipimus, vt donec idem magister in eadem ecclesia fuerit præbendæ beneficium assecurus,nulli alii prębendam modo quolibet assignare præsumat. Quod si forte præsumpserit,id irritum decernimus penitus,& inane. Decet enim vt quia prębẽ dam ei,quam de iure non potuit,assignauit eam, quã de iure potest, assignet, ne præbendam illi fraudulenter visus sit assignasse. Datum Romæ apud Sanctum Petrum,X.Calen.Maii, Pontificatus nostri anno I.

In eundem fere modum episcopo Laudunen.

In eundem fere modum decan. & Capitulo Laudunen.

ABBATI, ET CONVENTVI S. Benedicti in ebera, vt in alio ordine monachorũ legitime ad sacros ordines promotus, ministrare non prohibeatur.

ACcedens ad præsentiam nostram dilectus filius Ioannes monachus vester, humiliter nobis exposuit, qꝫ cum olim in minori constitutus ætate se ad vestrum ordinem transtulisset, postmodum infirmitate coactus egrediens ad aliam religionem, de consilio se transtulit saniori, in qua omnes ordines asserit assumpsisse. Verum quia vtrum in illis ordinibus officium suum exequi debeat, vos audiuimus dubitare, per apostolica vobis scripta mandamus, quatenus nisi aliud canonicum impedimẽtũ obsistat, eundem monachum in suo permittatis officio libere ministrare. Datum Romæ apud S. Petrum, X. Calend. Maii, Pont. nostri anno I.

ARCHIEPISCOPO MONTIS Regalis, vt omnia de bonis ecclesiæ illicite alienata reuocentur.

QVæ in monasteriorum, & religiosorum locorum præiudicium attentantur, in statum conuenit debitum reuocari, nec firmitatem debent aliquã obtinere, quæ in enorme damnum ipsorum minus licite præsumuntur. Ea propter venerabilis in Christo frater ecclesiæ tuæ volentes vtilitati cõsulere, auctoritate tibi præsentium indulgemus, vt quæ in ecclesia tua, & in omnibus pertinentiis eius illicite alienata inueneris, tibi liceat legitime reuocare. Nulli ergo &cęt. Datum Romę apud S.Petrum XI. Calen.Maii,&c.

EIDEM, NE RES, ET BONA EC clesiæ alienentur, præsertim quæ sunt de mensa Episcopi.

POssessiones ad mensam tuam,vel Capituli pertinentes alienare nõ debes, aut ecclesias, in quibus consueuerũt monachi ministrare, clericis, vel laicis assignare pꝫsonis.Ideoq; fraternitati tuæ auctoritate præsentium districtius inhibemus,ne possessiones,casalia,vel ecclesias quæ non consuerunt in beneficium assignari,alicui petenti concedas, immo potius ecclesiam Sancti Clementis de Messana,quam Gerardo Teutonico, & Sancti sepulchri ecclesiam similiter de Messana,quam Falconi canonico, & beneficium, quod Thomæ filio I. Ferrarii in graue præiudicium ecclesiæ tuæ diceris contulisse, ad priores vsus non differas appellatione postposita reuocare. Datũ Romæ,vt suprà.

Cap. pl siones. rebus e sia alie dis,uel

VVALTERO ROTHOMAGEN. vt clerici ad residentiam personalem apud suas ecclesias compellantur.

CVm scriptum sit, Qui non laborat, non manducet, incongruum credimus,& indignum,vt clerici ecclesiis illis non seruiant,quarum amplis redditibus sustentantur. Significasti siquidem nobis, qꝫ quidam canonicorum Rothomagẽ.ecclesię, qui redditus ex ea percipiũt, & præbendas, in ipsa residentiam nõ faciunt, quam deberent, propter quod eadem ecclesia debito fraudatur obsequio seruitorum. Ea propter venerabilis in Christo frater tuis precibus annuentes, ad faciendam eo; residentiam (sicut ius, & ecclesiæ consuetudo deposcit) per censuram ecclesiasticam compellendi libertam tibi concedimus auctoritatem. Nulli ergo omnino hominum &c. Datum Romæ apud S.Petrum,X.Calend.Maii. Pont.nostri anno I.

EIDEM

EIDEM, DE PERMVTATIONIS cuiusdam cum Anglorũ Rege inita confirmatione.

CVm emergentium litigia quæstionum vix possint sine alterutrius litigantium læsione iudicialiter diffiniri, si quando partes inter se super mota quæstione honestè conueniunt, tanto libentius compositioni eorum presidium apostolicũ impertimur, quanto per hoc neutrum lædimus, & amplius vtrunque iuuamus. Intelleximus siquidem tam ex literis tuis, quàm reuerendiss. in Christo filii nostri Ricardi Angliæ regis illustris, & plurium aliorum, ꝙ super discordia, quæ inter te, & eundem Regẽ super villam Andeli cum Rupe, ac insula mota fuerat, regia serenitatas euangelicum illud attendens, Qui se humiliat, exaltabitur, & quanto maior es, humilia te in omnibus, Humiliauit magnificentiam suam, & seueritatẽ regiã passus est emolliri, vt ad honorẽ eius, cui seruire regnare est, amicabilem tecũ compositionem iniret, & in vtilitatem Rothmagen. Ecclesiæ molẽdina quæ habuit apud Rothmagum cũ villis de Diepa, & Boteilles, & manerio de Louers cum omnibus pertinẽtiis, & libertatib⁹ suis, & ministerio de Louers, & foresta de Aliermõt (sicut in authentico eiusdem regis confecto exinde plenius continetur) tecum perpetuo commutaret. Nos igitur permutationem ipsam, sicut amicabiliter facta est, & ab vtraq; parte recepta, & authentico ipsius regis exprimitur, auctoritate apostolica cõfirmamus, & p̃sentis scripti patrocinio cõimus. Ad maiorem aũr huius nostræ confirmationis euidentiã, authẽticum ipsum de verbo ad verbũ nostris duximus literis exprimẽdũ, qđ tale est. Ricardus Dei gratia rex Angliæ, Dux Normaniæ, Aquitaniæ, Comes Andegauiæ, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, iustitiariis, seneschalcis, vicecomitibus, prepositis ministris, balliuis, & omnibus fidelibus suis salutẽ. Cũ sacrosancta ecclesia sponsa sit Regis regum, & vnica dilecta illius, per quem reges regnant, & principes gubernacula possident, tãto ampliorem ei volumus deuotionem, & reuerentiã exhibere, quanto certius nõ regiam tantũ, sed omnem à Domino Deo esse credimus potestatem Vnde sicut venerabilis Rothomagen. Eccle. quæ inter vniuersas terrarũ nostrarũ plurima celebritate dignoscitur enitere, pro rerum necessitate, vel tẽporũ nostris ducit vtilitatibus opportuna diligentia consulẽdum. Sic noũ eiusdẽ matris nostræ cõmodis, & augmẽtis digna cõpensatione dignũ ducimus respondere. Sane villa Andeliaci, & quibusdam aliis adiacenbus locis, quæ erant Rothomagen. Ecclesiæ minus sufficienter firmatis, inimicis nostris in terrã nostrã Normã. per eadẽ loca patebat ingressus, per quæ incendiis, & rapinis, necnõ & alils hostiliratis sæuitiis in eandẽ terrã terrã nõnunquã licentius grassabantur. Quocirca venerabili patre Vualtero archiepiscopo, & Capitulo Rothomagen. debitum habentibus ad nostra, & prædictæ terræ nostræ damna respectũ, facta est hæc permutatio inter Eccle. Rothomag. & archiepiscopum Rotho. Vualtertum ex vna parte, & nos ex altera parte, de Manerio de Andeli in hac forma, scilicet ꝙ idem archiepiscopus de conscientia, & volũtate Dñi Papæ Cęlestini III. & de assensu Capituli Rothomagen. Ecclesiæ, & coepiscoporum suorũ, & cleri eiusdẽ archiepiscopatus, cõcessit, & in p̃petuũ quietũ clamauit nobis, & hæredibus nostris prædictum Manerĩũ de Andeli cũ nouo castello de Rupe, & cũ Foresta, & cũ aliis omnibus pertinentiis, & libertatibus suis, exceptis ecclesiis, & præbẽdis, & feudis militum, & excepto Manerio de Fraxinis, cũ pertinentiis suis. Quæ omnia idẽ archiepiscopus Ecclesię Rothomagen & sibi, & successoribus suis retinuit, cũ omnibus libertatibus, & cõsuetudibus suis, & cum omni integritate sua in perpetuum, ita ꝙ tam milites, quàm clerici, & omnes homines tam de feudis militũ, quàm de præbẽdis, sequentur molendina de Andeli, sicut consueuerunt, & debẽt, & molitura erit nostra. archiepiscopus autem, & homines sui de Fraxinis molent, vbi idem archiepiscopus volet, & si voluerint molere apud Andeli, dabunt molituras suas, sicut alii ibidem molentes. In escambium autem

prædicti manerii de Andeli, cum pertinentiis concessimus, & in perpetuũ quieta clamauimus Ecclesiæ Rothomagen. & prædicto archiepiscopo, & successoribus suis omnia molendina, quæ nos habuimus Rothomagi, quando hęc permutatio integre facta fuit, cũ omni sequela, & molitura sua, sine aliquo retenimento eorum, quæ ad molendina pertinent, vel ad molituram, & cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus, quas solent, & debẽt habere. Nec alii licebit molendinum facere ibidem ad detrimentũ prædictorum molendinorum, & debet archiepiscop⁹ soluere eleemosynas antiquitus statutas de eisdem molẽdinis. Cõcessimus ẽt eis villã de Diepa, & villam de Boteilles cum omnibus pertinentiis, & libertatibus, & liberis cõsuetudinibus suis, exceptis eleemosynis constitutis in manerio de Diepa à nobis, & antecessoribus nostris, quarũ summa est trecentę, & septuaginta duæ libræ, quæ debent solui per manum prædicti archiepiscopi, & successorum suorũ his, quibus assignatæ sunt. Concessimus etiam eisdem Manerium de Louiers cum omnibus pertinentiis, & libertatibus, & liberis consuetudinibus suis, cum ministerio de Louiers, saluis ad opus nostrorum venatione nostra, & destructione forestæ, ita tamẽ ꝙ non sit in reguardo. Concessimus etiam eis totam forestã de Aliermont cũ feris, & omnibus aliis pertinentiis, & libertatibus suis, sicut eam habuimus. Hęc autem omnia in escambium prædicti manerii de Andeli, cum prædictis pertinẽtiis data habebũt Ecclesia Rothomagen. & prædictus archiepiscopus, & successores sui, in perpetuum cũ omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus suis, sicut prædictum est. Homines autem prædicti archiepiscopi de prædicto escambio habebunt omnes libertates, & liberas consuetudines, quas habuerũt homines de Andeli dum manerium ipsum esset in manu ipsius archiepiscopi. Hæc etiam omnia, quę idem archiepiscopus in hoc escãbio recepit, vuaranti zabimus nos, & hæredes nostri Eccle. Rothomagen. & prædicto Archiepiscopo, & successoribus suis in perpetuum contra omnes homines, ita ꝙ si aliquis escambium aliquod est recepturus pro aliquo prædictorum, quæ memoratus archiepiscopus hic recepit, nos vel hæredes nostri faciemus illud escambium, & Ecclesia Rothomagẽ. hæc prædicta in perpetuum pacifice possidebit. Nos autem quantum rex potest, excommunicamus, & concedimus, quòd incurrat indignationem omnipotentis Dei, quicunque contra hoc factum venerit. Testibus his, Huberto Cantuarien. archiepiscopo, Ioanne Vigornien. Hugone Conuentren. Sauarico Bathonien. Henrico Bayocen. Garino Ebroicen. Liziardo Sagien. Vuillielmo Lexouien. Vuillielmo Constantien. episcopis, N. abbate sanctæ Trinitatis de Monte Rothomagen. Regino S. Vuandreg. Victore S. Georgii, N. vlterioris portus, Osberto de Pratellis, N. de Augo, N. de Cornuillis abbatibus, Ioanne Comite Maurit. Othone Comite Pictauen. Balduino Comite de Albamare, Rad. Comite Augi, Vull. Mariscallo Comite de Strigoill. Vuillielmo filio Rad. Sen. Norm. Roberto de Tumeham Sen. Andrea, Vuillielmo de humeto, Constabl. Norm. Giliberto filio Renif. Hugone Brun. Gaufrid. de Lezimaco. Vuillielmo de Rupibus, Rad. camerario de Tancaruill. Vuillielmo Marcel. Rad. Teissim. Gaufredo de Sai, Roberto de Garecort, & multis aliis. Datum per manum Eustachii electi Helien. tunc agentis vices cancellarii, apud Rothomagum, anno ab incarnatione Domini MCXCVII. XVI. die Octobris, anno regni nostri VIII. Nulli ergo omnino hominum, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, per manum Rainaldi Domini Papæ Notarii, Cancellarii vicem agentis, VI. Calen. Maii, indictione I. Incarnationis Dominicæ MCXCVIII. Pontificatus vero Domini Innocentii Papæ III. anno I.

ATREBATEN. TORNACEN. & Morinen. episcopis, & N. electo Cameracen. de electionis negocio super electione præpositi Stelimen terminando.

CVm illius vicem (licet immeriti) geramus in terris, cuius virga regni

virga

virga esse dignoscitur æquitatis, delatas ad apostolatus nostri notitiam quæstiones sic nos conuenit examinatis diligentius causarum meritis iusto iudicio diffinire, ꝙ in nostri non appareamus executione officii negligentes, & cuiq; prout tenemur, suam videamur iustitiã cõseruare. Sane licet tẽpore felicis record. C. PP. prędecessoris nostri quęstio inter dilectam in Christo filiam N. nobilem mulierem vxorem quondã Philippi Comitis Flandrien. & Capitulum Siclien. ecclesiæ, super electione præpositi fuerit diutius agitata, & super causa ipsa rescripta sæpe apost. emanassent, nouissime tamen vtriusq; partis nuncii ad sedem apostolicam accedentes, post eiusdem prędecessoris nostri obitum suas proposuere in nostro auditorio quæstiones. Et primo quidem dilectus filius magister Egidius prafatæ Comitissæ procurator, & nuncius pro ea taliter allegauit, Quòd cum obeunte G. quon. Siclin. præpoſſ. Siclinien. præpositura vacaret, ipsa, ad quã terra illa iure dotalitii ex dono prædicti Com fuerat deuoluta, sicut idẽ Comes à longis retroactis temporibus, cum Siclinien præpositura vacauit, in eadem ecclesia præpositum dignoscitur elegisse, vti suo iure cupiens virum idoneum, literarum, & honestum, qui non habebat alium personatum, magistrũ E. in prępositũ Siclinien. elegit, & ad Siclinien. ecclesiã destinauit, rogans, & postulans à canonicis eccle. memoratæ, vt ei ius suũ cõseruãtes illæsum, illum, quẽ ad eos destinauerat, recipere in præpositũ nõ differrent, quem cũ in ecclesia canonici residentes admittere penitus recusassent, ipsa Comitissa ius suum, & electionẽ, quã fecerat, sub apostolica protectione constituit, & ad Romanã ecclesiã appellauit. Postea vero cum de cõmuni assensu Capituli ecclesiæ in emoratæ fuerit interposita appellatione prohibitum, ne quis ab eis nominaretur in præpositũ, nisi cõmuni deliberato cõsilio, sicut in literis quorundã canonicorũ eiusdẽ ecclesiæ manifeste conspicitur contineri, quinq; tantũ canonicorum dilectum filium Ioannẽ de Bitunia, qui septẽ alias habere dicitur prælaturas, aliorum assensu minime requisito, qui erant absentes, & qui residentes in eadem ecclesia erant apud Siclinium nõ vocatis, nullumq; assensum ipsi electioni præbentibus, in præpositum elegere, & installauere, contra cuius installationem ex parte Comitissæ iterato fuit ad sedem apostolicam appellatum. Verum cum causa eadem tibi frater N. Atrebaten. episcope, & tuis coniudicibus fuisset ab apostolica sede cõmissa, & ab examine vestro neutra partium appellasset, prædictus Ioãnes de Bitunia ignorante parte alia nuncium suum latẽter ad sedẽ apostolicã destinauit, & se simplicem clericum, Ioannẽ scilicet de Bitunia dolose faciẽs appellari, & falso significans violentiã per Comitissam Siclinien. canonicis irrogatã, & de interpositis appellationib⁹ ab eadẽ Comitissa mẽtione non habita, se asserens electum canonice in præpositum, à præfato prædecessore nostro ad venerabilẽ fratrem nostrum N. episcopum, & dilectos filios N. decanum, & N. præpositum Suessionen. literas impetrauit, q̃bus datum est in mãdatis, vt eandẽ Comitissam denunciarẽt excommunicationis vinculo detineri, & tamdiu ab omnibus euitãdã, donec ecclesiæ Siclinięnſ. & passis iniuriam de ablatis omnibus, & irrogatis iniuriis satisfaceret competenter, & de speciali esset mandato sedis ap. absoluta. Qui etiam solicite prouideret, vt si electione præpositi ad dictos canonicos ex legitimis eorum assertionibus cognoscereut pertinere, sæpe nominatæ nobili, & cuilibet laicę persone perpetuum silentium imponerent, & facerent præpositum ipsum collatæ sibi canonicę dignitatis, appellatione remota, pacifica possessione gaudere. Iudices autem ipsi nulla causæ cognitionq præhabita, vel etiam citatione præmissa, tenorem mandati apostolici præfatæ Comitissæ, cum suis literis direxerunt, eidem districtè mandantes, quatenus præposito ecclesiæ, & canonicis Siclinien. de illatis iniuriis cum plenaria damnorũ restitutione satisfacerẽt cõpetenter, scitura, ꝙ donec eã mãdauerat, adimpleret, & de speciali esset mãdato apostolico absoluta, ipsam, & officiales suos, & alios bonorum Siclin. eccle. inuasores pro excõi-

catis haberẽt, Et vobis fratres N. Tornia cen. & N. Morinen. Episcopis, vt hoc denũcietis omnibus, auctoritate dederunt apostolica in mãdatis. Post hæc vero cũ præfata Comitissa ab eisdẽ citata iudicibus procuratorẽ suũ ad præfixũ sibi locũ, & terminum destinasset, licet excõicatione crederet non teneri, sufficientẽ tamen obtulit cautionẽ, quod ecclesiæ pareret iudicio, vel mãdato, vt absolutionis beneficium mereretur. Quod cũ ab ipsis iudicibus non posset aliquatenus obtinere, & vsq; ad productiones testiũ fuisset in causa ipsa processum, & iudices testes ex parte Comitissæ productos admittere noluissent, mandato prædecessoris nostri minus rationabiliter inhærẽtes, in quo continebatur expressum, vt si electionem prępositi ad iam dictos canonicos ex legitimis eorum assertionibus cognoscerent pertinere, prænominatæ nobili, & cuilibet laicæ personæ perpetuum silentium imponerent, & faceret præpositum ipsum collatæ sibi canonicę dignitatis, appellatione remota, pacifica possessione gaudere. Procurator eiusdẽ Comitissę ab corũ manifestis grauaminibus sedem apostolicam appellauit. Ipsi vero iudices nihilominus contra Comitissam sententiam protulere, à quorũ sententia, sicut & prius ad Romanam ecclesiam fuit appellatum. Tãdem vero dilectis filiis N. Sancti Quintini, & N. Roien. decan. & N. cantori Peronen. fuit causa eadẽ à Se. ap. delegata. Quorum iudicium, quia sicut & primi iudices prædictam Com. satisdare volẽtem, absoluere, & testes suos admittere recusarunt, quia vnus ipsorum iudicum aduocati aduersę partis patruus, vel auunculus dicebatur, & alter cum causa ipsa sub eorum examine tractaretur, à prædicto Ioanne de Bitunia Duacen. præbendæ donationẽ recepit. Procurator sæpe fatæ Comitissę penitus recusauit, & ab eis tanquam à suspectis ante, post sententiam sedem apostolicam appellauit. Et quoniã priores, & posteriores iudices in causa ipsa tam inordinate processerant, postulabat eadẽ Comitissa, vt quicquid factũ esset per eosdem iudices, & in eius foret præiudicium post appellationem legitime interpositam attentatũ, irritũ fieret, & inane præsertim cum cõmissio illa ad Suessionen. iudices veritate nosceretur tacita impetrata. Econtra vero dilectus filius magister Robertus aduersæ partis procurator, & nũcius respõdebat, ꝙ cum defuncto G. Siclinię. præposito fratres eiusdem ecclesiæ de successoris electione tractarent, & primo die non potuissent in personam idoneam cõuenire, randẽ prædictum I. de Bitunia, in Siclinien. præpositum vnanimiter elegerunt, & installarunt, ne quid in præiudicium electionis eorum fieret sedem apostolicã appellantes. Clericus etiã Comitissæ, qui præsens aderat, nihilominus Romanam ecclesiã appellauit. Ipse autem Ioannes de Bitunia electus taliter in præpositum, omniũ hominum ad præpositurã pertinentium in pace recepit homagia, & eodem die fructus præpositurę quiete habuit, & sine contradictione percepit. Præfata vero Comitissa Flandriæ cum sæpius suas literas ad Siclinien. Capitulum direxisset, vt magistrum C. clericum suum eligeret in prępositum, & non posset ab eis, quod postulauerat, obtinere, ꝑ se, & ministros suos ad res canonicorum, & illius, quem elegerant, & ad personas eorum manus extẽdit, personas male tractauit, & bona diripuit violenter. Cum autem ad venerabilem fratrem nostrum N. Remen. Archiepiscopum sanctæ Sabinæ Card. tanti excessus quæstio deuenisset, & eam, & fautores eius excommunicationis sentẽtiam innodasset, quia tandem in manu eiusdem archiepiscopi de illatis iniuriis, & ablatis rebus promisit satisfacere competenter, ab excommunicatione extitit absoluta. Verum quia postmodum non seruauerat quod promisit, ab eodem Archiepiscopo fuit eadem sententia innouata, de excommunicatione ipsius cum compositis Episcopis literis destinatis. Cumque super his omnibus ad prædictũ prædecessorem nostrum quæstio delata fuisset, ipse prædictis Suessionen. iudicibus causam ipsam (vt prędictum est) terminandam commisit, qui secundum quod in mandatis receperant, procedentes, vtriusque partis receptis testibus, cognoscentes ius electionis ad Siclinię.

Capitulum

Capitulum pertinere, dictam electionē auctoritate apostolica confirmare, & prę fatam Comitissam denunciauere excō municationis sententiæ subiacere. Cum vero præfata Comitissa nuncium ad sedem apostolicam direxisset, & de vtriusque partis assensu p̄dictis N. sancti Quintini, & N. Rotien. decan. & G. cantori Peronen. causa eadem fuisset cognoscenda cōmissa, ipsi auditis diligenter quæ hinc inde fuere proposita, de prudentium virorum consilio prædictorum iudicū sententiam approbare, ea auctoritate apostolica confirmantes, pro quo idē magister Robertus cum instantia supplicabat, vt quod erat per priores iudices sententiatum, & approbatum, nihilominus à secūdis nostra quoq; confirmaretur auctoritas, & res canonicorū, & dicti electi, quas prædicta Comitissa p̄ se, & fautores suos occupauerat, faceremus cum integritate restitui. & de iniuriis satisfieri competēter. Nos igitur, quibus ex susceptę incumbit administrationis officio diligere iustitiam, & odire iniquitatem, cum fratribus nostris vtriusq; partis allegationes, & rescripta diligentius intuentes, cognouimus euidēter commissionem ad Suessionen. iudices per precum mendacia impetratam, cum ipsius Ioānis suppressum fuerit nomē cuiuslibet dignitatis, & interpositæ appellationis à Comitissa, vel ab alio, nulla in eis mentio haberetur, & mendax precator carere debeat impetratis. Præterea nō est aliqua ratione credēdum, q̄ idē prædecessor noster sine causæ cognitione præfatā Comitissam voluerit excōicatione notari, vel ei sup̄ iure suo perpetuum imponi silentium, cū merita causarum partium assertione pandantur. Item ipsi iudices Suessionen. videntur in rescriptis, quæ perspeximus, discordare, cum in literis, quas posterioribus iudicibus direxere, se asserāt vtriusq; partis receptis testibus ad snīam processisse, & in rescripto prolatæ snīæ se non vtrunq;, sed ex parte canonicorū recepisse testimonia fateātur. Ex prēmissis itaq; & aliis rationibus tam priorū, quàm posteriorū iudicum inordinatas sententias cognoscentes, quicquid super causa ipsa occasione prædictarum cōmissionū ordinatum dignoscitur, vel statutum, de fratrum nostrorum cōsilio decernimus nō tenere, ad illum statū idē negociū reducentes, quē ante commissionē primā dignoscitur habuisse. Vt autem vtriq; parti sua debeat iustitia respondere, causam ipsam duximus secūdum formam canonicam committendam. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud S. Petrum.

REMEN. ARCHIEPISCOPO S. Sabinæ, de eodem argumento.

SIcut officii nostri debitum, & solicitudo requirit, iuste prolatas sententias apostolico munimine roborare, sic eiusdem officii ratione compellimur eas, super quibus inordinate processum esse dignoscitur, ad viā rectitudinis reuocare, & irritare penitus, quæ vidētur cōtra sanctiones canonicas attentata. Sane cū inter dilectā in Christo filiā N. nobilē mulierē quondam vxorē Philippi Comitis Flandren. & Siclinien. Capitulum super electione Siclinien. præpositi olim quæstio suborta fuisset, & super eā ipsa quāplures cōmissiones à sede apostolica emanassent, nouissimè vtriusque partis nunciis in nostra, & fratrum nostrorum præsentia constitutis, & vtriusq; partis rescriptis, & allegationibus diligeter inspectis de fratrū nostrorum cōsilio quicquid super causa ipsa occasione prædictarum cōmissionū à sede apostolica obtentarum ordinatū dignoscitur, vel statutū, decreuimus non tenere, ad illum statum idē negocium reducentes, quem ante comissionum literas dignoscitur habuisse. Volētes igitur vtriq; parti (prout tenemur) in sua iustitia prouidere, cām ipsam denunciorū vtriusq; partis assensu tuæ duximus experientiæ committēdā, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus ad tuam præsentiam partibus conuocatis solum Deum habens præ oculis, qui iustitiam diligit, & affectat, omni personarū acceptione sepposita, audias quæ hinc inde proposita fuerint diligenter, vt causam eandem appellatione remota, decidas, faciens, quod decreueris per censurā ecclesiasticam, à partibus firmiter obseruari. Testes cō gātur appellatione remota. Nullis literis obstātibus, præter assen-

sum partium &c. Datum Romæ apud S. P. III. Calend. Maii.

CANTVARIEN. ARCHIEPIscopo, ne in læsionem aliarum ecclesiarum nouam capellam ædificare pergat.

QVanto personam tuã sinceriori charitate diligimus, tanto maiori dolore turbamur, quoties ea de tuis audiuimus operibus, quæ pontificali derogant honestati. Cum enim Cantuarien. Ecclesia, cui præesse dignosceris, inter Anglicanas ecclesias celebris habeatur, & inter alias consueuerit religione florere, nos, & fratres nostri graue, & molestum geri mus, q̃ sicut dilecti filii nostri N. Prior, conuentus eiusdem ecclesiæ humili nobis conquestione monstrarunt, tu ad ipsius desolationem ecclesiæ satagis multipliciter, & laboras in constructione nouæ capellæ de Lamehe, contra prohibitiones felicis recordationis Vrbani, & Clementis Romanorum Põtificũ, bonę memoriæ Memoriæ N. prędecessori tuo factas post appellationes multiplices ad sedem apostolicam interpositas in magnũ Cantuarien. ecclesiæ præiudiciũ propria temeritate procedes, & de bonis eiusdem ecclesiæ canonicos instituens, in eadem A cuius si quidẽ constructione capellæ, si eam, quam debes Roma. Ecclesiæ reuerentiam, & obedientiam exhibere s, & commisſę tibi ecclesię prouisionẽ, & solicitudinem gereres, quam teneris tibi, & honori tuo melius consulens, penitus destitisses, nec super eo procedere studuisses, quod prædecessori tuo sic districtè cognosceres à S apost. interdictũ. Cũ igitur diminutionẽ Cãtuariensis Ecclesiæ, sicut nec debemus, nolumus aliquatenus sustinere, prædictorum prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, de fratrum nostrorum cõsilio fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, & districtè præcipimus, quatenus omni mora, & excusatione postpositis (si etiã ab ecclesia tua absens fueris) aliquatenus nõ obstante, quicquid post appellationes tam tempore prædecessoris tui, quàm tuo, ad sedem apostolicam interpositas, vel inhibitiones antecessorũ nostrorũ in opere actũ capellæ dignoscitur memoratæ, infra triginta dies post susceptionẽ præsentium tuis expensis non differas demoliri, in irritũ prorsus reuocãs, & deducens quicquid de instituendis canonicis, & aliis, circa capellam ipsam factum est, vel enormiter innouatum. Clericos prætẽrea, qui in capella ipsa post inhibitiones apostolicas diuina officia celebrarunt, tamdiu ab officio, & beneficio teneas pro suspensis, donec super hoc satisfecerint competenter vniuersis operibus demolitis, quę apud eãdẽ capellã facere præsumpsere, & vniuersa quæ post appellationem in prædictorũ fratrũ sunt attentata grauamen, in exeniorum videlicet ecclesiarũ & aliorum inuasione, quæ ante appellationem habuerãt, in statum pristinum appellatione remota reducas, sentẽtias excõicationis, & interdicti, quas in quosdam ipsorũ fratrũ temere diceris promulgasse, publice nuncians non tenere, ac de cętero circa statutum ipsius monasterii cõtra prohibitionẽ nostrã huius occasione negocii non pręsumas aliquid innouare, illicitos inuasores villarũ, possessionum, & reddituũ prędictorũ fratrũ vsq; ad satisfactionẽ idoneã vinculo excõicationis astringens. Si vero (quod nõ credimus) mandatũ nostrũ infra statutũ terminũ neglexeris, vel distuleris adimplere, quia iustũ est, vt ei obedientia subtrahatur, q̃ sedi apostolicæ negligit obedire, venerabilibus fratribus nostris suffraganeis tuis per scripta nostra mandamus, vt tibi reuerentiam, seu obedientiã non impendant. Quod si forte ab eis, vel eorum aliquo contra prohibitionẽ nostram tibi feceris aliquã obedientiã, & reuerentiã exhiberi, scias te ex tunc ab episcopali dignitate suspensum, & tamdiu ipsi sententiæ subiacere, donec satisfactu rus de contemptu te nostro conspectui representes. Non aũt distinguimus, vtrũ in loco à nostris prædecessoribus interdicto, vel alio in prædictæ cõstructione capellæ, & canonicorum institutione processeris in Ecclesiæ Cantuarien. præiudicium, & grauamen eadẽ contradictionis causa durante, nisi q̃ ex hoc magis credimus eidem ecclesiæ derogari, quod in remotiori loco prior fabrica est translata. Datum Romæ apud S. Petrum.

Scriptum

Scriptum est super hoc in eundem fere modum vniuersis Suffraganeis Cant uarien. Ecclesiæ.

VNIVERSIS CHRISTI FIDElibus, ad quos litera ista peruenerint, meretrices ducere in vxorem pium & meritorium est.

Cap. Inter opera de sponsal. & matrim.

INter opera charitatis, quæ imitãda nobis auctoritate sacræ paginæ proponũtur, sicut euangelica testatur auctoritas, non minimum est, errantem ab erroris sui semita reuocare, ac præsertim mulieres voluptuosè viuẽtes, & admittẽtes indifferenter quoslibet ad commertiũ carnis, vt castè viuant, ad legitimi thori consortium inuitare. Hoc igitur attendentes præsentiũ auctoritate statuimus, vt omnibus, qui publicas mulieres de lupanari extraxerint, & duxerint in vxores, quod agunt in remissionem, proficiat peccatorum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, tertio Calend. Maii, Pontificatus nostri anno primo.

ABBATI CLVNIACEN. OMnes alienationes Belmensium monachorum reuocantur, & ipsi Abbati Cluniacensi subiciuntur.

CVm à nobis petitur, &c. vsq; ad verbum illud, Assensu. Venditiones, & alienationes, quæ factæ sunt ab excommunicatis, & rebellibus monachis Balmen. Ecclesiæ Cluniacen. apostolica auctoritate subiectis, irritas penitus nuncia mus, districtius inhibẽtes, ne quis eis sub prætextu cuiuslibet obligationis aliquid credere, vel in aliquo obedire præsumat. Præterea feudatos, qui Balmen. ecclesiæ fidelitatis iuramento tenentur, ab illa fidelitate quãtũ adhoc, vt monachos illos cõtra iurisdictionẽ Cluniacen. monasterii tueantur, decernimus absolutos. Volumus autẽ, atq; præcipimus, vt tibi vel nunciis tuis fidelitas ab eisdem feudatis, & obedientia debita nomine Balmen. monasterii impendatur. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum.

ARCHIEPISCOPO BISVNtin & Suffraganeis eius, vt cluniacensibus ad corrigendos Balmẽses, & subijciendos auxilio sint.

CVm Balmen. monasterium cũ omnibus pertinentiis suis ex culpa, & delicto monachorum eiusdem cœnobii Cluniacen. ecclesiæ apostolica sit auctoritate subiectum, quia eiusdem monasterii monachi præceptis apostolicis inobedientes & ecclesiæ Cluniacẽ. rebelles existunt, dilectis filiis Comitibus, & Baronibus per Bisuntin. prouinciam constitutis, dedimus nostris literis in mandatis, vt monachis ipsis rebellibus, & excõmunicatis, exclusis, qui in terris eorum domos habent monasterio Balmẽ. subiectas, ipsos cum apenditiis suis à Cluniacen. ecclesia faciant potestate sibi concessa pacifice possideri. Et super hoc venerabili fratri nostro Matisconen. Episcopo per scripta nostra mandauimus, vt Comites, & Barones ipsos (si mandatum nostrum neglexerint adimplere) ad hoc per excommunicationis sententiam in personas, & interdicti in terras eorum de nostra fretus authoritate, cessante appellatione, compellat. Quo circa fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus sententiam, quam dictus Matisconen. episcopus in Comites, & Barones memoratos, & terras eorundem tulerit, obseruetis, & faciatis appellatione remota per vestras diœceses inuiolabiliter obseruari. Datum Romæ apud S. Petrum.

EPISCOPO, ET PRIORI S. PEtri Matisconen. eiusdem argumenti.

INaudita sæuitia Balmen. monachorum, quam olim in magistrum O. ecclesiæ Rom. nuncium præsumpserunt iidem monachi nequiter exercere, discretioni vestræ forte credimus non ignotam, cum ex ipsorum nequitia, & pœna, quam exinde sustinuisse noscuntur, id iam peruenisse credamus ad exteras regiones. Sane sacrosancta Romana Ecclesia, quæ ecclesiarum omnium caput est, & magistra, licet semper consueuerit iuxta Prophetam, misericordiam, & non iudicium exercere, tamen quia ex offensa illorum honor prædictæ ecclesiæ lædebatur, maxime cum factum fuerit in aperto, ne aliis præberetur materia similia perpetrandi, & ipsi de impunitate possent

quomodolibet gratulari, in ipsos iuxta excessum eorum sententiam promulgauit. Cum enim Balmen. Monasterium per fratres inibi congregatos odore bonæ opinionis, & religionis decore floreret debuerit, quia veterem hominem cum suis actibus sequebantur in peccatis eorum, diabolo suadente contabuit. Vnde tam in spiritualibus, quàm temporalib⁹ miserabiliter fuerat imminutũ. Cæterũ cum placuit altissimo, vt tãtis malis finẽ imponeret, & locum ipsum ad suum seruitium misericorditer reuocaret, facies eorundem fratrum implere ignominia voluit, vt per hoc suum nomen inquirerent, & ad viam rectitudinis inuiti etiam remanerẽt. Inde est, q̃ felicis recordationis Eugenius Papa prædecessor noster prædictum Balmen. monasterium cum omnibus pertinentiis suis Cluniacen. Eccle subdidit, & ab ea in perpetuũ statuit possidendum, quod tam ipse, quàm felicis recordationis Vrbanus, & Cœlestin⁹ prædecessores nostri priuilegiorum suorum munimine confirmarunt. Verum quia eiusdem monasterii monachi venerabilis fratris nostri N. Bisuntin. Archiepiscopi (sicut dicitur) fauore subnixi, præceptis apostolicis inobedientes, & ecclesiæ Cluniacen. rebelles existũt, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, atq; præcipimus, quatenꝰ prædictos monachos, si ad cõmonitionem vestram Cluniacen. Ecclesiæ obedire noluerint, auctoritate nostra nuncietis excommunicationis sententiæ subiacere, & faciatis tanquam excommunicatos ab omnibus arctius euitari. Vbertum insuper, & Leobaudũ, & alios, si qui forte munus absolutionis obtinuere, ab apostolica sede, atque Hay. dictum priorẽ Iusanen. monasterii, quandiu Cluniacẽ. Ecclesiæ inobedientes extiterint, sublato appellationis obstaculo, eiusdem excommunicationis vinculo astringatis. Volumus præterea si quid per eos contra dictorũ priuilegiorum tenorem in præiudicium Cluniacẽ. Eccle. à sede apostolica fuerit impetratũ quomodolibet, nullius penitus existere firmitatis. Quod si ambo, &cæt. tu frater episcope, &cæt. Datum Romæ apud S. Petrum.

PRAEPOSITO, ET FRATRIbus S. Iuuenci de Papia, vt Carnelum clericum recipiant in canonicum.

PLerunque contigit, vt intentionem suam adinuentionibus, & suggestionibus falsis ita pallient petitores, q̃ audi tor benevolus ad impendendum quod postulant seductus, fraudulentis persuasionibus inclinatur. Veruntamẽ apostolicæ sedis auctoritas, si quando taliter cõperit se delusam, in auctorum pœnã, fraudis, & malitiæ suę commenta retorquet, & illi paterno affectu prouidet, in cuius grauamẽ credebantur & iniuriam introduci. Hoc autem ea ratione inducimus, quia vos receptis literis, & precibus felicis memoriæ C. Papæ prædecessoris nostri pro receptione dilecti filii Carnel. clerici nuncium proprium ad ipsius præsentiam direxistis, falso ei per ipsum (vt apparet ex sequentibus) suggerentes, q̃d̃ ecclesia vestra tam onere paupertatis, q̃ clericorum numero prægrauata non sufficeret illum admittere, nec posset ei nullatenus prouidere. Cumq; per dilectum filiũ nostrũ Hug. tt. sancti Martini presbyterum Card. quem super hoc dederat auditorẽ, auditis grauaminibus, quibus vos premi falso id nuncius asserebat, essetis ad tempus à iam dicti petitione clerici benignius absoluti, vos in eiusionẽ mandati sui sex in vestrum cõsortium admisistis, nec grauauit vos senarius numerus, quos ad interuentum ap. sedis vnius receptio irrationabiliter molestabat. Quia igitur ex hoc facto satis manifeste apparet, q̃ cõtra preces apo. sedis doli, & astutię clypeo vos armati estis, nolumus q̃ absolutio memorata prędicti clerici receptionem impediat, quam frandulenta, falsaq; suggestio procurauit. Cum omni no fuerit suggestioni vestrę contrarium quod per vos postmodum in sex canonicorum receptione fecistis. Ideoq; discretioni vestræ per ap. scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus iam dictum C. clericum non obstante absolutione per surreptionem obtenta, ob reuerentiã beati Petri, & nostrã, sublato cuiuslibet contradictionis, & appellationis obstaculo, in fratrem vestrum, & canonicum liberaliter assumatis, stallũ in choro, locũ

in Cap.

in Cap. & beneficium sicut uni ex aliis canonicis ei sine difficultate qualibet assignantes. Alioquin noueritis nos dilectis filii magistris M. Præposito canonice Gualteri subdiacon. nostro Martin. & Opizo canonicis S. Michaelis maioris Papiæ. nostris literis districtius iniunxisse, vt inquirant super præmissis diligentius veritatem, & si rē nouerint ita esse, vos ad receptionem eius, & ad assignationem beneficii sublato appellationis obstaculo ecclesiastica districtione compellant, quoslibet, qui mandato apost. se duxerint opponendos, eadē districtione cōpescētes. Non enim est verisimile, quod tunc vnius tantum receptio vestram grauasset ecclesiam, quæ grauata in ampliori numero non apparet. Datum Romæ apud S. Petrum, XIII. Calen. Maii, Pōt. nostri anno I.

Scriptum est illis super hoc.

BITVRICEN. ARCHIEPISCOPO, quod episcopos ad aliam ecclesiam transferre absq; licentia Papæ non liceat.

NE si vniuersis vniuersa licerent, par videretur in singulis iurisdictio singulorum, & ex hoc Petri nauicula sine remige fluctuaret, Dominus noster eam ad humani coporis similitudinem figurauit, ponens Ro. Eccl. caput eius, & ad suum, & ipsius obsequium, cæteras secundum varia officia dignitatum ei pro mēbris adaptans, non vt omnia membra eūdem actum haberent, sed dum permanerent in vnius corporis vnitate, sic ad implendam legē Christi, alter alterius onera supportarent, vt capiti suo, in quo est plenitudo sensuum, suis vicibus deseruirent, nec eius sibi officium alicuius præsumptionis audacia vsurparēt. Huius autem Domini, & magistri omnium magisterium S. patres diligētius attendentes, maiores eccl. causas, vtpote cessiones episcoporum, & sedium translationes sine apo. sedis licentia fieri vetuere, vt ea, quę sola obtinet plenitudinem potestatis, de his disponeret, nec liceret alicui de episcopatu ad episcopatū sine ipsius auctoritate transire. Quod venerabilis frater noster Turonen. Archiepiscopus minus quàm honori suo expediret, attendens, posuit quodammodo sedē suam ad aquilonē, & pacis thalamū violauit, magistrū V. de Chymeleio, qui in Abricen. Ecclesia electus fuerat, & per Metropol. suum postmodū confirmatus, in ea diutius ministrauerat in Andegauen. Ecclesia trāsferre præsumens, & in ipsa episcopum, propter auctoritatem sedis apostolicæ consecrare, cum dubium esse non debeat, qđ post electionem, & confirmationem episcopatui Abricen. sacramentali cōiugio fuerit alligatus, ac propter hoc, secundū Apostoli verbum, quærere solutionem non debuit, nisi tantùm ab eo, quē illius constat esse vicarium, qui dicit in Euangelio, Quod Deus coniunxit, homo nō separet. Vnde idem quoque magister de Chymeleio huius non est credendus præsumptionis immunis, qui sponte passus est taliter se transferri. Ne igitur tanta p̄sumptio remaneat impunita, & ex hoc accrescat aliis audacia delinquendi, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus, licet hoc factum videatur esse notorium, quod etiam ipsius archiepiscopi nuncii non præsumpsere in nostra præsentia diffiteri, ad abundantiorem tamen cautelam inquisita diligētius veritate (si verum est, quod asseritur) dictum archiepiscopum à confirmatione, & consecratione Episcoporum, memoratum vero V. à pontificalis officii executione, donec super hoc aliud statuamus, omni cōtradictione, & appellatione cessante, auctoritate nostra suspēdas, inquiras præterea solicitius veritatem, si venerabilis frater noster N. Rothomagen. Archiepiscopus dictum V. vt sic trāsiret, absoluit, quāuis hoc ipsum nō videatur aliqua posse tergiuersatione cælari, cum ipsius nobis literæ fuerint præsentatæ, per quas eum liberum & absolutum ad regimen Andegauen. Ecclesię trāsmittebat, & si præmissis veritas suffragatur, eundē archiepiscopum pari pœna cum alio percellere non omittas, ne sit immunis à pœna, qui nō est alienus à culpa. Sicut enim aliorum iura volumus illibata seruare, sic iura nostra nolumus violari, cum charitas exigat ordinata, vt post Deum primo nos ipsos, ac deinde proximos diligamus.

mus. Illud autem in defensionem erroris, & excusationē excessus, nemo debet inducere, quod sanctæ memoriæ Pelagius Papa constituit, inquiens inter cætera, Si consecrandi episcopi negligētia p̄ uenerit, vt vltra tres mēses ecclesia vidua tā cōstat, cōmunione priuetur, quousq; aut loco cedat, aut consecrandus se offerre nō differat. Quod si vltra quinq; menses per suam negligentiam retinuerit viduatam ecclesiam, nec ibi, nec alibi consecrationis domum percipiat, immo Metropolitani suo iudicio cedat, cum recte intelligenti dubiū esse non debeat, quin in alio casu loquatur, ne forte quod est statutum ad pœnam, trahatur ad gratiā, si per hoc Metropolitano liceret eū, quē electum in Episcopum confirmauerat, vt ad maiorem episcopatum transiret, absoluere. Sed & huiusmodi cessio, quæ potius est dicenda deiectio, non sit sine Romani Pontificis concessa licentia, cuius fines nemini licet excedere, qui per illā constitutionem Metropolitanis indulsit, vt eos qui consecrari contempserint post præfinitum tempus, ex illius constitutionis licentia possint deiicere, vt nusquam de cætero valeant consecrati. Nec dicitur eccle. viduata, quasi sponsum nō habeat, sed quia cum sponsus eius nondum sit consecratus, adhuc quoad quędā quasi viri manet solatio destituta. Ne vero nouum aliquid super hoc statuere videamur, quod contra venerabilem fratrē nostrum N. Patriarcham Antiochenū, & L. Tripolitanum dictum Episcopum in simili casu sedes statuit apostolica, p̄sentibus literis fideliter duximus exprimēdum. N. Antiocheno Patriarchæ, &c. Cum ex illo generali priuilegio, quod beato Petro, & per eum Ecclesiæ Romanæ Dominus noster indulsit, canonica postmodum manauerint instituta continentia maiores ecclesiæ causas esse ad sedem apostolicam perferēdas, ac per hoc translationes episcoporum, sicut depositiones eorum, & sedium mutationes ad summum apostolicæ sedis Antistitem de iure pertinent, nec super his præter eius assensum aliquid debeat attentari, miramur nō modicum, & mouemur, q̄ tu prædecessoris tui exempla secutus, q̄ motu propriæ voluntatis Mamistan. in Tarsen. dicitur transtulisse. La. quōdam Apamien. electum in Tripolitanam Ecclesiam transtulisti, nec tibi suffecit dicti prædecessoris tui præsumptionem solūmodo imitari, immo etiam iniuriam nostram ipsius transgressus excessum, nouo quodam promotionis genere paruifi casti maiorem, & magnum quodammodo minorasti episcopare archiepiscopū, immo potius dearchiepiscopare præsumens, cum dictus prædecessor tuus dictū archiepiscopum de Tarsen. eccle. in ecclesiam transtulit similis dignitatis, licet enim dictus L. nondum fuisset in archiepiscopum cōsecratus, confirmationis tamē munus receperat, & archiepiscopalia, quātum ei licuetat, ministrarat, sicut ipsius relatione nobis innotuit, qui se Valenien. Episcopum, cum in nostra esset præsentia cōstitutus, asseruit confirmasse. Ne igitur perpetrandi similia cæteri audacia præbeatur, si tantus excessus relictus fuerit impunitus, te ab episcoporū cōfirmatione duximus suspendēdū, quousque super hoc aliud statuamus. L. dicto Tripolitano Episcopo, Cum ex illo &c. vt suprà, vsque ad verbum mouemur. Quod cum in Apamiē Ecclesia in archiepiscopum fuisses electus, & confirmatione susceptā, quātum tibi licuerat, archiepiscopalia ministrasses, sicut ex tua nobis relatione innotuit, qui olim apud sedem apostolicam constitutus, venerabilem fratrem nostrum N. Valenien. Episcopum confessus es confirmasse, in Tripolitanum te transferri feci sti nouo quodam promotionis genere, nō promotus, sed potius minoratus. Ne igitur perpetrandi similia cæteris audacia præbeatur, si tantus excessus relictus fuerit impunitus, te ab executione pontificalis officii duximus suspendendum, donec super hoc aliud statuamus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, V. Calend. Maii.

EPISCOPO, CANTORI, ET magistro P. de Corbolio Parisien. canonicis, vt N. in canonicatu Tornacēsi per illos defendatur.

CONfirmationis nostræ manum in his, quæ per prædecessores nostros, non

non sine maturitate consilii nouimus in stituta, nec non & ex eorum auctoritate pariter, & mandato sortita sunt, effectus debiti complementum, non tantum libenter apponimus, verum etiam in eos, q̃ ad institutiones huiusmodi eludẽdas in contradictionis & rebellionis aculeũ eliguntur, grauiter (sicut tenemur) insurgimus ad vindictam, vt sic rebellium, & superborum cõtumacitas elidatur, & ecclesiæ Romanæ institutio, submoto cuiuslibet temeritatis obstaculo, sua gaudeat libertate. Tenor siquidem literarũ dilecti filii H. decani Parisien. quas felicis recordationis C. Papæ prædecessori nostro tanquam nobis accepimus, nos instruxit, q̃ mortuo in vrbe bonæ memoriæ magistro Henrico de Sognies canonico Tornacen. ecclesiæ, præbendam eius dilecto filio Bernardo clerico de insula de sedis apost. benignitate concessit, cumq; de ipsa per annulum propria manu inuestiens, præbendam ipsi confirmauit eadem, super quo tam venerabili fratri nostro N. Tornacen. episcopo, quàm dilectis filiis N. decano, & Capitulo Tornacen. districtè præcipiendo mandauit, vt factum suum in hac parte irrefragabiliter obseruantes, præfatum Bernardum in suum canonicum admitterent, & in fratrem, inhibens etiam illi, ne ad præbẽdam illam aliquem alium in fratrem assumerent. Scripsit tam prefato decano, quàm bonæ memoriæ P. cantori Parisiẽ. cũ districtione præcepti, vt eis in huius mandati executione cessantibus, ipsi auctoritate apostolica suffulti, non obstante contradictione, vel appellatione cuiuslibet, quæ præmissa sunt exequi nõ tardarent, atq; ipsum in possessione prębendę illius corporaliter inducentes, facerẽt eũ nihilominus possessione quieta, & integra fructuum perceptione gaudere. Eos insuper, qui institutioni eius, ac inuestiturę tam solemniter factæ se ducerẽt opponendos, per districtionem ecclesiasticam, sublato appellationis obstaculo cõpescentes, si quid forte interim in ipsius clerici præiudicium de illa fuisset præbẽda statutum, penitus irritarent. Verum memoratus Decanus, sicut ei de ipsius rescripti auctoritate licebat, solus executioni horum diligenter insistens, nõ semel sed sæpius suis literis destinatis eo ordine, quo decebat, episcopũ, & Capitulũ attentè cõmonuit, vt præceptum apostolicum quamtocius adimplentes, dictũ B. qui de præbenda Torcen. vacãte per manum apostolicã, sicut dictum est, inuestituram acceperat in choro, & in Capitulo tam liberaliter, quàm libenter admitterent, & præbẽdæ fructus integro absq; omni difficultate conferrent. Episcopus vero, licet sæpe tã literis, quàm viua voce cõmonitus, ab eo (vt decuit) semper exhibuit se rebellem, nullatenus volens institutioni apostolicæ consentire. Sed tamẽ Parisii veniens, cum prædictus B. vehementer instaret, præsente te frater episcope, necnon & dilecto filio N. abbate sanctæ Genouefæ procuratore ipsius episcopi Tornacen. cum multis aliis religiosis, & honestis personis, post multas altercationes, & rationes hinc inde propositas de cõi consilio magistrorũ prudentium, & iurisperitorũ, qui vocati ad litem conuenerant decidendam, cum allegationes prędicti episcopi nullam vim aut vigorẽ haberent, sæpe fatum B. auctoritate apostolica sententialiter in corporalem præbendæ illius possessionẽ induxit, eo modo laborans, q̃ decanus ipse, totũq; Capitulum Tornacen. eundẽ clericum in fratrem, & canonicum suum cõiter receperũt, & adhibitis solẽnitatibus, quæ debẽt in admittendis canonicis adhiberi, stallũ in choro, & locũ in capitulo ei libenter assignarunt, ita q̃ statim, & deinceps, sicut & reliqui iuxta consuetudinẽ ecclesię, plena, & integra perceptione fructuũ est gauisus. Et vt mandatum apostolicũ ex ordine cõpleretur, idẽ executor quicquid circa Huluinũ ipsius B. aduersariũ, vel alium ab episcopo, vel quolibet alio forte fuisset in eius præiudiciũ attẽtatũ, cũ ipso Capitulo Tornacen. penitus irritauit, solo Episcopo in sua rebellione cõtumaciter perdurante. Nos igitur quod ab eodẽ decano auctoritate apostolica, p uidẽ super his omnibus est statutũ, debitũ volentes effectũ sortiri, discretioni vestræ per apostolica scripta mãdamus, & districtè pręcipimus, quatenus si idẽ episcopus, vel Huluin, siue alius prænominatum

natum B.canonicum Tornacen. super illa præbenda,quam ipse tam solēniter est adeptus, post monitionem vestram duxerint impetendum,aut possessionē præbendæ qualibet occasione turbandam, eos per seueritatem districtionis ecclesiasticæ omni contradictione,& appellatione cessante compescere nullatenus omittatis,nihilominus facientes,vt prænominatus episcopus suū in hoc velit adhibere consensum.Nolumus enim(sicut nec fieri conuenit) vt apost. sedis institutio tam solēniter celebrata, & tot,tantorūq; virorum approbationibus, & sententia vnanimi roborata,temeritate,seu contradictione quorumlibet infirmetur,aut factum,quod de tanti consilii maturitate, ac prouida cōsideratione processit,in recidiuæ quæstionis scrupulum relabatur. Nullis literis obstantibus harum mētione non habita, &c. Quod si omnes, &c. Tu frater episcope cum eorū altero, &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum, III.Calend.Maii,Pontificatus nostri anno primo.

LAMECEN. EPISCOPO, ET G. monaco quondam episcopo Lamecen & Priori de ecclesiola, vt causam inter Bracarens. Archiepiscopum & canonicum S. Martini de Castro, de exemptione institutam definiant.

CVm venissent olim ad apostolicam sedem N.canonicus sancti Martini de castro,nobis exposuit,qp bonę memoriæ N. quondam Bracaren. Archiepiscopus de consilio fratrum, & canonicorū suorum assensu, Illustris quoque Portugal. Regis A. & vxoris eius M. Reginæ precibus inclinatus,ecclesiæ sancti Martini de Castro priuilegium exemptionis indulsit,& eam ab omni iure episcopali prorsus absoluit, propter quod possessionem quandam in villa de Molas,& duo casalia in terra de Regaldos,ex qbus tantundem, vel eo amplius percipiebat ecclesia,dictus archiepiscopus in recompēsationem accepit,sicut in priuilegio continetur, quod per sedem apostolicā fuit postmodum confirmatum,ita qp eadem ecclesia ecclesiæ Romanæ certum censum annis singulis exhiberet. Verū ecōtra venerabilis frater noster N.archiepiscopus Bracaren.asserut,qp eadem ecclesia,cum adhuc parochialis existeret, & postmodum cum per I. quondam Bracaren.archiepiscopum facta esset canonica regularis, iura episcopalia Bracaren. ecclesiæ persoluebat.Tandem vero canonici eiusdē ecclesiæ dicto archiepisco duo casalia conferentes, relaxationem iuris episcopalis pro parte quadā impetrarūt ab eo.Sed dissensione postmodum sup hoc exorta,idem canonici casalibus,prædictis recepris, iura episcopalia memorato archiep. & successori eius diutius persoluerunt. Adiecit etiam idem archiepiscopus,quòd ipse ab eadem ecclesia,sicut ab aliis monasteriis Bracaren. diœcesis iura parochialia, & ꝓcurationes annuas aliquamdiu recepisset, quæ cum sibi præsumpsissent postmodum denegare, post primam, secundam, & tertiā commonitionem suspensionis in Priorem, & in monasterium interdicti sententiam promulgauit,ac postmodum tam Priorem, quàm conuentum,quia sententiā ipsam seruare nolebāt, excōmunicationi subiecit.Cumque postmodum coram dilecto filio G.sancti Angeli diac.Card qui tunc in partibus illis legationis officio fungebatur,quæstio super hoc fuisset aliquandiu agitata, & tandem venerabili fratri nostro N.Priori sanctæ Crucis ex ipsius delegatione commissa, pars aduersa lite pēdente ad apostolicam sedem accedēs, veritate tacita confirmationem prædicti priuilegii impetrauit. Allegabat etiam idē archiepiscopus ex priuilegio taliter impetrato, nullum debere sibi præiudicium generari, & se ante omnia debere restitui, cum eum iure consueto Prior, & canonici auctoritate propria spoliassent. Quia vero nobis ad plenum non constitit de præmissis,discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus,quatenus partibus conuocatis, audiatis hinc inde proposita, & quod iustum fuerit inter eos appēl. postposita statuatis,& faciatis,quod decreueritis auctoritate nostra firmiter obseruari. Quod si omnes, &c. duo vestrum, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum.

ARCHIE-

ARCHIEPISCOPO MEDIOlanen vt cancellariam dignitatem in ecclesia Mediolanen. vacantem, subdiacono Pontificis conferat.

IN his, quæ nō solum ad spiritualia, verum etiam ad sæcularia pertinēt, te credimus adeo eruditum, vt satis inter bonum, & malum discernere debeas, & agnoscas, quibus inter deuotos, & fideles tuos ad maioris remunerationis stipendia tenearis. Vnde (quod absit) tanto maiori appareres reprehensione notandus, si merita tuorū bene viuētiū absq; remuneratione debita sub dissimulationis oculo pertransires, quanto minorem in his excusationē tuæ prouidentia circunspectionis admittit. Sane si velles etiam diffiteri, non posses, quantum dilectus filius Hēricus Subdiaconus noster pro tetā apud sedē apostolicā, quàm alias fideliter laborauerit, & deuotè, pro quo tanto confidentius preces nostras pro ipso tibi duximus porrigendas, quāto iustiori causa, quæ ad id efficaciter nos inuitat, ipsas credimus adiuuari, cū eas, quas tanquā primitias, tibi dirigimus, apud te mereri speremus audientiā cū effectu, & si etiā secus eligeres faciendū, nulla rationabilis tibi excusatio superesset, ad prouisionem dicti subdiaconi cōgrua oportunitate se temporis ingerēte. Inde est, qđ cum, sicut audiuimus, Cācellariæ dignitas per annum, & vltra, iā in ecclesia Mediolanen. vacauerit, licet iurisdictio cōferendi eā ad nos iuxta Lateranen. statuta Cōcilii pleno iure sit deuoluta, cū nec per te infra sex menses, nec per Mediolanen. Capitulū infra sex alios fuerit ordinata. Nos tamen tibi tanquā fratri charissimo deferre volentes, deuotionē tuā rogamus affectuosius, & monem⁹, per apostolica tibi scripta præcipiendo mandantes, quatenus eidē subdiacono, qui tā per seu quàm per consanguineos suos, tibi, & ecclesiæ tuæ plurimū esse poterit fructuosus, & ad ipsius executionē officii ꝓbatur idoneus, quē nos ēt quadam prærogatiua speciali diligimus, dictam Cancellariam sine cuiuslibet difficultatis obstaculo, tam nostrarum precum intuitu, quàm ipsius meritorum, & probitatis obtentu, non differas assignare, ita vt ipse in hoc bonitatis tuæ dulcedinem valeat experiri, nosq; in nostrarum exauditione precum tuæ probare possimus deuotionis affectum. Quod si postquam literas nostras receperis ad eludendum mandatum nostrum in præiudicium iuris canonici, quod nobis cōpetit ex Lateran. statuto Concilii, de ipsa Cancellaria (qđ non credimus) aliquid duxeris statuendum, nos id irritum decernimus penitus & inane, sicque (auctore Domino) faciemus idem mādatum efficaciter adimpleri, quod ad cōsumationem præsentis negocii, quæ de ipso non fictè incepimus, finis congruus subsequatur. Datum Romæ apud S. Petrum.

EPISCOPO, ET CLERO PLAcentin. vt Palauicinum compellas ad restituendū ablata Cardinali S. Mariæ.

QVi monitis acquiescere nolunt, & mandatis apostolicis obedire, nec ad obediendum minus etiam inducuntur, canonicæ seueritatis in se debent experiri rigorē, vt effectus ab eis obtineat, quod interminatio non potuerat obtinere. Sane cum olim consulibus, & populo Placentinis dederimus in mandatis, vt V. Palauicini filium, & socios, ac fautores iniquitatis ipsius cōmorantes, in vestro districtu ad restitutionē eorū, q̄ dilecto filio nostro P. Sanctę Marię in via lata, diacono Card. cum de prouincia legationis suæ rediret, violenter abstulerant, tradita sibi potestate compellerent, alioquin Ecclesiam Placentinam subiiceremus Ecclesiæ Rauennati, ac si nec sic mandatis apostolicis obedirent, episcopali dignitate tam Placentin. quàm Parmē. ecclesiam priuaremus, quia quod mandabatur adimplere, hactenus distulerunt, ne mendacij arguamur, recedere non possumus à tramite veritatis, aut non concludere in effectu quæ prædiximus comminando. Ea propter eorū contumaciam attendātes, præsentium auctoritate de consilio fratrum nostrorum statuimus, vt nisi infra quindecim dies post receptionem præsentium mandatum, quod per alias eis literas fecimus, curauerint adimplere, Ecclesia Placen. Eccle. Rauennati subiaceat, & vos venerabili

fratri

fratri nostro N. Archiepiscopo Rauennati respondeatis, & ipsius non presumatis mandatis, & admonitionibus contrarie, donec nobis, & eidem Card. plenarie fuerit satisfactum, tā Placenti. quàm Parmen. Ecclesiam episcopali dignitate (dante Domino) priuaturi, si nec sic nobis fuerit plenarie satisfactum. Ideoque per apostolica vobis scripta mandamus, & districtè præcipimus, quatenus eidem archiepiscopo respondere curetis, alioquin noueritis vos officio, beneficioque suspensos. Mandauimus autem eidem archiepiscopo, vt vos ad obediendum sibi per censuram ecclesiasticam, & aliter (si opus fuerit) appellatione remota cōpellat. Nos enim sententiam, quam in vos, si contumaces fueritis, tulerit, ratam habebim⁹, & faciemus (auctore Domino) inuiolabiliter obseruari. Cariss quoq; in Christo filię nostræ C. Imperatrici, & tā Francorum, quàm Anglorum Regi, & nobilibus viris N. Comiti, & Baronibus Campaniæ N. Duci Burgundiæ, ac N. Comiti Maurinen. firmiter præcipiendo mandamus, vt bona mercatorum Placētinorum, & Parmen. qui deinceps fuerint in terra eorum inuenti, tādiu apud se sub custodia fideli detineant, vel faciant in tuto deponi, donec nobis, & eidem Cardinali fuerit plenarie satisfactum, & ipsi quid de his facere debeant, mandatum à nobis receperint speciale. Consules etiam Placentin. nisi nobis iuxta mandatum dilecti filii G. Sanctę Mariæ in porticu diacon. Cardin. apostolicę sedis legati curauerint satisfacere, & terminum, quem ipse eis ad satisfaciendum præfixerit, se nouerint excōicationis vinculo innodatos. Mādamus autem rectoribus Lombardiæ, vt consules ipsos, & potestatem Parmen. ad sua cōsilia nō admittant, immo eos sicut excōicatos arctius studeant cuitare. Scribimus quoq; vniuersis archiepiscopis, episcopis, & aliarum ecclesiarum prelatis in Lombardia constitutis, vt si consules Placentini, vel potestas Parmē. in ciuitates, vel quascunque terras Lombardiæ forte deuenerit eis præsentibus, in ciuitatibus, vel terris ipsis diuina prohibeant officia celebrari. Omnes autem literas, quæ pro eorū contumacia edomanda de mandato nostro super hoc negocio sunt confectæ, eidem Card. transmittimus, eis, ad quos dirigun tur, nisi infra quindecim dies post susceptionem præsentium nobis iuxta formā literarum, quas idem Cardinalis ad vos primo detulit, ad plenum satisfactū fuerit, assignandas, ei dantes firmiter in mādatis, vt re frater episcope, & clericos Placen. ad obediendum memorato archiepiscopo, cui vos ex tunc decernimus vsque ad dignam satisfactionem esse subiectos, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota compellat. Quòd si forte Cardinalis memoratus in terra non fuerit, venerabilibus fratrib⁹ nostris N. Mediolā. Archiepiscopo, & N. episcopo Cuman. excusationem huius apostolici mādati committimus, vt ambo, vel alter eorum, si his exequendis nequiuerint intesse (sicut prēmissum est) in ipsius executione apostolica fretus auctoritate procedat. Illud etiam relinqui nolumus incorrectum, quod interdictum in ciuitate & diœcesi positum non plene (sicut dicitur) obseruatur, cum auctoritate nostra prolatum fuerit, & à nobis postmodum cōfirmatum. Vnde vobis in virtute obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, vt vos illud inuiolabiliter obseruetis, & faciatis per vestram diœcesim incōcusse seruari, eos qui contrauenire præsumpserint, officio, beneficioq; suspēsis, ad sedem apostolicam tu frater episcope transmissurus. Datum Romæ apud S. Petrum, XI. Calend. Maii, Pontificatus nostri anno I.

Scriptum est prædictis omnibus super hoc, iuxta quod in eisdem literis continetur.

EPISCOPO, ET CAP. PARMEN. de eadem Re.

QVi monitis &c. vt sup. In eundem fere modum vsque ad verbum illud Compellerent. Alioquin Burgum sancti Domini eximeremus a iurisdictione Parmen Ecclesiæ, quia ipsi quod mandabatur &c. vsq; ad verbum illud de cōsilio fratrum nostrorū. Burgū sancti Domini

mini ab Eccle. Parmen. vsque ad satisfactionem congruam eximimus potestate, tam vestrā, quàm Placen. Ecclesiā &c. vt suprà vsque ad verbū illud satisfactū. Scribimus autem charissimæ in Christo filiæ C. Imperatrici &c. vsq; ad verbū illud speciale. Omnes autem literas, quę pro eorum cōtumacia &c. vsq; ad verbū illud firmiter in mandatis. Vt clericos in Burgo sancti Domini cōstitutos, à iugo Ecclesiæ Parmen. absoluat, & publice tātum Ecclesiæ Romanæ teneri. Quod si forte Card. memoratus in terra non &c. vsq; ad verbum illud procedat. Ideoque per apostolica vobis scripta mandamus, & districtè præcipimus, quatenus cū idē Burgum sancti Domin. à vestra fuerit iurisdictione exemptum, nullam in ecclesias, vel clericos eius exercere præsumatis de cætero potestatem sub pœna excōmunicationis, vobis nihilominus inhibentes, ne Huberto Palauicini filio aliquid de prouentibus Parmē. Ecclesiæ impendatis, nec eū, vel suos. vel aliquos pro eo patiamini de ipsis aliquam vsurpare, vel qualemcunque accipere portionem, contra qđ hactenus egisse dicimini fraudulenter. Illud etiam impunitum relinquere nec possumus, nec debemus, quod interdictum in ciuitate vestra, & diœcesi positum nō plene (sicut dicitur) obseruatur, præsertim cum auctoritate nostra prolatum fuerit &c. vt suprà vsque in finem. Datum vt suprà.

RAVENNATI ARCHIEPISC. de eadem re.

CVm apud sedem apost. potestatis resideat plenitudo, non est admiratione ducendum, si pensatis subditorū meritis, nunc exaltat humiles, nunc deprimit contumaces. Sane cum ipsa mater sit omnium generalis, vt in sublimatione humilium ad obediendum prouocet cōtumaces, & in contumacium depressione tam superbis, quàm humilibus audaciæ subtrahat contemnendi, & mēsuetos extollit, & deponit supercilium superborum. Ideoq; Placentinorum cōtumaciā attendentes, præsentium auctoritate statuimus de fratrum nostrorum consilio, & voluntate communi, vt ecclesia Placētina ecclesiæ Rauennati subiaceat, & venerabilis frater noster Episcopus, clerus Placentin. tibi obedientiam, & honorem exhibeant, donec nobis, & dilecto filio P. sanctæ Mariæ in via lata diac. Card. iuxta tenorem literarum, quas eis direximus Placentiam, satisfactionem curauerint plenariam exhibere, auctoritate tibi apostolica indulgentes, vt eos ad obediēdum tibi, & respondendū (sicut superiùs est expressum) compellendi liberam habeas facultatem. Nos enim sententiam, quam in eos propter hoc tuleris, ratā habebimus, & faciemus (auctore Domino) inuiolabiliter obseruari. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum.

OVETEN. EPISCOPO, VT EX Collegio canonicorum iterum fiat monasterium.

CVm à nobis petitur, &c. vsq; ad verbum illud Effectum. Significasti siquidem nobis, q̄ cum in ecclesia sancti Seruandi institutio abbatis, & monachorum ad te de iure pertineat, monasteriū ipsum conuersum est in canonicā secularē, & cuidam clerico in beneficiū assignatum, quod tu quantum in te fuerat emē dare intendens, monasterium ipsum in priorem religionis statū desideras reuocare. Ea propter venerabilis in Christo frater tuis precibus annuētes, vt ecclesiā ipsam ad debitum religionis statū reducas, instituendi ibidem abbates, & monachos, sicut ad te pertinet, liberam tibi cōcedimus auctoritate apostolica facultatem. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud S. Petrum, VI. Non. Maii.

FRATRI RAINERIO, VT CVret Ouetensem episcopum à Rege Legionen. ecclesiam restituat.

CVm venerabilis frater noster Oueten. Episcopus interdictum, quod in regnum Legionen. apostolicæ sedis auctoritate prolatum fuerat, & ipse seruauerit, & in sua diœcesi fecerit obseruari, & propter hoc de regno Legionen. exilium coactus fuerit sustinere, iustum nō esset aliquatenus, vel honestum, si de receptione ipsius in absolutione regis, &

regni

regni à te, vel nullatenus vel nimis tepide tractaretur. Ideoque discretioni tuæ per apost. scripta mandamus, quatenus si iuxta formam, quam tibi dedimus, Regem Legionen. duxeris absoluēdum, ex debito præstitæ cautionis illi præcipias, antequam interdictum regni relaxes, vt non impediat, quominus dictus Episcopus suæ restituatur diœcesi, & tam de dānis illatis, quàm de fructibus inde perceptis recompensationem ei exhibeat competentem, & ei faciat ablata cum integritate restitui. Noueris autem nos eidem episcopo de speciali gratia concessisse, vt cum regni Legionen. relaxauerit interdictum, latam in suam diœcesim interdicti sententiam, & hactenus obseruatam per se, vel nuncium suum auctoritate nostra cum tuo consilio valeat relaxare. Vnde nihilominus volumus, & mandamus, vt prædictum episcopum nō impedias, quominus secundum prædictam formā per se, vel nuncium suū diœcesim Oueten sem absoluat. Datum vt suprà.

TERRACHONEN. ARCHIEPISCOpo, ne intra septennium proxime vacatura beneficia conferantur, sed redditus conuertantur in vsus creditorum.

IMminet nobis ex susceptæ administrationis officio, vt ecclesiarum profectibus taliter intendere debeamus, q̄ ipsi in statu debito persistētes salubribus ꝓficere valeant institutis. Sane ad nostrā noueritis audientiam peruenisse, q̄ ecclesia tibi commissa propter beneficia tam mansionariis, quàm non mansionariis assignata, cum ipsius redditus ad hoc sufficere non valeant, iam fere ad nihilum est redacta. Volentes igitur eiusdem ecclesiæ profectibus paterna solicitudine prouidere, fraternitati tuæ per apost. scripta præcipiendo mandamus, quatenus, si vera sunt, quæ dicuntur de possessionibus ad mensam tuā pertinentibus, infra septennium nulli beneficiū de nouo assignes, nisi necessitas, vel ecclesiæ vtilitas postulauerit, vt per hoc saltem respirare valeat ab onere debitorū. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, V. Calend. Maii.

PRAEPOSITO N. DECANO & Ca. Cameracen. vt à decessore suo & à se institutum recipiant in canonicum.

PRoposuit nobis dilect. filius Thebaldus presbyter, q̄ cum bonæ mem. C. Papa prædecessor noster post preces, quas vobis pro receptione ipsius in fratrem, & assignatione præbendæ ad donationem vestram spectantis in ecc. vestra proximo vacaturæ, eidem faciendā porrexerat, mandatum vobis apost. destinasset, & bonæ mem. decan. Remen. executorem concessisset eidem, decanus ipse vos in executione mandati apost. contumaces inueniēs, & rebelles de præbenda primo vacatura in ecclesia vestra, quæ ad donationem Cap. pertinent, auctoritate apost. inuestiuit, vobis præcipiens, vt eū in canonicū recipientes, & fratrem, ipsi stallum in choro, & locum in Cap. cōferretis, ecclesiarum vobis introitu interdicto, si quid mandabat, differretis in fra triduum adimplere. Vos autem nec mandatum eius exequi voluistis, nec ab ecclesiarum cessastis ingressu, immo potius in elusionem mandati apost. causa diffugii ad eūdem decanum appellastis, & cum ipse decanus morte pręuentus in negocio ipso vlterius non potuisset procedere, & prębenda, quæ ad donationem vestrā spectabat in ecclesia Cameracen. vacasset, eam alii assignastis, in eundem presbyterum excōmunicationis sententiam promulgātes, quia literas eiusdem decani sibi in testimonium reseruauit. Cum autem ꝓpter hoc idem presbyter ad eiusdem prædecessoris nostri præsentiam accessisset, sicut ex literis eius nobis innotuit, ipse quod ab eodem decan. factum fuerat, ratum volens haberi, collationem prębādæ factam à vobis penitus irritauit, & eundem presbyterum ab excommunicationis vinculo absolutum, de ipsa manu propria per annulum inuestiuit. Licet autem intentionis nostræ non sit inuestituras de vacaturis factas, contra canonum instituta ratas habere, qui secundum plenitudinem potestatis de iure possumus supra ius dispensare, attendentes tamen, q̄ idem presbyter non de vacatura, sed de vacante per prædecessorem nostrum fuerat inuestitus, vtpote

Ca. Propo. fuit. de cessione præbenda.

quę

quæ post cassationē cōcessionis à vobis factæ intelligebatur vacare, discretioni vestræ per apost. scripta mandamus, atq; præcipimus, quatenus amoto ab eadē p̄benda quolibet detentore, eā ipso T. omni dilatione, excusatione, & app postpositis cōferatis, & permittatis ab ipso pacifice possideri, ei stallū in choro, & locū in Cap. cum plenitudine honoris canonici assignantes, alioquin noueritis nos venerabili fratri nostro N. Cathalaunen. epō dedisse firmiter in mādatis, vt ipse id auctoritate apost exequatur, cōtradictores eccle cēsura cessante appellatione percellens, si vos sup executione mādati nostri desides fueritis, vel remissi. Nos enim sicut nolumus iniusta p̄cipere, sic iniustis præceptis nolumus pati repulsam, q̄ prō pti sumus oēm inobediētiā fcēm apost. verbū vlcisci. Nullis literis &c. harū tenore tacito &c. Datū Romæ apud S. Petrū.

In eundem fere modum N. Cathalaunen. Ediscopo.

MATTHÆO ABBATI, ET CONuentui S. Spiritus de Arenulis.

SAcrosancta Rom. Eccl. &c. vsq; ad verbū illud susc ipimus. Ad indicū autē huius nostræ p̄tectionis paginę nobis, nostris q; successoribus vnū Bizantū annis singulis exoluetis. Nulli ergo, &c. Datū Romæ, apud S P. VI. Non. Maii.

N. OXOMEN. N. OSCEN. ET N. Dertusen. episcopis, vt causam Archiepiscopi & Capitulum Terraconense contra monasterium Riuipollense determinent.

VEniens olim ad apostolicā sedem Vuillielmus monachus Riuipollē. causam, quæ inter venerabilem fratrem nostrum N. archiepiscopum, & dilectos filios canonicos Terrachonen. ex vna parte, & monasterium Riuipollen. ex alia super villa, & honore de centum cellis vertebatur, ad quosdam obtinuit iudices delegari. Verum quoniam ipse in falsitate bullæ nostræ fuit publice deprehē sus, & suspectus habetur, ne p̄ter literas, quas à nobis obtinuit, aliquas alias sub falsa bulla in Hispaniam destinarit, fraternitati vestræ per apost. scripta mandamus, quatenus nullis literis super hoc impetratis obstantibus, & reuocato quic quid earum auctoritate est forsitan attētatum, audiatis causam, & eam fine debito terminetis, facientes quod statueritis per censuram eccle. inuiolabiliter obseruari, audituri nihilominus causam, quæ inter Terrachonen. Eccle. & monasterium Riuipoll. super castro de Analech vertitur, & fine canonico decisuri. Datū Romæ apud Sanctum Petrum, II. Nonas Maii.

PHILIPPO ILLVSTRI REGI Franciæ, de confirmatione fœderis inter ipsum Regem & comitem Flandriæ.

LIcet ex iniuncto nobis apostolatus officio cunctorum teneamur prouidere quieti, & pacem inter singulos exoptare, quietem tuam, & regni tui tanto specialius conseruare volumus, & debemus, & inter magnificentiam regiam, & homines suos firmæ pacis existere fœdera, studiosius affectamus, quanto personam tuam specialiori diligimus in Domino charitate, & pacem tuam, & regni tui ad eccle. commodum cognoscimus efficacius redundare. Ea propter chariss. in Christo fili, tuis iustis precibus inclinati, & petitionibus tuis quantum cum Deo possumus, gratū impertientes assensum felicis mem. C. Papæ prædecessoris nostri vestigiis inhærentes, compositionē factam inter serenitatem tuā, & dilectū filium nostrum Baldum Comitem Flādriæ pro pace perpetuò seruanda, sicut rationabiliter facta est corā viris religiosis, & prudentibus, & scripto authentico roborata, & firmata pluribus iuramētis, & ab vtraq; parte recepta, auctoritate apost. cōfirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Ad maiorem autem ipsius facti notitiam authenticum prædicti Comitis, de verbo ad verbum præsentibus literis apponi fecimus, & transcribi, cuius tenor talis est, Ego Bal. Comes Fland. & Hainen. notū facio vniuersis præsentibus pariter, & futuris, q̄d ego concessi, & iuraui Domino meo Ligio Philippo illustri Regi Franciæ, quòd omnibus diebus vitæ meæ bonā fide, & sine fictione ipsum iuuabo cōtra omnes

Iuramentum comitis Flandriæ, quod præstitit Regi Gal.

omnes homines, qui possunt viuere, & mori, præterquam de terra Hainen. contra Dñm meum Episcopum Leodicen. si ipse vellet inquietare Regē Franciæ, vel Rex Franciæ eum, siue contra Dñm Imperatorem de eadem terra, neque Regi Franciæ de huiusmodi auxilio faciendo nunquam deero, quamdiu idem Dñs meus Rex Franciæ rectitudinem mihi facere voluerit in curia sua, & me facere iudicari per eos, qui me iudicare debent in curia Regis Francię, & hoc faciā Dño meo Regi Francię assecurari per iuramēta viginti hominū meorum de Hainen. quos elegerit Rex Francię in hūc modū. Ipsi iurabunt, & literas suas patentes Regi Franciæ inde dabunt, quod mihi cōsulent, & volent, & efficient ad posse suum bona fide, vt hanc cōuētionē teneāt Domino Regi Frācię integrè, & q̄ si ab hoc resiliero, in captionē Dñi Regis Frāciæ ibūt Parisios infra quadraginta dies, postquā id sciuerint, vel per se, vel per submonitionē Regis Francię, nisi infra eosdem quadraginta dies Regi Franciæ emendatum fuerit, nec de captione Regis Franciæ exibunt, donec illud sit emendatum, & quotiescunque me cōtinget ab hac cōuētione resilire, toties Parisios in captione Regis Franciæ ire, & captionē ei tenere tenebuntur ad eundem modū, qui prę dictus est. Eandē securitatem faciam fieri dño Regi Franciæ cōtra omnes homines à quadraginta hominū de terra mea Eland. quam modo teneo, quos ipse Rex Franciæ elegerit, & quàmcito ad me venerit, per ius meum terra, quam Comitissa vxor quondam auunculi mei N. Comitis Fland. Philippi tenet nomine dotalitii, à quadraginta hominum eorū illius terræ, quos Rex Franciæ elegerit, eandē securitatem fieri & præstari faciam Dño meo Regi Franciæ. Et quicunq; morientur ex his, qui hanc fecerunt Regi Franciæ securitatem, hæredes eorum eandē securitatē præstare regi Franciæ faciā. Quicunq; hominum meorum de vtraq; terra prædicta huiusmodi securitatem dño Regi Franciæ noluerint, terras suas eis auferram, nec reddam, donec Regi Franciæ dictam fecerint securitatem. Et interim alios ad electionem Regis Franciæ faciam regi facere illam securitatem, cæterum dñm N. Remē. Archiepiscopum, & N. Atrebaten. & N. Cameracen. & N. Morinen. Episcopos rogabo, & bona fide requirā, quod quotiescunq; me à prædictis conuentionibus resilere contigerit, toties me excommunicent, & terram meam totam interdicto supponant, non obstante aliqua appellatione, donec id emendatum sit Regi Franciæ, & literas meas patentes tam archiepiscopo, quàm dictis episcopis dabo continentes me his concessisse, quod hanc iustitiam possint in me exercere, non obstante appellatione, si à dictis conuentionibus resiliero, & efficiam ad posse meum, quod ipsi literas suas patentes super hoc dabūt Regi Franciæ. Ita etiam quod quicunq; successerint Remen. archiep. & memoratis episcopis ad idem faciendum super me, & super terrā meā, Domino Regi Frēciæ tenebuntur, Dominum Papam etiam, & alios summos pontifices Dñi Papæ successores rogabo, & literas meas patentes, quas tradam Regi Franciæ, quatenus domino Regi Franciæ suas super hoc confirmationis dēt literas, & iustitiæ in me, & terram meā exercendæ, si ab his resiliero. Sciendum præterea, q̄ Domino meo Philippo Regi Frāciæ, & hæredi suo quito feudum Bolen. & feudum Gumar. & feudum Osiaci, siquid in illis feudis habeo, quæ omnia iuraui, & sigillo meo rata firmaui. Nulli ergo, &c. Datum Romę apud Sanctum Petrum.

Scriptum est autē super hoc Vuillielmo Remen. Archiepiscopo, & Suffraganeis eius, vt apost. freti auctoritate dictam compositionem faciant, sublato cuiuslibet contradictionis, & appellationis obstac. per excommunicationis in persona, & interdicti sententiam in terras inuiolabiter obseruari.

N. CISTRIEN. ET N. CLARAE vallen. Abbatibus, vt per Archiepiscopum Rothomagum, post interpositam à Philippo Gallorum rege appellationem, attentata remouent.

DEferendum Regi, quasi præcellenti, cum in generali testetur Apostolus,

lus, illi deferre specialiter volumus, & deferri desideramus ab aliis, quē certis nouimus argumentis, & fidei Catholicæ integritate præcellere, & inter cæteros reges in deuotionem Rom. ecclesiæ propositio persistere firmiori. Hinc est, q̄ nos attendentes fidem, & deuotionem, quā charissimus in Christo filius noster Philippus Rex Francorum illustris, non solum circa Rom. ecclesiam, verum etiam circa ecclesias vniuersas, quasi ex liberalitate innata creditur exhibere, de venerabilis fratris nostri N. Rothomagen. archiepiscopi discretione miramur, quia (sicut audiuimus) cum idem rex sup̄ facto Andeliaci ab ipso Archiepiscopo, tāquā à suspecto iudice appellarit, ne aliquid posset in eius præiudiciū generari, nihilominus idem archiepiscopus ipsum infestat, eiusque terram in sua prouincia cōstitutam ecclesiastico minatur supponere interdicto. Vnde nos canonum statuta sequentes, si quid post appellationē illam rationabiliter interpositam in eius præiudicium fuerit attentatum, irritum decernentes penitus, & inane præfato archiepiscopo mandauimus districtius inhibentes, ne prædictum regem de cætero propter hoc molestare, aut in terram eius sententiam promulgare præsumat, quamdiu coram vobis, qui neutri partium meritò debetis esse suspecti, parere voluerit æquitati. Quo circa discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus si sæpe dictus archiepiscopus post appellationem illam eodem rege taliter iuri stare parato in prædictā terram aliquam in grauamen ipsius duxerint sententiam promulgare, vos nostra freti auctoritate illam denuncietis, sublato appel. obstaculo, non tenere. Ne vero propter loci distantiam eidem Archiepiscopo graue sit ad vestram præsentiam pro consequenda iustitia laborare, præsentium vobis auctoritate mādamus vt quoties necesse fuerit, ad locum congruum accedatis, & sine personarum acceptione, iustitia mediāte, procedere nō tardetis. Nullis literis obstantibus, si quæ apparuerint veritate tacita, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum.

ODONI THERDONEN. EPISCOpo, quod omnes religiosos sibi subiectos liceat ad obseruationem interdicti compellere, saluis priuilegijs summorum Pontificum.

OFficii nostri debitū, & solicitudo requirit, vt fratres & Coepiscopos nostros in iustis debeamus petitionibus specialius exaudire, nec eorum sententias, quas in contumaces, & rebelles duxerint rationabiliter promulgandas, permittamus temeritate qualibet violari. Cū igitur (sicut tua nobis insinuatio patefecit) multi religiosi tuæ diœcesis contra generalem interdictum ante positum diuina non metuant officia celebrare, fraternitati tuæ auctoritate præsentium duximus indulgendum, vt liceat tibi omnes tuæ diœc. saluis priuilegiis, & indulgentiis Rom pōtificum, ad obseruanti am interdicti à te positi appellatione remota canonica districtione compellere. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud S. Petrum.

GRADEN. PATRIARCHAE, vt decimas à sibi subiectis parochianis recipiat, etsi hactenus sub alij Episcopis habitarunt.

SI quando à fratribus, & Coepiscopis nostris à nobis requiritur, quod à tramite rationis non deuiet, eorum postulationi facilem nos conuenit præbere cōsensum, vt eò fortius circa iniunctum sibi officium intendere valeant, & in nostra deuotione persistere, quo se à nobis benignius, ac celerius senserint exauditos. Inde est, quòd cum ecclesiam sancti Achindan. apud Constantinopolim te habere proponas, quidā Suffraganeorū tuorum decimas à parochianis eiusdem ecclesiæ, qui de tuis partibus ad eandem parochiam sæpe domicilia transferunt, ea occasione instanter requirūt, quia patres eorum, aui, siue proaui decimas ipsis aliquando persoluerunt, & ad ipsas decimas extorquendas nonnunquam suos Vicarios transmittere non formidāt, nō attendentes, quòd licet ipsi parochiani eorum aliquando fuerint, ex quo se ad alienam parochiam transtulerunt, manū nō licet cuiquam in messem mittere alienam. Ideoq̄ nos indemnitati tuæ solicite prouidere volentes, fraternitati tuę præsentium auctoritate concedimus, vt

liceat tibi à parochianis præscriptæ eccle-
siæ tuæ beati Achindan. non obstante
quòd eorum antecessores prædictis Suf-
fraganeis tuis dum in ipsorum parochia
permanebant, decimas persoluerunt, li-
berè decimas percipere, & tenere nihilo
minus etiam ius conuẽtuale, quod in ca-
pellis ecclesiæ prænominatæ tibi de iure
competit, sine contradictione cuiuslibet
de auctorit. nostra valeas exercere. Nulli
ergo, &c. Datum Romæ apud Sanctum
Petrum, IIII. Non. Maii, Pontificatus
nostri anno primo.

ABBATI, ET CONVENTVI BEL-
læ Villæ, quòd liceat ipsis consensu Episcopi, & sine detrimento alterius oratoria extruere.

CVm à nobis petitur, &c. vsq; ad ver-
bum illud effectum. Vt igitur apo-
stolici fauoris obtẽtu religio vestra (Deo
dante) grata in spiritualibus, & tempora-
libus recipiat incrementa, statuimus, vt
vobis de concessione nostra sit licitum
in locis in quibus competens fratrum nu
merus à vobis fuerit institutus, cũ assen-
su diœcesani episcopi sine detrimẽto iu
ris alterius, oratoria sine cuiuslibet con-
tradictione construere, vbi fratribus mo
rantibus cũ familiis suis secundum statu
ta ordinis vestri diuina valeãt officia mi
nistrari. Datum Romæ apud San
ctum Petrum, Non. Maii, Pont. nostri
anno primo.

EISDEM, DE PROCVRATIO-
ne exhibenda fratribus S. Hyrenei.

QVanto Creatori vestro sub religio
nis habitu astricti estis deuotius
famulari, tanto solicitius nos conuenit
prouidere, ne per immoderati one-
ris grauitatẽ aliquatenus possit in vobis
monastici profectus ordinis impediri. Ac
cepimus aũt vobis significantibus, qp ab
ipso domus vestræ fundationis primor
dio de fundatoris voluntate processit, vt
fratribus S. Hyrenei procurationẽ vnã
annis singulis liberaliter exhiberet, cum
terras, vel redditus nõ teneatis ab eis, pp
quos huiusmodi procuratio ipsis debeat
exhiberi. Verũ tunc temporis propter fra
trum, & seruientiũ paucitatẽ domum ve
stram exhibita procuratio nõ grauabat,
cum finis ienijũ non excederet expensa-
rum, sed nũc tantũ ibi excreuit numerus
seruitorũ, & fratrũ, qp ad faciendã procu
rationem vix modo quatuor matehę suf
ficerent, quæ pro vna sufficienter fieri cõ
sueuit. Vt igitur per apostolicæ solicitu-
dinis curam vestris possit in parte ista
grauaminibus prouideri, auctoritate vo-
bis præsentium indulgemus, ne vltra pri
mã mensurã in procuratione ipsa sitis vl
terius prædictis fratribus obligati, sed ex
pensis illis, quæ sufficere cõsueuerãt, sint
contenti, nisi forte facultates ecclesiæ ve
stræ in tantum excreuerint, quòd sine
grauamine ampliato fratrum numero
ad soluendum debitum procurandi, extẽ
di possit quantitas expensarum. Nulli er
go, &c. Datum vt suprà.

ABBATI, ET CONVENTVI S.
vedasti, Statuta & laudabiles cœnobij istius consuetudines Pontifex confirmat & approbat.

CVm à nobis petitur &c. vsq; Vestris
postulationibus inclinati. Rationa-
biles consuetudines ecclesiæ vestræ à bo
næ memoriæ P. sancti Grisogoni presby
tero Card. tunc Legato sedis apostolicæ
approbatas, & per M. quondam abbatem
sancti Vedasti de consilio maioris, & sa-
nioris partis Capituli redactas in scriptis,
& tam sigilli ipsius, quàm Card. eiusdem
munimine roboratas, auctoritate apo sto
lica cõfirmamus, & præsentis scripti pagi
na communimus, inhibentes, ne vel tu
fili abbas, vel tuorũ quilibet successorũ
cõtra eos temere veniat, nec vos filii mo
nachi contrauenienti aliquatenus pareа
tis. Adiicimus etiã, vt sicut in instrumen
to earundem consuetudinũ continetur,
curias, & domos obedientiarum, in qui-
bus monachi consueuerant hactenus
ministrare, nunquam vlli laico sub quo
cunque censu temere concedere præ-
sumatis, sed tam res ecclesiæ vestræ,
quàm obedientiarum ipsius per fratres
vestros, & monachos custodiantur, & fi
deliter pertractentur. Ad hæc auctorita-
te vobis apostolicæ districtius interdici-
mus, ne obuẽtiones charitatum annuos
etiam redditus refectioni fratrum, & pau
perum in anniuersariis deputatos in

alios

alios vsus, nisi euidens ecclesiæ necessitas, vel vtilitas exigat, præter communem assensum, vel maioris partis consilii sanioris aliquatenus conuertatis, sed tam dictæ obuentiones, quam & redditus ipsi per Priorem, & monachos, quos Capitulum ad hoc deputauerit, fideliter reseruentur. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, II. nonas Maii.

GERARDO, ET CONVENTVI Virzeliacen. veteres consuetudines laudabiles approbat, & nouas ijs priuilegia confert.

QVamuis vniuersa loca religiosa fouere, ac diligere teneamur, illis tamen propensiorem curam impendere nos oportet, quæ specialiter beati Petri iuris existunt, & ad nostram nullo mediante prouisionem pertinent, & tutelam. Inde est, quòd nos iura monasterii vestri volentes integra conseruari, & cõtra molestationes indebitas vos, & idem monasterium speciali communire priuilegio libertatis, ad exemplar felicis memoriæ Vrbani, Clem. & Cœlestini prædecessorum nostrorum, auctoritate apostolica prohibemus, ne vllus omnino archiepiscopus, episcopus, aut alius ecclesiarum prælatus, nisi de speciali mandato Romani pont. vel Legati ab ipsius latere destinati, in monasterium ipsum abbatem, vel aliquem fratrum vestrorum interdicti, suspensionis, vel excommunicationis sententiam promulgare præsumat, quod si fecerit, eam decernimus non tenere. Libertates præterea, & immunitates, & rationabiles eiusdem monasterii consuetudines hactenus obseruatas, tam inanimatum cura presbyteris ecclesiarum Virzilii, Asconii, Sancti Petri, Castri insulæ, & Monterione committenda, & contrahendis matrimoniis, & legitime dirimendis, & excommunicandis, vel absoluendis, suspendendis, destituendis, & restituendis presbyteris clericis, & parochianis ecclesiarum illarum, quàm in aliis negociis, & sacramentis ecclesiasticis ratas esse decernimus, & eas auctoritate apostolica vobis, vestrisque successoribus confirmamus, districtius prohibentes, ne quis possessiones, iura, vel bona prędicti monasterii præter cõscientiam sedis apost. cui specialiter est subiectum, quo modolibet alienare, vel antiquas, & rationabiles eiusdem monasterii consuetudines, & hactenus obseruatas, violare præsumat. Quod si à quoquam fuerit attentatum, omnino statuimus irritandum. Addicimus etiam, vt si ecclesiarum prælati à vobis canonice tertio requisiti, manifestos malefactores vestros interdicere, & excommunicare neglexerint, licitum sit vobis, & successoribus vestris, vt eos candelis accensis vice nostra excommunicetis, & interdicatis, nuncietisq; excommunicationis, & interdicti vinculo innodatos, quos tamdiu volumus sicut excommunicatos, & interdictos ab omnibus euitari, donec de perpetratis excessis satisfaciant competenter. Et si delicti qualitas hoc exegerit, ad sedem apostolicam cum testimonio literarum abbatis, vel Cap. veniant absoluendi. Liceat insuper vobis, sicut à benignitate sedis apost. instantius postulastis, vt in solennitate, quam in transactione Beatæ mariæ Magdalenæ infra quadragesimam annis singulis celebratis, ad gloriam Dei, & laudem ob solemnitatis ipsius reuerentiam, Gloria in excelsis Deo, ad missas de festiuitate ipsius in monasteriis vestris solẽniter decantetis. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud S. Petrum.

EISDEM, DE PRIVILEGIO in fraudem aliorum, & quo priuilegiati abutuntur, impetrato, reuocando.

AD audientiam apostolatus nostri peruenit, quòd canonici Castri cen furii à sede apostolica indulgentiam impetrarunt, ne pro iniuriis à dominis eiusdem Castri vicinis ecclesiis irrogatis, Castrum ipsum subiici valeat interdicto, cuius libertatis occasione prædicti domini malignandi materiam assumẽtes, vobis, & ecclesiis vestris dãna plurima, & iniurias intulerunt, de quibus nullam potuistis consequi rationem. Ideoq; præsentibus vobis literis indulgemus, vt præscripta indulgentia in prejudicium iustitiæ, & iuris monasterii vestri nullas vires obtineat in posterum, vel effectum. Datũ Romæ apud Sanctum Petrum.

GERARDO ABBATI VIRZILIACEN

CVm à nobis petitur &cæt. vsque ad verbū illud, assensu. Deuotioni tuę præsenti pagina indulgemus, vt liceat tibi, & successoribus tuis homines tuæ subditos protestari ciuili iudicio experiri, coram te volētes lite mota, iuris ordine obseruato, ad iudicium conuocare, & cogere appellatione remota ad iudiciū, quod iuste tuleris obseruandū Nulli ergo &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, X. Calend. Maii.

ABBATI, ET CONVENTVI Virziliacen. ne Prælati visitantes, multitudine ministrorum ecclesias grauent.

CVm ad quorundam malitiam coercendam in Concilio fuerit Lateranen. multa deliberatione statutum, archiepiscopi, episcopi, archidiaconi, archipresbyteri etiam, & decani certum euectionis numerum, & personarum in ecclesiarum visitationibus non excedant, quia sicut audiuimus, quidam ex prædictis personis id in ecclesiis vestris nequaquam obseruant, super eo commoditati vestræ salubriter duximus prouidēdum. Ideoque discretioni vestræ præsentium auctoritate concedimus, vt si prænominatæ personæ numerum euectionis, & personarum in Concilio constitutum, cum ecclesias visitant, excedere forte præsumpserint, & pro illis procurationem exegerint, liberum sit vobis auctoritate apostolica denegare, & si propter hoc in ecclesias vestras, vel clericos vestros aliquam sententiam promulgauerint, ipsam auctoritate apostolica decernimus non tenere. Nulli ergo &c. Datū Romæ apud Sanctum Petrum.

EIVSDEM, CONCORDIAM SVper procuratione cum Comite Niuernen. approbat.

Cap. Cum ad quorūdā, de exactionibus prælat.

CVm à nobis petitur &cæt. vsqūe ad verbum illud iustis precibus inclinati. Conuentionem inter vos ex una parte, & dilectos filios nostros nobilem virum Petrum Comitē Niuernē & Agnetē vxorem ipsius ex altera, per solicitudinē venerabilis fratris nostri O. Hostiē. Episcopi, tūc apost. sedis legati, mediāte charissimo in Christo filio nostro Philippo Rege Francorum illustri vnanimiter factam, super obligatione procurationum, quas ipse Comes in pascha, & festiuitate Sanctæ Mariæ Magdalenæ ab ecclesia vestra accipere dicebatur, pro mille quingentis marchis argenti facta, sicut in eorundem Regis N. episcopi, Comitis, & Comitissæ, & bonæ memoriæ N. archiepiscopi Senonen. & venerabilium fratrum nostrorum N. Eduen. N. Lingonen N. Antisiodoren. & N. Niuenen. Episcoporum, scriptis authenticis, & testimoniis, pro bono pacis, & concordia continetur, auctoritate apostolica cōfirmamus, & præsentis scripti pagina cōmunimus. Præterea vobis districtius sub excommunicationis pœna vetamus ne de pecunia ista liceat vobis, vel successoribus vestris aliquid relaxare. Decernimus, &c. Datum Romæ apud S. Petrum.

SENONEN. ARCHIEPISCOpo, N. Eduen. N. Lingonen. N. Antisiodoren. & N. Niuernen. Episcopis, vt concordiam, de qua in epistola prædecedenti. Comitis hæredes, atq; successores obseruare cogant.

VEstra nouit vniuersitas, quæ conuētio interuenerit inter dilectos filios nostros Gerardum abbatem, & fratres Virziliacen. & nobilē virum P. Comitem Niuernen. atque Agnetem vxorem ipsius super obligatione procurationum, quam ipse Comes a cœnobio Virziliacen. in pascha, & festiuitate beatę Mariæ Magdalenæ recipere dicebatur. Cum igitur compositionem illā ad exē plar felicis memorię Cęlestini Papę prædecessoris nostri, qui eius processum plene cognouit, auctoritate apostolica duxerimus cōfirmandā, fraternitati vestræ per apostolica scripta mādamus, firmiter que præcipimus, quatenus si prędicti Comes, & Comitissa, vel hæredes corū ab illa compositione resilierint, & non obseruauerint eā, quemadmodū in authēticis scriptis venerabilis fratris nostri Octauiani Hostien. Episcopi, tunc apostolicæ sedis legati, & charissimi in Christo filii nostri Philippi Regis Francorū illustris,

& co-

& eorundem Comitis, & Comitissæ, & vestris cuidētissimè continetur, vos eos auctoritate nostra suffulti ad obseruationem eiusdem cōuentionis, & singilatim, & cōiter per excōmunicationis, & interdicti sententiā, sublato appellationis impedimento cogatis. Volumus autem vt sicut vos ad hoc tenemini, ita & vestri successores ad idem in posterum teneantur. Datum Romæ apud S. Petrum.

ARCHIEPISCOPO SANCTI ANdreæ de Pallian. vt Vxorem, quam maritus ob prauam abiecerat, recipere cogat, & clericum de suo crimine gloriantem suspendat.

Ca. quam sit graue. de excess. prælatorum.

QVam sit graue crimē in clericis gloriari cum malefecerint, & in rebus pessimis exultare, nullus sanæ mentis ignorat. Accepimus sane (quod non sine dolore referimus) q̄cum Riccius de Gerone R. filiam suam cuidam Ioannis nomine tradiderit in vxorem, Petrus diacon. eccle. S. Petri filius A. sacerdotis nō erubuit publice profiteri, se prædictam fœminam carnaliter cognouisse, vnde factum est, quòd prædictus vir ad propria eam remitteret, cui fuerat matrimonialiter copulata. Quapropter per apostolica tibi scripta mandamus, quatenus si tibi constiterit de præmissis, omni contradictione, & appell. cessante præfatum clericum ab officio, & beneficio suspendere non postponas, compellens virum, vt vxorem suam recipiat, eique (sicut iustum est) officium exhibeat maritale. Datum vt suprà, IIII. Idus Maii. Pont. nostri anno primo.

BRIXINEN. ELECTO.

SI gratis factam tibi à sede apost. gratiā recepisses, nec ei⁹ benignitate fuisses abusus, priuilegium forsan non meruisses admittere, dum non abutereris concessa tibi à sede apost. potestate. Cum enim (sicut accipimus) bo. mem. Celestinus Papa prædecessor noster tibi misericorditer indulsisset, vt aliquamdiu morareris in scholis, vt paginæ diuinæ vacares, beneficii huius ingratus, & indulgentiam ipsam indecenter interpretans sæcularibus legibus adhæsisti, non attendens, quòd secundum Apostolum, nemo militans Deo implicat se negociis sæcularibus. Quia igitur abusionem tuā non possumus æquanimiter sustinere, discretioni tuæ per apost. scripta mandamus, & districtè præcipimus, quatenus omni mora, & excusatione cessante, ad gerēdā solicitudinē ecclesiæ tibi creditæ reuertaris, aliquē bene instructū in diuina pagina, p̄ quē proficere possis, tecū si volueris, deducturus, ne forte, sicut in annis, ita pariter & in actibus iuuenem te ostendas. Datum Romæ apud S. Petrum.

N. DECAN. N. CANTORI, ET I. morelli Canonico Xatonen. vt Vuilhelmum scriptorum Papæ curent in canonicatu Pictauiensi pacificè tueri.

NObis nec immeritò ad cumulum indignationis accedit, quòd multi apost. sedis reuerentiam minime attendentes, in tantæ rebellionis aculeum eriguntur, quòd ad receptionem eorum etiam quos nostris seruitiis insistere, nobisque familiariter adhærere non dubitant, difficiles se ostendunt, grauiterque repugnant, vt mandata apostolica eludantur, quod tanto nobis cedit ad dedecus, tantoque acrius nos commouet contra eos, quāto ignominiosius videretur, si propter remissionem, ac tepiditatem nostram eorum infecta negocia remanerent, quibus non solum ad simplices preces nostras, verumetiam nobis tacentibus deberet liberaliter prouideri. Sane sicut ex literis venerabilis fratris nostri N. episcopi, & dilecti filii N. archidiaconi Engolismen. accepimus, cum ipsi à bonæ memoriæ Cœlestino Papa prædecessore nostro mandatū apostolicū recepissent, vt dilectum filiū magistrū Vuilliel mum de marcheio scriptorem nostrū canonicum iustituerent in ecclesia Pictauen. contradictores excommunicationis sententia percellentes, iidem mandatum illud fuerunt (prout decuit) executi. Nos aūt quod ab eis rationabiliter factum est approbantes, venerabili fratri nostro N. Pictauen. episcopo tūc apud sedē apostolicā existenti, viua voce iniunximus, vt ipsum scriptorē illius canonicæ plena,

& pacifica faceret possessione gaudere. Ipse vero (quod graue gerimus plurimũ & molestum) propter contradictionem quorundam canonic. suorum, cum nullum velit in suæ nouitatis exordio molestare, id exequi prætermittit, licet de ipsius scriptoris (vt asseruit) promotione lætetur. Nolentes igitur, vt pro quorumlibet contradictione quod apost. fuit auctoritate statutum, citra perfectionis terminos relinquatur, sed potius celeri compleatur effectu, per apost. vobis scripta mandamus, & districte præcipimus, quatenus prædictum script. nostrum canonicam ipsam, quam auct. apost. est adeptus, faciatis auctoritate nostra sublato contradictionis, occasionis, & appell. obstaculo plene, & pacifice possidere, quoscunque contradictores, vel rebelles inueneris, per districtionẽ eccle. appel. postp. compescentes. Insuper quia prædicti canonici Pictauen. quandam proposuere ordinationem de canonicis (vt dicitur) se facturos, prænominato Vuill. prorsus excluso, nos si quid in elusionem mandati apost. eo non admisso prius fuerit attentatum penitus irritantes, volumus nihilominus, & mandamus, vt ipsis auctoritate nostra curetis districtius inhibere, ne in illa procedere ordrnatione præsumant, donec mandatum nostrum de prefato Vuillielmo, secundum formã præscripram fuerit adimpletum, scituri, ꝙ sicut gratum nobis plurimum, & acceptũ existet, si mandatum nostrum per vos diligenti fuerit executioni mandatum, ita dolebimus, nec poterimus in patientia sustinere, si in executione illius negligentes inuenti fueritis, & remissi. Nullis literis obstantibus, si quæ apparuerint harum tenore tacito, &c. Quod si omnes duo vestrum, &c. Datum Romæ, vt suprà. II. Non Maii.

N. PICTAVEN. ET N. PETRAgoricen Episcopis, & Arnaldo Archidiacono Petragoricen. Ecclesiæ, vt Caduniense deformatum monasterium instaurent.

INsinuatiõe dilecti filii Ay. abbatis Cadunien. nobis exposita patefecit, quòd cum ab antiquo Abbatia Cadunien. non solum pastorem, sed etiam habitum, & regularem obseruãtiam de Cistercien. ordine susceperit, tam in temporalibus, quàm in spiritualibus cœlestium donorum proficiens incrementis, tandem per quosdam indisciplinatos filios voluntatis propriæ sectatores, qui ceruices suas indomitas ab illo iugo suaui, & salutari minus licenter excutere præsumpsere, ad tantæ desolationis miseriam peccatis exigentibus iam deuenit, vt à malitia inhabitantium in ea (sicut testimonio plurimorum didicimus) defectum minetur pariter, & ruinam. Volentes igitur tantę dissolutionis materiam per vestram solicitudinem amputari, discretioni vestrę per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus ad locum pariter accedentes, quicquid corrigendum inueneritis, tam in capite, quàm in membris, auctorite freti apostolica solum Deum habentes præ oculis, corrigatis, & monitione diligẽti præmissa, vt ad ordinem Cistercien. redeant, à quo formam religionis sumpserunt, ad emendationem ipsius loci, tam in capite, quàm in membris, prout expedire videritis, proceda tis, quod statueritis facientes, per censuram ecclesiasticam nullius contradictione, vel appellatione obstante firmiter obseruari, solicite satagentes, vt conspirationes, & vitium proprietatis radicitus extirpentur. In quo si quis monachorum moriens fuerit, vel fratrum inuentus, Christiana careat sepultura. Nullis obstantibus literis, &c. veritate tacita impetrate. Quòd si omnes, &c. Duo vestrum, &c. Datum vt suprà. VI. Idus Maii.

N. EPISCOPO, N. ARCHIEPIscopo Petragoricen. & R. Archipræsbytero de Marmuntes, in Petragoricen. diœcesi constitutis, vt latam contra Abbates intrusos sententiam tueantur atque defendant.

DE commisso nobis statu ecclesiæ nos oportet esse solicitos, vt si forsan in eius corpore sit infectum quicquam morbi contagio, quod simplicitatem corporis valeat offuscare, illud vel debitæ correctionis capiat medicinam, vel ne corruptione ipsius pars syncera trahatur, ab vnitate corporis penitus

nitus amputetur. Sane dilectus filius A. abbas Cadunien. in nostra præsentia cõstitutus nobis exposuit diligenter, quòd cum Cadunien. cœnobii commissum sibi regnum assumpsisset, ne aliqua de commissis ouibus antiqui hostis versutia ab ouili suo posset surripere, iuxta vocem Dominicam ad fratres suos conuersus sæpius hortabatur, vt Domino in sanctitate conscientiæ, & iustitia coram ipso seruire studentes, sectatores essent bonorum operum, & propria, quæ iuxta formam sui ordinis eis habere aliquatenus non licebat, ad communem vtilitatem ecclesiæ resignarent, & ad Cisterciẽ. ordinem, de quo primum patrem acceperunt, voluntate vnanimi se transferrent Cæterum quidam ex ipsis patris sui monita contemnentes, & ea, quæ salutem propriam continebant, ægro animo sustinentes, in ipsum insurgere præsumpserunt, & diabolica instigatione seducti & patrem, & pastorem pariter conspiratione nefaria ab administratione abbatiæ nixi sunt amouere. Tandem vero cum idem abbas ex iniquitate filiorum domui suæ timeret imminere periculũ, in quosdam abbates monasterii sui subditos, & subiectos simul cum parte altera, cautione iuratoria interposita, super querelis suis voluntarie compromisit. Tali tamen conditione adiecta, vt cum discretorum virorum consilio, & aliorum abbatum filiorum, & fratrum ecclesiæ Cadunien. querelas ipsas iudicio, vel concordia terminarent. Verum cum ad statutũ arbitrii diem alterutra partiũ conuenissent, dicto abbate proponente contra monachos, & probare parato, quod conspirationem fecerant contra ipsum, & ipsis in iure confessis proprium se habere, supradicti arbitri exclusis viris honestis, ex consensu partium iuxta formam compromissi ad arbitrandum receptis, & non vocatis abbatibus, fratribus, & filiis ad diem assignatum, sententiam promulgarunt, & ipsos monachos nullã conspirationem fecisse penitus asserentes, de propriis abbati reddendis nihil pronunciauere. Vnde cum idem abbas se multipliciter grauari cognosceret, tum quia probationem suam de conspiratione nolebant admittere, & bonos viros, & honestas personas excluserant, tum quia de restituendis propriis nullã prorsus fecerant mentionem, & abbates, fratres, & filios ad arbitrandum non conuocauerant, tam se, quàm abbatiam suam apost. protectioni suppossuit, & à tãmanifesto grauamine sedem apostolicã appellauit. Vnde proprio nuncio ad sedem apostolicam destinato, bonæ memoriæ Cælestino prædecessori nostro facti seriem plenius explicauit, qui prouida de liberatione A. bonæ memoriæ Petragoricen. Episcopo dedit firmiter in mandatis, vt personaliter ad cœnobium Cadunien. accedens, quod ibi statuendum, seu corrigendum cognosceret, auctoritate apostolica nullius contradictione, seu etiam compromissione prorsus obstãte, tam in capite, quàm in membris corrigeret, & extirpatis vitiis, virtutes ibidem inserere laboraret, & si quid post appellationem ad sedem apostolicam interposi tam inueniret circa statum ipsius abbatis temeritate qualiber attentatum, illud in irritum reuocaret. Cum igitur memoratus episcopus mandatum apostolicũ recepisset, & iuxta formam ipsius ad monasterium Cadunien. accedere festinaret, abbatem de Faesia, quem eiecto pastore proprio præscripti monachi cum abbate de Gundunio in eadem ecclesia post appellationem ad apostolicam factam prę sumptuose intruserant, cassauit penitus, & amouit tam ipsum, quàm abbatem de Gundunio, qui eum intruserat, & fautores, & electores ipsius excommunicationis vinculo innodauit. Quam sententiam dicti abbates, & monachi obseruare penitus cõtempsere. Vnde iam dictus A. Cadunien. abbas compulsus est ad sedem apostolicam laborare. Nos igitur latam à memorato episcopo sententiam in prædictos Faisen. & Gundunien. abbates, & aliorum eorum fautores, sicut rationabiliter lata est, ratam habentes, & firmam, præsentium vobis auctoritate mandamus, quatenus ipsum tamdiu faciatis auctoritate nostra, nullius contradictione, vel appellatione obstãte, inuiolabiliter obseruari, donec pastorem suum A. vnanimi voluntate recipiant,

& debitam

& debitam sibi obedientiam, & reuerentiam impendentes, de perpetratis excessibus iuxta disciplinam sui ordinis satisfecerint competenter, in irritum reuocãtes quicquid in prædicti abbatis præiudicium post appellationem ad apostolicã sedem obiectam constiterit immutatũ, ipsos monachos auctoritate apost. compellentes eidem abbati satisfacere in expensis mutuatis, dum ad sedem apostolicam per suos nuncios, & etiam in propria persona coactus est laborare. Nallis obstantibus literis harum tenore &c. Quòd si omnes &c. Duo vestrum &cæt. Datum Romę, vt suprà, VIII. Idus Maii. Pont. nostri anno I.

VENERABILIBVS FRATRIBVS Archiepiscopis, & Episcopis, ad quos litera ista peruenerint

CVm in ecclesiis dilectorum filiorũ nostrorum abbatis, & fratrum Virziliacen. per eos capellani cõstituantur, qui debeant ipsis de temporalibus respõdere, dignum est, & consonum rationi, vt sicut ex consuetudine obseruatur, sup his cõtrouersia mota ad iudicium ab eisdem fratribus compellantur. Ideoq; fraternitati vestræ præsentibus literis inhibemus, ne capellanos ipsos, vel eosdem fratres, contra tenorem priuilegiorũ suorum in audientia vestra pro tẽporalibus subire iudicium compellatis, vel si sponte nei accesserint in præiudicium memoratorum fratrum vllatenus admittatis. Sed si quid super his quæstionis emergat, coram eis secundum ordinem iuris experientes suam iustitiam consequantur. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum.

ARCHIEPISCOPIS, ET EPIscopis, & aliis ecclesiarum prælatis, ad quos litera ista peruenerint, de immunitate & priuilegijs monasterij Beatæ Mariæ Virziliacensis.

LIcet vniuersa loca religiosa fouere, ac diligere teneamur, illis tantum pensiorem curam impendere nos oportet, quæ specialiter beati Petri iuris existunt, & ad nostram nullo mediante prouisionem pertinẽt, & tutellam. Inde est, quòd nos iura monasterii beatæ Mariæ Magdalenæ Virziliacen. volentes integra conseruari, & contra molestationes indebitas fratres, & idem monasterium speciali communire priuilegio libertatis, ad exemplar se. record. Vrbani, Clementis, Cœlestini prædecessorum nostrorum, auctoritate apost. prohibemus, ne quis vestrum in monasterium ipsum abbatem, aut aliquem de fratribus eiusdem monasterii interdicti, suspensionis. vel excommunicationis sententiam promulgare præsumat, quod si fecerit, eam decernimus non tenere. Libertates præterea, & immunitates, & rationabiles eiusdem monasterii consuetudines hactenus obseruatas, tam in animarum cura presbyteris ecclesiarum Virziliacen. Asconii, S. Petri, Castri insulæ, & Monterione committenda, & contrahendis matrimoniis, & legitime dirimendis, & excommunicandis, vel absoluendis, suspendendis, destituendis, & restituendis presbyteris, clericis, & parochianis ecclesiarũ illarũ, quàm in aliis negociis, & sacramentis ecclesiasticis rata esse decernimus, & eas à vobis præcipimus inuiolabiler obseruari. Nihilominus etiam vobis præsentium auctoritate mandamus, quatenus subditos vestros, de quibus ad ves prædictorũ fratrũ fuerit perlata querela, ad necessitatem satisfactionis debitæ, contradictione, & appellatione cessante per excommunicationis, & interdicti sententiam cõpellatis. Alioquin eis auctoritate apostolica indulsimus, vt eos candelis accensis vice nostra excommunicent, & nuncient excommuaicationis & interdicti vinculo innodatos, quos tamdiu volumus sicut excommunicatos & interdictos ab omnibus euitari, donec de perpetratis excessibus satisfaciant competenter. Præterea quoniam (vt audiuimus) parochiani prefati monasterii, qui pro manifestis excessibus à memoratis fratribus quandoque sententiam ecclesiasticæ districtionis incurrunt, interdum ad alia loca se transferunt, vt sic sententiam, & iustitiam fratrum eludant, districtè mandamus, atque præcipimus, vt eos, qui taliter duxerint correctionem ecclesiasticam contemnendam pariter, & alios malefactores eorundem fratrũ, qui

qui vel à vobis, vel ab ipsis, aut ab aliis fuerint excommunicationis, & interdicti vinculo innodati, cum requisiti fueritis per parochias vestras tamdiu, sicut excommunicatos, & interdictos faciatis ab omnibus euitari, donec idem malefactores satisfacere compellantur, & si delicti qualitas hoc exegerit, ad sedem apostolicam cum testimonio literarum abbatis, vel Capituli veniant absoluendi. Datum Romæ apud Sanctum Petrum.

GERARDO ABBATI MONASterij beatæ Mariæ Magdalenæ Virziliacen. eiusque fratribus tam præsentibus, quàm futuris, regularem vitam professis in perpetuum, de eodem argumento.

RElegiosis votis annuere, & ea operis exhibitione complere, officiũ nos inuitat susceptiregiminis, & ordo exigit rationis. Ea propter dilecti in Domino filii vestris iustis postulationibus clemẽter annuimus, & præfatum monasteriũ Sanctæ Mariæ Magdalenæ Virziliacen. in quo diuino mancipati estis obsequio, ab illustris memoriæ Gerardo Comite ipsius loci fundatore, & vxore eius Berta beato Petro Apostolorum principi propria deuotione oblatum, apostolicæ sedis patrocinio communimus, & ad exemplar prædecessorum nostrorum piæ recordationis Leonis, Gregorii, Vrbani, Eugenii, Alexandri, Lucii, Vrbani, Gregorii, Clementis, & Cœlestini Romanorum Pontificum statuimus, vt idem monasterium in nullo teneatur alicui, nisi tantum Rom. Eccle. respondere, & illum vobis in abbatem dari volumus, & præponi, quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem, & beati Benedicti institutionem elegerint, & Romanus Pontifex prouiderit ordinandum, aut suggestione monachorum eiusdem loci consenserit ordinatum. Sane consecrationem monasterii vestri, & ecclesiarum, quæ sunt in circumadiacenti villa Castri insulæ, & Mõterione, chrisma, oleum sanctum, benedictionem abbatis, ordinationes monachorum, & clericorum, & cætera ecclesiastica sacramẽta vobis, à quo malueritis, catholico episcopo suscipienda concedimus, qui apostolica fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Ecclesiæ vero eiusdem monasterii per diuersas prouincias constitutæ, & earum altaria ab episcopis, in quorum diœcesi sunt, consecrentur, cœmeteria benedicantur, sacerdotes, & clerici ordinentur, chrisma, & oleum suscipiatur, siquidem gratiam, atque communionem apostolicæ sedis habuerint, & ea gratis, ac sine prauitate voluerint exhibere. Alioquin pro eorum susceptione catholica, quem malueritis, episcopum adeatis, qui similiter apost. fultus auctoritate, quod postulatur, indulgeat. Porro diœcesano episcopo in monasterio vestro, nisi forte ab abbate fuerit inuitatus, nec stationes agere, nec missas liceat publicas celebrare, neq; vllã in eodem cœnobio, & circumdiacenti villa, & in ecclesiis Asconii, S. Petri, quæ sunt in radice montis ipsius sitæ, & in ecclesiis Castri insulę, & Monterione dominationem exercendi, vel interdicendi habeat potestatem. Mansuro in perpetuum præterea decreto penitus prohibemus, ne abbatem, vel monachos persona qualibet sæcularis ad curiam suam iudicandos, vel in causam ducendos vocet, nec abbas, vel monachi, aut eorũ homines ab ecclesia, cui seruiunt, iudicandi coacti pro susceptione iudicii curias principum adeant aliquorum, neq; per alicuius principis potestatem abbas cũ hominibus ecclesiæ Virziliacẽ. si qua inter eos querela emerserit, in causam intret, nec aliquis eos aduersus abbatem defendere audeat, vel tueri, nec Burgen. vel homines ecclesiæ Virziliacen. præter abbatẽ, & monachos, quisquam principũ ad suã curiam iudicandos, & distringendos, puniendòsve ire compellat. Ad hæc sæpe dicto monasterio auctoritate apostolica confirmamus, quæcunq; prædictorũ fundatosum, seu quoruncumque fidelium legitima collatione, aut aliis iustis modis noscitur possidere, & quæcunq; iustè in futurũ, & canonice (largiente Domino) poterit adipisci. Præterea quieti vestræ prouidentes, auctoritate apost. interdicimus, & sub excommunicationis vinculo prohibemus, vt infra pertinentias monasterii

nasterii uestri crucib⁹ determinatas nul lus hominū capere, inuadere, seu bona sua auferre, siue assultum, vel quamlibet offensionem facere, neque per alicuius Ducis, vel Comitis auctoritate quisquā sine licentia vestra in eodem manaste rio missas celebrare, & oblationes deti nere præsumat. Nihilominus quoque prædecessorum nostrorum se.mem. Vr bani, Eugenii, Alexandri, Lucii, Vrbani, Gregorii, Clementis & Cœlestini Rom. pontificum vestigiis inhærentes, statui mus, vt in ecclesiis, & capellis vestris per diuersas prouincias constitutis presby teri à vobis, vel fratribus vestris eligan tur, vt episcopis, in quorum diœcesi sunt, præsententur, à quibus, si idonei fue rint, curam animarum accipiant, ita qui dem quòd de plebis cura teneantur epi- scopis respondere. De oblationibus ve ro, decimis, aliisque redditibus, sicut à prædecessoribus nostris vobis cōcessum fuisse dignoscitur, in curia vestra suam iustitiam exequantur, quod si facere for te noluerint, subtrahendi eis temporalia ipsa liberam habeatis auctoritate apost. facultatem. Sententiam insuper super causa, quæ inter vos, & bo.memo. S. quō dam Eduē. episcopum vertebatur, à Do mino Vrbano prædecessore nostro de communi consilio, & assensu fratrum prolatā, & à felicis record Clemeate præ decessore nostro postmodum confirma tam auctoritate apost. concedimus, & præsentis scripti pagina communimus, quæ quidem sententia talis est. Contro uersiæ, quæ sub examine sedis apost. ter minantur, literarum debent memoriæ commendari, ne tractu temporis in reci diuæ quæstionis scrupulum deducantur. Meminimus autem piæ memoriæ præ decessorem nostrum Lucium Papam ve nerabilibus fratribus nostris T. Portuē. & N. Albanen. episcopis, & nobis ad huc in minori officio constitutis iniun xisse, vt in causa inter venerabilem fra trem nostrum N Eduen. episcopum, & monasterium vestrum diutius agitata, testes ipsius episcopi auditemus, co sicut recolimus patenter expresso, vt super his articulis, in quibus ius episcopale mona sterii priuilegia excludebant, nulla per testes inquisitio haberetur, sed sup aliis, de quibus ab Episcopo quęstio cōtra mo nasterium mouebatur. Testibus itaque præfato tenore receptis, & depositioni bus eorum redactis in scriptis fuit indul ta commissio, pro aliis testibus producē dis diffinitiua sententia apost. sedis exa mini reseruata. Proinde postea quæ acta sunt sub iudicibus delegatis, tam episco pi, quàm monasterii procuratoribus sta tuto termino in nostra præsentia consti tutis, post multa hinc inde proposita ab Episcopi procuratore quæsiuimus, vt quic quid peteret, scripturæ serie declararet, qui licet antea per aduocatum subiectio nem monasterii cum aliis petiisset, tan dem libello porrecto confessus est, quòd nihil in corpore monasterii vendica ret, sed in ecclesiis in villa circumadia centi monasterio constitutis clero, po pulo earundem, & quibusdam aliis ius episcopale Domino suo restitui postula bat, quorum possessionem Eduen. eccle siam habuisse, & præter iuris ordinem amisisse, sufficienter probatum esse testi bus asserebat, & ideo attestationes aperi ri cum instantia requirebat. Econtra ve ro Virziliacē. nec litem fuisse super his, quæ exempta sunt per priuilegia, conte statam, & se libere vsos suis priuilegiis affirmabant. Nos vero priuilegiis mona sterii diligenter inspectis, villæ circūad iacentis ecclesias, scilicet sancti Petri, san cti Christophori, sancti Stephani, san ctæ Marthæ, sanctæ Crucis, & sancti Ia cobi plena, & pari cum monasterio gau dere reperimus libertate. Quia ergo (si cut dictum est) nostri nō fuit prædeces soris intentio, vt super his, quæ in priui legiis eximuntur, vel haberetur quęstio, vel testimoniū redderetur, attestationes oēs super his, si quæ sunt exhibitæ, duxi mus irritādas. Sane libertatem monaste rii ex ipsa procuratoris episcopi confes sione tenentes, & priuilegiorū claram se riem in aliis, quæ licet exempta in quæ stione deducebantur, attētius intuentes, procuratori episcopi de consilio fratrum nostrorum super subiectione monaste rii, & omnibus, quæ in priuilegiis eximū tur, per diffinitiuam sententiam silentiū perpetuū ita duximus imponendum, vt

in

in ecclesiis supradictis clero, & populo earundem, & villa circumadiacenti nihil iuris, nihil consuetudinis, nihil omnino quisquam, præter Romanam ecclesiam, secundum quod priuilegia continent, quæ diligenter inspeximus, habeat potestatis, veruntamen principalem imperij sis priuilegiis quæstione, si eã episcopus non in parte, sed totaliter tentauerit improbare, ipsi liberam reseruamus. Decernimus ergo, &c. vsque ad verbum illud, fatigare. Aut de propriis animalibus quæ in cellis eius sunt, decimas exigere, sed omnia, &c. salua in omnibus sedis apostolicæ auctoritate, & in illis ecclesiis quæ exemptæ non sunt diœcesianorum episcoporum canonica iustitia. Ad indictum autem tam iurisdictionis Romanæ ecclesiæ, quàm libertatis vestræ, libram vnam argenti nobis nostrisque successoribus annis singulis exsoluetis. Si quis igitur &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, per manum Rainaldi Domini Papæ Notarii vicem agentis Cancellarii. III. Non. Maij. indict. prima incarnationis Dominicæ, MCXCVIII. Pontificatus vero Domini Innocentij Papæ tertij anno primo.

VVILLIELMO REMEN. Archiep. sco. S. Sabinæ Cardinali, vt electo Cameracensi liceat resignare iuri; & vt eligatur alius idoneus à Capitulo intra mensem, vel instituatur auctoritate Apostolica.

CVm illos, qui ad prælationis officium euocantur, esse deceat solicitos, & attentos, vt tanquam boni Pastores vigilias noctis custodiant super gregem sibi commissum, ne lupus rapiat, vel dispergat, qui propter impedimentum cordis, aut corporis aliquando ad huius officii onus electi suam insufficientiam recognoscunt, & malunt prælationis officium resignare, quàm velint sub eorum regimine gregem dominicum deperire, gratum exhibent Domino (sicut credimus) famulatum, & petitionibus eorum fauor est apost. impendendus, quia tutius est in ecclesia non præesse, quàm non prodesse, qui præsunt, licet autem occulta cordium ille solus intelligat, qui renum est scrutator, & cordium. Quia tamen à nobis tam ex parte tua, quam dilecti filii N. Cameracen. electi extitit postulatum, vt si idem electus cuiuspiam infirmitatis conscius, propter quam ad regimen ipsius ecclesiæ insufficiens dignoscatur, vellet sine prauitate aliqua resignare, liceret tibi eandem recipere cessionem. Volentes quantum cum Deo possumus Cameracen. ecclesiæ prouidere, auctoritate tibi præsentium indulgemus, vt si electus ipse propter prædictam causam sine prauitate renunciare voluerit, resignationem ipsius apostolica auctoritate recipias, & ascitis tibi venerabilibus fratribus nostris N. Atrebaten. & N. Ambianen. episcopis canonicos prædictæ ecclesiæ studiosius moneas, & inducas, vt infra mensem post admonitionem vestram personam idoneam sibi communiter iuxta sanctionem canonicam eligant in pastorem. Si vero in electione facienda omnes, vel maior, & sanior pars non potuerunt conuenire, vt ab eadem ecclesia dissensionis in electione amoueatur materia, per quam iam dudum plurima fuisse dignoscitur detrimenta, ex tunc tu pariter cum prædictis Episcopis, vel eorum altero, si ambos habere non poteris, non obstante contradictione, vel appellatione cuiuslibet præficiendi ipsi ecclesiæ personam idoneam in pastorem liberam habeas auctoritate apostolica facultatem Nulli ergo, &c. Datum Romæ vt suprà V. Idus Maii, Pontificatus nostri anno primo.

EIDEM, QVOD NOVAM CAthedram ipsi erigere liceat cœnobia tamen in illar vsus non conuertantur, sed cœnobia permaneant.

CVm ad ecclesiasticí honoris augmẽtum tuã solicitam cognoscimus voluntatem, tanto tibi propẽsiùs in Domino congaudemus, quanto personam tuã sinceris charitatis brachiis amplexamur, & te tanquam præcipuum ecclesiæ membrum in domo Domini desideramus euidentiùs elucere. Peruenit siquidem ad audientiam nostram, quod cum ad ampliationem diuini cultus, & honorem Ecclesiæ Gallicanæ, in Castro tuo, quod Mosouim dicitur, in Abbatia

eiusdem

eiusdē Castri dispositiones nouū episcopatū erigere à felicis recordationis C. Papa prædecessore nostro super hoc licentiam postulasti, qui fratrū deliberato cōsilio, sicut in eis literis cōtinetur, tibi per præscripta sua cōcessit, vt de assensu charissimi in Christo filii nostri. N Illustris regis Francorum, de consilio etiam venerabilium fratrum nostrorū. N. Atrebatē. & N. Ambianen episcoporum illud apostolica authoritate suffultus, nullius contradictione, vel apel. obstante in huiusmodi agere procurares, quod ad honorē Dei, & ecclesiæ cognoscerēs pertinere, illos ecclesiastica districtione percellens, qui tibi sup hoc ducerēt temeritate qualibet resistendū. Nos igitur eiusdem prædecessoris nostri vestigiis inhærentes de fratrum nostrorū consilio, vt in prędicta abbatia iuxta præscriptam tibi formam à prædecessore nostro episcopatum erigere valeas, vel si malueris in eodem Castro cathedralē eccle. cui præficiatur episcopus, fabricare, liberam tibi cōcedimus authoritate apostolica facultatem, ita tamen, quòd ab eodem Monasterio Monachi nullatenus excludantur, ne forte venire contra sanctiones canonicas videremur, quibus prouida fuit deliberrtione statutum, vt quæ semel D o dedicata sunt Monasteria, semper maneant monasteria, cum & hodie generaliter statuatur, vt ordo monastic⁹, qui in aliquo monasterio, secundum Deum, & Beati Benedicti regulam dignoscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Si vero prædictorū episcoporum copiam habere non poteris, tu cum eorum altero iuxta præscriptā formam in ipso negocio procedendi habeas potestatem. Nulli ergo, &cæt. Datum vt suprà.

EIDEM, QVOD IPSI IN NOVO suo episcopatu dignum aliquem virum præficere liceat.

CVm in ecclesia D i ex dispositione diuina locum obtineas digniorem, petitionibus tuis tanto libentius fauorē apostolicum impartimur, quanto eas credimus ex maturiori deliberatione procedere, & personam tuam cognoscimus ad augumentationem ecclesiasticæ dignitatis solicitius aspirare. Cum igitur tibi, tā à felicis recordationis C. Papa prædecessore nostro, quàm à nobis de fratrum nostrorum consilio sit indultum, vt infra Castrum tuum, quod Mosomum dicitur, in Abbatia eiusdem castri valeas episcopatum erigere, vel si malueris, in eodem Castro aliam cathedralem ecclesiā, cui præficiatur episcopus, fabriare, vt laudabile tuæ volūtatis propositum melior sequatur effectus, & ad exaltationem noui episcopatus studeas affectuosius, & intendas, personæ tuæ, quam prærogatiua dignitatis honorare volumus, speciali auctoritate præsentium indulgemus, vt liceat tibi, quoad vixeris, personaliter in eodem episcopatu, eorū requisito assensu, quibus Episcop. præficiendus extiterit, nullius contradictione vel appellatione obstante, personam idoneam instituere in pontificem, qui populo sibi commisso præesse valeat, & prodesse. Nulli ergo, &c. Datum &c. vt suprà. VII. Idus Maii.

MAGISTRO GVISELIN. SVB diacono nostro cancellario Tornacen. sententia Cardinalis Remensis à Papa confirmatur.

CVm à nobis petitur &c. vsque ad verbum illud Effectum. Ad audientiam nostram si quidem te referente peruenit, quòd cum felicis rec. C. Papa prædecessor noster causam, quæ vertebatur inter te, & Laurentium clericum de Brugis, super præbenda spectante ad magisterium scholarum sanctæ Marię in Brugis, venerabili fratri nostro Vuillielmo Remen. Archiepiscopo Sanctæ Sabinæ Card. commisisset fine debito terminandam, ipse allegationibus vtriusque partis auditis, & cognitis, de prudentum virorum consilio te ab ipsius impetione absoluit, super hoc perpetuum silentiū imponens eidem. Nos igitur quod per eundem Archiepiscopum factum est, volentes debitam firmitatem habere, præbendam ipsam, sicut iustè possides, & quietè, deuotioni tuæ auctoritate apostolica cō firmamus, &c. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud S. Petrum, IIII. Non. Maii.

TOR-

TORNACEN. EPISCOPO, VT à prædecessoribus alienata reuocet.

CVm ecclesiarum omnium cura nobis immineat Pastoralis, sic nos conuenit circa vtilitatem ipsarum attentius vigillare, vt quæ male ordinata sunt in eis, in statū reuocentur (auctore Domino) meliorem. Intelleximus siquidem ꝑ petitionem ex tua nobis parte porrectā, quod redditus duodecim altarium, qui ad mensam episcopalem specialiter fuerant deputati, quidam prædecessorum tuorum retroacto tempore minus rationabiliter distraxere. Volētes igitur tibi, & Ecclesiæ tuæ paterna solicitudine prouideri, vt redditus illos, qui in præiudicium tuum à mensa episcopali irrationabiliter sunt subtracti, tibi liceat appellatione rem. legitime reuocare, fraternitati tuæ auctoritate præsentium indulgemus. Nulli ergo &c. Datum &c. vt suprà VI. Non. Maii.

CANONICIS ECCLESIAE Beatæ Mariæ Tornacen. vt fructus altarium Vicarijs aqualiter diuidantur.

CVm à nobis petitur, &c. vsq; ad verbum Assensu. Vt redditus, qui à diuersis donatoribus ad vsum vicariorum ecclesiæ vestræ, qui non sunt maioris altaris seruitio deputati, per temporum vices proueniunt, colligantur in vnum, & per ministros vestros inter eosdem vicarios æqualiter diuidantur, qui communi assensu Capituli, secūdum antiquam, & rationabilem ecclesiæ vestræ consuetudinē, instituti valeant, & similiter amoueri, liberam vobis auctoritate præsentiū cōcedimus facultatē. Decernimus ergo, &c. Datū &c. vt suprà. VIII. Idꝰ Maii.

CANONICIS, ET CLERICIS Tornacen. Ecclesiæ.

CVm à nobis petitur &c. vsq; ad verbū Postulationibus inclinati. Ne cōtrā alio Iudice trahamini, nisi per appellationē in causam, quamdiu sub examine venerabilis fratris nostri episcopi Tornacē. vel dilectorum filiorum decani, & Capituli vestri stare iuri volueritis, præterquàm de nostro, vel legati nostri mandato, auctoritate vobis præsentium indulgemus. Liceat quoq; vobis cū generale interdictū terræ fuerit, exclusis interdictis, & excōmunicatis, clausis ianuis, nō pulsatis campanis, & suppressa voce diuina officia celebrare. Nulli ergo &c. Datum vt suprà, II. II. Idus. Maii.

CANONICIS ECCLESIAE Beatæ Mariæ Tornacen. quod fructus maioris altaris possint diuidere.

CVm à nobis petitur, &c. vsq; ad verbū illud Assensu. Vt redditus, qui ꝑ tēporū vices à diuersis personis ad vsum vicariorū maioris altaris ecclesiæ vestræ proueniunt, colligantur in vnum, & per ministros vestros inter vicarios æqualiter diuidantur, qui cōi assensu Capituli, secūm antiquā, & rationabilē ecclesiæ vestræ cōsuetudinē institui valeāt, & similiter amoueri, liberā vobis auctoritate ꝓsentiū concedimus facultatē. Decernimꝰ ergo, &c. Datum Romæ apud S. Petrū.

CANONICIS ECCLESIAE Beatæ Mariæ Tornacen. confirmatio constitutionis cuiusdam, super fructibus beneficij Hyonis.

CVm à nobis petitur, &c. vsq; ad verbū illud Tuis postulationibus. Gratam conuenientiā impendentes, institutionē, quam super fructibus beneficii, qđ fuit olim Hyonis de vinea, cuius ēt donatio ad vos nullo medio pertinebat, de voluntate, & consilio venerabilis fratris nostri Stephani Episcopi vestri in ecclesia vestra fecistis, videlicet, vt fructus illi ad agenda cōia negocia Capituli perpetuo debeāt applicari, sicut ipsa institutio rationabiliter facta est, & hactenus obseruata, & in authentico exinde confecto plenius continetur, auctoritate apostolica confirmamus, &c. Nulli ergo, &c. Datum &c. vt suprà, II. Calend. Maii. Pontificatus nostri anno primo.

N. ELECTO CAMERACEN. Sancti Auberti, & Sancti Gilleni Abbatibus, vt iniustam sententiam reuocent.

CVm in ecclesia Dei omnia fieri debeant ordinate, nō est à prælatis ecclesiarū ex impetu, vel pro quęstu ad sententiā procedēdum, sed ad hoc cò maiori debent maturitate procedere, quò turpius, & absonū magis existit de prolata

temerè

temerè sententia, q̃ de ferenda minus rationabiliter reprehendi, quorũ alteri, primo videlicet pœna ex præsumptione debetur, secũdo verò venia pro ignorãtia, vel diligẽtia minori donatur. Sane significantibus dilectis filiis N. Abbate, & cõuentu S. Vedasti Atrebatẽ. didicimus, q̃ si quãdo inter eos, & venerabiles fratres nostros Episcopos, & dilectos filios Archidiaconos, in quorũ parochiis aliqua eorum obedientia, vel capella consistit, super aliquo cõtrouersia vertitur, vel alicui ipsorũ non satisfaciunt iuxta desideriũ postulantis, ipsi ecclesias eorũ in suis parochiis cõstitutas interdicto subiiciunt, & interdictũ ipsum, nisi placati muneribus, non relaxant. Volentes aũt Ecclesiæ Sancti Vedasti paterna solicitudine prouidere, eisdẽ Episcopis, & Archidiaconis per scripta nostra præcipiendo mandauimus, ne eius ecclesias sine manifesta, & rationabili cã interdicto supponant, nec ecclesia occasione sæculariũ negociorũ, aut quæstionũ emergentium, se cã lucri captandi capellanos in eius ecclesiis cõmorantes impediant, quominus in ecclesiis suis diuina valeant officia celebrare. Quocirca discretioni vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus, si prędicti Episcopi, vel Archidiaconi forsan in ecclesias eorũdẽ Abbatis, & cõuentus sententiã interdicti minus rationabiliter duxerint promulgandã, vos de sententia ipsa, appellatione postposita, cognoscatis, & eã post cognitionem, si talẽ ipsam inueneritis, auctoritate sancti apostolica relaxetis. Nullis literis, &c. harum tenore tacito. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, II. Calend. Maii. pontificatus nostri anno primo.

ATREBATEN. EPISCOPO, ET N. Cameracen. electo, vt concordia inita, & bona fide interposita transactio obseruetur.

VIris religiosis, & his præcipue, qui beati Benedicti regulã sunt professi, nõ credimus expedire, vt ocio claustrali postposito contra instituta sui ordinis discurrãt per curias sæculares, aut sæculari negocijs inuoluãtur. Inde est, q̃ nos dilectorũ filiorũ N. abbatis, & cõuentus sancti Vedasti Atrebatẽ. religioni, & honestati cõsulere cupientes, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus, si nobiles viri N. comes Aionien. & Betunien. aduocatus à cõpositionibus, quas idẽ comes cũ eisdẽ fratribus sup. possessionibus de Haspra, & pater p̃fati aduocati super possessionib⁹ de Sailis, & carũ appendiciis voluntate propria inierũt, temere resilire voluerint, eos ad obseruationẽ cõpositionũ ipsarũ sicut sine prauitate factæ sunt, & ab vtraq; parte receptæ, à nobis etiã confirmatæ, monitione præmissa per districtionẽ ecclesiasticam appellatione postposita compellatis. Nullis literis, &c. vt suprà. Datum, vt suprà.

N. REMEN. ARCHIEPISCOPO Sanctæ Sabinæ Card. & Abbati sancti Remigij, & N. decan. Remen. vt N. Noviomiensem Episcopum tertia decimarum parte contentum esse, & vexatione monasterij S. Vedasti abstinere cogat.

SIgnificãtib⁹ nobis dilectis filiis, abbate, & conuentu sancti Vedasti, nostro est apostolatui relatum, quod Martinus quondam eiusdem monasterii abbas, tertiam partem decimationis de Moilarijs, & de Ernaldmensnil. ab R. quondam Noviomien. episcopo recepit ad censum, & ei tantam se redditurum promisit annis singulis pẽsionem, quod reliquæ duæ tertiæ cum illa tertia vix sufficiunt ad solutionem ipsius, vnde ecclesia beati Vedasti iacturam enormem dicitur incurrisse, propter quod venerabili fratri nostro N. Noviomien. Episcopo dedimus in mãdatis, vt illa tertia parte decimationis prædictæ (sicut iustũ est) de cætero sit contentus, & ecclesiã ipsam super exactione præmissæ pensionis amodo non molestet. Quocirca discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus si supradictus Episcopus mandato nostro parere noluerit, & præmissis veritas suffragatur, vos auctoritate nostra suffulti memoratum Episcopum sua tertia manere contentum, & ab ecclesiæ supradictæ super exactione pensionis illius molestatione cessare (sicut iustum est) monitione præmissa per districtionẽ ecclesiasticam appellatione remota cogatis. Si qua verò partium legitime citata

tata &c. facientes quod decreueritis &c. Nullis literis &c. vt suprà, quod si omnes &c. tu frater Archiepiscopo cum eorum altero &c.

Datum vt suprà.

N. ELECTO CAMERACEN. sancti Auberti, & sancti Gilleni abbatibus in Cameracen dioecesi constitutis, vt Episcopos per censuras compellant, monasterium S. Vedasti, contra suos aduersarios iure tueri.

VT loca religiosa & fratres in eis diuinis obsequijs deputati violentię non subiaceant laicali, sed instituta sui ordinis colant potius inquiete, specialis est eis gratia faciēda, ne pro sui iuris defectu sæcularibus immiscerī negocijs compellantur, & ad curias discurrere sæculares. Hac igitur consideratione inducti, dilectis filijs abbati, & conuentui sancti Vedasti Atrebaten. prouidere volentes, discretioni vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus si de malefactoribus suis per dioecesanos Episcopos iustitiam non potuerint obtinere, vos post trinam admonitionē eisdem episcopis factam malefactores eorundem fratrum ad exhibitionem iustitiæ, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellatis, facientes quod decreueritis per districtionem ecclesiasticam, inuiolabiliter obseruari, nec sententiam in eos latam à vobis, nisi damna, & iniurias passis prius fuerit satisfactum, aliquis audeat relaxare. Volumus etiam nihilominus, & mandamus, vt cum ab eodem abbate, & fratribus fueritis requisiti ad eorum monasterium accedentes, quæ corrigenda fuerint in capite, vel in membris auctoritate freti apost. corrigatis. Nullis literis &c. vt suprà, quod si omnes &c. duo vestrum &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrū.

N. GRADEN. PATRIARchæ, vt causam Archidiaconi Ierusalem contra clericos de Quinto iure definiat.

CONstituti præsentia nostra dilecti filij Iacobus, & Oliuierius nuncij clericorum plebanatus de Quinto, & dilectus filius N. Archidiaconus Tarosinus pro causa, quæ inter ipsos ex vna parte, & Archidiaconum memoratum ex alia super iure ipsius Archidiaconatus fuerat agitata, & tandem ad nos per appellationem delata diffinitioni eius contrarijs affectibus intendebant, & cū vellent ad inuicem litigare dilect. filiū G. SS. Cosmæ & Damiani Diacon. Card. ipsis concessimus auditorem. Cumq; partes in eius essent præsentia constitutæ, prædicti nuncij pro ipsis, & parte sua firmiter asserebant, quòd causa eadem post tractatum diutinum amicabili tandem fuerat compositione sopita: quam quidem Archidiaconus iuramento, Episcopus vero sub pœna mille librarū se promiserat firmiter seruaturum. Ex aduerso autem prædictus Archidiaconus proponebat, quòd cum videret partem aduersam sibi super obseruatione compositionis factæ molestiā irrogare, bonæ mem. Clem. Papæ prædecessori nostro suam curauit proponere quæstionem: qui tandē ipsum à præstito iuramento post causæ cognitionem absoluit, & licentiam ei dedit, vt Archidiaconatus sui iura, non obstante compositione illa, prosequi nō cessaret, præsertim cum eam præfatus Episcopus non seruasset, & tā ipse, quàm plebani socij eius super hoc contra mandati apostolici formam eum plurimum molestassent. Econtra præmissi nuncij affirmabant, quod Episcopus suus contra compositionem non venerat, immo ipsi archidiac. quærenti respōderat, quod paratus erat facere quod deberet, sicut per instrumentum publicum ostēdebatur, & quod archidiaconus contra iuramentum licitum, ac sponte interpositum nulla debuisset ratione venire. Et si forte sibi esset aliquo modo (quod non credebant) indultum, prius quæ contra compositionis formam præsumpserat, emendare penitus tenebatur, quàm statueretur aliquid super negocio principali. Cæterum cum in præsentia Cardi. prædicti diutius litigassent, tandem auditis per eum quæ duxerant proponenda, fratrum nostrorum consilio habito diligenti, causam ipsam sub certa forma tnæ fraternitati duximus commit-

tendam, p apost. tibi scripta mandantes, quatenus vtramque partem ad obseruationem compositionis prædictæ, quam licitam esse comperimus: & ideo iuramẽtum pro ipsius obseruatione interpositũ censuimus fore seruandum: non obstante absolutione prædicta, quam credimus per subreptionem obtentam, per censuram ecclesiasticam sublato appellationis obstaculo compellere non omittas: in irritum apost. auctoritate reducẽs, si quid contra cõpositionem prædictam per prædictum archidiac. cuiuslibet auctoritate rescripti noueris immutatum. Si quid vero postmodum inter eos fuerit quæstionis, partibus ad tuam præsentiam conuocatis audias, & illud appell. re. debito fine decidas. Volumus præterea nihilominus, & mandamus, quatenus clericos, & laicos, qui occasione quæstionis p dictæ, quam cum archidiac. habuerunt, excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sunt vinculo innodati secundum ecclesiæ formam absoluas: illos, qui ipsis bona sua per violentiam abstulerunt, ad restitutionem eorum sicut iustum fuerit ecclesiastica censura remota appell. compellens, & non permittas, quòd ipsis sup beneficijs suis grauamen, vel aliqua molestia ab aliquo indebite inferatur. Illos vero quos ecclesias violasse, & manus in clericos temerarias iniecisse cõstiterit, tãdiu facias sicut excommunicatos ab omnibus arctius euitari donec passis iniuriam, &c. & cũ testimonio literarum &c.

Datum vt suprà, &c. IIII. Idus Maij.

ARCHIEPISCOPIS, ET ALIIS Ecclesiarum Prælatis, Marchionibus, Comitibus, Baronibus & alijs nobilib. viris, & vniuersis Christi fidelibus ad quos literæ istæ peruenerint, vt commissarijs Apostolicis contra hæreticos auxilio sint.

CVm ad capiendas vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineam Domini Sabaoth, species quidem habentes diuersas, sed caudas ad inuicem colligatas, quæ de vanitate cõueniunt in idipsum, & hæreticos ab fidelium consortio excludendos: dilectum filium fratrem Raineriũ potentem diuino munere in opere & sermone, & cum eo dilectũ filium fratrem Guidonem virum Deum timentem, & vacantem operibus charitatis, ad partes vestras duximus destinandos: vniuersitatem vestram rogamus, monemus, & exhortamur in Domino, & in remissionẽ iniungimus peccatorum quatenus eos benigne recipientes pariter, & deuote cõtra hæreticos ipsis potenter & viriliter assistatis, eis consilium, & auxilium impendentes. Verum quia frater Rainerius pro arduis ecclesiæ negociis in Hispania de mãdato præcessit apostolico, volumus nihilominus, & mandamus, vt vos fratres Archiepiscopi, & Episcopi, cum à dicto fratre Guidone fueritis requisiti, in hæreticos, quos ipse vobis nominauerit spiritualem gladium exeratis, laici vero bona eorum confiscent, & eos eijciant de terra sua, & eorum paleas separent à frumento. Omnibus autem, qui pro conseruatione fidei Christianæ in tanto discrimine, quod ecclesiæ imminet ipsis astiterint fideliter, & deuote, illam peccatorum suorum concedimus indulgentiam, quam beati Petri, vel Iacobi limina visitantibus indulgemus.

Datũ Rom. &c. vt sup. III. Idus Maij.

ABBATI SANCTI VEDASTI, qua approbat Pontifex eius voluntatem, quòd ex cœnobio factum olim collegium sæculare, ad cœnobium reuocare laboret.

PIæ postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, ne refrigescat charitas postulantis ex longioris moræ fastidio, vel ex breui etiam dilatione tepescat. Significasti siquidem nobis, quod cum ecclesia sancti Petri de Castro sita iuxta monasterium tuum libera sit, & sicut ipsum monasterium ab episcopali iurisditione penitus sit exempta, & in ea olim esse consueuerint canonici sæculares prædecessores tui, vt possessiones ipsius in suos vsus conuerterent, & in ipsa facerent per monachos ministrari, indulgentiam à sede apostolica impetrarunt. Verùm quoniam in ea minus solemniter Domino deseruitur, ad ampliandum ibidem cultum diuini nominis canonicos sæculares, prout tibi quondam fuerant, in ea ordinare desideras,

desideras, & eis certos redditus assignare. Ea propter dilecte in Domino fili intentionem tuam laudabilem attendentes, auctoritate tibi præsentium indulgemus, vt de consilio fratrum tuorum, vel maioris, & sanioris partis in ea canonicos sæculares instituas, & tã de bonis monasterij tui, quàm de his, quæ ibi à fidelibus offerentur, redditus eis cõpetentes assignes: ita tamen, vt in nullo libertas illa depereat, quã ei pdecessores nostri Romani põtifices cõtulere. Nulli ergo &c.

Datum Romæ &c. Idibus Maij. Pontificatus nostri anno primo.

B. MAGISTRO SCHOLARUM, & Valberto canonico Tarusinis, Episcopi trucidatores à solo Papa absolvendi, excepto articulo mortis.

SVper eo de quo nos vestra discretio requisiuit, videlicet, quid faciendũ sit de his, qui captioni bonæ memoriæ V. Bellunen. episcopi ex qua dignoscitur à quibusdam alijs crudelissime interẽptus, se diabolico instinctu interfuisse fatẽtur si ad ecclesiam redire voluerint, in qua sint forma recipiendi ab ea, vobis taliter respondemus, quod cum tam enorme flagitium debita velimus severitate punire, ne facilitas veniæ incentiuum præbeat delinquendi si cõmunioni fidelium reconciliari desiderant, ad sedem apostolicam veniant absoluendi, nisi forte articulus mortis immineat, vel hostilitas impediat capitalis: quibus in vtroq; casu recepta, ẽm formam ecclesię sufficientissima cautione, q̃ nostris debeant obedire mãdatis, absolutionis beneficium nostra auctoritate potestis impendere: ita tamen, qđ opportunitate recepta susceptui mandatum ad sedem apostolicam accedere non postponant. Prouideatis autem attẽtius, nequid cõtra præscriptam formam quomodolibet attentetis.

Datum Romæ apud Sanctũ Petrum.

N. ARCHIEPISCOPO, ET Capitulo Turonen. citantur ad audiendum sententiam proferre in causa ipsorum contra ecclesiam Dolensem.

LIcet in Ezechiele legatur: Animalia ibant, & non reuertebantur, tamen sequitur in eodem: Animalia ibant, & reuertebantur. Quamuis autem hæc vocum dissonantia secundum sanum consonet intellectum, & varias expositiones habeat mysticas, & morales, possunt tamen per animalia munda, quæ ruminãt & vngulam findunt, Rectores ecclesiæ non incongrue designari: qui discernendo fingunt vngulam, & ruminant meditando: qui dũ aliqua statuunt, quæ postmodum non retractant, eunt, & non reuertuntur. Cum vero aliquid statuunt, quod postmodum reuocant consilio saniori, eunt, & (sicut de animalibus legitur) reuertuntur. Vtinam autem prædecessores nostri Romani Pontifices in diffinitione illius veteris, & nondum inueteratæ, sed pro vetustate notissimæ quæstionis, quæ inter Turonen. & Dolen. ecclesias fuit diutius agitata, & adhuc sub iudice lis est, animalibus, quæ ibant, & non recurrebantur possent secundum formam expositionis suprapositæ comparari: vt quod super ea statuerunt, taliter receptum fuisset à partibus, & seruatum, quod nec causa ipsa in recidiuæ contentionis scrupulum denuo deuenisset: nec nos oporteret super ea cum partibus laborare. Sanè, quamuis causa ipsa frequenter fuerit per sedem apostolicam diffinita, peccatis tamen exigentibus redijt male sana cicatrix in vulnus antiquum, hodieq; manent vestigia veteris quæstionis, & euidenter apparent ex damnis, quæ vtraque partium eius occasione vehementer incurrit, sicut ipsi nouistis, nec nos etiam ignoramus. Quod si verum inspicimus, & attendimus causas controuersiæ diuturnæ, per vos interdum stetisse videtur quo minus legitimum finem acceperit quæstio toties iuscitata. Nam (vt nõ longe petamus exemplum) cum bonæ memoriæ Cle. Papa prædecessor noster partes ad iudicium citauisset, terminum eis certum præfigẽs, & eum postmodum de voluntate partium prorogasset, licet dilectus filius N. Dolen. electus ad sedem apostolicam, propter hoc in persona propria non sine multo grauamine accessisset, tu tamen frater Archiepiscope nec veniisti, nec misisti ad nos idoneũ respon-

salem, sed nuncios solummodo minus sufficienter instructos pro sola dilatione petenda. Nolentes autem dictas ecclesias huius occasione discordiæ non sine magnæ vtriusque dispendio diutius laborare, festum dedicationis beati Michaelis proximo futurum pro peremptorio termino vobis, & parti aduersæ duximus præfigendum. Ideoq; discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, & districtè præcipimus, quatenus ad prædictum terminum, quicquid de te frater Archiepiscope quocunq; modo contingat, per vos, vel procuratores idoneos ad sedem apostolicã accedatis nostræ dispositionis formam, vel iustæ diffinitionis sententiam recepturi. Cũ enim instantia nostra quotidiana sit omnium ecclesiarũ solicitudo cõtinua, de plenitudine potestatis, quã super omnes ecclesias ab ipso IESV Christo suscepimus, ea cupimus cõsilio saniori disponere, sicut viderimus expedire, quæ ad pacem, & vtilitatem proueniant ecclesiæ vtriusq; : alioquin ex tunc in diffinitione ipsius causę, vel dispositione, dante Dño, ꝓcedemus.

Datum Romæ apud Sanctũ Petrum Idibus Maij. Pont. nostri anno primo.

In eundem fere modum Bituricen. Archiepiscopo. Licet in Ezechiele, &c. vsque ad verbũ illud Procedimus. Quocirca fraternitati tuæ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, vt suprà memoratis Archiepiscopo, & Capitulo Turonen. ex parte nostra districtè præcipias, vt in termino sibi peremptorio constituto nostro se conspectui representent, & literas nostræ citationis per tuos nuncios ipsis facias præsentari.

Datũ Romæ &c. vt suprà. XVII. Calend. Iunij. &c.

N. *ARCHIEPISCOPO TARentasien. & N. Episcopo Augusten. & Abbati Boni montis, qua cõmittitur ijs causa Episcopi & Capituli Lausannẽsis.*

LIcet iniunctæ nobis administrationis officium profectibus nos admoneat intendere singulorum, & tanquam de cõmisso nobis grege rationem Domino reddituri cunctos, facere exoptemus quæ ad vitã proficiant sempiternã. Fratres tũ, & Coepiscopos nostros, q in partẽ sunt solicitudinis euocati, sic vellemus cõmissi eis officii executionẽ diligenter peragere, ꝙ nõ lucerna sub modio, sed supra candelabrũ posita videret. Verũ cũ de ipsis ea nostris auribus referuntur, q̃ in infamiã pontificalis dignitatis reduntur, dolemus admodũ: & turbamur: qa iuxta diuinæ legis sententiã: *Si sacerdos, qui est vnctus peccauerit, facit delinquere populũ.* Olim siquidẽ cũ venerabilis frater nr̃ N. Lausannen. Eps felicis recordationis C. Papæ ꝑdecessori nr̃o à Capitulo suo delatus fuisset in multis, idẽ prędecessor nr̃ venerabili fratri nr̃o N. Maurianen. Epo, & dilectis filijs N. Bellæ vallis, & N. de charitate abbatibus apostolica auctoritate ꝑcepit, vt ad ecclesiam Lausannẽ. ꝑsonaliter accedẽtes, q̃ in eadẽ tã in capite q̃ in mẽbris digna correctione cognoscerẽt, studerẽt diligẽti solicitudine emendare. Qui cũ die statuta Lausanã accessissent, & fecissent in ꝑfati Epi, & Capituli ꝑsentia cõmissionis lras recitari, sicut in eorũ literis ꝑspeximus cõtineri, ipsum Epm, & Capitulũ ad cõpositionẽ amicabilẽ faciẽdã inducere studuerũt. Tũc Capitulũ duo instra exhibuit, quorũ vnũ erat sigillatũ septẽ sigillis arbitrorũ, in quos tã canonici, q̃ eps cõpromiserãt memorati: alterũ vero erat sigillo iam dicti epi cõsignatũ, in quo se fatebat reatũ periurij incurrere, si à facta cõpositione à iam dictis arbitris ratione qualibet ab arbitrio resiliret. Eps aũt in ꝑsentia delegatorũ iudicũ, ꝙ cõpositionẽ illã nõ tenuerat, nec teneret, ꝓposuit: asserẽs ꝙ canonici antea à cõpositione resilierant, & emendationẽ, quã sup quibusdã articulis ꝑfati arbitri ei facere cõpromiserant, nõdũ potuerat obtinere: & iõ se nõ incurrisse reatũ periurij fatebatur: qa canonici prius cõpositionẽ infregerãt, & compositionis chartã arbitri nõ currauerãt emendare. Ecõtra vero Canonici respõdebant, ꝙ nec ipsi à cõpositione resilierant, nec aliq̃d arbitri in cõpositione ꝓmiserant emendare. Licet aũt è contra eps se probare

bare promitteret, quod dicebat, in præsentia tamen ipsorum iudicum nō probauit. Cumq; præfati canonici super monetæ diminutione, & exactione noui pedagii memoratum episcopum conuenirent, & peterent, quod ab arbitris præceptum fuerat obseruari respondit Episco. memoratus, ꝙ moneta erat proculdubio diminuta, nec licuit arbitris super hoc aliquid arbitrari, cum tanquā Dño monetæ licitum ei sit eam pro suo beneplacita minuere, & augere, & iste fuit vnus de articulis, in quibus emendationem arbitrii postulauit. Pedagiū autem à quadraginta annis acceptū fuisse asseruit, & in grauamen inimicorū suorum se illud proposuit statuisse. Cumq; adiicerent canonici antedicti, quod præter illa, quæ in cōpositionis instrumento contendebantur, alia vellent cōtra eundem episcopū proponere, & probare, respōdit Episcopus, ꝙ eos aliquatenus non audiret, quia nō tenebatur coram ipsis iudicibus respondere: cum literæ cōmissionis nō ex parte Capituli (sicut continebatur in eis) sed per falsam suggestionem fuerint impetratæ: quia P. de Exchandens, qui eas impetrauit, mandatū nō habuit, ut talia postularet, ad qđ P. ipse respōdit, ꝙ licet cū ad Romanam ecclesiā accessit, non oībus suum propositum reuelauerit, sed quibusdā, postquam tamen rediit, cōmissionis literas oībus, qui aderāt in Capitulo legit, & exhibuit, & vniuersis ipsæ literæ placuerunt, & ideo asserebant, Episcopū debere corā eidem iudicibus respōdere: quia ratihabitio retrotrahitur, & mādato cōparatur. Et quoniam eorū iudiciū nolit sæpe fatus eps subintrare, licet ipsi iudices in eadem ecclesia multa digna correctione cognoscerent, & à statu præstino miserabiliter corruisse, & bona tam epi, q̄ Capituli, viderent plurimū imminuta, in executiōe tamen mādati apostolici vltra procedere nolue re, negociū ipsum ad Roman. ecclesiam remittentes. Ad hæc tam literis Capituli Lausannen. q̄ religiosorum Abbatum, Comitum, & Baronū eiusdem diocesis, & aliorum multorum nostro apostolatui est suggestū, ꝙ idem episcopus bona ipsius epatus dilapidēdo consumpsit, matrimonia nō iungēda cōiungit, & diuortia celebrat indiscrete: & cū incōtinētiæ laboret infamia, familiaritatē amplectit iniquorū, iustitiā denegat postulātibus, & quibus licet cōtumilioſe respondet, in se nō ostēdēs māsuetudinem pastoralē. Præterea cōtra eundem multa alia p̄serunt, q̄ longū esset literis p̄sentibus enarrare. Sup qbus siquidem oībus, tanto dolemus vehementius, & mouemur, quāto eundem Ep̄m tanquā in Romana ecclesia enutritum, & ab ea in pontificalis officij dignitatem assumptū, quantum cū Deo possumus synceriori charitate diligimus, & specialius amplexamur. Quoniā igitur, q̄ de præmisso ep̄o referuntur sub dissimulatione trāsire nō possumus, nec debemus, inquisitionem ipsius negocii de fratrum nostrorum consilio vestræ duximus experientiæ cōmittendam, p̄ apostolica vobis scripta districtè præcipientes, quatenus ad locū cōpetētem pariter accedentes, & partibus cōuocatis solum Deum habentes præ oculis, appellatione postposita audiatis hinc inde proposita, & attestationes, & allegationes vtriusq; partis discussas, & examinatas canonice, sub sigillis vestris nobis dirigere p̄curetis, præfigentes vtriq; parti terminū cōpetentem, quo sufficienter instructæ ad recipiendam ſniam vestro se cōspectui re præsentent. Si vero præfati canonici ab accusatione destiterint, & probare nolue rint qđ p̄ponunt, vos si præfatus eps super his fuerit infamiæ nota respersus, purgationem ipsi canonicā indicatis, vt cū tribus episcopis suā si valet innocentā purgare, nō differat, & eam si præstiterit auctoritate apostolica admittēres, eū ab impetitione canonicorum penitus absoluatis, & ab obiectis criminibus denūcietis insontē. Verum si se nō poterit iuxta sanctiones canonicas expiare, vos eū dispensum ad nostrā præsentiā sublato appellationis obstaculo transmittatis, vt in negocio ipso (sicut expedire viderim⁹ auctore Dño) procedamus: attētius prouisuri vt mandatū apostolicū ita prudenter ac diligēter exequi studeatis, vt nos deuotionē, & solicitudinē vestram possimus merito cōmendare. Volumus autē nihilominus, & mandamus, vt eidem epi-

scopo districtius iniũgatis, ne bona Lausannen. eccleſiæ huius occaſione negocij quomodolibet alienare præſumat, in quorum diſtractione dicitur hactenus ſatis enormiter exceſſiſſe. Si qua vero partiũ legitime citata veſtrã preſentiã adire contẽpſerit &c. Nullis literis obſtãtibus harũm tenore tacito &c. qđ ſi omnes &c. Tu frater archiepiſcope, cũ eorum altero &c. Datum &c. vt ſuprà Idibus Maij.

PHILIPPO ILLVSTRI *francorum Regi, vt repudiata pellice legitimam vxorem recipiat.*

LIcet dextera Domini ſuam fecerit in noſtra promotione virtutem de terra ſuſcitans inopem, & de ſtercore eriens pauperem, & illud nos voluerit dignitatis ſolium obtinere, vt non ſolum cum principibus, ſed de principibus etiã iudicemus: cum tamen conditionem humilitatis veſtræ conſpicimus, & de quo ad quid ſimus vocati penſamus, præter generale debitum paſtoralis officij, quod ſingulis nos conſtituit debitores, tibi, & regno tuo ſpecialiter nos fatemur teneri, in quo nos recolimus in ſtudijs literarum ætatem tranſegiſſe minorem, ac diuino munere quantæcunque ſcientiæ donum adeptos beneficiorum impenſam multiplicem ſuſcepiſſe. Ad cumulum autem huius præcipuæ dilectionis accedit progenitorum tuorũ grata memoria, quos ſicut Chriſtianiſſimos principes, nec ventus turbinis, nec impetus tempeſtatis ab eccleſia Romana potuit aliquando ſeparare, quin potius tanto amplius in ipſius deuotione ſeruirent, quanto fortius in nauiculam noſtri piſcatoris fluctus inſurgerent, & mare tumultuoſius vẽtorum incurſibus fluctuaret. Vnde cum in minori quondam officio conſtituti ſerenitatem regiam, & regnum Franciæ ſpeciali amplexati ſuerimus dilectionis affectu, nunc ad apicem ſummi pontificatus (licet inſufficientes) aſſumpti, priuatis affectibus, communibus ſuperuenientibus cauſis tã ardentius in regiæ ſerenitatis dilectione flagramus, vt occaſionem nobis precemur à Domino indulgeri, per quam affectus interior prodeat, in effectum, & prorogatiua ſynceritatis, quã ad te gerimus in opere pateat vniuerſis. Verum quanto amplius celſitudinem tuã honorare cupimus, & ad profectum tuũ ardẽtius aſpiramus, tanto magis de tua ſumus ſalute ſoliti, & grauius ferimus, ſi noſtræ charitatis affectus circa ſerenitatem tuam, te preſertim dante materiam, videret (quod abſit) refrigeſcere, vel tepere. Sane quãtũ ſcandalum ſit exortũ ex ſuperinductione illius, quã poſt multiplices inhibitiones eccleſiæ, quarum vnam factam per bonæ memoriæ M. ſanctorum Ioannis, & Pauli presbyterum Card. tunc apoſtolicæ ſedis Legatum, & dilectum filium C. ſubdiaconum, & notarium noſtrum, cũ felicis record. C. pp. prædeceſſoris noſtri literas in tua facere pſentia recitari, q̃ inhibitionem apertius continebãt, ad te notimus pueniſſe, & poſt datas, & receptas epiſtolas venerabilibus fratribus noſtris N. Sueſſionen. & N. Nouien. epis, nũcijs tuis propter hoc apud ſedem Apoſtolicã cõſtitutis ſuperinducere voluiſti: tibi credimus ex parte liquere: in quo ad diſcretionẽ veritatis non debet vincere ſenſualitas rationem. Noſti etenim, quod morbus iſte iam vicina corrumpit, & ad excuſandas excuſationes in peccatis factus es cæteris excuſatio, & in nos & Romanã eccleſiam detractionem non modicã ſuſcitaſti. Quantũ aũt ex hoc te ipſum leſeris, ex eo manifeſtè perpenditur, quod oĩa tibi contraria ſucceſſerunt, quæ prius proſpera ſuccedebant, nec datum eſt tibi frui etiã pace diurna, quin, & ſi non corpus, mentẽ ſaltem ſolicitudo grauis vgeret, qđ tibi eſſe debet euideus argumentum, quod pp hoc diuinam indignationẽ incurreris: præſertim cũ ſuperinductę conſanguinitas opponat chariſſimæ aũt in Chriſto filiæ noſtræ N. Reginæ Franciæ, nõ niſi impedimentũ fuiſſet affinitatis obiectũ. Vt igitur ſaluti tuæ cõſulas, & honori, vt nos & Romanam eccleſiã à labijs iniquis, & lingua liberes detractrice, vt Dñs tibi reddas propitiũ, quę iratũ tibi hactenus reddidiſti, rogamus ſerenitatẽ regiam, monemus, & exhortamur in Domino, & in remiſſionem iniungimus peccatorum, per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus in te ipſum

Innocẽtij tertij erga regnum Franciæ voluntas.

aciem

aciem tuæ considerationis reflectens, sic tuos actus dijudices, vt ab alijs non debeas iudicari. Memor esto conditionis tuæ, & nouissima iuxta verbum sapiẽtis attendens, quod scãdalum in ecclesia parit, quod nobis detractionem generat, quod in perniciẽ tuæ salutis vertitur, & in dispendiũ totius regni redundat: alios simili corrumpens exemplo, corrigas per te ipsum superinductã de finibus regni Francorum, remoueas, & eam reducas in regnũ, & Reginam appellas, ac facias appellari: mandans ei ab oĩbus, tanquã Reginæ deferri, quam à te minus rationabiliter abiecisti. Quod si postmodum vsqueadeo serenitatem tuam oriẽs ex alto respexerit, & eor tuũ lux illa dignata fuerit illustrare, quæ illuminat oẽm hoĩem veniẽtẽ in hunc mundũ, vt prædictam Reginam, quam ex testimonio plurium, quibus est religionis, & dignitatis ratione credendũ miræ sanctitatis, & honestatis audiuimus esse, retineas in gratia cõiugali: p̃sertim cũ vix nobiliorem ducere possis, & id tibi plurimũ expedire noscatur, in his facilius, & ad votum tuum celerius exequẽdis, q̃ serenitati tuæ diebus istis incumbunt, gaudebimus plurimum, & in agẽdis tibi gratiarũ actionibus assurgemus. Qđ si forsan (qđ absit) desuper datum nõ fuerit, sicut de iure tenemur, iuris tibi licentiam non negamus, quominus facta prius restitutione audiamus, & exaudiamus qđ rationabiliter duxeris proponendũ. Si aũt (qđ non credimus) nec famæ tuę, nec honori cõsuleres, nec mandatis nostris, nec monitis obedires, quantumcunq; nobis molestũ existeret te in aliquo molestare, cõtra te tanto amplius moueremur, & manũ cutaremus apostolicã aggrauare, quãto serenitatem tuam syncerius diligimus, & quos amamus seuerius arguere intendimus, & durius castigare. Cum (inspirante Dño) immutabilem aĩum, & inflexibile propositum habeamus, nec prece, nec p̃tio, nec amore, nec odio declinandi à semita rectitudinis, sed via Regia incedentes, nec ad dexterã declinabimus, nec deuiabimus ad siniſtram, sine personarum acceptione facientes iudicium, quia non est personarum acceptio apud Deũ. Non ergo posses quantumcũq; cõfidas de tua potentia subsistere ante faciem, nõ dicimus nostram, sed Dei, cuius (licet immeriti) vices exercemus in terris cum auctore iustitiæ, qui est veritas pro iustitia, & veritate pugnãte inimici tui in te, ac Regum Franciæ præualerent, nec valeret tẽporalis tuus, & exiguus potentatus diuinæ ac æternæ repugnare omnipotentię maiestatis. Facias ergo fili charissime de necessitate virtutem, & nobis in hoc immo creatori tuo, per quẽ viuis, & regnas, humiliter satisfacias, quatenus, & ipsum tibi reddas propitium, & nos tibi consti tuas amplius debitores: sciturus pro certo, quod nisi mandatum nostrum hac vice curaueris adimplere, non differemus vlterius, quin officij nostri debitum exequamur. Datum &c. vt suprà. XVI. Calend. Iunij.

Innocẽtij PP. in iusti tia con stantia.

VVILLIELMO REMEN. Archiepiscopo Sanctæ Sabinæ Cardinali vt existat conseruator priuilegiorum ecclesiæ S. Germani de pratis, Parisiis.

PIa patrum prædecessorumq; nostrorum solicitudo se circa statũ eccle. in sua integritate seruãdum mirabiliter exhibuit circunspectã, vt videlicet ipsas, q̃ sæcularium turbationum fluctibus cõcutiuntur assiduis, protectione sedis Apost. specialiter permuniret, & cum ipsa p̃sens oĩbus adesse nõ posset per conuenientia instra eisdem indulta, suæ potentiam auctoritatis extendens peruersorum malitiam coerceret. Sed cum malitia hominum excreuerit in immensum, nec modum sibi peruersitas eorũ effrenata imponat, nos, quos eidem sedi gratia diuina p̃fecit, qui prædecessorum nostrorum mandata seu institutiones, soluere nõ venimus, sed implere iuxta malitiam tp̃is, in his esse rigidiores oportet. Inde siquidem est, quod cum Ecclesia sancti Germani de pratis Parisien. quæ Romanæ sedis filia deuota, & specialis existit, Priuilegiorum, Indulgentiarum, cõfirmationum, & libertatum pluta obtinuerit à Romanis põtificibus instrumenta, quibus prælati ecclesiarum, & quam plures alij minime deferentes ea infringere,

ipſisq; temere obuiare nõ dubitãt, ſicq; libertatibus ſibi conceſſis vti plene non valeat, & in pluribus ſuſtineat detrimentum, te obſeruatorem eorum, quæ ad ipſius Eccleſiæ tranquillitatem à ſede apoſtolica ſunt indulta ſpecialiter duximus concedendum. Quocirca fraternitati tuę per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi quos indulgentiis, confirmationibus, priuilegiis, ſeu quibuslibet aliis inſtrumentis apoſtolicæ ſedis, ſeu aliis immunitatibus à quibuſcunque monaſterio ſancti Germani de Pratis præuia rõne conceſſis, per quæ libertas debet eccleſiaſtica integra conſeruari, temere inueneris obuiantes, eos per cenſuram eccleſiaſticam, monitione præmiſſa ſublato cuiuslibet cõtradictionis, & appellatiõis obſtaculo, quemadmodũ videris expedire, à ſua temeritate cõpeſcere non moreris, ipſiusq; iura monaſterij ſancti Germani ſtudeas illibata ſeruare. Nullis literis, &c. harum mentione nõ habita &c.

Datum &c. vt ſuprà. V. Idus. Maij.

ROBERTO ABBATI SANCTI Germani Pariſien. eiuſque fratribus, tam præſentibus, quàm futuris regulariter vitam profeſſis in perpetuum, quod eos recipiat ſub protectione apoſtolica, ueteraq; priuilegia, non paucis additis, confirmat.

IN eminenti apoſtolicæ ſedis ſpecula ad hoc ſumus licet immeriti diſponente Dño conſtituti, vt iuſtas petitiones debeamus libenter admittere, & eis ſtudeamus effectũ vtilem indulgere. Ea ꝓpter dilecti in Dño filii veſtris iuſtis poſtulationibus annuentes monaſterium beati Germani de Pratis, in quo diuino mãcipati eſtis obſequio, quod ꝓprie beati Petri iuris exiſtit, ad exẽplar felicis memoriæ Paſchalis, Innocẽtii, Lucii, Eugenii, Anaſtaſii, Alexandri, Lucii, Vrbani, Clementis, & Cæleſtini, prędeceſſorũ noſtrorum Rom. pontificũ, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti pagina cõmunimus, in primis ſiquidem ſtatuentes, vt ordo monaſticus, qui ſecundũ Deum, & beati Benedicti regulam, in eodem Monaſterio, inſtitutus, &c. vſq; ad verbum illud. Obſeruet. Præterea quaſcũq; poſſeſſiones, &c. vſq; ad illud Illibata permaneant. Per præſentis itaq; priuilegii paginam vobis, veſtrisq; ſucceſſoribus in perpetuũ confirmamus, vt quæcunq; libertas, quæ cũq; dignitas priuilegio beati Germani ſcriptis Ehildeberti, Elotharii, atq; aliorum regum Francorum veſtro monaſterio collata eſt, eidem permaneat illibata. Ad hæc volentes te dilecte fili Roberte Abbas, & monaſterium tuum honoris, & gratiæ priuilegio decorare, ad inſtar dictorum prędeceſſorũ noſtrorũ Alexãdri, & Cœleſtini vſum mitræ, & annuli, atq; ſandaliorum tibi, & per te ſucceſſoribus tuis de conſueta ſedis apoſtolicæ benignitate duximus indulgendũ. Præcepimus autem, vt chriſma, oleum ſanctum, conſecrationes alterium, ordinationes, & quæcunq; vobis ex pontificali ſunt miniſterio neceſſaria, à nullo catholico epiſcopo vobis, veſtrisq; ſucceſſoribus denegentur. Sane miſſas, ordinationes, ſtationes, ab omni epiſcopo, vel clero Pariſien. Eccleſiæ in eodem monaſterio præter voluntatem Abbatis, vel congregationis fieri prohibemus, nec habeant poteſtatem aliquid ibi imperandi, ſed nec diuina officia ipſis interdicere, nec excõmunicare, nec ad ſynodũ vocare, aut abbatem, aut monachos, presbyteros, aut Clericos eccleſiarum ipſius loci, tribuimus facultatem. Addicimus ẽt vt in parochialibus eccleſiis, quas extra Burgum beati Germani tenetis, presbyteri per vos eligantur, & Epiſcopo præſentur, quibus, ſi idonei fuerint, epiſcopus animarum curam committat, vt ei de plebis cura, de rebus vero temporalibus ad monaſterium pertinentibus, vobis reſpondeant. Quod ſi facere forte noluerint, ſubtrahendi eis temporalia, quæ à vobis tenent, liberam habeatis auctoritate apoſtolica facultatem. Auctoritate etiam apoſtolica ſtatuimus, & vobis de conſueta clementia & benignitate ſedis apoſtolicæ indulgemus, vt nullius legationi, niſi à latere Romani Pontificis ſpecialiter fuerit delegatus ſubiacere, vel ſubeſſe amodo debeatis: nec alicui liceat obtentu legationis ab apoſtolica ſibi ſede indultæ vos, vel ſucceſſores veſtros, ſeu

seu monasterium vestrum, vel Ecclesias, quæ infra Burgum beati Germani sunt, vlla interdicti, vel excommunicationis sententia ꝓgrauare, vel sup vos, aut sup dictas Ecclesias iurisdictionē aliquā exercere: nisi specialiter hoc fuerit à Romano Pontifice illi mādatū. Ptæterea cōpositionē, q̄ inter monasteriū vestrum, & bonæ memoriæ Guidonē quondā Senonen. Archiepiscopū sup ꝓcurationibus, quas à vobis in q̄busdā villis petebat, rōnabiliter intercessit: sicut ꝓuide, ac sine prauitate facta est, & recepta, & hactenus obseruata, atq; in instrō exinde cōfecto plenarie cōtinet, ratā habētes, auctoritate apostolica duximus cōfirmandā. Ad maiorem autē euidentiā cōpositionis ipsius rescriptū illud de verbo ad verbum huic priuilegio duximus inserendum: cuius tenor talis est: In nomine sanctæ, & indiuiduæ trinitatis. Guido Dei gratia Senonen. archiepiscop. oībus, ad quos p̄sentes literæ puenerint, in Dño salutē. Notum fieri volumus vniuersis p̄sentibus pariter, & futuris, qđ discordia, q̄ erat inter nos, & Fulconē abbatē sancti Germani de Pratis, & ipsam ecclesiā de ꝓcurationibus, quas ab eis petebamus in Emāt, & Balneolo, & sancto Germano iuxta Musteriolum in præsentia Dñi Philippi Francorū regis tā terminata est. In hoc siquidē ꝓtaumus N. Abbati, & ecclesiæ sancti Germani in ꝑpetuū ꝓcurationes, quas in p̄dictis locis petebamus ab eis, tali modo: q̄ abbas, & successores sui nobis, & successoribus nostris, vel nostris certis nunciis pro ꝓcurationibus illis reddent singulis annis octo libras Parisien. apud Emāt in octauis Paschæ. Et si nos, vel successores nostri venerimus semel in annos ad Emāt, vel Balneolum, vel ad villā, q̄ dr̄ sanctus Germanus, Abbas, & successores sui, aut ille, qui domū tenebit accipiēdos & successores nostros & viuemus ibi nos, & successores nostri nocte vna sumptibus nostris ꝓpriis: infra qđ ille, qui domum tenebit, nō tenebitur aliq̄d dare nobis, vel successoribus nostris, præter hospitiū, nisi hoc de gratia facere voluerit. Et si nos, vel successores nostri semel recepti fuerimus, in vno p̄dictorū locorū, nō tenebunt monachi recipere nos, sine successores nostros in aliquo illorū triū eodem anno. Nos aūt fecimus quitari iam dictæ Eccle. & Abbati medietatē decimæ lanæ, à presbyteris, qui sunt in ecclesiis sancti Germani, per archiepiscopatū Senonen. cōstitutis, scilicet Emant, Balneolo, villa, q̄ dr̄ sanctus Germanus iuxta Musteriolū Matriolis, & presbyteri dictarū ecclesiarū aliā medietatē eiusdem decimæ habebūt. Nūcii aūt Abbatis Scī Germani facient fidelitatem presbyteris, q̄ in dictis ecclesiis erār, & presbyteri per nūcios suos nūciis Abbatis de dicta decim cōiter, & fideliter quærēda, & inter se diuidenda. Quod ne valeat alicuius obliuione deleri, vel malitiose peruerti, sigillo nostro fecimus id cōfirmari, astātibus ecclesiæ nostrę personis Salone dec. Manasse archidiac. Vuliel mo thesaurario, Gaufrido præcintore. Testes huius rei sunt Stephanus abbas sanctæ Genouefæ, & canonici illis, Hugo almaricus milo. N. abbas sancti Remigii Senonen. magister Ansell. de cācellaria, Ogerius de Auons. Actū apud fontē Blaudi anno ab incarnatione Dñi M.C.XCI. Deinde ꝓhibemus, vt monasterii vestri monachos vbicūq; de mādato Abbatis habitauerint, nullus præter Rom. Pont. vel legatum ab eius latere missum absq; spāli mādato apost. sedis, vel præter abbatem, ad quem cura, & custodia eorū pertinet, excōicet, aut interdicat. Obeūte vero &c. vsq; ad verbū illud Eligendū. Fleꝯ aūt vel à Romano Pōtifice, vel à quo maluerit catholico Episcopo munus bñdictionis accipiat. Sane noualiū &c. Apostolica insuper auctoritate vobis duximus indulgendū, vt infra parochias eccle siarum ad iam dictum Monasteriū, pertinentiū nullus oratoriū, capellā, vel eccle siā ædificare, aut cœmeteriū facere, sine diocesani ep̄i, & vestro cōsensu, audeat, nisi forte tēplarii, vel hospitalarii fuerint quibus hoc Apostolicæ Sedis priuilegiis indultū fuisse noscatur. Paci quoq;, & trā quillitati vestræ pōtificali volētes ꝓuisione ꝓspicere, p̄nti priuilegio duximus statuendū, vt si q̄s terras ad vos de iure spectātes, in q̄bus portionē habetis, vel campos donatione, aut venditione, seu quolibet alio alienationis titulo, in aliā eccle-

siam,

siam, vel religiosa loca transtulerint, ecclesijs illis, vel locis religiosis ultra annũ & diem, eas sine assensu vestro nõ liceat retinere, sed iuxta cõsuetudinem Gallicanarum ecclesiarum talibus psonis pcio, seu dono concedant, q̃ vobis, & monasterio vestro iura vra cum integritate persoluant. Decernimus ergo &c. salua sedis apostolicæ auctoritate. Si qua igitur, &c.

Datum Romæ apud S. Petrum, per manum Rainaldi Dñi Papæ notarij, Cãcellarij vicem agentis. II. Idus Maij. Inditione prima incarnationis Dñicæ Anno M. C. XCVIII. Pontificatus vero Dñi Innocentij Papæ III. anno primo.

HVGONI ABBATI SANCTI Dionysij, eiusque fratribus tam præsentibus, quàm futuris, regularem vitam professis imperpetuum, quod eorum iura priuilegiaque confirmet.

EFfectum iusta postulantibus indulgere, & vigor æquitatis, & ordo postulat rationis: præsertim, q̃n petentium volũtatas, & pietas adiuuat, & veritas nõ relinquit. Ea propter dilecti in Dño filij vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & p̃fatũ monasterium sancti Dionysij, quod specialiter beati Petri iuris existit, in quo diuino estis obsequio mãcipati ad exemplar felicis recordationis Zachariæ, Stephani, Leonis, Alexandri, Paschalis, Calixti, Innocentij, Eugenij, & Lucij, Romanorũ pontificum p̃decessorum nostrorum, sub beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & p̃sentis scripti pagina cõmunimus. In primis siquidem statuentes, vt ordo monasticus, qui secundũ Deum, & beati Benedicti regulam &c. vsq; ad verbum. Obseruet. Præterea quascunq; possessiones, q̃cunq; bona &c. vsq; ad verbũ Permaneãt. In quibus hęc, pprijs duximus exprimenda vocabulis. Locũ ipsum in quo p̃fatum monasterium situm est, cum oĩbus pertinentijs suis, donationem præbendatum in ecclesia sancti Pauli. In epatu Parisien. ecclesiam sancti Leodegarij, ecclesiam S. Martini in strata, cellam beatæ Mariæ prope Corbolium, sup fluuium Essonestam, cũ appendicijs suis, eccle. de Trẽbleiaco, monasterium beatæ Mariæ de Argentolio, quod situm est sup fluuium Sequanam, cum pertin. suis. In archiepiscopatu Rothomagen. ecclesiam S. Petri del Caluo mõte cum tribus capellis sibi adiacentibus, scilicet S. Marię, sancti Ioãnis, & capella de calloel. eccle. de Cergiaco, q̃ nec synodũ, nec circatã persoluunt, ecclesiã de Busiaco, ecclesiã de Sagiaco, ecclesiam de Cormelijs, ecclesiã de Caiz, ecclesiã d̃ mõte Gerulfi, ecclesiã de Ablegiis, ecclesiã de scõ Claro, ecclesiã de mõte Genuoldi. In Normania vero ecclesiã de Mo. Renniaco, ecclesiã de Liliaco, ecclesiam de Floriaco, ecclesiam de Berneualle, ecclesiam de sancto Martino, ecclesiã de Fregellis. In episcopatu Carnotẽ. ecclesiam de Trapis. Concessionem etiã patronatus ecclesiæ B. Mariæ de medõta cum omnibus possessionibus, & appendicijs suis à charissimo in Christo filio nostro Philippo illustri rege Francorum vobis prouide factam: ita quod decendẽtibus canonicis eiusdẽ eccle. loco eorum vestri monachi ordinentur, per quos gratius in eadẽ ecclesia Deo seruitiũ assidue impẽdatur. In episcopatu Aurelianen. ecclesiã de Toriaco, Campũ manerij Villare, Vendrous, Villã Meui Fiens, Luias. Ad hæc cõpositionẽ illã, quã bonæ memoriæ Henr. quondã Syluanecten. Episcopus super diuersis querelis, quę inter vos & nobilẽ virum Vull. de Melloto, tã in talijs, quàm in corueis, & Terris censualibus, & quibusdam alijs vertebãtur, statuit obseruandã. Concessionẽ vobis, & per uos monasterio vestro factã à bonæ memoriæ Guidone quondã Senonen. archiepo, & eius anteceſſorib⁹ de ecclesijs de bella, de sctõ Lupo, de Ioſanuilla, de verde Firiaco, de Grandipute, de sancto Audoeno: præsentationẽ etiam presbyterorũ in eisdẽ ecclesijs, concessionẽ similiter vobis factã à bonæ memoriæ Rog. quõdã Cameracen. episcopo, & eius anteceſſorib⁹ Gualchero, Odone, Nicolao de ecclesia de foreſt, altari d̃ Solemio, altari de vernuilo cũ decimis, & omnib⁹ appẽdicijs eorũ portionẽ cuiusdã decimæ de Ruu. Itẽ cõpositionẽ, quã iã dictus Syluanecten. episcopus sup cõtrouersia, q̃ inter vos, & Albertum de monte Omorio de quadam viatura, & quibusdam prauis consue-

cõsuetudinibus vertebat, statuit obseruã dã. Cõcessionẽ quoq; cœnobio vestro fa ctam à venerabili fratre nostro Philippo Beluacen. Episcopo tã de personatu, quã de præsentatione in Ecclesijs sacerdotũ, videlicet Ecclesiã sẽti Martini de Colle, Ecclesiã de Asnerijs, ecclesiã de Villiaco, ecclesiã de Ciris, ecclesiã de Croi, ecclesiã de Morentiaco, ecclesiã de Masiers ecclesiã de Nosaico, ecclesiã de Murno, & ecclesiã de Buxorta. In pago Meten. cellam nouã cũ omnibus appendicijs suis, videlicet Hulipere, Asminge, Emelingas, ecclesiã de Fulcrepa, salinas, ac patellas salinarum apud Massaltien. In episcopatu Laudunẽ. altare de cadursa, altare de sancto Gaberto, altare de Pirolis, Altare de Seiriaco, cũ appella sancti Dionisij, q̃ est apud Ribomõtẽ In Iusa valle, altare de Sorbeis, altare de Altrepia, altare de Rosbes altare de Rochenijs, altare de serenis fontib⁹, ex dono illustris memoriæ Ludouici quõdã regis Frãcorũ, quicqd in villa de trapis habebat, præter annualẽ hospitationẽ, quãdo ibidẽ iacuerit, & talliã, quã apud Gergiacũ in Vuscasin. & apud cormelias vobis donauit. Ex dono bon. memo. Gaufredi Carnoten. Epi, Altaria de Monaruilla, & detubrido. Ex dono Alnisij bo. memo. quõdã Atrebaten episcopi, Altare de Anechin. Ex dono illustris memoriẽ, Eluradi scilicet, & Vull. quõdã Regum Angliæ Deherstiã sup fluuiũ Sabrinæ sitã, Tãroniã molã cũ appendicijs suis. Ad hęc comitatũ Vulcassini, qui iuris beati Dionisij est quẽ illustris memoriæ Ludouicus quõdã Rex Frãcorũ, per Sugerũ quõdã abbatẽ sancti Dionisij in beneficiũ, & feudũ suscepisse cognoscit, quoniã is possidet cuius nomine possidetur, tibi, tuisq; successoribus cõfirmam⁹ Vicariã quoque, & omnimodã iustitiã, ac plenariã libertatẽ iuxta Villam sancti Dionisij, sicut subscriptis terminis distinguit à fluuio videlicet Sequana, à molendino, quod vulgo appellat baiart, vsque ad supremũ caput villæ, quæ vocat albervillare, quã præfatus rex iuris esse beati Dionisij recognoscẽs, eidẽ monasterio restituit, vobis nihilominus confirmamus. Præterea omnimodam potestatem, omnemq; iustitiam, & vniuersas cõsuetudines nundinarũ in dicti ipsius regias libertate vobis concessas, vt perpetuis eas quiete obtineatis tẽporibus, cõfirmationis nostrę munimine roboram⁹. Ad hęc refutationẽ prauæ cõsuetudinis, quã Bucardus de mõte Morẽtiaco in vineis vestri monasterij, in Diogico villa sitis habebat, & Rotagici terræ suæ. Similiter cõpositionẽ initã inter monasteriũ vestrũ, & ecclesiã sancti Exuperij Corbolien. in præsentia bonæ memoriæ Ioannis quõdã Carnoten episcopi super integritate præbẽdę eiusdẽ ecclesiæ. Ad exẽplar insuper felicis memoriæ Innocentij, & Anastasii Rom. Põtificũ prędecessorũ nostrorũ, cõpositionẽ super cõtrouersia, q̃ quõdã inter monasteriũ vestrum, & monasteriũ sancti Michaelis vertebatur, sicut in eorundem Romanorum pontificum plenarie cõtinetur, auctoritate apostolica confirmamus. Has siquidem compositiones omnes, seu refutationes, sicut absque prauitate factæ sunt, receptæ, & in scriptis authenticis continentur, & etiam hactenus sunt seruatę, apostolico munimine roboramus. Sanè noualiũ vestrorũ, &c. licet quoq; vobis clericos, &c. prohibemus insuper, &c. discedẽtem vero, &c. Auctoritate quoq; apostolica prohibemus, ne aliquis abbas monasterij ipsius, terras redditus ad ipsum spectantes, parentibus suis, aut aliis domos, uel etiã ea, quæ de caducis proueniũt, aut ministeria domus, nisi illa tm̃, quę sunt seruientiũ clericorum, dare præsumat, nec pecuniã vltra cẽtũ libras sine assensu totius Capituli vel maioris, & sanioris partis mutuo susciperе audeat. Nulli quoq; monachorũ quicquã sine cõsensu abbatis ab aliquo mutuo recipere liceat. Is autẽ, qui ministeriũ domus habuerit, vltra centum solidos mutuo non accipiat, præter abbatis consensum. Statuimus etiam, vt abbas sigillum proprium habeat, sicut est de consuetudine hactenus conseruatum. In parochialibus autem ecclesiis, quas habetis liceat vobis sacerdotes eligere, & diocesano episcopo præsentare, quibus si idonei fuerint episcopus animarum curam cõmittat, vt ei de spiritualibus, vobis aũt de tẽporalibus debeãt respõdere, Iustitias etiã, aut offi-

cia

cia laicorum, quæ bonæ memoriæ Vu. quondam abbas eiusdem monasterij ad manus suas ab omnibus in Burgo sancti Dionysij cõmorantibus legitime reuocauit, de cætero alijs assignari. Regulares etiam consuetudines à prædecessoribus vestris, & à vobis hactenus obseruatas aliqua leuitate mutari, nisi de tua, siue tuorum fuerit prouidentia successorum cum consensu Capituli, vel maioris, & sanioris partis, auctoritate apostolica prohibemus. Nouas præterea, & indebitas exactiones ab archiepiscopis, episcopis, Archidiaconis, seu Decanis, vel aliis ecclesiarum prælatis omnino vobis fieri prohibemus: chrisma vero, oleum sanctum, cõsecrationes altarium, seu basilicarum, ordinationes clericorum, seu monachorum, qui ad sacros ordines fuerint promouendi, à quocunque malueritis suscipiatis episcopo, siquidem catholicus fuerit, & gratiam apostolicæ sedis habuerit, & ea vobis, & absq; aliqua prauitate voluerit exhibere. Inhibemus insuper, vt infra fines parochialium ecclesiarum vestrarum nullus sine diocesani episcopi, & vestro assensu, cappellam, vel oratorium ædificare præsumat, saluis priuilegijs Romanæ ecclesiæ: missas sane publicas celebrari, aut stationes in eodẽ monasterio, præter abbatis voluntatem, fieri prohibemus, sed nec interdicere, nec excommunicare, nec ad synodum vocare, vel abbatẽ, vel ipsius loci monachos, episcopis, aut episcoporum ministris permittimus facultatem. Apostolica etiam auctoritate vobis duximus indulgendũ, vt non nisi legato à latere Romani pontificis destinato, legationis obtẽtu tenea mini respondere. Porro tam tibi, quàm tuis successoribus licentiã indulgemus, in grauioribus negocijs sedem apostolicam appellare, nec appellantes ante negocii finem læsio vlla contingat, quatenus auctore Deo in sanctæ religionis studijs quieti, ac seduli permanere possitis. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, &c. sepulturam vero, &c. libertates insuper dignitates, &c. obeunte vero &c. vsque ad verbum Eligendum. Electus autem, vel à Romano pontifice vel à quo malueritis, catholico episcopo munus benedictionis accipiat. Decernimus ergo, &c. saluæ sedis apostolicæ auctoritate, & in prædictis ecclesiis diocesanorum episcoporum canonica iustitia. Si qua igitur, &c.

Datum vt suprà, &c. II. Idus Maii.

ABBATI, ET CONVENTVI sancti Dionysii, ne beneficia nondum vacantia, vel petantur, vel etiam conferantur.

EX parte vestra fuit in audientia nostra propositum, quod quidam clerici, quorum vita, & conuersatio ignoratur, ecclesias, præbendas, & beneficia nõdum vacantia sibi contra decretum Lateranen. Concilii cõferri volentes, vestrũ monasterium intendũt multipliciter aggrauare. Nos igitur volentes eidem cœnobio vestro super his paterna in posterum solicitudine prouidere, auctoritate vobis præsentium indulgemus, vt saluæ sedis apostolicæ auctoritate à talium impetitione maneatis penitus absoluti. Nulli ergo, &c.

Datum vt suprà.

ABBATI, ET CONVENTVI Cistercien. vt pro se, tot grauissimis omnium ecclesiarum negocijs occupato, Deũ orent: Deq; summi Pontificis dignitate, atque oneribus.

DVm non solũ quid in summo Pontifice, verum etiam in quolibet episcopo requiratur, aduertimus, & grauitatem officii pastoralis, & præteriti temporis attendimus libertatem, & fere prorsus in insufficientia nostra deficimus, & in eo solo, cuius vices in terris gerimus confidentes, de nostris meritis non speramus. Quamuis enim variis simus negociis occupati, vtpote quibus omnium ecclesiarum solicitudo semper incũbit, aliquando tamen in vos ipsos nostræ cõsiderationis aciẽ reflectentes, dũ priorẽ statũ præsenti conferimus, & vtrunq; ad alterũ rationis lance pensamus, seruos seruorum (prout in compendio salutationis literarum nostrarum apponitur) nos esse agnoscimus, qui non solum de nobis,

bis, sed de omnibus omnino fidelibus tenemur Deo reddere rationem. Cumq; suscepti regiminis onus, quod est debilibus nostris humeris importabile, cogitamus, illud propheticū posse nobis credimus coaptari: Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Et vtinā illud nobis coaptari nō valeat: Exaltatus autē, humiliatus sum, & confusus: ne forte simus ex illis, de quibus inquit scriptura: Deiecisti eos dū alleuarentur. Quem, nisi sanæ mētis, & intelligentiæ plene nō teneat verbū illud Apostoli ad Timotheū in sua loquentis epistola: Oportet episcopum irreprehensibilē esse, sobriū, prudētem, pudicum, ornatum, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, suæ domui bene præpositum. Nam (vt difficultatem Capitulorū sequētium taceamus) qui se poterit irreprehensibilē exhibere, cum secundū Ioannem Apostolum: Si dixerimus qa peccatū nō habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis nō est, cum, & de illo, qui peccatū non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, dictum fuerit: Ecce homo vorax, potator vini, publicanorum, & peccatorū amicus, & alibi seductor, & habens dæmoniū, appellatus fuerit, & cū impijs deputatus. Cū etiā si actus nostros in obseruatione mādatorū suorum ille dirigeret, nec nos permitteret declinare ad dexteram, vel sinistram, à quo bona cuncta procedunt, refrenare tamen non possemus os iniqua loquentium, vel cauere nobis à labijs iniquis, & lingua dolosa. Quia igitur non de nostra virtute confidimus, sed de vniuersalis ecclesiæ prece speramus, vniuersitatem vestram rogamus, monemus, & exhortamur attētius, quatenus præter communem orationē, quæ pro nobis fieri consueuit, insufficientiam nostram vestris orationibus specialius adiuuetis: puras manus sine disceptatione leuantes ad Deum de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta petentes, vt quia non sunt in homine viæ eius, ipse, qui pro nobis factus est homo, dirigat gressus nostros in semitis suis, vt vestigia nostra nullatenus moueātur. Sed ipse, qui dat omnibus affluēter, & non improperat, gratiam suam in nobis multiplicet, motus interiores deponens, & actus exteriores modificans: quatenus ea semper, & meditemur interius, & exterius operemur, quæ ad laudē nominis eius, ad salutem animæ nostræ, nec non, & profectum totius ecclesiæ debeant prouenire: nec nobis, sed sibi det gloriam, qui est gloriosus in sanctis, concedens nobis per suam misericordiam ineffabilem, quod sic transeamus per bona temporalia, vt non amittamus, immo potius consequamur æterna.

Datum &c. XII. Calend. Iunij. Pōt. N. anno prim.

Scriptum est autem super hoc N. Abbati, & conuentui Claræ Vallen. N. Abbati, & conuentui. S. Victoris Parisien. N. Abbati & conuentui Præmostraten.

N. ANDINACHANEN. Archiepiscopo, vt post acceptam Episcopi Rathobotēsis, electionē alterius cōfirmet.

PEr alias literas tuæ fraternitati mandasse meminimus, vt venerabilē fratrem nostrū N. Rathoboten. episcopum ad recipiendā curam suæ diocesis, quam aliter, quàm debuerat, resignarat, compelleres, & si forsan eā postmodū in tuis manibus auctoritate sedis apostolicæ resignaret, ecclesiæ ipsi in personā faceres electione canonica prouideri. Verum ne personā dilecti filij fratris G. reprobasse forsitan videamur, si idem Episcopus resumptā curā pastoralis officij spōtaneus voluerit in tuis manibus resignare, & clerici eiusdē ecclesiæ ipsum in episcopum canonice duxerint eligendū, confirmandi electionem ipsius, & eum in episcopū consecrandi tibi licentiā non negamus.

Datum Ro. &c. XV. Cal. Iunij.

P. PRESBYTERO CANONICO sancti Michaelis Maioris Papien. quod confirmetur sententia, lata per Cardinalem S. Mariæ in causa P. & Iacobi, clerici Papiensis.

CVm tā tu, quàm dilectus filius Iacobus clericus Papien. pro controuersia ecclesiæ sancti Michaelis pbendæ, q̄ inter te, & ipsum vertebat, in nra essetis

præsentia

prẽsentia constituti, vobis dilectum filium P. sanctæ Mariæ in via lata, diacon. Card. concessimus auditorem: ante cuius præsentiam taliter fuit ex parte ipsius I. allegatum, ꝙ olim Streuua quondam præpositus, & canonici dictæ ecclesiæ de cõi consensu, & voluntate vnanimi septem clericos in canonicos elegerunt, inter quos ipse in sexto loco fuit ab eis nominatus canonice, & electus. Cumq; procedẽte tempore duo ex ipsis electis obiissent, & de canonicis ipsius ecclesiæ vnus in præpositum fuisset assumptus, & duo viam vniuersę carnis intrassent, & primo vacatura præbenda deberet ipsi assignari, & ipse præpositus ad iã vacantẽ præbendam eum recipere recusaret, ipse cognoscens quod præbendam ipsam alibi cõferre volebat, ne tua electio, & receptio fieret, sedem apostolicã appellauit, & curauit quãtũ potuit fortius inhibere, & ad Romanam accedẽs ecclesiã ad dilectos filios B. maioris ecclesiæ, & magistrum I. sancti Romani præpositos Papien. literas impetrauit: qui cognito per testes idoneos, & quosdã canonicos ecclesiæ memoratæ de electione ipsius, stallum ei in choro, & locũ in Capitulo, & refectorio assignarũt. Sed quia in literis apostolicis de præbẽda, q̃ iam tibi collata fuerat, mentio nõ fiebat, iterum ad apostolicam sedem accessit, & ad dilectũ filiũ N. Abbatẽ sancti Petri in cœlo aureo, & prædictũ præpositũ sancti Romani literas reportauit, vt ipsi causam audirent, & eam appel. rem. fine canonico terminarent: qui vtriusq; partis rationibus auditis, ac testibus, quos ipse I. produxerat receptis, & attestationibus publicatis pro eo sententiam promulgarunt, quam postulabat auctoritate apostolica confirmari. E contra vero tu taliter respõdebas, quod cũ felicis memoriæ Vrb. Papa prædecessor noster duos vellet clericos in p̃fata ecclesia ordinare, ipsi ad mãdatũ apostolicum declinandum sex de nobilibus Ciuitatis Papien. ad vacaturas prębẽdas, quæ nõ essent sacerdotales in clericos nominarũt. Postmodum vero quidã de fratribus eiusdem ecclesiæ cõsanguineus I. ante dicti præpositum, qui tunc erat, & quosdam de fratribus rogauit attente, vt eum post dictos sex electos in clericũ nominarent: qui pluribus de fratribus irrequisitis, qui præsentes erant, fiat sicut dicitur, respõderũt: ꝓ quo dicebas eius electionẽ aliquã nõ fuisse, quia q̃ plurium fratrũ præsentiũ nõ fuit requisitus assensus, cũ electio cõsensum, vel saltẽ requisitionẽ fratrũ exigat singulorũ. Dicebat etiã dilectus filius N. præpositus tuus, in eiusdẽ Cardinalis præsentia cõstitutus, quod à felicis recordationis C. Papa prædecessore nostro idẽ I. p falsam insinuationẽ, & tacitã veritatẽ ad prædictos præpositos Papien. obtinuit, per quam se nõ esse cogendũ præfatũ I. respõdere in præsentia ipsorũ iudicũ allegauit: quia pro eodẽ negocio spãlẽ nũcium ante citationẽ ad sedẽ ap. destinarat, & q̃m ipsi iudices tam ipsam exceptionẽ, q̃ alias, quas proponebat, admittere noluerunt, sede apostolicam appellauit: qui appellatione cõtempta ante litis cõtestationẽ ꝓ ipso I. snĩam ꝓtulerunt: quã ideo nõ tenẽdã dicebat, quia post appellationes legitime interpositas, & nõ seruato fuit iuris ordine ꝓmulgata. Post modicũ aũt temporis sæpe dictus I. contra te, qui tam p præpositũ, q̃ canonicos prædictæ ecclesiæ, vacãtem præbendam canonice fueras assecutus, literas ad prædictos Abbatem, & præpositum impetrauit, quorũ tu nolens iudiciũ subintrare, quia vnus eorum consanguineus erat I. antedicti, & alter sup eadẽ causa tertiò iudex fuerat delegatus, sedẽ apostolicã appellasti: qui licet mortẽ prædecessoris nostri eorũ iurisdictio expirasset, snĩam tñ contra te ꝓtulerũt, quã sicut post appellationẽ à suspectis iudicibus, & mãdato expirato irrationabiliter latã, auctoritate postulabas apostolica infirmari. Prædictis itaq; Cardinalis auditis hinc inde propositis, & diligẽter inspectis de mandato nostro habito prudentũ virorũ cõsilio, cognoscens præfatã electionẽ contra Lateranen. cõcilium celebratã, canonicã non fuisse, cum in ea fratrum præsentiũ assensus non fuerit requisitus, & ideo si quid ex ea, vel ob eam factũ fuit aliquo modo, vel secutum, nullius debebat existere firmitatis, eundem I. nihil iuris in præbenda quam postulabat habere sententiãdo decreuit, & te, &

ecclesiam

ecclesiam prædictam ab impetitione ipsius, occasione electionis prædictæ penitus liberauit. Nos verè eiusdem Car. sententiam approbãtes, eam auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio cõmunimus. Nulli ergo &c. vt suprà. XV. Calend. Iunij.

N. ABBATI SANCTI DIONYSII, de electione sui in Abbatem confirmatione Apostolica.

LAudabilis vita in tuo degentium monasterio, quam ille à quo cuncta bona procedunt per morum consonantiam mirabiliter ordinauit, se nobis exhibet plurimum in Domino commendandã, & ex eo, quod in ordinationibus ecclesię tuæ cum maturitatis multæ consilio in voluntate vnanimi fit processus, quẽ in factis suis exulans tanquã peregrina dissensio cordium non perturbat, vehementer inducimur, vt eorum concordiæ noster concurrat assensus, & quæ rite aguntur fauore apostolico prosequentes apponendo manum nostræ confirmationis, eadem approbemus. Sane per literas dilectorum filiorum conuentus eiusdẽ monasterij sancti Dionysij nobis innotuit manifeste quod in electione tua tanta cõcordia fuerit animorum, vt ab eo qui fidelium mentes vnius efficit voluntatis, omnium vota in vnum directa fuisse credantur. Vnde nos paci, & tranquillitati ecclesiæ tuæ plurimum congaudentes in Domino, eorumq; petitioni clementius annuentes, ipsam electionem de te canonice celebratam, auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c.

Datum &c. vt suprà. Calend. Iunij. Pontificatus nostri anno I.

N. AGRIGEN. EPISCOPO, quod ipsi liceat monasteria transferre ad loca tutiora.

IN his, quæ pro religiosorum locorum reparatione requiris à nobis, & quæ postulas pro statu ecclesiastico cõseruando, tanto libentius assensum tibi apostolicum impertimur, quãto ad id amplius pastoralis officij debitum nos inducit. Significasti siquidem nobis, quod quædam monasteria in tua dioecesi constituta, tempore seditionis inter Sarracenos, & Christianos exortæ, depauperata quædam negligentia abbatum deserta, quædam vero omnino destructa fuerãt, quæ ad tutiora desideras loca transferre. Insuper in reditu tuo possessiones quasdam, & decimas ad mensam clericorum Agrigentinen. ecclesiæ pertinentes inuenisti alienatas ab ipsa, quas intendis ad vsum ipsius de auctoritate sedis apost. reuocare. Ea propter ven. in Christo frater, tuis precibus annuẽtes, fratern. tuæ auct. apost. indulgemus, vt monast. ipsa cum dignitatibus suis ad loca tutiora cum consilio Metropolitani tui transferre possessiones, & decimas, & alia, tã mobilia, quàm immobilia illicite alienata, à mensa ecclesiæ, ad eam tibi liceat legitime reuocare. Nulli ergo &c.

Datum &c. vt suprà. IIII. Idus Maij.

ABBATI, ET CONVENTVI sancti Germani Antisiodoren. qua indulgetur ijs, quòd sacrum chrisma, et oleum, atque consecrationes ab alio catholico Episcopo accipere liceat, si Antisiodorensis gratis impartiri nolit.

EX multiplicitate quærelarũ vestrarum, quas aduersus fratrem nostrũ N. Antisiodor. episcopum præpositas à vobis audiuimus, ipsum monasterio vestro vsq; adeo arbitramur infestũ, vt per eum (sicut dicitis) sine difficultate non possitis pontificalia percipere sacramenta. Nos aũt, quibus imminet vniuersorũ necessitati prospicere, volentes vobis ex ministerio susceptæ regiminis, puidere, ne pro duritia ipsius Epi defectũ in talibus incurratis, pñti vobis scripto duximus indulgẽdũ, vt si memoratus episcopus à vobis humiliter requisitus, chrisma, oleum sanctum, consecrationes altariũ, seu basilicarũ, benedictionẽ abbatis, & ordinationes monachorũ, qui fuerint ad ordines promouẽdi, gratis, & sine prauitate vobis indulgere noluerit, vel malitiose distulerit, liceat vobis aliũ, quẽ malueritis catholicũ adire Pontificẽ: qui auctoritate nostra fretus, vobis, quod postulatur, indulgeat. Indulgemus etiam vobis,

bis, vt siquando homines monasterij vestri vinculo tenentur excommunicationis astricti, pro eorum absolutione præfatus episcopus, vel quilibet alius potestatem non habeat pecuniam extorquendi. Et si in eos, quia propter hoc pecuniam non exsoluunt, ecclesiastica fuerit sententia promulgata, eã decernimus auctoritate apostolica nõ tenere. Nulli ergo &c.

Datum &c. vt suprà. XVII. Calẽ. Iun.

N. LINGONIEN. EPISCOPO, *quod controuersiam inter ipsum & suum Capitulum exortam grauate audierit, & vtrique parti certum agendi terminum præfigit.*

LIcet iuxta testimonium veritatis necesse sit, vt veniant scandala, quia tamen secũdum idem: væ homini illi per quem scandalum venit, dolemus non modicum, cum inter viros ecclesiasticos, qui pacem euangelizare tenentur, seditionis alicuius materia pullulat, & litigiorum incentiua subcrescunt, cum in ecclesiæ corpore omnia debeant in vinculo pacis, & vnitate tractari. Quamuis autem super quorumlibet ecclesiasticorum virorum discordia plurimum dolea mus, maiori tamen dolore concutimur, cum vel pater in filios, vel filij seditionẽ suscitant in parentem, & illos discordia diuidit: quibus ad vnius ecclesiæ obsequium deputatis deberet esse cor vnũ, & anima vna. Saue cum tu Lingonien. ecclesiæ caput existas, dilecti autem filij decanus, & canonici Lingonien. sint membra ipsius, ac tua, tanto vos vellemus ad inuicem charitatis vinculo coniuri, vt vicissim vestra onera portaretis, & tu membris dolentibus condoleres, & ipsi suis tibi vicibus in vnitate spiritus deseruirent. Verum (sicut accepimus) inimico homine super seminante zizania, tanta inter vos discordia est suborta, vt dictis canonicis te coram venerabili fratre nostro Lugdunen. archiepiscopo, super dilapidatione, & insufficientia in causam trahentibus, tu ad apost. sedis audientiam appellaris, festum beati Lucæ prox. futurum terminum appellationi prosequendæ præfigens, quem ijdem canonici ad dominicam, qua cantatur Iubilate Deo, proximo præteritã, sicut eorum continebant literæ, coarctarunt. Nos igitur vtrique partium deferre volentes, ne sub intemperie aeris, & caloris distemperantia cogamini ad sedem apostolicam laborare, fraternitati tuæ sub peremptorio per apostolica scripta mandamus, quatenus hinc ad festum beati Michaelis proximo futurum apostolico te conspectui repræsentes, canoni corum responsurus obiectis, & propositurus, siquid proponere volueris contra ipsos, nisi forsan interim inter vos pacis possint fœdera reformari. Scias autem nos partem aduersam ad eundem terminum citauisse, ita vt illi, quorum nomina per tuas nobis literas expræssisti, personaliter ad nos accedãt, his, quæ propo sueris, responsuri. Ad hæc tibi fortius inhibemus, ne occasione huius discordiæ bona ecclesiæ tuæ dilapidare præsumas.

Datum, vt suprà.

N. ATREBATEN. ET N. *Syluanecten. Episcopis.*

PIa patrum, prædecessorumq; nostrũ solicitudo. Requirite superiùs pagina 103. Et sicut scriptum est pro ecclesia S. Germani de Pratis, ita scriptũ est pro monasterio sancti Dionysij in Parisiensi dioecesi constituto.

N. ABBATI, ET CONVENTUI *sancti Germani Antisiodoren. quod excommunicatio Episcopi Antisiodorensis iniusta, & contra iuris ordinem instituta, non obliges.*

GRauis ex parte vestra fuit in auditorio nostro quærela proposita, quod venerabilis frater noster N. Antisiodoren. episcopus, & presbyteri eiusdẽ dioceſis homines vestros absq; manifesta, & rationabili causa non seruato iuris ordine, excommunicationi subijciunt pro suæ arbitrio voluntatis. Volentes igitur grauamini vestro paterna solicitudine prouidere, si prædictus episcopus, & presbyteri in homines vestros excomm. sententiam, absque manifesta, & rationabili causa & iuris ordine

non

non seruato duxerint promulgandã, eã decreuimus non tenere & vos auctoritate apostolica diuina eis officia celebretis. Nulli ergo &c. Datum &c. vt suprà. XVII. Calend. Iunij.

EISDEM, QVOD LICEAT archiepiscopum Senonensem pro iustitia adire, si Antisiodorensis eam administrare negligat.

CVm venerabilis frater noster N. Antisiodoren. episcopus, vsque adeo (sicut dicitis) sit vobis infestus, vt de parochianis suis malefactoribus vestris, per eum iustitiam non possitis habere, nobis imminet prouidendum, ne pro defectu iuris monasteriũ vestrum violentijs pateat, & incursibus malignorum. Ea propter dilecti filij præsentibus vobis literis indulgemus, vt ad venerabilem fratrem nostrum N. Senonen. Archiepiscopum pro coercendis ipsis malefactoribus vestris recursum habere possitis, qui defectum ipsius episcopi de auctoritate nostra debeat in hac parte supplere. Nulli ergo &c. Datum vt suprà.

N. EPISCOPO, ET N. Decan. Matisconen. quæ ijs causa ecclesię Eduensis & cœnobij Balmẽsis cõmittitur.

EXposita nobis Eduen. ecclesiæ petitio continebat, ꝙ cum olim felicis recordationis C. pp. prædecessori nostro deposuissent, de Balmen. monachis, quęstionem de terris, & ecclesijs in valle polliniaci constitutis, & idem prædecessor noster cãm ipsam venerabili fratri N. Cabilonen. episcopo, & dilecto filio N. abbati de firmitate commisisset fine debito terminandam, á præfatis tandem monachis, fuit ab eisdem iudicibus appellatũ. Ille vero, qui abbas ipsius monasterii dicebatur, ad prosequendam appellationẽ accedens, semel se tantum apostolico cõspectui præsentauit, & de appellatione facta mentionem faciens illicentiatus recessit. Cumq; nuncius Eduen. ecclesię ad appellationem prosequendam ad sedem apostolicam destinatus apud eam fuisset longo tempore commoratus, idem prædecessor noster peremptorie citauit monachos antedictos, eis sub excommunicationis pęna præcipiens, vt ille, qui se gerebat abbatem cum aliquibus ipsius monasterii monachis, in festo beati Lucæ proxime præterito ad eius præsentiã sufficienter instructi accederent, vt Eduen. ecclesiæ plenarie responderent, & satisfacerent Romanæ ecclesiæ de contemptu. Ipsi vero licet iuxta formam mandati Apostolici non venissent, quidam tamẽ monachorum ad Romanam ecclesiam accesserunt, quos nuncius præfatæ Eduen. ecclesiæ inuenit apud sedem apostolicam commorantes, quid de suo negocio diffidentes ante causæ discussionem, vt magis aggrauarent Eduen. ecclesiam recesserunt, & ad venerabilem fratrem nostrum N. Beden. Episcopum, & dilectum filium N. abbatem de Balerna, & N. priorem boni loci per subreptionem præfato nuncio Eduẽ. ecclesiæ ignorante literas (ut dicitur) reportarunt. Post modum vero, cum præfato nuncio Eduen. ecclesiæ, se quidam N. Balmen. monachus opposuisset, eis dilectos filios I. tt. Sancti Stephani in cœlio monte præsbyterum, & G. Sancti Adriani, Diac. Card. concessimus auditores. In quorum præsentia cum aliquandiu litigassent, & sua scripta eisdem Cardinalibus tradidissent, monachus ipse illicentiatus recessit, & noluit sententiam expectare. Cum igitur cuique simus in sua iustitia debitores, & nolimus aliquem de fraude sua commodũ reportare, discretioni vestrę per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus conuocatis ad vestram præsentiam partibus, si vobis constiterit Eduen. ecclesiam à præfatis monachis, prædictis terris, & ecclesiis præter iuris ordinem spoliatam, vos ei auctoritate nostra prædictas terras, & ecclesias cum fructibus inde perceptis, non obstante contradictione, vel appellatione cuiuslibet, resignetis: prædictis literis nequaquam obstantibus, quas etiam morte præfati prædecessoris nostri credimus expirasse. Post restitutionem vero integram ablatorum, & expensarum, quas canonici Eduen. ecclesiæ in appellatione monachorum prosequen-

da, quam ipsi monachi prosequi non curarũt, se rationabiliter feciſſe probabũt, audiatis si quid emerserit quæstionis, & illud sine debito appellatione postposita terminetis. Quod si ambo, &c. tu frater episcope, & cæt. Datum Romæ apud Sanctum Petrum. Idibus Maij. Pontificatus nostri anno primo.

CAPITVLO MEDIOLANEN. si, vt præbendam & domum Episcopo Terdonensi, suo collegæ restituant.

SYnceritatem eorum, qui seruentiores in ecclesiæ deuotione perſistunt, ecclesia Romana ampliori benignitate cõsueuit amplecti, & iuxta meritorum suorum prærogatiuam eis debiti honoris gratiam impertiri. Insinuauit siquidem nobis venerabilis frater noster O. episcopus Terdonen. quod cum bonæ memoriæ Cœlestinus prædecessor noster, eidem per apostolicam indulgentiam concessisset, vt beneficia, quæ habebat, quando fuit ad officium Pontificale vocatus, ei liceret vsque ad triennium possidere, & auctoritate illius indulgentiæ, præbendam, quam in ecclesia vestra fuerat assecutus, integre possedisset, ita quod in electione archiepiscopi vestri, sicut vnus canonicorum vocem habuit, & in venditionibus, aliisque negociis Mediolanen. ecclesiæ, ipsius tanquam canonici fuit requisitus assensus, & in instrumentis etiam manum subscriptionis apposuit. Nos super quo de prudentia vestra miramur, post appellationem ab ipso episcopo ad nos interpositam, ex quo etiam iter arripuit ad sedem apostolicam veniendi, non expectantes terminum in ipsa indulgentia præfinitum, cum ipse (sicut asseritur) non renunciauerit indulgentiæ, in contemptu ecclesiæ Romanæ præsumpsistis de ipsa præbenda in eius præiudicium ordinare, & eam cuidam clerico assignastis, ac domum eius non estis veriti occupare. Nos ergo (si verum est quod asseritur) reuocantes in irritum, quicquid per vos contra formam præscriptæ indulgentiæ in præiudicium eius noscitur attentatum, vobis per præsentia scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus tam præbendam, quàm domum ei restituere minime differatis, & antequam præscriptus terminus compleatur, cum interim non intelligatur vacare præbenda, super ipsa nullum ei grauamen, vel molestiam irrogetis, sed eum plena, & quieta permittatis illius possessione gaudere. Alioquin noueritis nos, venerabili fratri nostro N. Vercellen. episcopo dedisse firmiter in mandatis, vt ipse auctoritate nostra sine appellationis obstaculo quæ præmisimus exequatur. Datum &c. VIII. Calend. Iunij, Pont. nostri anno primo.

Illi scriptum est super hoc.

N. ARCHIEPISCOPO SENONEN. vt cogat episcopum Eduensem cum abbate Flauiniano initam concordiam obseruare.

CVm olim dilectus fil. G. abbas Flauiniacen. pro iniurijs, & grauaminibus, quæ ipsi ven. fra. noster eps Eduen. intulerat, ad sedem apostolicam accessisset, & ibidem nõ sine dispẽdio, si forte alicui quis aduersarius appareret, diutius expectasset: tandem nuncij eius post moram diutinam aduenerunt, qui cum parati fuissent ad inuicem litigare, facta compromissione hinc inde legitima in venerabilem fratrem nostrum O. Ostien. episcopum conuenerunt, eodem post multam deliberationem arbitrii sententiam proferente: quia ipse episcopus in scriptum de vtriusq; partis assensu redegit, pœna hinc inde statuta, siquis ab arbitrio resiliret, sicut in scripto authentico eiusdem episcopi continetur. Inde est, quod eidem episcopo Eduensi mandamus, vt sententiam illam arbitrii absque refragatione qualibet studeat obseruare. Si enim contra eam (quod nõ credimus) temere ipsum venire contingeret, nullatenus dissimulare possemus, quin eum ad obseruationem illius, vel ad solutionem pœnæ statutæ, præuia ratione cogeremus inuitum. Vnde fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus diligenter inquiras, vtrum prædictum arbitrium à partibus obseruetur, & per quã partem, & ex qua causa stare cognoueris, quominus ipsum obseruetur arbitrium, & secundum formam ipsius

fiat

fiat restitutio ablatorũ, nobis nõ differas intimare, atq; in irritum app. postposita reuocans, si quid in præiudiciũ ipsius abbatis, vel ecclesiæ suæ post iter ad sedem apostolicam arreptum, & post appellationẽ ad sedem apostolicam positam temere inueneris attentatum, non permittas ipsos indebite molestari. Verum quia antequam idem abbas iter arripuisset ad sedem Ap. veniendi, tam eum, quàm obedientes ei excommunicasse prædictus Eduen. episcopus dicebatur, & terram eius suppositisse sententiæ interdicti, licet eædem sententiæ latæ minus legitime viderentur, cum ipse abbas prius ad sedem apost. (vt asserit) appellasset, per dictum tamen Ostien. Episcopum, ad maiorem cautelam munus ei fecimus absolutionis impendi. Datum Romæ &c. XI. Calend. Iunii.

Scriptum est autem Eduen. episcopo, vt ipsam sententiam arbitrij absq; refragatione qualibet studeat obseruare.

HVGONI ABBATI VIRZILiacen. ecclesiæ, qua confirmat electionem ipsius: hortaturque vt magno & forti animo tantum opus aggrediatur.

CVm status ecclesiarũ, & rigor monasticæ, ac canonicæ disciplinæ ex maiori parte pendeat ex prælatis, vtpote, qui probitatis, vel prauitatis exẽplo, vel informant subditos, vel corrumpunt, cum aliquis ad officium prælationis assumitur, per quem committenda ei ecclesia in spiritualibus possit, & temporalibus suscipere incrementum, gaudemus plurimum, & electioni canonicæ apostolicum libenter impertimur assensum. Significarunt siquidem dilecti filii N. Prior, & conuẽtus Virziliacen. per literas suas, & iidem dilecti filii, monachi, & nuncii eorum sua nobis relatione monstrarunt, quod G. quondam ipsorum abbate viam vniuersæ carnis ingresso, volentes suæ ecclesiæ filiali solicitudine prouidere, in te vota sua vnanimiter contulerunt, patrem te sibi, & fratribus suscitantes: qui eis vtilius, & melius præsis, & prosis: cum te nõ aliunde vocatum, sed de ipsis eisdem vnanimi cognoueris electione assumptum. Circa commendationem quoque personæ plurimum institerunt, asserentes per eosdem nũtios, & literas, & talis existas, qui & temporalia vtiliter dispensare noueris, & spiritualia laudabiliter ministrare, & per quem possint proficere, vita pariter, & doctrina. Præterea venerabilis frater noster Senonen. archiepiscopus per literas suas, & electioni canonicæ testimonium perhibuit, & personam idoneam esse asseruit ad officium abbatiæ. Nos igitur super forma electionis nunciis & literis ipsorum, super idoneitate verò personæ fidem dicto archiepiscopo adhibentes, quem credimus nihil nobis contra conscientiam suggesturum, quod ab ipsis canonice factum est auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Hortamur autem, vt in eo confidens, qui aperit ora mutorum, & linguas infantium facit disertas, solicitudinem, ad quam ipsius es prouidentia euocatus, assumens, talem te subiectis exhibeas, vt te non tam prælatum, quàm patrem experiantur, & sic se in bonis à te foueri cõgaudeant, quod circa correctionem excedentium rigorẽ in te vigere sentiãt monasticæ disciplinę. Datum, vt suprà.

N. ARCHIEPISCOPO, ET N. archidiac. Senonen qua clericus qui casu puerum occiderat absoluitur.

EXposuit nobis dilectus filius M. presbyter de Stabulis, quod cũ olim inuitatus à quibusdã pueris de manu vnius eorum arcum receperit & sagittam, & eã dirigere voluerit in arborem, quæ obstabat, manu errante sagitta eadem discurrens per aerem, puerum quendam valde distantem modicum vulnerauit in capite: pp quod idem puer creditur postmodũ expirasse. Quod cũ idẽ presbyter bonæ memoriæ G. prædecessori tuo frater archiepiscope sponte curasset humiliter cõfiteri, ipse pñam, & contritionẽ ipsius attendẽs, super beneficio ecclesiæ de Stabulis, q̃ in archidiaconatu tuo fili archidiacone adeptus fuerat, misericorditer dispensauit, vt ipsum, quoad viueret possideret: mandans eidem, vt ad sedẽ apostolicã accederet, mandatis super officio apostolicis pariturus. Quia vero in hoc

non ex voluntate (ficut asserit) sed casu deliquit, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus si verum est (quod asserit) factam cum eo misericordiam attendentes, quod à dicto archi episcopo factum est ratum habentes, & firmum, cum super beneficio prædicto propter hoc nullatenus molestetis, aut patiamini ab alijs molestari. Datum Romæ apud Sanctum Petrum.

N. TRECEN. EPISCOPO, VT plura beneficia habentes resignare cogantur: & quod clericos suos, quando publica salus postulat, ad maiores ordines suscipiendo compellere queat.

INiuncti nobis officii ratione compellimur, & charitatis debito prouocamur fratribus, & episcopis nostris in suis iustis petitionibus fauorem apostolicum impertiri: vt qui specialiter in partem nostræ solicitudinis sunt vocati, tanto commissum sibi officium liberius exequantur, quanto se, & iura sua maiori viderint sedis apostolicæ benignitate iuuari. Ea propter venerabilis in Christo frater tuis iustis precibus benigno com. as. ad exemplar prædecessorum nostrorum felicis memoriæ Lucii, & Clementis Romanorum Pontificum auctoritate tibi præsentium indulgemus, vt clericos tuæ diœcesis qui contra statuta Lateranē. concilii prauæ cupiditatis ardore, plures Ecclesias, vel ecclesiastica beneficia detinere contendunt, cum de prouentibus vnius ipsi congrue valeant sustentari, ad canonicum valeas reducere moderamē. Clericos vero ecclesiæ tuæ, quos necessitas postulauerit ad sacros ordines promoueri, secundum priuilegium M. prædecessori tuo, & successoribus tuis à felicis record. Alexandro pp. prædecessore nostro indultum, liceat tibi, si idonei fuerint, nec de canonica poterint institutione repelli, ad eosdem ordines suscipiē dos, secundum canonum instituta compellere, vel si inobedientes fuerint animaduersionis ecclesiasticæ sententia cogere: nisi contra hoc alicui fuerit sedis apostolicæ auctoritate indultum, vt ad suscipiendos ordines non cogatur. Et quia Trecen. ecclesia tuæ prouisioni cōmissa, tuo debet moderamine gubernari, nec vllus in messem tibi creditam falcem debet ausu temerario mittere, præsentium auctoritate statuimus, vt nulli subditorum tuorum liceat post appellationem ad te rationabiliter factam, parochianos tuos excommunicatione percellere, vel commissas tibi ecclesias supponere interdicto. Quod si præsumptum fuerit, sniam decernimus non tenere, & si non præcedente appellatione snia talis ab aliquo subditorum tuorum fuerit irrationabiliter promulgata, sententiam talem valeas (prout iustum fuerit) relaxare. Nullis literis institutioni canonicæ præiudicium facientibus à sede ap. impetratis. Dat. Rom. apud S. Petrum.

N. SENONEN. ARCHIEPISCOPO, & N. trecen. episcopo, ne quid in proprium commodum, & successorum detrimentum canonici constituant.

CVm oēs vnū corpus simus in Chro, singuli aūt alter alterius mēbra, nō dēnt maiores minoribus, aut seniores iunioribus inuidere: si oēs, qui in vna ecclesia vni Dño famulantur, pari gaudeāt libertate, cū pondus, & pōdus, mensura, & mēsura, vtrunq; abominabile sit apud Deum, & euangelicus paterfamilias pari mercede primos vineæ suæ operarios remunerauerit, & extremos. Verum ad audientiam apostolatus nostri peruenit, q̄ dilecti filii Trecen. Canonici propriis inhabitantes commodis, & aliorum profectibus inuidentes, nouum fecerunt in Trecen. ecclesia constitutum, vt eis tam in præsentia sua, quàm absentia redditus suos ex integro percepturis, qui in eadem ecclesia post illam institutionem fuerunt, vel de cætero fuerint instituti, redditus ex ea in absentia non percipiāt, sed tunc solum, cum in ea fuerint residentes: cum secundum Trecen. ecclesiæ consuetudinem oēs in hoc consuenerint esse pares, statuerunt etiam, vt cum singulis præbendis annexæ sint vineæ, ipsis suas dum vixerint possidentibus, vineæ decedentiū ad successores non transeant, sed prouentus earum inter singulos diui dantur. Cum igitur quod quisque iuris in alterum statuit, ipse debeat in eodem, & sapientis dicat auctoritas, patere legē quam tuleris, fraternitati vestræ per

Cap. Cū oēs, de constitutionibus.

apo-

apostolica scripta mandamus, quatenus antiquos canonicos iunioribus, & iunio res in perceptione fructuum tam præbē darum, quàm vinearum coæquetis antiquis, secūdum priorem consuetudinem vsq; ad tēpus prædictæ institutionis seruatam, vel secundum rationabilem insti tutionem deinceps obseruandam, illos per districtionem eccle. percellētes, si qui duxerint renitendum. Nullis literis &c. harum tenore &c. quod si ambo &c. alter vestrum &c. Datum.

TRECEN. EPISCOPO, INItæ concordiæ confirmatio Apostolica.

IVstis petentium &c. vsque ad verbum Assensu. Compositionem super abbatia Belli loci, quoad vixeris ordinanda in ter te ex vna parte, & dilectos filios Alesmum Abbatem Calmontem. Robertū, & Geruasium canonicos Præmonstratē. nomine Abbatis, & totius cōuentus Præ monstraten. apud ecclesiam Romanam agentes ex altera, per dilectum filium S. tt. Sanctæ Praxedis presbyterum Car. de mandato apostolico celebratam, sicut sine prauitate qualibet facta est, & ab vtraque parte recepta, & in eiusdem Car. authentico plenius continetur, auctoritate apostolica confirmamus. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud sanctum Petrum.

N. XANCTONEN. EPIScopo, vt prior de Prato dilapidator deponatur.

INter ea, per quæ status ecclesiæ vacillat, sæpius est causa potior incuria, seu pernicioſa negligentia prælatorum. Nā cum forte caput est languidum, est necesse quod membra langueant, & infecta morbi contagia, nec fomentum medentis capiunt, nec pristinæ possunt de facili restitui sanitati. Sane dilecti filij pauperes Canonici de Prato Apostolatui nostro significare curarunt, quod cū Petrus nunc Prior ipsorum olim in Grādimoten ecclesia sub religionis habitu per annos plurimos permāsisset, arctam tandem deuitans regulā, ad ollas carniū redire voluit, & obitus voti, quod fecerat ad canonicos se transtulit regulares, & in ipsa ecclesia de Prato voluit eligi in Priorem. Cumq; domus sibi dominium commissum iam esset à fratribus, debacchatur in gregem subditum, nec illorū bona distrahere pertimescit, sed solus fugiens fratrum mensam atq; collegium, ab illorum quidem consortio se reddit sæpius alienum. Vnde quisque passim ad libitum impune potest excedere, & sic perit honestas ordinis, per quam locus olim floruerat, & vilescit, q; charum omnibus religionis, hospitalitatisq; gratia præpollebat. Adiecerunt insuper, q; cum domus bona deficerent plures ibidem canonicare presumpsit: laicos etiam contra approbatam ecclesiæ consuetudinem multos intrudere non expauit, sed quod ab eis fuerat elargitum non transfundit in vsus fratrum egentium, sed male acquisita iuxta motum proprię voluntatis expendit. Nolentes igitur, vt arbor sterilis occupatam diutius terram detineat, fraternitati tuæ per apost. scripta mādamus, quatenus de veritate prædictorum inquirere non postponas, & si rem noueris ita esse, ipsum ab administratione prioratus amoueas, & prædictis canonicis eligendi personam idoneā auctoritate nostra liberam tribuas facultatem: dictumq; Priorem, vt ad claustrum prædictum redeat, per censuram ecclesiasticam appellatione cessante compellas: & cum antiqua sit ipsius ecclesiæ consuetudo, & approbata, vt in singulis officijs singulæ personæ ponantur, quæ ordinanda videris auctoritate nostra disponas. Nullis literis veritate, & iustitiæ præ. &c. Datum vt suprà. II. Idus Maij &cæt.

N. XANCTONEN. ET MAG. P. Petragoricen. Archidiac. eiusdem fere argumenti.

INter ea vt sup. vsque ad verbum Sanitati. Insinuantibus equidem nobis dil. filijs monachis, de Brantonio nostro fuit apostolatui declaratum, q; cum Abbati suo domus dominium &c. vsque ad verbum facultatem: excepto quod vbi superius dictum est canonicare: hic dicitur sine fratrum assensu mo-

nachare, & cum antiqua sit ipsius eccle siæ &c. vsque in finem, vt suprà. Nullis literis &c. vt suprà. Datum &c. VI. Calend. Iunij.

N. ABBATI, ET FRATRIbus præmonstraten. vt disciplina monastica obseruetur, & quòd Pontifex eam non velit turbare.

VSque adeo nos, & prædecessores nostros flagrans religionis vestrę fama resperſit, vt odore syncerę opinionis vestræ in Domino delectati super his, quæ à vobis in communi Abbatum vestri ordinis Capitulo statuuntur, nisi vel honore nostro, vel iustitiæ apertius obuiarent nullatenus dubitemus, quin ad ea secundum Deum, & statuta vestra recte, ac rationabiliter procedatis. Sane cum prædecessores nostri Romani pontifices ordini vestro priuilegium indulserint speciale, & speciali semper gratia vos fuerint prosecuti, in his, quæ ad correctionem fratrum vestrorum pertinent, vos non intendimus aggrauare, quominus in delinquentes exerceatis libere canonicam disciplinam. Præsentatæ siquidem nobis fuerunt ex parte vestra binæ literæ, à sede apostolica diuersis temporibus impetratæ: in quarum primis bonæ memoriæ C. Papa prædecessor noster sententiam, quam in Balduinum, & Hugonem eius socium tuleratis ratam habens, & volens inuiolabiliter obseruari, vobis mandabat, vt neutrum eorum admitteretis ad consortium vestrum, præter mandatum sedis apostolicæ speciale: nisi forsan in tantum ad vos in corde contrito, & spiritu humiliato accederent, quod eorum postulatio vobis videretur misericorditer admittenda. In alijs vero vniuersitati vestræ mandauit, vt memoratum B. nulla facta mentione de ordinis disciplina in vestrum consortium admittere nullatenus differretis. Quia vero (sicut vestræ literæ continebant) in eiectione prædictorum B. & H. & fautorum eorum exulauit à vobis scandalum, & pax inter vos, & concordia plena regnauit, ne ex receptione talium concordia vestra turbetur, quid de his, vel alijs, quod secundum statuta vestri ordinis à vestro cõsortio amouistis, vel duxeritis imposterum amouendos, statuendum fuerit, vestræ discretioni relinquimus: ne per nos rigor vestri ordinis eneruetur. Ad hæc vobis auctoritate apostolica indulgemus, vt super receptione alicuius, qui à vobis eiectus fuerit, literas vobis apostolicas duxerimus destinandas, cum nullatenus recipere teneamini, nisi literis nostris expressum fuerit: salua ordinis disciplina. Datum &c. vt suprà. V. Idus Maij.

P. ABBATI PRAEMONstratē. & eiusdem ordinis abbatibus, quæ confirmatur cõstitutio, quòd Præmonstratenses nõ debeãt vti mitra, & chyrotecis.

QVæ in fauorem religionis, ad subtrahendam dissolutionis materiã sunt prouide instituta, firma debent, & illibata seruari, & ne infringi valeãt apostolico præsidio communiri. Significasti siquidem nobis, q̃ cõmuni consilio Abbatum vestri ordinis statuistis, q̃ nullus Abbatum vestrorum mitra, vel chirothecis vtatur, ne forsan ex ipsis supercilium elationis assumat, aut sibi videatur sublimis, cũ his vti se viderit, quę põtificibus, & maioribus ecclesiarum prælatis à sede apostolica sunt concessa. Nos igitur institutionem ipsam, sicut à vobis prouide facta est, & recepta, auctoritate apostolica confirmamus, & p̃sitis scripti pagina cõmunimus: statuentes, vt si qua forsan ecclesia laxioris ordinis vestram voluerit regulam profiteri, huiusmodi pontificalibus, etiam si ea prius habuerit, vltetius non vtatur, immo potius humilitatem seruet, & in ea statuta vestri ordinis imitetur. Præsenti quoque institutioni addicimus, quod nullus fratrum vestrorum ad apostolicam sedem accedens, vel recedens ab ipsa, vel aliàs incedat in habitu sæculari, nisi euidens hoc necessitas postularit. Inhibemus præterea, ne quis cõtra statuta generalis Capituli, siue in habitu, siue in vniformitate officij, seu etiam in temporalibus temere venire præsumat: quod si quis præsumpserit regulariter puniatur. Nec aliquis assumat honorem, ad quem fuerit forsan electus

fine

sine licentia, vel præcepto illius, cui obedire tenetur, nisi forte ipse sibi eam malitiose præsumpserit denegare, vt tandem pro licentia obtinenda maiori liceat supplicari. Nulli ergo, &c.
Datum &c. IIII. Idus Maij.

P. ABBATI PRAEMONSTRATEN. & cæteris eiusdem ordinis Abbatibus, confirmatur constitutio quòd Præmonstratenses conuersos recipere non teneantur: nec bona sua alienare possint.

CVm à nobis petitur, &c. vsque ad verbum Effect. Significastis siquidem nobis, & ad implendum illud apostolicum: ab omni specie mala abstinete vos ad reprimendum os loquëtium iniqua, qui detractionibus gloriantur, & opinionem iustorum nituntur multipliciter infamare: olim in communi Capitulo statuistis, & postmodum sub interminatione grauis pœnæ sæpius innouastis, vt nullam de cætero in sororem recipere teneamini, vel conuersam, præsertim cum ex hoc aliquando incommoda fueritis multa perpessi. Nos igitur institutionem ipsam, sicut de communi cõsilio abbatum ad commune Capitulum conueniëtium prouide facta fuit, auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus. Ad hæc addicimus, ne aliquis abbas, vel cõuentus possessiones ecclesiarũ vestri ordinis, præter assensum generalis Cap. vendere audeat, vel sine patris abbatis licentia commutare. Nulli ergo, &c. Datum &c. III. Idus Maij.

N. DECAN. N. CANTORI, & magistro P. Canonico Remen. vt ablatum contumeliose equum Abbati restituí curent.

SIgnificarunt nobis dilecti filij N. Abbas, & fratres Præmonstraten. & cum dilectus filius Hugo de petra ponte Archidiaconus Laudunen. in promotione ipsius abbatis palefridum ab eo obtentu cuiusdam prauæ cõsuetudinis exegisset, quia super hoc ei acquiescere recusauit, conuersum quendam ipsius de equitatura, cui insedebat, deponere, & eam secũ abducere per violentiam non erpauit. Vnde nos eidem archidiacono per literas nostras mandauimus, vt similia de cætero non præsumat, immo de hoc ipso eidem abbati satisfactionem exhibeat competentem. Ideoque discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus, si dictus Archidiaconus ea, quæ præmissa sunt adimplere noluerit, tam cum, quàm alios, qui pro benedicendis, installandis, vel deducendis ad sedem tam ab abbatibus, quàm alijs ecclesiasticis personis palefridum, vel aliud exigere, vel extorquere præsumpserint impositerum, vel hacten. præsumpserunt, nisi ad commonitionem vestram à sua præsumptione destiterint, & de perceptis taliter satisfecerint competenter, excommunicationis censura appellatione postposita percellatis, & sicut excommunicatos faciatis ab omnibus arctius euitari. Quod si omnes duo vestrum, &c.
Datum Romæ &c. IIII. Idus Maij.

Scriptum est autem ipsi archidiacono super hoc.

VNIVERSIS ARCHIEPISCOPIS epis, in quorũ parochijs grãgiæ Præmonstraten. ordinis sitæ sunt, ne procurationis prætextu contra Apostolica priuilegia Præmonstratenses grauentur.

SI veri Christianæ religionis amatores, & cultores essetis, religiosis viris in personis, vel rebus nullam molestiam inferretis, quorum potius tenemini grauaminibus obuiare. Verum conquerentibus dilectis filijs Abbate, & fratribus ordinis Præmonstraten. nostris est auribus intimatum, quod licet in eorum priuilegijs inhibitum sit expresse, ne quis archiepiscopus vel episcopus, nisi in manifesta necessitate in eorum grangijs hospitetur, quidã vestrũ in singulis grãgijs eorundem fratrum in suis diocesibus constitutis, procurationes exigunt annuatim: quæ si eis aliquando forte negantur, ministri eorum de animalibus eorundem fratrum prædas violenter abducunt, quas vel pignori obligant, vel alienant omnino: nec fratribus

ipsis restituunt, donec pro requisita procuratione certa pecunia persoluatur: qui vt auaritiam suam, & exactionem excusent, friuolas exigendæ procurationis causas assignant: vel quod in grangiis ipsis decimæ colligantur, vel quod canonici, qui parochialem ecclesiam in vicinis locis obtinere noscuntur, aliquando commorantur in grangiis, vel quod in eis claustrum sororum habetur, quæ potius ex accessu vestro materiam dissolutionis accipiunt, dum confabulantur cum clericis, & per officinas discurrunt, quàm doctrinam recipiant salutarem. Quia vero cãe huiusmodi friuolæ sunt, nec earũ occasione fratres ipsos in exhibendis procurationibus credimus esse cogendos, fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, & districtè præcipimus, quatenus fratres ipsos contra indultam sibi à sede apostolica libertatem, nec in prædictis, nec in alijs aggrauetis, nec exactiones aliquas ipsis imponere præsumatis. Alioquin non poterimus sub dissimulatione transire, quin eorum indemnitati contra exactiones vestras paterna solicitudine consulamus. Datum Romæ &cæt. vt suprà.

N. EPISCOPO, ET N. Decan. & N. Archidiacon. Suessionen. vt ob turpe & illicitum iuramentum puniantur, nec tamen seruare debeant.

SIgnificauit nobis dilectus filius abbas sancti Eligij Nouiomen. quod cum olim Monasterium sancti Eligij abbatis esset regimine destitutum, omnes fratres ipsius Monasterij de substituendi abbatis electione tractantes, sacramento firmarunt, quod quicunque assumeretur ad officium abbatiæ tres tantum obedientias modicas, & exiles in manu sua teneret: singulos monachos instituens in singulis reliquarum. Postmodum autem in abbatem assumptus cum quosdam monachos ratione suorum excessuum à concessis sibi obedientijs intenderet amouere, alijs resistentibus nõ solum eos obedientijs non priuauit, immo potius seruato priori iuramento in veritatis verbo promisit, quod nullum de cætero, nisi de consilio, & assensu duorum obedientiariorum, & trium, vel plurium aliorum concessa sibi obedientia spoliaret, nec ad venerabilem fratrem nostrum Remen. Archiepiscopum sanctæ Sabinæ Card. nec ad apostolicæ sedis audientiam appellaret super iniurijs, quæ sibi à monachis inferentur. Qui tamen postmodum de consilio quorundam monachorũ, licet non habito præfato numero præpositũ eiusdem monasterij ab officio suo amouit, in quo minus vtiliter ministrabat. Quia igitur hæc sub dissimulatione transire non possumus, nec debemus, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus si vobis cõstiterit de prædictis, tam abbati, quàm monachis pœnam debitam infligatis, & imposita eis de læsione fidei pœnitentia competenti, quod illicite iurauere eos cogatis appellatione remota nullatenus obseruare. Quod si omnes &c. tu frater episcope, &c. Datum, vt suprà. Idibus Maij.

P. ABBATI PRAEMONstraten. vt dissoluti atque rebelles monachi puniantur: seruenturque monasticæ disciplinæ.

INter cætera desideria cordis nostri, & hominis interioris affectus, hoc præter diuinam gratiam quasi præcipue affectamus, vt temporibus nostris melius religio Christiana proficiat, & instituta regularia per nos de die in diem amplius conualescant. Multum enim Christianæ fidei deperiret, si rigor monasticæ, ac canonicæ disciplinæ eneruaretur per incuriã prelatorũ, aut dissolueretur (quod absit) per negligentiam nr̃am, qui tenemur errata corrigere, & bene acta fortius roborare. Accepimus siquidem, quod cum Petrus Rufus, Rainaldus de Ribe monte, Iohannes de Leeris, Arnulfus Delier Canonici sancti Martini Laudunen. contra abbatem suum nequiter coniurassent, & eũ super dilapidatione domus, nisi fuissent multipliciter infamare, qui eã pro maiori parte releuauerat ab onere debitorum, detecta eorum malitia, per fratres, qui exteriores obedientias procurabant,

curabant, ipsos censuisti per Abbaties Præmonstraten. ordinis diuidendos. Verum ipsi correctionem tuam nullatenus admittentes, immo iniquitate iniquitati addita hoc fecerunt, vt quidam eorum fautores corã te, & alijs Abbatibus Præmonstraten. ordinis in Abbatem suum per violentiam irruentes, manus in eum iniicerent violentas, & vsque ad effusionem sanguinis eum inhoneste, ac turpiter pertractarent: qui cum postmodum non inuenissent, qui eos contra te in hac malitia tueretur, ad te (sicut videbatur) cum humilitate reuersi postulatam veniam acceperunt. Sed quidam eorum in priori proposito perdurantes, quibusdam rebus monasterij furto sublatis fugã latenter arripere præsumpserunt. Quia vero dubitas, ne super receptione talium te aliquatenus molestemus, & propter hoc seriem facti nobis duxisti per tuos nuncios exprimẽdam, quod de his, & similibus sit agendum, tuæ discretioni relinquimus, ne per nos religionis vestræ rigor depereat, vel in aliquo minoretur.

Datũ Romæ, vt suprà. IIII. Idus Maij.

VNIVERSIS ABBATIBVS, & præpositis præmonstraten. ordinis in Saxonia, & confinio Saxoniæ constitutis, vt omnes Abbates atque præpositis Præmonstratenses iuxta regulæ constitutionem, certis temporibus Præmonstratum veniant: nullo priuilegio excusante.

IN eo sumus loco, & officio constituti, vt viros religiosos manutenere, ac defendere teneamur, nec patiamur regularia instituta per aliquorum insolentiam eneruari. Accepimus siquidẽ, quod à prima plãtatione religionis vestræ generalis institutio emanauit, vt abbates, & præpositi vestri ordinis certis tẽporibus cõueniant Præmõstratum, vt si qua forsan vel institutionibus vestris, vel personis fuerint corrigenda, de communi Abbatum, & præpositorum consilio corrigantur, & reformentur in melius, quæ visa fuerint reformanda. Verùm vos contra hanc tam generalem, & necessariam constitutionem temere venientes, ad generale Capitulum non acceditis, hoc vitio communibus institutionibus vestri ordinis obedire, asserentes vos à sede apostolica exemptionis priuilegium impetrasse: quod tamen nõ profertis aliquatenus in commune. Quia igitur hoc in dissolutionem ordinis non est dubium redundare, vniuersitati vestræ per apostolica scripta mandamus, & districtè præcipimus, vt cum in priuilegijs generali Capitulo Præmonstraten. ab apostolica sede indultis contineatur expresse, ne quis ordinẽ ipsum professus contra communia iusti tuta priuilegium impetrare præsumat, vel impetratum audeat retinere, priuilegio, quod vos à sede Romana obtinuisse asseritis, non vtamini, immo potius ad commune Capitulum statutis temporibus accedatis: vt inde recipiatis correctionem, vnde formam religionis, & ordinis accepistis. Alioquin noueritis nos dilectis filijs abbati Præmonstraten. & cæteris abbatibus eiusdem ordinis in generali Capitulo conuenientibus Præmonstratum, dedisse firmiter in mandatis, vt si ad commotionem ipsorum venire contemperitis Præmonstratum ad generale Capitulum celebrandum, vos excommunicationis sententia ap.re.percellant, & faciant sicut excommunicatos ab omnibus arctiùs euitari. Venerabilibus etiã fratribus, archiepiscopis, & episcopis in Saxonia, & in confinio Saxoniæ constitutis, districtè præcipiendo mandauimus, vt si post commonitionem vobis factam ab ipsis inuenti fueritis contumaces, cum à præfatis abbate, & generali Capitulo Præmõstraten. super hoc fuerint requisiti, vos excommunicationis censura nihilominus appellatione remota percellant, & ecclesias vestras sententiæ interdicti subijcere non postpo-nãt.

Datum Romæ, &c. III. Idus Maij.

Illis scriptum est super hoc.

ARCHI-

ARCHIEPISCOPIS, EPISCOPIS, Abbatibus, prioribus, & cæteris ecclesiarum prælatis. Vt Præmonstratenses Monachos ab iniurijs & contumelijs defendant.

NOn absq; dolore cordis, & plurima turbatione didicimus, quod ita plerisq; partibus ecclesiastica censura dissoluitur, & canonicæ sententiæ seueritas eneruatur, vt viri religiosi, & hi maximè qui per sedis apostolicæ priuilegia maiori donati sunt libertate, passim à malefactoribus suis iniurias sustineant, & rapinas, dum vix inuenitur, qui cõgrua illis ꝓtectione subueniat, & pro fouẽda paupertate innocẽtia, murum se defensionis opponat. Specialiter aũt dilecti fili nostri N. abbas, & fratres Præmonstraten. & cæteri ordinem ipsorũ professi, tam de frequentibus iniurijs suis, q̃ de ipso cotidiano defectu iustitiæ cõquerentes, vniuersitatem vestram per literas petierunt apostolicas excitari, vt ita videlicet eis in tribulationibus suis contra malefactores eorum prompta debeatis magnanimitate consurgere, ꝙ ab angustijs, quas sustinent, & præssuris, vestro possint præsidio respirare. Ideoq; vniuersitati vestræ per apostolica scripta mandamus, atq; præcipimus, quatenus illos, q̃ in aliquẽ de prędictis fratribus (instigante Diabolo) manus violẽtas iniecerint, siue possessiones, vel res, seu domos Præmonstraten. aut aliorum fratrũ ipsius ordinis, vel horum suorũ irreuerenter inuaserint, aut ea, quę ꝑdictis fratribus è testamento decedẽtiũ relinquunt, contra iustitiã detinuerint, seu in ipsos fratres contra apostolicæ sedis indulta sententiã excõmunicationis, aut interdicti, proferre ꝑsumpserint, vel decimas laborũ, seu nutrimẽtorũ suorũ spretis priuilegijs apostolicæ sedis extorserint: si laici fuerint, publicè cãdelis accẽsis excõmunicationis sñia percellatis: Clericos aũt, Canonicos, siue Monachos appellatione remota, ab officio, & beneficio suspẽdatis, neutrã relaxaturi sñiam, donec ꝑdictis fratribus plenarie satisfaciant, & hi ꝑcipuè, qui pro violenta manuũ iniectione vinculo fuerint anathematis innodati, cũ diocesani ep̃i literis ad sedẽ apostolicã venientes, ab eodẽ vinculo mereantur absolui, nisi fortè monachi vel canonici regulares per Abbates, vel priores suos post satisfactionẽ congruã secundũ ordinis disciplinã, fuerint absoluti. Villas aũt, in quibus bona ꝑdictorum fratrum, seu hominum suorum, per violentiam detẽta fuerint quandiu, ibi sunt, interdicti sentẽtiæ supponatis.

Datum Romæ &c. Idus Maij &c.

Scriptum est super hoc in eundem fere modum pro fratribus militiæ templi.

SYLVANECTEN. EPISCOPO, ne alicui dimidia præbendæ conferatur, nec præbendę secentur.

CVm in Turonen. concilio inhibita sit sectio præbendarum, & de rigore iuris redintegrari debeant officia decurtata, vix de tua possumus fraternitate sperare, quod præbendam aliquam ad preces nostras confertes alicui, qui ad duplex mandatum bonæ memoriæ Cle. Papæ prædecessoris nostri, quod prædicti concilij erat auctoritate munitum, dimidiam præbendam dilecti filij magistri Aimerici noluisti aliquatenus integrare, immo vacantem præbendam, de qua iuxta tenorem mandati apostolici dimidiæ debueras supplere defectum, alij in contemptum Sedis apostolicæ contulisti. Ne igitur quod de prædicto magistro inceptum est, remaneat imperfectum, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus de præbẽda ad donationem tuam spectante, quam ptimò in ecclesia tua vacare contigerit, non obstante inuestitura de non vacante, contra statuta Lateranen. concilij facta, eiusdem magistri dimidiam non differas integrare, nec aliquem de cætero ad dimidiam præbendam admittas. Alioquin tam diu te noueris à præbendarum collatione suspensum, donec eidem magistro super integratione dimidiæ fuerit satisfactum. Dilectis etiam filijs canonicis, Sylvanecten. districtius inhibemus, ne priusquam satisfiat eidem magistro, aliquem in ca-

in canonicum, vel fratrem admittant, etiam si contra statuta Lateranen. concilij de vacatura fuerit inuestitus, vel stallum in choro, vel locum in Capitulo vacaturæ nomine assecutus. Nullis &c. harum mentione &c. Datum Romæ &c. VII. Calend. Iunij &c.

Illis scriptum est super hoc.

ILLVSTRI REGI ANGLIAE, quatuor aureorum annulorum mysterium explicat.

INter opes terrenas, quas mortalis oculus concupiscit, quasi cariora desiderat aurum obrizũ, & lapides pretiosos: licet aũt his, alijsq; diutius excellẽtia regalis abundet, in lignum tamen dilectionis, & gratiæ, quatuor annulos aureos, cum diuersis lapidibus pretiosis tuæ magnitudini destinamus, in quibus te volumus spiritualiter intelligere formam, & numerum, materiã, & colorem: vt mysteriũ potius quàm donum attẽdas. Rotunditas enim æternitatem significat, q̃ initio caret, & fine. Habet igitur regalis prudentia quid in annuli forma requirat, vt de terrenis transeat ad cœlestia, de tẽporalibus ad æterna procedat. Quaternarius aũt, qui numerus est quadratus, constantiam mentis insinuat, quæ nec deprimi debet aduersis, nec prosperis eleuari. Q̃d tunc laudabiliter adimplebit, cùm quatuor virtutib' principalibus fuerit adornata, videlicet iustitia, fortitudine, prudẽtia, temperantia. Intelligas igitur in primo iustitiam, quàm exerceas in iudicijs: in secundo fortitudinem, quam exhibeas in aduersis: in tertio prudẽtiã, quam obserues in dubijs: in quarto temperantiã, quam in prosperis non dimittas. Per aurum verò sapiẽtia designatur, quia sicut aurum præeminet vniuersis metallis, sic sapientia donis omnibus antecellit, Propheta testante, qui ait: Requiescet super eum spiritus sapientiæ, & intellectus, &c. Nihil est, quod magis oporteat regẽ habere. Vnde rex ille pacificus Salomon, solam à Deo sapientiam postulauit, vt populum sibi cõmissum sciret prouidè gubernare. Porro Smaragdi viriditas, fidẽ: Saphiri serenitas, spem: Granati rubicundi tas, charitatem: topatij claritas operationẽ significat, de qua Dñs ait: Luceat lux vestra corã hoĩbus, vt videãt opera vestra bona, & glorificent patrẽ vestrũ, qui in cęlis est. Habes igit' in Smaragdo q̃d credas: in Saphiro, quod speres: in Granato, quod diligas: in Topatio, quod exerceas, vt de virtute in virtutẽ ascendas, nec Deũ deorum videas in Syon. Datũ Romæ apud S. Petrũ. IIII. Cal. Iunii.

N. EPISCOPO, LEXOVIEN. vt pensiones ad verum moderamen reducantur.

CVm à nobis petitur, &c. vsq; ad verbũ Assensu. Auctoritate tibi præsentium indulgemus, vt ad debitum statum reducere possis appellatione postposita pensiones ecclesiarum tuæ dioceseos contra Lateranen. concilium augmentatas. Nulli ergo &c.

Datum Romæ &c. XII. Calen. Iunii. Pont. nostri Anno primo.

EIDEM, VT FRVSTATORIÆ appellationes non recipiantur: & reliqua debito tempore finiantur.

LIcet sit appellantibus deferendũ (vt sactorum canonum approbant instituta) non tamen vsque adeo relinquenda est appellantibus effrenata licentia motus iudicis euadendi: vt ea, quæ correctione indigent, in aliorum, & appellantium detrimentum, remaneant incorrecta, vel alterius ius esse diutius oporteat in suspenso, aut ei debeat præiudicium aliquod generari. Sane proposuisti nobis in nostra præsentia constitutus, quod cum multi plerũq; de tua dioceseos aduersarios suos sub examine tuo cõueniant, iidem ad oppressionem eorũ appellationes frustratorias interponunt, nec ipsas volunt prosequi, vt tenentur. Quocirca fraternitati tuę auctoritate p̃sentium indulgemus, vt cũ à tuis subditis, ad sedẽ apostolicã fuerit appellatũ, licitum tibi sit competentẽ ei terminũ ad prosequendã appellationẽ præfigere: infra

stra quem si contempserit appellationem prosequi, quam emisit, ex tunc in ipso negotio procedendi appellatione interposita non obstante, nisi appellans impedimento fuerit impeditus, liberam habeas facultatem. Nulli ergo, &c.

Datum &c. XIII. Calend. Iunij, &c.

R. ET R. ARCHIDIACON. Baiocen. & H Archidiacono Constantien. De cuiusdam Decani audacia coercenda: & ne absoluatur nisi læsis prius satisfecerit.

QVerela venerabilis fratris nostri N. Lexouien. episcopi nobis exposita demonstrauit, quòd N. minor Decanus ven. fratris nostri N. Rothomagen. Archiepiscopi, & Simon capellanus eiusdem ecclesiam sancti Candidi minus reuerenter intrantes, in Lucam presbyterum non tantum manus iniecere violentas, verum etiam ad sacra vestimenta manus sacrilegas extendere præsumpserũt, atq; tã ecclesiã ipsam, q̃ clericos eius aliis iniuriis intolerabiliter molestantes, eandem Parochiam contra iustitiam inuasere, corpora mortuorum in eorum præiudicium ad suam ecclesiam deferentes. Quia igitur præter hæc enormia dictus decanus quandam mulierem prægnantem pede taliter dicitur percussisse, quod ex eo fecit aborsum, discretioni vestræ p apostolica scripta mandamus, quatenus si vobis constiterit de præmissis prædictum decanum ab officio, beneficioq; suspensum, & capellanum ipsum tamdiu appellatione postposita nuncietis, vt excommunicatos ab omnibus arctius euitari, donec passo iniuriam satisfecerint competenter, & cum vestrarum testimonio literarum ad sedem apostolicam veniant absoluẽdi. Nullis literis &c. Quod si omnes &c. duo vestrum, &c.

Datum vt suprà. V. Calend. Iunij.

N. EPISCOPO EBROICEN. & N. Archidiacon. Lexouien. Vt à Radulpho milite constructam ecclesiam consecrent, dedicentque.

DIlectus filius nobilis vir Radulphus de Rupetra miles, nobis humiliter fecit exponi, quòd cum in diuersis ecclesijs tus obtineat patronatus, in quadam capella sua de Rupetra, quæ est in suo proprio matrimonio constructa, de auctoritate nostra proposuit canonicos instituere sæculares: ita quòd redditus prædictarum ecclesiarum decedentibus earũ Prælatis ad eosdem canonicos deuoluantur. Quocirca discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus inquisitis super præmissis diligentius veritatem, & prout id (secundum Deum) videritis adimplendum, eiusdem nobilis propositum effectui mancipare cum retis. Quod si ambo &c. tu frater episcope &c. Datum &c. IIII. Calen. Iunij, &c.

N. ILLVSTRI REGI NAuarræ, vt Regi anglorum quædam castella tradat.

CHariss. in Christo filius noster N. Rex Anglorum illustris, transmissa nobis cõquestione mõstrauit, quod quædam Castella, videlicet castrũ sancti Ioannis de Pepe portæ, & de Rochabrun, quæ bonæ memoriæ pater tuus in dotem cũ filia sua liberaliter ipsi concessit, pro tua detines voluntate, & adhuc ea reddere eõ tradicis. Vnde regiã magnitudinẽ rogamus attentius, & hortamur per apostolica tibi scripta, mandantes, quatenus Castella illa sine qualibet difficultate restituas conquerenti: alioquin noueris nos venerabili fratri nostro N. Archiepiscopo Narbonen. scripsisse, vt te ad restitutionem eorũ per cẽsurã ecclesiasticã monitione pmissa cessante appellatione iustitia mediante cõpellat. Datũ vt suprà.

N. PRIORI, ET CONVENtui Burgulien. quod abbas ipsorum & cœnobij bona obligare non possit.

QVanto per professionem monastici ordinis diuinis estis obsequijs fortius obligati, tanto ea solicitius volumus remouere, quæ normam religionis, & profectus spirituales in vobis suscitatis dissensionibus poterant facilius impedire. Ideoque volentes quieti vestræ, & indemnitati monasterij benignitate

gnitate apostolica prouidere, pſentium vobis auctoritate concedimus, vt abbas, qui pro tpe fuerit sine maioris, & sanioris partis assensu vestrum, nisi manifesta, & rationabilis causa emerserit, per quam sine manifesto, & graui monasterij detrimento id euitare nō possit, domū vestrā grauibus non possit debitis aggrauare. Qđ si fortè tentauerit, ad soluendū ea, q̄ contra formam nostræ concessionis acceperit, pſonas, seu monasterium vestrum nullatenus eis volumus obligari: quibus ante contractum debitum hęc forma nostrę cōcessionis innotuit. Nulli ergo, &c.

Datum Romæ, &c. III. Cal. Iunij.

N. BRACHAREN. ARCHIEPISCOPO, & N. Abbati de Burio. Vt causam ecclesiæ S. Christianæ de Longos, & Hospitalariorum ratione decimarum audiant.

EX quæstione dilecti filij P. prælati ecclesiæ Sanctæ Chr̃ianæ de Lōgos nobis innotuit, qđ cum menendus miles, quasdā possessiones suas infra Parochiā eiusdē ecclesiæ, in quibus p̄decessor, ipsi⁹ P. vineas plantauerat, & domos construxerat in expensis ecclesiæ supradictæ, cū aliis possessionibus suis domui hospitalis, cum ipsius p̄decessoris assensu in ecclesiæ maximum p̄iudicium, contulisset, hac tñ conditione retenta, vt domus hospitalis p̄nominatæ ecclesiæ de oīb⁹ possessionibus prælibatis deberet persoluere decimas annuatim. Hospitalarij quāuis decimas ipsas ecclesiæ diu pſoluerint sine lite, nunc eas eidem auferunt, violēter fulti potentia laicali: Quia igitur oīb⁹ ad nos clamantibus tenemur iustitiam exhibere, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus euocatis quos p̄ter hoc noueritis euocandos, causam inter eos au. & appellatione remota mediante iustitia terminetis. Nullis literis veritati, & iustitiæ, &c. Quod si ambo &c. tu frater archiepiscope &c. Datū.

N. BITVRIEN. ARCHIEPISCOPO, N. Abbati S. Eparchij, & N. Decan. Petragoricen. Vt causam inter Episcopum & Capitulum Engolismensæ, super numero canonicorum, audiant.

ACcedentes ad præsentiam nostram circa promotionis nostræ primordia, Vu. Presbyter, & R. Diaconus nuncij Engolismen. Capituli proposuere firmiter coram nobis, q̄ venerabilis frater N. Engolismen. episcopus, cum ecclesiam ipsam per auctoritatem mandati apostolici ordinasset, grauatam illam attendens sterilitate temporis, & longarum turbationе guerrarum, ipsam sufficienter ordinatam fuisse publicè recognouit, & sup hoc p̄misit testimoniales literas se datarum, & q̄ eis literas apostolicas, quarum occasione processerat, resignaret. Innotuit ēt nobis per literas bonæ mem. Cle. PP. p̄decessoris nostri, quas in medium produxerunt, q̄ tempore dilecti filij Iord. tt. sanctæ Pudentianæ p̄sbyteri Card. cū ibi fungens legationis officio, quosdam ad præbendam ipsius eccl. nominasset, idē episcopus suo testimonio demonstrauit, ecclesiam in facto illo multipliciter p̄grauari, cum esset de personis idoneis sufficienter ornata, à quo tempore non est canonicorum numerus imminutus, sed auctus. Per literas insuper venerabilis fratris nostri N. Burdegalen. archiepiscopi ostendebant, q̄ anno prætetito, cum dilectus filius Greg. sancti Angeli Diacon. Cardin. tunc apostolicæ sedis Legatus de partibus Hispaniæ remearet, hoc idē ei fuit testificatus episcopus, & eis tunc nō fuerat canonicorum numerus imminutus. Verùm cum episcopus post promissionem factam vtraſq; literas denegaret, à Capitulo req̄situs, canonici contra eum suspitionis materiam conceperunt: præsertim cum ad eorum (sicut dicebant) audientiam peruenisset, ipsum cum archidiacono de ordinanda ecclesia literas alias à sede apostolica impetrasse: sup quo ab eis sæpe commonitus exprimere noluit veritatem. Vnde cum propter hoc ad sedem apost. appellassent, statum ecclesiæ protectioni apostolicæ supponentes, appellatione facta sæpius innouata ad prosequendam eam, dicebant se p̄fati nuncij ab eisdē canonicis ad sedē apo. destinatos. Cumq; super grauaminibus prædictis, & alijs, si quę idem Episcopus post appellationem, & iter arreptum intulerat, postularent sibi à benignitate sedis apostolicæ remedium adhiberi. Dilecti filii N. cantor, Magister Hel. Bran. & Petrus

trus Rossinol. canonici eiusdem ecclesiæ, necnon & ex alia parte dilectus filius. I. Morelli procurator eiusdem Episcopi aduenere: quibus primo dilectos filios. I. tt. sanctæ Pudentianæ, & S. tt. sanctæ Praxedis presbyteros, & G. sanctæ Mariæ in Aquiro, & postmodum P. sanctæ Mariæ in via lata Diacon. Card. conceſſimus auditores: in quorum præsentia fuit præmiſſis ex parte canonicorum adiunctum, quòd dominica vltima ante Natalem Domini, cum in domo de corona pro consecratione ven. fratris nostri N. Petragonicen. episcopi dictus Archiepiscopus, cum Xanctonen. & dicto Engoliſmen. episcopis conueniſſet, ex parte Capituli sub eorum testimonio fuit iterum solenniter appellatum, & denunciatum, ante omnem citationem, quod nuncios suos iam ad curiam destinaſſent. Idcoq; cum hoc audiens episcopus tacuiſſet, ipsum admiſſiſſe appellationem factam merito crediderunt. Addebant insuper, quòd tã ex parte sua, quàm Ar. de Mairinac. sub persona Archidiaconi postmodum primo mandauerat per literas ad certas causas Capitulum conuocari, vt videlicet literas Domini Papæ continentes auctoritatem, quam habebant de ecclesia ordinanda, ostẽderent, & tractarent de pace ecclesiæ, & cantoris. Die autem statuta post completorium claustrum intrarunt, & fecerunt literas, in quibus pendebat sericum, recitari, quas dicebant se à sede apostolica recepiſſe, quarum copiam postulantes canonici, habere nullatenus potuerunt: licet personam legentis suspectam esse asserent, & nescirent, an in Bulla, vel scriptura, vel alio quolibet vitium continerent. Proposuerunt præterea coram ipsis, quòd de primis literis, ordinatione facta per eas, mentionem aliquam non habebant, cum ex hoc & si valerent alias viribus carere deberent: quia in obtentu earum fuerat sedes apostolica circumuenta, & etiam interuenerat fraus tacendi: sed super hoc, & alijs exceptionibus, quas canonici prætendebant, fuit eis audientia penitus denegata. Vnde cum, propter grauamẽ istud iterum appellaſſent, & nulla ordinatione, seu nominatione sciente Capitulo facta, prædicti cantor & P. Rossinol. euntem ad domum suam episcopum sequerentur, ab eo petierunt licentiam ad curiam veniendi, quia timebant eum velle contra ecclesiam malignari: & in mane audita Miſsa in maiori ecclesia iter veniendi ad sedem apost. inceperunt. Per hæc quidem, & alia multa, quæ coram prædictis Cardinalibus firmiter proponebant, si quid factum erat postea cõtra ipsos, vel etiam ante occultè, ac sine conscientia sua postulabant penitus vacuari: proponentes: ipsa de iure vllatenus non valere: attendẽs quoque, quod quamdiu ibi fuerant, cõmunicauerat eis episcopus, nec tunc venerat ad eorum notitiam, quòd aliquam in eo sententiam promulgaſſet. Econtra verò præfatus procurator episcopi proponebat, quòd idem episcopus videns tempore suo propter defectum canonicorum seruitium ecclesiæ deperire, Capitulum sæpe monuerat, vt cum eo de ordinanda ecclesia conuenirent: sed Canonici lucrum proprium attendentes, & præcipuè cantor, qui recipiebat de bonis ecclesiæ in maxima quantitate bonæ voluntati episcopi resistebant. Quod cum ad felicis memoriæ C. PP. prædecessoris nostri notitiam peruenisset, desolationi ecclesiæ paternis voluit affectibus prouidere, & tam eidem episcopo, quàm Archidiacono dedit firmiter in mandatis, vt ecclesiam tã in canonicis, quàm alijs ordinarẽt. Ipsi autem mandato susceptο fecerunt Capitulum euocari: & licet scriptum apostolicum coram omnibus legi feciſſent, ad faciendam ordinationẽ, Capitulum ipsum diligentius prænonendo, noluit tamen vllatenus consentire. Vnde cum in defectu canonicorum vellent mandatum apostolicum adimplere, tam cãtor, quàm alii eis deuotiſsimè supplicarunt, vt quinque cum pace ecclesiæ ordinarent: quorum supplicationibus, vitando scãdalo annuerunt: sed & duos ad eorum instantiam admiſerunt, venerabilẽ videlicet fr. nostrum N. Patriarch. Anthiochenum, & nepotem eius ab eodem patriarcha vocatum, vt maiorẽ posſent institutorũ numerũ prædicare. Sed ipsi hoc ĩ fraudẽ factũ esse postmodũ cognoscen-

gnoſcẽtes, dixerũt, q̃ nõ reputabãt, ſufficiẽter ordinatã eccleſiã, īmo electionẽ, & noīationẽ, quã fecerãt, apoſtolici auctoritate mãdati tpe cõgruo effectui mancipatẽt. Cęterũ ꝓceſſu tpis literarũ aliarũ auctoritas ſupuenit, ex q̃b⁹ plenã facultatẽ habebãt eccleſiã ordinãdi, quarũ auctoritate vocati canonici, & diligẽter admoniti, vt ordinãdi cõſentirẽt, aſſenſum p̃bere nullatenus voluerũt. Vnde ipſi cũ magiſtro ſcholarum, & ſupra dicto I. Morelli cum Villielmo, Arnaldi, & magiſtro V. Teſtaldi, & q̃buſdã alijs canonicis, quorum aſſenſum habebant, ordinationem eccleſiæ de perſonis idoneis, & honeſtis, qui in prima ordinatione electi fuerant ſecundum facultaes eccleſiæ, auctoritate apoſtolica cõpluere: ita q̃ ordinati fuere de canonica per eiuſdẽ epiſcopi annulũ inueſtiti: & contradictores excommunicatione notati. Sed inſtituti ſtatim ſe, & canonicas ſuas, & alia beneficia ſub protectione ſedis apoſtolicæ poſuere, contra oẽm hoīem, q̃ eos vellet impetere appellantes. Hæc autẽ inſtitutio extra matricẽ eccleſiã fuit facta, cũ eadẽ eſſet ob delictũ comitis interdicta. Poſtmodũ vero eccleſia abſoluta, epiſcopus in vigilia circunciſionis Capitulũ conuocauit, & ei cum Archidiacono ordinationẽ factam, & excõmunicationem latã in contradictores denunciare curauit, & literas prædeceſſoris noſtri auctoritatẽ, quã de eccleſia ordinanda ſuſceperant cõtinẽtes, fecit oſtẽdi, & publicè recitari. Sed & ſequẽti die, videlicet Circũciſionis feſta poſt celebrationẽ Miſſæ maioris inſtitutis p̃ſentib⁹, & procuratoribus abſentiũ ſtalla in choro, & loca in Capitulo, præſentibus, Clero, & Populo, qui ad feſtũ conuenerant, aſſignarunt, & in corporalẽ p̃bendæ poſſeſſionẽ miſerunt: quare ipſos inſtitutos aſſerit poſſidere. Verùm qa canonici excõmunicati, in eccleſia celebrabant inſtitutis acceſſum ad maius altare libros, & alia ornamẽta eccleſiæ ꝓhibẽtes, in eos fuit excõmunicationis iterũ lata ſententia, & eccleſia ſuppoſita interdicto, ſed ipſi nihilominus ibi diuina celebrare p̃ſumũt. Cũ vero pars canonicorũ aſſertionẽ ſuã per inſtrumenta, & teſtes vellet incõtinẽti probare, & teſtes eius eſſent ſaluis exceptionibus, & iure partis aduerſæ recepti, & ideo peterent publicatis dictis teſtiũ negotiũ diffiniri, procurator epi proponebat ſe in terra ſua q̃dã Capitula ꝓbaturũ, videlicet, qã tẽpore ordinationis ordinari eccleſia indigebat, & quod canonici ab epo ſæpè cõmoniti, ad ordinãdũ ſecũ eccleſiã cõuenire noluerãt: quod eps, & Archid. auctoritate ap. ordinauerãt eccleſiã de perſonis, q̃ eccleſiæ debeãt deſeruire, & de aliis idoneis, & honeſtis, & quod illi, qui fuerũt modo vltimo inſtituti, electi fuerant cũ quinq; primitus ordinatis, & quod tam nouis, q̃ antiquis reſidentibus, ſecundũ cõſuetũ curſum eccleſiæ ſuppetunt facultates: & quod oẽs, qui modo ſunt ibi canonici reſidẽtes, cõſuetũ numerũ nõ excedũt: & quod facto ſunt plures de maioribus eccleſiæ cõſenſere, quod & primũ, & ſecundũ reſcriptũ fuerit canonicis recitatũ, & quod cõtradictores poſt excõmunicationẽ diuina p̃ſumpſerunt officia celebrare. Vnde (ſicut dicebat) ſine ipſorũ cognitione, abſq; p̃iudicio partis ſuæ, cauſa illa nõ poterat terminari. Nos igitur eandẽ vobis de fratrũ noſtrorũ cõſilio cõmittentes, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus quatenus inquiratis, vtrinq; ſuper p̃miſſis oĩbus diligẽtius veritate, tã ex atteſtationibus, quas vobis ſub Bulla nra transmittimus, q̃ ex aliis, q̃ duxerint proponẽda: & ſi legitimis ꝓbationibus vobis cõſtiterit poſt apo. rationabiliter interpoſitã, p̃nominatos epiſcopũ, & Archidiaconũ proceſſiſſe, quod ab eis factũ eſſe dignoſcit, appel. ceſſante decernatis irritũ, & inane: & niſi vobis cõſtiterit reſcriptũ apoſtolicũ fuiſſe ſubreptũ, & p̃fatoris epiſcopũ, & Archidiaconũ cõtra formã ipſ⁹ mãdati p̃ter iuris ordinẽ ꝓceſſiſſe, dummodo ſuppetãt eccleſiæ facultates, & inſtitutæ p̃ſonæ ſint vtiles, & idoneæ, nec excedãt numerũ cõſuetũ, ordinationẽ ipſam oĩ cõtradictione, & appellatione ceſſante auctoritate apoſtolica cõfirmetis: & ſi q̃ ſe duxerint opponẽdos per cẽſurã eccleſiaſticã cõpeſcatis: eos, q̃ poſt excõicationẽ diuina dicunt officia celebraſſe, vobis cõſtiterit, niſi legitima p̃ceſſerit appellatio, pœna canonica percellentes: ſatagentes, vt via regia ꝓcedatis, ita q̃ in

iudicio

iudicio vestro nulla sit personarum acceptio, sed iuxta mandatum diuinum iustè, qđ iustum est iudicetis: ne forte propter defectum iustitiæ partes cogantur vlterius laborare. Ad hęc volumus, & mandamus, vt tam indulgētiæ, q̃ mandati te scripta faciatis vobis in iudicio resignari, ne occasione illorū ecclesia vlterius p̃ grauet. Testes aũt coganť. Nullis lr̃is, &c. si q̃ appuerint p̃ter assensum partiũ &c. Quod si omnes, &c. duo vestrum, & cæt.

Datũ Romæ, &c. IIII. Cal. Iunij, &c.

EGIDIO CANONICO VASTINEN. de causa ipsius contra Hugonem: & pro ipso iudicatur.

CVm super præbenda Vastinen. ecclesiæ inter te ex vna parte, & Hug. Capusum procuratorē, & canonicum ecclesiæ Vastinen. ex altera quæstio vertere tur, & ꝓpter hoc ad sedē accessisletis apostolicam, in præsentia ven. fratris nostri Oct. Ostien. episcopi, quē vobis dedimus auditorem, pro te fuit taliter allegatum: quod a bonæ memoriæ C. PP. prędecessore nostro pro tua receptione in ecclesia Vastinen. rogatorias primum literas, secundo præceptorias, & executorias impetrasti: sed canonici ecclesiæ, vt euadere possent apostolicā inssionē, ad Rom. ecclesiam nuncios destinarunt: qui de mādato præmisso tacita veritate, vt à tua de cætero essent impetitione liberi, & infra terminum neminē recipere cogerentur, indulgentiam impetrarunt. Tu verò denuo ad eosdē literas impetrasti, vt elapso spatio indulgentiæ, prębendam tibi cōferrent, interim stallum in choro, & locū in Capitulo, sublato appellationis obstaculo assignantes, & super hoc ipso dilecti filij N. de domo Dei, & N. de oliueto abbates, & N. prior Exoldunen. executores fuerunt à sede apostolica deputati. Cumque literas prędecessoris nostri, & executorum, qui eis certum diem præfixerant, vt mandatum apostolicum adimpleret, priori, & canonicis præsentasses, sicut in executorum literis continetur, nec mandatum prędecessoris nostri exequi, nec literas recipere voluere, appellationis obstaculum prætendentes. Ipsi verò executores iuxta tenorem rescripti te inuestiētes de prębenda stallum in choro tibi, & locum in Capitulo assignarunt, canonicis comminantes, quod nisi præfixo eis tempore mandatum apostolicum adimpleret, eorum ex tunc contumaciam debita seueritate punirent. Cæterùm cum nec sic possent à sua pertinacia reuocari, elapso tempore constituto, excommunicationis in eos sententiam promulgarunt: quam & inuestituram tibi factam petebas humiliter confirmari. Verùm ex aduerso fuit ab ecclesiæ procuratore responsum, quod quando tu præceptorias obtinuisti literas pro prębenda Her. & A. de Curia clerici, vt & ipsi canonici fierent literas detulerunt. Videntes ergo canonici, quod super trium clericorum receptione plurimum ecclesia grauaretur, quod dictum A. clericum in fratem reciperent, eidem prędecessori nostro per P. Belin. canonicum, & nuncium ecclesiæ intimarunt, & per indulgentiam, de qua præmissum est ab impetitione tua, & dicti Her. expressis vestris nominibus fuere penitus absoluti. Postea verò tu executorias (vt dictum est) literas asportasti, quas procurator ecclesiæ dicebat falsa suggestione obtentas, priori etiam memoratæ ecclesiæ de Vasten. alias præsentasti, contra quas appellans, cum auctoritate obtentæ indulgentiæ ab impetitione tua sciret suam ecclesiam liberatam, octauas Paschæ appellationi suæ terminum assignauit: easdem etiam literas absente priore quibusdam de Canonicis præsentasti, quas, cum eorum non interesset, recipere noluerunt. Post paucos verò dies eorundem executorum literas in absentia prioris Capitulo præsentasti. Consequenter verò ijdem executores ad ecclesiam venientes domum prioris intrarunt, & quod executores ad hoc dati essent, & ordine debito vellent in facto procedere, coram paucis canonicis edixerunt: quibus prior, & indulgentiæ beneficium retulit, & quod à parte ipsorum erat ad sedem apostolicam appellatum, ipsamque appellationem eis præsentibus innouauit. Alter etiam executorum videlicet abbas de oliueto, prædecessoris nostri obitum quibusdam

dam de canonicis proponitur nũciasse: vnde mandatum ad ipsos emissum cum mandatore dicebãt penitus expirasse: & post prædicta impedimenta executores contradicentibus omnibus canonicis, processisse. Ad hæc proponebat eiusdem ecclesiæ procurator afflictionem eius de regum discordia procedentem, & quod nũc viginti quatuor sint in ea canonici, cum non nisi sedecim esse consueuerint ab antiquo, nec redditus excreuerint augumentato numero personarum: vnde ne ad recipiendum aliquos cogerentur, suppliciter postulabant. Sane cum à dicto episcopo Ostiensi, hæc, & similia essent nobis, & nostris fratribus enarrata, nos volentes quantum cum eo, & honestate possumus facta prædecessoris nostri obtinere debitam firmitatem, illud etiam attendentes, quod beneficio indulgentiæ in ecclesiæ fauorem concessæ nõ sit persequentes literas in grauamen ecclesiæ derogatum, cum pro stallo chori, & loco Capituli nullum præiudicium ecclesiæ generetur, inuestituram tibi factã ratam habentes ita duximus sententialiter statuendum: vt tu sine contradictione, vel dilatione qualibet stallum in choro, & locum in Capitulo consequaris, post triennium ab indulgentiæ tempore numerandum præbendam integram habituris. Nulli ergo &c.
Datum &c. VII. Calend. Iunij.

N. BESVEN. ABBATI. QVOD ipsi liceat aliquos ex alijs cœnobijs ad instaurãdum suum euocare, & ex suo quosdam ad alia remittere.

CVm à nobis petitur, &cæt. vsque ad verbum assensu. auctoritate tibi præsentium indulgemus, vt quia Besuensis ecclesia pro incendio, quod sustinuit ad tantam deuenit inopiam, vt monachis, & confratribus ibi manentibus, vitæ saltem necessaria ministrare non potest: liceat tibi aliquos de monachis, & confratribus tuis ad obedientias Cluniacen. pro vitæ substentatione transmittere, & aliquos de monachis Cluniacen. quos ad hoc magis nouèris expedire, ad ecclesiam tuam pro reformatione, & conseruatione ordinis sub appellationis obstaculo conuocare, donec ecclesia tua (dante Domino) restauretur. Nulli ergo &c.
VII. Calend. Iunij.

N. BERGENSI EPISCOPO. quod mercatores ecclesiæ decimas persoluere cogantur.

CVm à nobis petitur, &c. vsque ad verbum effectum. Sane sicut ex tua significatione comperimus, mercatores dioceseana tibi lege subiecti cum eos negociationis causa in Islandiam transfretare contingit, decimas, quas ecclesia tua percipere ab antiquis temporibus consueuit, contra salutem suam detinent, eas reddere denegantes. Volentes igitur tibi, & ecclesiæ tuæ paterna solicitudine prouidere, fraternitati tuæ auctoritate apostolica indulgemus, quatenus mercatores ipsos ad persoluendas consuetas, & debitas decimas, si monitione præmissa noluerint, ecclesiastica districtione sine appellationis obstaculo compellendi, liberam habeas facultatem. Nulli ergo, &cæt. Datum vt supra. VIII. Calend. Iunij.

N. ORCHADIEN. ET N. ROmarchen. Episcopis. de annatis & decimis, promissisque eleemosynis Romanæ ecclesiæ persoluendis.

DIlectus filius nobilis vir H. Catenen. & Orchadien. comes nobis significare curauit, quod ipse pro redemptione peccatorum suorum à tempore felicis memorię Alexandri PP. prædecessoris nostri denarium vnum de qualibet domo in comitatu Catenen. habitata annuatim statuit pro eleemosyna colligendum, & ob reuerentiam beatorum apostolorum Petri, & Pauli ad sedem apostolicam dirigere consueuit: quam visitationem nomine eleemosynæ annuatim ad opus Romanæ Ecclesiæ colligenda tam suo, quàm bonæ memoriæ A. olim Catenen. episcopi, & aliorum momilium illarum partium testimonio confirmauit. Cum autem postea memorato A. Catenen. Episcopo viam vniuersæ carnis

nis ingreſſo, venerabilis frater noſter I. in eandem eccleſiam fuiſſet in epiſcopũ inſtitutus, prædictam eleemoſynam irritare præſumens, eam ab his, qui ſunt in ſua dioceſi cõſtituti, auctoritate propria interdixit exolui. Quo circa fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi vobis conſtiterit de prædictis præfatum Caten. epiſcopum, ſi monitione præmiſſa hoc facere neglexerit, ad ſatisfaciendum de eleemoſinis ſubtractis hucuſque, & ne eas reddi de cætero interdicat (ſicut iuſtum fuerit) auctoritate noſtra, ſublato appellationis obſtaculo per cen. Eccleſiaſticam compellatis. Quod ſi ambo alter veſtrum, &cæt. VI. Cal. Iunij.

N. ARCHIEPISCOPO IVGdunen. & N. Abbati Aitanacen. Vt literæ apoſtolicæ, quæ ſurreptitiæ erant impetratæ, reuocentur.

DIlecti filij Canonici Matiſconenſes nobis per ſuas literas intimarunt, quod cum olim Valt. de Berziaco eorum Cõcanonicus tempore bonæ memoriæ C. PP. prædeceſſoris noſtri ad ſedem apoſtolicam acceſſiſſet, licet fide interpoſita firmauiſſet, quòd contra diuiſionem terrarum vacantium, quam dilectus filius Anninus eiuſdem eccleſiæ decan. iuxta ſuæ voluntatis arbitrium ordinaret, deberet nullatenus obuiare, & tã pro hac, quàm aliis multis cauſis periurii reus exiſtens pro debitis eccleſiæ, quę retinuerat violenter, & fractura claſtri ſententia excommunicationis teneretur aſtrictius, per ſuggeſtionem falſi nulla facta ſuper præmiſſis omnibus mentione, ab eodem prædeceſſore noſtro quõdam obedientiam, quæ præſteria nũcupatur, in ſalutis ſuæ perniciem obtinuit ſibi dari, tam ab eo, quàm à nobis confirmationes ſuper hoc impetrata: Quia igitur id in graue præiudicium eccleſiæ noſcitur redundare, cum de prouentibus illius præſteriæ illis, qui aſſiduè in eccleſia ſeruiunt memorata, conſueuerint neceſſaria miniſtrari: diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi prædictas confirmationis literas, per ſuſpenſionem veri, & falſi ſuggeſtionem (vt ſupra dictum eſt) vobis conſtiterit impetratas, nullatenus permittatis, quod dictus G. ex his fructum aliquem cõſequatur, quin potius, tam eccleſiam quàm canonicos antedictos ab impetitione ipſius, quantũ ab obtinendũ præſteriã illã appellatione remota penitus abſoluatis: cum ſecundũ canonicas ſanctiones mendax precator carere debeat impetratis, in ſtatum debitum reuocantes, ſi quid poſt appellationem ad nos legitimè interpoſitam in eorundem canonicorum præiudicium temere noueritis attentatum, & facientes, quod exinde duxeritis ſtatuendum per cenſuram eccleſiaſticam inuiolabiliter obſeruari. Nullis literis veritati, & iuſtitiæ &c. Quod ſi ambo &c. tu frater archiepiſcope &cæt. Datum &c. III. Calend. Iunij.

N. ABBATI DE IVGO DEI, & N. Priori de Scillin. Ne pro mortuorum ſepultura, & coniugum copulatione pecunia exigatur.

SVam nobis dilecti filij Parochiani de villa Franca quærimoniam deſtinarunt, quod Dalmaſius capellanus eorum pro exequijs mortuorum, & benedictione nubentium, minus licitè pecuniam ab eis exigit, & extorquet, quod ſi forte cupiditati eius non fuerit ſatisfactum, ne poſſint mortuorum corpora ſepeliri, vel nubentium benedictio celebrari, fictitia eius impedimenta fraudulenter opponit. Quia igitur exactiones huiuſmodi ſacrorum canonum obuiant inſtitutis, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus dictum cappellanum, vt à tanta præſumptione deſiſtat, & etiam pro exceſſu ſatisfaciat competenter, moneatis attentius, & efficaciter inducatis. Quod ſi forte veſtris monitionibus noluerit obedire, ipſi appellatione remota pœnam canonicam infligatis. Datum &c. II. Calend. Iunij. *Cap. Suis nobis, De ſimonia.*

N. DECAN.

N. DECAN. VLIXBONEN. prioribus N. sancti Vincentij, & de Alcobacia. Vt causam Episcopi Colimbriensis, & Milites templi audiant.

EXposuit nobis venerabilis frater noster N. Colimbrien. episcopus, quod cum causa, quæ inter eum, & dilectos filios fratres militiæ templi super ecclesijs de Ega, & de Rodina, & Palumbario vertebatur, à bonæ memoriæ Lucio Papa prædecessore nostro venerabilibus fratribus N. Bracharen. archiepo & epo Portugalen. fuisset à sede apostolica delegata, iudices ipsi partibus conuocatis, & in eorum præsentia constitutis (sicut in literis eorum accepimus) dictis fratribus mandauerint, vt de prædictis ecclesijs, vel eidem episcopo vigesimo die post receptionem literarum, ipsorum iustitiam exhiberent, vel ei tan quam diocesano suo iura episcopalia in integrum persoluere procurarent: prædictis ecclesijs, interdicto subiectis, & Parochianis earum excommunicationis sententia innodatis, nisi dicti fratres mandatis parerent ipsorum, vel ijdem Parochiani eis non parentibus in prædictis ecclesijs diuinis officijs interessent, aut decimas eis, primitias, siue mortuaria soluerent, vel in ipsis corpora mortuorum sepelirent. Verum prædictis fratribus sententiam eorundem iudicium nullatenus obseruantibus, à felicis recordationis Vrbano Papa prædecessore nostro primo ad Io. quondam vicedominum Brixien. & magistrum Io. Bergomen. Subdiaconum apostolicæ sedis sub forma prædictis iudicibus delegata, ac deinde ad venerabilem fratrem nostrum N. Tuden. Episcopum, & dilectos filios N. de Reforio, & N. Alcobatiæ priores fuerunt literæ impetratæ: quarum auctoritate non fuit vsque ad ad calculum sententiæ diffinitiuæ processum, nec interdicti ecclesiarū, aut excommunicationis Parochianorū sententia relaxata. Tandem verò cum dilectus filius noster G. sancti Angeli Diaconus Car. tunc apostolicæ sedis legatus, intrasset Hispaniam, eandem causam venerabili fratri nostro N. episcopo, & dilecto filio N. Archidiacono Vlixbonen. delegauit: qui priorum iudicum sententiam confirmantes interdicti, & excommunicationis sententias in ecclesias ipsas, & earum Parochianos latam à primis iudicibus innouarunt, ac postmodum idem Cardinalis, quod ab eis factum fuerat confirmauit. Quia vero nobis ad plenum non constitit de præmissis, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus recepta ab eisdem templarijs parendi coram vobis iustitiæ legitima cautione, partibus conuocatis inquiratis de prædicta sententia diligentius, veritatem: & si eam inueneritis iustè latam, faciatis mandari executioni, & vsque ad satisfactionem à partibus per censuram ecclesiasticam inuiolabiliter obseruari. Eodem modo per omnia processuri, si forsan fratres ipsi noluerint, quod stent & pareant iuri cauere: alioquin. par. con. audiatis causam ex integro, & ipsam appellatione remota mediante iustitia terminetis, non obstante priuilegio in præiudicium Colimbrien. ecclesiæ per subreptionem obtento. Quod si omnes &c. duo vestrum &c. Datum Romæ &c. XII. Calend. Iunij, &cæt.

ABBATI DE ALCOBATIA F. Menendi, & P. exod. monachis Alcobatiæ. Vt fratres sanctæ Crucis reuerentiam & Episcopalia iura Colimbrienſi Episcopo suo reddant: & quòd matrix ecclesia, cathedralis vocetur.

VEnerabili fratre nostro N. Colimbrienſi episcopo didicimus conquerente, quòd cum fratres sanctæ crucis monasterium de Arganil. sub protectione sua nuper receperint, quod suis prædecessoribus episcopalia iura consueuerat ab antiquis temporibus exhibere, nunc quodam de canonicis suis sine suo consensu ibi facto priore, occasione cuiusdam priuilegii à bonæ memoriæ Cle. Papæ prædecessore nostro veritate tacita impetrati, eidem episcopo debitā obediētiam denegat exhibere: inde sumpta occasione, quod per matricem ecclesiam non cathedralem intelligunt, sed Romanam. Quia verò: non est nostræ intentionis, vt iura fratrū nostrorū tempo ribus nostris indebitè minuantur, cām

Cap. Sua nobis, De simonia.

ipsam vobis duximus committendam, per scripta apostolica mandantes, quatenus si vobis aliud non occurrerit, propter quod dictus prior non debeat Diocesano episcopo respondere, eum ad præstandum dicto episcopo debitam reuerentiam sicut prædecessoribus episcopi præstiterunt, appellatione remota per censuram ecclesiasticam compellatis. Nos enim per matricem ecclesiam cathedralem intelligere volumus, non Romanam, non obstante priuilegio in præiudicium Colimbrien. ecclesiæ per subreptionem obtento: Quod si omnes &c. duo vestrum &c. Datum Romæ &c. III. Calend. Iunij.

N. EPISCOPO, ET N. PRIORI ELBORENSI. eiusdem ferè argumenti.

INnotuit nobis, venerabili fratre nostro N. Colimbrien. episcopo conquerente, quod cum olim magna pars Colimbrienſis diœcesis ab inimicis crucis teneretur inuasa, bonæ mem. Inno. PP. prædecess. noster Lamecen. & Ausien. ecclesias Colimbrienſi (sicut ex priuilegio eius apparet) concessit tamdiu detinenda, donec amissam partem diœcesis rehaberet. Cum autem A. quondam Rex Portugaliæ diœcesim illam liberasset á manibus paganorum, quandam partem ipsius dilectis filijs, fratribus militiæ templi, quandam vero monasterio sanctæ Crucis motu proprio assignauit, & in prædictis ecclesijs episcopos obtinuit ordinari. Ne igitur dicta Colimbrien. ecclesia se doleat suo iure priuatam, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis illis, qui propter hoc fuerint euocandi, audiatis quæ hinc inde duxeritis proponenda, & quod canonicum fuerit super his appellatione postposita statuatis: facientes, quod statueritis firmiter obseruari: non obstante priuilegio, vel rescripto in præiudicium Colimbrien. ecclesiæ per subreptionem obtento: Nullis literis veritati, & iustitiæ, &c. Quod si ambo, &c. Tu frater episcope, &c. Datum. II. Idus Maij.

N. DECAN. VLIXBONEN. N. Priori, & P. frodiz monacho de Alcobatia. Priuilegium in graue detrimentum alterius impetratum reuocatur.

INnotuit nobis, venerabili fratre nostro Colimbrien. Episcopo intimante, quòd cum M. quondam canonicus sanctæ Crucis in episcopum fuisset Colimbrien. assumptus, priuilegium quod dam de consilio quorundam canonicorum ecclesiæ Colimbrien. monasterio sanctæ Crucis indulsit, in non modicum eiusdem ecclesiæ præiudicium, & grauamen. Quia vero nobis non constat de præmissis, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus partibus conuocatis inquiratis de præmissis diligentius veritatem, & si priuilegium ipsum in graue dispendium Colimbrienſis ecclesiæ videritis redundare, quod illicite factum est, auctoritate apostolica appellatione remota legitimè reuocetis, non obstante priuilegio in præiudicium Colimbrienſis ecclesiæ per subreptionem ab apostolica sede obtento. Datum Romæ, &c. III. Non. Iunij.

N. DE SAZETA, ET N. DE mazenera abbatibus, & P. Frod. Monacho de Alcobatia: Vt ecclesia Colimbrienſis suo iure & priuilegijs non spolietur.

QVerelam venerabilis fratris nostri N. Colimbrienſis episcopi ad nos delatam accepimus, quòd cum charissimus in Christo filius A. Illustris Rex Portugalliæ partem territorii Colimbrienſis, & vicinorum castrorum in loco, qui Alathē vocatur, & in sua proponitur diœcesi constitutus, iam dudum hominibus dederit incolendum, qui ei de regalibus responderent: fratres Monasterii sanctæ Crucis in locis illis quasdā denuo ecclesias construxerunt, & construunt: ex quibus episcopalia iura percipiūt, & reddere contradicunt; cum in suis priuilegiis habeatur, quòd in illis tantū villis, quas de nouo ædificant, episcopalia iura valeant obtine-

obtinere Nolentes itaque prædictos fratres alijs iniurioſos exiſtere, cauſam ipſam vobis duximus committendam: per apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus partibus conuocatis, audiatis quæ proponentur hincinde, & quod canonicum videritis ſuper his appellatione poſtpoſita ſtatuatis, facientes quod ſtatueritis firmiter obſeruari, non obſtante priuilegio in præiudicium Colimbrien. eccleſiæ per ſubreptionem obtento. Quod ſi oēs &c. duo veſtrum, &c. Datum Romæ &c. VI. Calend. Iunii.

N. DE ALCOBATIA, ET N. de Seizæ Abbatibus, & N. Priori de Alcobatia Eiuſdē argumenti cū præcedenti.

EXpoſuit nobis ven. frater noſter Colimbrien. epiſcopus in noſtra præſentia conſtitutus, q̄ Portugalē. eccleſia flumen Dorij, quod Portugalen. diœceſim à Colimbrien. ſeparat, & ab antiquo fuerat certus terminus vtriuſque tranſgreſſa, magnam partem Colimbrien. diœceſis occupauit, contra compoſitionem à bonæ memoriæ Buſonen. quondam Card. tunc apoſtolicæ ſedis legato apud Burgū in concilio factam, & per ſedem apoſtol. poſtmodum confirmatam. Volentes igitur Colimbrienſi Eccleſiæ in ſuo iure adeſſe, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus venerabilē fratrem noſtrum Portugalē. Epiſcopum ad reſtituendam illam partem diœceſis, quam præter iuſtitiam detinet occupatam, cum fructibus inde præceptis monitione præmiſſa, per cenſuram eccleſiaſticam ſicut iuſtū fuerit appellatione poſtpoſita compellatis. Nullis literis veritati, & iuſt. &c. Quod ſi omnes &c. duo veſtrum &c. Datum Idibus Maij.

N. DE SAZETA ET N. DE Manzenera Abbatibus, & F. Menēdi monacho de Alcobatia. Eiuſdem argumenti.

INſinuauit nobis ven. fra. noſter Colimbriē. epiſcopus, quòd cum illuſtris Rex Portugaliæ fratribus ſanctæ Crucis apud Caſtrum de Leirena in vna tātum eccleſia ius conceſſerit patronatus inconſulto diœceſano epiſcopo, in eodem loco conſtruere alias motu proprio præſumpſerunt, quas & per capellanos conductitios regunt, & in nullo pro ipſis volunt diœceſano Epiſcopo reſpōdere: eaſdem etiam Eccleſias priuilegijs ſuis fecerunt in ſcribi, cum ab epiſcopali iure nū quam fuerint de conſenſu Epiſcopi liberatæ: vnde totum ius epiſcopale in oppido nominato ſibi præſumunt temerè vēdicare. Quia igitur nobis conſtare nō potuit de præmiſſis, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus partibus conuocatis &c. quod iuſtum videritis ſuper his appel. poſtpoſita ſtatuatis &c. non obſtante priuilegio in præiudicium Colimbrien. eccl. per ſubreptionem obtento. Quod ſi omnes &c. duo veſtrum. Datum &c. VI. Calend. Iunij.

ROTHOMAGEN. ARCHIepiſcopo & ſuffraganeis eius. Ab epiſcopis ſuis excommunicati, non facile ſunt ab alijs abſoluendi.

AD reprimendam malitiam peruerſorum, pœnæ certæ ſunt in canonibus inſtitutæ, quas ſicut latas interdum à vobis in ſubditos vultis inuiolabiles obſeruari, ita latas ab alijs debetis inuiolabiliter obſeruare. Inde eſt, q̄ vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſententias, quas venerabilis frater noſter N. Lexouien. epiſcopus in ſubditos ſuos duxerit canonice promulgandas, & vos ipſi ſeruetis, & eas à veſtris ſubditis violari nullatenus permittatis. Tu verò frater archiepiſcope, cum excommunicationis ſententia, per appellationis non ſuſpeudatur obiectum, ſi quis excommunicatus ab ipſo, de iniuſta tibi excommunicatione conqueſtus fuerit, ad ipſum ei quaſi coepiſcopo deferens abſoluendum, ſecundum eccleſiæ formam remittas: qui ſi fortè noluerit illum abſoluere, tu recepta iuratoria cautione, abſolutionis ei munus poteris exhibere: ita tamen, quod niſi legitimè tibi conſtiterit, eum contra iuſtitiam excommunicatum fuiſſe, ex debito ſibi iuramēti præcipias, vt ſuper eo, de quo fuit excommunicatione notatus, eidem epiſcopo ſatisfaciat competenter. Quod ſi facere fortè contempſerit, eum in excommunicationis ſententiam appellatione

Cap. ad reprimēdā, de officio ordinarij.

remota reducere non omittas.
Datum &c. Calend. Iunij.

LEXOVIENSI EPISCOPO, ne coram suppositis iudicibus, etiam delegatis respondere teneatur.

CVm à nobis petitur &c. vsq; ad verbum Assensu. Auctoritate tibi præsentium indulgemus, vt si fortè contigerit aliquam causam te, vel tuos principaliter contingentem, iudicibus Rothomagen. ex apostolica delegatione ad petitionem partis aduersę committi, coram eis, cum tibi fuerint certa ratione suspecti, respondere minimè teneamini, nisi fortè in literis commissorijs huius indulgentiæ expressa mentio habeatur. Nulli ergo &c. Datum Romæ &c. vt suprà.

In eundem modum scriptum est pro Rothomagen. Archiepiscopo.

REGI ANGLIAE, QVAE honeste facere licuit, in ijs se Regi gratificatum dicit, hortaturque ad pacem seruandam cum Rege Franciæ.

ECclesiam suam, quam per Salomonem dominus, & amicam, & sponsam frequenter appellat, flori Lilij elegan ti quadam, & quasi expressa similitudine coaptauit, ait enim: Sicut Lilium inter spinas, sic amica mea inter filias: lilium quidem quanto fortiores spinarum susti net punctiones, tanto vim odoris copiosioris emittit, & quo plus læditur, redole re suauius comprobatur. Vnde sibi merito comparatur eccl. sponsa Christi, quę cum tribulationibus multis impetitur, tunc potissimum insolidatæ fidei pro tuē da iustitia roboratur, & in ipsis punctionibus, aduersitatumq; molestijs constantior, & firmior inuenitur. Nos vero, quos ad eius regimen quanquam non suffragantibus meritis diuina prouidit dispositio eligi, & assumi, illam concepimus firmiter voluntatem, vt neq; mors, neq; vita ab amplexu nos possit, seu obseruatione iustitiæ reuocare. Sane venientes ad pñtiam nostram ven. fr. noster N. Lexouien. episcopus, & dilectus filius magister Garnerus nūcij tui petitiones, quas nobis ex parte regia obtulerunt, syncero affectu, quantum cum Deo, & honestate potuimus, curauimus promouere. Rogamus autem, & monemus attentius serenitatem regiam, quatenus si fortè in aliquo effectus tuo desiderio non respondet, non nostræ vnquam duritiæ imputetur: cum honestis, & iustis petitionibus excellentiæ tuæ benigni semper, & faciles proposuerimus inueniri: sed iustitiæ potius, quam officij nostri debitum certos fines transgredi non permittit: ad quam tenendam firmiter, & seruandam, in suarum primitijs literarum serenitas regia nos monuit, & induxit. Cæterum, super eo, quod prædicti tui nuncij postularunt, vt nobilem virum. N. filium ducis Austriæ, ad restituendam pecuniam, quam pater fuus in periculum animæ suæ ad te dum redires ab obsequio Iesu Christi pro redemptione tua violenter extorsit, & in vltima voluntate pœnitentia ductus per eundem filium suum tibi restituendam mandauit, auctoritate apostolica cogeremus: noueris nos eisdem nostris literis iniunxisse, vt prædictam pecuniam sine difficultate qualibet restituere nō omittat: alioquin venerabili fratri nostro N. Salzburgen. Archiepiscopo literis nostris iniungimus, vt ipsum ad restitutionem eiusdem pecuniæ faciendam moneat diligentius, & inducat, & per seueritatem ecclesiasticam appellatione remota compellat. Verum quia circa personam nobilis viri N. Ducis Sueuiæ quædam audiuimus immutata, eidem ad pręsens scribere cautela prohibente nequiuimus: vt iuxta postulationem pecuniam tuam, quàm à te Henricus quondam Imperator frater ipsius contra Deum, & periculum animæ suæ extorserat violenter, dum de transmarinis partibus remeares, deberet tibi restituere: præsertim cum eiusdem fratris sui thesaurus ad eum esset ipso mortuo deuolutus, & ipse, vel hæres sit, vel tutor hæredis. Veruntamen scripsimus venerabili fratri nostro Magdeburgen. Archiepiscopo, vt ducem ipsum, ad restituendam pecuniam ipsam moneat diligentius, & inducat: alioquin tantam iniuriam non poterimus sub dissimulatione transire, quin in eundem ducem, & terram eius siue cuiuslibet acceptione

personæ

personæ nostri officii debitum, & seueritatem curemus ecclesiasticam (sicut iustum fuerit) exercere. Insuper scribimus Charissimo in Christo filio nostro N. Illustri Regi Nauatræ, vt pecuniam & castella sancti Ioannis de Pedeportæ, & Roccabruna, quæ pater suus tibi cum filia sua cõcessit in dotem, sine aliqua difficultate restituat: alioquin venerabili fratri nostro N. Narbonen. Archiepiscopo, cui iam alia vice (si benè recolimus) super hoc scripsimus, nostris damus literis in mandatis, vt ipse eum per censuram ecclesiasticã ad hoc monitione præmissa sine appellationis obstaculo iustitia mediante compellat. Ad hæc cum ijdem nuncii à nobis cum instantia postulassent, vt Charissimum in Christo filiũ nostrum Philippum illustrem Franciæ regem, ad restitutionem castrorum illorum, & terræ cõpellere deberemus, quæ contra protectionem ab apostolica sede tibi concessam inuaserat, antequam de peregrinationis obsequio ad ꝓpria remearet, dilectus filius magister Vu. de sancto Lazaro Nuncius eiusdem Regis se constanter pro eodẽ oppositi: illum ad hoc asserens non teneri: cũ pactiones, & conuentiones solẽnes, quæ inter vos præcesserant, & hinc inde fuerãt roboratæ, tua magnificentia nõ seruasset, & per te fuissent primitus violatæ: maximè cum sororem ipsius dimiseris, & aliam tibi curaueris mrimonio copulari. Et quia post arreptum iter Hierosolymam adeundi, cum acquisita quælibet deberetis habere communia, pecuniam à Rege Tancredo receptã, & thesaurum de Cipro habitum tua sibi communicare noluerit magnitudo, immo in transmarinis partibus damna et plurima, & iniurias irrogarat, suos milites, immo consanguineos ab ipsius deuotione, & seruitio subtrahendo. Propter quod non sine confusione sua coactus fuerat ad propria remeare. Adiecit etiam, ꝙ vbi restitutus fuisti propriæ libertati, cum eo super omnibus quærelis voluntate spontanea transegisti: quin potius post pacem adinuicem factam, multa tibi castra de mera liberalitate donauit. Ecõtra verò prædicti nuncij serenitatis tuæ nihilominus proponere constanter curauerunt: ꝙ post fœdus prius in te, & iuramento firmatæ societatis, idem Rex Franciæ tibi primus iniuriam intulisset, apud Messanum videlicet: vbi insurgentibus hominibus Tancredi Regis in tuos de impedimento tibi auxilio requisitus, non solum defecerat, sed etiam propria manu tres de hominibus tuis occideret cum balista: post quod factum cum se pœnitudine duci assereret, inter vos pactio interceßit: in qua pro decem millibus marchis argenti, quas ei reddere promisisti, prædictus Rex à contrahendo cum sorore sua matrimonio te' absoluit: & Gisortium cũ Vlcassino tibi quietum in perpetuum omnino dimisit. Asserebant quoq; de thesauro Cypri, & de pecunia à Tancredo habita, præterquam de dote sororis tuæ I. Illustris quondam Reginæ Siciliæ, eidem Regi, sicut de cæteris ad voluntatem tuam pleniſſimè satisfactum: ita quod cum prædictus Rex Franciæ ab orientali terra discederet, sub iuramento promisit, ꝙ terram magnificentiæ tuæ tibi conseruaret integram, & illæsam in eo statu, in quo fuerat, quando Hierosolymitanum iter fueratis aggressi: quousque reuersus ad propria moram quadraginta dierum in terra propria peregisset: cõtra quam promissionẽ eandem tertã, & castra nõ fuerat veritus occupare. Super quibus conuentionibus literas eiusdem Regis patentes apud tuã asserebant magnitudinem residere. Conuentiones verò, quas idem Magister V. de sancto Lazaro persona tua libertati propriæ restituta inter te ac prædictum Regem vltimo interuenisse retulerat, ijdem nuncij tui, si quæ fuerant, asserebant præfatum Regem Francię primitus violasse: cum etiam si qua tũc pacta subierat, spoliatus eadem subijsses: propter quę ad ea dicebãt nullatenus te teneri. Licet itaq; & hæc, & alia multa pars vtraque proponeret, quæ pro ipsis facere videbantur: quia tñ causarum merita partium assertione pandũtur, & ipsi personam standi in iudicio non habebant, non potuimus salua iustitia in ipso negotio sine veritatis inquisitione procedere. Nos ergo iuxta regiæ petitionis instantiam, propter has, & alias necessitates q̃ plurimas, fa-

cultate nobis à Chro concessa, nacta quoque tpis opportunitate condigna, dispositis prius q̃ tam circa vrbem, q̃ circa regnũ Siciliæ, nec non & aliud ecclesiæ pri moniũ fuerint disponenda: licet multæ nobis, & magnę solicitudines ex diuersis causis incumbant: si tñ ille nobis annuerit, à quo speram⁹ dirigi gressus nostros, partes vestras, vt tñ nos ad promissionis debitũ nõ ligemus, nisi aliud impedimẽtũ occurrat, intendimus visitare: vt super his, & alijs, quæ toti Christianitati credimus profutura, deliberatione prouida ꝓcedamus. Si verò desuper datũ nõ fuerit, per legatos nostros quod iustum fuerit, sine personarum acceptione (fauente Domino) statuemus. Illud autem serenitatem regiã nolumus ignorare, quod quãtumcunque nobis molestum existeret, præfatum Regem Franciæ, ac te ipsum in aliquo molestare, non poterimus aliquatenus sustinere, quin vos ad pacem ineundam pariter, & seruandam, per districtionem ecclesiasticam ratione præuia compellamus: non de nostris viribus confidentes, sed de illius omnipotentia, cuius vices (licèt immeriti) exercemus in terris. Datum Romæ apud Sanctum Petrum II. Calend. Iunij.

N. EBVRICEN. ARCHIepiscopo. vt inquirat contra Engolismensem Episcopũ, dilapidatorem ecclesiæ suę.

GRaue nobis est admodum, & molestũ, cũ de aliquo fratrũ, & coepiscoporum nostrorum aliqua in nostro auditorio proponũtur, quæ in ipsis episcopale officium, & integritatẽ famæ denigrare vñr: cum semper velimus audire de singulis ea, quæ ad perfectam curam pastoris pertinent, & ad commissi gregis commodum, & salutem. Insinuarunt aũt nobis dilecti filij quidam, Engolismẽ. ecclesiæ canonici, ꝙ venerabilis frater noster I. episcopus suis patrimonium episcopatus minus vtiliter administrans, dilapidauit multa de bonis, mensæ suæ vsibus deputatis, & per alienationes illicitas cõtra iurm, quo tenetur ecclesiæ, possessiones episcopatus enormiter minuit, & cõsumpsit. Proponebant insuper, ꝙ multas ecclesias post appellationem in Synodis sæpius iteratã præter assensum Capituli collegijs perpetuò assignauit, cũ id canonicis dissonet institutis. Alienata verò, & dilapidata, & ecclesias episcopali ordinationi subtractas sub tua reseruarunt præsentia exprimenda: ne prolixæ oronis series legenti pariter, & scribẽti fastidium importarent. Adiecerunt ẽt, ꝙ sit in suffi ciẽs, indiscretus, inutilis, appellationũq; contẽptor, & quod per suæ simplicitatis negligentiã sub ipsius regimine nõ solũ mensa, & ecclesia sua, verum ẽ tota diocœsis admodũ grauia sustinuit detrimẽta: pauca siquidem de pluribus exprimẽtes, dixerunt ipsum Epm indignis, & minus idoneis sacros ordines, & ecclesiastica beneficia contulisse: ita ꝙ cũ olim ordines celebraret, & ventũ esset ad presbyteros ordinandos, in manuum vnctione quidam inter presbyteros consecrandos inuentus est pollicem non habere: minoribus, & nondum in sacris ordinibus cõstitutis, animarum curam dicitur commisisse, & etiam à pluribus ordinãdis suscepisse ante latum ordinem iuratoriam cautionem: ne post ab eodem beneficiũ ecclesiasticum contra suam peterent voluntatem. Ad magnum aũt indiscretionis suæ, & insufficientiæ argumentum constanter fuit in audientia nostra propositum, quod cum olim idem episcopus super ordinanda ecclesia litteras impetrasset, monachos albos, & nigros, & priorem de Allauilla canonicum regularem ordinauit in ecclesia sua canonicos. Quod factum tanquam ridiculosum sedes apostolica, cum ad eius venisset notitiam reuocauit. Præterea, quendam nepotem suum, qui professus ordinem de corona, ibi in sacerdotali officio, & habitu regulari diu fuerat conuersatus, extractum inde canonicauit in ecclesia cathedrali. Sed abbas loci tanquam discretus, & prouidus ipsum postmodũ reuocauit ad claustrum. In solennitatibus expressis à Canone in maiori Ecclesia non deseruit: confirmat Abbates, & tractat causas difficiles sine canonicorũ assensu: Presbyteri, & clerici per eius insufficientiã capiuntur: bona ecclesiastica occupantur, & homines sibi, & antecessoribus eius debita, & exhibita subtrahuntur:

tur: & præterea iura, quæ prædecessores sui in Ciuitate hactenus habuerunt, fere permisit penitus deperire: sentẽtias quoque à sede apostolica confirmatas, ꝑsumpsit auct. apostolica relaxare, & alia multa committere, quibus correctionis debita manus celeriter conuenit adhiberi. Ideoq; fraternitati tuæ per apost. scripta mandamus, quatenus vocatis ad præsentiam tuam, qui fuerint euocandi, inquiras super præmissis omnibus, & alijs, q̃ ꝓposita fuerint appellatione remota diligentius veritatem: & quæ inueneris fideliter redacta in scriptis nobis sigillo tuo signata mittere non postponamus, prefigens partibus terminum competentem, quo cum ipsi nostro se debeant præsentare conspectui, sententiam (auctore Domino) recepturæ: attentius prouisurus, quòd mandatum nostrũ taliter executioni demandes, quòd tua fraternitas meritò possit, & debeat commendari. Nullis literis &c. veritate tacita. Datum Rom. apud S. Petrum III. Cal. Iunii.

N. ABBATI, ET CONVENTUI Chari loci.

EX parte vestra nostro fuit apostolatui reseratum, quòd quidam monachus vester se ad nigros monachos transferens, & habitum nigrum ibidem assumens ad sacerdotij ordinẽ in ipso habitu est promotus. Vnde, quia in hoc articulo dubitatis, vtrum in assumpto taliter ordine debeat ministrare, vobis hoc dubietatis scrupulum enodantes, per apostolica vobis scripta mandamus, quatenus nisi aliud canonicũ ei videritis obuiare, ipsum monachum officium sacerdotis exequi liberè permittatis. Datum Romæ apud Sanctum Petrum.

N. ABBATI VNGIACEN. IN causis ecclesiæ & cœnobij ecclesiæ membra testantur.

TVnc libẽtius postulata cõcedimus, quando quod petitur ab æquitate non deuiat, & petentis personæ grauitas morum, & vitæ merita suffragantur. Postulasti siquidẽ à nobis dilecte fili de benignitate tibi sedis apostol. indulgeri, vt in causis ecclesiæ tibi commissæ vti testimonio fratrum * nostrorũ valeas, & eis habeatur fides, sicut consueuit testibus adhiberi. Nos ergo attendentes petitionem tuã institutis canonicis conuenire, quę in causis ciuilibus, illos testes statuũt assumendos, qui negocia ecclesiastica tractauerunt, & de quorum fide non potest aliquatenus dubitari, auctoritate tibi ꝑsentium indulgemus, vt quoties ecclesiæ tuę videris expedire in causis, q̃ non fuerint criminales, fratres, & canonicos ecclesiæ tuæ inducere possis, vt phibeant testimonium veritati. Dat. Ro. &c. X. Cal. Iunij.

* *aliàs* *tuorum.*

N. EDVEN. EPISCOPO, N. Vngiacen. & N. Sanctæ Margaritæ abbatibus. De restaurendis cœnobijs, & reformanda monastica disciplina.

LIcet bonæ memoriæ Clemẽs, & Cęlestinus prędecessores nostri de tuę frater Episcope, discretionis honestate cõfisi, solicitudini tuæ dederint in mandatis, vt tui episcopatus loca religiosa, quæ à sui status integritate collapsa cognosceres, & in quibus religionis obseruãtiam attenderes diminutam pontificali auctoritate corrigere non differres, vt tamen tuæ maturitatis correctio maiorem obtineat firmitatem, auctoritatem nostram super hoc, & fauorem solicitè postulasti. Nos igitur considerationem tuã dignis laudibus commendantes, & volẽtes Abbatiam Sancti Ioannis Eduen. quæ in magnam dissolutionem religionis, & ordinis collapsa proponitur, per tuæ discretionis industriam correctione debita reformari, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus ad locum pariter accedentes de statu monasterij plenam studeatis elicere veritatẽ, & quæcunque in capite, vel in membris tam circa spiritualia, quàm temporalia de iure statuenda, & corrigenda videritis, auctoritate freti apostol. sine appellationis obstaculo corrigatis, & faciatis quòd à vobis statutum fuerit sine refragatione seruari. Nullis literis veritati, & iustitiæ, &c. Quod si omnes, &c. Tu frater

ter episcope cum eorum altero, &c.
Datum, &c. Calend. Iunij.

VV. REMEN. ARCHIEPISCOpo Sanctæ Sabinæ Cardinali, & Suffraganeis eius. Vt per quosdam falsarios confictas Bullas intercipiant.

DVra sæpe mandata, & institutiones interdum iniquas à sede apostolica emanare multi arguunt, & miran tur, & in hoc ei culpam imponũt, in quo synceritas eius, culpæ prorsus ignara per innocentiam excusatur. Nos etenim circa maiora negotia frequentius occupati, & curam vniuersorum ex officio nostro gerentes, per quod sumus omnibus debitores, cum omnibus apud nos instantibus incontinenti satisfacere non possimus, quidam eo, quòd à semita iustitiæ oberrantes, aut vltra quàm permittit honestas suæ petitionis licentiam extendentes, exaudiri non possunt, in motum propriæ voluntatis irrumpunt, & ad sua ingenia falsitatis, & artes perditionis cum animi exquisita malitia recurrentes, per falsæ astutiam speciei candorem puritatis apostolicæ denigrare, ac deprauare nituntur. Ex cuius falsitatis ingenio quot, & quanta mala proueniant, cum per eã & innocentes quandoq; damnentur, & rei ab obiectis criminibus absoluantur, nec non, & apostolicæ sedis lædatur auctoritas, ipsa rei euidens malitia protestatur. Licet autem huiusmodi falsitas aliquandiu possit cum operibus tenebrarũ abscondi, tamen quia per eam beatis apostolis specialiter infertur iniuria, ille, à quo in persona eorum Romana ecclesia auctoritatem super ecclesias vniuersas accepit, vnde & Bulla nostra, per quam totius negotia Christianitatis aguntur, capitum ipsorum charactere præsignatur, perniciem tanti sceleris non patitur in tantum præiudicium eorum diutius occultari. Accidit enim nuper in vrbe, quòd quidam huiusmodi falsitatis astutiã pernicioſius exercentes, in suis fuere iniquitatibus deprehensi: ita quòd Bullas tam sub nomine nostro, quàm bonæ memoriæ Cœlestini PP. prædecessoris nostri, quas falsò confiuxerant, & q̃ plures literas Bullis signatas eisdem inuenimus apud eos ipsosq; captos adhuc in carcere detinemus. Nos aũt honori Romanæ ecclesiæ, & vtilitati omnium paterna volẽtes solicitudine prouidere, de consilio fratrũ nostrorũ statuimus, & sub excõmunicationis pœna, & suspensionis ordinis, & beneficii districtius inhibemus, ne quis apud sedem apostolicã de cætero literas nostras, nisi à nobis vel de manibus illorum recipiat, qui de mandato nro sunt ad illud officium deputati. Si vero persona tantæ auctoritatis extiterit, vt deceat eum per nunciũ literas nostras recipere, nuncium ad cãcellariam nostram, vel ad nos ipsos mittat idoneum, per quem literas apostolicas iuxta formam præscriptã recipiat. Si quis autẽ in hac parte mandati nostri trãsgressor extiterit, si laicus fuerit, excommunicationi subiaceat, si clericus officio, & beneficii sui suspensione damnetur. Verùm quia (sicut à falsarijs ipsis accepimus) tã ad partes vestras, quã ad cæteras regiones per literas transmissas ab eis suæ iniquitatis falsitas multipliciter est diffusa, fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, & districtè præcipimus, quatenus prouinciale concilium euocetis, in quo solenniter, & generaliter statuatis, vt per singulas parochias publicè proponatur. Quod si quis à sede apostolica literas impetrauit, quarum tenor possit esse suspectus, & eis vti voluerit, vt statutam pœnam euadat: primò fiat collatio de falsa Bulla cum vera, & si eam inuenerit falsitate notandam, Episcopo diœcesano, Abbati, vel Archidiacono loci easdem literas non differat præsentare: qui veritate comperta illum, qui tales literas reportauit, si laicus fuerit excommunicationi subiaceat, si clericus eum ab officio, beneficioque suspendat. Ad hæc adijcientes statuimus, vt generalem excommunicationis sententiam promulgetis, quam per singulas parochias faciatis frequentius innouari. Quod si quis falsas literas se cognoscit habere, infra quindecim dies literas illas aut destruat, aut resignet, si pœnam excommunicationis voluerit euadere: quam nisi forsan in mortis articulo sine speciali mandato nostro à quocunque

nolumus relaxari: nec etiam si præsumpta fuerit contra hoc absolutio, quicquã habeat firmitatis: ne fottè post tempora nostra falsitas interim occultata cuiquã valeat præiudicium generare. Cæterum ad maiorem illius notitiam falsitatis habendam, vt fieri possit Bullæ falsæ cum nostra collatio, præsentibus literis vnam de Bullis falsis, cum vera Bulla duximus appendendam: districtius iniungentes, vt quascunque literas inueneritis hac, vel alia falsitate notandas, si quid auctũ fuerit occasione illarum appellatione postposita irritetis: ita quòd huiusmodi falsitas nullo temporis spatio valeat excusari: & portitores earum tamdiu facia tis sub arcta custodia detineri, donec receperitis super hoc nostræ beneplacitum voluntatis. Datum Romæ apud Sanctum Petrum. XIIII. Calend. Iunij. Pont. nostri anno primo.

In eundem modum scriptum est super hoc, vniuersis Archiepiscopis, & eorum Suffraganeis singulariter.

N. MAGDEBVRGEN. ARchiepiscopo. Vt Ducem Sueuiæ cogat Angliæ regi ablatam pecuniam restituere.

IN eo sumus officio disponẽte Domino cõstituti, vt singulorum & omniũ saluti cõsulere debeamus, & vniuersis petentibus, tàm maioribus, quàm minoribus in executione iustitiæ prouidere. Sane quàm potenter, & magnificè charissimus in Christo filius noster R. Illustris Rex Angliæ, se ad obsequium Domini in partibus transmarinis habuerit, ita vt nec rebus suis pepercerit, nec personæ, sed se ipsum multis, & variis discriminibus pro exaltatione Christiani nominis exposuerit, quanquam graues, & enormes iniurias, & iacturas ab H. quondam Imperatore pertulerit: inde reuertẽs per totum ferè orbem fama notissima diuulgauit. Quæ res tãtò perfunditus Romanam tangit ecclesiam, quantò iniuriæ, & grauamina Regi eidẽ illata in eius ignominiam, & iniuriam noscuntur grauius redundare. Quia igitur tam grauem Domino, & apostolicæ sedi, nec non & ipsi regi iniuriam irrogatam salua conscientia dissimulare non possumus, nec debemus, fraternitati tuæ per apostolica tibi scripta mandamus, & districtè præcipimus, quatenus nobilem virum N. Ducem Sueuiæ, ad cuius manus thesaurus præfati Imperatoris peruenit, & patrimonium eius, vel iure successionis, vel saltem tutelæ nomine noscitur deuenisse diligenter admoneas, & quàm efficacius poteris procures inducere: vt eidem regi de ablata pecunia satisfaciant competenter: alioquin nouerint, quòd nos tantam iniuriam non poterimus sine dissimulatione transire, quin in eum, & terram eius nostri officij debitum, sicut iustum fuerit, exequamur. Datum Romæ apud sanctum Petrum. II. Cal. Iunij.

N. TARENTASIEN. ARchiepiscopo. De incendiarijs absoluendis.

INter alias petitiones tuas postulasti nuper à nobis, quòd circa incendiarios absoluendos, qui non possunt ad sedem apostolicam proficisci, tecum dispensare vellemus: vt eis posses absolutionis beneficium impartiri. Nos ergo, quia personam tuam syncera charitate diligimus, auctoritate tibi præsentium duximus indulgendum, vt illos incendiarios absoluere tibi liceat vsq; ad trienium: qui propter ægritudines, aut inimicitias capitales se non possunt nostro conspectui præsentare: appellationibus quoque, quas parochiani tui, vel diœcesani episcopi tuum volentes iudicium declinare, frustatorie interponunt, nolumus te deferre. Nulli ergo &c. Datum Romæ, &c. V. Calend. Iunii, Pontificatus nostri anno primo.

EVERARDO NITRIEN. EPIscopo. Vt oblata ecclesiæ bona retineat, & de prædijs quæ ipse colit, decimas non persoluat.

IVstis petentium &c. vsq; ad verbum, Assensu, Statuimus, vt quascunq; possessiones, quæcunque bona Ecclesiæ Nitrien. in pr̃sentiarũ iustè, & canonicè possides, aut in futurũ cõcessione põtificum largitio-

largitione regum, vel principum oblatione fidelium, seu aliis iustis modis (præstante Domino) poteris adipisci, firma tibi, & per te ecclesiæ tuæ, & illibata permaneant. Prædia quoque ad ecclesiam tuam diœcesana lege spectãtia, quæ propriis laboribus excolis, à solutione decimarum eximimus: nec aliquis de laboribus tuis ausu temerario decimas exigere, vel extorquere præsumat. Nulli ergo, &c. Datum Romæ, &c. Calend. Iunii.

BVRGEN. ET PALEN. EPIscopis. Qui spoliatus est, non potest alijs soluere antequam restituatur.

OLim vobis dedisse meminimus in mandatis, vt venerabilem fratrem nostrum N. Oueten. Episcopum ad debitam restitutionem partis Zamorẽ. diœc. quam tenebat cũ perceptis fructibus cogeretis, si dilectum filium fratrem Rainerium priusquam super hoc mãdatum apostolicum adimpleret, viam ingredi contigeret oĩs carnis. Verum quia inanis est actio, quam inopia debitoris excludit, fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus non prius episcopum ipsum ad restitutionem fructuũ compellatis, quàm ipse fuerit taliter restitutus, vt restituere possit, quod percepit de prouentibus alienis. Non autem per hoc priores literas reuocamus, sed eis in sua firmitate manentibus coactionem ipsius episcopi ad restitutionem fructuũ taliter perceptorum differri volumus, do nec id valeat adimplere. Datum Romæ, &c. V. Calend. Iunii.

Capi. olim, de restitutione spoliatorũ.

In eundem modum episcopo Palentino, & abbati de spina scriptum est pro restitutione partis Salamantinæ diœcesis detentæ ab eodem Episcopo Oueten si.

N. LEXOVIEN. EPISCOPO. De officio Archiepiscopi ad suum Suffraganeum, & Suffraganei ad suum Archiepiscopum.

SIcut ea, quæ pacem, & concordiam nutriunt, pura debemus intentione perquirere, ita ex debito solicitudinis pastoralis, illa tenemur ab ecclesiasticis viris studiosius extirpare, quæ seditionem excutiunt, & scandalum introducunt. Sane cum occasione illius indulgentiæ, quẽ de benignitate sedis apostolicæ cognoscẽdi venerabilis frater noster N. Rothomagen. Archiepiscopus per prouinciam suam de innouatis post appellationem, appellatione remota facultatẽ habebat, inter te, & ipsum grauis hactenus fuerit discordia excitata præsertim cum tu ipse per diœcesim tuam hanc eandem gratiam de indulto consimili à sede apostolica meruisses: auditis grauaminibus, & detrimentis tuæ propter hoc, & Rothomagen. ecclesiæ irrogatis, ad pacem, & quietem vestram non potuimus non moueri: maximè cum ex vtraque indulgentia non modicum Romanæ ecclesiæ præiudicium generetur. Ideoque vt per studium nostrum inter vos discordiæ fomes super hoc de cætero penitus extinguatur, prædictam in vtroque vestrum indulgentiam de communi fratrum nostrorum consilio penitus vacuantes, statuimus vos esse vlterius, quò ad hunc articulum communi iure contentos. Ad hæc ne propter hoc tu videaris ab ipsius subiectione subtractus, volumus, vt sibi tanquam Metropolitano tuo debitã obedientiam exhibeas cum honore. Ipse vero (sicut ratio mutuę charitatis exposcit) tibi, vt fratri, & coepiscopo tuo paternam benignitatem, ac dilectionem impẽdat. Cæterùm vt tu ipse non possis, vel debeas ab ipso indebite aggrauari, de communi fratrum, consilio tibi duximus indulgendum, vt si fortè ad dictandam in te, vel ecclesiam tuam sententiam casu aliquo moueatur, trina semper admonitio competenti temporis spatio interiecto canonice antecedat. Et si forte ab imminenti duxeris grauamine appellandũ, cũ appellationis remediũ institutũ sit ad psidium oppressorum, nolumus post appellationẽ emissam, vel ante cõmonitionem expositã contra personã vel ecclesiam tuam aliquid attẽtari. Si verò vel ante cõmonitionem emissam, vel post appellationẽ rationabiliter interpositã in te, vel ecclesiam tuam suspẽsionis interdicti, aut excõmunicationis dictus archi-

Cap. cũ speciali, porro, de appellat.

archiepiscopus sententiam promulgauerit, illam decernimus non tenere, nec volumus personæ, vel ecclesiæ tuæ grauamen aliquod exinde, seu præiudicium generari: nisi fortè (quod absit) tantum, & talem excessum cõmitteres, propter quẽ de iure communi tibi prouocandi foret interdicta facultas. De pſonis autẽ, & causis Lexouiẽ. diœcesis nil amplius statuat, vel disponat, nisi quantũ de iure cõmuni sibi dignoscitur esse concessum, liberã tibi tuæ diœc. dispoſtionem, & ordinationem relinquẽs appellationis iure ad eũ, vel ad nos faciendum nullatenus impedito. Datũ Rom. apud sanctũ Petrũ, &c.

In eundem ferè modum scriptum est N. Archiepiscopo Rothomagen.

N. LEXOVIEN. EPISCOPO.

CVm occasione illius indulgentiæ, quam de benignitate, &c. vt suprà, vsque ad verbum illud Contentos. Cæterùm, ne propter hoc aliæ indulgentiæ, quas habes videantur quomodolibet reuocati, significatione tibi præsentium innotescat, quia nos prædictam tantum indulgentiam, & non alias reuocamus.

Datum &c. Calend. Iunij.

NOBILI VIRO N. FILIO DVCIS Austriæ. *Quæ imperat, vt Regi Angliæ ablatam pecuniam à patre restituat.*

IN eo sumus officio disponente Domino, &c. vt suprà, vsq; ad verbum Prouidere. Sane quàm graues iniurias, & iacturas Chariſſimo in Christo filio nro S. Illustri Regi Anglorũ à crucis obsequio reuertenti, dux Austriæ pater tuus intulerit, nullum Christiani nominis professorem credimus ignorare: quæ res tantò profundius Romanum tãgit ecclesiam, quantò iniuriæ regi eidem illatæ in eius iniuriam, & ignominiam noscuntur grauius redundare: cum ipsi regi nondũ fuerit satisfactum, licet non credamus à tua memoria excediſſe, quod (diuina gratia inspirante) prædictus pater tuus suum recognoscẽs excessum, ablatam pecuniam ipsi regi non solum reddi præceperit, verum eriam à te, & ab aliis familiaribus suis, & fidelibus, qui præsentes aderant, super solutione ipsius pecuniæ præstari fecerit corporaliter iuramentum. Quia igitur tãti excessus incuriam, clausis oculis præterire nõ possumus, nec debemus, nobilitatem tuam monemus, & exhortamur in Domino, atque in remiſſionem iniungimus peccatorum, quatenus tam tuæ, quàm animæ patris tui saluti, iuxta præstitum à te prouidens iuramentum, prænominato regi pecuniam sine difficultate restituas antedictam: & de iniurijs irrogatis satisfactionem congruam non differas exhibere: alioquin noueris nos venerabili fratri nostro N. Salesburgen. Episcopo dediſſe firmiter in mandatis, vt te ad hæc per excommunicationis sententiam in personam, & interdicti in terram, contradictionis occasione, & appellatione cessantibus, monitione præmissa compellere non omittat.

Datum &c. III. Calend. Iunij, pontificatus nostri anno primo.

Illis scriptum est super hoc.

GARNERO PRIORI LOCHEien. *quod liceat ipsi terrarum quarundam firmam retinere, salua Capituli antiqua pensione.*

IVstis petentium &c. vsque ad verbum Effectu. Saneſsicut nobis exponere curauiſti) idem Prioratus tuus redditus sufficientes, de quibus pro loci, & Prioratus nominis celebritate honestè valeas sustentari, non habet. Verùm cum tam apud Corne. quàm Molernum, & Murum eadem ecclesia quædam iura, & redditus habeat, videlicet hominum, & terrarum, quæ voluntate Prioris, & Capituli dantur ad firmam, & de firmariis frequenter ad alios firmarios transferantur, de illis ipsi ecclesiæ nullum prouenit incrementum: quæ si apud aliquem perpetuò resideren, salua pensione, quam Capitulum inde percipere consueuit, aliquod emolumentum posset exinde prouenire. Vnde nos tam tuis, quam ecclesiæ tuæ volentes intendere incremẽtis, duximus

Cap. Cum speciali, porro de appellat.

ximus statuendum, vt completo termino eorum, qui prædictos redditus, & iura ad firmam habere noscuntur, salua consuetapensione, Capitulo ipsi reddenda, tibi, & Priori, qui pro tẽpore fuerit, ea liceat retinere, nisi fortè redditus ipsi tantum per melioratione accreuerint, vt & ipse census debeat augmẽtari. Decernimus ergo &c. Datum II. Cal. Iunii.

N. EPISCOPO, ET CAPITVlo Engolismen. canonici apud ecclesiam non residentes, non possint infringere quæ ijs absentibus rectè statuuntur.

ADaudientiam nostrã meminimus peruenisse, quòd quidam ecclesiæ vestræ canonici, licet ibi non faciant mãsionem, sed in locis aliis maiori parte anni pro suæ voluntatis arbitrio sine rationabili causa morẽtur, vel etiam circumpositas circumeant regiones: tamẽ quoties de terrarũ ecclesiæ dispositionibus, vel canonicorum receptione tractatur, eandem sibi volunt, siue in contradictione, siue procuratione terrarum auctoritatem inter cæteros vendicare, quam illi, qui circa ecclesiam continuè demorantur, & seruitijs diuinis assistunt. Vnde quoniam plus emolumenti merentur ac cipere, qui plus inueniuntur circa ministerium ecclesiasticum sustinere laboris, ad exemplar sanctæ recordationis Gregorij Papæ prædecessoris nostri, vniuersitati vestræ p̃sentibus literis indulgemus, vt, si tales canonici nullam rationem canonicam prætendentes, rationabiles dispositiones Capituli vestri communi iudicio celebratas, pro eo solos, quòd præsentes non fuerint, attentauerint impugnare, vel contradictionem obiecerint, cum talia tractabuntur, obiectionem eorum, vel appellationem, si quam interposuerint, necesse non habeatis admittere, vel eis terrarum vestrarum præposituras committere, quas Balias vulgariter appellatis, qui noluerint in personis propriis ministrare. Datum Romę &c. VIII. Idus Iunii.

N. CANTVARIEN. ARCHIEpiscopo, & N. Lincolnien. & N. Vuigonien. Episcopis, & N. Abbati de Theoches. Vt electi ex cœnobio monachi, in pristinum statum restituantur, vtriusque canonici omnia relinquere cogantur.

SIcut ea, quę à prædecessoribus nostris prouida fuerũt deliberatione statuta, nullatenus irritari volumus, vel infringi: sic quæ ab eis sunt per subreptionem obtenta, in honestatis ecclesiasticæ detrimentum corrigi volumus, & in statum redigi meliorem. Cum enim (sicut accepimus) in Conuentren. ecclesia ferè à prima fundatione Christianæ religionis in Anglia ordo fuerit monasticus institutus, & in tantam in ea observãtia ferbuerit regularis, vt ab apostolica sede priuilegiari, & ab inclytæ recordationis Regibus Angliæ dotari meruerit, & ditari: dolemus plurimum, quòd venerabilis frater noster N. Cestren. Episcopus occasione quarundam literarum, quas à bonæ memoriæ Clemente Papa prædecessore nostro ad falsam suggestionem (sicut dicitur) impetrauit: dilectos filios M. Priorem, & cõuentum de eodem monasterio violenter eiecit, & canonicos in eo instituit sæculares. Cum igitur id in monasticæ religionis iniuriam, & totius eccl. disciplinæ redũdet opprobriũ: & vix credere valeamus, quòd dictus prædecessor noster tantæ irregularitati (nisi circumuentus) auctoritatem præstiterit, aut fauorem, de cõmuni fratrum nostrorum consilio discretioni vestræ per ap. scripta mãdamus, & in virtute obedientiæ districtè præcipimus, quatenus prædictis literis, vel aliis priuilegii, confirmationis, siue indulgentiæ, si q̃ apparuerint à sede ap. impetratæ nequaquam obst. absq; dilatione qualiber, seu causæ cognitione, cũ in manifestis ordo iudiciarius minimè requiratur, amotis ab eodem monasterio sæcularibus clericis, qui in eo fuerũt per supradictum episcopum instituti, monasticum ibidem ordinem reformetis, monachos electos exinde reducentes in illud: non obstant, si dictus episcopus, vel pars aduersa, aut eius nuncius ante susceptionem literarum nostrarum, aut

aut post iter arripuerit ad sedem apostolicam veniendi, & I. monacho Cluniacen. vel quolibet alio illicito detentore amoto, dictum M. priorem cum prædictis monachis, & alias personas institutis, qui beati Benedicti regulam debeāt, & desiderent obseruare. Memoratum verò episcopum, & vniuersos detentores, & spoliatores bonorū eiusdem ecclesiæ ad eorum restitutionem, & de damnis illatis congruam satisfactionem per censuram ecclesiasticam, cuiuslibet appellatione, vel contradictione cessante cogatis. Volumus etiam nihilominus, & mandamus, vt omnes donationes ecclesiarū infeudationes, locationes, & alienationes possessionum eiusdem ecclesiæ, ab eo tēpore factas nostra freti auctoritate cassetis: eos, qui contra venire præsumpserint, sublato appellationis obstaculo censura canonica percellentes. Illos autem, qui manus violentas in prædictos monachos temerè iniecerunt, excommunicatos publicè nuncietis, & ab omnibus faciatis arctius euitari, donec iniuriam passis, satisfaciant competenter, & cum vestrarum literarum testimonio ad sedem apostolicam veniant absoluendi. Quod si omnes, &c. Duo, vel tres vestrum, &c. Datum Romæ III. Non. Iunii.

N. BVRDEGALEN. ARCHIEpiscopo Sancti Eparchij, & N. Nantolien. Abbatibus. Qua ijs committitur causa P. Engolismensis contra Ar. de Mairmac. super Archidiaconatu Engolismēsi.

COnquestus est corā nobis dilectus filius P. Engolismen. dictus archidiaconus, quod cum venerabilis frater noster N. Engolismen. Episcopus cuius nepos esse dignoscitur, archidiaconatum vacantem quā cito de morte bonæ memoriæ I. quondam Engolismen Archidiaconi certus fuit, ei liberaliter contulisset, ex parte illius fuit ad sedem apostolicam appellatum, ne quid contra donationem sibi factam deberet præter iuris ordinem immutari. Cum autem postmodum Parisijs disciplinis scholasticis institisset, & rediens ad propria, vellet in concesso sibi archidiaconatus officio ministrare Ar. de Mairinac. presbyter, qui ad hoc assumptus fuit in canonicū eccle siæ cathedral. vt ibi continuè in sacerdotali officio deseruiret, non permisit eum prædictum archidiaconatū liberè obtinere, licèt priuilegium donationis ostendere, & donum sibi factum vellet tam viuis testibus, quàm scriptis authenticis declarare. Vnde cum vocatus esset à te frater archiepiscope, vt super hoc pareret iustitiæ, causa dilationis frustratoria vt dicitur) appellauit. Quia igitur plenè de p̄missis nō potuimus elicere veritatem, de assensu partium causam super his vobis duximus committendam, discretioni vestræ per apostolica scripta mandantes, quatenus partibus conuocatis audiatis causam, & ipsam appellatione remota sine debito terminetis, faciētes quod decreueritis per cēsuram ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes appellatione remota cogantur. Nullis literis obstātibus præter assensum partium, &c. quod si omnes, &c. duo vestrum &c. Datum Rumæ apud Sanctum Petrum Non. Iunii.

N. HIVERNEN. EPISCOPO, & N. Sancti Benigni Deuiotien. & N. Teloci abbatibus. Committitur ijs causa Episcopi Eduensis, contra Abbatem de Buxeria super testamento, & bonis cuiusdam defuncti: quem Abbas monachum fuisse aiebat.

CVm dilectus filius N. Abbas de Buxeria ad nostram nuper præsentiā accessisset, & pro causa, quā aduersus venerabilem fratrem nostrum N. Episcopū Eduē. habebat, ibidem diutius expectasset, tandem nuncius eiusdem episcopi superuenit, quibus volentibus adinuicem litigare, venerabilem fratrem nostrum Iviterbien. episcopum Sancti Clementis Card. cōcessimus auditorē. Ipsis igitur in eius præsentia constitutis, abbas proposuit antedictus, quòd cum N. archipresbyter de Alerio se, ac sua ad participationem orationum monasterio de Buxeria pietatis intuitu obtulisset, quibusdam rebus suis vsui suo simplici reseruās de manu cuiusdā fratris eiusdē Cœnobii augmenta-

mentationem coronæ in signum illius oblationis accepit, & ꝙ hanc concessionem hoc modo fecisset, & non suo noïe, sed nomine monasterij possideret, & monasterio quicquid acqrebat, acquireret, sæpè fuit in communi Capitulo protestatus. In hoc etiam publicè per viginti annos ferè idem archipresbyter nullo cõtradicente, vel reclamante permansit: ita quod per publicam famam id omnibus notum fuerat. Nam abbas de Buxeria, q̃ pro tẽpore fuerat, & ipsi monachi rebus ipsius, non secus quàm alijs rebus ꝓpriis monasterii scientes episcopo Eduen. qui pro tpe erat, & in nullo penitus reclamãte publicè vtebantur. Id aũt, quod mente compoti dictus archipresb. fecerat inter viuos, in vltima voluntate mente sanus, licèt ęger corpore confirmauit. Cũq; idem abbas, & monachi res sic legitimè datas, & alias, quas archipresb. ipsi concesserant, ad vtendum ad suum monasterium reducere vellẽt, prædictus Episcop. eis violentiam inferens, non solũ res archipresbyteri, verum etiam res ipsius monasterij occupauit: quas cum in bona pace repeterent, ipsi vt in rebus illis ei posset grassandi materia plenior indulgeri, sedem apostolicam appellauit, in octauis beati Martini proximo pręteritis suæ terminum appellationi præfigens. Econtra prædicti nũcius episcopi allegauit, quòd quando illa donatio facta fuit, archipresbyter erat positus extra mẽtem: ita ꝙ cũ interrogatus fuisset à monachis, Vis tu habitũm suscipere monachalem? & rñdisset, Volo: statim interrogatus ab alio, Vis tu esse asinus? rñdit similiter, volo: sicq; prædicti monachi eum ad suũ monasterium deportarunt: quod idem nuncius se obtulit probaturum. Præfatus siquidem abbas, cum ad assertionem partis suæ quosdam testes incontinenti produceret, nos ipsos recipi fecimus, & diligẽter audiri: quorum attestationes cum interloquendo decreuissemus publicari debere, qm̃ super illis Capitulis pars Episcopi nolebat testes producere, super quibus idem abbas testes produxerat, ipsæ quæ fuissent in publico recitatæ, disputatione super attestationibus ipsis habita diligenti, multa fuere contra dicta testiũ allegata. Cumque renunciatum fuisset à partibus, dictus Card. onæcunq; fuerunt hinc inde proposita, nobis, & fratribus nostris fideliter recitauit. Quibus auditis, & cognitis, sufficienter intelleximus esse probatum, ꝙ dictus archipresbyter agens in extremis, velut vltimam exprimens voluntatem, asseruit se, ac sua monasterio de Buxeria cõtulisse. Vnde cum requisitus esset, vt conderet testamẽtum, respondit se non posse testari, quia se, & sua contulerat monasterio sæpe dicto. Et licèt vnus solus testis dixerit se vidisse, quãdo præfatus archipresb. se, & sua obtulit monasterio, quia tamẽ alii testes dixerũt se audisse ipsum archipresb. in abbatis præsentia confitẽtem, & quòd prædictum est attestantem, non tanquã sufficienter probantes, sed tanquam vehementer adminiculantes, assertionẽ abbatis plurimum adiuuabãt. Quia verò pars Episcopi asserebat se velle probare quod dictus archipresb. in extremis laborans, tanquam freneticus alienatus erat à mẽte, vnde non valuit quod expressit: nos super his, & alijs, quæ fuerunt hinc inde proposita, cum fratribus nostris diligẽti deliberatione præhabita, causam ipsam vobis sub hac forma duximus committendam: quod nisi prædictus Episcopus legitimè comprobauerit sæpè dictum archipresb. suæ mentis compotem non fuisse cum vltimam voluntatem expressit super impetitione monasterij perpetuum ei silentium imponatur, & compellatur restituere monasterio, quęcũque de bonis ipsius archipresbyteri, vel etiam monasterij occupauit. Si vero legitimè comprobauerit, prædictum archipresbyterum q̃ super vltima volũtate præmissa sunt, alienata mente dixisse, ad faciendam ei nomine Parrochialis ecclesiæ, cuius administrationem gesserat, dum dixisset, restitutionem bonorũ, quæ ipsius archipresbyteri fuerant, monasterium condemnetur: cum idem archipresbyter ab intestato decesserit, ipsiq; monasterio super impetitione episcopi, silentium imponatur. Nullis literis obstantibus præter assensum partium, &c. Quod si omnes, & cæt. tu frater episcope cum eorum altero, &c.

Datum Romæ, &c. IIII. Non. Iunij.

NAB.

N. ABBATI SANCTI EVCARII N. Decan. & I. Canonico Treueren. Qua committitur illis causa litigantium super præbenda in collegio Verdunensi.

CVm P. Diaconus ad sedem apost. accessisset super præbenda sanctæ Mariæ Magdalenæ in Verduno, de qua tempore bonæ memoriæ C. PP. prædecessoris nostri, per delegatos ab eo executores fuerat inuestitus, coram dilecto filio nostro P. sanctæ Mariæ in via lata Diacon. Cardinal. quem sibi, & aduersario dedimus auditorē, confirmationem volebat apostolicam obtinere. Vt autem rei veritas ipsi Cardinali plenius eluceret, progressum sibi negotii curauit (sicut cō tingerat) aperire. Idē enim prędecessor noster dilectis filiis N. præposito N. Decano, & Capitulo sanctæ Mariæ Magdalenæ mādauit pariter, & præcepit, vt ipsum P. in fratrem reciperent, & canonicum, non obstante promissione alicui facta de beneficio non vacante: cui super hoc ipso N. Decan. Remen. N. Archidiaconum Cathalaunen. & Decanum Montis falconis executores concessit, si mandato suo Capitulū non pareret. Ipso itaq; Capitulo negligente mādatum apostolicum adimplere, dicto archidiacono Cathalaunen. ante processum negotii, sublato ad medio, Remen. & Montis falconis Decani, vt eum reciperent infra triduum sub pœna suspensionis districtius mandauēre: quibus adhuc cessantibus obedire, & sententiam obseruare ipse P. ad executores rediens, Decanum Remen. reperiit expirasse. Interim verò contingit vacare præbendam in ecclesia nominata, & Decanū in Remē. ecclesia ordinari: & quia nomen defuncti non fuerat literis executionis insertum, idem Decanus Remē. per literas, Decanus verò Montis falconis viua voce canonicos monuere, vt mandatum apostolicum adimplerent. Sed cum viderent se non posse proficere, ipse Decanus Remen. tanquā remotior alii Decano, qui erat propinquior, vices suas commisit, vt mandatū apostolicum effectui manciparet: qui prædictum P. de præbēda, quā vacare diximus, inuestiuit, sibi stallum in choro, & locum in capitulo assignando: contradictores verò, & præpositum nominatum, excommunicationis nunciauit sententiæ subiacere. Ipsa verō die inuestituræ possessionem præbendæ habuit: ita quod recepit stipēdia, & in officio ministrauit. Cùm autē postea sæpè dictus præpositus contra ipsum P. Decanum, & alios cōmoueret, summā q; possessionē faceret perturbari, ipse hoc præsentiens, in præsentia ven. fratris nostri N. Verdunen. episcopi se, suaq; omnia, & specialiter præbendam sibi collatam, cū stipēdiis eius sub apostolicæ sedis protectione posuit, & ad Dominicā, qua cantatur Exurge, terminū appellationi suæ præfixit. Exinde ad nostram præsentiam veniens, cum diutius expectasset, tādem quidam se Capituli nomine præsentauit: qui de procuratione sua literas quasdam ostendens contra eum proposuit, quę sequuntur, quòd scilicet veritate tacita, & in excommunicatione positus literas impetrauit, & talibus Romana Ecclesia nō consueuit ecclesiastica beneficia impertiri: & quòd vnus solus de tribus executoribus mandatū apostolicū fuerit executus: propter quod, & quoniam executorē ipsum, tanquā consanguineū ipsius P. suspectū habebāt ante executionē Capitulū ad sedē apostolicam appellauit, & quod ipse P. de nō vacāte præbēda fuit, quia iam alii ex quo vacauerat collata fuerat, inuestitus. Cuius obiectionibus respōsum fuit taliter ex aduerso: quod si excōmunicatus tunc tēporis extitisset, quod penitus denegabat, hoc ab aduersariis, qui ei ferē per biennium cōmunicauerant, eumq; pro non excōmunicato habuerant, nō poterat allegari. Executorē autē nō solū in executione processisse illa rōne dicebat: quia tàm suis, quàm alterius partibus fungebatur. Appellationē verò Capituli nullā dicebat, cum fuisset inhibita i rescripto: & licet dicatur, p ex secūdo delegato, & à suspecto Iudice liceat appellare, illud tātū in iudicibus, & nō in executoribus locū habet, à quibus appellari nō potest, nisi modū executionis excedāt. Quòd autē de vacāte fuerit inuestitus, & per literas executoris se probasse dicebat, & in partibus illis si opus esset melius probaturū. Cumq; super

his, & aliis corã eodẽ Card. diutius litigassent tandẽ habito prudentũ consilio, ita sententialiter diffiniuit, vt si prænominatus P. probare poterit, q̃ priusquã præbẽda vacauit, de ea vacante antequã alius fuerit inuestitus, ipsã de cætero possi deat in quiete, nisi cõtrariũ pars aduersa probando poterit prævalere: vel quod tunc temporis excommunicatus fuisset, & vitatus ab eis, quo literas impetrauit. Nos ergo quod à prædicto Cardinali rationabiliter factum est, ratum habentes, per apost. vobis scripta mãdamus, quatenus super præmissis articulis, vtrũ præbẽda tẽpore inuestituræ vacauerit, & clericus excõmunicatus fuerit quãdo literas impetrauit, & à canonicis euitatus, inquiratis diligẽtius veritatẽ, & pro varietate probationũ latã à Cardinali sententiã, auctoritate nostra freti, faciatis appellatione rem. inuiolabiliter obseruari. Si verò postquã idem clericus appellationẽ legitimè interposuit, & iter arripuit ad sedem apostolicam veniendi, in ipsius præiudiciũ factum est aliquid de præbenda (sicut iustum fuerit) in irritum reuocetis. Nullis literis, &c. præter assensum partium, &c. Testes &c. cogantur. Quod si oẽs, &c. duo vestrum &c. Datum Romæ apud Sanctũ Petrum. VIII. Idus Iunii.

FRATRI RAINERIO VT PORtugaliæ & castellæ Reges percussum & iureiurando confirmatum fœdus seruare cogat.

REferente dilecto filio N. magistro scholarum Bracaren. ecclesiæ nuncio, & clerico Charissimi in Christo filii nostri S. Illustris Regis Portugalen. nostris est auribus intimatum, quòd cum inter ipsum, & Illustrem Regẽ Castellæ, pacis fœdera interuenerint, & vtrinq; fuerint iuramentis ab ipsis Regibus, & eorum vasallis corporaliter præstitis confirmata, nunc quidam homines pestilentes, qui gloriatur cũ malefecerint, & exultant in rebus pessimis, inter eosdẽ Reges pro dilectione odiũ seminãtes, ad rixas, & contentiones eos inducere nequiter elaborant. Quia verò nemini licet iuramenta, quæ honestatem continent, violare, discretioni tuę per apostolica scripta mandamus, quatenus præfatos Reges, & eorum homines, vt pacem adinuicem habeant, & obseruẽt, sicut inter eos apparet per instrumentum publicum cõuenisse, solicitè moneas, & inducas, & si opus fuerit per excõmunicationis interdicti sententias ad id eos appellatione remota compellere studeas, sicut videris expedire. Si quid autem contra formam pacis vtrinq; inueneris attentatum, per tuam solicitudinem appellatione remota facias emendari. Datum &c. vt suprà, Pont. nostri anno primo.

Scriptum est Regi Portugalen. super hoc.

N. NEOCASTREN. EPISCOPO. quod a decessoribus alienata, reuocare liceat.

SIgnificasti nobis per literas tuas, quòd bonæ me. G. prædecessor tuus, & qui secuti sunt eum vsque ad tẽpora tua ad mensam Pont. pertinentes, in tuum, & ecclesiæ detrimentum quibusdam laicis minus rationabiliter cõtulerũt, cõcessiones ipsas instrumentis publicis munientes, & vt auctorit. nostra quod ab eis peràm factum est, tibi corrigere liceat, suppliciter postulasti. Nos ergo attẽdentes quòd delictum personæ non debet in damnum ecclesiæ redundare, fraternitati tuæ per apostolicas literas indulgemus, vt quod à iam dictis prædecessoribus tuis, vsq; ad præsens, in præiudiciũ Neocastren. ecclesię minus legitimè alienatum est, ad ius ipsius tibi liceat appellatione remota legitimè reuocare. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud S. Petrum nonis Iunii, Pont. nostri anno primo.

Cap. Delictum, de regu. iuris in 6.

N. STRIGONIEN. ARCHIEPIsco. qua priuilegia ecclesiæ suæ confirmat.

QVia te tanquam præcipuum Sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ mẽbrũ, & venerabilẽ fratrem diligimus, & totis in Christo visceribus amplexamur, tuis desideriis grato concurrentes assensu, petitiones tuas ea, qua decuit affectione recepimus, & earum tenore plenius considerato, quantum cũ Deo potuimus, curauimus executioni mãdare, & deuotionis

nis tuæ seruorem, quem ad Romanam ecclesiam, & nos specialiter habere dignosceris, studiosius commendātes tām priuilegia ecclesiæ tibi commissæ canonice à prædecessoribus nostris indulta, quā etiam indulgentias, vel alia quælibet regalia scripta, saluis Romanæ ecclesiæ priuilegiis, & indulgentiis auctoritate apostolica illibata præcipimus, & inconcussa manere. Nulli ergo, &c. Datum, &c. II. Non. Iunii.

FRATRI IOANNI, ET ALIIS Fratribus Domus Sanctæ Trinitatis Cerui frigidi. Data ijs bona impios vsus conferenda auctoritate Apostolica confirmantur.

CVm à nobis petitur, &c. usque ad uerbum Assensu. Personas vestras cum omnibus bonis tàm ecclesiasticis, quàm mundanis, &c. usque ad uerbum Suscipimus. Specialiter autem domum Sanctæ Trinitatis Cerui frigidi, quam charissima in Christo filia M. Comitissa Burgundiæ, pro redemptionem illorum, qui armatura fidei communiti, pro lege Dei se murum defensionis hilariter opponentes, ab inimicis crucis Christi sæpius detinetur, & barbaricæ captiuitatis iugum in fame, & siti, omni modoq; laboribus pro Christo sustinere lætantur, vobis charitatiuè contulit. Locum quoque de Planels, cum ecclesia ibidem fundata à Nobili viro R. de Planels ad idem opus uobis collata. Domum etiā, quam Nobilis mulier Maria panateria in Parisien. diœc. vid. licet in Burgo Regin. vobis ad hoc idem in perpetuam elemosynam assignauit, cum omnibus ad ea spectantibus, sicut ipsa iustè, & pacifice possidetis, vobis & successoribus vestris auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus. Statuimus etiam, vt domus vestræ præsentes, atque futuræ à statu illo in quo eas deliberatione prouida ordinastis, videlicet ad redemptionem captiuorum, vel ab obseruantia vestri ordinis, & institutionis, nullius præsumptione temeraria valeant immutari. Nulli ergo, &c. Datum, &c. XVII. Calend. Iunii, &c.

N. EPISCOPO, ET ARCHIDIACONO Zamorensi, & Didaco priori de Morerola. Vt causam Capituli Legionensis contra monasterium Sancti Facundi cognoscant.

EX parte Legionen. ecclesiæ fuit in auditorio nostro propositum, quod cum olim inter ipsam, & monasterium Sācti Facundi, super ecclesiis de Burgo, & Cauto, quæstio verteretur, abbas ipsius monasterii litè pendente ad apostolicam sedem accedēs, à bonæ memoriæ C. PP. prædecessore nostro priuilegium impetrauit: in quo veritate tacita prædictas sibi fecit ecclesias, & multas alias cōfirmari: sed priuilegio ipsi magna pars fratrum nostrorum, nec subscribere, nec consensum suum voluit adhibere. Volentes igitur eidem ecclesiæ in sua iustitia non deesse, discretioni vestræ per apostolica scripta mādamus quatenus, tam super priuilegio ipso, quàm super memoratis ecclesiis, & aliis quæstionibus, audiatis quæ fuerint hinc inde proposita, & appellatione remota vsque ad diffinitiuæ sententiæ calculum procedentes, gesta omnia redacta in scriptis, & sigillis vestris impressa, ad sedem apostolicam destinetis: statuentes partibus terminum competentē, quo receptura sententiam nostro se conspectui representent. Si qua verò partium, super principali, vel incidenti duxerit appellandum, vos nihilominus quantum de iure poteritis, seruato tamen mandati nostri tenore, in ipsius inquisitionem negotii procedatis. Quod si omnes, &c. Tu frater episcope, &cæt. Datum Romæ &c. II. Non. Iunii, &c.

ALFONSO AVRIEN. EPISCOPO. quæ statutum aliquod nouum confirmatur.

QVæ ad ampliādum cultum diuini nominis à prælatis ecclesiarū prouidè statuuntur, firma debent, & inconcussa seruari, & ad obtinendum robur perpetuæ firmitatis, apostolico præsidio communiri. Significasti siquidem nobis, quòd, vt in ecclesia tua solennius Do-

mino seruiretur, de consilio Capituli tui sex præbendarum prouentus prouida de liberatione conferre duodecim portionariis statuisti: qui debeant in eadem ecclesia ad supplendum aliorum defectum cõtinuè residere. Eapropter venerabilis in Christo frater, tuis precibus annuentes, institutionem ipsam (sicut prouide facta est, & recepta) auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum VIII. Idus Iunii, &c.

N. CVPERSANO EPISCOPO, & N. Archidiacono Oritan. vt contra Episcopum Mutilensem, dilapidatorem, & aliorum criminum reum inquirant: & Archidiaconum quem spoliarat, restituant.

Dilecto filio Hugone Mutilen. Archidiacono conquerente, didicimus, quòd cùm quondam Mutilen. Episcopus curam rerum Mutilen. Ecclesiæ olim ei cantori, & thesaurario, præsente Capitulo assignasset, venerabilis frater noster Mutilen. Eps eum, quia quandam mulam ecclesiæ cuidam clerico commodauerat, quæ ei fuit postmodum violenter ablata, ipsum post appellationem ad sedem apostolicam interpositam, & per se verberauit, & fecit ab aliis verberari: qui ingranario post modum iussu præcipitatus, ipsius manibus post terga ligatis, cippo fuit, & compedibus ferreis alligatus: vbi propter pœnę alleuiationẽ Vuillielmo nepoti, & Simoni genero eiusdem Episcopi decreta, & eorum summam cũ rebus aliis concessit inuitus. Cum autem de tam arcta custodia fuisset (sicut asserit) non humano, sed diuino potius auxilio liberatus, idem Episcopus eum ab officio, beneficioque suspẽdit, & Vuillielmum nepotem suum, in Castro Massa fro Archidiaconum, & quendam alium in Mutilen. ecclesia in præiudicium iuris eius Archipresbiterum ordinauit, & eundem Archidiaconum, Stephanus filius Alfaranæ, baiulus ciuitatis, mobilibus spoliauit: & dominator ciuitatis immobilia auferens, eidem Archidiacono ciuitatis aditum interdixit. Proposuit etiã idem Archidiaconus, grauia contra Epi scopum memoratum, super electione nõ canonica, dilapidatione ecclesiæ, & crimine Symoniæ: ac quòd episcopus ipse cuiusdam manifesti adulterii, & alterius falsarii familiaritate vtatur. Verum quia nobis non constitit de prædictis, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus partibus conuocatis audiatis, quæ fuerint hinc inde proposita: & receptis testibus, & attestationibus publicatis, & examinatis, legitimè gesta omnia redacta in scriptis, & sigillorum vestrorum munimine roborata, ad nos dirigere procuretis: statuentes partibus terminum competentem, infra quem, recepturæ sententiam nostro se conspectui repræsentent. Interim autem Archidiaconum ipsum ad officium, & beneficium, & dignitatem archidiaconatus restituatis, si id de iure videritis faciendum. Eos autem, qui in eum manus iniecere temere violentas, tam diu excommunicatos denuncietis, & mandetis ab omnibus euitari, donec passo iniuriam, & de ablatis omnibus, & illatis in iuriis satisfecerint competenter, & cum vestrarum testimonio literarum, ad sedem apostolicam venerint absoluendi. Dictos præterea episcopum Vuillielmũ, & Simonem ad restitutionem librorum, & aliarum rerum, prout iustum fuerit, monitione præmissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota cogatis. Testes autem &c. cogantur. Quòd si ambo &c. tu frater episcope, &c. Datum Romę, &c.

CONSVLIBVS, ET POPVLO Beneuen. Ne vnius iudicis testimonio credatur in causis.

CVm à nobis petitur &c. vsq; ad verbum Assensu. Et canonica, & ciuilia iura sequẽtes, districtius inhibemus, ne vnius iudicis, quantęcunq; fuerit auctoritatis, verbo credatur in causis, siue super testamentis, siue sup quibuslibet aliis contractibus agitentur: nec scriptũ eor ũ, nisi testium adminiculo fulciatur, eam obtineat firmitatem, quin ei possint, & debeant duorum, vel trium testium bonorum

norum testimonia prævalere: salua in omnibus apostolicæ sedis auctoritate. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud S. Petrum IIII. Idus Iunii.

CONSVLIBVS, IVDICIBVS, et populo Beneuen. De palatio iudicum & tabellionum statutum confirmat.

IN dilectione ciuitatis vestræ, ac vestra, prædecessorum nostrorum volentes vestigiis inhærere, vt & vos in progenitorum vestrorum deuotione, quam circa sedem apostolicam habuerunt, feruētius de cætero, & fidelius perstitatis: quæ ad profectum vestrum proueniant, sine honoris nostri dispendio gratis vobis, & tàm libenter, quàm liberaliter indulgemus. Sane exhibitum fuit quoddam scriptum, in præsentia nostra, in quo Capitula quædam erant expressa quę de communi omniū vestrum assensu, nostris petebatis literis confirmari: de quibus nos quædam excepimus, quæ iuxta votum vestrum vobis duximus concedenda. Cum ergo à vobis sit communiter constitutum, vt iudices pro salario nihil accipiant, vltra vigesimam litis, nec de subscriptione testamentorum, vel aliis cōtractibus, iudices ipsi à ciuibus plusquam duos tarenos, aut notarii nisi vnum: extra ciuitatem autem iudices centesima, notarii verò ducētesima sint eorum, quæ testamento legantur, aut quocunque modo veniāt in contractum portione contenti: vestris precibus annuentes, id (sicut à vobis est communiter postulatum) concedimus, confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus: præsenti quoque confirmationi adiicimus, vt si quando curia sub certo banno in hibuerit fieri assemblatas, hi, qui contrauenire præsumpserint, bānum sine diminutione persoluant: exceptis ministerialibus curiæ, quos iuxta mandatum Rectoris, qui pro tempore fuerit pro commodis ciuitatis volumus cum necesse fuerit, & Rector mandauerit, conuenire: salua in omnibus sedis apostolicæ auctoritate. Nulli ergo, &c. Datum Romę apud Sanctum Petrum, V. Idus Iunii, Pontificatus nostri anno primo.

N. ARCHIEPISCOPO, ET Capitulo Beneuentan. Vt Albertum Subdiaconum in canonicum recipiant.

IN admirationem inducimur vehemētem, quòd apo. mandata contemnitis cum pro eorum receptione preces vobis ab eo, qui potestatis plenitudinem obtinet, diriguntur: ex quibus nō minus honoris ecclesiæ vestrę accederet, quàm ex hoc vtilitatis ipsis, & commodi proueniret, Cū enim bonæ mem. C. Papa prędecessor noster te frater Archiepiscope, apud Sedem apost. constitutū, per se duxerit exhortandum, & vobis filii canonici preces, ac secūdo communiter vobis mandatū apostolicum destinarit, vt dilectum filium Albertū Subdiaconum nostrū, dilecti filii nostri G. Sancti Georgii ad velum aureum diacon. Catdin. clericū reciperet sin canonicum, & in fratrē vos implere id hactenus distuliſtis: cum id etiā solius eiusdē Subdiaconi bonitatis intuitu debuissetis effectui mancipare. Nolentes igitur quod de ipso inceptū est relinquere imperfectū, rogamus discretionem vestram, monemus, ac per ap. vobis scripta præcipiendo mandam⁹, quatenus ipsum in canonicū recipientes, & fratrem, stallum in choro, & locū in Capitulo appellatione postposita cōferatis: & tu frater Archiepiscope cōueniens ipsi, vel nuncio, eius ipsius nomine bñficium sine dilatione assignes: mandatum apostolicum taliter impleturi, quòd propter hoc denuo scribere nō cogamur, aut implere per alios, quod vos nolueritis effectui mancipare: scituri quòd sicut nolumus iniusta præcipere, sic cùm honesta mandamus, cupimus celeriter, & efficaciter exaudiri. Datum, &c. Idip. Iunii, &c.

V. ARCHIEPISCOPO, ET Capitulo Rothomagen. De reparanda ecclesiæ decretū maioris & sanioris partis obtinet.

EX parte tua frater Archiepiscope, apostolicis fuit auribus intimatum, quòd ad restaurandam fabricam Rotho-

magen. Ecclesiæ tractatum communiter habuistis, te frater Archiepiscope postulante, vt quilibet canonicorum tecũ pariter, aliquã suorũ reddituũ portionẽ operi tàm pio, & necessario deputarent. Quia vero super hoc diuersæ fuerunt inter vos filii Canonici, & variæ voluntates, ne tàm laudabile opus ex vestra dissidentia negligatur, auctoritate præsentium duximus statuendũ, vt si qui vestrũ ipsius Archiepiscopi, & maioris, & sanioris partis Capituli futuris super hoc constitutionibus duxerint resistendum, obtineant sententia plurimorum. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum V. Idus Iunii, Pontificatus nostri anno primo.

VALTERO ARCHIEPISCOPO Rothomagen. Vt audacter sua iurisdictione vtatur, & Regum minas non pertimescat, Pontificis auxilio confisus.

ANxietate cordis, & amaritudine præmimur, cum angustias, onera, & grauamina, quæ zelo iustitiæ, pro libertate ecclesiæ manutenẽda æquo animo, & inuicta fortitudine toleras, ad memoriam nostrã reducimus, & meditatione sedula cogitamus. Veruntamen q̃ in te perfectionẽ virtutis adimplens, non potuisti à tuæ constantiæ proposito amoueri, tuã super hoc prudentiam commendamus, & fortitudini tuæ plurimum in Domino congaudemus. Nos aũt fraternitati tuæ volentes patrocinium apostolicum impertiri, tàm te, quàm ecclesiam regimini tuo cõmissam sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus. Verũ quia (sicut ex literis tuis nobis innotuit) Charissimi in Christo filii nostri Philippi Francorũ, R. Angliæ Reges illustres, dum inter se cõponerent, statue rũt super caput tuũ quatuor clericos eligendos: ad quos pertineat iudicare, vtrũ tenere, vel non tenere debeat sententia; quã in terrã, vel homines Regũ ipsorũ pro suis excessibus, ordine canonico duxeris promulgandam: quam si iudicauerint, nõ tenere, ipsis Regibus siue ei, in cuius terrã, vel homines sententiã tuleris, licebit bona tua, & redditus occupare, donec lata sententia reuocetur: fraternitati tuæ sub pœna officii, & beneficii districtius inhibemus, ne illi tàm iniquæ cõuentioni auctoritatem præbeas, vel assensum: sed sicut consueuisti, & antecessores tui fecisse noscuntur, tuæ iurisdictionis officiũ, per tuam prouinciam studeas exercere: nosque sententiam ratam habemus, & habebimus, si quam in terras, vel homines tuæ iurisdictioni subiectos hactenus canonice promulgasti, vel amodo de creueris promulgare. Datum, &c. vt supra III. Non. Iunii.

N. VVIGORNIE N. EPIscopo. De Symoniacis puniendis.

QVamuis ad abolendam Simoniacã prauitatem à prædecessoribus nostris varia emanauerint instituta, vsque adeò tamen in quosdã Satanæ filios morbus ille irrepsit, vt adhuc peccatis exigentibus, nec leui potuerit medicamine, nec igne curari, quin eò potius iniquitatis semina pullularint, quò amplius solicitudo mestorum, ea visa est sustocare. Significasti siquidem nobis, quòd in diœcesi tua in tantum Symoniaca labes præualuit, vt quidam publicè fuerint ipsius contagio maculati, nec crimen suum aliqua possint tergiuersatione celare. Ea propter ven. in Christo frater, tuis precibus annuentes, eos, quos tibi constiterit reos esse criminis memorati. appel. frustratoria non obstante, canonice puniendi liberam tibi concedimus auct. ap. facultatem. Nulli ergo, &c. Datum, &c. VI. Idus Iunii.

N. EPISCOPO. ET CANONIcis Oscen. Vt falsarius quidam puniatur.

MIlle nocendi modos, & dolositates multiplices suorum mentibus spiritus perditionis inspirat, immo ẽt eos potius deiicere nititur, quos maiori videt religioni astrictos. Non autẽ de ipsius nobis est fraudibus cõquerendũ, qui à suæ creationis primordio mala semper meditatus est in corde suo: propositis iustis inuidit & iniquis cogitationibus aspirauit: sed de eo potius cõdolemus, cũ in eos præualet, q̃ religionis tenẽtur formã,

&

& habitum obseruare. Sanè cum nuper in Vrbe, quidam in falsitate Bullę nostrę deprehensi fuissent, & falsariorum fraude detecta, tutum non esset aliquibus per eos sui cordis malitiã exercere, G. quondã Sacristã Oscen. apud Sedem apostolicam constitutus, ad quendam notariorum nostrorum accessit, & se Sacristę renunciasse officio in manibus nostris, & eam denuò à nobis recepisse confingens, literas sibi super hoc fieri postulauit. Cũ autem notarius ipse, vt potè qui pro notitate sua minus instructus, fraudes talium minus nouerat euitare, literas notatas secundum arbitrium postulantis, & redactas in grossam literam, in nostra præsentia relegisset: nos, vt potè quibus nihil super hoc propositum fuerat, literas illas falsas esse cognouimus, & per surreptionem obtentas. Cum autem dictum G. constitutum in presentia nostra, qualiter res processerat curassemus, de benignitate Sedis ap. conuenire, quia se in infirmitate positum, per quendam socium suum ad nos transmissum, Sacristiæ renunciasse asseruit, eum perpetuò decernimus esse priuatum: ei super hoc, qui pro se confessus est, Sacristiam sibi fuisse auctoritate apostolica restituram, fidem nullatenus adhibentes, cum id certo certius nouerimus esse falsum. Ideoq; discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, & districtè præcipimus, quatenus eo ab officio Sacristiæ a moto, alium instituatis in ipsa, qui religionis propositum melius velit, & nouerit obseruare. Datum, &c. Calend. Iunii, Pontificatus nostri anno primo.

N. AMBIANEN. EPISCOPO.

Vt admonito, & negligente Abbate, ipse monasterium instauret.

His, quæ à fratribus, & Coepiscopis nostris, in fauorem religionis postulantur à nobis, libenter annuimus, & votis ipsorũ apostolicum libenter impertimur assensum. Ea propter Venerabilis in Christo frater, tuis precibus annuentes, auctoritate tibi præsentium indulgemus, vt nisi dilectus filius Abbas S. Martini de Gemellis, Canonicos sui ordinis in domo Spissi Campi, quam eius ecclesię religionis obtẽtu, ad instituendos ibi dẽ sui ordinis fratres, liberalitate propria cõcessisti, duxerit statuẽdos: tu post trinam cõmonitionem, vel eiusdem, vel arctioris ordinis viros, instituendi appellatione postposita, liberam habeas facultatem: prouisurus tamen attentius, vt si fortè prędictus Abbas excusationem, vel exceptionem legitimam ostenderit contra concessionem ei factam, nullatenus venire præsumas. Nulli ergo, &c. Datum Romæ, &c. XVII. Calend. Iunii.

V. ROTHOMAGEN. ARCHIEPISCOPO.

Quod possit seipsum præsentare ad beneficia.

PEr nostras postulasti literas edoceri, vtrum clericus aliquis ad vacantem Ecclesiam, in qua ius obtinet patronatus, se ipsum, si idoneus est, valeat presentare. Cum igitur nullus se ingerere debeat, ad ecclesiasticæ prælationis officium, inquisitioni tuæ taliter respondemus: quòd nullus se possit ad personarũ alicuius ecclesiæ præsentare, quantumcunque idoneus sit, & quibuscunq; studiis, & meritis adiuuetur. Datum Romæ &c. III. Idus Iunii, Pont. nostri anno primo.

EIDEM. SENTENTIAE INterdicti ab episcopo prolati omnes obedire tenetur.

NOn licet à capite membra discedere, aut inferioribus superiorum dispositionibus contraire. Ea propter ven. in Christo fr. tuis precibus annuentes, auct. tibi præsentium indulgemus, vt cũ in diœc. tuam protuleris sententiam interdicti, omnes tibi lege diœcesana subiecti, eam teneantur inuiolabiliter obseruare: nisi per speciale priuilegium, vel alias legitimè ad id se ostenderit non teneri. Nulli ergo, &c. Datum, &c. vt suprà.

EIDEM. EIVSDEM FERE ARgumenti.

CVm in aliquos ob suorum exigentiã meritorũ, ecclesiasticę districtionis cẽsura profertur, & interdicti, vel suspensionis sententia promulgatur, tàmdiu eam seruari oportet firmiter, & teneri, donec satisfactione congrua præcedente eam deceat relaxari. Inde est, quòd cum in quosdam clericos, & laicos tuæ diœcesis, ipsorum exigentibus meritis, excommunicationis, & interdicti sententiam promulgaris, & ipsi adhuc in suę iniquitatis contumaces intentione persistant, donec tibi, & Ecclesiis, ac Clero, quibus iniurias intulerunt, congruè fuerit satisfactum: easdem sententias inuiolabiliter sine appel. remedio volumus, & præcipimus obseruari: fraternitati tuę facultatem auct. præsentium indulgentes, clericos diœcesana tibi lege subiectos, qui post interdictum tuum diuina præsumpserunt, aut de cætero præsumpserint officia celebrare, sine appelationis obstac. pœna canonica percellendi Nulli ergo, &c. Datum, vt suprà.

N. EPISCOPO, ARCHIDIAcon. & Sacristæ Magalonen. De Archidiaconatu Magalonensi copiosè disserit.

CVm olim (sicut accepimus) bonæ mc. N. Magalonen. Episcopus, habito dilectorum filiorum P. de Agrisolio Archidiaconi, & B. Prioris claustralis assensu, dilectum filium uostrum P. de Castro nouo ad vacantem Archidiaconatum eiusdem ecclesiæ nominaret, Pręposito vt nullus ibi, nisi prius duplici voce sibi concessa institueretur, per appellationem interpositam inhibente. Episcopus tum quia contra antiquam Magalonen. ecclesiæ consuetudinẽ, & commune ius canonum esse dicebat, aliquem sibi vocem duarum personarũ in eadem eccle. vendicare, tum quia ex indulgentia fel. me. Cœlestini Papę prædecessoris nostri, quam in Capitulo præsente Pręposito legi fecit, sibi probabat indultum: vt vacantem Archidiacon. vel Sacristiam, si contra personam ab ipso nominatam, aliquod rationabile, & canonicum non posset legitimè obiici, & probari, non obstante contradictione, vel appel. conferret, dictum P. de præfato Archidiacona tu per suum annulum inuestiuit, in locũ Archidiaconi corporaliter illũ inducens. Vnde nominatus Præpositus indignationis stimulis agitatus, aliũ ad eundem Archidiaconatum postmodum nominare præsumpsit: cuius facti occasione, cum tàm Prępositus, quàm præfatus P. apost. se conspectui præsentassent, & nos in minori tunc officio conititutos, & dilectos filios nostros B. tt. Sancti Petri ad vincula, & bonæ me. M. tt. S. Ioannis, & Pauli Presbyteros Card. recepissent in suis quæstionibus auditores, Prępositio obiiciente, institutionem Episcopi post appellationem, & contra diffinitionem felicis recordationis. Alexandri PP. prædecessoris nostri, & à suspenso factam cassari debere: à prædicto P. (sicut asserit) ad singula fuit hoc modo responsum, scilicet quòd appellationem ipsam nullius constabat esse momenti, tum quia à suspenso fuerat appellatum, quod in continenti se velle probare dicebat, quare illius nõ intererat appellare, & contra dictam indulgentiam appellatio interpositа non tenebat: tum quia causam in iure prohibitam, scilicet duplicis vocis, vel dignitatis, quæ nulli quantumlibet exercitatæ personæ secundum canonicas sanctiones debet committi, in forma appellationis expressit: vnde tali appellationi non fuisse deferendum, ex consultatione felicis memoriæ Alex. PP. probabat, nec constitutionem Henrici quondã Albanẽ. Episcopi, cuius obtentu, dignitatem prioris maioris vsurpauerat, illi posse patrocinari firmiter asserebat, cum in ipsa euidentius exprimatur, nè deinceps prior maior in Magalonen. ecclesia haberetur: vnde sequebatur nec Prępositum, nec alium dignitatem illam sibi posse aliquatenus vendicare: præsertim cum ibi contineatur expresè, quòd Prępositus non dignitatem prioris, sed curam circa correctionem excessuum, & erratorum debeat dũtaxat habere. Si enim dignitatẽ vellet intelligi, vbi curam apposuit, dignitatis vocabulum expressisset, sicut ex consultatione dicti Alexandri Papæ prędecessoris nostri, cõ probari dicebat: ex verbis aũt ipsius constitu-

stitutionis monstrabat, ipsum Prepositū dictam curam, de manu Episcopi accipere debuisse. Cæterum ex literis Episcopi super hoc conquerentis euidenter liquebat, Præpositum non tanquam Aaron à Deo vocatum, sed à se ipso exortum, sibiimpudenter honorem sumpsisse. Vnde cum priuilegium mereatur amittere, qui præmissa sibi abutitur potestate, tàm nomine Episcopi, quàm suo super hoc ei perpetuum silentium imponi petebat: proponens, quòd dignitas memorata non nisi sacerdotali fungenti officio, de iure, & antiqua Magalonen. ecclesiæ consuetudine fuerat conferenda: Præpositum vero tàm debilitate, quàm deformitate corporis impediente, ad sacerdotium promoueri non posse, affirmabat instanter: dicens partem Episcopi, vt potè maiorem & saniorem non obstante vnius appellatione, meritò secundum Lateranen. Concilium obtinere. Insuperallegans, eundem Præpositum, appellationis renunciasse spontaneum interiectę. Cum enim taliter appellasset, vt nullius, nisi duplici sibi voce concessa, Archidiacon. deberet institui, & ipse ad institutionem alterius procedere attentaret, contrario actu conuincebatur, secundum consultationem bonæ memorię prædecessoris nostri Vrbani Papæ ab appellationis beneficio recessisse. Ad diffinitionis autem articulum taliter respondebat, asserens Episcopum secundum tenorem diffinitionis rationabiliter processisse: adiiciens etiam, quod Præpositus ecclesias Sancti Firmini, & de Marino retinendo, contra ipsam diffinitionem fecerat manifestè, & ideo eius auxilium de iure non poterat inuocare. Ad suspensionis obiectionem ex aduerso dicebat, quòd Episcopus prius legitimè appellauit, & ideò sententia postlata nullatenus tenebatur astrictus: proponens etiam conditionalem, & ad tempus latam fuisse sententiam interdicti, scilicet, donec apostolicis obediret mandatis. Vnde cum antedictam institutionem sedis apostolicæ iussionibus paruisset, tàm ciuilis, quàm canonici iuris censura indubitanter fuerat absolutus: præsertim cum ille, qui eum suspenderat, ipsi vt plenè absoluto in omnibus communicare minimè dubitaret. Ad vltimum concludebat, quod, & si verè suspensus esset Episcopus memoratus, tamen à Præposito hoc ei non posset opponi, quia cum pro eodem suspensionis sententia notatus fuisset, morbo consimili laboranti, omnis contra Episcopum audientia debuit denegari, maximè cum ipsi Episcopo tàm in ecclesiasticis sacramentis, quàm in ecclesiarum institutionibus sæpius communicasset, & ideo ei notam suspensionis obiicere non valebat. Denique si nil horum parti suffragaretur Episcopi, ad denegandam Præposito audientiam sufficere posse dicebat, quod tam per sententiam iudicis ordinarii, quàm ipso iure eum excommunicationis vinculo innodatum esse, per Episcopi literas euidentissimè apparebat. Tandem dictus prędecessor noster quod ab vtraq; parte factum fuerat, pro sua voluntate cassauit, sententiando pronuncians, quòd aliquibus de prouincia scriberet, vt tàm Episcopum, quàm personas, ad ordinandum concorditer archidiaconatum monerent, & eorum fortè monitis non admissis, hoc ipsi auctoritate apostolica exequi non different. Post hæc verò Geraldo Ioannino, qui nondū ad diaconatus erat promotus officium, prętер conscientiam præfati Petri procuratoris episcopi apud apostolicam sedem tunc morantis, ipsum archidiaconatum contra pronunciationem propriam contulit (sicut credimus) circumuentus. Nos igitur inhęrentes vestigiis prædecessorum nostrorum, dicentium sententiam Romanę sedis posse in melius commutari, cùm aliquid fuerit subreptum, quod de prædicto G. factum est, non obstante donatione, quam à te frater Episcope in elusionem donationis apostolicæ nuper dicitur recepisse, de communi fratrum consilio in irritum reuocamus, & ei licet absenti, cū de subreptione liquidò cōstet superdicto archidiaconatu perpetuum silentium imponentes, vobis præsentium auctoritate mandamus, vt nullius contradictione, vel appellatione obstante, infra vnius mensis spatium post harum susceptionem sæpè dictum archidiaconatum,

tum, de persona, cui nihil de canonicis obuiet institutis, plena omnium vestrum, qui præsentes fuerint in ecclesia interueniente concordia ordinare curetis. Alioquin noueritis nos, venerabili fratri N. archiepiscopo, & dilect. fil. N. Decano Arelaten. scripsisse, vt nullius contradictione, vel appellatione obstante, hoc exequi nõ omittant, faciétes quod statuerint per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, inuiolabiliter obseruari. Datum Romæ, &c. VI. Idus Iunii.

N. ARELATEN. N. AQVEN. Et N. Ebredunen. Archiepiscopis, & eorum Suffraganeis. Vt monasterium Sancti Victoris Massiliæ tueantur & defendant.

CVm monasterium Sancti Victoris Massilien. ad ecclesiam Roman. nullo pertineat mediante, tãtò facilius petitiones dilect. fil. N. Abbatis, & fratrum, qui diuinis ibidem officiis mancipantur volumus, quantum cum Deo possumus, exaudire, quanto præter commune debitum, quo tenemur vniuersis, & singulis ecclesiis prouidere, speciali respectu eis amplius existimus debitores. Sanè conquerentibus eisdem fratribus nostris auribus est relatum, quòd in prouinciis, & diœcesibus vestris, non solum à militibus, & aliis laicis, verum à clericis ipsis persecutiones innumeras patiuntur: vt videatur de talibus dictum: Et erit sacerdos, vt populus. Hi enim bona eiusdem monasterii diripiunt, occupant, & inuadunt, & in animarum suarum pericula malè ablata detinere præsumunt, & reddere contradicunt: de quibus Caufridũ De Massilia, & Vu. Vedianum, & Dalphinum milites, duximus nominandos. Quia verò non est facilè prænominatis fratribus pro singulis iniuriis ad nos habere recursum, fraternitati tuæ, per apostolica scripta præcipiendo, mandamus, quatenus de prædictis malefactoribus, & aliis, tàm clericis quàm laicis, quos ipsi vobis expriment nominatim, qui bona monasterii, & domus eleemosinæ, quę ad ipsum spectare dignoscitur detinere, aut eorũ antiqua iura præsumunt nequiter violare: cũ ab eisdem fratrib. fueritis requisiti, nisi prius commoniti, congruè satisfecerint de commissis, coram Vobis faciatis appellatione remota iustitiæ plenitudinem exhiberi, & quod statueritis, faciatis per excommunicationis, & interdicti sententiam, obseruari. Si quos autem in monachos eiusdem cœnobii clericos, vel conuersos manus sacrilegas iniecisse, ipsos excommunicatos nuncietis, & faciatis ab omnibus tam diu cuitari, donec passis iniuriam satisfaciant competenter, &c. vestrarum, &c. Datum, &c. Idibus Iunii.

N. EPISCOPO VVARADIEN. vt ad sedem Apostolicam veniat absoluendus.

SIgnificauit nobis venerabilis frater noster S. Archiepiscopus Colocen. quòd cum ipse pro quibusdam criminib. tuis, in te excommunicationis sentẽtiam protulisset, tu in absolutione tua te confessus es eadem crimina commisisse, & confessionem tuam redactam inscriptis, sigillo tuo proprio roborasti. Ipse vero tibi sub debito præstiti à te iuramenti mandauit, vt apostolico te conspectui præsentares, dignam à nobis pœnitentiam recepturus, & vsq; ad Natiuitatem Beatæ Mariæ proximo venturam, iter arriperes veniendi. Ne igitur transgressor tuę fidei videaris, qui teneris etiam, quod simplici verbo promittis, ducere ad effectum, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus, vsq; ad prędictum terminum, cum eiusdem Archiepiscopi literis ad nos iter arripias veniendi, & apostolico te conspectui representes. Datum, &c. XVIII. Cal. Iulii, Pontificatus nostri anno primo.

ILLVSTRI REGI VNGARIAE. quod viginti viros ad terræ sanctæ liminæ profecturos, ad regni sui pacem conseruandam retinere liceat.

SPecialis dilectionis synceritas, quam circa progenitores tuos ecclesia. Roman. consueuit habere, & prærogatiua deuotionis, quã Illustris recordationis B. pater tuus exhibuit apostolicæ sedi, nos admonent propensius, & inducunt,

vt

vt se sicut specialem ecclesiæ filium specialius honoremus, & exaudiamus in illis, quæ ad honorem tuum, & pacem regni tibi crediti non sit dubium prouenire. Sane significasti nobis, quòd cum nondum prorsus in Regno Vngariæ fuerit sedata seditio, quin adhuc quorundam animi præteritæ turbationis motibus excitati murmurent in occulto, guerram potius, quàm pacem amantes, dilecti filii N. Comitis Mozonis, & quorundã aliorum, qui ad visitandam terram Natiuitatis dominicæ, crucem sibi dominicam assixerunt, consilio indiges, donec tibi, & regno tuo plena fuerit concordia restituta. Nos igitur honori tuo paterna volentes affectione consulere, Serenitati tuę auctoritate præsentium indulgemus, vt prędictum Comitem Mozonem, & alios, quos de his, qui crucem sumpserunt tibi vtiliores videris, & quorum consilium, & auxilium tibi cognoueris potius opportunum vsq; ad viginti, quandiu tibi propter turbationem Regni necessarium fuerit retineas: ita tamẽ quòd prodilationis beneficio, aliquid dignum Domino recompensent. Nulli ergo, &c. Datum, &c. XVI. Calend. Iulii.

NOBILI VIRO A. DVCI. DE *Regni Vngariæ laudibus: & ne Regi bellum moueat.*

EA semper ecclesiæ Romanæ Regnũ Vngariæ deuotio couniuit illa semper dilectionis synceritas ecclesiam eidem Regno coniunxit, vt apostolica sedes Regno ipsi tàm in spiritualibus, quã temporalibus paternæ solicitudinis affectum curauerit impertiri, & Regnum ipsum à fide, ac vnitate sedis apostolicæ nulla recesserit tempestate. Inter cæteros autem, qui eidem Regno diuersis tẽporibus præfuerunt, illustris recordationis B. quondam pater tuus ecclesiæ Romanæ deuotior extitit, & se, ac regnum suum in illius necessitatis articulo exponere nullatenus formidauit: quo tumescentibus schismaticorum cordibus nostri piscatoris nauicula tumultuosis fluctibus iactabatur. Vnde nos, & prædecessores nostros tantò amplius ad idem Regnum seruandum in statum felicitatis antiquæ affectus hominis interioris induxit, quantò feruore fidei, & synceritatis constantiam eiusdẽ patris tui in maiori necessitate probauimus, nec maculam in eo inuenimus aliquam, neq; rugam. Hoc igitur attendentes, ad honorẽ Charissimi in Christo filii nostri N. Vngariæ Regis Illustris, ac tuum, & reformandã inter vos plenæ pacis concordiam, & cõ seruandam inuiolabiliter reformatam, tantò amplius aspiramus, quantò vtrumque vestrum dicti patris tui obtentu syncerius diligimus, & Regem ipsum ratione primogenituræ, ac regni, sine tui iuris dispendio intendimus præcipuè honorare. Vt igitur maneat inter vos fraterna dilectio, immo vt de die in diem potius augeatur, vt tu eidem Regi, tãquàm præcellenti debitam exhibeas reuerentiam, & honorem, vt ipse tibi tanquàm duci à Deo misso deferatur, & faciat ab aliis sicut fratri deferri, Nobilitatem tuam rogamus, monemus, & exhortamur in Domino, ac per apostolica tibi scripta mandamus, quatenus taliter de cætero in fidelitate ipsius, ac deuotione persistas, vt feruẽtis, ac fidelis seruitii nouitas aboleat offensæ præteritæ vetustatẽ: & sic vos adinuicem mutuus vniat charitatis affectus, sicut sanguis paternos, & vterus maternus vniuit. Adhæc tibi districtius inhibemus, ne in Regẽ, vel regnũ arma mouere præsumas, vel seditionem aliquam suscitare: ne forsan amici te deserant, si fratrem habueris inimicum, & de fide tua desperare cogantur, si fraternæ, ac naturalis pacis fœdera te senserint violare: sciturus nos venerabilibus fratribus nostris N. Strigonien. & N. Colocen. Archiepiscopis, & eorum suffraganeis, per apostolica scripta districtè præcipiẽdo mandasse, vt si contra memoratum Regem arma mouere, vel seditionem excitare præsumpseris, te, ac tuos sublato appellationis obstaculo excommunicationis sententia feriant, & totam terram tuam, & eorum subiiciant interdicto. Datum, &c. XVII. Calend. Iulii.

Illis scriptum est super hoc.

N. VLTRASYLVANO EPISCOpo. Gregorio sibi concessa priuilegia confirmantur.

CVm à nobis petitur, &c. vsq; Assensu. Priuilegium super desertum à dilecto filio Gregorio sanctæ Mariæ in porticu Diac. Card. tibi indultum, auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus, ad maiorem autem huius rei euidentiam prædictum priuilegium huic nostræ paginæ de verbo ad verbum duximus inserendum. Gregorius de sancto Apostolo Dei gratia sanctæ Mariæ in porticu Diacon. Card. Apostolicæ sedis legatus omnibus in Christo fidelibus, ad quos literæ præsentes deuenerint salutem, & oratio nem in Domino. Ne quorumlibet sopitæ quæstiones materiam recidiuæ contentionis inueniant, quod salubriter, & benè dispositum est, perpetuam debet stabilitatem obtinere, & iuxta maiorum monita literarum memoriæ commendari: ne processu temporis in dubiam quæstionem deueniat, quòd diffinitiuæ calculum constat sententiæ susceptisse. Cunctis igitur fidelibus volumus notum fieri, quòd cum occasione huius verbi desertum, quod verbum est in priuilegio Glorioſi, & illustr. Domini N. Regis Belæ, & nostro ad preces eiusdem Regis impetrato à nobis, & obtento super constitutione præpositurę Vltrasyluanę, quam fecimus, cum prius officium legationis gessimus in Vngaria, quæstio esset orta inter venerabilem fratrem nostrum A. Vltra syluanen. Episcopum, & dilectum amicum nostrum P. præpositum Cipinien. pro eo, quòd occasione præfati verbi præpositus diceret, generaliter omnes Flandren. ecclesiæ suæ fuisse suppositos. Econtra Episcopus responderet Dominum Regem, & nos intellexisse de illis, dunta xat, qui tunc erant in illo solo deserto, quòd gloriosę memoriæ G. Rex Flandrensibus concessit, & de illis, qui in eodem tantummodo deserto erant habitantium, & eo processum esset, quòd quæstio eadem ad Dominum PP. fuisset delata, & inde ad nos remissa, vt pote ad eũ cui interpretatio præfati verbi domini Regis mente, & voluntate explorata deberet esse certissima: præfatus Illustris, & Glorioſus Rex ad interrogationem nostram hanc interpretationem Vesprimii in præsentia magnatum suorum promulgauit, quòd non fuit eius intentionis tempore constitutionis præpositurę, nec postea, quòd alii Flandren. præpositi essent subditi, nisi qui tunc tantummodo habitabant in deserto, quòd sanctæ recordationis G. pater suus Flandrensibus concesserat, & in eodem futuris temporibus essent habitaturi. Nos verò idem cum Domino Rege sentientes, & eandem interpretationem habentes in animo prædictum verbum, sic interpretamur, quòd de nullis aliis Flandrensibus intelleximus nec alios, prępositurę suppositimus nisi duntaxat illos, q tempore quo ipsam præpositurã constituimus, in illo tantum habitabant, & erant habitaturi deserto, quod G. Rex Flandrensis prioribus concessit: & vt hæc nostra, & Domini Regis interpretatio omni tempore plenum robur, & firmam stabilitatem obtineat, has inde literas scribi mandauimus, & sigillo nostro fecimus sigillari. Decernimus ergo, &c. Datum, &c. XVII. Calend. Iulii.

N. ARELATEN. ARCHIEPIscopo, de reformando monasterio Litinensi.

AD reformandã in locis illis statum religionis antiquæ, in quibus vigebat olim obseruantia regularis affectuõsius aspiramus: præsertim cum loca ipsa nobis, & Ecclesię Romanæ nullo subiacent mediante. Sane veridica multorum relatione comperimus monasterium Litinen. quòd olim religione florebat, & temporalibus abundabat, ad eum statũ sic miserabiliter deuolutum, quòd nec regularia in eo instituta seruentur, nec fratres ibidem de ipsius possint facultatibus congruè sustentari. Ne igitur monasterio ipsi, quòd specialiter Beati Petri iuris existit nostra videatur solicitudo deesse, quæ circa vniuersas ecclesias diligentius vigilare tenetur, fraternitati tuę per apostolica scripta pręcipiendo mãdamus quatenus accedens ad locũ si per fratres eiusdem

eiusdem ordinis religionem ibidem posse videris reformare, & reduci monasterium ipsum in statum, id summoperè studeas adimplere, indulta tibi à nobis libera facultate excludendi de monasterio quoscunq; videris excludendos. Hoc etiam tuæ fraternitati præsentium auctoritate concedimus, vt si quos fratres eiusdem ordinis, in alienis etiam episcopatibus commorantes, ad quodcunq; officium, seu etiam obsequium memorati monasterii videris opportunos, vt per eos ibidem reformata, per solicitudinẽ tuam regularis institutio, futuris temporibus obseruetur, ab abbatibus suis tibi concedi postules, & nisi abbates ipsi ad tuam commonitionẽ impleuerint, eos tibi ab eorundem abbatũ obedientia prorsus absoluere, & in prædicto monasterio collocare. Quod si forsan id per fratres eiusdem ordinis non potueris adimplere, Cistertien. ordinis viros, in eo nostra fr ectus auct. instituas, per quos secundum statuta Cistertien. fratrum, reformetur ibi monasticus ordo, & futuris tẽporibus, dante Domino, inuiolabiliter obseruetur. Si qui autem super ordinatione ipsius monasterii tibi duxerint resistẽdum, canonica eos pœna percellas, & nihilominus omni prorsus appellatione cessante, in mandati nostri executione procedas: prouisurus attentius, vt mandatum apostolicum ad honorem Dei, & nostrum ita prudenter, & fideliter exequaris, vt fraternitas tua, de qua plenam fiduciam obtinemus; ex hoc debeat nõ immeritò commendari. Datum Romæ apud Sanctum Petrum. Idibus Iunii.

N. ARELATEN. ARCHIEPISCOPO. *Vt in arearum insula monachi, de Episcopi consensu, & voluntate, instituantur.*

AD audientiam nostram noueris peruenisse, quòd cum olim in insula Arearum fratres quidam Cistertien. fuerint commorati, eis à Sarracenis in captiuitatẽ deductis, quia locus est mari vicinus, ad eã se quidã regulares canonici transtulere. Verũ cũ ipsi præ nimia paupertate locũ ipsum, nec ædificiis possint, nec possessionibus ampliare, in eo monasticum ordinem instituti desiderant, secundum fratrum Cistertien. instituta, & id etiam Episcopus diœcesanus affectat. Ideoq; fraternitati tuę per apostolica scripta mãdamus, quatenus si ad hoc diœcesani Episcopi, & eorundem fratrũ concurrit affectus, in memorata insula monachos Cistertien. instituas: facturus de canonicis memoratis, quod expedire videris secundum canonicam honestatem. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum. XVII. Calend. Iulii.

N. ARCHIEPISCOPO, ET N. *Archidiacono Narbonen. Vt post appellationem ritè interpositam attentata reuocent, excommunicatumq; absoluant.*

ACcedens ad præsentiam nostram, dilectus filius Vu. Mifridi monachus Sancti Saluatoris Ladouien. sua nobis insinuatione monstrauit, quòd cum A. abbatẽ eiusdem monasterii, pro eo quod bona monasterii dilapidauerat: Symoniam etiam, & periurium commiserat nimis inhonestè viuendo, ad Sedem apostolicam appellasset, se, ac fautores suos cum bonis suis Apost. protectioni suppones, idem abbas Vu. Ademar monachum, qui prædicto Vu. Madfridi fauebat, ab administratione cellerariæ, quã de communi assensu Capituli possidebat, spreta Sedis apostolicæ apellatione remouit. Præterea supradictũ Vu. Madfredi, & ipsum Vu. Ademar, & R. Guntardi monachos ipsius monasterii per N. Lodouen. Episcopũ, & P. Giberti Rectorem ecclesiæ sancti Petri, per omnes ecclesias ciuitatis Lodouen. fecit excõmunicatos publicè nunciari; quibus secundum formam fecimus eccl. beneficium absolutionis impendi. Volẽtes igitur grauamini eiusdem ecclesiæ prouidere, discretioni vestræ per apostolica scripta mãdamus, quatenus reuocato in statum debitum, quicquid post appell. ad nos legitimè factam inueneritis immutatum, super præmissis omnibus, & aliis, quæ proposita fuerint, inquiratis diligentius veritatem, & solum Deum habentes præ oculis, quod canonicũ fuerit, subla-

sublato appellationis obstaculo statuatis, & faciatis quod decreueritis per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. Memoratos Episcopum, & P. Giberti, qui post appellationem ad nos rationabiliter factam, prefatos monachos excommunicationi subiicere minimè timuerunt, pœna canonica punientes. Quod si ambo, &c. Tu frater Archiepi. &c. Dat. Romæ, &c. III. Idus Iunii.

CAPITVLO SANCTI IOANnis Bisuntini. Vt Nouum illis collegium erigere, de Archiepiscopi uoluntate, liceat.

QVoniam ex iniuncto nobis officio, subditorum animos ad charitatis opera diligenti solicitudine debemus inducere, & de bono semper ad melius inuitare, illis, qui, supernæ benignitatis gratia inspirante, sectatores bonorum operum esse volunt, & in veritate, & iustitia coram Deo ambulantes, creatoris sui ibi cupiunt conciliare fauorem, specialius condescendere nos oportet & eorũ iustis petitionibus assensum apostoli cum impertiri. Inde est, quòd cum in ecclesia sancti Martini, quam habetis apud Salinum, iuxta facultates eccl. canonicorum ordinem velitis instituere, sicut fuit inauditorio nostro propositũ. Nos vestro proposito grata volumus cõdescendere voluntate, vobis præsenti pagina indulgentes, vt habito assensu venerabilis fratris nostri Bisuntini archiepiscopi, nullius cõtradictione, vel appellatione obstante, tam laudabile propositum valeatis effectui mancipare. Dat. Romæ, &c. V. Idus Iunii, &c.

N. BISVNTINO ARCHIEPIScopo, qua illum Indicta tamen purgatione, ab accusatione Capituli absoluit, quod eam debito tempore non æditerant.

LIcet in Beato Petro apostolorum principi ligandi, atque soluendi nobis a domino sit attributa facultas, quã in subditis iuxta suorum exigentiam meritorum exercere libere debeamus, exemplo tamen illius, qui omnes saluari; & neminem vult perire, libentius ad soluendum intendimus, quàm ligandum: & si nonnullæ sunt culpæ, in quibus est culpa relaxare vindictam. Sane cum olim ex literis G. dec. S. Stephani, Gerardi cantoris S. Steph. Ioannis Salinen. T. de Grai, Io. de Vuaresca, O. Fauerniacen. archidiaconi, & Norandi ni subdiac. nost. canonicorum ecclesiæ Bisuntin. ad apost. Sedis audientiam peruenisset, te varia crimina commisisse, ac ab eis fuisse per easdem literas super Periurio, crimine Symoniæ, & Incestu delatum, fel. recor. C. PP. prædecessor noster seruata iudiciaria grauitate tibi certum terminum assignauit: quo responsurus obiectis, apostolico te conspectui præsentares. Cum autem tu iuxta tenorem factæ tibi citationis ad Sedem apostol. accessisses, te, & dilectis filiis Io. & O. Archidiaconis apud Sedem apostolic. constitutis expectauimus aliquandiu, siqui forsan contra te procederent, & quæ de te literis intimauerant, proponerent in scribendo. Cæterum eum ne vnus etiam appareret, qui te impeteret de prædictis, ne aliquid de contingentibus omittere videremur, prædictis Archidiaconis vocatis ad præsentiam nostram, & in nostra, & fratrũ nostrorum præsentia constitutis, quæsiuimus diligenter, si quid super præmissis aduersus te pro se, vel aliis proponere vellẽt, & quod scripserãt legitime demonstrare. Ipsi autem quòd non proposito accusandi hæc scripserant, respondẽrunt: sed quia tu super quibusdam incorrigibilis videbaris, quædam de te Sedi apostolicæ duxerant intimanda: sed nuncius qui pro literis impetrandis accessit, mandati formã præsumpsit excedere. Nos igitur famæ tuæ cõsulere capiẽtes, dictis canonicis contra te super prædictis silentium duximus imponẽ. ne te de cætero eis super iplis accusare liceat, velẽt infamare: illius sequẽtes exẽplũ qui, cũ mulieri dixisset Nemo te cõdemnabit mulier, & illa: Nemo Domine, nec ego (inquit) te condemnabo. Vade ia amplius noli peccare. Quia verò prædicti canonici citra vinculum inscriptionis desistere voluerunt, eis de

Ca. Licet de accusationib.

† *alias inuiti.*

iuris

iuris permissione id nō duximus imputandū. Ne aūt in absolutione tua nimis procedere videamur, quamuis potius in odore bonę opinionis Coepiscoporū nostrorū, quàm eorū infamia delectemur, venerabili fratri nostro Cabilonē. Episcopo, & dilecto fil. N. Abbati de Firmitate inquisitionem famę tuę duximus committendam. Datum Romæ, &c. quarto Idus Iunii.

Ca. Licet de accusationib.

CISTERTII, ET TVLLEI ABbatibus. ut Thesaurarius Bisuntinus ad personalem residentiam uocetur.

EX parte dilectorum filiorum canonicorum Ecclesiæ S. Ioannis Bisuntini, fuit in audientia nostra propositum quòd cum thesaurariam ecclesiæ Bisuntinæ cuidam Teutonico, videlicet C. qui in Treueren. & Spiren. Ecclesiis redditus quamplures habere dignoscitur, ad instantiam Othonis Comitis Burgundiæ † inuicti & coacti assignauerint licet necessitas multò plus exigat continuam residentiam thesaurarii, quàm alicuius personæ per spatium duorum annorum & amplius prædictus thesaurius non habuerit ad eccl. Bisunt. accessum: & ita thesaurarii locum incassum occupet: propter quod ipsa eccl. debito seruitio defraudatur, & multiplex sustinet detrimentum. Quoniam igitur rationi, & æquitati consonat, vt portet onus, qui percipit prouentus honoris: cum ecclesiasticæ dignitates ad hoc fuerint institutæ, vt hi qui obtinuerunt eas, digne Domino famulentur: discretioni vestræ per apost. scripta mandamus, quatenus memoratū C. vt in ecclesia Bisuntina, prout ex dignitate thesaurariæ tenetur, residētiam faciat, monea tis diligentius, & studiosius inducatis. Si uero monitis vestris obtemperare noluerit, vel si forte spōtaneus cesserit, vos auctoritate nostra sustulti iuxta canonicas sanctiones, & consuetudinē ecclesiæ Bisunt. in substituendo thesaurario, sublato contradictionis, & appellationis obstaculo procedatis. Nullis literis &c. harum mentione, &c. Datum Romæ, &c. VI. Idus Iunii.

† *alias inuiti.*

N. MEDIOLANEN. ARCHIEpiscopo Pontificis literæ sunt recipiendæ & exequendæ, nisi obreptitiæ existant.

CVm adeo scripta Sedis apostolicæ moderemur, vt ex certa scientia nihil in eis faciamus apponi, quod de iure debeat reprehendi: miramur non modicum, & mouemur, quòd quoties ad te, vel aliquos tibi subiectos nostras literas destinamus, te super his mirari rescribis, ac si mādaremus aliquid inhonestum. Scripsisti etenim nobis, quòd cum P. clericus in ecclesia Modeuien. sufficientem sibi sit præbendam adeptus, mirabaris, quòd pro receptione ipsius in ecclesia de Grongonsola præpositō, & fratribus eiusdem eccl. literas apostolicas miseramus: cum si literarū nostrarum diligenter seriem attendisses, nihil penitus inuenies in eis, qđ tuum debuisset animum offendisse: cum enim in literis ipsis, nec de præbenda ipsius P. mentio haberetur, nec Modeuiē. canonic. immo nec etiam clericus diceretur in eis, & in literis ipsis hæc esset adiecta conditio: Si dignus existeret ad ecclesiasticum beneficium obtinendum & si eadem eccl. ex dono parentum ipsius quandam cappellam cum dote fuisset adepta, & à consanguineis eius oblationes, & mortuaria pro tempore, & decimas perciperent annuatim, intelligere potuisses, qualiter literæ ipsæ fuerant impetratæ: in quibus de beneficio ipsius, pro quo scribebatur, mentio non fiebat. Ideoq; fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus cum ad te, vel tuos literæ apostolicæ dirigun tur, earum tenorem diligēter attendas, & quod mandatur in eis, dum tamen nec per suppressionem veritatis, aut ex pressionem falsitatis obtentæ fuerint, facias effectui mancipari. Datum Romæ, &c. XIII. Calend. Iulii.

Cap. Cum adeo, de rescriptis

N. PRAEPOSITO, ET CANOnicis Ecclesiæ Colocen. Quæ ex certis villis decimas percipiendi ius ijs confirmat.

CVm à nobis petitur, &c. vsq; ad verbum Assensu. Decimas villarum

in

in Colocen. parochia Zumuz circum minoris Ester: in parochia Ocur, Terethię, Varod, Cheud, & Cheud p̃diũ Hyppoliti Scolounta, Varos Ytoud: in parochia Budrug, Luascu, Buu, Ban: prædiũ dom. Cheucuucheton: in paroch. Cameras, Egres, Thoboid, & totius parochiæ: ecclesiæ de Miger: agnos etiam villarum Sarmegi, Ichasei abbatis Vdlaorchariã, Dobosa maioris, Dobosa minoris, poscība, Cheul, Scetii vobis à vener. fratre nostro Archiepiscopo Colocen. concessas, sicut prędicta omnia iustè, ac sine controuersia possidetis, & in eiusdem Archiepiscopi authentico plenius continetur, vobis, & per vos ecclesię auct. apost. confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus. Nulli ergo, &c. Datum, &c. vt suprà Idibus Iunii.

N. COLOCEN. ARCHIEPISCOPO. qua committitur illi instauratio cœnobij Sancti Stephani.

AD audientiam nostrã noueris peruenisse, quòd inclytæ recordationis Dux Belus, olim in Archiepiscopatu tuo in proprio fondo suo, q̃ appellatur Caet, monasteriũ in prothomartyris Stephani honorem construxit, adeo illud amplis possessionibus, redditibusq; ditauit, quòd XXX. monachi in eo, secundũ Beati Benedicti regulam Domino seruientes, sustentationẽ sufficienter habebant, & hospites & pauperes ad ipsum monast. diuertentes, procurationẽ recipiebãt de necessariis cõpetentem: quadringentas etiam marchas argenti (præter cruces, & calices) idem nobilis eidem loco ad ipsius ecclesiæ concessit ornatũ. Cumq; post multa tempora prædicti fratres suum ibidem impendissent Domino famulatum, tandẽ de voluntate regia bonæ memoriæ. A prædecessore tuo, suum in parte præbente cõsensum, canonici Sancti Abraæ de valle Ebron, idem cœnobiũ est collatũ, tali cõditione opposita, videlicet: si Sedis apostolicæ moderatio trãslationem huiusmodi approbaret, & duceret, sustinendã. Verùm dicti canonici monachis prænominatis exclusis, auctoritate apostolica nullatenus cõparente, monasteriũ ipsũ intrarũt: per quorum administrationem inutilem, adeo bona eiusdem cœnobii dilapidata noscuntur, possessionesq; distractæ, quòd ipsum monasterium propter nimiam paupertatem deserere sunt coacti, vix in eo tribus solummodo remanentibus: qui cum rubore, & verecũdia multa, in eo (sicut dicitur) cõmorantur. Quia igitur de ipsius processu negocii nobis plenè non cõstitit, discretioni tuę, de qua plenè cõfidimus, ipsius monasterii ordinationem, auctoritate præsentium committentes, fraternitati tuę p apostolica scripta mãdamus, qua tenus eiusdem cœnobii vtilitate pensata, solum Deum præ oculis habẽs, quicquid de ipsius institutione, siue de reducendis monachis in monasteriũ ipsum, seu dimittendis in eo canonicis nominatis, secũdum Deum videris statuẽdũ, auctoritate nostra sine omni cõtradictione, & appellatione obstante instituere non omittas: ità quòd idem monasterium in meliorem statum possit tuã solicitudine faciente reduci, & nos cum audierimus prouidentiam tuam, debeamus dignis in Domino laudibus commendari. Datum Romæ.

N. GRADEN. PATRIARCHAE. Vt Concordia Inter ecclesiam S. Saluatoris, & ecclesiam S. Bartholomæi de Venetijs inita seruetur.

CVm dilecti filii G. prior Ecclesiæ Sancti Saluatoris, quæ Canonicorum est regularium, & D. Sindicus Ecclesiæ Sancti Bartholomæi de Venetiis, quæ est sæcularium clericorum, pro quæstione, quę inter ipsas ecclesias vertebatur, ad Sedem apostolicam accessissent: dilectum filium P. tituli S. Cæcilię presbyt. Cardinalem eis cõcessimus auditorem: in cuius audientia Prior proposuit memoratus, quòd felicis recordationis Lucius, & ad eius imitationem Vrbanus, Gregorius, & Clemẽs p̃decessores nostri, tum pro dissensione sedanda, tum etiã pro Religione fouenda, Ecclesiã S. Bartholomæi, per venerab. fratrẽ nostrum M. Castellanũ Epiſcopũ Eccleſiæ

cleſiæ Sancti Saluatoris adiungi, & perpetuò ſubiici mandauere: & demum cum per Caſtellanum Epiſcopum id nullatenus fuiſſet executioni mandatũ, bonę memorię Cęleſtinus prædeceſſor noſter, idem eidem Epiſcopo iniungendo præcepit, mandans venerabilib. fratrib. noſtris N. Exulan. & N. ciuitatis nouæ Epiſcopis, vt ipſo in executione huius mandati ceſſante, illi hoc exequi non differrent. Vnde idem caſtellanus Epiſcopus, quod iniunctum ei fuerat, ſtatim executioni mandauit, ipſum Priorem inueſtiens de prædicta eccleſia, & per clericum ſuum in eius corporalem poſſeſſionem inducẽs & ideo poſtulabat, vt quod ab eo de mandato Sedis ap. factũ erat, auct. noſtræ robore firmaretur. Econtra vero ſupradictus D. pro eccleſia S. Barth. reſpondendo propoſuit, quòd, cùm olim inter prædictas eccleſias, ſuper iure parochiali quę ſtio verteretur, & à bo. memoriæ Lucio Papa iudicibus delegatis commiſſa fuiſſet, per eoſdem iudices inter eas amicabilis compoſitio interuenit: quæ fuit ab vtraque parte præſtito iuramẽto recepta & redacta in publicum inſtrumentũ, nec non & longo tempore obſeruata. Vnde omnes ſupra nominatas literas aſſerebat per ſubreptionem à Sede apoſtolica impetratas, cum in eis nulla mentio facta fuerit de compoſitione prędicta. Adiecit inſuper, quòd prædictus Caſtellanus Epiſcopus in negocio ſine cauſæ cognitione proceſſit, clericis eiuſdẽ eccleſiæ ignorantibus, & penitus inconſultis: ex quo graue ſcãdalum in ipſa ciuitate proponebat exortum. Præterea ſuprà nominatus prior, coram prædicto Cardinali fuit in iure cõfeſſus, quod præſcripta cõpoſitio recepta fuit ab vtraq; parte, & ſine qſtione ſeruata vſq; ad obitũ Ioãnis olim plebani Sancti Bartholomæi, à cuius deceſſu nondum quinquennium eſt elapſum. Cum autem iam dictus Cardinalis, quæcunq; fuerant hinc inde propoſita, nobis, & fratribus noſtris fideliter retuliſſet: nos intelligentes nominatas literas per ſuppreſſiones veritatis, qm in eis nulla mentio de cõpoſitione fiebat, nec non & per expreſſionem falſitatis, quoniam ab ipſis eccleſiis compoſitio ſeruabatur, obtentas. Et quia licet executio prænominato Caſtellano Epiſcopo fuerit demandata, oportebat tamen de veritate precũ inquiri: nihilominus attendentes, quod pro ſcandalo tollendo fieri dicebatur, maius ſcandalum generabat: ſicut etiam tàm ex literis tuis, quàm dilecti filii N. Ducis Venetorũ, nec non & aliorũ plurium, nobis eſt intimatũ, de communi fratrum conſilio, ſanctæ recordationis Gregorii PP. veſtigia imitantes: qui veritate comperta, prædictam cõpoſitionem ſeruari mandauit, prout ex literis, quas dictus prior in giudicio nobis & fratrib. noſtris exhibuit, conſtitit euidenter: licet religioſis & piis locis, quantum cum Deo poſſumus, fauorẽ velimus apoſtolicum impertiri: quia tamẽ oportebat nos quæſtionem propoſitam, ſecundũ iuſtitiã terminare, ipſam compoſitionẽ decreuimus ratam, & firmã habendã, non obſtãte, quod factũ eſt ab Epiſcopo Caſtellano, per literas ab apoſtolica Sede ſubreptas, cum mendax peccator carere debeat impetratis. Ideoq; fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eandẽ compoſitionẽ, ſicut ſine prauitate facta eſt, & ab vtraq; parte recepta, facias irrefragabiliter obſeruari. Si q contra eã venire præſumpſerint, ſubl. appellationis impedimẽto, per eccleſiaſticã diſtrictionẽ à ſua præſumptione cõpeſcens. Datum Romæ, &c. XIIII. Calend. Iulii, &c.

HVGONI ABBATI, ET CONuentui Sancti Zenonis Veronen. Quæ per ſententiam decidit cauſam ipſorum contra eccleſiam Sancti Proculi, de ſubiectione.

CVm inter vos ex vna parte pro eccleſia veſtra, & Muſetum Archipreſbyterum, & clericos Sancti Proculi nomine eccleſiæ ſuæ, ſuper ſubiectione ipſius eccleſiæ Sancti Proculi, & aliis multis articulis qſtio verteretur, tibi fili abbas, & ipſi Archipreſbytero in noſtra præſentia cõſtitutis, venerabiles fratres noſtros P. Compoſtellanum Archiepiſcopum, & O. Terdonen. Epiſcopum, tunc apud Sedem apoſtolicam cõmorantes dedimus auditores: ſed ipſo Epiſcopo litè pendẽte, ab vrbis partibus recedente, dilectum

filium M.Subd.& cappellanum nostrum loco eius curauimus substituere: in quorum presentia ex parte tua fili abbas fuit propositū, quòd dicta ecclesia Sācti Proculi monasterio Sancti Zenonis pleno iure debet esse subiecta, videlicet in institutione, destitutione, vel inuestitura Archipresbyteri,& eiusdem fidelitate ipsius & fratrum obedientia,correctione,representatione ad ordines,tonsuratione, susceptione Chrismatis,statiis,& letaniis, & aliis similib. per quæ plena subiectio declaratur. Ad quod probandum instrumentum publicum concessionis bonæ memoriæ Brunonis quondam Veronen. Episcopi pars tua in medium producebat: quam concessionem successor eius Thebaldus ratā habuit, & etiam confirmauit. Super his quoq; tā Patriarcarū Aquileien. Quam Roman. Pontificum priuilegia, confirmationes induxit: quorum vnus scilicet Gotefridus, de subiectione plenaria in priuilegio suo euidenter expressit, quòd sub testimonio Riprandi quondam Veronen. Episcopi, qui eiusdem ecclesiæ Archipresbyter extitit factum fuerat,& completū, & in eo à Priore monasterii Sancti Zenonis mandauit vice sua subscribi,sicut in instrumēto publico continetur,adiecit etiam pars tua, quod inter Nobilem quondam abbatem eiusdem monasterii, & Sicherium Archipresbyterum,& fratres ipsius, procedēte tempore,de fidelitate, & obedientia manuali controuersia fuit exorta. Ad quæ duo dictus Archipresbyter cum fratrib. suis, se duntaxat teneri negabat & super his testes producti fuerunt. Tandem præfatus T. Veronen. Episcopus rationibus vtriusq; partis auditis, & cognitis quendam Cardinalem sequens à quo fuerat iudicatum, quòd vel Archipresbyter ecclesiam dimitteret,aut abbati obedientiam repromitteret: credens etiam, quòd testes vera deposuerint coram eo, qui de fidelitate manifestum protulerāt testimonium idem, & ipse sententialiter diffiniuit,sicut in instrumento publico prospeximus contineri. Cuius sententia cum nulla fuerit appellatione suspensa in rem transit iudicatam: quam asserebat nullo posse iuris remedio attentari:à cuius prolatione, vsq; ad tempora ista, quinquaginta annorum spatium est transactum:per quos,quod monasterium Sancti Zenonis præfatam ecclesiā pleno iure possederit, & quod prędictus Archipresbyter, & fratres eius præteriti, & præsentes,obedientiam abbatib.Sācti Zenonis fecerint, tonsuram ab ipsis receperint, & in aliis, quæ præmisimus obsequia sibi præstiterint, per testes, & instrumenta probauit:& sic vsq;ad tempus litis nuper exortę, monasterium in possessione fuisse firmiter asserebat:quærens ecclesiam Sancti Zenonis à nominato Archipresbytero super quibusdā de præmissis indebitè molestari. Tribus ergo prędictis rationibus suam assertionē proponebat esse munitam, videlicet per priuilegiorū confirmationem, per auctoritatem sententiæ,& per temporis longęuitatē:vt quasi funiculus triplex difficile dissoluatur. Ex oppositō verò, memoratus Archipresbyter prædicta omnia monasterio competere denegabat, præmissis rationibus sic respondens:quòd cum instrumentum concessionis prædicti B.Episcopi non fuerit publica manu confectum,nec sigillo Episcopali munitum: & propter rasuras quasdam suspectum prima facie videretur, parti suæ nec poterat,nec debebat præiudicium generare: & sic nec cæterę probationes abbatis,vt cōfirmationes,& priuilegia ex ipsa donatione pendentia, cum quasi arenoso fundamento, & arundineo baculo niterentur, & principali non valente nullam haberent accessoria firmitatem. Quod etiam parti suæ, sententiam memorati T. Veronen. Episcopi. non noceret illa ratione dicebat: quia non continebat absolutionem,vel condemnationē,cum sub alternatione, prælata fuisset,sicut & sententia Cardinalis, quæ cum in medium produci non posset, nec prodesse poterat,nec obesse:præsertim,cum & prolatam esse penitus denegaret, cōtra quā etiam si prolata fuisset,nec appellatione suspensa,poterat tamen agi de falso: cū ex instrumento prædicti B. Veronen.Episcopi,per vitium rasuræ falsato,lata fuisset.Sed nec testes ex tenore sniæ dicūtur deposuisse iurati quare nulla fides eis

fuerat

fuerat adhibenda. Longæuitatem etiam temporis, seu præscriptionē ecclesiæ suæ non posse nocere dicebat: quia pars aduersa nulla ratione probauerat subiectionem continuam, vel frequentem, sed quod ecclesiæ Sancti Proculi quandoq; præfuit abbatia. Cæterùm ad assertionē intentionis suę, pars Archipresbyteri prędicti supradicti B. Veron. Epi publicū protulit instrumentum, antiquius illo quod fuerat à iā dicto abbate productū: in quo idem Episcopus lachrimabiliter postulā tibus Archipresbytero, & clericis Sancti Proculi, sub pœna excōmunicationis firmiter repromisit, quòd nunquam alii subiiceret ecclesiam nominatam, quàm ecclesiæ Sancti Firmi Archipresbiter, & clerici audierant ab Episcopo supponendā. Cuius factum dictus T. successor illius suis literis confirmauit: contra quas nulla ratione venissent, si prędictus abbas, cū subiectionis ab eis literas, de quibus prę missimus, impetrauit, quæ gesta fuerant expressisset. Ideoq; abbatis rescripta, per suppressionē veritatis, adhibita fraude dicebat obtenta. Idem etiam Archipresbyter, libertatem ecclesiæ volens ostendere, quod ipse cum clericis suis sine abbatis licentia locauerit, & dislocauerit, & cappellas sanctorum Viti, & Maximi ordinauerit, conuersas, & alias in eis ponendo personas: & quòd caneuarios, & alios officiales in ecclesia sua liberet instituerit, & ab ecclesia Cathedrali quandoq; Chrisma receperit, quandoq; à monasterio nominato, dispositionib. testiū legitimè comprobauit. Verum pars abbatis, vt responsionē aduersę partis elideret, quæ instrumentum donationis viribus carere dicebat, illius temporis alia, instrumēta produxit: vt ex eorū collatione, cū nō essent publica manu cōfecta, instrumentū suū authenticū appareret: cū simplicitas hominū illius temporis talia nō requireret, sed pars aduersa, & illud, & alia reprobabat. Porrò instrumēta partis aduersę, quę notam falsitatis habere pars proponebat abbatis, etiā si vera essent, in nullo sibi posse nocere dicebat cū in priori iudicio fuissent exhibita: vbi & hęc, & alia, quę posset obiicere pars aduersa siue omissa fuerint, vel etiam allegata audiri vlterius non deberent, nè lites fierent immortales: quæ prætextu instrumenti post reperti non debent vllatenus instaurari. Quærela quoq; falsi, quā volebat proponere pars aduersa, viginti annorum spatium nō excedit: & cū à tempore latæ sententiæ quadraginta anni, & amplius, à tempore verò litis motæ, trienniū sit elapsum, quæ rela falsi nō poterat vlterius intentari. Cum itaque hæc, quæ præmisimus, & similia multa præfati auditores nobis, & fratribus nostris prudēter, & fideliter retulissent, nos cōcato fratrum nostrorū consilio, quamuis fortè dicto instrumento donationis non sit plurimū innitendum, nec confirmationib. vel priuilegiis, quę de ipso causam, & originē acceperunt: attendentes, quòd quantum ad litigantes ipsos ius ex sententia factum fuit, postquā in rem trā sit iudicatam, etiam si contra ius litigatoris lata fuisset: cum contra ius cōstitutionis expresse lata non fuerit, veritate gestorum sermonib. præualente, quæ præsumuntur ritè per omnia celebrata: statuimus, & per sententiā diffinimus, vt Archipresbyter Sancti Proculi, qui pro tempore fuerit, fidelitatem, & obedientiam præstet abbati Sancti Zenonis. Et quia de aliis Capitulis tunc controuersia non fiebat, cū pars aduersa in priori iudicio se super his abbati subditā non negaret, decernimus, vt ecclesia Sancti Proculi monasterio Sancti Zenonis pleno sit iure subiecta. Et vt Archipresbyter, & clerici memorati super his, s. institutione, destitutione, & cæteris articulis memoratis, quæ pro monasterio in iudiciū deducta fuerunt, abbati Sancti Zenonis tanquam subditi prælato respondeant: Chrisma quoq; à monasterio Sancti Zenonis recipiant, & sic eo mediante ab ecclesia Veronensi. Verum dicti Archipresbyter, & clerici locandi, dislocandi, emendi, vendendi etiam res modicas ipsius ecclesiæ, non autem maximas, per quas immobilia, & ornamenta, & vasa sacra intelligi volumus, caneuarios etiā, & alios officiales eccl. instituendi, & officiandi præfatas cappellas suas, & instituēdi clericos, & inclusas in eisdem cappellis, sine abbatis licentia, liberā habeant facultatē, dū-

modo super præmissos officiales eidē abbati correctio tanquā super ipsis cleri cis ecclesię S. Proculi reseruetur. Eligendi ēt sibi fratres & præficiendi sibi Archipresbyterū: qui iam dicto abbate inuestiturā accipiat, & eidē obedientiā repromittat: præsentandi quoq; ordinādos abbati, & eo mediante Veronen. Episcopo, ac celebrandi baptisma, plenam potestatem eos habere censemus. Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum XIII. Calend. Iulii.

RADVLFO ABBATI ECCLESIAE Sanctæ Osytæ de Chuc, eiusq; fratrib. tā præsentibus, quàm futuris regularem vitam professis in perpetuum. De ordinis priuilegiorūq; confirmatione, & norma viuendi.

PIæ postulatio voluntatis effectu debet prosequēte compleri: vt & deuotionis synceritas laudabiliter enitescat, & vtilitas postulata vires indubitanter assumat. Ea propter dilecti in Domino filii, &c. vsq; ad uerbū Annuimus. Et præfatam ecclesiam Sanctę Osytæ, in qua diuino mancipati estis obsequio, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipim⁹, & presentis scripti priuilegio cōmunimus. In primis siquidem statuentes, vt ordo canonicus, qui secundum Deum, & Beati Augustini regulam, in eadem ecclesia institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea quascunq; possessiones, &c. in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum, in quo præfata eccl. sita est, cum omnibus pertinentiis suis: totum manerium de Chuc cum omnibus pertinentiis suis: Ecclesias de Sudminstra, & de Meilande cum duabus hidis terræ, & Marsico, & decimis, & omnibus pertinen. suis: ecclesiam de Clacheton: ecclesiam de Hoilanda: ecclesiam de Michelestouue: ecclesiā de Huggelleia: ecclesiam de Petham: ecclesiam de Denham: ecclesiam de Sopilād. ecclesias de Blieburc: ecclesias de Stouuemarchet: ecclesiam de Neuthonia, & ecclesiam de Hilleiauuerri, cū omnib. libertatibus, & pertinen. suis, sicut in authenticis donatorum & Episcoporū noscitur contineri. Transactionē insuper, quę inter ecclesiam vestram, & ecclesiam Sancti Pauli Londouien. super ecclesiis de Sudminstra & de Meilande, & de Alestron, & earum pertinentiis amicabiliter interuenit, sicut sine prauitate facta est, & ab vtraque parte recepta, & hactenus obseruata, & in instrumentis exinde confectis continetur, auctoritate apostolica confirmamus. Sanè noualium vestrorum, quæ propriis manibus, &c. liceat quoque nobis, clericos, & laicos, &c. prohibemus insuper, vt nulli fratrum vestrorum, &c. nisi arctioris religionis obtentu &c. discendentem verò, &c. cum autem generale interdictum terræ fuerit, &c. Chrisma verò, &c. per diœcesanum Episcopum gratis, & sine prauitate aliqua vobis volumus exhiberi. Prohibemus insuper, vt infra fines Parochiæ vestræ nullus sine assensu diœcesani Episcopi, & vestro cappellam, &c. saluis tñ priuilegiis Rom. Pontificū. Ad hæc nouas, & indebitas exactiones, ab Archiepiscopis, Episcopis, Archidiaconis, seu Decanis, aliisque omnib. ecclesiasticis, sæcularibusve personis omnino fieri prohibemus. Libertates præterea, & immunitates, &c. sepulturam præterea, &c. salua tamen iustitia illarum ecclesiarum, à quibus, &c. obeunte verò, &c. Paci quoque ac tranquillitati vestræ, &c. decernimus ergo, &c. Si qua igitur. Datum Romæ apud sanctum Petrum, per manum Rainaldi, Domini PP. Notarii, Cancellarii vice agentis, Idibus Iunii, Indictione prima Incarnationis Dominicæ. Anno M.C.XCVIII. Pontificatus verò Domini Innocentii PP. III. Anno primo.

N. SECOBIEN. EPISCOPO. Absentium, vel etiam temerè repugantium sententijs neglectis, prævaleant maiora & saniora suffragia reliquorum.

CVm à nobis petitur, &c. vsque Effectum: Sanè sicut nobis intimare curasti, cum in ecclesia tua vis aliquem canonicum, seu portionarium ordinare, licet multorum habeas in ipsa ordinatione consensum, pauci tamē quandoq; nō-

tam

tam de ratione, quàm propria volunt ate ipsam ordinationem impediunt, & te in ipia procedere nõ permittunt. Nolentes igitur, vt institutiones ecclesiasticæ tali occasione temerè valeant impediri, fraternitati tuę auctoritate præsentiũ indulgemus, vt nisi à paucioribus & inferioribus, aliquid rationabile obiectum fuerit, & ostẽsum, ordinãdi canonicos, seu portionarios, appellatione remota, liberam habeas facultatem, semperq; prævaleat, & suum consequatur effectum, quod cum maioris, & sanioris parte Capituli per te fuerit institutũ: quòd si aliqui forte se duxerint absentandos, dum volueris in huiusmodi ordinatione procedere, & accedere vocati noluerint, eorum appellatione, seu contradictione nequaquam obstante, nostra fretus auctoritate procedas. Nulli ergo, &c. Datum, &c. IIII. Idus Iunii.

N. *ABBATI MONASTERII Sancti Germani Autisiodoren. Eiusque fratribus, tam præsentibus, quàm futuris regularem vitam professis in perpetuum. De eorum priuilegiis, & quod recipiantur sub protectionem Apostolicam.*

Effectum iusta postulantibus indulgere, & vigor æquitatis, & ordo exigit rationis: præsertim quando petentium voluntates, & pietas adiuuat, & veritas non relinquit. Ea propter dilecti in Domino filii, iustis postulationibus clementer annuimus, & præfatum monasterium, in quò diuino mancipati estis obsequio, ad exemplar prædecessorum nostrorum, felicis memoriæ Eugenii, Adriani. Clemẽtis, & Cœlestini, Romanorum Pontificum, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, vt ordo monasticus, qui secundum Deum, & Beati Benedicti regulam, in eodem monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibi dem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona, & cæt. vsque ad permaneant: in quibus hæc ꝑpriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum, in quo præfatum monasterium situm est, cum omnibus pertinen. suis. In Episcopatu Antisiodoren. ecclesiam Sãcti Lupi, ecclesiam digiæ, ecclesiam de escant, ecclesiam de patriniaco, ecclesiam de blaagniaco, ecclesiam de banna, ecclesiam de venneto, ecclesiam de pratili, ecclesiam de irenziaco, ecclesiam de ariaco, ecclesiam de saliniaco, ecclesiam de roureto, ecclesiam de Castro Sancti Ferreoli, ecclesiam, quæ dicitur sanictos. Monasterium Melereden. cum adiacentibus ecclesiis, videlicet ecclesia Sancti Petri de ipso burgo, ecclesia Sanctæ Columbæ, ecclesia Sancti Boniti, ecclesia Sancti Amandi, & ecclesia annaio. monasterium Sancti Saluatoris, cum adiacente ecclesia Sancti Ioannis Bæptistæ, monasterium de sassiaco, cum adiacentibus ecclesiis Sancti Christophori, & Sancti Machuti, quindecim solidos in ecclesia de Asneriis, monasterium de bello monte, monasterium Sancti Verani, cappellam de verone, cappellam de soerus. In parrochia Senonen. ecclesiam de agriaco, ecclesiam de fains, ecclesiam de Sancta Cruce, quicquid habetis in ecclesia de corberiis, ecclesiam de sancasio, ecclesiam de hulmedo, ecclesiam de altaripa, ecclesiam de monte Sãcti Sulpitii, ecclesiã deboolíaco, monasterium Sancti Florentini, cum cappella Vicecomitis, & aliis pertinentiis suis, monasterium airaldi cum pertinen. suis, & ecclesiam de eureio. In Episcopatu Trecen. ecclesiam de brittiniaco, cum cappella de valle charzi. In Episcopatu Lingonensi, Monasterium Sancti Leodegarii, cum adiacentibus ecclesiis, videlicet ecclesia Sanctæ Mariæ in eodem Burgo, ecclesia de mosteriolo, cum capella de æstinal, & de cirins, ecclesia de magniaco, ecclesia de massiliaco, & ecclesia de belueta, monasterium Sancti Valentini, cum ecclesiis de niceto, delauia, de ponziaco, ecclesiam de linorellis, ecclesiam de carisiiaco, ecclesiam de palmis cum ecclesiam de annaio. In Parrochia bisuntinen. monasterium de palmis cum ecclesia eiusdem Castri, ecclesiam de tumbeio. In episcopatu Eduen. Ecclesiam de luciaco, ius, quòd habe-

tis in ecclesia Vltiniaco, ecclesiam de disengiaco : in ecclesia de maniaco, nouẽ Sol. & obulum. In episcopatu Niuernié. monasterium Sãcti Petri de disesia, cum cappellas Sanctæ Mariæ Magdalenæ, & Sancti Martini: in eodẽ Castro ecclesiam Sancti Mauritii, ecclesia Sancti Leodegarii: quicquid habetis in ecclesia de toriaco, monasterium de massillis, cum ecclesiis de viridi prato de monterrãt, de tais, de vendenesla, & de Sancto Iacobo, monasterium de Castellion. cum cappellis eiusdẽ Castri, videlicet Sanctæ Mariæ, Sanctæ Ceciliæ, & Sanctæ Mariæ Magdalenæ : ecclesiam de aluia cum cappella Sanctæ Mariç, eiusdẽ. villæ: ecclesiam de fraxineto, ecclesiam de carniaco, ecclesiam Sanctę Mariæ de cappella, de catis. In episcopatu Nanneten. monasterium Sancti Germani de aueto, quicquid nobilis vir Rainaldus de castellione, & Elisabet vxor sua vobis in eleemosynam contulere, sicut in scripto eorũ authentico continetur. Libertates, & immunitates, quas habetis in Burgo S. Petri de dideſia à Nobili viro Raynaldo, vobis cõcessas, sicut in eiusdẽ authentico cõtinetur. Castrum S. Germani cũ Burgo, villam de digia, grangiã de recognito: villã de escãz, villã de orgiaco, medietatẽ nemoris de brueria, tã in iustitia, quàm in redditib⁹ quoquomodo perueniant: villam de Patriniaco: grangiã de vilamer, grangiã de Neiron. cũ appenditiis suis quicquid habetis apud Soerias: grangiã de carmeyo, villam de vanneto, villã de balniaco, medietatẽ villę nouę, villã de Cheriaco, quicquid habetis in villa de roureto, in villa de altaripa, in villa de hulmeto, in villa de monte sancti Sulpitii, in villa de booliaco: grangiã de grosso bosco, grangiam de villari vinoso, cum appenditiis suis, grãgiam de betriaco, cũ appenditiis suis, villam de irentiaco, cũ appenditiis, suis, villã de aucep. cũ appenditiis suis, villam de curte arnulfi cum appenditiis suis, villã de maros, grangiã de morali, cum appẽditiis suis : quicquid habetis in Castro de Silniaco, in Castro de Sancto Saluatore, in Castro de lainiaco, in Castro de merliniaco, in Castro Sancti Florentini, in Castro sancti Verani: quicquid habetis in villis de gurgi, de vallibus, de campis, de escolinis, de creuens, de Vultiniaco, de cussi de pratigi, de nentri, de chabileia, de põtiaco, de baina, de linoroliis, de Oona, de sorgiaco, de iusiaco, de Syluarani, de chauãtuis, de valant, de luciaco, d disségiaco, de masségiaco Burgũdiæ monasteriis, cũ appẽditiis suis: grãgiã S. Boniti, quicquid habetis apud Agriacũ apud villam de fain, & apud villã de amaio : quicquid habetis apud sacrũ amandum, apud Sancasiũ apud villare super tholum, apud pontẽ nascentem, villas de S. Leodegario, de marendulio, de cusiri, de beleneua, de maniaco, de mosteriolo, de æstiual, & de cerins: grangias de maini, & de marceni. grangiam de brentiniaco cũ appen. suis : quicquid habetis in seruis, & ancillis, decimis, cẽsibus, molendinis, furnis, terris, vineis, pratis, nemoribus, & aquis cũ aliis possessionib. vestris. In Parochialibus autẽ Eccle. quas habetis, liceat vobis præsbiteros eligere, & diœc. Episcopo præsentare, quibus si idonei fuerint, Episcopus curã animarũ cõmittat, vt ei de spiritualibus, vobis aũt de temporalibus debeant respõdere. Vobis aũt auctoritate præsentiũ indulgemus, vt excõmunicandi, siue interdicendi, vel suspendẽdi vos, vel ecclesias vestras, earũq; capellanos, aut clericos, & homines vestros absque manifesta, & rationabili causa, & seruato iuris ordine, nisi tale cõmissum fuerit, quod iudiciariũ ordinẽ non requirat, nullam diœcesanus Episcopus habeat facultatem. Quod si cõtra indulgentiam nostrã fuerit attentatũ, sententiã ipsam auct. ap. decernim⁹ non tenere. Si quando vero homines monasterii vestri vinculo teneãtur excõmunicationis astricti, pro eorũ absolutione diœcesan. Episcopus, vel quilibet alius potestatẽ nõ habeat pecuniã extorquẽdi. Et si in eos, quia propter hoc pecuniam non exoluunt, ecclesiastica fuerit sententia promulgata, eã decernim⁹ Auct. apo. non tenere. Chrisma vero, oleũ sanctum, consecratione altariũ, seu basilicarũ, benedictionẽ abbatis, ordinationes monachorũ, & clericorũ vestrorum, qui ad sacros ord. fuerint promouẽdi, à diœcesano suscipiens Episcopo, si quidẽ catholi-

cus

eus fuerit,& gratiã,& cõionẽ apo. Sedis habuerit, & vobis ea gratis,& sine prauitate voluerit exhibere: alioquin liceat vobis quẽcunq; malueritis,&c. vsque ad verbum Impendat. Auct. quoque presentiũ vobis duximus indulgendũ,vt si diecesan.Episcopus, vel Archidiac. ad ecclesias vestras in maiori numero equitaturarũ,& hominum,quã in Lateranen.concilio fuit statutũ, accesserit, procurationes eis in vestris ecclesiis non teneamini exhibere: sepulturam preterea loci illius liberam esse decernimus,&c. vsq; ad Obsistat. Salua tamen iustitia illarum Ecclesiarũ,à quib.&c. Libertates quoq; dignitates,& immunitates,necnõ antiquas,& rationabiles cõsuetudines monasterio vestro cõcessas, & hactenus obseruatas,ratas habemus, easq; futuris temporibus illibatas manere sancimus. Decernimus ergo,&c. siqua igitur,&c. Datum Romæ apud S. Petrum,per manũ Rainaldi domini Papæ notarii vicem agentis Cancellarii Indictione prima, incarnationis dominicę anno M. C. XCVIII. Pont. verò domini Innocentii Papæ tertii anno primo.

N. PAMPILONEN. EPISCOPO. Quod tempore generalis interdicti ipsi liceat clausis ianuis, nec pulsatis campanis, celebrare.

FRatribus,& Coepiscopis nostris speciale volumus gratiã exhibere, & in suis eos petitionibus quantum honestè possumus exaudire. Ea propter ven.in Christo frat.tuis precibus annuẽtes, Auctoritate tibi præsentium indulgemus,vt cum generale interdictum terræ fuerit, liceat tibi vbicunque fueris clausis ianuis, excluſis excommunicatis, & interdictis, nõ pulsatis campanis,suppressa voce,vel celebrare diuina officia, vel celebrantẽ cappellanum audire, dum tamen neuter vestrum excõmunicatus, vel nominatim fuerit interdictus, aut id tibi fuerit expresse prohibitum. Nulli ergo &c. Dat. ibid. Iulii.

N. REGIN. EPISCOPO. DE causa Decani Sancti Quintini cõtra suum capitulum.

NOuerit Fraternitas tua,quòd causam,quæ vertitur inter dilectos filios canonicos ecclesiæ Sancti Quintini Viromanden. & N. decanum eiusdem ecclesiæ, venerabil. fratribus nostris. N. Remen. Archiepiscopo, Sanctæ Sabinæ cardinali, & N. Episcopo Atrebaten. duximus committendas: ita tamẽ quòd ipse pro parte sua tertium iudicem eligendi liberam habeat optionem. Quoniam igitur (sicut nobis relatum est) idem decanus in partibus Lombardiæ moratur, Fraternitati tuæ per apost. scripta mandamus, quatenus eidẽ decano Auct. nostra iniungas, vt ad prędictos iudices accedere non postponat, respõsurus super quæstione præmissa, & iudicium receptu rus, eisdem iudicibus per latores præsentium significare nõ differas, qualiter à te iuxta mãdatum nostrum fuerit ipsi dec. iniunctum, vt ad eorum præsentiam, vt prędictũ est, accedere non differat. Datum Romæ apud S. Pet. V. cal. Iuli.

N. ARCHIEPISCOPO REMEN. S. Sabinæ Car. & N. Episcopo Atrebaten. De eodem argumento.

EX parte dilect. fil. canonicorum eccl. S. Quintini Viromanden. fuit in audientia nostra querela proposita, quod N. decanus eiusdem Ecclesiæ, cum potius teneatur discordantes ad concordiã reuocare, inter eos concitare seminarium dissensionis, ipsos etiam contra ecclesiasticam honestatem super enormibus criminibus publicè infamare, & aduersus eos prouocare laicos minimè dubitauit: in remissionem peccatorum eis iniungens, vt in ipsos canonicos irruerent, & funes campanarum, quas pro Capitulo congregando pulsabant, de manibus eorum auferrent: eisdem promittens, quòd si quid detrimenti super hoc eis accideret, ipse perpetratæ rei vellet auctor haberi. Præterea cũ se seruaturum iura,& consuetudines ecclesiæ S. Quintini, & canonicis quandã pensionem, necnõ, & procurationem in octauis Paschę, annuatim iurauerit impensurũ, contra suum veniens iuramentum statũ capellarum, & capellanorũ, & ruariorum, Capitulo contradicente, in eorum,& ecclesiæ suæ graue prę iudi-

cium nixus est immutare: & prædictas pensionem, & procurationem, similiter iuramenti religione neglecta, ipsis canonicis renuit exhibere. Cumq; super his eum ad sedem apostolicam appellauerint, ipse terminum appellationis abbreuians, eis ad prosequendã appellationẽ, festum sanctorum Philippi, & Iacobi proximo præteritum assignauit: sed nec ipse, nec aliquis coram nobis pro eo comparuit responsalis. Quia vero propter temporis in temperiem non decuit nos magistrum Vu. & T. canonicos ecclesiæ supradictæ, ad nostram præsentiam accedentes diutius detinere, volentes vtrisque (sicut iustum est) prouidere, per apostolica vobis scripta mandamus, quatenus ascita vobiscum ecclesiastica persona, & suspectione carente, de Remen. prouincia, quam dictus Decanus pro parte sua duxerit in iudicẽ eligẽdã: pariter cum ea super his, quæ hinc indè proposita, fuerint inquiratis diligentius veritatẽ: & quod iustum fuerit, appellatione postposita, statuatis, & faciatis quod decreueritis per censuram ecclesiasticã à partibus firmiter obseruari. Si verò prædictus Decanus eligere iudicem, & iuri parere noluerit, vos nihilominus, quantum, de iure poteritis, in negocio procedatis. Nullis obstan. harũ mentione non habita, &c. Quòd si vos ambo simul cum tertio his exequendis, &c. Tu frater Episcope, cum eorum altero &c. Datum vt suprà.

SIFREDO AVSTEN. PRAEPOsito. Quod varijs de causis electione suam confirmet.

EX ore sedentis in throno, procedebat gladius bis acutus: hic ẽ gladius Salomonis, qui secat vtrinque, reddens vnicuique quod suum est. Nos ergo, qui (licet immeriti) locũ veri Salomonis, diuina dignatione tenemus, gladiũ istum tunc prudenter exerimus, cum quæstiones in auditorio nostro legitimè vẽtilatas, mediante iustitia diffinimus. Ad hoc enim emergentium quæstionum perplexitas, & difficiles nodi causarum ad Sedem Apostolicam referũtur, vt cum earũ merita fuerint assertione partium patefacta, prodeat ab ap. Sede sententia, deducens incertitudinem dubia, & obscura producens in lucẽ: vt litigantium dissensione sopita, suũ iustitia tueatur, & sequatur auctorẽ. Inde siquidem fuit, quod accedentib. ad præsentiam nostrã te, ac dilecto filio nostro B. Augusten. canonico pro quæstione, quę inter vos sup præpositura Augusten. ecclesiæ vertebatur, nos ven. frat. nostrum Octa. Hostien. Episcopũ, & dilectum filium Grat. SS. Cosmæ, & Damiani Diaconum Card. vobis cõcessimus auditores: in quorum præsentia fuit ex prædict. B. parte propositum, q̃ cũ dilectus filius E. de Augusten. Præposito fuisset in epm Brixien. electus, rogauit Capitulum Augusten. ne aliquem tibi prius eligerẽt in Præpositum, quã eius esset electio confirmata. Cumq; ipsi eius precibus annuissent, & idem electus, electionis confirmatione per suum Metropolitanum obtenta veniens Tybur, fuisset de regalibus inuestitus, B. miles pater ipsius B. ad apost. Sedem accedens, a bonæ memoriæ Cœlestino Papa prædecessore nostro, ad dilectos filios Decanum, & Capitulum August. literas obtinuit destinari, vt dictum B. filium eius infrà spaciũ mensis vnius, sublato appellationis obstaculo, eligerent, & assumerent in Præpositum Augusten. in signum inuestituræ annulo ei aureo destinato: venerabilibus fratribus nostris N. Frisingen. & N. Eistetен. Episcopis, & dilecto filio N. maiori Spiren. Præposito mandati apostolici executoribus constitutis. Decanus autem, & Capitulum memorati, cum audissent, quòd dictus electus fuisset in Episcopum cõfirmatus, licèt dictas literas suscepissent, incõtemptum tamen earum assignato prius termino, infra quem ipsi deberent, super mandato ap. respondere, H. tunc Augusten. decanũ in præpositũ elegere. Sed ne eius cõfirmaretur electio, ide B. ad ap. Sedis audiẽtiã appellauit: & licèt super hoc postmodũ à Sede ap prædicto H. literę variæ, ac multiplices emanauerint, in quib. ei videbatur imponi silentiũ, id tamen tenere non debuit: quoniam absens, & irrequisitus non potuit condemnari: & ipse nihilominus postmodum dicto H. super præpositura ipsa, quod per testes probauit, quantum potuit, contradixit: literas etiam apost. impetrauit, per quas nullis

lis literis obstantibus, in possessionem præposituræ mãdabatur induci. Vnde cũ eo viam vniuersę carnis ingressus, decanus, & Cap. Augustẽ. vellent in præpositi electionem procedere, ne id fieret, ad Sedem apost. appellauit: sed ipsi appellationi minimè deferentes, exclusis quibusdam canonicis, quibusdam etiam non vocatis, te sibi in præpositum elegerunt: quare tuam electionẽ, non ab omnibus canonicis concorditer factam, sed post appellationem ad nos interpositam attentatam cassari petebat, & se in præpositum confirmari, cum à dicto prædecessore nostro de præpositura, quòd per annulum sibi transmissum ab ipso probare volebat, fuisset primitus inuestitus. Ad hæc, exparte tua, fili præposite, taliter est responsum, quòd id, quod de B. factum fuerat ante quàm prædecessor noster prędicti E. electionem ratam haberet, fuisset obtentum: quod etiam fuit testibus comprobatum, sed & si dicto electo in Episcopum confirmato prædictæ literæ à Sede ap. emanassent, nullum tamen ius p hoc ei fuerat acquisitum, cùm nec de præpositura inuestitus fuisset, nec iudices pro eo fuissent mandatũ ap. executi. Hoc autem ex ipsarũ literarũ tenore probasti: in quibus cõtinebatur expressè, quòd decanus, & Cap. Augustẽ. ipsum eligerent, & assumerent in præpositum, infra mensem, & quòd pro recipienda inuestitura annulus ei mittebatur. Nam si fuisset per sedem apostolicam inuestitus locum postmodum electio Capituli, & inuestitura executorum nullatens habuissent. Adiecisti etiam, quòd cum dictus H. ad sedem postmodum apostolicam accessisset, & dicto prædecessori nostro electionis suæ modum, & causam contradictionis eiusdem B. exposuisset ad plenum, dictus prædecessor noster, non obstante inuestitura ipsi B. facta, electionem confirmauit ipsius, asserens se per fallam suggestionẽ fuisse in eo, quod pro ipso B. scripserat, circumuentum: cum quòd esset, infra sacros ordines cõstitutus, ei non fuisset expressum, immo potius, quòd idoneꝰ esset hi qui pro eo petebant, ipsi suggerere, curauissent. Et licet pro ipso B. dictis Frisingen. & Eistetẽ. Epis, & maiori Spirẽ. prę posito literæ fuerint præsentatæ, in quibus eis in virtute obediẽtiæ mãdabatur, vt ipsum in possessionẽ præpositurę inducerent corporalẽ: nullis literis obstantib. ante, vel post à sede apostolica impetratis: dictus tñ prædecessor noster, eas nullatenus de conscientia sua emanasse rescripsit, & ipsas delernens vacuas & inanes, si quid auctoritate ipsarum factũ fuerat irritauit: mandans eisdem iudicibus, vt eum, q easdem literas impetrarat sub fideli custodia detinerent, donec ab eo reciperent in mandatis, qualiter super hoc procedere debuissent. Fuit prætcrea prædictis obiectum, qꝙ & si prædictũ B. constaret, qꝙ omnino falsum erat, fuisse pꝙ Sedem apo. inuestitum, & inuestiturã eius minimè reuocatam: quia tamen dicto H. reuerentiã præposito debitam, quod probasti, per testes exhibuit, & stipendium (sicut cæteri canonici) percepit ab eo renunciauerat iuri suo, nec super hoc erat de cætero andiendus. Cęterũ dicto H. naturæ debitum exoluente, cum decanus, & Capitulũ de consilio venerabilis fratris nostri, Episcopi Augustẽ. primo sex hebdomadarũ, ac secũdo aliarũ sex, & deinde trium dierum spacium electioni de præposito celebrãdę, vt absentes canonici ad electionem concurrerẽt, statuissent, & eis postmodũ conueniẽtib. fuisset de electione tractatũ: idem B. non antea contradixit, quàm ab electione tàm se, quàm alios in minorib. ordinib. constitutos, cognouit excludi. Sanè cum decanus perscrutaturus omnium voluntates, dilecti filii Vualterii, Augustẽ. canonici super electione ipsa requisissẽt assensum, ipse quòd eis præsentib. qui erant infra sacros ordines constituti, suam non exprimeret intentionem, respondit: cum ipsi secundum statuta canonica nec eligi possent, nec iuxta ecclesię consuetudinem, in electione vocem aliquam obtinere, vnde cum capitulum cõmuniter statuisset, eos ad electionem nullatenus admittendos, dictus B. eidem decano Vlrico archidiacono, & Erman. canonico conuitia inferens, ad Sedem ap. appellauit, ipsis, vt ad nos accederent, p appellationem indicens. Et licet ipse cum quibusdam canonicis suis de capitu

lo recessisset, decem tamen alii numero plures, & dignitate maiores cum decem, & nouem tantũ, qui ius in electione habebant, ad hoc conuenissent, attendentes q̃ eius non intererat appellare, cui nihil iuris fuerat in præpositura, te vndecimum salua Sedis ap. gratia, ne videlicet in contemptum apostolicum aliquid committere viderentur, in præpositum elegerunt. Cum igitur ex prædictis constaret, eum nec inuestitum fuisse per Sedem apost. nec à capitulo, vel iudicibus delegatis electum fuisse in præpositum, vel assumptum: & si id etiam constitisset, sufficienter esset ex parte tua probatum, inuestituram illam, siqua fuerat, fuisse per dictum prædecessorem nostrum postmodum reuocatam: & si hæc etiam probata non essent sufficienter, esset per testes ostensum, eum dicto H. reuerentiã impendisse, nec esset contrarium, quod fuerat ex aduerso probatum, eum prædicto H. semper contradixisse, cum verbis contradicere potuisset, & operibus consentire: præsertim cum (& si testes generaliter dixerint, quòd dictus B. semper cõtradixit) generalitas tamen illa debeat ad competentes horas restringi, ne conuincantur falsum dixisse, si generalius intelligatur, quod dixerant, & ex his omnibus iequeretur, quòd sua non intererat, propter hoc ad Sedem ap. appellare: concludebas, quòd nihil eorum, quæ facta fuerant, obesset, quominus tua deberet electio confirmari. Cum ergo dicti Car. hæc, & alia quocunque fuerant hinc inde proposita, nobis, & fratribus nostris deliberatè retulissent, attestationibus, allegationibus, & rationibus vtriusque partis plenius auditis, & cognitis, quia legitimè constitit, quod præfatus B. de præpositura ipsa non fuit aliquatenus inuestitus: & si mandatum fuerit, vt de ea inuestiretur, de qua etiam si inuestitus fuisset, inuestitura eius per prædecessorem nostrum semel, & secundo certa fuit ratione cassata, quæ si nec etiam cassata fuisset, per hoc, quod sæpè dicto H. reuerentiam exhibuit, quæ debetur præposito, iuri suo renunciasse videtur. Nos attendentes, sibi non potuisse de iure competere, vt per appellationem ob id interpositam, communem ordinationem ecclesiæ impediret, intelligentes etiam te à maiori parte tàm dignitate, quàm numero eorum quos ius eligendi constabat habere electum fuisse canonice in præpositum, de communi fratrum consilio electionem tuam auctoritate apostolica confirmamus, præfato B. super ipsa præpositura silentium imponentes. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, &c. vt suprà.

N. BITVRICEN. ARCHIEPISCOPO. *Vt contra Abbatem Stirpensem diffammatum inquirat.*

COnquerente dilecto filio Vullielmo canonico Stirpen. nostro est apostolatui relatum, quod N. Abbas Stirpen. (quod dolentes referimus) canonicæ professionis oblitus, & obseruantię regularis in se malè viuendo, ad alios perditionis exempla transmittit, cuius in tantũ excreuit iniquitas, vt in ecclesia sibi commissa vigor sit religionis extinctus, & victus cotidianus non possit fratribus exhiberi. Vt enim multa, & grauia, quæ cõtra ipsum de dissolutione proprii corporis, dilapidatione bonorum ecclesiæ, crudelitate nimia nobis proposita sunt, taceamus, illud videtur in eo reprehensione dignissimum, quod cùm forma fieri debeat subditorum, & ea facere, quæ aliis prędicat facienda, illius sequens vestigia, qui cœpit facere, & docere, neque in dormitorio iacet cum aliis, neq; in refectorio conuiuatur, torniamenta in partibus illis sine ipso non fiunt, studiosiùs sæculari insistit militiæ, quàm cœlesti, cũ scriptum sit: nemo militans deo, implicat se negociis sęcularibus, & discreti debeant esse milites Christi a militibus sæculi, p̃ quos ad effusionem sanguinis peruenitur, & cum vix sine ipso illæ detestabiles nundinę celebrentur, milites, quorum se ducẽ constituit, & magistrũ secũ trahit ad prandia, & de rebus ecclesiæ causa inanis glorię eos facit splẽdidè procurari. Idem etiam abbas nouem vel plures ecclesias, quæ per rectores proprios cõsueuerant gubernari, sui vsibus, immo abusibus applicauit, & eas ad extremam annihilationem deducens, neq; ministros ibi cõstituit, nec prælatos: ita vt ecclesiæ lumina-

luminaribus & diuinis officiis remanserint destitutæ, & eleemosynis pauperes defraudentur: & si vellemus singula prosequi, quæ aduersus eum sunt nostris auribus intimata, & lectio tædium pareret, & pagina cresceret in immensum. Nolentes inquam facilè quicquam credere, nec re incognita, procedere ad vindictam, cum nobis non cõstitit de præmissis, causam ipsam fraternitati tuæ, de cuius synceritate indubitatam fiduciam obtinemus, duximus committendam, diffinitiua nobis sententia reseruata, per apostolica scripta præcipiendo mandantes, quatenus, vel accedas ad locum, si videris expedire, vel vocatis ad præsentiã tuam, quos videris euocandos, habito Dei timore præ oculis, sine personarũ acceptione in causæ cognitione procedas: & per clausirales, & alios, quos auctoritate nostra remota appellatione compelli volumus, vt perhibeant testimonium veritati. De præmissis articulis, & aliis, quæ partes duxerint proponẽda, plenissimè studeas inquirere veritatem: & quicquid reprehensione inueneris dignũ incapite, vel in mẽbris, in scriptũ fideliter redigens, ad nos cures sub sigilli tui munimine destinare, in festo Beati Andreæ terminum assignans partibus, quo se nostro cõspectui representent, sententiam recepturæ. Illud aũt attentè prouideas, quod prædictus V. & hi qui aduersus abbatem aliquid duxerint proponẽdum nullius possit potentia impediri, sed eã securitatem te faciente obtineant, quã ordo iudiciarius litigãtibus exigit impendendam. Si quid autem in præiudicium ipsius Vuilhelmi, & sociorum eius ex quo iter arripuit ad Sedem apostolicã veniendi, inueneris attentatum, viribus carere decernas, in expensis legitimis eis faciẽs prouideri. Nullis literis, &c. harum tenore, &c. Datum vt supra.

G. AQVINATI EPISCOPO. Vt a Decessore suo alienata & vendita re scindantur.

CONgruam officii nostri actionem exequimur, si pro ecclesiarum statu in pigro studio satagimus, vigilem curã, & solicitudinem adhibentes: ne in earũ præiudicio aliquid statuatur, & siqua deprehenduntur temerè attentata, falce moderaminis resecamus. Intelleximus sanè, quòd bonæ memoriæ R. prędecessor tuus, partẽ decimarum ad mensam Episcopi pertinentem, in beneficium clericis quibusdam concessit: quædam etiã, cum ageret in extremis, tàm in possessionibus, quã in quibusdam prouentib. aliis personis, tã clericis, q̃ laicis, non seruata Põtificali maturitate, donauit. Volentes itaq; indemnitati tuæ, & ecclesia tibi commissæ pastorali diligentia prouidere, prædicta omnia, sicut illicitè alienata esse constiterit appellatione remota, legitimè reuocandi facultatem tibi auctoritate apostolica indulgemus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, &c. VIII. Calend. Iulii.

B. VVATIEN. EPISCOPO. Constitutio Quædam, de Synodo seruanda, confirmatur.

CVm à nobis petitur, &cæt. vsque ad verbum Effectum. Ex parte si quidem tua nostris fuit auribus intimatum, quòd cum presbyteri tuæ diœc. nunquam ad Synodum cõuenirent, tu sicut vir discretus, & prouidus diligenter attendens, quòd quia nunquam exhortationem sui Episcopi audiebant, nec percipiebant correctionem suorum: excessuum, in eis, & eorum subditis apparebat morum nimia corruptela, & nimis existebant imperiti, & rudes in regenda animarum cura, habito concilio venerabilis fratris nostri Iob. Metropolitani tui, & Capituli ecclesiæ tuæ, vt omnes presbyteri, & prælati tuæ diœcesis, annuatim in Natitate B. Virginis venirent ad tuam Synodum, deliberatione prouida statuisti, quibusdam decimis, quæ ad sumptus Episcopales specialiter pertinere dicuntur, vt eis materiam cuiuslibet difficultatis auferres, vniuersorum procurationi perpetuò deputatis. Nos igitur, ven. in Christo frater, tuis iustis postulationibus g. con. assensu, prædictam constitutionem, sicut de consilio Metropolitani tui, & assensu canonicorum ecclesiæ tunc prouide facta est, auctoritate apostolica confirmamus, &c. Nulli ergo, &c. Datum Romę, &c. XII. Calend. Iulii, &c.

NICO-

NICOLAO MILITEN. EPISCOpo. *Vt à decessoribus alienata reuocentur.*

SIcut ex officio, quòd nobis est diuina clementia propitiante, commissum tenemur, his, quæ ritè ac secundum formam canonicam peracta esse noscuntur, robur auctoritatis apostolicæ impertiri: sic ad ea in irritum reducēda, quæ minus licitè nouerimus attentata, studium nos conuenit, & operam impendere diligentem. Nos igitur indemnitati tuæ ecclesiæ prouidere volentes, vt vniuersa tàm mobilia, quàm immobilia, quæ à prædecessoribus tuis, vel à canonicis ecclesiæ tuæ seu a quibuscunque personis in præiudicium tuum, ac ecclesiæ tuæ illicitæ collata, subtracta, seu alienata fuerūt, liceat tibi, sine alicuius appellationis impedimēto, ad ius tuum, & ecclesiæ tibi commissæ legitimè reuocare: fraternitati tuæ liberam auctoritate præsentium tribuimus facultatem. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum. VII. Calend. Iulii.

N. TRANEN. ARCHIPISCOpo, & N. *Brunduſin. Archidiacono. Quæ committitur ijs cauſa, Philippi Notarij ſui, contra Thomam VI. ſuper cantoria Hydruntina.*

CVm litigaturus super cantoria ecclesiæ Hydruntin. Thomas clericus ad nostrā præsentiā accessisset, quia dil. filius, magister Philippus Notarius noster, super ea ipsi se aduersarium opponebat: dicens cātoriā ipsam sibi fuisse canonice assignatam, nos ei dilectum filium G. Sanctorum Cosmæ, & Damiani diaconum Cardinalem concessimus auditorē: corā quo ex parte prædicti T. taliter dicitur fuisse propositū, quòd cū ipse cantoriam ipsam canonice fuisset adeptus, & ferè per viginti annorū spatium pacifi cè tenuisset, & Romā veniens, ab Albertino quondam mercatore mutuo recepit pecuniā, ei apud Hydruntū cū accessionibus exoluendā. Cumq; dictus Al. propter ipsam recipiendā Hydruntū iuisset, ibidem infirmitate grauatus de pecunia ipsa dispoſuit: quā cum post eius obitum idem T. erogare intenderet, secundum arbitrium testatoris, Ioannes, qui G. relictam ipsius Alb. duxerat in vxorē, ad venerabilem fratrem nostrū Hydruntinum Archiepiscopum à Sede apostolica literas impetrauit: in quibus habebatur, vt quia dictus T. ad terminum cōstitutum pecuniam non soluerat memoratam, & propter hoc reus erat præstiti iuramenti, ipsum cogeret ad eandē pecuniam exoluendam, & pro periurio ipsum ad Ro. ecclesiam destinaret. Cum aūt ipse sæpe dictam pecuniam conquerenti iuxta mandatū apost. persoluisset, & dictus I. publicè fuisset, & sponte confessus, quòd memoratus T. super solutione ipsius pecuniæ non præstitisset iuratoriā cautionē: sed ipse id ad terrorē in literis apostolicis feciſſet apponi. Accedēte propter hoc ipsius nuncio ad apost. Sedem, & dicto prædeceſſ. nostro rei seriem exponente, ipse per literas dilecti filii nostri I. tt. S. Stephani in Cœlio mōte præsbiteri Car. Archiepiscopo memorato mandauit, vt ab eodem T. super periurio, quod dictus fuerat incurrisse purgatione recepta ipsum non permitteret super ea viterius molestari: licet autem dictus Archiepiscopus purgationem ipsius, qui eam ipontaneus offerebat, primo reciperet differre, ei tamen indixit, vt de periurio, adulterio, homicidio, & aliis criminibus se purgaret, indulta sib. super hoc consilii libertate, & nulla ei pœna penitus irrogata. Cæterum cùm idem T. reuersus ad ipsum humiliter rogauisset, vt cū indebite non grauaret, & ad Sedem apostolicam appellasset, ipse eum ab officio cantoriæ suspendit, & post appellationē iterum interpositam, ad ap. Sedem in eum excommunicationis sententiam ferre, & beneficiis suis non est veritus spoliare: cantoriam ipsam dicto notario nostro assignans: vt apud Sedēm apostolicam eum patronatum sibi, & ei redderet inimicum: propter quod idem T. primo restitui postulabat, ac postmodum suam causam audiri. Verum ex aduersa parte memoratus notarius noster literas nobis ipsius Archiepiscopi præsentauit, ad bonæ memoriæ Cle. Papam prædeceſſorem nostrum directas: in quibus erat expressum

presſum quòd cum archiepiſcopus ipſe apoſtolicas, & tàm dicti Cardinalis, quã venerabilis fratris noſtri Sipõtini archiepiſcopi, qui tunc apud Sedem apoſt. morabatur literas recepiſſet, vt dictum T. de periurio, quod commiſiſſe dicebatur, quoniam ad ſtatutum terminum, prout iuramento firmauerat, pecuniam non ſoluerat memoratam, purgationem præſtare compelleret: ipſe accitis ad ſe Licien. Leucaden. & Augentinen. epiſcopis ſuffraganeis ſuis, ſub apoſtolica ei auctoritate indixit, vt ſeptima manu de periurio ſe purgaret: adiiciens, vt quia fama exierat, quod dictus Al. in domo ſua fuerat interfectus, cuius certũ erat indicium quòd nec à cappellano, qui ad hoc in terra illa eſt ſpecialiter deputatus, viaticum receperat, nec confeſſus fuerat alicui ſacerdoti, nec pulſatæ fuerant in eius deceſſu cãpanæ, & eius erat ſepultura incerta, ſuper reatu homicidii tertia ſe cõpurgantiũ manũ oſtẽderet innocentem: præcipiens etiam quòd de adulterio diffamatus fuerat, & a iuſtitiariis propter hoc aliquando miſſus in carcerem: & quia cum quadam commatre ſua coniugata inceſtum, & adulterium commiſiſſe publicè dicebatur, pro inceſtu ſeptimæ, & pro adulterio tertiæ manus non tàm delegata, quàm ordinaria fungens auctoritate indixit, quam quia contumaciter præſtare contempſit: ipſe mandatum apoſtolicum exequens, & à iuſtitiæ tramite non recedens, eum ab officio, & dignitate ſuſpendit, donec de præmiſſis omnibus ſe purgaret. Cum autem dictus T. ſententiam ſuſpẽſionis contemneret, & ſicut prius dignitate, ac beneficio vteretur, & ducentos octoginta Malachinos, quos prædeceſſor ipſius Archiepiſcopi, domui Hieroſolymitani hoſpitalis, & militiæ templi legauerat, & quos ipſe T. publicè repuerat de manibus teſtatoris, ab eo admonitus reſtituere non curaret, excommunirationis in ipſum ſententiam promulgauit. Quia verò ipſe, ſecundam ſententiam, & priorem contemnens choro ſe ingeſſit Eccleſiæ Hydruntinæ, & admonitionem ipſius Archiepiſcopi, qui eum à tam temeraria præſumptione deſiſtere commonebat, ac mandabat, vt exiret eccleſiam, quia erat excommunicationis vinculo innodatus, à ſua præſumptione non deſtitit, imò quod Archiepiſcopus mentiretur per medios dentes reſpondit, & quòd tã quàm ventum eius ſententiã reputaret. Archiepiſcopus ipſe contumaciã tãtam attendẽs, & conſiderãs eũ idiotam eſſe, & ad cantoriæ officiũ minus aptũ, vtpote, qui horas diurni officii per ſe, nec legere poterat, nec cantare, & ſolã capitis tonſuram habebat, ac quia confeſſus fuerat, quòd conſpirauerat cõtrà archiepiſcopum, & manifeſtum erat eum contrà iuramentum, quod ipſi præſtiterat, ſuper fidelitate veniſſe, per ſententiam dicta eum cantoria priuauit, & ipſam memorato noſtro notario conceſſit: ac poſt modum bonæ memoriæ C. Papa prædeceſſor noſter eandem ſententiam confirmauit. Cùm igitur dictus Cardinalis, quæ coram eo propoſita fuerant in noſtra præſentia retuliſſet, nos cauſam ipſam veſtro duximus examini committendam, per apoſtolica vobis ſcripta mãdantes, quatenus eum pro abſoluto habentes, inquiratis ſuper præmiſſis diligentius veritatem, & ſi vobis conſtiterit poſt appellationem legitimè interpoſitam, vel aliàs circa iuſtitiam, præfatum T. ſpoliatum fuiſſe appellatione remota, ipſum reſtitui faciatis, in dicta ſibi ſuper præmiſſis criminibus purgatione canonica, in qua, ſi forte defecerit, Cantoriæ ſibi dignitas auferatur, & reſtituatur notario ſæpè dicto pacificè poſſidenda. Teſtes, &c. cogãtur. Nullis literis, &c. ſi quæ apparuerint præter aſſenſum partium, &c. Datũ Ro. apud Sanctum Petrum. IX. Cal. Iulii Põtificat⁹ noſtri Anno primo.

CANONICIS BASILICAE *Principis, tam præſentibus, quàm futuris canonicè ſubſtituendis in perpetuum. Quod eorum eccleſiam, in qua ipſe canonicus fuerat, in honorem Apoſtolorum, ditiorem reddere velit.*

CVm in lege veteri non ſolum laborum primitiæ verũetiam hominum primogenita domino mandentur offerri, nos, quos ipſe (licet immeritos) gratuito cœleſtis gratiæ rore perfuſos,

ad

ad ſummi pōtificatus apicē ſublimauit, vt primogeniti ſimus in multis fratribus, cum omne opus noſtrum teneamur domino cōſecrare, promotionis noſtræ primitias ipſi fideliter offerre decreuimus: vt in honorē apoſtolorū principis, cui (licet immeriti) non ſine magno quodam: & admirabili ſacramento, ſucceſſimus in officio paſtorali, cum ea die ſimus in Sede apoſtolica cōſecrati, qua Beatus Petrus apoſtolus in epiſcopali fuit cathedra collocatus, ſacroſanctā ei⁹ baſilicam licet tenuis alicuius, tamen muneris priuilegio decorare: ſperantes, quod is, qui mun⁹ Habel, & minuta viduæ miſſa in Gazophilacium acceptauit, noſtræ quoq; reſpiciat humilitatis affectū, non quantū, ſed ex quanto proferamus attēdens: qui cū ſit dominus omniū, & bonorū noſtrorū nō egat, quid dignè poſſimus tributi retribuere non habemus: quia de ſuo reddimus, non de noſtro largimur. Ea propter dilecti in domino filii, vobis tanquā ſpecialibus principis apoſtolorum miniſtris, ob ipſius apoſtoli reuerentiā cupientes vtiliter prouidere, attendentes etiam quod inter cęteras eccleſias per vniuerſas vrbem diffuſas, baſilicam principis apoſtolorū, vt pote Sedem noſtrā ſpecialius diligere, ac honorare tenemur, ſicut qui olim in ipſa vobiſcum pariter canonici beneficiū aſſecuti, nunc de filio in patrem ei⁹ diuina ſumus miſeratione promoti. Alterā quartam miniſteriorū ad honorem Dei, & apoſtolorum Principis, ac vt ſollicitius, & deuotius diuinis officiis intendatis, de communi fratrum noſtrorum conſilio, vobis, & ſucceſſoribus veſtris perpetua donatione concedimus, & apoſtolicæ Sedis priuilegio cōmunimus: ita vt deinceps medietatem omnium miniſteriorum ſine diminutione qualibet habeatis. Ad hæc eccleſias Sancti Iacobi, & Sancti Leonardi ſitas in Septiniano quantum ad ſpiritualia pleno vobis iure ſubiicimus, ſuper iure patronatus nemini præiudicium facientes. Ab eccleſiis autem Sancti Michaelis, Sanctæ Mariæ in ſaxia, & Sanctæ Mariæ in trāſpadina, concedimus, & ſtatuimus in ſcrutinio, Baptiſmo, proceſſionibus, & Chriſmatis confectione, vobis ſubiectionem, & reuerentiam perpetuis in poſterum temporibus exhiberi. Nullis obſtantibus priuilegiis, cum hoc beneficium vobis de certa conſcientia conferamus: reſeruantes nobis, & ſucceſſoribus noſtris in tribus prædictis Eccleſiis inſtitutionem deſtitutionem, & correctionem omnium clericorum. In cæteris autem Eccleſiis, quæ ſunt in ciuitate Leoniana, & per ſtratam vſq; ad montem malum, ius quod hactenus habuiſtis, vobis, & ſucceſſoribus veſtris auctoritate apoſtolica in perpetuum confirmamus. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat præfatam eccleſiam Beati Petri temere pertubare, &c. ſiqua igitur, &c. Datum Lateran. per manum Rainaldi domini Pap. Notarii vicem agētis cancellarii. III. Idus Martii, indictione prima Incarnationis Dominicæ. Anno Milleſimo, C. XCVII. pontificatus vero Domini Innocentii Pap. Tertii. Anno primo.

N. EPISCOPO GAVTERO, ET Ioāni Archidiacono Exonienſibus. Furioſo ablata beneficia reddi mandantur: & nè inuitus coactuſq; conſuratus, in monaſterio contra voluntatem, retineatur.

PEtri diaconi humilis nobis querela monſtrauit, quòd cum coram dilecto filio N. Abbate Radingen. & bonæ memoriæ magiſtro Simone, quondam procuratoribus tunc Saresberien. Epiſcopi à Rogerio clerico, qui multas ei moleſtias irrogauerat, & per cappellanū ſuū, eius cappellanū grauiter vulnerauerat, traheretur in cauſam in ſuperbiæ ſpiritū, & in irā vehemēter accēlus, ex ſe ipſum fact⁹ ducebatur amēs, petēs ſe in flumē mittere, vel per laquei ſuſpēdiū interire. Magiſter verò Simon talem ipſius amentiam, & infirmitatem attendens, ſigillum ſuū ei ſurripuit, & præbendam eius accepit: alios quoq; redditus, quos in epiſcopatu Saresberien. habebat, in manu ſua retinuit, & partem ſibi (pro vt voluit) reſeruauit, partem verò aliis proceſſu temporis aſſignauit. Abbas autem Radingen. ipſum capi faciens, & ad monaſterium ſuum adducens pernoctantē

ibi

ibi,& ductum in capitulum tõsurauit, & habitum monasticum eum indui fecit. Postea verò tali amentia,& alienatione cessante,ad seipsum rediit,& corã Abbate,monachis,& quibusdã aliis reclamauit,dicẽs se nec velle nec posse monachorũ ordinẽ.regulã vt tenere:petens instanter,vt in qua intrauit velle, liber abiret. Dicti verò Abbas,& monachi ei exitum denegantes, per nouem ferè menses incluſum,& custodiæ traditum retinuerũt inuitum. Cùm autem idem in proposito suo firmus, & immobilis permaneret, à tanta violentia Sedem apostolicam appellauit. Permissus autem postmodũ ab abbate de custodia,qua tenebatur exire literis dimissoriis ab eisdem abbate, & monachis impetratis,iterum appellauit. Præscriptus vero magister Simon appellationi ad Sedem apostolicam factæ non deferens,tàm ipsum P.quàm suos excommunicare præsumpsit: quos bonæ memoriæ C.Papa prædecessor noster absolutos nunciari mandauit per iudices delegatos. Quo circa discretioni vestræ per apostolica scripta præcipiẽdo mandamus, quatenus si præmissis veritas suffragatur, præfato P. cui dictus prædecessor noster beneficium absolutionis impendit, præbenda sua, & aliis beneficiis spoliato, amotis ab eis quibuslibet illicitis detentoribus, præbendam ipsam, & omnia bona sua,quæ ipsius iuris præiudicium alienata dicuntur, appellatione cessante auctoritate nostra in integrum, sicut iustũ fuerit,restitui faciatis: audituri postmodum, si quid propositum fuit quæstionis, & fine debito decisuri. Testes cogantur, Nullis,&c. Datum Ro.&c. X.calẽ.Iulii.

ARCHIDIACONO MEDIOLANEN. Quod hæretici ad nullas dignitates nec eligere possint.

HIs, quæ ad ampliandam fidem catholicam,& reprimendam prauitatem hæreticam statuuntur,auct.nostram libenter impendimus, & fauorem.Sane, sicut accepimus,dilectus filius noster G. Sanctę Mariæ in porticu diacon.Cardin. dum legationis fungeretur officio in partibus Lombardiæ, de consilio venerabilium fratrum nostrum Mediolanen. Archiepiscopi, & Episcoporũ, qui ad eum Veronę conuenerant, & quorundã etiã sapientum instituit, vt de cætero hæretici ad consilia, & dignitates Lombardię nullatenus admittantur,nec eligendi alios eis arbitrium conferatur: nec in eligẽdis personis ad eas vocem debeant aliquam obtinere. Ad id autem seruandũ in posterum,potestates, consules, consilia Lombardiæ astringen. constituit iuratoria cautione, & te ad recipienda iuramenta eorum in quibusdam ciuitatibus deputauit, indulta tibi libera facultate contumaces excommunicationis, & terras eorum interdicti sententiis feriendi. Nos igitur,quod ab eodem cardinali prouida deliberatione statutum est ratũ,habentes, vt iuxta mandatum eius à ciuitatibus illis super hoc exigas, & recipias iuramenta, ad quas te ipse duxerat destinandũ, iniungimus auctoritate tibi præsentiũ indulgentes, vt contradictores excommunicationis sententia ferias,& terras eorum subiicias interdicto. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum XVII. cal. Iulii.

N. NIVERNEN. EPISCOPO, Virgilio, & N. De Macen.abbatib. Quæ ijs committitur causa abbatis Flamensis contra priorem de Sinemuro.

CVm dilectus filius G. abbas Flauin. nuper apud Sedem apostolicam moreretur, superuenit dilectus fil. A. prior de Sinemuro,postulans instantissime, vt abbatiam Flauin.sibi restitui faceremus, qua dicebat se prætermisso iuris ordine spoliatum. Nos autem dilectum filium G.tituli S. Mariæ trans tyberim presbiterum Cardinalem eis dedimus auditorẽ: in cuius præsentia fuit ex parte iam dicti prioris propositum, quòd prędecessor noster C. Papa bo.memoriæ venerabili fratri nostro Cabilonen. Episcopo, & dilecto filio.N. Molmen. abbati districtè pręcepit sicut in ipsis literis continetur, vt R. quondam Abbatem Flauin. omni contradictione cessante deponerent: & nisi Capitulum infra certum terminum in idoneam personam canonice conueni-

nirent, ipsi de prælato idoneo monasterium ordinarent. A moto itaque abbate à iudicibus nominatis, & assignatis termino monachis, & de communi voluntate recepto, infra quem de substituendo pastore monasterio vnanimiter prouiderent, electioni fuit terminus assignatus: in quo cum de facienda electione communiter tractari deberet. N. monachus frater prædicti Abbatis, cum nouē fautoribus suis Monasterium noluit introire: sed ad ipsorum malitiam conuincendam, ab aliis de consensu omnium electioni fuit alius terminus assignatus: ad quem præter memoratos nouem, in sua, sicut priùs contumacia perdurantes omnes monachi conuenêre: prædicti autem nouem se in domo cuiusdam laici receptantes, constanter asserebant, quòd capitulum non intrarent, nisi electionis potestate in vnum ex ipsis collata: quod etiam conuentus facere voluit, vt scandalum schismatis vitaretur, dummodo electurus iuramento firmaret, quod de gremio ecclesiæ meliorem, secundū conscientiam assumeret in abbatem: quod recipere noluere, nisi compromissio fieret absolutè, vt cui daretur eligendi facultas, vndecunq; vellet assumeret eligendum. Sic ergo conuentus habito prudentum virorum consilio, qui ad electionē conuenerant, & de voluntate absentium de facienda electione tractatum habere cœperunt, & præmissos. IX. indignos electione credentes, tandē in quatuor monachos presbiteros de corpore cōuenerunt monasterii: qui promiserūt præstito iuramēto, quòd de gremio ecclesiæ personam idoneam nominarent, iurantibus aliis, quòd illum sine contradictione reciperent, qui esset à quatuor nominatus. Ipsi verò præfactum A. monachum ipsius ecclesiæ priorem Sinemuri virū prouidum, & discretum vnanimiter elegerunt: quem conuent. gratanter suscipiēs cantando (sicut moris est) Te deum laudamus, in Sede abbatis electum solemni terpositere: qui rediens in capitulum cum conuētu, sc electionē suā electores, & consentientes eis in protectione Sedis apostolicæ posuit, ad eam appellandi, si qui ducerent resistendum: consequenter electionem, & formam eius per idoneas personas intimauit iudicibus intimatis: quibus electio valde placuit, & quòd idē ipsi fecissent nunciis responderunt, si ad eos electio pertineret, coram quibus, si qui electioni se opponerent, appellatio fuit à nunciis innouata. Quibus iudices retulerunt, quòd in absentia partium nihil penitus innouarent, & nisi priùs de causæ meritis fierent certiores: & ita per septē septimanas, & amplius, dictus A. possessionem, & administrationē habuit, vt electus ex inde dictus G. cū multitudine veniens armatorum, monasterium per volentiam occupauit, electis viginti duobus monachis, qui eius proposito resistebant, & post appellationem eo præsente interpositam, iam tertiò eos turpiter tractari fecit, & quosdam ex ipsis vsque ad effusionem sanguinis verberari. Postmodum verò memoratum A. per violentiam nobilis viri Ducis Burgundiæ de prioratu Sinemuri fecit expelli, data sibi magna pecuniæ quantitate, quam super possessionibus prioratus, vsque ad ducentas libras prouenien. & amplius mutuo dicitur accepisse. Propter quod eundem. A. & fautores suos ita inhonestè tractatos exire à terra oportuit, & latere. Idem etiam Dux amicos ipsius A. vsq; ad subuersiones castrorum, & incendia fuit eis odiū persecutus. Sed postmodū ad se rediens, & gratiam eis restituit, & à persecutione destitit monachorū: qui mox, vt eis fuit opportunitas redditā, quod persecutionis tēpore facere nō poterat, ad Sedē apostolicā accesserunt, suppliciter postulantes, nē mora temporis, quā necessitas peperit nō voluntas eis deberet præiudiciū generare. Contra quē citra litis contestationē fuit ꝓpositum ex aduerso, quòd cū ipse A. ex causa multiplici esset excōmunicationi subiectus, ei dictus abbas nō tenebatur aliquatenus respōdere. Quondam enim ipsius A. cōsanguinei, ꝑ violēta iniectione manuū in priorē Plauniacen. quē membris genitalibus mutilarunt, excommunicati fuerunt publicē nunciati, & Castrum eorum suppositum interdicto: infra dictus monachus se recipiens, sacrilegorum communionē nullatenus euitauit: quibus scienter cōmunica-

uicando labem excomunicationis incurrit: & cum sine abbatis sui licentia claustrũ exierit, quod non est etiã pro ecclesiasticis vtilitatib. faciendũ, secundũ statuta regulæ, quæ excõicatos asserit, donec satisfaciant monasteriis, quę relinquunt, personã standi in iudicio non habebat. Auctoritate quoq; delegatorum iudicum, excomunicationis vinculo dicebatur astrictus, sicut ipsorũ literæ testabantur. Cumq; per annum, & dimidium in excommunicatione permanserit, admitti non debebat amplium ad agendũ. Adiectum fuit etiam pro abbate, quod cum propter onera debitorum, quibus suum monasterium prægrauatur, quę cõtraxit prædecessor suus, ipsius A. consanguineus ad Sedẽ apostolicã accessisset, sicut ex arbitrio venerabilis fratris nostri N. Ostien. Episcopi cuidẽter apparet, cũ trecentas quinquaginta marchas vener. fratri nostro Eduen. Episcopo, proinde soluere teneantur, nec ad causam istam fuerit euocatus, cõpelli non poterat, nec debebat, vt aduersario responderet: qui videbatur dolosè versari, cum illum volebat non prænonitum cõuenire, de quo coram ordinario iudice cõgruo loco, & tẽpore, siquam haberet, poterat iustitiam obtinere: cui, quòd nullum superesset ius ad agendum, per confirmationem eiusdem prædecessoris nostri, & acta delegatorum iudicũ manifestè poterat approbari. Iudices etiam auctoritate apostolica inhibuere cõuentui, ne sine Priore, Decano, & aliis ex iusto metu absentib. ad electionem procederent, & hoc idem quidam de Capitulo inhibentes, nè contra prohibitionem iudicum aliquid fieret, Sedem apostolicam appellarunt. Quidam verò iuuenes inhibitione iudicum, & appellatione contemptis, absentibus Priore, Decano, & sociis, nolente quoq; parte residẽtium saniore, prædictum A. eligere præsumpsere: quibus, nè possent eũ ad ecclesiã ducere fores ecclesię clausæ sunt, ab his, qui rectius sentebant, ruptis funibus cãpanarũ: vnde factũ est, vt neq; in obedientiã monachorum, vel fidelitate Burgen. fratrum ipsorum procederet, nec etiam in solennibus, quæ consueuere in talibus adhiberi: & ita nec auctoritate iudicum, nec de conscientia Diœcesani Episcopi, nec de voluntate ipsius Capituli in spiritualibus, vel temporalibus ministrauit. Post hæc quidam de residẽtibus in Capitulo, cũ literis ipsius Capituli, continentibus veritatem, accesserunt ad iudices delegatos, vt ecclesiæ iuxta tenorem apostolici mãdati consulerent postulãtes. Qui deliberato consilio, quòd eis inhibentibus factum erat irritum reuocantes, & eos qui elegerant, & electum per diœcesanum Episcopum excommunicationis vinculo innodarũt. Postmodum ad ordinationem monasterii procedentes ipsum, G. qui præsidet tunc Virziliacen. hostalarium elegerunt: quem petitum solenniter, & concessum monachi, & populus Flauiniacẽ. sicut eis à iudicibus mandatum fuerat, cũ honore debito recipere: ex tunc à Diœcesano Episcopo munus benedictionis nullo contradicente suscepit. Exinde ad ecclesiam pariter accedentibus, Episcopus in Sede abbatis illum constituẽs, per tunem Campanæ, sicut moris est, inuestiuit: cui, & monachi obedientiã, & Burgen. fidelitatem debitam præstitere: vsq; ad hæc tempora, quãtum ad ipsum A. pacificæ præfuit abbatiæ: hæc omnia, quæ præmisimus, scilicet H. depositionem, & A. cassationẽ, verum etiam ordinationẽ, & institutionem dictus prædecessor noster per suas literas confirmauit: nec eo viuente præsumpsit aliquis reclamare cuius confirmationem ratam haberi petebat, & quæ per aduersarium amiserat. Postquam appellationẽ interposuit, & iter arripuit ad Sedem apostolicã venien di, sibi restitui postulabat. Cæterum præmissis obiectionibus, pars ipsius A. taliter respondebat, quò cũ dictus G. canonicus fuerit regularis, & cucullam sine abbatis sui licentia accepisset, præsertim cũ talis fuerit canonica regularis, quòd canonicis, nè monachi fieri possint, per priuilegium denegetur, de recessu monasterii sine prælati licentia non poterat aduersariũ accusare. Pari modo cũ eos, quidictũ priorẽ genitalibus mutilarũt, ad osculum postea pacis receperit, redditus centũ librarũ tàm eis, q̃ aliis per annos singulos persoluendo: super eorũ cõione

aduersario quicquam obiicere non debebat, cum ipse cõmisisset similia, vel peiora, quibus tamen se cõmunicasse penitus denegabat. A iudicibus vero delegatis ligari se potuisse illa ratione negabat, q̃ post depositionem memorati abbatis, eorũ iurisdictio expirasset, maiore parte Capituli, & cõsilii sanioris, abbatẽ cõcorditer eligente: & cum p̃ narrationẽ, & responsionẽ litis, cõtestatio fiat, & hæc obseruata fuerint inter ipsos, asserebat aduersarium non posse instantiam iudicis declinare. Nos ergo, qui iuxta cõmissum nobis apostolatus officium, vniuersis sumus in sua iustitia debitores, per apost. vobis scripta mandamus, quatenus partibus ad vestrã præsentiã cõstitutis, si prædictus A. legitimè cõprobauerit iurisdictionẽ delegatorum ante institutionem præfati G. penitus expirasse, legitimum etiã impedimẽtum ostenderit: p̃ quod non potuit appellationẽ prosequi infra annum, cum ex iusta causa indulgeatur biennium, tunc demũ inquiratis super propositis, & proponendis diligentius veritatem: & Deum habentes præoculis, sine personarũ acceptione causam ipsam ad locum idoneum accedentes, & vtriq; parti securũ (si partes cõsenserint) fine canonico terminetis, vel eis non consentientibus vsq; ad diffinitiuæ sentẽtiæ calculũ procedentes, gesta omnia redacta in scriptis, & sigillorum vestrorũ munimine roborata, ad nostrã præsentiam transmittatis: statuentes partibus terminum competẽtem, ad quem recepturæ sententiam, per se, vel procuratores suos nostro se conspectui repræsentent. Interim autem prædictus G. sicut abbas liberè administret. Nullis literis, &c. præter assẽsum partium, &c. quod si omne, &c. tu frater Episcope cum eorum altero, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, &c.

N. *MAGDEBVRGEN. Archiepiscopo, & Suffraganeis eius. Ne pro terræ Sanctæ recuperatione laborantibus, iniuriæ inferantur.*

QVantò grauiorib. rerũ, & personarũ periculis se, opponunt, qui relicta domo propria, pro liberatione salutiferę crucis, & terræ Sanctę, quam Dominus noster Iesus Christus, pretioso sui corporis sanguine consecrauit, ad partes transmarinas accedunt, tantò circa tuitionẽ ipsorũ, & rerum suarũ, vigilantior cura nobis incũbit, cũ tàm ipsi quàm res eorũ sint, donec in Sancta peregrinatione permãserint, specialiter sub protectione Sedis Apostolicę cõstituti. Ex parte si quidẽ dilectorum filiorũ, principũ, magnatũ, & aliorũ de vestra prouincia, qui crucẽ suis humeris infigentes, ad partes Hierosolymitanas, pro seruitio Iesu Christi, non sine magno discrimine laborarunt, fuit in auditorio nostro propositum, q̃ ipsis in obsequio sancto manentibus, contra protectionem, quam Sedes apostolica dux eis specialiter impendendã, quidã de vestra prouincia malo spiritu concitati, postposita reuerentia venerandæ crucis, & eius, qui pro salute omnium tanquam pretium nostrę redemptionis in ea pepẽdit, possessiones eorum, & bona inuadere minimè timuerunt: Volentes igitur eorum temeritati (prout conuenit) obuiare, fraternitati vestræ per apost. scripta præcipiendo mandamus, atque præcipimus, quatenus præsumptores illos, qui vobis suis nominibus exprimẽtur, ad faciendam plenariam restitutionem taliter ablatorum, & passis iniuriam satisfactionem congruam exhibendã, singuli vestrum, cùm fueritis requisiti, monitione præmissa per ecclesiasticam districtionẽ sine appellationis obstaculo cõpellatis. Dat. Rom. apud S. Pet. V. Cal. Iulii.

N. *EPISCOPO LEXOVIEN. ET N. Abbati Vallis Richerij. Qua ipsi causa Abbatis de Concis committitur.*

SIcut in literis bonæ memoriæ C. PP. prædecessoris nostri plenius exim° cõtinetur, cũ olim quidã monachus Cõcẽ. ad Sedẽ apostolicã accessisset, cũ clamoribus importunis, & quarũdã literarũ, quas secum habebat testimonio præmunit° asseruit, q̃ ad mandatum dilecti filii nostri Iord. tituli Sanctę Pudentianæ præsbyteri Card. tunc apostolicæ Sedis legati dilecti filii, N. Abbas Toarue. & prior S. Barbaræ, N. abbatẽ de Cõcis pro inutili administratione, corporis incõtinẽtia, rerũmque Monasterii dilapidatione, ascito sibi priore de Lira p̃dicti legati auct. ab officio, & administratione abbatiæ memoratæ

moratæ deponere curauerunt. Cum itaque non esset, qui pro parte altera respõderet, ad nimiam prædicti monachi pertinaciam, & clamosam instantiã, sententiam talẽ, prout rationabiliter lata fuerat, nec legitima appellatione suspensa, idẽ p̃decessor noster confirmans, eã mandauit inuiolabiliter obseruari. Dictus vero Abbas postmodum ad apostolicã Sedẽ cũ magnis veniens periculis, laboribꝰ & expẽsis multorũ, & magnorũ virorũ testimonialibus literis cõitus, se post appellationẽ interpositã ad literas per precũ mẽdacia impetratas, à iudicibus sibi suspectis iuris ordine non seruato, ab administratione monasterii se cõqueſtꝰ est iniustè fuisse amotũ cũ p̃dictus legatꝰ sæpè dictũ Monasterium visitãs, nihil circa p̃sonam abbatis, vel ipsius administrationẽ inutilẽ inuenisset, quod ei correctione dignum, vel reprehensione videretur. Idem etiã Cardinalis proprio fuit ore confessus, quòd quãdiu in monasterio fuit, cũm cũcta diligentius inquisisset, domũ per omnia in bono statu inuenit: nec aliquid aduersus abbatẽ fuit propositum quæstionis. Post discessum verò suum quidam aduersus sæpe dictũ abbatem tot, & tanta proposuere nefaria, quòd nulla ratione, salua conscientia, sine inquisitione diligenti poterat prætereire. Vnde memoratis, & priori mãdauit, vt de vita, & conuersatione ipsius abbatis, & totius capituli statu, assotiatis sibi viris prudentibus inquirerent diligẽter, & quicquid inuenirent ibidẽ, ei absque dilatione significare curarent: nunquam tamen suæ fuisse intentionis asseruit, quòd ipsi ad sententiam proferẽdam, absque ipsius consilio, procederent, & mandato: sicque sæpè dictus præcessor noster nolẽs prædictũ Abbatẽ inordinatè grauari, quod à prædictis inquisitoribus, qui mãdato cardinalis abusi fuerant, factum erat enormiter, circa ipsum penitus irritans, in eũ statum ipsum restituit, in quo fuit cum dictus Cardinalis à monasterio prætato recessit. Subsequenter verò venerabili fratri nostro Episcopo tũc electo, & dilectis filiis Hu. & Lu. archidiacon. Ebroicen. præcipiendo mandauit, vt eidem abbati memoratæ abbatiæ plenam, & pacificam possessionem auctoritate freti apostolica nullius cõtradictione, vel appellatione obstãte, restituere nõ differrẽt: reuocãtes in irritũ quicquid post appellationẽ ad nos interpositã in ipsius abbatis præiudiciũ noscerent immutatum: nè tũ illius restitutionis occasione vitia eius, si forte talis esset, qualẽ eius aduersarii asserebãt dissimulari, aut fouere deberet, eisdem iniunxit, vt siquis postmodũ appareret, q̃ aduersus p̃sonam eius, vel administrationem inutilem aliquid proponere vellet, & canonica probatione monstrare, ea diligenter audirent, eique cũ sigillorum suorum testimonio fideliter intimarẽt: prouidentes attentius, nè bona ipsius monasterii ex tunc possent p̃ eius negligẽtiam, seu malæ administrationis studiũ dissipari. Verum cùm, sicut idem abbas in nostra nuper p̃sentia cõstitutus asseruit, p̃dictus eps illius auctoritate rescripti, cum suis coniudicibus in negocii deberet executionẽ procedere, ipse post labores multiplices, restitutione nõdũ facta, diem ipsi apud Ebroicas assignauit: vbi pars aduersa ipsum ob multa pericula, quę p̃sonæ suæ imminere videbantur, quod p̃fati episcopi staret arbitrio, fidem interponere compulerũt, duobus aliis cõiudicibus in absentia constitutis, Nos igitur causam ipsam, tam super principali, q̃ incidenti q̃stione, vestro examini committentes, discretioni vestræ, de qua plenam fiduciam obtinemus, per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenꝰ super his omnibus studeatis elicere veritatẽ, & q̃ secũdũ Deũ videritis rationabili ter statuendũ, appellatione postposita statuatis, & faciatis id p̃ censurã ecclesiasticam irrefragabiliter obseruari. Siqua vero partium legitimè citata ad vestram præsentiã venire neglexerit, vos nihilominus, q̃tum de iure poteritis, in ipso negocio procedentes, sine ei debitum sine appellationis obstaculo imponatis, ꝓfuturi attẽtius, vt ita per oia seruato iuris ordine ꝓcedatis, q̃ discretio vestra meritò debeat cõmẽdari. Nullis literis, &c. harũ mẽtione, &c. q̃d si ambo, &c. alter vestrũ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum.

N. SIRACVSANO EPISCOPO, Et Abbati Sambacien. Vt Crucem prædicent, & homines ad terræ Sanctæ recuperationem adhortentur.

PLorans plorauit ecclesia, & vox in Rama audita est, ploratus, & vlulatus ipsius, immo etiam in omnem terram clamor eius exiuit, & in fines orbis terræ singultus ipsius, ex quo nunc Vltimo peccatis Christiani populi promerentibus, venerunt gentes in hæreditatem Domini: conquinauere templum sanctũ eius posuerunt Hierusalem, velut pomorum custodiarium: posuerunt mortalia seruorũ eius, escas volatilibus cœli carnes sanctorum bestiis terræ. Effuderunt sanguinem, sicut aquam in circuitu Hierusalem, & non erat qui sepeliret: fremuerũt enim gentes, & populi non prorsus inania meditati: astiterũt cum regibus suis, & principes conuenere in vnum, aduersus Dominũ, & aduersus Christum eius, & quasi prævalentes in ipsum, & in hæreditate possidẽtes sanctuarium, eius profanantes sancta sanctorum, & ad pretiosa ipsius, manum, & animum extendẽtes, sancta eius deripuere in predam, & sorte sibi eius spolia diuiserunt. Sanè apostolica Sedes, quę mater est omnium generalis, ægrè ferens victimas filiorum, & suos dolens terminos coarctari, præde cessorum nostrorum temporibus ad vniuersas prouincias, in quibus nomen colitur Christianum, literas sui gemitus destinauit: vt filios in iniuriæ paternæ vindictam, & fratres armaret in fraterni excidii vltionem. Licet autem diuersi Reges, & principes Christiani, ad commonitionem ipsius arma mouerint in paganos, quia tamen (sicut effectus demonstrat) non ambulauerunt, prout debuerant in lege Domini, immo reuertabantur cum incederent, & ollas carnium in deserto, & Aegyptii delitias insolitudine affectabant, nec in digito Domini, sed sua potius potentia confidebant, quibusdam eorum pereuntibus gladio, & alius infirmitate consumptis, nondum auersus est à nobis furor Domini, sed adhuc manus eius extenta. Non autem hæc scribimus vt vos de diuina misericordia desperare velimus hoc, quæ vocat ea, quæ nõ sunt tanquàm ea, quæ sunt: quæ posset in hoc Christiani populi necessitate exhibere, plusquàm duodecim legiones angelorũ: quę docet manus ad prælium, & digitos mouet ad bellum. Sed vt nostram potius incuriam arguamus, qui culpis nostris, miserationem Domini vt si sumus hactenus retardare, sicut filii Hierusalẽ, qui murmurauere in castris, nec exaudierunt vocem Domini quadraginta dies, quibus potuissent terram repromissam intrare, in annos tot idem conuertere. Sic sic olim populus Hierusalem, cum ad debellandũ tribum Beniamin prius Domino consulto, deinde ipso ascenderet iniungente, non priùs de ipsis victoriam est adeptus, quàm semel & secundo conuersus in fugam, culpas suas hostili gladio expiaret. Siquidem si fides nostra sicut granum sinapis fuisset, & in lege Domini ambulassent, qui tulerunt crucem eius, vt ipsius iniuriam vindicarent, vnus nostrum mille, & duodena millia effugasset: & sicut deficit fumus, & fluit cera à facie ignis, sic inimici eius ab eorum præsentia defecissent, quamuis autem contrarium merita non meruerint: qui per peccata, quæ iugiter facimus, ad duriora Dominum prouocamus: quia tamẽ miserationes ipsius sunt super omnia opera eius, & cum iratus fuerit misericordię recordatus, si conuersi fuerimus, adiiciet misereri Deus, & non continebit in ira misericordiam suam, nec dabit hęreditatem suam in opprobrium, vt dominentur ei de cætero nationes: nè fortè consentiant aduersarii nostri, & dicant. Manus nostra excelsa, non Deus fecit hæc omnia. Quis igitur in persona propria pro eo laborare recusset? immo ét extrema pericula sustinere? qui pro nobis crucis patibulum subire, velut inimici à nobis expelleret potestatũ? Quis sua deneget illi, qui nobis & esse contulit, & habere? qui centuplum retribuit in præsenti, & in futuro præmia pollicetur ęterna? Nã, & secũdum Apostolum, pietas promissionem habet vitæ, q̃ nũc est, & futurę. Quis pro eo mori deneget? qui factus est ꝓ nobis obediens vsque ad mortem, mortem aũt

crucis?

crucis? qui habet potestatē corpus, & animam perdere in gehennam? & secundùm multitudinem miserationum suarū, breui temporis spatio mortis compendio, vitam istam in æternam potens est commutare? Exurgant igitur fideles Ecclesiæ: apprehendant arma, & scutum, & exurgāt in adiutorium Iesu Christi: vt & ipse mittat eis auxiliū de Sancto, & de Syō tueatur: eo faciēte cum ipsis signum in bonū, qui conterit bella, qui currum, & exercitum Pharaonis proiecit in mare, infirmi robore accingantur: vt arcum fortium superent, & superbiam eorum humilient qui non in Deo, sed in sua feritate confidunt. Quia verò plerique laborare sufficiunt in personis, qui subuenire non possunt in rebus, & econuerso nonnulli in personis, sed in rebꝰ possunt præstare succursum: vt omnes laboris sint, & mercedis participes, dilectis filiis comitibus, baronibus, & vniuerso populo Siciliæ mandauimus, & in remissionem iniunximus peccatorum, vt ad defensionem terræ Natiuitatis, & Resurrectionis Dominicæ, vbi Deus Rex noster, ante sæcula salutē in medio terræ dignatus est operari, in auxilio victualibus, & aliis necessariis studeant subuenire. Cùm enim Teutonici in vltramarinis partibus cōmorantes (sicut accepimus) in proximo sint ad ꝓpria redditurī, nisi terræ illi deuotio populi christiani subuenerit, & residuum locustæ comedet brucus, & non solum nō recuperabimus iam amissa, immo potius recuperata, & possessa diutius (quod auertat dominus) amittemus. Nos autem nè videamur aliis onera grauia, & importabilia imponere, digito autem nostro nolimus ita mouere, aliquem de fratribus nostris in expensis propriis ad partes illas, cum alio cōpetenti subsidio dispositimus destinare: qui exercitum domini in humilitate præcedat, & Iosue pugnante cum Aaron: vt ascendat in montem contemplationis, & oret: vt Amalech in fugam (faciente domino) in ore gladii conuertatur. Omnibus autem, qui propter hoc, in persona propria laborabunt, de Dei, & Apostolorum eius Petri, & Pauli auctoritate confisi, plenam peccatorum suorum, de quibus cordis, & oris egerint pœnitentiam, veniam indulgemus. Cæteros verò, qui ad opus huiusmodi exequēdum, aliqua de bonis suis fortè contulerint, iuxta muneris quantitatem, & præcipuè iuxta deuotionis affectum, remissionis huius participes esse cēsemꝰ. Sciat autem se culpabiliter durum, & durè culpabilem, qui monitis apostolicis in opere tam pio, & necessario neglexerit acquiescere, cum apostolorum moneamur exemplis, vt collectas pro fratribus, & indigentibus, maximè laborantibus in Hierusalem faciamus. Cum ergo vos ad proponendum verbum domini populo Siciliæ de prouidentia, & religione vestra cōfisi duxerimus deputandos, discretionem vestram rogamus, monemus, & exhortamur in domino, & in remissionem vobis iniungimus peccatorum, quatenus circūeuntes ciuitates, oppida, & castella, tam ciues, quàm nobiles, & vniuersum populum Siciliæ salubribus monitis, & exhortatione assidua inducatis: vt opponant se murum pro domo domini ascendētibus exaduerso: &, sicut dictum est, suprādictæ orientali terræ studeant subuenire. Taliter autem solicitudinis vestræ prudentia his exequendis insistat, vt zelum domini vos habere in instanti necessitatis articulo comprobemus, & ad dilectionem vestram tantò amplius prouocemur, quantò ad liberationem terræ illius ardentius aspiramus. Confidimus enim, ꝙ si cū Petro rete prædicationis vestræ laxaueritis in verbo Dei, non tam copiosam multitudinem piscium, quàm vtilem, & necessariam, & per quam pater misericordiarum, & Deus totius consolationis finem imponet, sup hoc laboribus ecclesiæ concludetis. Datum Romæ, &c. In eundem ferè modum omnibus per Apuliam, Calabriam, Thusciam, & constitutis.

CONVENTVI SANCTI SALVATORIS de Telesio. De electione digni, & vtilis abbatis.

CAusam, quæ inter P. quondam abbatem vestrum, ex vna parte, & vos ex altera vertebatur ven. fratrib. nostris N. Beneuenta. Archiepiscopo N. Episcopo Telesin. & dilecto filio N. priori S. Andrex

dreæ recolimus cõmisisse: sed ipso episcopo propter ægritudinem excusato, & dicto archipresbytero vices suas, propter emergentia negocia, dilecto filio. N. Beneuentan. primicerio committente, cum præfatus prior, & primicerius controuersiã vellent, seruato iuris ordine pertractare. Tandem, sicut accepimus, factum est de consensu partium, quòd abbas sponte renunciauerit abbatiæ, & si placeret nobis in vno casali sibi monachi prouideret. Nos ergo attendẽtes, quòd cuilibet licet renunciare his, quę pro se introducta sunt, ratam resignationem eius habentes, & eligendi vobis pastorem facultatẽ liberam tribuentes, vniuersitati vestræ per apostolica scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus seruantes vnitatem spiritus in vinculo pacis, vel de ipsius Monasterii gremio, si quispiam ibi ad hoc reperitur idoneus, vel de alio ẽt monasterio, secundum regularem obseruantiam, talẽ personam studeatis eligere in Abbatẽ, quę afflicto Monasterio præesse valeat, & prodesse: quem cùm electus canonicè fuerit, cùm monachorũ numero competenti nostro cõspectui præsentetis: benedictionem recepturũ à nobis, si vestris votis duxerimus annuendum. Si verò secus agere præsumpseritis, & electũ & electores cõsulos ad nos remittemus, & nos ipsi per alios faciemus indemnitati Monasterii prouideri. Datum Romæ apud Sanctum Petrum. V. non. Iulii.

N. EPISCOPO, ET CAPITVLO Lemouicen. Vt quendam M. Petrum in canonicum recipiant.

NEc nouum debetis, nec absonum reputare, si de illorum sumus prouisione solliciti, qui apud Sedem apostolicam pro suis, vel suorum dominorũ negociis constituti, nostram, & fratrum nostrorũ gratiam conuersatione laudabili meruerunt. Tanta est enim apostolicæ Sedis benignitas, vt accedentes ad se fratrum, & Coepiscoporum nostrorum nuncios benignè recipiat, & laborem eorum, qui apud eam longo tempore commorãtur in beneficio, vel aliis, quæ dignè postulauerint, recompenset. Inde est, quòd cùm dilect⁹ filius noster Magister Petr⁹ Chalboini, venerabilis fratris nostri Vualteri Rothomagensis Archiepiscopi, Clericus ex diutina morã, quam apud nos fecit, suæ probitatis, & scientiæ meritis nobis, & fratribus nostris charus sit ad modum, & acceptus, pro ipso literas vobis duximus apostolicas destinandas: rogantes, monentes, & exhortantes in domino, ac per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus, cum in Ecclesia vestra certus non sit numerus præbendarum, eum in fratrem, & canonicum vestrum ob reuerentiam apostolicæ Sedis, & nostram liberaliter admittatis, præbendam, sicut vni ex vobis ipsi, vel procuratori suo, absque dilationis tędio conferentes: primitias precum nostrarum taliter audituri, quòd propter hoc vobis denuò scribere non cogamur: scituri, quòd sicut nostræ intentionis existit, nihil præcipere in honestum, sic non relinquemus, quod mandauerimus imperfectum, nec contemptum nostrum tolerabimus patienter. Datum Rom. Apud Sanctum Petrum X. Calend. Iulii. &c.

N. EPISCOPO, ET N. DECANO Masticonen. Maior & sanior capitulis pars in statuendo præualet.

OFficium iniunctæ administrationis exigit, vt de statu ecclesiarum curam gerere debeamus, & quæ minus ordinata fuerint, per studium nostræ solicitudinis (prout congruum fuerit) ordinetur: quatenus personis idoneis substitutis in eis, & cunctis, iuxta normam constitutionis ecclesiæ rectè dispositis, diuinæ laudis obsequia ibi digna valeãt exerceri. Ex tenore siquidem literarum vestrarum nobis innotuit, quòd cum in ecclesia vestra necessitas exigit aliquid ordinari, vel emendari, quòd minus canonicè noscitur attentatũ, quod à maiori parte capituli prouido cõsilio disponendum fore cẽsetur, duo, vel tres ex ipsis canonicis motũ animi sui sequentes, suam contradictionẽ opponunt, & ita cõmunem vtilitatẽ, & ecclesiæ profectum, non metunt impedire. Nos igitur eccle-

sia

siæ vestræ vtilitatibus prouidere volentes, discretioni vestræ præsenti pagina indulgemus, vt vobis liceat de assensu maioris, & sanioris partis capituli, paucorũ contradictione, seu appellatione nequaquàm obstante, corrigere, nisi iuxta constitutionem Lateran. concilii ab eis rationabile aliquid obiectum fuerit, & ostensum, quæ in ecclesia vestra corrigenda emerserint, & statuere, quæ fuerint statuenda. Nulli ergo, &c. Datum Romæ. Apud Sanctum Petrum, &c.

AYMONI DECAN. MATISCONEN. vt sacrilegi & raptores bonorum ecclesiæ coerceantur.

CVm antiqui hostis fallax suggestio fragilitatẽ conditionis humanæ, sæpius ad illicita declinare compellat, & quantò magis dolet de reparatione humani generis, tantò efficacius ipsum captiuare laboret, contra ipsius astutiã cura debemus insistere diligenti: & illos, quos fraudis suæ laqueo nititur impedire, affectione omnimoda ad iustitiæ semitã reuocare. Quoniã igitur quidã, vt audiuimus, spiritũ malignitatis inducti, ecclesiarum bona rapere hoĩes earum capere, sacrilegia etiã cõmittere, & multa alia damna eisdẽ nõ metuũt irrogare, psenti tibi pagina indulgemus, vt malefactores Matiscon. eccleſiæ, si tũ ei sint diœcesana lege subiecti, nisi ad diligentẽ monitionẽ tuã satisfactione se digna correxerint, nulli us cõtradictione, vel appellatione obstãte, p censurã ecclesiasticã valeas coercere. Nulli ergo, &c. Datum vt sup.

N. MILITEN. EPISCOPO, ABbas ob grauem corporis defectũ amouetur.

EXposuisti nobis in nostra præsentia cõstitutus, q̃ I. quondã pdecessor tuus Ph. in abbatẽ promouit, nesciens, q̃ ipse manu esset altera mutilatus. Quia verò abbas ipse noscitur sinistra carere, qd sup hoc agendum sit, nostra voluisti responsione doceri. Nos igitur fraternitati tuæ taliter respondemus, q̃ cum pro tàm enormi defectu ad sacros non possit ordines promoueri, & ipse in promotione sua id tacuerit fraudulenter, ab abbatiæ officio est nõ immerito amouendus. Datum Ro. apud. S. Pet. V. cal. Iulii. &c.

Cap. Exposuisti. de corpo ra vitiatis.

N. SENONEN. ARCHIEPISCOpo de pœnitentia & absolutione Archidiaconi Lugdunensis.

EX parte venerabilis fratris nostri R. Lugdunen. Archiepiscopi literas accepimus, continentes, quod cũ R. quondã Archidiaconus Lugdun. multa enormia commisisset, in ipsum exigentib. meritis mandatũ apost. auctoritate recepta, sententiam excõicationis iniecit, & eundem officio, beneficioq; priuauit. Verum quia, sicut tàm idem Archiepiscopus, q̃ multi alii p suas nobis literas intimarunt, prædictus R. qm̃ ei dedit vexatio intellectum, desiderat satisfacere de commissis, & suos excessus cum omni humilitate deplorat: de cuius deiectione multa Lugdunẽ. Ecclesiæ dicũtur incommoda prouenire. Nos itaq; cum eo misericorditer agere cupiẽtes, vt cõtra iustitiã non recedamus à tramite veritatis, fraternitati tuæ p Apostolica scripta mandamus, quatenꝰ accepto à præfato R. iuramẽto, iuxta formã Ecclesiæ, ipsum ab excõicatione absoluas. Si aũt idẽ R. pro crimine secundũ iuris ordinẽ, sniam illius dispositionis incurrit, cum publicè criminosum, & maximè conuictũ de crimine, in sua nouimus nequitia confouere, eandẽ sniam facias firmiter obseruari: alioquin super ipse negocio, eiusque processu rei veritatem diligenter inquiras, & q̃ inueneris in scriptũ redigẽs totũ rei processum sub tuis literis, & sigillo inclusum, nobis fideliter non differas destinare: vt sic per te sufficienter instructi, melius, & liberius in negocio procedere valeamus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum. III. Non. Iulii.

N. PADVANO EPISCOPO. VT clerici laicos vita, & moribus bonis superent, quos dignitate præcellunt.

CVm in ecclesia Dei diuersi sint ordines constituti, & ab eis quibus plus committitur, plus etiam, exigatur expedit his, qui in sortem domini sunt assumpti, quòd laicos vita, sicut dignitate præcellant: vt non solum distantia sit in ordine, sed in moribus etiam gradus attendi valeat honestaris.

Quidã verũ officii ſui debitũ, nullatenus attendentes, quæ in clericis, & laicis concupiſcibilia ſunt, affectant, dum præbendarii, vt clerici, & vt laici, immo pluſquã laici non metuunt laſciuire. Sanè ſignifi cauit nobis dilectus filius T. Feltren. Præpoſitus, ꝙ Feltren. canonici, qui laicos tenerentur ad viam rectitudinis, exẽplo boni operis informare, clericali honeſtate neglecta, incedũt in habitu laicali, & cũ concubinis ſuis publicè non dubitant habitare. Cũ igitur miniſtris altaris mundi tia ſit indicta, dicente propheta: Mũdamini, qui fertis vaſa domini, &c. fraternitati tuę per apoſtolica ſcripta mãdamus, quatenus dictos canonicos moneas diligentius, & inducas, vt honeſtatem ſeruent, & habitum clericalẽ, & à cõcubinarũ ſuarũ cohabitatione recedãt, & iuxta eccleſiæ cõſuetudinẽ, refectionẽ in canonica ſimul ſuſcipiant, & niſi euidẽs neceſſitas interuenerit, de nocte dormiãt in fra clauſtrũ. Alioquin eos Feltren. eccleſiæ beneficiis, ſub appellationis obſtaculo, auctoritate noſtra, non differas ſpoliare. Datum &c. Calen. Iulii.

N. ARCHIEPISCOPO MONTISregalis. De illorum abſolutione qui violentas manus in clericos iniciant.

LIcet percutienti nos in vnà maxilla, præbere alterã teneamur, & ꝓ perſequentibus, & calumniantibus exorare, nec tamẽ malignantiũ effrenata licẽtia, ſi quid libet impunè præſumeret, incentiuum pareret delinquẽdi, ſic prouida pdeceſſorũ noſtrorũ auctoritas cohibere voluit, à clericis violentiã laicorum: vt eorũ exceſſum plùs corrigeret, quàm puniret, dum nó eis temporalẽ pœnã infligeret, ſed ad correctionẽ à cõmunione fideliũ, violẽtos manuũ iniectores decerneret ſeparatos. Propter quod etiam ad maiorẽ cautelã, & reuerentiã potiorẽ, abſolutionẽ taliũ ſibi ſoli Sedes apoſt. reſeruauit: vt quos nec timor domini, nec religio clericalis à ſua pſumptione cõpeſceret. labor ſaltem, & difficultas itineris à violentia refrenaret. Huius autem conſtitutionis rigorem eccleſia Romana ex certis cauſis, cũ voluerit, ſpeciali diſpenſatione relaxat: quæ in hoc non tàm vtilitatem propriam captat, quàm clericorum immunitatem, & delinquentium in eos ſalutem affectat. Quia vero in Sicilię partibus, ſicut & in regionibus aliis, in hoc non nulli ſæpius inconſulti calore delinquunt, qui proprii corporis valetudine, licet infirmitate grauati, ad Sedem apoſtolicam pro abſolutionis beneficio, laborare non poſſunt: vt eos, quos ætas maturior, vel euidens infirmitas à labore huius itineris excuſauerit, abſoluas: dum tamen in hoc metas tuę diœceſis non excedas, niſi grandis fuerit, & enormis exceſſus, auctoritate tibi præſentium perſonaliter vſque ad triennium indulgemus. Nulli ergo, &c. Datum Romæ, &c. III. nonas Iulii.

ABBATI, ET MONACHIS BVRgulien. De officio Abbatis, & de reſtituenda diſciplina monaſtica.

EA. quę à fratribus, & Coepiſcopis noſtris, qui in partem ſolicitudinis noſtræ ſunt vocati, auctoritate Sedis apoſto. ratione præuia ſtatuuntur: ne per alicuius inſolentiam, ſeu temeritatem immutentur, vel infringantur, aut in dubium reuocentur, apoſtolico debent munimine roborari. Ea propter dilecti domino filii veſtris, iuſtis poſtulationibus clemẽter, &c. vſq; ad Annuimus. Inſtitutionẽ, quæ in eccleſia veſtra à ven. fratre noſtro H. Redonen. Epiſcopo de mandato bonæ memoriæ M. tt. Sanctorum Io. & Pauli preſbiteri Card. qui tunc in partibus veſtris legationis officio fungebatur, iuſtè, & rationabiliter factam, quam de verbo ad verbum plenius duximus exprimendam, cum aliis bonis, & approbatis conſtitutionibus aucto. apoſtol. confirmamus, & præſentis ſcripti pagina communimus. Statuimus enim pro bono pacis, & amore religionis, quòd abbas, qui plùs debet prodeſſe, quàm præeſſe, & diſcipulos ſuos magis exemplo, quàm verba edocere, & cui oportebit coram ſummo iudice, non tantùm de ſe ipſo, ſed etiam de ouibus ſibi commiſſis rationem reddere: vt ſemper pauſet in dormitorio, niſi fuerit infirmꝰ, aut minutus, vel de via poſt completoriũ venerit: quod tamen ſummopere cauendum eſt,

niſi

nisi de necessitate hoc fiat. Quòd si taliter contigerit, comedere, & dormire in camera sua poterit. Post comestionem verò vigiliis superfluis, & inordinatis, quæ absque nimia potatione fieri non solent omnino abstineat: vt cum conuentu sobrie ad matut. valeat recurrere. Præcipimus etiã vt semper comedat in refectorio, nisi causa hospitalitatis cum viris religiosis, vel cum aliqua honesta persona in camera comedere voluerit. Præcipimus etiam, ꝙ nunquã ibi carnes comedat nisi infirmus, aut minutus fuerit, vel auctoritate maioris. Si verò abbas aliqua infirmitate laborauerit, cũ fratrib⁹, sed paucis, & sine laicis, & clericis carnes in camera comedere poterit: antiquas verò infirmarias fratrum nõ prohibemus. Præcipimus etiã, & suademus, vt qñ ei licebit, in clausstro sedeat cum clausstralibus, causa ædificationis, & amore spiritualis refectionis. Coopertoria verò inordinata abbati, & monachis inhibemus, & auctoritate, qua fungimur districtè præcipimus, nè abbas, vel aliquis fratrum intus, vel extra coopertoriũ habeat, nisi decatis, vel agniculis, aut vulpib. Præcipimus etiã, vt cũ de reb. monasterii tractare voluerit, consilio fratrũ vtatur, iuxta illud sapientis: Omnia fac cum consilio, &c. Suademus etiã, vt in quantũ poterit, studeat vitiũ elationis fugere, memineritq; scriptũ: Rectoré te constituerunt, esto in illis, quasi vnus ex illis, Volumus præterea, & causa dilectionis præcipimus, vt duo de fratrib. qui discreti sint, & boni testimonii, singulis annis in maiori capitulo eligãtur q ad loca monasterii semel, & secũdo accedẽtes, de vita, & statu monachorũ diligẽter perscrutentur, & quæ corrigenda viderint, vel ipsi corrigãt, vel abbati, & capitulo corrigenda relinquãt. Volumus etiam decanos, qui eidem monasterio vtiliter prouideant, ab abbate, cæterisq; fratrib. iuxta antiquam consuetudinem instituti. Prohibemus etiam, nè ipse abbas absq; assẽsu capituli sui, vltra summam decẽ librarũ Andegauen. mutuo accipiat: quod si ab ipso præsumptum fuerit, ad solutionem, vltra accepti debiti volumus nõ teneri. Præcipim⁹ etiam, vt duo fratres bonæ vitæ & maturæ ætatis, sigillum capituli custodiant, nec ideo aliquid nisi de communi assensu sigllent, & quæ in eo sigillata, vel cõfirmata sunt, abbate ipsũ detinente, & in irritum reuocentur. Prohibemus etiam, vt nulli personæ duo officia committantur nisi necessitate vrgẽte, vel causa eminentis vtilitatis. Quod si ab ipso abbate præsumptum est, in irritũ reuocetur. Decernimus ergo &c. Datũ. &c. nonis Iulii.

N. EPISCOPO P. ARCHIDIA.

Et N. Decæ. De Vuirchia Redonen. Eiusdẽ argumenti cum præcedenti.

COnstitutus in præsentia nostra dilectus Lambertus monachus Burguliẽ. sua nobis quærimonia declarauit, quòd cum à felicis recordationis C. Pap. prædecessore nostro, super causa, quæ inter ipsum L. & R. monacos, ex vna parte, & Hy. abbatem Burgulien. ex altera vertebatur, de dilapidatione bonorum Ecclesiæ suæ, & aliis in quibus abbatem iam dicti monachi impetebant, ad dilectos filios. N. Vindocinẽ. N. de Persenia, & N. de Busseria abbates literas impetrassẽt, p insidias decepti latentes, cum ad Vindocinen. abbatẽ venissent, vt ei suas literas exhiberẽt, ipsis literis à quodam milite cognato sui abbatis infra clausstra Vindocinen. monasterii fuerunt per violẽtiã spoliati, & (vt asseruit præfatus L.) cũ in manu præscripti abbatis Vindoci. ipsæ literæ fuissent postea resignatæ, & ab eo detẽtę, iidẽ monachi nè procederent in causa, fuere admissis literis impediti, vnde dictum monasterium non modica patitur detrimẽta. Nolentes igitur morbidũ pastoris exemplum, gregem sibi cõmissum deflere, nec eum incorrectum esse, per cuius alii debent corrigi disciplinam, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus ad Burgulien. Ecclesiam pariter accedentes, tã in trinsecis, quã extrinsecis ad vos fratrib. conuocatis, veritate super statu, & ordine monasterii, & ipsius abbatis administratione à singulis seorsum prout Eccle. noueritis expedire, diligentius inquisita, si culpam impositam in Abbatem noueritis redundare, excessus eius tantò districtius puniatis, quantò sibi ad excessibus in pastorali solicitudine positus, de

buis-

buisset amplius præcauisse. Si vero iidem fratres veritati testimonium renuerint perhibere, ad veritatis assertionem à vobis quemadmodm iustum fuerit, compellantur. Nihilominus etiam in fratrib. vestris, si aliqua videritis emendanda, quæ in damnum Ecclesię, vel ordinis in honestatem possint aliquatenus denotari, auctoritate apostolica corrigatis. Vt autem honestas ordinis in eiusdem ecclesię abbatem, & monachos fortius imprimatur, institutionē ad te venerabilis frater Redonen. Episcope, cum bonorū virorū consiliis ordinatam, & auct. bonæ memoriæ M. tituli Sanctorum Ioānis, & Pauli presbiteri Cardi. tūc temporis apostolicæ Sedis Legati prouidè promulgatā, cū aliis bonis, & approbatis constitutionib. facia tis inuiolabiliter obseruari. Nihilominus in debitum statum appell. postpohta reducentes, quicquid ab ipso Abbate, vel à suis post appellationem ad Sedem apostolicam legitimè interpositam, in præiudicium ipsorum Monachorū temerè noueritis attentatum: prouisuri, nè (sicut frequenter audiuimus) Monachi malitiosè procedant, non quę Iesu Christi, sed quæ sua sunt consequantur. Testes, &c. cogantur. Nullis literis harum tenore tacito, &c. quod si omnes, &c. Tu frater Episcope cum eorum altero, &c. Datum Romæ, &c. vt supra.

R. ARCHIPRESBITERO R. MAgistro scholarum, Et P. de Vico canonico S. Astregisili Bituricen. Vt Decimæ suæ ecclesiæ soluantur.

Cap. cum Apostolica Sedes, De his quę sunt à prælato sine consensu capituli.

CVm Apostolica Sedes, cui (licet immeriti) præsidemus, vniuersisper orbē ecclesiis, nō humana, sed diuina sit institutione prælata, iustū est, & cōueniēs, vt ad eam tanquam ad magistram, & matrē super diuersis iuris articulis referantur dubiæ quæstiones: quę iura constituit eadem quoq; iura distinguat: nè quæ diuersa cernuntur, videantur aduersa. Sanè (sicut ex literis vestris accepimus) cum ex vna parte capitulum Sancti Stephani & capitulum de Salis, & ex altera monachi de Pratea sup decima quadam, quā à monachis ipsis petebant, in vestrum compromisissent arbitriū: & vos partib. conuocatis cognosceretis de causa. Monachi proponebant donationem ipsius decimæ, sibi à quodā milite factā, & venerabilis fratris no. N. Bituricen. Archiepi diœcesani eius accedēte consensu confirmatū fuisse. seque auctoritate Hieronymi munitos existere, qui scribens ad Damasum ait: Si aliquando fuerint à laicis male detenta, quæ diuini iuris esse noscuntur, & in vsum transierint monachorum, Episcopo tamen loci illis præbente consensum, constabunt eis omnia perpetua infirmitate subnixa. E contrario pars allegabat aduersa, cōsensum Episcopi sine cleri cōsensu minus sufficere, auctoritate Leonis Pap. dicentis. Ne quis Eps de reb. ecclesiæ quicquam donare, vel commutare, vel vendere audeat nisi forte aliquid horum faciat, vt meliora prospiciat & cum totius cleri consensu, atque tractatu id eligat, quod non sit dubium ecclesiæ profuturū. Quia verò super his auctoritatib. dubitantes, Sedē apostolicā consulere voluistis, humiliter inqrentes, vtrū qñ decima possidetur à laico, si conferatur ecclesiæ ad cōfirmandam donationē consensus Epi, sine cleri consensu sufficiat, nos deuotioni vestræ taliter respondemus, q̄ monendus est laicus q̄ decimā detinet, vt eam restituat ecclesiæ, ad quā spectat. Quod si forsan induci nequiuerit, & eam cum diœcesani consensu alteri ecclesiæ assignarit, præsertim religioso conuentui, constabit ipsa donatio perpetua firmitate subnixa. Auctoritates enim præmissæ, licet diuersę, non sunt tamen aduersæ: cū aliud sit alienare, quod ab ecclesia possidetur, & aliud quod detinetur à laico ad vsum Ecclesiasticum reuocare. In alienatione verò, iuxta Leonis Pap. decretum, consensus Episcopi, sine cleri consensu non sufficit. In reuocatione autem (iuxta respōsum Hieronimi) sufficit consensus Episcopi, cum per vtrumque vtilitati ecclesiasticæ consulatur. Nam, & in Lateranen. consilio est inhibitum, nè quælibet religiosa persona ecclesias, & decimas de manib⁹ laicorum, sine consensu Episcoporum recipiat: per quod rectè datur intelligi, quod sufficit consensus Episcopi, vt licitum

citum sit ecclesiæ decimam de manu recipere laicali. Datum Rom. &c. Non. Iulii Pontificatus nostri anno primo.

MIDRAN. PRESBYTERO. Cardinalis Sententiam Sese Pontifex confirmare ait.

CVm tu, & B. presbyter Taruisin. qui se sufficientem procuratorem pro I. sacerdote, quem similiter in causam traxeras, in presentia nostra gerebat, pro multis quæstionibus inter vos habitis, apud Sedem apostolicam constituti esse tis: nos tibi, & ei dilectum filium nostrũ V. tt. S. Martini presbyterum Card. dedimus auditorem, Ipse autẽ auditis vtriusque partis rationibus, & plenius intellectis, habito consilio, dilectorum filiorum P. tt. Sanctæ Ceciliæ presbyteri P. Sanctę Mariæ in via lata, diaconi Card. & Lotarii subdiaconi nostri iuris periti, & aliorũ prudentũ, de mãdato, & volũta te nostra sententialiter diffiniuit, sententia lata de mandato bonæ memoriæ C. Pap. prędecessoris nostri à venerabili fratri nostro. N. Episcopo, & dilecto filio. N. Archidiacano Taruisin. super restitutione, & possessione beneficii ecclesię de Mestre, cum ea integritate, quam unquã melius habuit, & possedit, sicut apparet ex publicis instrumẽtis, firmiter seruare tur. Executionis quoque sententiam à venerabili fratre nostro. N. Castellano Episcopo, super eodem negocio promulgatam, & qua prædictum B. in decem, & octo libris. Venetem pro damnis illatis tibi condemnauit, sententiando statuit inuiolabiliter obseruandas: adiiciens, quòd nominatus B. legitimè compelli deberet, ad soluendam tibi pecuniam memoratam, & restituenda damna ex integro, pro fractione parietis cameræ, cũ officinis domus, quæ fueras consecutus: pramissos etiam B. & I. ad satisfaciendũ plenissimè de omnibus damnis tibi per se, vel per suos illatis similiter condemnauit. Et quia dictus B. presbyter ab apostolica Sede recedens pro se responsalem, sicut nos ipsi prœceperamus, & etiã ipse nobis promiserat, idoneum non reliquit, in expensis à te factis post recessum eius ipsum B. legitimè condemnauit. Nos ergo pramissam sententiam, sicut rationabiliter lata est à dicto Card. ratam habentes, auctoritate apostolica confirmamus, & p̃sentis scripti pagina communimus. Decernimus ergo, &c. Datum &c. VII. Idus Iulii, &c.

MEDIOLANEN. ARCHIEPISCOPO. Vt Bonacosam clericum & nuntiũ suum canonicum efficiat.

CVm pro his tibi preces apostolicæ porriguntur, qui apud Romanã Ecclesiam obsequiis tuis, & ecclesiæ Mediolanen. insistunt, miramur non modicum, si eas differas effectui mancipare: & ex hoc nos à te pro alienis minùs audiendos prę sumimus, à quo pro tuis familiarib⁹, & domesticis non audimur. Meminimus. H. quod olim tibi preces porrexerimus, & mandatum, vt dilectũ filium Bonacosam clericum, & nunciũ tuum, qui apud Sedem apostolicam, pro tuis diutiùs obsequiis laborauit, in canonicum ecclesię Beati Ambrosii recipi faceres, & beneficiũ, quòd in ea vacare dicebatur, ipsi ob reuerentiam Sedis Apostolicæ assignari. Verũ (sicut rerùm demonstrat effectus) te id minùs solicitè procurante, canonici eiusdem ecclesiæ, cum ad te dictæ literę peruenissent post appellationem ad nos interpositam, tres in suos canonicos recepere, mandato apostolico, quod pro eodem B. tibi porrectum fuerat non admisso. Quo circa fraternitati tuæ per apostolica scripta mãdamus, quatenus reuocato in irritũ quicquid post appellationem ad nos interpositam, super beneficio ipso in ipsius præiudicium inueneris attentatum, ei beneficium, si quod vacat, appellatione remota non differas assignare. Datum, &c. VIII. Idus Iulii, &c.

CARO ARCHIEPISCOPO MONtis Regalis, Eius que successoribus canonicè substituendis in perpetuum. A Decessoribus suis indultæ priuilegia confirmat.

LIcet dominus noster Iesus Christus ecclesiã suam instituẽs, discipulis suis eandẽ sup credẽtes ligãdi ac soluendi dederit potestatem, vnum tamẽ in ea, Beatũ scilicet Petrũ Apostolum, voluit p̃minere dicẽs: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & quodcunque ligaueris

super

ſup terrã, erit ligatũ, & in cœlis: & quod
cũq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum
& in cœlis? Intelligẽdum ex hoc tribu-
ens fidelibus vniuerſis, quòd ſicut vnus
erat mediator Dei, & hominum homo,
Ieſus Chriſtus pacificãs, q̃ in cęlis erãt,
& q̃ ſuper terram, & diſſoluens macera-
rum pariẽtem, ac faciens vtraq; vnũ, ſic
& in eccleſia ſua vnum ex ipſo, & per ip
ſum omnium caput eſſet: nec in mẽbris
fieret vlla diuerſitas, q̃ non per vnius au
ctoritatem, ac ꝓuidentiam capitis, ad
vnam fidei veritatem, eandẽq; religio-
nis regulã reducerentur, & cultũ. Quod
ẽt in eo loco mõſtratur, in quo, & de con
firmãdis fratribus, & paſcendis domini-
cis ouibus p̃ceptum à domino noſtro le
gitur ei datũ, Ex hac itaq; poteſtate, quę
ad Beatũ Petrum ex dominica traditio-
ne peruenit, Sacroſ⁹ncta. Ro. Eccleſia, q̃
per dominũ Ieſum Chriſtũ ab eodẽ Bea
to Petro inſtituta eſt, & fundata, ſup vni
uerſas eccleſia auctoritatẽ obtinuit: vt
vbiq; ratũ eſſet ac ſolidum, q̃ ipſius pro-
uidẽtia ſtatuiſſet. Quod etiam ab vniuer
ſis eccleſiis per orbẽ terrarũ vſquequaq;
diffuſis, & receptũ eſt, & ſeruatũ: ita vt
per eã, & diſtributio facta ſit dignitatũ, &
indictũ Chriſti fideli b⁹, & diligenti⁹ or-
dinatum q̃ ad cultum pertinere viſum
eſt pietatis. Ex hac ſiquidem data Beato
Petro à domino poteſtate ipſe, ac ſucceſ
ſores ipſius per diuerſa mundi loca con-
ſtituerunt Epiſcopos, & dignitates per ꝓ
uincias diuiſerunt. Nos etiam, q̃ eis licet
impares meritis, domino vocante ſucce-
ſſim⁹, in loco, q̃ Monsregalis dicitur
pro multa vtilitate populi Chriſtiani,
metropolicã Sedem à piæ memoriæ do-
mino Lucio p̃deceſſore noſtro ſtatutam
auct. apoſt. confirmamus. Cũ enim illu-
ſtris memorię V. quondã Siciliæ Rex, di
uinæ charitatis igne ſuccenſus, ad gloriã
Dei, & ſalutem ſuam, ac parentũ ſuorũ
Monaſteriũ ibi fundaſſẽ, & primo locum
ad id agendũ Beato Petro, & Romanæ
obtuliſſet Eccleſiæ, ab Epiſcopali ſubie-
ctione, per auctoritatem p̃deceſſoris no-
ſtri felicis memoria Alexadri Pap. aſſen
ſumq; bonæ memoriæ Vualterii Panor.
Archiepiſcopi liberum reddidit, & quie
tũ: ac ſic ędificiis erigendis, regiã curam
impendens, breui tempore templum do
mino multa dignum admiratione con-
ſtruxit, caſtris munitiſſimis, & redditib⁹
amp iauit: libris, & ſacris veſtibus, & ar-
gento decorauit, & auro: & tandem mul
titudinem monachorũ de Cauen. ordine
introduxit: & in tm̃ ędificiis, & rebus ex
tulit aliis locum ipſum, vt ſimile opus
per aliquem Regum factũ nõ fuerit à die
bus antiqs, & hoĩes in admirationem ad
ducat: ad quos ex auditu ſolo potuerit
quod factũ peruenire: Deinde ad op⁹ bo
num, ſicut Ceruus ad fontes aquarum
anhelans, & modicum reputans quicqd
deſiderio fecerat æternorum iuxta id,
quod ſapientia dicit: Qui edunt me, ad-
huc eſurient, & q̃ bibũt me, adhuc ſitiẽt:
à p̃dicto Alexandro, & Lucio p̃deceſſo
rib⁹ noſtris, ac fratrib⁹ cum multa inſtã
tia poſtulauit, vt idem loc⁹ dignitate me
tropolica donaretur: p̃ſertim cum & il-
luc populum congregare cepiſſet, & di-
ſponeret cõgregare, q̃ ex illa parte con-
tra omniũ inimicorum incurſus inexpu-
gnabile munimen poſſet toti terræ con-
ferre. Porrò idem dñs Luci⁹, deliberatio
ne habita nõ parua cum fratribus, & at-
tendens cõmunẽ vtilitatem, q̃ de incre-
mento illi⁹ loci ſperatur, deſiderio, & pe
titioni ei⁹ liberaliter acquieuit: nè vbi
liberaliſſim⁹ ipſe de Theſauro & teni-
mentis ſuis extiterat, idem Papa de his,
q̃ ad iniunctum ſibi Apoſtolatus officiũ
pertinebãt exiſtere difficilis videretur,
& tanta eius minueretur tarditate deuo
tio, quam ſummi põtificatus ſtudio de
bono congruebat ad melius incitari. Nã
& hoc pro deſiderio eius non parum fa-
cile videbatur, quòd (licet inſolitum eſ
ſet) duæ metropoles tàm vicinæ conſi-
ſterẽt, ex hac tamen noua conſtitutione
nequaquam ius minueretur alterius: cũ
iam ante monaſterium ipſum per Ar-
chiepiſcopos, & Epos tàm in ſe, quàm in
omnibus locis ſuis, ab omni epiſcopali
iure fuiſſet exẽptũ, & plena ĩ oĩbus liber
tate donatũ: ita, vt nulli Archiepo, vel
Epo niſi tm̃ Romão Põtifici ſubiaceret.
Supradictũ itaq; Vulhel. p̃deceſſorẽ tuũ,
ſuis tanq̃ B. Petri manib⁹ cõſecrauit, &
Pallii dignitate ſtatuit decorandum: re-
cipiens eandem eccleſiam ad honorẽ do

mini

mini Dei nostri,& memoriã Beatę Marię semp virginis,regia liberalitate fundatã, sub apostolici tuitione muniminis, & suo priuilegio,q̃ factũ fuerat roborauit. Statuit aũt in primis, vt ordo monasticus q̃ secundũ Dei timorem,& Beati Benedicti regulam,& Cauen. Monasterii obseruantias,in eodem loco institutus esse dignoscitur,perpetuis ibidẽ tẽporib.inuiolabiliter obseruetur, Præterea quascunq; possessiones, & quæcunq; bona eadẽ ecclesia in præsentiarũ,ex dono prænominati Regis, ac quorũlibet aliorũ rationabiliter possidet,aut in futurum, concessione pontificũ, largitione Principũ fidelium, oblatione,&c. vsque ad verbum permaneant. In quibus Epatum Cathaniẽ. proprio duximus vocabulo designandũ,quẽ idem dñs Lucius de fratrũ de cõmuni cõsilio,ad multã prędicti Regis instantiam dicto prædecessore tuo,eiusq; successoribus,sicut propriis Archiepis, metropolico,in perpetuũ cõstituit iure subesse. Epi scopale quoq; ius,& omnia, quæ in subscriptis locis, ex concessione fratrum, & Coepiscoporum, idem prædecessor tuus habebat, ipsi,eiusq; successorib.confirmauit, & firma & illibata perpetuis temporibus permanere decreuit. Ex concessione. s. bonę memoriæ Vualterii Panormitani Archiepiscopi,cum voluntate,consilio, & assensu omnium canonicorũ suorum,& regia etiam conniuentia : totam parrochiam, & diœcesim Castelli Corilionis , cũ monasterio Sanctæ Mariæ Magdalenæ,& aliis ecclesiis, cum decimis, & aliis iustitiis, quas de baronib. & aliis hominibus ipsius Castelli,& pertinentiarum eius, Panormitana ecclesia solebat percipere: & cum omni parochiali iure, & Epali, q̃ in eadẽ parrochia, & diœcesi videbatur habere. Ecclesiã præterea Sancti Siluestri quæ fuerat de Mania,& propriis iuris Panor.ecclesiæ,quã ,p eo,q; ecclę.tuæ multũ vicina erat , & multũ vtilior erat ei,quã Panor. ecclesiæ iã dictus Archiepiscopus (sicut eius scripto authẽtico continetur)de cõsilio,& assensu omnium fratrũ suorũ , eidem ecclesiæ libera, & spontanea tradidit voluntate,cum omnibus tenimentis,villanis,& possessionibus,& omni iure suo, Ex concessione bonæ memorię Nicolai quondam Messanen. Archiepiscopi cũ totius capituli sui cõsensu,omne ius Epale, quod ecclesia Massanen. deberet habere in Monasterio,& omnib.pertinentiis eius,quod illustris recordationis Margarita gloriosa quondã Regina in loco,q̃ dicitur Maniatiũ,in diœcesi Messanẽ.ad honorẽ Dei,& Beatissimæ Mariæ semp virginis memoriã,,p sua deuotione cõstruxit,& p prædictũ Archiepm,ad omni debito Messanen. Ecclesiæ liberũ obtinuit,& quietũ. Ex concessione T.Regen.archiepi,cum cõi capituli sui consensu, totũ ius epale, vel quodcunq; aliud Regni Ecclesię pertinebat, in monasterio Sancti Saluatoris de Marcello, q̃ construxit Ioannes Calomẽ. Regius quondã camerarius , & in monasterio monialiũ Sancti Ioãnis Exocaliua,q̃ est extra muros ciuitatis Regii & cęllis,obediẽtiis,possessionib.tenimentis,ac pertinen.monasteriorũ ipsorũ: iuxta quod in iam dicti Archiepi priuilegio cõtinetur. Ex concessione B. Agrigẽtini Epi, cũ capituli sui assensu,tã parrochiã,& diœcesim,q̃ vniuersum ius Epale cũ oib.decimis,& aliis iustitiis suis,quas de Baronib.& aliis hominib.castelli Batellarii, & pertinentiarũ eius, & Casalis Busachini,necnõ & alias decimas oẽs,& alios redditus, quos Agrigẽtina ecclesia in Castro Corilionis,& pertinentiis eius habebat , sicut in scripto ipsius Episcopi dignoscitur contineri. Ex cõcessione M. Mazanen.Epi parrochiã, & diœcesim,& ius Episcopale, omnesq; decimas , & alios redditus quos ecclesia Mazanen.habebat in municipio Iati , & municipio Calatatrati,cunctisq; pertinen. ipsorũ,sicut in scripto præfati Epi manifesti? cõtinetur . Ex concessione R. Anglonen.epi cũ cõmuni capituli sui consensu, in monast. Carbonen cællis obedientiis,& possessionib.eius:totum ius epale, & quodcunq;aliud in eo Anglonen.habebat ecclesia , sicut in ipsius Epi scripto denotatur expressum. Ex concessione Bisinianen. Epi,cum capituli sui assensu, ecclesiam Sanctæ Marię de Macla , cum Episcopali iure,& omnib.obedientiis,& pertinentiis suis , sicut in eiusdem Episcopi priuilegio demonstratur. Ecclesiam quo-

que

que Sancti Martini constructam, in tenimentis ecclesiæ à Petro Indulfo, quã ipse P. obtulit eidem ecclesiæ, cum tenimentis, possessionib. & pertinentiis suis: palliũ ad hæc, plenitudinẽ. s. põtificalis officii, fraternitati tuæ de Sedis apo. auctoritate, ac liberalitate largimur: quo intra ecclesiã tuam ad missarũ solẽnia celebrãda, subscriptis dieb. vti debebis, Natiuitate. s. dñi nostri Iesu Christi, S. Stephani, octaua dominicæ natiuitatis, Epiphania Hipopanti, dominica in ramis palmarum, Cœna domini, Sabbato Sancto, Pasca, & duob. dieb. sequentib. Ascensione, Pentecoste, tribus festiuitatibus Beatæ Dei genitricis, & virg. Mariæ, natalitio Beati Ioannis Baptistę, commemoratione omnium Sanctorum, solẽnitatib. omniũ apostolorũ, & pcipuis festis Ecclesiæ tuæ dedicationib. ecclesiarum, consecrationibus Eporum, ordinationib. clericorum, & anniuersario tuæ cõsecrationis die. Prouideas igitur, qũo huius indumenti honor, modestia sit actuum viuacitate seruandus: vt ei morũ tuorum ornamenta cõueniant, & esse valeas plùs bonis actib. quàm hmõi ornamento (Deo auctore) conspicuus: & quem pastoralis curæ constringit officium, dilectionẽ proberis fratrib. exhibere: vt in humilitatis virtute fundatus, nec eleueris prosperis, nec fatigeris aduersis. Ipsi etiam aduersarii pp mandatũ dominicũ, tuo circa te copulentur affectu, & quantum in te fuerit, pacem habeto cum omnibus, & ad pacem studeto reducere discordantes: fulgeat in pectore tuo rationale iudici, cum superhumerali actione coniunctum: & ita in cõspectu Dei procedas & hominũ, quatenus cõmisso tibi gregi dominico, virtutis præstes exemplũ: & taliter opere præcedas, & verbo, vt videtes opera tua bona, glorificent patrem nostrum, q in cœlis est, & gaudeant se talem Rectorẽ habere, per quẽ, & eruditiantur ad fidem, & ad recta opera prouocentur. Obeunte verò te, vel tuorũ quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia proponatur, nisi quem monachi eiusdem loci, vel maior pars consilii sanioris de ipso collegio, tiquidem idoneus fuerit in eo repertus, secundum Deum, & canonicas Sanctiones credide rint eligendum. Quod si fortè idoneus ibi reperire nequiuerit, & aliundè fuerit assumendus, per fratres ipsius loci Monachus eligatur: qui nimirum, & regularib. cibis, & indumentis vratur. Quæ omnia, sicut ab eodem prędecessore nostro prouide facta sunt, rata omni tẽpore volentes, & inconcussa seruari, nostri quoq; priuilegii munimine roboramus. Prætera ad exẽplar felicis recordationis Clementis Pap. prædecessoris nostri, vt ecclesia Syracusana, quę vsq; ad tempus ipsius, nulli nisi Romano tantum Pontifici dignoscitur subiecta fuisse, tibi deinceps, & successorib. tuis catholicis, metropolitico dẽat iure subesse, auctoritate apostolica confirmamus. Decernimus ergo, &c. salua sedis apostolicæ auctoritate. Ad indicii sanæ deuotionis suæ, ac demonstrãdũ, q eadẽ ecclesia Romana tm Pontifici subiaceret, supranominatus Rex, cum eã sub nomine Monasterio fundare cepisset, centũ tarenos Romano Pontifici annis singulis statuit persoluẽdos. Si qua igitur in futurũ, &c. D. Ro. Apud sanctũ Petrum, per manũ Rainaldi dñi. Pap. Notarii cãcellarii vicẽ agẽtis. V. Cal. Maii, Indictione prima Incarnationis dominicę Anno M. C. XCVII. Pontificatus vero domini Innocen. Pap. III. Anno primo.

N. ABBATI, ET CONVENTVI de Pigauia. De causa, ipsorum, quam habebant contra Episcopum Mersburgensem.

CVm tempore bonæ Memorię C. PP. prædecessoris nostri tu fili abbas, ad Romanam curiã accessisses, priuilegium & alia scripta meruisti à Sede Apostolica obtinere. & (sicut à te accepimus) cum reuersus fuisses ad propria, priuilegium dictum, & alia scripta in præsentia fratrum tuorum, & quorundam canonicorum Mersburgen. qui in defensionem quorundam monachorum illuc venerant, fecisti fideliter recitari: quod intelligẽs venerabilis frater noster Mersburgen. Episcopus, nunciauit, & scripsit imperatori, te contra honorẽ Imperii ad Romanã Ecclesiam accessisse, & priuilegium in eius præiudiciũ impetrasse. Vnde motus Imperator curiã tibi indixit, & priuile-

priuilegiũ sibi p̃sentari præcepit, qđ receptũ noluit tibi postmodũ re signare: & dũ in his, & aliis te per ep̃m grauari sentires, appellatione interposita Sedẽ apo. visitasti: à qua p̃ nũcios cõmissiõis literis ip̃etratis, partes iudices citauere, in cã ipsa iuxta formã mãdati apostolici processuri. Verũ dum hæc agerẽtur, ven. frater noster Magdebur. Archiep̃s ad petitionẽ Ep̃i memorati, de mandato Imperiali te ab officio, beneficioq; suspẽsum, à monasterii administratione remouit, & curam eius duob. militibus assignauit. Vnde timẽs abbatiæ periculũ prouenire, cũ & tibi periculũ immineret sup̃ cõtrouersiis, q̃ iter te, & episcop. & quosdã monachos vertebãtur, arbitriũ Archiep̃i te, pmisisti, fide in manib⁹ eius hinc inde p̃stita, seruaturũ. Sicq; factũ est, vt ipse Archiep̃s, adiunctis sibi tam clericis, q̃ laicis, inter quos erat & Dapifer Imperialis, sub certa forma arbitriũ promulgauit. Post hæc iterũ Romã veniẽs, q̃ facta fuerãt eidem p̃decessori nostro diligẽter exponere pcurasti: cui, & aduersario tuo custodi Mersbur. procuratori dicti Ep̃i, nos ipsi cũ essemus in minori officio constituti, & dilecti filii I. tt. S. Stephani in Cœlio monte, & I. tt. S. Priscæ presbyteri Card. deputati fuimus, auditores: & tandẽ auditis, quę partes duxerãt proponẽda, sub certa forma, de cõsensu partiũ causa cõmissa fuit iudicib. delegatis, videlicet, vt de omnibus diligenter inquirerent, excepto, q̃ indagationẽ libertatis eiusdẽ monasterii, cũ duob⁹ capellis, Apostolicæ Sedis examini per omnia reseruarẽt. Cũq; ita iudices delegati partes ad suam præsentiam, auct. apo. euocassent, memoratus Ep̃s delegatos ipsos suspectos sibi proposuit, & causas suspitionis multiplices assignauit. Consequenter ẽt eorũ volens iudiciũ declinare, Sedẽ apo. appellauit. Sed reuersus postmodũ corã eisdẽ, sacramẽtum calũniæ præstitit, testes produxit, petitis dilationib. & obtẽtis. Ipsi ergo iudices procedentes in cã, auditis vtriusq; partis rationibus, & plenius intellectis, gesta oia sigillorũ suorum munimine roborata, ad Sedẽ ap. destinarũt, terminũ partibus imponentes, quo recepturæ sniam, apostolico se cõspectui personaliter præsentarẽt: ad quẽ tu personaliter accedens, Ep̃s pro se misit dilectos filios. H. Mersburgen. Canonicũ, & B. S. Nicolai Mersburgen. scholasticũ responsales: qui gesta, quæ delegati trãsmiserãt, nec publicari debere dicebãt, nec fidẽ eis penitus adhibendã: cũ & à suspectis iudicib. & post appellationẽ legitimè interpositã recepta fuerint, & descripta: parte tua cõtrariũ postulãte, præsertim, quia (vt firmiter asserebat) nuncii memorati p̃sonã standi iudicio nõ habebant, cũ excõicati essẽt, & ep̃o fuisset sub pœna suspẽsionis iniunctũ, vt ad causam agendã in propria persona veniret: q̃ cũ nõ fecerit pœnã suspẽsionis incurrit, quẽ p̃dicti nuncii, pp̃ ęgritudinem, & senectutem, p̃sonaliter ad Romanam ecclesiam non posse accedere proponebant, alia, quæ ipsis obiecta fuerant denegantes, qui pro ipso Ep̃o factum taliter proponebant q̃ cum ab eo, tanq̃ à prælato tuo abbatiam, & sacerdotiũ p̃cepisses, sicut fueras in iure confessus, pp̃ prauam conuersationem tuã sup̃ multis enormitatib. cepisti à monachis cõueniri: inter quos Episcop. pacẽ, & concordiã sæpius reformauit, monẽs te, vt ad frugem melioris vitę trãsires. Cũ aũt fratres p̃ ea, quæ iugiter faciebas, de tua emẽdatione nullatenus iã sperarent, cõtra te proposuerũt in sinodo de dilapidatiõe, q̃ res Monasterii pauperum vsibus deputatas, voluptuosè consumeres, & pro defectu necessariorũ religio ibi penitus deperiret, te etiã de Sacrilegio, Simonia, aliisq; multis criminib. impetebant: interdum coram Episcopo, quandoque in præsentia Card. quẽ Episcopus tam diu sustinuit, q̃ monachis denegare iustitiam dicebatur. Citatus exinde ab Episcopo nuncium misisti, sup̃ omni grauamine, q̃ tibi possit inferri, præsentiam Episcopi pronouocantem. Cùm autem neq; per te, neque p̃ nunciũ ad Archiepiscopũ accessisses, ipse Archiep̃s appellationi tàm generaliter factæ in præiudicium ecclesiæ iudicauit nullatenus deferendum, Episcopus itaq; habito prudentũ consilio, citatũ denuo te ab officio beneficioq; suspẽdit. Interim sup̃ueniẽs dilectus filius noster. I. tt. S. Stephani in Cœlio monte presbyter. Card. tũc apostolicæ Sedis legatus ad dictã abbatiã ac

cessit,

cessit, vt componeret inter te,& Monachos memoratos. Sed te in villis proximis latitante,& Magistro Vlrico allegãte dictus Car. latã in te suspensionis sententiã confirmauit. Sic ergo latenter Romã veniens, cõmissionis literas veritate tacita, & sub specie renouationis priuilegium, quod nunquã hactenus habueras, impetrasti. Cumq; iudices delegati Epo suspecti essent, & monachis, à quib. nec vnius diei poterãt indutias obtinere, appellatione interposita ab Epi nũciis, statim cum priuilegiũ subreptitium legeretur, partes nuncios suos ad Sedem apo. transmiserunt: de quorum assensu casatãdẽ fuit alias cõiudicib. sub certa forma cõmissa, sicut in cõmissionis literis cõtinetur. Sed cũ nõ oẽs posset examinationi causæ pp nimiã distantiã interesse, dilectus filius N. abbas de Goizoche, vnà cũ ven. fratrib. nostris, dicto Archiepo. N. Balbergen. & N. Misnen. Epis, & q̃ plurimis ecclesiarum prælatis, inter Epm, te, & monachos pacem, & concordiã reformauit. Iterum aũt ad Romanã ecclesiã latenter accedens, & proponẽs multa cõtra monachos, & Epm ad duos iudicium illorum, quos superius Epo diximus esse suspectos, & à quibus nuper ipse Episcop. per nuncios appellauerat, commissorias literas impetrasti: qui cũ iustas exceptiones Epi non admitterent, quas in continenti probare volebat, Sedem apo. appellauit. Sed ipsis in causa nihilominus procedentib. inuitus accessit ad eos, timens nè sua iustitia deperiret. Cũ ãt post alia, quæ iudices ipsi proprio motu fecerant, terminũ publicandis attestationib. præfixisset, venientib. partibus, vnus tantũ cõparuit de iudicibus cum alterius nũcio: qui nec habebat ad alios literas, nec cauere volebat, q̃ dominus suus vices suas præsenti iudici commisisset. Sicq; factum est, quòd solus Nunburgen. præpositus, licet trib⁹ sigillis appositis, gesta, discripserat, quæ fuerant ad Sedem apost. destinata: vnde dicebant fidẽ eis nullatenus adhibendã: & quia ipsum instrumentũ relationis ipsorum iudicum fuit in superficie vitiosum, & datũ ab eo, quẽ plurimis dicunt excõicationis vinculis innodatum. Verùm præmissa ferè omnia pro Epi parte proposita, tu veritate destitui firmiter asserebas. Quia verò memoratus Eps eo quòd iuramẽtum præstitit de calumnia, & à delegatis indutias postulauit, & testes coram eis produxit, appellationi renunciasse videtur, & eorum examini consensisse: nos habito fratrum consilio, in præmissa incidenti quæstione interlocuti fuimus, quòd deberent quæ coram prædictis iudicibus gesta fuerunt, publicari: vt secundum tenorem ipsorũ, nostra tandem sententia formaretur. Tibi igitur, & procuratoribus Episcopi supradicti, ven. fratrem nostrum N. Oltien. Episcopum, & dilectum filium P. tituli Sanctæ Ceciliæ presb. Card. dedimus auditores: qui cum ea, quę fuerant hinc inde proposita, & ostenta nobis, & fratrib. nostris fideliter retulissent: quia tã per confessiones q̃ per attestationes legitimè cõstitit, quòd fide hinc inde data compromissum est in arbitriũ Archiepiscopi memorati, & quorundam etiã aliorum, nos de consilio fratrum nostrorum ipsum arbitrium decernimus obseruandum, illis duntaxat exceptis capitulis, quæ contra libertatem ipsius monasterii, & duarum capellarũ eiusdem in arbitrio sunt expressa, cũ etsi sponte volueris, de iure tamen nequiuerimus sine licentia Rom. Pontificis renunciare priuilegiis, vel indulgentiis libertatis: quæ monasterium illud indicant ad ius, & proprietatem Roma. ecclesiæ pertinere: præsertim cum in vltimę commissionis literis contineatur expressum, quòd sæpe dictus prædecessor noster super renunciatione à te super priuilegio, & aliis scriptis facta, nullum tibi, vel successoribus tuis, aut etiam monasterio, & duabus capellis de Pigauia præiudicium voluit generari. Quia verò in eisdem literis commissoriis expressit, quòd indagationem libertatis eiusdem monasterii, cum duabus capellis in eadem villa positis, apostolicæ Sedis examini per omnia reseruauit, quicquid contra formam huius mandati à delegatis prædictis actum est reuocamus, & viribus omninò carere censemus: reseruantes eidem Episcopo liberam facultatem, vt contra libertatẽ ipsius monasterii ordine iudiciario valeat experiri. Interim autem, donec ipsa

quæstio

quæstio canonicè terminetur, & monasterium tuum non compellamini obedientiã eidem Episcopo exhibere, sed in eo statu maneatis, in quo post impetratum priuilegium, & ante datum arbitrium dignoscamini extitisse. Quoniam ergo personales iniuriæ, quæ præcesserant per arbitriũ sunt sopitæ, cum uos uicissim in pacis osculum receperitis, quæstiones tàm super ablatorũ restitutione, quàm super subiectione monasterij duximus cõmittẽdas. Nulli ergo, &c. Datum. Ro. apud S. Petrum III. idus Iulij, &c.

N. DE NOVO BVRGO, N. DE valle S. Georgij Abbatibus, N. præposito Sãcti Seuerij de Effordia. Quę est eiusdem ferè argumenti.

CVm inter uen. fratrem nostrũ N. Mersburgen. Episcopum & dilectum filium N. Abbatẽ de Pigauia super diuersis articulis controuersia uerteretur, & eadẽ sępè fuisset à bonæ memoriæ C. Pap. prædecessore nostro cõmissa, tãdem ad presẽtiã nostrã abbas pdictus, & dilecti filij Hẽ. & B. procuratores ipsius Mersburgen. Episcopi accedentes, cùm super ea in auditorio diutiùs nostro litigassent, sententiã à nobis accipere meruerunt: cuius tenor ex literis nostris sententiam continentibus, uobis pleniùs innotescerer. Verum cum pro defectu probationum, quæstio quæ vertitur inter eos super statu monasterij de Pigauia non potuerit terminari, nos inquisitionẽ ipsius uestræ duximus experientię committendã, diffinitiua nobis sententia reseruata. Cęterum quia idem Abbas multis, & magnis se queritur à dicto Episcopo, vel mãdato eius per alios spoliatum, per apostolica uobis scripta mandamus atq; præcipimus quatenus thesauri ecclesiæ, priuilegiorum, indulgentiarum, & aliorum, quibus eum inuenerit is minùs rationabiliter ab Episcopo destitutum, facta sibi restitutione plenaria super libertate seu subiectione præmissi Monasterij, & alijs quæ aduersus se duxerint proponenda inquiratis, solum Deum habẽtes præ oculis sine personarum acceptione pleniſſimè veritatem, & vsque ad diffinitiuam sententiam, sine appellationis diffugio procedentes, gesta omnia nobis mittatis sigillorum uestrorum munimine roborata: ut per ea certiores effecti, securius in ipso negocio procedere ualeamus: certum terminum partibus assignantes, ad quẽ nostro se conspectui repræsentent, diffinitiuã sententiam recepturæ. Nullis literis, &c. harum mentione non habita, præter assensum partium, &c. quod si omnes, &c. tu dilecte fili Abbas de nouo Burgo cum eorum alterum, &c. Testes cogantur. Datum Reate. XII. Cal. Augusti.

N. ARCHIPRESBYTERO. N. DEcano, & N. Precentori Lugdunen. Committitur ijs causa Archidiaconatus Cabilonensis.

CVm pro causa, quę iter dilectos filios Falconẽ, & Gualterum Cabilonen. Ecclesię Archidiaconos vertebatur, procuratores vtriusq; partis ad nostram præsentiã accessissent, nos eis dilectum filium nostrũ G. Sancti Adriani diacon. Cardinalem cõcessimus auditorem: coram quo ipsius V. Archidiaconi procurator proposuit, quòd cum olim pro uarijs grauaminibus, quę ad uersarij eius Cabilonen. ecclesiæ inferebãt ad Sedem Apostolicam accessissent, ad dilectos filios N. Abbatem Sancti Marini. N. cantorem Eduen. N. Archidiaconum Flauiniacen. literas impetrauit, vt dictum G. Archidiaconum canonica districtione compelleret, vt ab Cabilonen. Ecclesiæ, & hominum cuiusdam obedientiæ eius, qui potestas Boiaci dicitur molestatione cessaret, & de iniurijs illatis ipsum eidem Ecclesiæ satisfactionem cogerent debitam exhibere. Cumque iudices secundum mandatum Apostolicum, uellent in causa procedere, pars aduersa, vt iudicium declinaret, Sedem Apostolicam appellauit. Adiecit etiam, quòd à bonę memoriæ C. Pap. prædecessore nostro confirmationis literas impetrarat, super quibusdam institutionibus eiusdem Ecclesiæ de communi assensu Capituli constitutis, ex quarum in obseruantia, Ecclesia ipso debito seruitio fraudabatur. Licet autem idem prædecessor noster venerabili fratri nostro N. Eduen. Episcopo ad eiusdem Archidiaconi postulationem mandasset, ut eas faceret obseruari, ipse tamen semel solummodo Cabilonen. Capitulo pro his seruandis suas literas de

tinauit,nec super hoc ultra processit.Petebat itaq; procurator ipse pro Archidiacono memorato priorem causam committi, confirmari constitutiones prædictas, & ea sibi restitui,quæ ad utilitatem eiusdem ecclesiæ coactus fuerat expendisse. Cæterum procurator partis alterius ex aduerso respõdit,quòd cum dictus F. Archidiaconus in succentorem Cabilonen.Ecclesiæ diaconatus fungentem officio in communi dormitorio manus iniecisset temere uiolentas, & cum traxisset uerberando per claustrum, tu frater Archiepiscope, cum ob tioletam manum iniectionem, & uiolationem immunitatis Ecclesiæ, fecisti excommunicatum publicè nunciari.Ipse verò ad Apostolicam Sedem accedens confessus est, quòd in clericum manus iniecerat uiolentas: supprimens autem quòd immunitatẽ violasset Ecclesiæ, super absolutione sua literas impetrauit: sed nihilominus in excommunicatione remansit,cum alteram causarum,pro quibus excommunicatus fuerat, tacuisset. Vnde ipsum nec in iure stare posse dicebat, nec procuratorem constituere: præsertim cum is,cui causæ suę procurationem commiserat,ob excessum similem eadem innodatus sententia teneretur.Ea etiã carere uiribus allegabat,quę in excommunicatione positus, à Sede Apostolica impetrarat. Licet autẽ per hoc dictus G. Archidiaconus ei nõ teneretur, nisi obtẽto priùs absolutionis beneficio respondere,nihilominus tamen se dictorum iudicum cõspectui præsentarat, & per literas uenerabilis fratris.N.Episcopi,& dilecti filij.N. decani ipsius ecclesiæ ostenderat,quòd nec ipse aduersus eandem ecclesiam,nec ecclesia aduersus eum haberet aliquam quæstionem: & literæ, quas aduersarius eius obtinuerat ab apost.Sede,impetratæ non fuerant de capituli uoluntate.Accedente igitur die altera,quæ ipsis fuerat assignata, cum super eo quæreretur à partibus, vtrum renitente capitulo dictus F. Archidiaconus esset pro Cabilonen.eccle. contra eundem G.Archidiaconum admittendus,ipse G. propter suspicionem iudicum ad Sedem Apostolicã appellauit.Ad ea verò,quę super seruandis consuetudinibus Ecclesię proposita fuerãt, sic respõdit:quòd cum memoratus Episcopus dictus decano,& capitulo mãdauisset, memoratas consuetudines obseruari respõderũt se ipsas libentius seruaturos,nisi paupertas ecclesiæ impediret:adijcientes,ut statum Cabilonen.ecclesię per suas literas Sedi apostolicæ nunciarent.Ex his igitur cõcludebat,nè expensas,quas dictus F. Archidiaconus fecerat, ipsi debere restitui: cum potius, ut ab excommunicationis uinculo solueretur,ad Sedem apost. accessisset, nec eum esse super confirmandis ecclesiæ consuetudinibus audiendum, cuius non poterat literas procurationis ostendere, immò ipse procurator esset à capitulo institutus: propter quod, cum instantia postulabat ordinationem ecclesię dictis Episcopo, & decano committi: ita quòd quicquid de maiori,& saniori parte capituli, tam super instituendis canonicis, quàm super aliis ad ordinationem eiusdem ecclesiæ pertinentibus,constituerent, non obstante contradictione paucorum, inuiolabiliter seruaretur,nec obstantibus literis super seruandis prædictis consuetudinibus ad dictum Eduen.Episcopum destinatis. Petebat etiã dictum F. Archidiaconum excommunicatũ denunciari:cum nec satisfeciisset passo iniuriam,& de uiolatione immunitatis ecclesię non fecisset aliquam mentionem. Ex parte uerò prędicti F.Archidiaconi taliter fuit ad obiecta responsum, quòd licet super uiolenta manuum iniectione accusatus fuisset, ei fuit Ecclesiæ solummodo introitus interdictus:sed postmodum ad apostolicam Sedem accedens sine cõtradictione qualibet fuerat absolutus. Nos igitur causam ipsam uestro examini committentes, discretioni uestræ per Apostolica scripta mandamus quatenus si uobis constiterit dictum F. Archidiaconum ob duplicẽ causam excommunicatum fuisse,& expressisse tantum alteram in literis, quas super absolutione sua ab Apostolica Sede obtinuit,ipsum tanquam excommunicatum,satisfacere Ecclesię suæ de altera monitione præmissa per censuram Ecclesiasticã, appellatione remota cogatis. Prędictas uerò cõstitutiones,si eas de assensu capituli maioris, & sanioris partis sine prauitate qualibet inueneritis esse factas,& possibilitas ecclesiæ patitur,faciatis inuiolabiliter obseruari.In alijs ordinationem Ecclesiæ prædictis Episcopo,& decano auctoritate apostolica

lica cõmittas: ita ut quæ cum maiori parte Capituli tàm super canonicis instituẽdis, quàm super alijs canonicè duxerint statuẽda, non obstante contradictione, vel appellatione paucorum obtineat firmitatem. Expensas verò antè dicto Archidiacono restituere faciatis, si legitimè probare potuerit, se de Capituli mãdato susceпisse prędicta negocia promouenda, & propter hoc ad Sedem apostolicam accessisse. Nullis literis, &c. præter assensum partium, &c. Quod si omnes, &c. tu frater Archiepiscope, eum eo tum altero, &c. Datum, &c.

P. SCHALAHOLTDEN. ET B. holen. Episcopis, & alijs Ecclesiarum prælatis, & clericis vniuersis, per Hislandiam cõstitutis. Quæ significat ijs grauia, quędam uitia quæ per Hislandiam corrigere debeant.

QVamuis insula uestra lõgo terrarum tractu ab vrbis partibus sit remota, vos tamen quod apostolicæ prouisionis non sitis extorres, æstimare debetis: cùm ex iniuncto nobis apostolatus officio facti simus (secundum apostolum) sapientibus, & insipientibus debitores, & ita pastoralem solicitudinem gerimus de propinquis, quod eam extẽdimus etiam ad remotas: quos absentes corpore, spiritu verò præsentes, charitatis brachijs amplexamur. Sanè dilectum filium Erlend. Abbatem, latorem præsentium, quem ad nos transmittere curauistis, boni testimonij uirum paterna benignitate recepimus, & sicut eo didicimus referẽte, licet nullas ex parte vestra portauerit nobis literas sigillatas, quas tamen asseruit se amisisse, in maris periculis constitutum, nonnulla in partibus uestris, velut in vsum, & consuetudinem sunt redacta: quæ ab agro dominico sunt studiosius extirpanda: nẽ per spinas, & tribulos semẽ euangelicum suffocetur: inter quæ sequẽtia duximus ad cautelam exempli gratia, exprimenda, ut per ea studeatis cętera uitia capitalia cuitare, per quę ira Dei venit in filios diffidentiæ: qui stercora pro croceis amplectuntur, & luci tenebras anteponũt. Et ut incipiamus à primo inobedientiæ uitio, per quod peccatum intrauit in mũdũ, cum in ecclesia Dei, diuersi gradus ad instar cœlestis curię sint distincti, ut secundũ dispositionem superiorum obtemperantibus inferioribus cuncta ritè procedant: vnde & Romana ecclesia tanquàm magistra non humana, sed diuina dispositione uniuersis, & singulis per orbem ecclesijs est prælata: ut ad eam velut caput, aliæ sicut spiritualia membra respondeant, cuius pastor ita suas alijs uices distribuit, ut cæteris uocatis in partem solicitudinis solus retineat plenitudinem potestatis: ut de ipso post Deum, alij dicere possint: & nos de plenitudinè ipsius accepimus, sicut idẽ C. Abbas nobis diligenter exposuit, qui sunt inter uos subditi, dum prælatis suis in his quæ agunt perperam, nolunt humiliter obedire, ac secundum ipsorum monita salubria declinare à malo, & facere bonum, contra torrentem dispositionis diuinæ brachia nituntur extendere, & quasi contra stimulum calcitrare: quæ sic disposuit gradus, & ordines differentes, ut reuerentiam minores maioribus exhiberent. Profecto, qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt, erroris magnitudinem non pensantes: cùm (secundum prophetam) peccatum hariolandi sit repugnare, & scelus idolatriæ nolle acquiescere. Hi nempe, uel sunt potentes, & peccata sua propria temeritate defendunt, non attendentes quod legitur: potentes potenter tormenta patientur, & deposuit potentes de sede, vel minores. Et ut licentiùs prorumpant in peccatum, maiorum tuitione defendere se nituntur, declinantes corda sua in uerba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis, tanquàm in extremo examine, quando unusquisque onus suum portabit, illi possint eos à uentura ira defendere: qui pro suis sceleribus æternis incendijs reseruantur. Quid de homicidijs, incendijs, & fornicationibus referemus? & quod excommunicatis communicare præsumitis? & præsertim Suero, & excommunicato, & Apostatę, Deo, & Sanctis eius pro suis actibus inimico? Si uellemus ad unguem singula prosequi, quę inter uos dicuntur, peccatis exigentibus frequentari, pagina cresceret in immensum, & tędium legentibus, & audientibus generaret. Dolemus ergo plurimum, & tristamur, hęc inter uos libere perpetrari: sed uehemur admodum,

& mouemur, ne fortè (quod absit) propter dissolutam negligentiam uestram ista proueniant, quæ dum negligitis perturbare, quid aliud facitis, quàm fouere facti canes muti non ualentes latrare? quibus dicitur per prophetam: Clama ne cesses, quasi tuba exalta uocem tuam, annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Vnde Apostolus inquit Ephesijs: Mundæ sunt manus meæ à sanguine omnium vestrum: non enim subterfugi, quominus annunciarem uobis omne consilium Dei. Mundus ergo à sanguine ipsorum non esset, si eis annunciare Dei iudicium noluisset: quia cum increpare delinquentes noluerit, eos proculdubio tacendo pastor occidit. Cùm itaque in tremendi die iudicij de uestris, & subditorum uestrorum actibus debeatis reddere rationem, quin etiã, & de omni uerbo ocioso, quodcunque locuti fueritis, hortamur vniuersitatem vestram, monemus in domino, & per Apostolica scripta mãdamus, quatenus contra delinquentes, quasi contra bestias Ephesi uiri liter exurgentes, ne post cursum uitæ labentis in manus dei uiuentis (quod horrendũ est) incidatis, murum vos pro domo Domini non dubitetis opponere, & contra faciem Damasci turrim vos inexpugnabilem opponentes, euellere, ac destruere, ędificare pariter, & plantare unanimiter procuretis, quæ in Ecclesia Dei euellenda, & destruenda, ædificanda fuerint, & plantanda. Cæterùm quoniã adhuc habemus multa uobis dicere, quæ non possunt commodè per præsentem Epistolam declarari, præmissis, breuiter prælibatis charitati vestræ duximus prædicendum, quod auctore patre luminum, à quo omne datum est optimum, & omne donum perfectum, in proximo inuento viro secundum cor nostrum, cum ad uos mittere disposuimus: per quẽ de singulis, quę omittere, uel facere debeatis, & omnibus, quę fuerunt nobis ex parte uestra proposita, cum ad uos uenerit efficiemini certiores. Datum Reat. III. Cal. Augusti, &c.

In eundem ferè modum scriptum est principibus, & populis per Hislandiam constitutis. Quamuis insula uestra ut supra, &c usque ad verbum, Liberè perpetrari. Quos saluos fieri cupimus, & ad agnitionem ueritatis venire: ad quod viam vobis salubriter præparabit, si habueritis in his, quę Dei sunt obedientiam ad Prælatos, & eos immò Deum in ipsis curaueritis honorare: in quibus contemptis Deus sperniter, & in receptis recipitur, & etiam honoratur: & opera impenderitis in operibus pietatis, & præsertim eleemosynis conferendis, quarum efficaciam scriptura commendas inquit: Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna peccatum extinguit. Cęterùm quoniã adhuc habemus, &c. ut suprà. Datum ut suprà.

N. HIDRVNTIN. ARCHIEPISCOPO: *quod filius ex ea susceptus, quæ putabatur esse concubina, & post apparuit, quòd esset legitima uxor, sit legitimus.*

caput per totas literas: Qui filij sint legitimi.

PEr tuas nobis literas intimasti, quod Rao de Acerefia ex muliere quadam, quam secundum opinionem maioris partis uicinię, in concubinam habebat prolę susceptą, quandam priùs, & aliam ea defuncta duxit uxorem, & ea ex qua prolem susceperat, uirum sibi alium copulauit. Processu uerò temporis idem Rao in præsentia multorum firmauit proprio iuramento, quòd eam, quam habere uisus fuerat concubinam, priùs affidauerat in uxorem, quàm ex ipsa filium genuisset: & cùm post iuramentum illud, per sex annos, & vltra uixisset, dum ageret in extremis eum, quem ex illa susceperat, filium legitimum appellauit, & heredem instituit testamento. Cùm autem tuę fuisset inquisitioni, & decisioni commissum, an filius sic susceptus legitimus esset hęres ipsius R. & ad eius patrimonium admittend. tu præter id, quod ex quadam decretali bonę memorię Alex. Pap. prędecessoris nostri standum esse super hoc uerbo uiri, & mulieris credebas, testes à filio eiusdem R. productos prouidè suscepisti: quibus legitimè comprobauit dictum R. Matrem suam in cappella Sancti Sergij affidasse: propter quod eum ipsius R. heredem esse legitimum iudicasti. Nos igitur attendentes, quòd plus est, quod in ueritate agitur, quàm quod simulatè concipitur, licet tam dictus R. quàm ea, quam ut concubinam habuerat, cum ad alia uo-

ta

ta transiuit, uideatur ex ipso facto, quòd matrimonium inter eos fuerit, denegasse, quia tamen desponsatio per testes legitimos comprobata, eos matrimonialiter fuisse coniunctos ostendit, siue desponsatio ipsa fuerit de præsenti, ut per consensum legitimum, & uerbis de præsenti expressum, siue de futuro, ut per sequentem carnis copulam matrimonium inter eos fuerit celebratum: non tàm decretali dicti prædecessoris nostri, quę in casu dissimili loquitur, quam inductis probationibus innitentes, te processisse legitimè respondemus, & sententiam tuam auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus: auctoritate tibi præsentium in iniungentes, vt sententiam ipsas facias monitione premiss. per censuram ecclesiasticā inuiolabiliter obseruari. Nulli ergo &c

Datum Reat. III. nonas Augusti.

caput per mat. literas: Qui filij sint legitimi.

N. OSCEN. ET. N. TIRASONEN. Episcopis. De diacono, cuius amici abbatem trucidarant.

Ca. Petrus Diaconus extra de homicidio.

P. Diaconus, & monachus Sancti Ioannis de Pinna, sua nobis insinuatione monstrauit, quòd cùm in seculari adhuc habitu constitutum, in ecclesia de Rigulo quoddam beneficium obtinentem, N. Abbas ipsius ecclesiæ illum eodem beneficio spoliasset, cognati, & amici eius Abbati sæpius supplicarunt, vt beneficium sibi restitueret memoratū: quo nolente ipsorum precibus acquiescere irati plurimum, & commoti, nocte quadam in domo diaconi conuenere: & cœna facta dixerunt, quòd vindictam uolebant sumere de Abbate. Inhibiti autem expresse ab eodem decano, ne Abbatem occiderent, uel aliquid ei facerent, unde ordinis sui discrimen incurrerent, & animę detrimentum, in eum nihilominus irruerunt, & plagis impositis abierunt, semiuiuo relicto: unde post dies aliquot spiritum exhalauit. Ab illo autem tempore, usq; hodie, prædictus diaconus de eo, quod contigerat, tristis effectus, ab administratione cessauit: & nondum expleto biennio, habitum induit monachalem. vnde a nobis suppliciter petijt edoceri, utrùm posset in officio diaconi ministrare: & si hoc ei liceret: an posset ad maiorem ordinem promoueri. Licet autem (si præmissis veritas suffragatur) præfatus diaconus super Abbatis interitu non videatur fuisse culpabilis, quia tamen bonarum mentium est, ibi culpam agnoscere, ubi culpa non est, quod ab administratione officij se propria uoluntate suspendit, uel habitum induit regularem, sibi non ad peccatum ascribimus, sed ad meritum reputamus. Quo circa fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus si præmissa noueritis veritate subnixa, sæpè dictum diaconum non solum in diaconatus officio ministrare, sed etiā ad ordinem præsbyteratus ascendere, si aliud canonicum non obstiterit impedimentum, liberam concedatis auctoritate Apostolica facultatem: præsertim si super hoc non fuerit respersus infamia, cùm ei non debeat imputari, quod contra prohibitionem eius expressam, eo causam, uel occasionem non dante ausu sacrilego proponitur à consanguineis attentatum (diuina scriptura testante) quod anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. filius non portabit iniquitatem patris, neque pater iniquitatem filij: quamuis hoc ipsum uerius ad æternum, quàm ad temporalem referatur vindictam. Datum Reat II. nonas Augusti Pontefici nostri anno I.

N. ATREBATEN. EPISCOPO, & N. Decano cameracen. Vt cogat Regem Gallorum, Duci Lotharingiæ dotem reddere.

SIcut ex parte dilecti filij nobilis uiri. N. Ducis Lotharingiæ nostris fuit auribus intimatum, quando nobilem mulierem Mattildem, neptem Philippi quondam Comitis Flandriæ, sibi matrimonio copulauit: idem Comes redditus 50 talentorū percipiendos annuatim in terra Boloniæ prætato Duci assignauit in dotem: quæ post obitum ipsius Co-

mitis nullatenus potuit obtinere: & insu per ipse Comes eandem terram obligauit ei, pro 300 marcis, & 7. millibus talẽ torũ. Quia igitur prescripta terra ad proprietatẽ est charissimi in Xpo filij nostri Philippi illustris Regis Frãcię deuoluta, & dos ptinet ad cõiugiũ, qđ est magnũ in ecclesia sacramẽtũ: nos, qui (secundum Apostolum) sapientibus sumus, & insipiẽtibus debitores, discretioni uestrę p Apo. scripta mandamus, quatenus eũdẽ Regẽ, ut super premissis memorato Duci satisfaciat (ut tenetur) moneatis diligenter, & efficaciter inducatis. Alioqui partibus cõuocatis, audiatis causam, & eã fine debito terminetis. Quòd si ambo &c. tu frater Episcope. Datũ Reat. VIII. idus Aug.

CORRADO, ET PETRO QVONdam filiis malabrãcæ. Puella ante annum septimum sponsalia contrahere non potest.

Cap. ad dissoluẽdũ. De despõsatiõe impuberũ.

AD dissoluẽdũ, quod factũ fuerat inter Ioãnẽ filiũ nobilis uiri Leonis, de Monumẽto, & S. filiã quõdã Matthei de Porte brachio super matrimonio contrahẽdo, in nostra, & fratrũ nostrorũ præsentia fuit ex parte uestra propositum, q cũ dicta puella, nõdũ ad septenniũ peruenisset, de ipsa nec matrimoniũ contrahi, nec spõsalia potuere. defuit etiã cõsangui neorũ assensus, qui præcipue sunt in talibus requirẽdi: quod & si ætas sufficiẽs extitisset, & consanguineorum interuenisset assensus, personæ tamen non sunt legitimæ ad matrimoniũ cõtrahẽdum, linea consanguinitatis obstãte. Accusatione uerò super cõsanguinitate proposita, & tacu ex parte iuuenis, q̃ ex parte puellæ cõsanguinitatis gradibus cõputatis, cùm eam uelletis idoneis test. cõprobare, præfatus Leo multas exceptiones proposuit: per quas nitebatur uos ab accusatione, multipliciter remouisse. Cũq; super exceptionibus ipsis fuisset utrinq; diutius disceptatũ auditis, & intellectis quęcũq; fuerũt hinc inde proposita, de cõsilio fratrũ nostrorũ interloquẽdo pronunciauimus, inter dictos iuuenẽ, & puellã, nec matrimoniũ, nec spõsalia fuisse cõtracta, cũ cõstet puellã nõdum ad septẽnium peruenisse. Quo circa nec accusatio locum habebãt, cum nõ esset, q̃ posset legitimè accusari, denũciari tñ poterat cõsanguinitas, ut interdiceretur matrimonium cõtrahendum. Ad denunciationẽ ergo legitimè cõprobandã, festum oĩum Sãctorum ,pximo ventu rum, ,p termino assignamus, saluis exceptionib. nõ solum ,positis, sed et ,ponẽdis. Ne uerò quicq̃ interim ĩ puella carnaliter attẽtetur, auct. apost. firmiter interdicimus, ut in ipso negocio de nouo nõ ,pcedatur ulterius, donec, uel à denunciatione cessetur, uel denunciatione probata ordine iudiciario ,pcedatur. Qđ si cõtra ĩterdictum nostrum in iudiciũ ipsius qc quã fuerit attẽtatum, illud irritum esse decernimus, & uiribus omnino carere.

N. FAVENTIN. EPISCOPO. Qua ipsi licentiam indulget transeundi ad Ecclesiam Papiensem: docetq; quibus ex causis Episcoporum translatio fiat, & quod a solo Pontifice illa fieri possit.

SAcra docente scriptura didicimus, ut quos Deus cõiunxit hõ nõ separet. Dũ plex e aũt cõiunctio cõiugalis, una scĩlicet carnẽ, q̃ carnalis dicitur, altera secundum spiritum, quæ spiritualis nõ incõgruè appellatur: utranq; designat apostolus, qui uerbum illud exponens: Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suę, & erunt duo, in carne una, consequenter adiunxit: hoc autem di co magnum sacramentum in Christo, & in ecclesia: nam carnalis cõiunctio, quę est inter uirum, & legitimam fœminam, sacramentum est spiritualis coniunctionis, quę consistit inter Christum, & Sanctam Ecclesiam. Cõiunctio carnalis hoc efficit, vt sint duo in vna carne, secundum illud, quod ueritas ait: itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Coniunctio verò spiritualis id efficit, vt sint duo, in uno spiritu, secundum illud quod dicit Apost. Qui adhæret Deo unus spiritus est cum eo, Vtrique autem, carnali scilicet, & spirituali cõiunctioni competit, quod superius est præmissum: quod Deus coniunxit homo non separet: ut nec liceat homini carnali matrimonio legitimè copulatos diuidere,

Similis Innocentii epistola extat, cap. inter corporalia. de translatione Episcopi.

diuidere, nec spirituali cõiugio canonicè vinctos, ut Episcopum, & suã eccle. separare. Licet autẽ uideri posset ex his, q̃ summus Põtifex, spirituale matrimoniũ, Epi scilicet, & Eccl. separare nõ possit: cum tñ ex cõsuetudine, quæ est optima legum interpres, & sacris canonibus habeatur, q̃ p cessionẽ, depositionẽ, & trãslationẽ, quæ soli sunt Sedi apo. reseruata, sup hoc plenã habeat potestatem. Sanè intelligentibus id, nullum dubitationis scrupulum generabit: cum non humana, sed diuina fiat auctoritate, quod in hac parte p summum Põtificẽ adimpletur: qui nõ hominis puri, sed ueri Dei uerè Vicarius appellatur. Nã quãuis simus apostolorum principis successores, nõ tñ eius, aut alt̃ cuius Apostoli, uel hominis, sed ipsius sumus Vicarij Iesu Xp̃i: Vnde quos Deus spirituali cõiunctione ligauit, nõ homo, quia non Vicarius hominis, sed Deus, quia Dei Vicarius separat: cùm Epos a suis Sedibus per eorum cessionem, depositionem, & translationem aliquando remouemus. Quę ttia ex hac, quam ostendimus ratione, meritò sunt Romano tantum Põtifici reseruata: qui licet alios Episcopos uocauerit, ĩ partem solicitudinis, sibi tamẽ retinuit plenitudinem potestatis. Siquidem ex literis uenerabilium fratrum nostrorum Mediolanen. & Rauennat. Archiepiscoporum, & Vercellen. Terdonen. Placentin. Parmen. Laude. & Mutinen. Episcoporum, & dilectorum filiorum Capituli, prępositorum, & uniuersi cleri, cõsulum, & populi Papien. accepimus, q̃ bonæ memorię L. Papiensi Epo uiã uniuersę carnis ingresso, ipsi Capitulum, & clerus Papien. in te unanimiter cõuenerunt, te sibi petẽtes in Episcopum ab apostolica Sede concedi. Licet (qđ negligentię ipsorum ascribimus) ipsi te eligisse scripserint, quem eis eligere non licuit, sed tatummodo postulare: quia cùm esses spiritualiter alligatus uxori, nisi facta priùs solutione, in te nõ poterat legitimè cõsentiri. Quia uerò in talibus euidens utilitas, & urgens necessitas, secundum instituta canonica solent, & debent attendi, utrùm hæc postulatione ipsorum fauorabilem redderent, & assensu Sedis apostolicæ non indignam, cum fratribus tractauimus diligenter. uisum est nobis, & fratribus nostris nõ modicum utile, ut de minori ciuitate ad maiorem, de minùs populosa diœcesi ad populosiorem, de minùs nobili ad nobiliorem ecclesiã trãsire debeas: ubi cõcessum tibi scientiæ, & eloquẽtiæ donum ad profectum plurimum ualeas exercere: & creditum tibi talẽtum sub usuris fertilioribus ualeas erogare. Necessarium etiam subtiliter intuẽtib. uidebatur, cum si a Sede apost. nunciꝰ, quos docti capitulũ, & clerus Papien. ad nòs destinarunt, uacui rediuissent prætet personarum laborem, & magnitudinem expensarum, quas frustra fecisse dolerent, dissensionis incõuenien. Ecclesiæ Papien si forsitã proueniret, quod nobis, & Ecclesię Romanę posset ab aliquibus imputari. De tua igitur idoneitate securi, utpote cuius scientiam, & eloquentiam, ac morum honestatem, nos, & fratres nostri plenè cognouimus, dũ apud Sedẽ esles apostolica cõstitutus, & familiaria exempla sequentes, ut uetera relinquamus cum tẽporib. nostris, de Epo ĩ Epum: ut Venestranus in Auersan. de Epo ĩ Archiepiscopũ, ut Antien. in Viennen. de Archiepo ĩ Archiepiscopum, ut Tarsen. in Nazaren. de Archiepiscopo in Patriarcham, ut Cæsarien. in Hierosolymitan. & quod plus est, de Archiepiscopo in summum Põtificẽ, sicut bonæ memoriæ Vrban. Papa prædecessor noster, qui de Mediolanen. ecclesia, fuit in Pontificem Romanum assumptus, translatione fuerint sæpius celebrate, supradictorum capituli, & cleri petitioni clementer annuimus, & ut à Lauentin. transeas ad Ecclesiam Papien. de benignitate Sedis Apostolicæ facultatem tibi liberam auctoritate præsentium indulgemus. Nulli ergo &c.

Datum Reat. VI. Id. Augusti.

Similis Innocentii epistola extat, cap. Inter corporalia. de translatione Episcopi.

ALFONSO EPISCOPO, ET CAPITULO AURIEN. confirmatur illorum statutũ de numero canonicorum.

POstulatũ fuit à nobis ex parte uestra, quod deliberatione prouida unanimi

ter statuistis ad conseruandam indemnitatem ecclesiæ, & repellendam quorundã potentum, improbitatem, qui ecclesiã uestã sepius prægrauabãt, ne plures triginta sex canonicis liceret in nestra ecclesia ordinari, auctoritas Sedis apostolicæ cõfirmaret. Nos ergo uestris iustis postulationibus annuentes, præmissum canonicorum numerum, sicut à uobis prouidè noscitur institutus, ratum habentes salua in omnibus apostolicæ Sedis auctoritate, præsenti pagina confirmamus, nisi forte in tãtũ excreuerint ecclesiæ facultates, quod ex eis commodè ualeat pluribus canonicis prouideri. Nulli ergo, &c. Datum Romę, &c.

R. SANCTORVM MARCELLINI, & Petri presbytero Card. Abbati, & conuentui Cassinen. Quæ ipsis commendat Episcopum S. Georgii, ut eum liberaliter, donec conualescat, alant.

APud religiosos extrinseca, & aliena cõmẽdatione non indiget, quem propria, & innata intus religio, & scientię progatiua cõmẽdãt: & nõ minus his duobus iuuat causa, quã gerit: uirtus n. se se diligit, aspernaturq; cõtraria, & similia in similibus delectãtur. Quãta enim religione polleat uenerabilis frater noster Episcopus Sancti Georgij, & locus indicat, in quo laudabiliter olim abbatis impleuit officium, utpotè, in quo uigẽt regularia instituta, & canonica disciplina seruatur, & dignitas ad quẽ est uocatus, euidẽtius ipsius mores ostẽdũt. Quãtũ verò, & in quibus peritus existat, eloquẽtia sapiẽtię, ac uerbum eius testimoniũ perhibet ueritati: quod tantò ex ipsius familiaritate, quam nostra significatione pleniùs cognoscetis, quãdo fidelior testis est oculus, quàm auditus. Getens aũt causam nõ propriã, sed cõmunẽ, nõ priuatę personę, sed ecclesiæ, immò Christi functus legatione orientalium principum ad principes occidentis. Stetit fideliter, & constanter corã chariss. in Xpo filijs nostris Philippo Francorum, & R. Anglorum Regibus illustribus uerbum legationis, & causam exposuit Crucifixi. Et licet ī ore eius uerbum domini non fuerit alligatũ, nec aliquid ex cõtingẽtibus omiserit, quia ẽt uterq; Regũ in alterũ proprias intendebat iniurias uindicare, neutrũ ad plenũ tetigit iniuria Iesu Christi. Quãuis autẽ uoluissent, eidẽ Episcopo honores in regnis suis, & amplos redditus assignare, maluit tamẽ exercere pulueré de pedibus suis, terrã eorũ egressus in testimoniũ illis, q̃ suę legationis causa neglecta, exule, ac paupere Xpo ditari: æstimãs quia uocati nõ fuerũt digni paratis nuptijs, & triumpho: in quorũ manibus tauros pingues, qui eũ obsederãt, & altilia, quæ in hæreditatẽ dñi flatus tulerat aquilonis, Christus forsitã, occidisset: malès p nos in subsidiũ pauperũ terræ orietalis, saltẽ pauperũ, & debiliũ multitudinẽ cõgregare: ne fortè cõsentirẽt maiores, & diceret: Manus nostra excelsa, & nõ Deus fecit hæc omnia. Cùm igitur ad uerbum ipsius, immò potius ad uocẽ domini per uniuersam Italiã inter nostræ promotionis initia literas, curauerimus destinare, nec ei expediat, ut appareat in conspectu domini uacuus sine fructu recedẽs, ipsius de uoluntate fratrũ nostrorũ nõ ad petitionẽ suã, sed motũ nostrũ ad monasteriũ uestrũ duximus destinãdũ: ut ibi aeris in clemẽtiã tẽperie fugiat autumnali. Rogamus igitur uniuersitatem uestrã, monemus, & exhortamur ī domino, per apost. uobis scripta mãdantes, quatenus eum benigne recipientes, pariter, & deuotè, sicut tantum Episcopum decet, & populi christiani Legatũ, honorare curetis: & ī necessarijs omnibus ita liberaliter ei prouidere, q̃ nos id gratũ habere possimus, & ipse uobis, & Eccle. Cassinen. in posterum obligetur, ac uos religiosos literatos pariter, & honestos uideamini affectuosius in domino amplexari: sciturí quòd sicut gratum nobis erit plurimum, & acceptum si eum officiosè curaueritis honorare, ita pro certo graue nobis & molestum existet, si (qd non credimus) mandatum nostrum neglexeritis exaudire: cum eius prouisio magis uobis ad præmium æternum proficiat, quam ei accedat ad commodũ temporale. Dat. Romę, &c.

CALA-

CALARITAN. ARCHIEPISCO po N. Episcopo Soran. & N. electo Turritā. Qua iis committitur causa Archiepiscopi Arborensis, contra Capitulum suum.

CVm pro controuersijs, quæ inter uenerabilem fratrem nostrum N. Archiepiscopum ex una parte, & dilectos filios canonicos Arboren. uerterentur ex altera, ipse Archiepiscopus, & Petrus de Staura presbyter ex parte capituli ad nostram præsentiam accessissent, dictus P. presbyter Archiepiscopum paratum esse dixit in multis & grauibus accusare: quę super homicidio, periurio, excommunicatione, incendijs, incantationibus, larda tione hominis cū lardo, & cera: & quòd à nepote suo. N. Saracenis de Sicilia uendi concessit ecclesiæ suæ mācipium christianum, & alijs enormitatibus; & capitulis uolebat impetere aduersus eum tepore congruo proponendis. Verùm ipse Archiepus propositit ex aduersō, quòd cum bonis ecclesiæ suę p nobile uirū Vulliel. Marchione iudice Calaritan. & cōplices eius eēt minùs rationabiliter destitutus, nō tenebatur ęmulis respōdere: qui cum prædicto Marchione spoliatione suā fuerāt machinati, nisi esset antea restitutus: quos etiam ab accusatione sua dicebat alijs rationibus repellendos. Vnde aūt prędictos Marchionem, & canonicos aduersus se cōmotos diceret extitisse, sequentia uos uerba poterūt edocere. Cùm n. idem Marchio auctoritate quōdam Apo. Sedis excōmunicatiōis uinculo innodatus, nobilem uirum A. Arboré iudice, & filium eius paruulū cepisset, & nequiret carcerari fecisset custodiæ mancipari, eorū terra, quam ab ecclesia R.o tenebant, per uiolentiam occupata, ipse Archiepiscopus, qui natione Ianuen. erat, ira ipsius Marchionis, & qui secū erant, metuens, Pisanorū ad partes alias declinauit: in cuius absentia Marchio, & fautores eius Arboren. Ecclesiam spoliarunt in parte: & suffraganei sui, & clerici dicto Marchioni nec excōmunicatione notato, Arborēn. terrę sceptrū solenniter concessērunt: Verùm cùm tempore procedente idem Archiepiscopus ad ecclesiam suam reuersus, præfatos clericos de eo, quod (ut sibi uidebatur) in cōtemptum Apost. Sedis fecerat, redarguēret: nec uellet sine mandato Apo. Sedis præfatum Marchionem habere patronū: timentes (vt credebatur) clerici, nè coram ipso Archiepiscopo de sua posśent iccōtinentia conueniri, contra eum cum dicto Marchione seditionem fecerunt: quem nihilominus in populo diffamantes, per duos de socijs suis ad Sedem Ap. appellarunt: sed duobus mensibus post elapsis, pœnitentia ducti, ab eo ueniam postulantes, remissis utrinq; iniurijs, in ipsius gratiam redierunt. Cùm autem postmodum uenerabilis frater noster Pisan. Archiepiscopus Legatus Sardiniæ illuc uenisset, præfatus P. de Staura clericus Arboren. procurator à Cap. constitutus, super remissis cōuitijs dictum Archiepiscopum ad Sedem ap. appellauit. Sed in præsentia dicti Archiepiscopi Pisani partibus constitutis, cùm canonici Arboren. ibidē uellent suū Archiepiscopū cōuenire, nè prouocationis beneficio responderet eis sectuentem: renūciantes appellationi, quam fecerant, quòd nollent habere Papam, nisi Pisanum Archiepiscopum, responderunt. Cùm autem coactus ab eodem Archiepiscopo, ut aduersarijs respōderet, & securitatem sibi à Marchiōe dari, ac suis pereret, & etiā aduocatum: & id obtinere nō posset, ad cōmunē appellationis remediū cōuolauit. Postea uerò Pisani facientes in eū impetū, quem petierat aduocatum, ipsum occidere noluerunt. Compulsus tandem à sępè dicto Pisano Archiepiscopo appellatione sālua, quam fecerant, excludendo P. memoratum tanquàm minùs idoneū, respondit, quòd eum nō posset ullatenus accusare: & hoc incontinenti cōstare poterat, ut dicebat, & quoniam iam dicti Marchionis, & suorum instinctu falsos contra se testes timuit introducī: & memoratus Pisanus Archiepiscopus laicos testes, bonæ opinionis, & famæ, contra P. aduersarium suum admittere recusabat: denuo propter præmissa grauamina coram maiori parte prælatorum Sardiniæ Sedem Apo. appellauit: & cū apostolos ab ante fato Archiepiscopo

postulas-

postulasset, & ut cõpelleret Marchionẽ, nè impediret eum, quo minùs posset de rebus Archiepiscopatus sibi sumere necessaria, nihil horũ potuit obtinere, quin immò postea fuit per Marchionem ipsum equis propriis spoliatus qui etiã inhibuisse dicitur, ut nullus eum in naui sua reciperet, ad Ro. Ecclesiam accedẽtẽ: & hospitalarium quendam, qui habebat vestes ipsius Archiepiscopi commendatas ad tempus, fecit in custodia detineri: apponens etiam iniquitatem iniquitati, per iudicem Turritan eum capi fecit, & arcto carceri mancipari longo tempore, compedibus ferreis religatũ. Testes etiã partis aduersę, post recessum suum dictus Pisan. Archiepiscopus aduersus eum proponitur recepisse. Postea uerò (sicut domino placuit) liberatus de rebus Archiepiscopi, quas occupauerat Marhio sæpè dictus, nihil potuit per Arboren. Archipresbyterum, & per suum canonicum obtinere: quin potiùs duo de clericis suis post appell. ad nos interpositam, septem panes cereos, quos ad donum Templi mittebat, sibi per uiolentiam abstulerunt. Quia uerò neutra partium fidem nobis facere poterat de præmissis, causam ipsam de uoluntate ipsorum uobis duximus cõmittendam: per apostolica scripta districtè præcipiẽdo mandantes, quatenus si rẽ ita noueritis se habere cum laicis super ecclesiis, & personis Ecclesiasticis, non sit attributa potestas, quicquid à sępe dicto Marhione, & fautoribus eius in præiudicium prænominati Arboren. Archiepiscopi, uel ecclesiæ noueritis attentatum: denunciantes penitùs non tenere, ad faciendam sibi restitutionem plenariam, præfatum Marhionem, & complices suos, omni contradictione, & appellatione cessantibus, per censuram ecclesiasticam cõpellatis: & non obstãte, quòd sæpè dictus Pisan. Archiepiscopus post appellationem ad nos interpositam, & iter arreptum ad Sedem apostolicam ueniendi, lite nõ cõtestata: præsertim in criminali contra eũ testes recepit, sicut ex insinuatione literarũ eius liquido intelleximus super omnibus, quæ aduersum se partes duxerint proponẽda: & in bona Ecclesię ipsius Archiepiscopi tempore diminuta sunt, uel etiã augmentata, uocatis ad uos, qui fuerint euocandi sine personarum acceptione, solum Deum habentes præ oculis, seruato iuris ordine, inquiratis plenissime ueritatem: & usq; ad diffinitiuam sententiã, remoto appellationis obstaculo procedentes, gesta omnia sub sigillorum uestrorũ testimonio nobis transmittatis: certis terminum partibus assignantes, ad quem recepturę sententiam nostro sè conspectui repræsententur. Testes appellatione remota, cogantur: prouisuri nè huius occasione discordię bona Arboren. ecclesiæ ab alterutra parte per dilapidationis uitiũ disturbantur. Nullis literis obstantibus præter assensum partium, &c.

Datum Reat. III. Idus Augusti.

N. IEMOVICEN. EPISCOPO.

quod clericorum uitia liberè & audacter corrigere possit.

AD audientiam nostram te significante peruenit, quòd cum corrigere uis clericorũ excessus exercentium negociationem illicitam, & usuras uacantium ludis illicitis, & habentiũ cõcubinas, ipsi ut tuã correctione eludãt, ad Sedẽ apost. uocẽ appellatiõis emittunt. Ne igitur excessus delinquentium hac occasione remaneãt impuniti, fraternitati tuæ auctoritate præsentium duximus indulgendum, ut prædictos excessus corrigas, & emendes: & si qui super hoc duxerint ad Sedem Apostolicam appellandum, statuas eis terminum competentem: infrà quem si appellationem prosequi fortè noluerint, ex tunc in eos correctionem non differas sublato appell. obstaculo canonicam exercere.

Datum Reat. III. Idus Aug.

PETRO ABBATI PRAEMONstraten. & cæteris Abbatibus & Canonicis Præmonstraten ordinis, tam præsentibus, quam futuris regularem uitam professis in perpetuum. De illorum probatione, deque priuilegiis & uiuendi ratione.

IN

IN eminenti apostolicę Sedis specula (licet immeriti) disponente domino constituti, pro singulorum statu solliciti esse compellimur, & ea syncerè tenemur amplecti, quæ ad incrementum religionis pertinent, & ad uirtutum spectant ornatum, quatenus religiosorũ quies ab omni sit perturbatione secura, & a iugo mundanę oppressionis seruetur illęsa, cũ apostolica fuerit tuitione munita. Attendentes, itaque, quomodo religio, & ordo vester multa refulgens gloria meritorũ, & gratia redolẽs Sanctitatis, palmites suos à mari vsq; ad mare extenderit, ipsum ordinem, & uniuersas domos eiusdem ordinis apostolicę protectionis præsidio duximus confouendas, & præsenti priuilegio muniendas. Ea propter dilecti in domino filij, uestris iustis postulationibus benignius annuentes, ad exemplar felicis recordationis Alexandri, Lucij, Vibani, & Clementis prędecessorum nostrorũ Romanorũ Pontificũ, uniuersas regulares institutiones, & dispositiones, quas de cõmuni consensu, uel maioris, & sanioris partis fecisus, sicut inferius denotantur, auctoritate apostolica roboramus, & præsentis scripti priuilegio communimus: uidelicet ut ordo canonicus, quemadmodum in Pręmõstraten. Ecclesia, secundum B. Augustini regulã, & dispositionem recolendæ memoriæ Norberti quõdã Præmõstraten. ordinis institutoris, & successorum suorum, in cãdido habitu institutus esse dignoscitur, per omnes eiusdem ordinis Ecclesias ppetuis temporibus inuiolabiliter obseruetur, & eiusdem penitus obseruatię. Iidem quoq; libri, qui ad diuinum officium pertinent, ab omnibus eiusdem ordinis uniformiter teneantur: nec aliqua Ecclesia, uel persona ordinis uestri aduersus cõmunia ipsius ordinis instituta priuilegium aliquod postulare, uel obtentum audeat quomodolibet retinere. Nulla etiam Ecclesiarum ei, quam genuit, quamlibet terreni commodi exactionem imponat, sed tm pater Abbas cum de professu, tam filij abbatis, quam fratrum domus illius habeat, & potestate habeat sedm ordinẽ corrigendi, quę i ea nouerit corrigenda: & illi ei tanquam patri reuerentiã filialẽ humiliter exhibeãt. Abbas aũt Præmõstratẽ. Ecclesię, q̃ mater esse dignoscitur aliarũ, nõ solũ in his Ecclesijs quas instituit, sed etiã in omnibus alijs eiusdem ordinis, & dignitatẽ, & offi eiũ patris obtineat, & ei ab omnibus tàm abbatibus, q̃ fratrib. debita patri obedięntia impendatur. Præterea omnes abbates ordinis uestri, singulis annis, ad generale capitulũ Pręmonstraten. postposita omni occasione cõueniant: illis solis exceptis, quos a labore uiæ corporis retardauerit infirmitas: qui tũ idoneũ pro se delegare debebũt nũciũ, per quẽ necessitas, & causa remorationis suæ capitulo ualeat nunciari. Hi aũt, qui in remotioribus partib. habitãtes, sine graui difficultate singuiis annis se nequiuerint capitulo presentare, in eo termino conueniant, qui in ipsõ eis capitulo fuerit cõstitutus. Si uerò cui libet Abbatũ, aut Præpositorũ, per contumaciã uestrũ capitulum frequẽtare desierint, liceat abbati Præmonstratensi, consilio sui capituli, eos vsq; ad dignã satisfactionem sententia percellere regulari: & sentẽtiã, quã præfatus Præmõstraten. Abbas, siue in generali capitulo, siue extra capitulũ cõsilio Coabbatũ, in Prelatos, & subditos totius ordinis uestri canonicè tulerit, nulli Archiepiscoporũ, seu Episcoporũ, nisi fortè de mãdato Romani Pontificis, liceat relaxare. In generali igitur uestro Capitulo presidẽte Abbate Præmonstrate. ceteriscq; cõsidentibus, & in spiritu Dei cooperatibus de his, q̃ ad ædificationẽ animarũ, ad instructionẽ morũ, & ad informationẽ uirtutũ, atq; incremẽtũ regularis disciplinę spectabunt, sermo diligęs habeatur. Porrò de omnibus quęstionibus, & querelis, tàm spiritualibus, q̃ tẽporalibus, quæ in ipso capitulo proposite fuerint, illud teneatur irrefragabiliter, & seruetur, q̃d Abbas Pręmõstrate. cũ his, q̃ sanioris cõsilij, & magis idonei apparuerit, iustè, ac puide iudicabit. Sanè si abbas alius uestri ordinis infamis, uel inutilis, aut ordinis sui pnaricator inuẽtus fuerit, & priùs p patre suũ Abb. aut p nũcios eius admonitus, suũ corrigere, & emẽdare delictũ neglexerit, aut cedere (si amouendus fuerit) spõte noluerit, aucto, gñalis capituli

pituli deponatur: & depositus sine dilatione ad domũ unde exiuit, seu ad aliam eiusdẽ ordinis, quã elegerit, sine ulla conditione tẽporalis cõmodi reuertatur, in obediẽtia Abbatis, sicut cæteri fratres ipsius domus firmiter pmansurus. Id ipsum etiã alio tẽpore (si necesse fuerit) & Capitulũ, sine scãdalo, uel periculo expectare nequiuerit, per Abbatẽ Præmõstratẽsem, & patrẽ Abbatem, & alios Abbates, quos uocauerit fieri licebit. Quod si depositus in se datæ sentẽtiæ cõtumaciter contraire tẽtauerit, tàm ipse, q̃ principales eius, qui de ordine uestro fuerint in sua contumacia fautores, ab Abbate Præmõstraten. & cæteris abbatibus cẽsura Ecclesiastica, donec satisfaciãt, arceãtur. Verùm cũ aliqua Ecclesiarũ uestrarũ abbate proprio fuerit destituta, uel cũ ibi abbatis electio regulariter nõ fuerit celebrata, sub patris Abbatis potestate, ac dispositione cõsistat, & cũ eiusdẽ cõsilio, qui eligẽdus fuerit, à canonicis eligatur. Electo autem fratres Ecclesiæ statim obedientiam promittãt: qui nõ quasi absolutus à potestate patris Abbatis, uel ordinis sui, Archiepiscopo uel Episcopo, in cuius diœcesi fuerit, præsentetur, plenitudinẽ ab eo officij perceptur: ita tamẽ, q̃ post factam Archiepiscopo, uel Episcopo suo, professionem, occasione illa nõ trãsgrediatur constitutiones ordinis sui, nec in aliquo eius præuaricator existat. Siquis etiam ex uobis canonice electus in Abbatem, diœcesano Episcopo semel, & iterum per Abbates uestri ordinis præsentatus, benedictionem ab eo nõ potuerit obtinere, nec ecclesia, ad quã uocatus est, destituta cõsilio periclitetur, officio, & loco abbatis plenarie, secũdũ ordine fungatur in ea, tam in exterioribus prouidẽdis, q̃ in interioribus corrigẽdis, donec aut interuentu generalis capituli uestri, aut præcepto Romani Põtificis, seu metropolitani, benedictionẽ sũã obtineat. Porrò nulla persona ecclesiastica pro chrismate aut cõsecrationibus, & ordinationibus, aut pro sepultura pretium, aut pro benedicendo Abbate, & deducendo in Sedem suam palefridum, aut aliquod aliud à uobis exigere, nullus uestrũ, etiã si exigatur, dare præsumat: quia & exigentem, & dantẽ nota, & periculi Simoniacæ pranitatis inuoluit. Cæterùm si aliqua ecclesiarũ uestrarũ pastoris solacio destituta inter fratres de substituendo Abbate discordia fuerit, uel scissura suborta, & ipsi facile ad concordiã, uel unitatem reuocati nequiuerint, pater Abbas cõsilio Coabbatum suorũ eis idoneã prouideat personã, & illi eã sine cõtradictione recipiãt in Abbatẽ: quã si recipere cõtẽpserint, sententię subiaceãt, quã pater Abbas cũ consilio Coabbatũ suorũ in eos duxerit auctoritate ordinis promulgãdã. Ad hæc quoniã præmõstratẽ. Ecclesia prima mater ẽ omniũ ecclesiarũ totius ordinis, & patrẽ super se aliũ nõ hẽt, sicut ad cautelam, & custodiã ordinis statutum est, per tres primos Abbates Laudunen. Floresien. Cuiusiacen. annua ibidẽ uisitatio fiat: & siquid in ipsa domo corrigẽdũ fuerit, absq; maiori per eos audiẽtia corrigatur. Quod si Abbas in corrigendo tepidus, & fratres sæpiùs moniti incorrigibiles permanserint, ad generale capitulum referatur, & sicut melius uisum fuerit, cõsilio generalis capituli emẽdetur, & sententia in hac parte capituli sine retractione aliqua obseruetur. Quoties uerò ecclesia Præmonstraten. sine abbate fuerit, ad prefatos tres abbates eius cura respiciat, & à canonicis ipsius ecclesię, cũ eorũ cõsilio persona in abbatẽ idonea eligatur: ad consiliũ suum quatuor alijs abbatibus ad eãdẽ eccle. pertinentibus pariter aduocatis, quos ipsi canonici, puiderint aduocãdos. Liceat quoque unicuiq; matri eccle. ordinis uestri cũ cõsilio abbatis Præmõstratẽ. de abbatibus ecclesiarũ, quę ab ea processisse noscũtur, siue etiã de alia eiusdẽ ordinis ĩferiore ecclesia, sibi quęcũq; uoluerit (si tamen idoneus extiterit) in abbatẽ assumere. Personã autem de alio ordine nulla eccl. uestrarũ sibi eligat in abbate, nec uestri ordinis aliqua i abbatẽ monasterij alterius ordinis, nisi de auct. Ro. Ecclesiæ, ordinetur. Nulli ẽt canonicos, uel conuersos uestros sine licentia abbatũ recipere, aut susceptos liceat retinere. Sanè nulli eccle. uestri ordinis liceat ad aliquam aliã professionem temeritate qualibet se transferre. Si quę verò eccle. canonicorum alterius

stius ordinis ad ordinem vestrum venerint, ad eccle. vestri ordinis habeant, sine refragatione respectũ, in qua uestrũ noscũtur ordine assumpsisse. Preterea si inter aliquas ecclesias uestri ordinis de temporalibus quæstio emerserit, nõ extra ordinem ecclesiastica, uel secularis audientia requiratur, sed mediante Præmonstraten. Abbate, & cęteris, quos uocauerit, aut charitatiuè inter eas componatur, aut auditis utrinq; rationibus eadem controuersia iusto iudicio terminetur. Ad maiorem quoque ordinis uestri pacem conseruãdam, districtius prohibemus, ne aliquis prælatorum, uel subditorum uestrorum in his, quæ ad disciplinam, & instituta ordinis spectant, audeat pro vt statutum est in Lateranen. concilio appellare: sed si quisquam appellare tentauerit, nihilominus illi, quorum interest, regularem disciplinam exercere debebũt. De cætero quoniam à stepitu, & tumultu secularium remoti pacem, & quietem diligitis, grangias vestras, & curtes, sicut & atria ecclesiarum, à prauorum incursu, & uiolentia libera fore sancimus, prohibentes, vt nullus ibi hominem capere, spoliare, uerberare, seu interficere, aut furtum, vel rapinam committere audeat: Ob euitãdas verò sæcularium uirorum frequentias, liberum sit uobis, saluo iure diœcesanorũ Episcoporum, oratoria in grangijs, & curtibus uestris construere: & in ipsis vobis, & familiæ, uestræ diuina officia, (cùm necesse fuerit) celebrare, & ipsam familiam, nisi aliqui sint, qui inuicinia habeant propria domicilia ad confessionem, communionem, & sepulturam, cum uestri ordinis honestate suscipere. Liceat quoq; uobis personas liberas, & absolutas è sæculo fugientes, ad conuersionem recipere, & eas cum rebus suis sine contradictione aliqua retinere. Infirmos quoq; absolutos, qui in extrema voluntate ad uos se trãsferri aut apud uos sepelliri deliberauerint, nullus impedire, seu res eorum legitimas detinere præsumat: saua tamen hæredum legitima portione, & canonica iustitia illarum ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur. Ad maiorem etiam ordinis vestri reuerentiam, & regularis disciplinæ obseruantiam, uobis filij Abbates subiectos vestros ligandi, & soluendi plenam concedimus facultatem. Quia uerò singula, quæ ad religionis profectum, & animarum salutẽ ordinastis, præsertim abbreuiationi nequiuere annecti, nos cum his, quæ prescripta sunt, cõsuetudines vestras, quas inter uos religionis intuitu regulariter statuistis, & deinceps auctore domino statuetis, auctoritate Apostolica roboramus, & vobis, vestrisque successoribus, & omnibus qui ordinẽ vestrum professi fuerint, perpetuis temporibus inuiolabiliter obseruandas decernimus: nec aliquæ literæ habeant firmitatẽ, quæ tacito nomine Præmonstraten. ordinis, contrę libertates uobis ab apostolica Sede indultas fuerint impetratæ. Sanè laborum vestrorum, quos proprijs manibus aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis vestrorum animalium, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præsumat, licet fundorum dominis pro rei proprietate aliquem censum, vel quotamlibet partẽ frugum reddatis. Interdicimus verò Episcopis, & alijs ecclesiarum prælatis, nisi seruato euectionis numero, in Lateranen. concilio constituto, in vestris monasterijs hospitari. Ad grãgias autem vestras, & ad curtes hospitandi gratia, non nisi in magna necessitate diuertant, & tunc contenti sint ipsarum mansionum cibarijs consuetis cũ honestate atque charitate exhibitis. Nulli autem sæculari personæ vel ecclesiasticę in aliqua domorum uestrarum liceat carnibus uesci, nisi manifeste ęgritudinis causa, & hoc in solis Monasteriis conuetualibus vestris. Prohibemus iu super, ne aliqua persona fratres ordinis uestri audeat ad sæcularia iudicia prouocare: sed siquis aduersus eos aliquid sibi crediderit de iure competere, sub ecclesiastici examine iudicij experiẽ dꝝ habeat facultatẽ. Licitũ præterea uobis sit, in causis uestris fratres uestros idoneos ad testificãdũ adducere, & eorũ testimonio (sicut rectum fuerit) & propulsare uiolẽtiã, & iustitiam uendicare. Prohibemus quoq;, ne cuilibet ecclesiasticæ, vel seculari personæ fas sit in ecclesijs uestris contra statuta Lateranen. cõcilij tallias exercere, vel quaslibet alias vobis ineptas, & iniquas exactiones imponere. Interdicimus etiam uobis, ne feras, aues, carnes, sues, & cætera huiusmodi curiositatis animalia à quolibet ad nutriendum, siue custodiendum in detra-

ctionem

ctionem vestri ordinis suscipere præsumatis. Porrò, ut quietius Deo seruire possitis, discurtēdi à uobis necessitas auferatur, præsenti scripto duximus indulgendū, vt si Episcopis uestris, aut malitiosè differentibus, uel pro iusto impedimento, non valētibus ordinationes, & cætera ecclesiastica ministeria uobis conferre, aliquem Episcopum, de cuius ordinatione, & officio plena sit nobis notitia, hospitem uos habere contigerit, liberum sit uobis ab eo, & ordinationes, & cætera sacramenta suscipere: dum tamen præiudicium diœcesano Episcopo nō debeat generare. Præterea postulatione uestra clementius inclinati, præsenti pagina duximus inhibendum, ne quis Archiep̄s vel Ep̄s, aut eorum officiales ecclesias uestras, seu regulares personas eorū, absq; manifesta, & rationabili causa interdicere, seu suspendere præsumat: sed siquid in eis fuerit corrigendum, ad audientiam generalis capituli Præmōstraten. referatur, & ibi prout iustitiæ, & honestati congruerit emendetur. Porrò si qui Episcopi, aut eorū officiales in personas uestras, aut Ecclesias sententiam aliquam contra libertatem eisdem à prædecessoribus nostris, vel à nobis indultam, promulgauerint, eandem sententiam, tanquam contra Apostolicæ Sedis indulta prolatam, statuimus irritandam. Decernimus ergo, &c. salua Sedis Apostolicæ auct. Si qua igitur, &c. Datum Reat. per manum Raynaldi domini Pap. notarij cancellarij uicem agentis. VI. Cal. Aug. indictione prima anno Dominicæ incarnationis. M.C. XCVIII. Pont. uerò Domini Innocentij Pap. III. Anno primo.

N. DECAN. VLIXBONEN. N. DE alcobatia, & N. Sanctę Mariæ de carcadi prioribus. Committitur ijs causa Epis. Colimbrienſis, & monasterij Sanctæ crucis.

Ex insinuatione uenerabilis fratris nostri. N. Colimbrien. Episcopi, nostris est auribus intimatum, quod cùm indulgētia, quæ concessa dicitur canonicis Sanctæ Crucis, à bonæ memoriæ Mich. prædecessore suo Colimbrien. canonicorum subscriptiones contineat, nunquam tamen in ea dicti canonici subscripserunt, cuius tenor talis esse proponitur. In nomine patris, & filij, & spiritus Sancti amen. Ego M. Dei gratia Colimbrien. Episcopus sciens, ut ait Beat. G. valdè necessarium, & honestum esse Deo seruientium quieti prospicere, atq; de eorum perpetua securitate tractare, & attendens nihilominus Colimbrien. monasterium S. Crucis à Sacrosancta Rom. Ecclesia, quę caput, & mater est omnium Ecclesiarum, per Dei gratiam integram libertatem habere, laudo, & confir. & cum assensu canonicorum meorum spontanea uolūtate confirmamus. Libertatem uobis scilicet, & Domno I. eiusdem monasterij priori, & cæteris fratribus tām præsentibus, q̄ futuris in eodem monasterio regulare uitā professis in perpetuum, quatenus, & conseruantes in Dei seruitio, gratia ipsius suffragante, mente libera persęuerent: & ordo canonicus, qui secundum Deum, & Beati Augustini regulam ibidem cooperante domino noscitur institutus, perpetuis temporibus inuiolabiliter conseruetur. Confirmamus igitur, & firmiter statuimus, ut idem monasterium, cum suis parochijs, & parochianis, & confratribus, ab omni Episcopali iure, & exactione omnino sit liberum. Quascunque etiam possessiones, & quęcunque bona eadem Ecclesia in præsentiarum possidet, & possidebit, aut in futurum concessione Pont. largitione Regum, uel principum, oblatione fidelium, præstante domino poterit adipisci, vobis vestrisque successoribus, & per uos prædictæ Ecclesię Sanctę Crucis præsenti pagina confirmamus: in quibus hæc duximus propriis exprimēda uocabulis. Omnes uidelicet ecclesias in Castro Leirene, & in terminis eius, sicut cōtinetur in testamento regis. Ecclesias Sancti Romani, & Sanctæ Marię de Sena: Ecclesiam Sancti Ioannis de Alcoba: Eccl. de Mira: & Eccl. de Talauerio: Eccl. de Laurizal. omnes illas Eccl. quas in uestris populationibus nouiter ędificaueritis: quicquid etiam aliud Illustris Rex Portugalen. uobis dedit. Sanè laborum uestrorum, quos proprij manibus, aut sumptibus, colitis, siue de redditibus hæreditatum uestrarū, seu uillarū, nec ego, nec aliquis Eorum, qui in hac Sede post me sessuri sunt, a vobis decimas exigere præsumat. Siquis ad Eccl. vestrā cōuerti uoluerit, & ibidem habitū religionis assumere, nullus audeat prohibere.

Sepul-

Sepulturam quoq; eiusdem loci liberam esse concedimus, ut uidelicet quicunq; clericus siue laicus, se illic sepeliri deliberauerit, eius deuotioni, & extremæ uolũtati, nullus obsistat, nisi fortè antea pro aliqua rationabili causa fuerit excommunicatus, ita tamen, vt de suis bonis Ecclesiæ suę partem faciat: Chrisma quoq;, oleum Sanctum, cõsecrationes altarium, seu basilicarum ordinationes clericorum gratis, & absq; ulla prauitate, nos uobis semper exhibeamus: nec habeat ibi Episcopus quamlibet potestatem imperandi, uel prohibendi, vel aliquam ordinationem (quamuis leuissimã) faciendi, nisi fuerit rogatus, quatenus canonici semper maneant in maiorum suorum profecta libertate. Et siqua fortè causa inter hoc monasterium, & nostrã Sedem euenerit, & pacificè inter se non potuerit terminari, apud religiosos uiros Deum timẽtes, sine uoluntaria dilatione finiatur. Hãc ergo scripturæ huius paginam omni in futurum tempore, ab omnibus successoribus nostris firmam statuimus illabatamq; seruari: vt remotis cunctis uexationibus, diuinum opus cum summa animi deuotione perficiant, & in orationibus, & beneficijs eiusdem monasterij partem semper habeamus. Et ut Episcopi, & Priores huius Sedis specialiter in martirologio uestro conscribantur, & pro omnibus canonicis in unoquoque anno communis commemoratio fiat. Siqua a modo Ecclesiastica, secularisue persona sciens huius decreti paginam contra eam temerè uenire, seu in aliquo disturbare, uel minuere tentauerit, secundo tertióue commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, ream se diuino iudicio de perpetrata iniquitate cognoscat, &c. vsque ad uerbũ Am. Facta libertatis hoc Mense Martio Era. M.CC. regnante, & cõfirmante Ildefonso Portugalen. Rege Ego M. Colimbrien. Episcopus confirmo. Ego P. salua Sedis Sanctæ Marię prior confirmo. Ego dominicus præsbyter Archidiaconus confirmo. Ego M. Præsbyter & cantor confir. Ego Petrus Ioannis presbyter cõfir. Ego M. presbyter sacrista conf. Ego Cipria nus p: esbyter conf. Ego Telus presbyter conf. Ego Ciprianus presbyter conf. Ego Go. presbyter, cõf. Ego Christophorus presbyter confir. Ego Petrus presbyter Archidiaconus conf. Ego Telo pelagij presbyter confir. Ego Ioannes presbyter capellanus confir. Ego Gu. Presbyter confir. Ego Magister Laurentius presbyter conf. Ego Suarius presbyter conf. Ego P. Saluatoris presbyter conf. Ego P. Ioannis diaconus conf. Ego M. presbyter conf. Ego sua Petri presbyter conf. Ego Dominicus presbyter cõf. Quia uerò nobis non cõstitit de præmissis, causam ipsam uobis duximus committendam, per Apostolica scripta mandãtes, quatenus uocatis ad præsentiam uestram, quos propter hoc uideritis euocandos super præmissis, inquiratis plenius ueritatem, & vsq; ad diffinitiuam sententiam remoto appellationis obstaculo procedentes, gesta omnia nobis sigillorum uestrorum munimine roborata mittatis, certum terminũ partibus assignantes, ad quem recepturę sentẽtiã uostro se conspectui representent. Testes cogantur. Quod si omnes, &c. duo uestrum, &c. Datum Reat. II. idus Augusti.

N. ARELATEN. ARCHIEPISCOPO quod mutus est surdus possint matrimonium contrahere.

Capit cũ apud Sedem de spõsal; & matrimonijs.

CVm apud Sedem Apostolicam, cuiſlicet immeriti præsidemus, totius Ecclesiasticę disciplinę resideat magistratus, dignum est, & consonum rationi, ut quoties circa negocia uaria, & diuersa quicquàm dubitationis emerserit, ad ipsius iudicium recurratur: quę disponente domino, inter omnes Ecclesias obtinere meruit principatum. Sanè consuluisti nos per nuncios, & literas tuas, utrum mutus, & surdus alicui possit matrimonialiter copulari: ad quod fraternitati tuę taliter respondemus, quòd cùm prohibitorium sit edictum de matrimonio contrahendo, ut quicunque non perhibetur, per consequentiam admittatur, & sufficiat ad matrimonium solus consensus eorum, de quorum, quarumque coniunctionibus agitur, uidetur quòd si talis uelit contrahere sibi non possit, uel debeat denegari: cum quod uerbis non potest, signis ualeat declarari. Dat. Ro. apud S. Petrum idibus Iulij.

N. TA-

N. TARENTASIEN. ARCHIEpiscopo, & N. Episcopo Augustien. & N. Abbati Boni Montis.

LIcet iniunctæ nobis administrationis officium profectibus nos admoneat intendere singulorum, & tanquàm de cõmisso grege nobis rationem domino reddituri, ea cunctos facere exoptemus, quæ ad vitam proficiant sempiternam, fratres tamẽ, & Coepiscopos nostros, qui ĩ partem sunt solicitudinis euocati, sic uellemus cõmissi eis officij executionem diligenter peragere: quod non lucerna sub modio, sed supra candelabrum posita uideretur. Verùm cum de ipsis ea nostris auribus referuntur, quæ in infamiam Pontificalis dignitatis redũdãt, dolemus admodum, & turbamur: quia iuxta diuinæ Legis sententiam, si sacerdos, qui est vnctus peccauerit, facit delinquere populum. Olim siquidem cùm uenerabilis frater noster N. Lausanen. Episcopus felicis recordationis C. Papę prędecessori nostro a Capitulo suo delatus fuisset in multis, idem prædecessor noster ven. fratri nostro Mauritien. Episcopo, & dilectis filijs Beilę vallis, & de Charitate abbatibus apostolica auctoritate præcepit, ut ad Ecclesiã Lausanen. personaliter accedentes, quæ in eadem tam in capite, quàm in membris digna correctione cognoscerent, studerent diligenti solicitudine emendare. Qui cùm die statuta Lausannam accessissent, & fecissent in præfati Episcopi, & capituli præsentia commissionis literas recitari, sicut in eorum literis prospeximus cõtineri, ipsum Episcopum, & capitulum ad compositionẽ amicabilem faciendam, inducere studuerunt. Tunc capitulum duo instrumenta exhibuit, quorum unum erat sigillatum septem sigillis arbitrorum, in quos tam canonici, quàm Episcopus compromiserant memorati. Alterum verò erat sigillo iã dicti Episcopi consignatum: in quo se fatebatur reatum periurij incurrere, si ab arbitrio resiliret. Episcopus autẽ in præsentia delegatorũ iudicũ, quod arbitriũ illud nõ seruauerat, nec seruare, proposuit: asserens quod canonici priùs ab arbitrio resilierãt, & emẽdationẽ, quã super quibusdam articulis præfati arbitri ei facere cõpromiserant, nondum potuerat obtinere: & ideo se non incurrisse reatum periurij fatebatur; quia canonici priùs arbitrium uiolauerãt, & arbitrij paginam arbitri non curauerant emẽdare: quamquam (sicut in præsentia nostra cõfessus est) arbitrium ipsum post triẽnium approbauerit, cum eidem arbitrio si gillum apposuit, & ex tunc illud inuiolabiliter obseruauit. E contra verò canonici respondebant, quod nec ipsi ab arbitrio resilierant, nec aliquid arbitri promiserant emendare. Licet autem econtra Episcopus se probare promitteret, quod dicebat, in p̃sentia tamen ipsorum iudicum non probauit. Cùmq; præfati canonici super monetę diminutione, & exactione noui pedagij memoratum Episcopum conuenirent, & peterent, quod ab arbitris præceptum fuerat obseruari: respondit Episcopus memoratus, quod moneta erat proculdubio diminuta, nec licuit arbitris super hoc aliquid arbitrari: cùm tanquàm domino monetæ licitum ei sit, eã pro suo beneplacito minuere, & augere: & iste fuit vnus de articulis, in quibus emendationem arbitrij postulauit. Padagium autem à quadraginta annis acceptum fuisse asseruit, & in grauamen inimicorum suorũ se illud proposuit statuisse. Cùmq; addijcerent canonici ante dicti, quod prẽter illa, quæ in arbitrij instrumento continebantur, alia uellent contra eundem Episcopum proponere, & probare: respondit Episcopus, quod eos aliquatenus non audiret, quia non tenebatur coram ipsis iudicibus respondere: cum literæ commissionis non ex parte capituli, sicut continebatur in eis, sed per falsi suggestionem fuerint impetratę: quia P. de Ischã dens, qui eas impetrauit mandatum nõ habuit, vt talia postularet. Ad quod P. ipse respondit, quòd licet, cùm ad Romanam Ecclesiam accessit, non omnibus propositum suum reuelauerit, sed quibusdam: postquam tamen redijt, commissionis literas omnibus qui aderant in capitulo legit pariter, & exhibuit, & uniuersis ipsæ literæ placuerunt: & ideo asserebant Episcopum debere coram eisdem iudicibus respondere: quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur. Et quoniam eorum iudicium noluit sæpè fatus Episcopus subintrare, licet ipsi iudi-

ces

ces in eadem ecclesia multa digna correctione cognoscerent, & eam à statu pristino mirabiliter corruisse, & bona tã Epi, q̃ Capituli uiderent plurimum imminuta, in executione tamẽ mãdati apost. vltrà procedere noluerũt, negocium ipsum ad Romanam curiam remittẽtes. Ad hæc tã literis Capituli Lausanen, quàm religiosorum Abbatum, Comitum, & Baronum eiusdem diœc. & aliorũ multorũ nostro apostolatui est suggestum, quòd idẽ Epus bona ipsius Episcopatus dilapidando cõsumpsit, matrimonia nõ iniũgẽda cõiungit, & diuortia celebrat indiscretè: & cùm incõtinetiæ laboret infamia, familiaritatẽ amplectitur iniquorũ, iustitiã denegat postulantibus, & quibuslibet con umelio sè respõdet, in se nõ ostedẽs mãsuetudinẽ pastoralẽ. Præterea cõtra eũdẽ multa alia proferuntur, q̃ lõgũ esset literis psentibus enarrare: super quibus liquide oĩbus tãtò dolemus uehementius, & mouemur, quãtò eũdẽ Epum tanq̃ in Romana ecclesia enutritũ, & ab ea in põtificalis officij dignitatẽ assumptum, quantũ cum Deo possumus, synceriori charitate diligimus, & specialius amplexamur. Cùm aũt ipsum negociũ sub certa forma de concilio fratrũ uobis disposuerimus committẽdum, sæpè dictus Epus supuenit, cui cõtra dilectos filios, & canonicos Lausanen. & eisdẽ cõtra ipsum Epum ĩ præsentia nostra, fratrũ nostrorũ plenã cõcessimus audientiã. Ipsis ergo canonicis eadẽ q̃ prẽmissa sunt cõtra Epm ꝓponentibus, ipse circa iuramentum, & arbitriũ quæ ꝓmissa sunt replicauit: adiiciens, ꝙ nõ alio modo iurauit, nisi quia ĩ uerbo veritatis promisit, quanq̃ in instrumẽto sui sigilli munimine roborato, quod iuramentũ fuerit, exponere uideatur: & utraq; pars asserebat, ꝙ talis ꝓmissio uicem obtinet iuramenti. Adiiciebat etiã ꝙ cùm arbitri firmiter ꝓmisissent, ꝙ ad arbitriũ præstito priùs iuramento procederent, & id post modũ nõ seruasset, eorũ nõ tenebatur arbitrium obseruare: quanquã exceptiones huiusmodi nõ probauerit requisitus, sed earũ tandem probationi b. libera renunciauerint uolũtate. Quia uerò idem Epus dictum arbitrium captiosum fuisse, illicitum, & damnosum firmiter asserebat, nec super hoc fides nobis poterat sufficiens exhiberi, discretioni uestrę ꝑ apostolica scripta mandamus, quatenus inquiratis super hoc diligentius ueritatem: & si illud cõstiterit, fuisse illicitum, uel iniquum, & in præiudicium ipsius Epi, uel Lausanen ecclesiæ redundare, ipsum auctoritate apostolica corrigatis, & correctum faciatis, monitione ꝓmissam ꝑ censurã ecclesiasticã inuiolabiliter obseruari. Quod si tale non fuerit, ad obseruationẽ eius utrãq; partium compellentes, id nobis uestris literis intimetis: vt qualiter sit super iuramento, qd̃ idem Epus præstitit procedendum, ꝑ hoc plenius cognoscamus: scituri, quod quia idem Epus nobis fuit super dilapidatione delatus, & ideo ĩ hoc magis suspectus habetur, qd̃ plures viri religiosi suas nobis literas direxerunt, nec se super ea sufficienter uisus est excusare, ei districtè præcipimus, vt ante psentis decisionem negocij, bona sui Episcopatus sine consilio, & assensu personæ illius, quã uos ei adhoc duxeritis deputãdum, nec ifeudet, nec impignoret nec distrahat, aut permuteț, nec aliquo titulo alienet. Quia uerò q̃ super aliis, de ꝓmisso Epo referuntur, quia grauia sunt sub dissimulatione trahire non possumus, nec debemus, eorum etiam inquisitionem de fratrum nostrorum consilio uestrę duximus experientiæ committendam, per ap. uobis scripta districtè præcipientes, quatenus ad locum competentem pariter accedetes, & partibus conuocatis solum Deum habentes ꝑ oculis appellatione põstposita audiatis, hinc inde proposita: & attestationes, & allegationes utriusq; partis discussas, & examinatas canonicè sub sigillis uestris nobis dirigere procuretis: præfigentes utriq; parti terminum competentem, quo sufficienter instructæ ad recipiendam sententiã, nostro se conspectui repræsentent. Si uerò præfati canonici duxerint desistendum, & probare noluerint quod proponunt, uos si ꝑfatus Episcopus super his fuerit infamiæ nota respersus, purgationem ipsi canonicam indicatis, ut cum tribus Epis suã sualet innocentiã purgare non differat: & eam si præstiterit, auctoritate apostolica

admittentes, eum ab impetitione canonicorum penitùs absoluatis, & ab obiectis ciminibus, denuncietis insontem. Verùm si se non poterit iuxta sanctiones canonicas expiare, nos eum suspensum ad nostrã presentiam sublato appellationis obstaculo, transmittatis, ut in negocio ipso, sicut expedire uiderimus, auctore domino procedamus: attentius prouisuri, ut mandatum apostolicum ita prudenter ac diligenter exequi studeatis, ut nos deuotionẽ & solicitudinem vestram possimus merito commendare. Volumus autem nihilominus, & mandamus, ut personam curetis idoneam prouidere, quę indemnitati consulat Ecclesiæ Lausanen ita videlicet, quod dictus Episcopus siue ipsius consilio, bona eiusdem ecclesię nullo titulo alienet: ei tamen expensæ competentes, ac necessariæ non negentur ad causam: ne pro expensarum defectu, causæ suę detrimentum incurrat. Si qua uerò partium legitimè citata, uestram præsentiã adire contempserit, vos nihilominus in causa ipsa appellatione postposita, ordine iudiciario procedatis, cum in præsentia nostra litem fuerint cõtestati. Ad hęc quia præfati canonici proponebant, se ab ipso Episcopo irrationabiliter spoliatos, vos si eorum assertioni ueritas suffragatur, ipsos restitui faciatis. Nullis literis obstantibus pręter assensum partium, &c. Quod si omnes tu frater Archiepiscope cum eorum altero, &c.

Datum Reat. XIIII. Cal. Augusti.

N. BAMBERGEN. EPISCOPO, & P. Scolastico Maguntin. Suspenditur Hildesemensis Episcopus quod sine auctoritate Pontificis, ad Ecclesiam Herbipolensem transierat: & canonici Herbipolenses iccirco priuantur iure elegendi.

Caput. quando à translatione Episco.

QVantò personam ven. fratris nostri N. Hildesemen. quondam Episcopi synceriori diligebamus affectu, tantò securius sperabamus, quòd nihil aduersus matrem suam Romanam ecclesiam, in præiudicium sui ordinis, & ecclesiasticę disciplinæ dispendium attentaret. Sanè sicut certa multorum assertione comperimus, & suarum didicimus nihilominus testimonio literarum, quibus ad nos directis Herbip. se Pontificem nominabat, ipse relicta Hildesemen. ecclesia, cui fuerat spirituali coniugio copulatus, ad Herbipole. sine auctoritate Rom. Pont. propria temeritate transiuit, non attendens, qđ veritas in Euang. protestatur: Quos Deus coniunxit hõ nõ separet. Potestate n. trãsferẽdi Pont. ita sibi retinuit dñs. & magister, ꝙ soli B. Petro Vicario suo, & per ipsum successoribus suis, & nobis ipsis, qui locũ eius (licet indigni) tenemus in terris, speciali priuilegio prębuit & concesit, sicut testatur antiquitas, cui decreta patrũ sanxerunt reuerentiam exhibendã, & euidenter asserunt Sanctorũ canonum sanctiones. Non. n. hõ, sed Deus separat qđ Rom. Pon. qui non puri hominis, sed ueri Dei vicem gerit in terris, ecclesiarũ necessitate, uel utilitate pensata, non humana, sed diuina potius auctoritate dissolult. Nolentes aũt tantæ præsumptionis audaciam relinquere impunitã, cum scđm Apostolum oẽm inobedientiã prõpti simus ulcisci, ne facti peruersitas transeat pręsũptoribus in exemplũ: quod quidem (si verum est) non ꝑt non esse notorium, auctoritate oĩpotentis Dei & B. Petri, & Pauli Apost. & nostra de cõi fratrum nostrorum consilio in virtute Spiritus S. districtè tibi præcipimus, ut uisis literis nostris oĩ contradictione, & appellatione cessantibus, administrationem ipsius Herbipolen. Eccle. tã in spiritualib. ꝙ temporalibus penitus derelinquat. Si uerò (quod non credimus) hãc suspensionem nostram nõ curauerit humiliter obseruare, & inhibita sibi usurpare ꝑsũpserit, excõicationis vinculo ipsum decerni mus inodatum: omnibus et tam clericis, ꝙ laicis Herbipolen. diœcesis, sub anathematis interminatione præcipimus. ut nõ obstante iuramento fidelitatis, omnẽ ipsi obedientiam subtrahant, quam ipse sibi contra sacros canones usurpauit: non attendens, qđ d. Apo. Nemo sibi assumat honorem, sed ꝙ uocatur a Deo tanꝙ Aaron. Cęterum qm̃ Herbipo. canonici vota sua in ipsũ prorsus illicitè cõtulerũt, nolentes (sicut dignum est) ut in eo puniantur,

in

in quo peccarunt, eligēdi eos hac uice potestate ſuſpendimus: & ſi cōtra Sedis apoſtolicæ interdictum ad cuiuſquam nominationem proceſſerint, quod ab eis factū fuerit irritum decernimus, & inane. Quia verò iam dictam Hildeſemen. Eccleſiam cui fuerat alligatus, unde (ſecundum apoſtolum) ſolutionem quærere nō debebat, nimis improbè dereliquit, ne ad ipſam ulterius redeat, in virtute ſpiritus ſancti, ei diſtrictiùs inhibemus: cum ſecundum traditiones canonicas, qui ad maiorem ſe plebem trāſtulerit, à cathedra quidem pelli debeat aliena, & carere propria, ut nec illis præſideat, quos per ſuperbiam ſpreuit, nec illis, quos per auaritiam concupiuit. Nos quoq; Hildeſemen. capitulo dedimus in mandatis, ut ipſum redire volentem nulla ratione recipiant: ut ſic ſaltem, quem timor Dei, & bonum obedientiæ, de cuius laude quid ſentiendum ſit, ex diuerſo melius demonſtratur: cùm ſecundum prohetam peccatum ariolandi ſit repugnare, & ſcelus idolatriæ nolle acquieſcere, à malo non reuocat, eccleſiaſticæ ſaltem coerceat ſeueritas diſciplinæ. Quocirca diſcretionē veſtræ per apoſt. ſcripta mandamus & ſub pœna officij, & beneficij, quanta poſſumus diſtrictione præcipimus, quatenus, niſi dictus Epiſcopus, & alij quæ ſtatuimus, & mandauimus infra uiginti dies poſt receptionem literarum noſtrarum curauerint adimplere, uos ea ſublato cuiuslibet con. & ap. ob. exequi non tardetis, & prefatum Epiſcopum excommunicatum per regnum Alamannię nunciantes, excommunicationem ipſam faciatis dominicis, & feſtiuis diebus pulſatis campanis, & accenſis candelis publicè innouari. Quod ſi ambo, &c. Alter veſtrum, &c.

Datum. Spolet. XII. Cal. Septemb.

Scriptum eſt Hildeſeme. quōdam Epiſcopo iuxta tenorem literarum iſtarum.

Scriptu eſt Hildeſemen. capitulo. Scriptū eſt clericis, & laicis Herbipolen.

Scriptum eſt Colonien. Archiepiſcopo, & ſuffraganeis eius, ut ipſum excommunicatum denuncient, & excommunicationem ipſam faciant dominicis, & feſtiuis diebus pulſatis campanis, & candelis accenſis publicè innouari.

In eūdem modum. Magdeburgen. Archiepiſcopo, & ſuffraganeis eius.

In eundem modum Salſeburgen. Archiepiſcopo, & ſuffraganeis eius.

N. NARBONEN. ARCHIEPIſcopo, & ſuffraganeis eius, abbat. quoque Prioribus, & aliis eccl. Prælatis, Comitibus etiam, & Baron. & uniuerſo populo in Narbonen. prouincia & conſtitutis. Hortatur omnes & ſingulos ad ſacrum bellum contra impios Saracænos, pro recuperatione terræ Sanctæ.

POſt miſerabile Hieroſol. regionis excidium, poſt lachrymabilem ſtragem populi Chriſtiani, poſt deplorandam inuaſionem illius terræ, in qua pedes Chriſti ſteterunt, & ubi Deus Rex noſter antæ ſecula ſalutem in medio terræ dignatus eſt operari, poſt ignominioſam nobis uiuificæ Crucis trāslationem, in qua ſalus mundi pependit, & deleuit chirographum mortis antiquæ. Apo. Sedes, ſuper tantæ calamitatis infortunio cōturbata laborauit clamans, & plorans, ita quòd præ inceſſanti clamore raucæ factę ſunt fauces eius, & ex vehementi ploratu penè ipſius oculi defecerunt. Verum ne ſi ſecundum Proph. Hieruſ. obliti fuerimus, obliuiſcatur nos dextera noſtra, adhæreat lingua noſtra faucibus noſtris, ſi non M. eius clamat adhuc Ap. Sedes, & quaſi tuba uocem exaltat, excitare cupiens populos Chriſtianos ad prælium Chriſti bellandum, & uindicandam iniuriam crucifixi, uſa ipſius uerbo dicentis: O vos omnes, qui tranſitis per uiam, attendite, & uidete ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus. Ecce enim hæreditas noſtra uerſa eſt ad alienos, domus noſtræ ad extraneos deuenerunt, unde Syō lugent, eo quòd non ſint qui ueniant ad ſolemnia. facti ſunt inimici eius in capite, ſepulchrū Dñi, quod propheta glorioſum fore prædixit, prophanatum ab impijs in gloriam eſt erectu. Gloria noſtra, de qua dicit Apoſtolus Mihi ante abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti,

sub manu teneatur hostili, & ipse dñs Iesus Xps, qui captiuitatem nostram p̃ nobis moriens captiuauit, quasi captiuatus ab impijs, ab hereditate sua cogitur exulare. Existente quodã in castris Arcã dñi sabaoth, vrias domum suã ingredi recusauit, à licito & vxoris se cõpescens amplexu. Nũc verò prĩceps nostri gloria Israel de loco suo in iniuriã nostri translata uacant adulterinis amplexibus, delicijs, & diuitijs abutentes, & dũ se in uicẽ in exorabili odio p̃sequuntur, dũ unus in alium suas nititur iniurias vindicare, nõ est quẽ moueat iniuria crucifixi: nõ attendentib. ipsis, qđ iã insultãt nobis inimici nostri, dicentes: Vbi est Deus vester? qui nec se p̃t nec uos de nostris manibus liberare. Ecce iam prophanauimus Sctã vostra; ecce iã ad desiderabilia nostra manũ extẽdimus, & ea loca impetu primo violenter inuasimus, & uobis tenemus inuitis, in quibus superstitionẽ uestrã principiũ fingitis suscepisse; iã infirmauimus, & confregimus hastas Gallorum, Angl. conatus elisimus Theutonicorũ vires cõpressimus, nunc se cundò Hispanos domuimus aĩolos; & cũ oẽs uirtutes uestras in nos duxeritis cõcitandas, uix adhuc in aliquo p̃fecistis; vbi ergo est Deus uester? exurgat nũc, & adiuuet uos, & fiat uobis, & sibi p̃tector. Theutonici, siquidẽ, q̃ se p̃sumebant inauditũ de vobis reportare triũphũ, ad nos vehementi spũ trãsfretarunt; & cũ solũ castrũ Baruth nullo defendẽte cepissent, nisi eos sicut & alios principes uestros fugę beneficiũ liberasset, in se potẽtiã nostrã grauiter fuissent experti, & eorũ stragẽ ipsorũ soboles perpetuò deploraret. Reges. n. & principes uestri, quos dudum de terra fugauimus Orientis, ut timorem suũ audẽdo dissimulent, ad suas latebras (ne dicamus regna) reuersi, malunt se inuicẽ expugnare, q̃ denuò uires nostras, & potẽtiam Experiri Quid igitur supereſt, nisi vt his, quos fugiẽtes ĩ excusationẽ uestrã ad terę custodiam dimisistis, gladio vltore peẽptis, in terram uestra impetũ faciamus, nomẽ uestrũ, & memoriam p̃dituri? Qualiter ergo fratres, & filij opprobria exprobrantium repellemus? qualiter eis poterimus rñdere? cùm eos p̃ parte uerum p̃ qui uideamur, sicut nup. ad audiẽtiam nostram certa significatione puenit? Recepimus. n. literas de partib. transmarinis q̃ cũ Theutonici Accõ nauigio peruenissẽt, Castrũ Baruth obtinuerũt nemine defendente. Sarraceni uerò in loppen faciẽtes impetũ, ex aduerso eam p̃ uiolentiam occuparunt, & cæsis multis christianorum millib. eam funditus destruxerunt. Verũ Theutonici rumoribus de morte Imp. acceptis, nõ expectato passagij tp̃e, naues reduces ascenderunt; vñ Sarraceni qui ad resistendũ eis exercitũ parauerant copiosũ, in terram christianorũ adeo debacchantur, ut christianis, nec sine periculo ciuitates egredi liceat, nec in ipsis sine formidine remanere, ĩmo eis gladius foris, imminet, metus intus. Assumite igitur filij spũm fortitudinis, scutũ fidei, & galeam salutis accipite, non in numero, aut uiribus, sed Dei potius, cui nõ est difficile in multis, uel in paucis saluare potentia cõfidentes, & ei per quẽ estis, viuitis, & habetis, sedm facultates p̃prias subuenire. Ipse quidem p̃ uobis semetipsum, exinaniuit, formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut hõ factus obediens usq; ad mortẽ, mortẽ ãt crucis, & uos eo paupere abũdatis, ipso fugato quiescetis, & nec inopi, nec exuli subuenietis. Quisquis igitur in tantę necessitatis articulo suum negauerit obsequium Iesu xpo, cum aũ tribunal eius astiterit iudicandus, quid ad suam excusationẽ ei poterit rñdere? si Deus subijt mortem p̃ hoie, dubitabit hõ mortem subire pro Deo? cum nõ sint cõdignę passiones huius tp̃is ad futuram gloriam, q̃ reuelabitur in nobis? Negabit etiam seruus dño diuitias tp̃ales, cùm dñs seruo diuitias largiatur æternas? quas nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec ĩ cor hoĩs ascenderunt? Thesaurizet igitur hõ thesauros ĩ cęlis, vbi fures nõ effodiunt, nec furantur vbi nec erugo, nec tinea demolitur. Oẽs, & singuli accingantur, ita q̃ in p̃xime sequenti Martio quęliber urbes per se similiter, & Comites, & Barones iuxta facultates proprias ad defensionem terrę nati uitatis dñicæ certum in expensis suis dirigant numerum bellatorum, illic saltem

per

per biennīū moraturum. Licet aūt instantia nostra cotidiana, sit oīum eccl. solicitudo cōtinua, mō tñ hāc quasi p̄cipuā inter alias solicitudines reputamus, p̄ quā terræ oriētalis totis desideramus affectib. subuenire: ne si fortè fuerit dilata subuentio, resīduū locustę comedat brucus, & fiāt nouissima deteriora prioribus. Verūm ne nos alijs onera grauia, & importabilia imponere uideamur, digito aūt nostro ea mouere nolimus, dicētes tātum, & aut nihil, aut minimū facientes, cùm q̄ fecerit, & docuerit, magnus uocetur in regno cœlorū: cuius exēplo, q̄ cępit facere, & docere, ut & nos qui (licet immeriti) vicē eius exercemus ī terris, bonū alijs prębeamus exēplū, in p̄sonis pariter, & in rebus terræ S̄āctæ decreuimus subuenire: dil. fi. nost. S. tt. Sanctę Praxed. p̄sbyt. & P. S. M in via lata diac. Card. uiris utiq; timoratis, sciētia, & honestate p̄claris, potētib. in ope, & sermone: quos inter alios fr. nost. speciali charitate diligimus, manu propria crucis signaculū imponētes: q̄ exercitū dñi humiliter, & deuotè p̄cedāt, & nō mendicatis suffragijs, sed nostris, & fratrū nostrorū sumptib. sustētētur: p̄ quos ēt aliud cō petēs subsidiū, eidē terræ disponimus destinare. Interim autē dictū S̄āctæ Mariæ in uia lata diacon. Card. ad Charissimorū in X̄po filiorū nost. Frācorū, & Anglorū Regū Illustriū p̄sentiā destinamus ad reformandam pacē, vel treguas, saltē vsq; ad quinquēniū ordinandas, & exhortandos populos ad obsequium Crucifixi. Dictū aūt Sanctę Praxedis p̄sbyt. Card. Venetias p̄ terrę S̄āctę subsidio distinamus. De cōmuni p̄terea fratrū nost. deliberatione statuimus, & uobis fratres Archiep̄i, & Ep̄i, & dil. fil. Abbates, Priores, & alij Eccle. Prælati districtè p̄cipiēdo mādamus, quatenus certū numerū bellatorū, vel pro certo numero certā pecuniæ quātitatē, in p̄xime̅ sequēti Martio pensata facultate cuiuslibet ad expugnādā paganorū barbariē, & seruādam hæreditatē dñi destinetis, q̄ ipse p̄prio sanguine comparauit. Si quis aūt (q̄ nō credimus) cōstitutiōi tàm piæ ac necessariæ p̄sumpserit obuiare, sicut sacrorū canonū trangressorē decernimus puniēdū, & vlq; ad satisfactione cōdignā, ab officio cēsemus manere suspensum. De Dei ergo misericordia, & Beat. Apost. Petri, & Pauli auct. confisi, ex illa quā nobis Deus (licet indignis) ligādi, & solvēdi cōtulit potestate, omnibus, qui laborē huius itineris ī p̄sonis p̄prijs subierint, & expēfis, plenā peccatorū suorū, de quib. oris, & cordis egerint pœnitētiā, veniam indulgemus, & in retributione iustorū salutis æternæ pollicemur augumētū. Eis aūt, q̄ nō in p̄sonis p̄prijs illuc ac cesserint, sed in suis tātū expēfis iuxta facultatē, & qualitatē suam uiros idoneos destinauerint, illic saltē p̄ biēniū moraturos, & illis similiter, q̄ licet in alienis expēfis, in p̄prijs tñ p̄sonis assumptæ peregrinationis laborē impleuerint, plenam suorū cōcedimus ueniam peccatorū. Huius quoq; remissionis uolumus esse participes, iuxta quantitatē subsidij, ac p̄cipue sēdm deuotionis affectū, qui ad subuetionem illius terræ de bonis suis cōgruè ministrabūtur. Bona insup ipsorū ex quo crucē susceperint, sub Beati Petri, & nostra p̄tectione suscipimus, nec non & sup Archiepiscoporum, & oīum p̄latorum eccl. Dei defensione cōsistat: statuentes, vt donec de ipsorū obitu, vel reditu certissimè cognoscatur, integra maneant, & quieta cōsistant. Q̄d si quisquam cōtra p̄sumpserit, p̄ censuram ecclesiasticam appellatione postposita, cōpescatur. Si qui verò p̄ficiscentium illuc ad p̄standas usuras iuramento tenentur astricti, uos fratres Archiepiscopi, & Ep̄i p̄ uestras diœceses creditores eorum sublato appellationis obstaculo, eadem districtione cogatis, vt eos à sacramento penitùs absoluentes, ab usurarum ulterius exactione desistant. Quod si quisquam creditorum eos ad solutionem coegerit vsurarum, eum ad restitutionem earum sublato appellatiōis obstac. districtione simili cōpellatis. Iudæos verò ad remittendas ipsis usuras, p̄ uos filij principes, & sęculares cōpelli p̄cipimus protestatem: & donec eis remiserint ab uniuersis X̄pi fidelibus, tàm in mercimonijs, q̄ alijs p̄ excōmunicationis sententiam eis iubemus, cōmunionem omnimodam denegari. Ab hoc igitur opere nullus oīno se subtrahat, cùm id nō à nobis, sed ab ip

sis fuerit apostolis institutum, qui collectas faciebant in gentibus, vt fratribus in Hierusalem laborantibus subuenirent. Nolumus autem uos de diuina misericordia desperare, quantuncunque sit dominus peccatis nostris iratus, quin in manu uestra ꝓficiat si (prout debetis) in humilitate cordis, & corporis, iter fueritis perigrinationis aggressi, quod maioribus non cōcessit. Cōsensissent. n Maiores forsitā, & dixissent: Manus nostra excelsa, & nō Deus fecit hæc oīa, & sibi, nō Deo uictoriæ gloriā asscripsissent. Speramus. n, qđ nō in ira misericordias cōtinebit, qui cū iratus est, nō obliuiscitur misereri, nos admonēs: & exhortans: Conuertimini ad me, & ego cōuertar ad uos. Credimus ēt, ꝙ si ambulaueritis in lege dñi, nō eorū sequētes uestigia, q̄ uani facti sunt post uanitatē eūtes, qui cōmessationibus, & ebrietatib. voluptuosè uacabāt, & ea exercebāt in parrib. trasmarinis, q̄ in terra natiuitatis ꝓpriæ, sine multa īfamia, & detractione plurima nō auderēt: sed spem uestrā in eo solū mō posueritis, qui nō deserit sperātes in se, nō tātū ab illicitis, sed quibus dā ēt licitis abstinētes. Is q̄ currū, & exercitū Pharaonis proiecit ī mare, arcus fortiū infirmabit, & inimicos crucis à facie uestra delebit, ut lutū platearū: non nobis aut uobis, sed nomini suo dās gloriā: qui est gloriosus in Sāctis mirabilis, in Maiestate faciēs ꝓdigia, & post lachrimationē, & fletū, gaudiū, & exultationē īducēs. Ad hæc aūt expeditius, & melius exequēda uos fratres Archiepi. Nemausen. & Arasicen. Epi duximus deputādos, qui uerbū dñi cæteris ꝓponatis, & ad implendū mādatū Ap. Coepos uestros, & alios inuitantes taliter exequamini cām dñi, ꝙ & uos huius sitis remissionis participes, & in hoc deuotio uestra plenius eluceſcat: ad ꝙ ēt laudabilius exequendum, uobis unum de frat. militiæ templi, alterum uerò de frat. Hierosol. hospitalis, uiros honestos, & prouidos assumatis. Dat. Reat. XVIII cal. Septem.

In eundem modum scriptum est Lugdunen. & Viennen. Archiepiscopis, Abbatibus, quoq;, Prioribus, & aliis Ecclesiarū Prælatis, Comitibus, & Baronib. & uniuerso populo in utraq; prouincia cōstitutis. In eūdum modum uniuersis de regno Francię, Anglię, Vngarię, & Sicilię.

N. EPISCOPO, ET CAPITVLO taruisin. de collatione Præpositurę Ioruisinæ quæ iam erat ad Sedem deuoluta.

LIceꝫ ex collata nobis à dño plenitudine potestatis, & auctoritate Lateranen. concilij, præposituram ecclesiæ uestræ, quę iam ultra duodecim annos (sicut accepimus) certa relatione uacauit, liberè conferre possemus, vtpote cuius donatio ad nos iam est, iuxta idem concilium deuoluta: uolumus tñ honori uestro deferre, ac uobis ex nostro meritum cōparare. Ideoq; discretionē uestram rogamus, monemus, & exhortamur in dño, & ꝑ apostolica scripta præcipiēdo mandamus, quatenus dilectū filiū. B Subd nostrū, quę suæ nobilitatis literaturæ, ac honestatis intuitu nos, & fratres nostri syncerę charitatis brachijs amplexamur, in præpositū Eccl. uestræ ob reuerentiam Sedis apo. recipere nō tardetis, cū integritate omnimoda in qua præpositus aliquis eam unquam nosc̄itur habuisse: in choro etiam ſtallū præpositi, ac locum in cap. ei sine difficultate qualibet assignetis: facientes de necessitate uirtutem, & mandatis nostris humiliter, & deuotè parentes: sciturī quia, quod de ipso incepimus, relinquemus nullatenus imperfectū. Ad hæc auct. uobis ꝑsentium districtius inhibemus, ne post literarum nostrarum susceptionem, alij cuiquam præpositurā ipsam ꝓsumatis cōferre, uel circa eam aliquid innouare. Qđ si (quod non credimus) secùs fuerit præsumptum à uobis, nos factum uestrum nullum esse decernimus, & carere prorsus robore firmitatis: uenerabili etiā Fratri nostro N. Mantuan. Episcopo per apostolica scripta præcipiendo mandamus, ut uobis in executione mādati nostri cessantibus, nō obstante sacramēto, quod de nō eligēdo ꝓposito ꝓstitisse dicimini, cū eum id exequi uestro nō sit iurameto cōtrariū, & iurametū uestrum minus uideatur fuisse discretum, ipse sub appellatiōis obstaculo de prædicta eum præpositura, auct. nostra inuestiat, & in corporalem possessionē inducat, ſtallum ī choro, & locum

cum in capitulo assignando, & quod fecerit, per cen. eccle. faciat inuiolabiliter obseruari, contradictores eadem distr.cõpescens. Nullis literis obst.&c. Dat. Reat. No. Aug. Illi scriptum est, ut hoc faciat.

N. *ARCHIEPISCOPO SENONEN. & P. S. Mariæ in via latæ diac. Cardin. apostolicæ Se. Legato. Vt certus canonicorum numerus iuramento firmatus, non augeatur.*

CONstitutus in præsentia dilecti filij nostri G. Sancti Angeli diaconi cardinalis Petrus clericusq; uem ei concesserāmus, & parti alteri auditorē, proposuit coram ipso, q; cùm olim bonæ memoriæ C. Papa prædecessor noster dilectis filijs N. dec. & capitulo Biturien. dederit in mandatis, ut ipsum in canonicum recipe rent, & in fratrē, & præbēdam ei conferrent, siqua tunc in eorum uacaret ecclesia, uel proximo uacaturam, uenerabili fratri nostro Bituricen. Archiepiscopo ei monitore cōcessīo, & ipsi mandatum eius admittere non curassent, eis præcipiendo mandauit, ut quod eis mandauerat adimplerent: dicto Archiepiscopo, & uenerabili fratri nostro Claromōtē. Epo super hoc executoribus deputatis. Interim autē capituli nuncius, ad apostolicam Sedem accedēs, cum suggessisset ipsum B. in plurib. ecclesijs habere præpendas, Bituricen. ecclesiam ab eius obtinuit impetitione absolui: indulgētia etiam impetrata, ne infra triēnium aliquē recipere in fratrem cogerentur. Cùmq; postmodum idem P. ad Ecclesiam Romanam reuersus, eidem prædecessori nostro exponere curauisset, quod licet in Claromōten. Ecclesia quod dam beneficium, quod concedi etiam laicis consueuit, & familiaritas appellatur, fuisset adeptus, & ex ipso tamen, uel alio, quod haberet, non posset cōmodè sustētari, idem prędecessor noster dictis Decan. & Capitulo per suas literas iniunxit, vt prædicta indulgentia in suo robore permanente, præbendam, quæ post triennium primo uacaret, ipsi conferrent: interim autē ei stallum ī choro, & locum ī Capitulo assignarent: executione huius mandati dilecto filio Claromonten. præposito delegata: qui sicut ex eius literis manifestè liquebat, cùm dictos decan. & Capitulum ad implendum mandatum Apost. diligentius monuisset, nec profecisset in aliquo, dictum P. de præbēda primo post triennium uacatura, auctoritate curauit Apostolica inuestire ei stallum in choro, & locum in Capitulo concedendum. Verùm dilectus filius P. Rossignos ex aduerso respondit, quod cum in Bituricen. Ecclesia certus esset canonicorum numerus institutus, firmatus iureiurando, & p multos Roma. Pontifices confirmatus, & de hoc memoratus P. non fecisset in suis literis mentionem, intelligendus erat circumuenisse prædecessorem nostrum, & dictas literas ueritate tacita impetrasse. Licet n. cum in aliqua Ecclesia certus statuitur numerus, hæc apponatur conditio, uel intelligatur apponi: Salua S. Apostolicæ auctoritate: non tñ erat credendū q; eum ex certa scientia contra iuramentū eorum recipi mādauisset, cum de hoc in eius literis nihil fuisset expressum. Nos igitur de prædictis p memoratum Card. instructi, discretioni uestræ per Ap. s. p. m. quatenus si legitimè uobis constiterit numerum canonicorum, qui nunc est in Ecclesia, esse per decan. & Capitulum eiusdem ecclesiæ iuramento firmatum, antequam prędictus clericus a prædecessore nostro literas executorias impetrasset: quicquid factum est occasione literarum, quas idem clericus à Sede Apost. impetrasse dignoscitur, cassum, & irritum decernatis haberi: alioquin ei faciatis in eadem Eccl. prębendam (si qua uacat) sine Ap. ob. assignari; contradictores, si qui fuerint, per districtionem Eccl. Apost. compescentes: prouisuri attētius, quod ita super hoc mandatum nostrum adimplere curetis, quod eundem clericum non oporteat deinceps ad nos iterare laborem; *Quia sicut nolumus iniusta præcipere, sic cum iusta præcipimus, uolumus efficaciter exaudiri.* Nullis literis ob. harū tenore tacito, &c. Quod si ambo, &c. aliter uestrum &c.

Datum Spolet. XI. Cal. Septemb.

N. EPISCOPO, ET CANONICIS Hyporien. de receptione Ioannis Tapæ Subdiaconi ad Archidiaconatum.

PRo his,& nos fiducialius deprecamur & ab aliis preces nostras facilius credimus exaudiri, quibus ad obtinendum, quod petimus, nobis etiam non rogantibus sufficienter eorum merita suffragantur. Sanè nobilitatem generis, honestatē morum,consilij maturitatem, & munus scientiæ dilecti filij boni Ioannis Subd. nostri nobis, & fratribus nostris propter hoc, ac propter obsequium Ecclesiæ in multis impensum accepti, uos ignorare non credimus: & iccirco a uobis pro ipso nos credimus tantò libentius audiendos,quanto uobis sunt eius merita notiora:& quod Ecclesia uestra per eum apud nos gratius debeat in suis necessitatibus exaudiri,plenius agnouistis. Inde est, qđ cum in ecclesia uestra uacet Archidiaconatus officium, de quo tu frater Episcope dicceris fuisse assumptus,discretioni vestrę per Apostolica scripta mandamus, quatenus cum dicto Subdiac. nostro sine dilatione,ac difficultate qualibet ob Apostolicæ Sedis reuerentiam cum omni iure suo liberaliter conferatis: stallum in choro,& locum in Capitulo Archid. debitum,eidem pariter assignantes: ut uos ad receptionem proborum uirorum faciles,& ad implenda mandata Sedis Apostolicę inueniamus benevolos,& deuotos. Ad hæc auctoritate uobis presentiū inhibemus, ne Archidiaconatum ipsum post receptionem præsentium alij cuiquam conferatis:quod si contrarium(qđ non credimus) faceretis, nos factum vestrum irritum esse decernimus, & inane. Noueritis etiam,vos dilectis filijs præposito Sancti Gaudentij Nouarien. & Magistro V. Balbo canon. Mediol.Subdiac nostris precipiendo mandasse, ut si uos, quod scribimus, nolueritis uel distuleritis adimplere,ipsi id auctoritate Apostolica exequantur,ipsum de Archidiaconatu inuestientes eodem,& eius possessionē assignantes eidem: vos quoque ad receptionem ipsius,auctoritate nostra suffulti ecclesiastica districtione,sublato appellationis obstaculo compellentes.

Datum Spolet. VII. Cal.Septem.

CANONICIS BVRGI SANC. Domnini de Priuilegio & exemptione illorum,ne ab Episcopo Parmensi vexentur.

EX literis,& conquestione vestra, nobis innotuit,quòd cum propter præsumptionem,quam ciues Parmen. in inuasione dilecti filij nostri P. Sanctæ Mariæ in via lata Diac. Cardi. & ablatione suarum terrarum non sunt veriti attentare,ecclesia vestra sit per uenerabiles fratres nostros. N.Archi.Mediolanen.& N. Cuman. Episcopum secundum Apostoli mandati tenorem à potestate, & iurisdictione Episcopi Parmen.exempta, postquam idem Episcopus comminationis recepit literas, occasione cuiusdam procurationis,quam à vobis indebitè requirebat:cum procuratio,quam ei debebatis paucis diebus elapsis,ei plenariè fuisset à vobis exhibita, Episcopus ipse dilecto filio Præposito uestro nullatenus requisito, vos ab officio, & beneficio suspēdere minime dubitauit. Nos igitur quod in pœnam cōtra ciues Parmen. à nobis est prouida deliberatione statutum, temeritate cuiuspiam infringi nolentes,eidem Episcopo districtè præcipimus, ut in ecclesiam uestram,vel vos, nullam iurisdictionem exercere, vel vobis aliquod grauamen inferre presumat: alioquin nos dilecto filio Præposito Regin. dedimus in mandatis, ut eundem Episcopum ab huiusmodi per censuram ecclesiasticam,sublato appellationis obstaculo nostra fretus auctoritate compescat:cum nihilominus ad exhibendam uobis iustitiam super Ecclesia Sanctæ Mariæ,& alijs ecclesijs de Sorana, & super ecclesiis de Curticelscilicet Sancti Victoris,& Sancti Ingulfi appellatione remota ecclesiastica districtione compellens. Vnde discretioni vestræ per Apostolica scripta mādamus, quatenus supradictam suspensionis sententiam in uos ab Episcopo iam dicto prolatam nullatenus obseruetis.

Dat.Spolet. VII. Cal. Septem.

Scriptum

Scriptum est Parmen. Episcopo, districtè præcipiendo iuxta tenorem literarum istarũ.

Scriptum est G. Regin. præposito, ut ipsum Episcopum a prædictis censura ecclesiastica compescat, & ad exhibẽdam iustitiam de præ dictis ecclesiis, eadem districtione compellat.

N. ACHERVNTINO ARCHIEPISCOPO. Vt a Laicis res Ecclesiasticæ non administrentur, sed extructa monasteria ab Episcopis consecrentur.

SIgnificãte nobili uiro R. comite Licij, nostro est apostolatui relatũ, q̃ capel la Sãctæ Marię de Laniã. à se reparatam pariter, & dotatã Cistercie. fratrũ regulis informare disposuit pro salute sua pariter, & paretum: Monasteriũ quoq;, quod ẽ in castro Genusij, in quo ius obtinet patronatus, pp̃ nigrorũ monachorũ ĩcuriã, in spiritualibus, & temporalib. vsq; adeo iã cõsumptũ, q̃ ĩ eo uix posiunt quatuor sustetari, vt in vtriusque respiiare ualeat, adiunctũ ipsi capellæ abbatię Casemarij disposuit supponẽdũ. Verũm quia Laicis, etiã religiosis disponẽdi de rebus ecclesiæ nulla e attributa facultas, fraternitatẽ tuã rogamus pariter, & hortamur, quatenus quod per eũ legitimè fieri nõ potest, per tuam sortiatur auctoritate effectum, si utilitati ecclesiasticæ uideris expedire.

Datum. Spolet. VI. Cal. Septemb.

N. PRIORI ECCLESIAE SANCTI Nicolai de monte secus Narniã cõstitutæ. De priuilegiis & immunitate illorũ.

EA quæ sũt iuris B. Petri, & ad Roma nã ecclesiam nullo pertinet median te, sic teneri volumus, & seruari ab his, qui ad eorũ sunt custodiã deputati, ne occasione qualibet debeat in posterum ipsi Ro. Eccl. aliquod p̃iudiciũ generari. Cũm igitur prælibata ecclesia Beati Petri iuris existat & in eius sis regimine cõstitutus, ad exeplar felicis recordatiõis Alex. Cle. & Celestini prędecessorũ nostrorũ Roma norũ põtificũ, præsentibus tibi literis inhibemus, ne de ipsa Ecclesia, nisi nobis, & nostris successoribus respõdere, aut eã recognoscere ab aliquo, nisi de mãdato nostro, uel catholici successoris nostri præsu mas. Prohibemus etiã, ne quisquã eandẽ Ecclesiam uiolenter intrare, aut eius possessiones, & bona diripere, seu temerè audeat perturbare. Præterea tibi concedimus, ut bona ipsius ecclesiæ, quæ ab aliquibus detinentur iniustè, licitum tibi sit legitimè reuocare. Ad indicium autẽ huius præceptæ libertatis Ecclesia ipsa Roman. Ecclesiæ libram ceræ quolibet anno persoluet. Nulli ergo &c.

Datum Spolet. VI. Cal. Septemb.

N. EPISCOPO LIDDEN. VT siculum armet ad bellum sacrum pro recuperanda terra Sancta.

CVm te credamus, immò teneamus, p certo, pro subiectione terræ natiuita tis dominicę fideliter hactenus laborasse, ac certum nobis existat, quòd adhuc su per eodem laborare diligenter intendas: solicitudinem tuam uenerabilibus fratribus nostris Tranen. Archiepiscopo Episcopo Cupersanen. & dilectis filijs Abbati de Floribus, Priori Sancti Andreæ de Beneuento citra Farum uenerabili uerò fratri nostro Siracusan, Episcopo, & dilecto filio Abbati de Sanbucin. per Siciliã ad proponendum uerbum domini, pro liberatione illius terræ, in qua steterunt pedes eius, & ubi Deus Rex noster ante sæcula nostram dignatus est operari salutem, uenerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis, & Episcopis, & dilectis filiis comitibus, & Baronibus, consulibus ciuitatum, & populis per totum regnum Siciliæ constitutis, immò ipsi, & Charissimæ in Christo filiæ nostræ illustri Imperatrici duximus adiungendam: ut tantò libentius vestrum verbum recipiatur ab omnibus, quantò propositum fuerit cum maioris deuotionis affectu: & exilium tuum terrę Sanctæ detentionem, & paganorum Barbariem, qui nec ætati, nec ordini detulerunt, mentibus omnium repræsentando impressius sigillabit. Qualiter autem terræ Sanctæ per fratres nostros, & nostra, disposuerimus subuenire, qualiter, & quem ad reformandum

dum inter chariſſimos in Chriſto filios noſtros Ph. Francorum, & R. Anglorum reges illuſtres veræ pacis concordiam, vel treguas, ſaltem uſquam ad quinquēnium ſtatuendas, & exhortandos fidelium populos ad obſequium Crucifixi, quem de fratribus noſtris Piſas, quem Ianuam, quem & Venetias propter hoc duximus deſtinā dos: quam remiſſionem his, qui Chriſto exuli, & ex termino Hieroſolymitanæ regionis in perſonis & rebus, & uel in perſonis, vel rebus ſubuenerint concedamus, & quòd eorum bona ſub noſtra protectione ſuſcipiamus, eos à fœneratorum inſtātia releuātes, tibi, & prędictis ſocijs tuis, ex forma literarum communium poterit manifeſtè liquere. Accingere igitur, & aſſume non noſtram, ſed Domini cauſam, ſonet uox tua in auribus omnium, neceſſitatem terræ orientalis, exiliū Ieſu Chriſti, cauſam ſcilicet tuæ legationis, exponens, & cum prędictis, vel eorum aliquo, aut etiam ſolus, ſi ipſi vel noluerint vel non poterint intereſſe: taliter quod tibi, & ipſis iniungitur, exequaris: ne appareas in conſpectu domini uacuus, ſed ad Hieroſolymitanam prouinciam multa ſtipatus militia, cū Legatis noſtris, & ad areā domini cum exultatione cumulatus manipulis reuertaris.

Datum Spoleti III. Calend. Septemb.

EIDEM. EIVSDEM PLANE *argumenti.*

AD ſolicitandos fidelium populos ad obſequium Crucifixi, ne videamur liberalis domini diſpenſatores auari, præter remiſſionis gratiam, & apoſtolicæ protectionis præſidium, quæ ad terram natiuitatis dominicæ proficiſcentibus, uel ei ſubuenientibus indulgemus, gratiam oportet nos facere in alijs etiam ſpecialem: ut tantò libentius itineris Hieroſolymitan. onus aſſumant, quantò ſe amplius uiderint ab alijs oneribus releuari. Ea propter uen.ī Chriſto frater, auctoritate tibi prēſentium indulgemus, vt eos, qui terram Sanctam, in huius neceſſitatis articulo perſonaliter viſitabunt, ſi ob manus iniectas in clericum uinculo ſint excommunicationis aſtricti, noſtra fretus auctoritate abſoluas. Nulli ergo omnino hominum liceant hanc paginam noſtrę conceſſionis, &c.

Datum Spolet. Cal. Septemb.

In eundem modum Tranē. Archiepiſcopo.
In eundem modum Cuperſanen. Epiſcopo.
In eundem modum Priori Sancti Andreæ de Beneuento.
In eundem modum Siracuſan. Epiſcopo.
In eundum modum Abbati de Floribus.

ARCHIEPISCOPIS, EPISCOPIS, abbatibus, prioribus, & uniuerſis eccleſiarum prælatis per totum regnum Franciæ conſtitutis. Vt Legatos Apoſtolicos, qui pacem inter Galliæ & Angliæ regem facere, & contra Saracenos armare debebant, humaniter acciperent.

LIcet commiſſa nobis à domino potestatis eccleſiaſticæ plenitudo uniuerſis Chriſti fidelibus nos conſtituerit debitores, ſtatum tamen, & ordinem conditionis humanæ non poſſumus ampliare: quia (iuxta verbum Dominicum) ad ſtaturam noſtram, nec cubitum vnum valemus, adijcere, vel ſimul in diuerſis locis exiſtere: in unius tamen corporis unitate, uel ad remota quælibet in ictu oculi trāſuolare poſſumus, & cum Abacuc exuli, Danieli depoſito in lacu Leonum, per nos ipſos tibi conſolationem afferre, ac meſſorib. nihilominus miniſtrare. Quia verò lex id humanę conditionis non patitur, nec poſſumus in perſona propria gerere ſolicitudines uniuerſas, interdum per fratres noſtros, qui ſunt membra corporis noſtri, ea cogimur exercere, quæ ſi commoditas Eccleſiæ ſuſtineret, perſonaliter libentius impleremus. Cùm autem omnes unum corpus ſimus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra, ſic per ſingulos, cum oportet iniunctæ nobis ſolicitudinis onera, diſpenſamus: vt cùm alter alterius onera ſupportarit, à ſingulis lex Chriſti laudabiliter impleatur: nō enim in uniformitate corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia, ſicut in humani

corporis

corporis constitutione segregatio partiũ generat sectionem: sectio uerò mortem, uel deformitatem inducit, immò segregatio in obedientiæ uirtute consistens, vnitatis est signum: vnitas verò uerum est indicium charitatis, per quam multitudinis credentium erat (sicut legitur) cor vnum, & anima vna. Sanè licet instantia nostra quotidiana sit omniũ ecclesiarum solicitudo continua, nuper tamẽ nobis solicitudo potior superuenit: quę, si reliquæ cederent, sola tamen sibi nos totos interiùs, & exteriùs uendicaret, nec sic etiam infirmitas nostra tantę sufficeret grauitati. Recepimus enim literas de partibus transmarinis, quòd cùm Theutonici, capto Castro Baruth, & Ioppẽ ab impiis occupata, naues reduces ascendissent, Sarraceni, qui ad resistendũ eis exercitum parauerant copiosum, sicut locustæ, terræ superficiem repleuerũt: ita quòd Christianis gladius foris imminet, metus intus, ut tutum eis non sit in ciuitatibus, & in locis munitissimis remanere. Cùm igitur nos ad subueniendum Hierosolymitan. prouinciæ dilectis filiis nostris S.tt. Sanctæ Praxedis presbytero, & P. Sanctæ Mariæ in uia lata Diac. Card. imposuerimus signum crucis, cum nec ecclesiæ necessitas pateretur, nec prædecessorum nostrorum monerent exempla, ut iteris Hierosolymitani laborem personaliter subiremus, dictum P. Sanctę Mariæ in uia lata Diac. Card. uirum scientia, honestate morum, & consilij maturitate præclarum, præcipuè ad reformandam inter chariss. in Christo f. nostros Ph. Francorum, & R. Anglorum Reges illustres plenę pacis concordiam, uel treugas saltem usque ad quinquennium statuendas, & excitandos populos ad obsequium Iesu Christi duximus destinandum: cui etiam commisimus plenæ legationis officium, concessa sibi libera facultate, vt euellat, & dissipet, ædificet, & plantet, sicut uiderit expedire. Quia uerò ipsum inter cęteros fratres nostros specialis dilectionis brachijs amplexamur, uniuersitati uestræ per apostolica scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus eum, sicut Legatum Sedis apost. immò Christi, cuius subuentionis causa dirigitur, benignè recipientes, & honorificè pertractantes ea, quę super prædictis, uel alijs deliberatione prouida duxerit statuenda recipiatis humiliter, & inuiolabiliter obseruetis: alioquin sententiam, quam ĩ contumaces duxerit proferendam, ratam habebimus, & faciemus auctore domino inuiolabiliter obseruari: scituri quod nos in eo, si vobis honoratus fuerit credimus honorari, & contemptum eius proprium putaremus. Datum Reat.

PETRO SANCTAE MARIAE in uia lata Diacon. Card. Apostolicæ Sedis Legato. Quæ datur illi potestas cogendi Episcopos Angliæ, vt ipsi consilio & auxilio sint.

QVanto amplius de honestate, tua discretione pariter, & literatura confidimus, tantò fiducialius ea tibi committimus exequenda, quæ apostolicæ Sedis honorem respiciant, & communem utilitatem populi Christiani. Cùm itaque de fratrum nostrorum consilio ad reformandam inter chariss. in Christo f. n. Ph. Francorum, & R. Anglorum Reges Illustres, plenæ pacis concordiam uel treugas, saltem usq; ad quinquennium statuendas duxerimus inter cætera destinandum, discretioni tuæ auctoritate præsentium indulgemus, ut siquos uiros ecclesiasticos, Archiepiscopos, uel Episcopos, uel minoris ordinis uiros in regno Anglorum esse cognoueris, quorum tractatui pacis sit consilium opportunum, eos ad te, conuoces, & per districtionem ecclesiasticam, si necesse fuerit, nostra fretus auctoritate uenire compellas. Nulli ergo, &c.

EIDEM. VT REGEM GALLOrum per censuras Ecclesiasticas cogat, suam vxorem recipere.

SRripsimus chariss. ĩ Xpo f. n. Ph. Illustri Regi Fracorũ ut ea, q̃ sup duxit cõtra Eccleſię interdictum à suo separata consortio, chariss. in Christo f. n. Francorum Reginam Illustrem, vxorem,

suam

ſuam in gratiam recipiat cõiugalem, & debito pertractet affectu. Vt autem mandatum noſtrum ſuper hoc meliùs, & expeditiùs cõpleatur, diſcretioni tuæ auctoritate preſentium indulgemus, per apoſtolica ſcripta mandantes, & diſtrictè præcipientes, ut niſi dictus Rex infra menſem poſt commonitionem tuam prædictam Reginam in gratiam receperit coniugalem, & honore debito pertractarit, ex tunc totam terram eius appellatione poſtpoſita ſubijcias interdicto: ita quod præter baptiſma paruulorum, & pœnitentias morientium, nullum in ea diuinum officiũ celebretur: ven. etiã. f. noſtris Archiepiſcopis, Epſs, & dilectis filij noſtris Abatibus, Prioribus, & vniuerſis Eccleſiarum Prælatis cõſtitutis in terra eius in uirtute ſpiritus ſancti diſtrictè præcipimus, ut cum in terram regis eiuſdem interdicti ſententiã promulgatis, eam Ap. re. ſecundum prædictam formã obſeruent, & per ſuas faciant prouincias, diœceſes, & Eccleſias obſeruari. Nulli ergo, &c. Scriptum eſt ſuper hoc Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, & uniuerſis Eccl. Prælatis in terra Regis Franciæ conſtitutis.

PH. ILLVSTRI REGI FRANcorum. Vt reginam uxorem recipiat, & cũ rege Anglorum pacem ſeruet.

CVm inter Principes Chriſtianos perſonã tuam ſingulari quadam beneuolentia diligamus, ſup his infra nos ipſos uehementer ingemiſcimus, & dolemus, quæ de ſerenitate tua ſæpiùs ad noſtram audientiam referuntur: cum quod dolentes referimus tam ſuper facto char. in Chriſto f. n. Reginæ Francorũ Illuſtris uxoris tuæ, q̃ etiam ſuper dicordia, quam cum chariſſimo in Chriſto f. n. Illuſtri Rege Anglorum exerces, taliter te habere dicaris, ut æmulis tuis non ſolum repugnandi tibi materiem pbeas, ſed et audaciam expugnandi: quod ſereni tati tuę manifeſtũ tribuit Argumentum, quòd dñs Deus noſter tuis ſit peccatis iratus. Et licet olim ſup receptione p̃dictæ Reginæ p uenerabilem ftatrem noſtrũ Pariſien. Epm diligẽter celſitudinem tuam cõmoneri fecerimus, ac poſtmodũ pp id noſtras tibi curauerimus literas deſtinare: volentes nõ minùs ſaluti tuæ pariter, & honori cõſulere, q̃ eiusdem Reginæ iuſtitiæ prouidere, nõdum tñ neſcimus quorum uſus cõſilio, q̃ cauſa nobis nõ modici ſtupori exiſtit, & doloris monita & mãdata Sedis apoſtolicæ, q̃ (Deo teſte) pceſſe runt ex fomite charitatis, & ſyncerę, quã circa te gerimus, dilectionis affectu curaſti (ſicut debueras) humiliter exaudire. Verùm ne quid deſit exhortationib. noſtris, ſerenitatem tuam tertiò duximus cõmonendam, rogamus, monemus, & exhortamur in dño, & in remiſſionem tibi peccatorum iniungentes, quia mutato conſilio dictam Regin. uxorem tuam recipias in gratiam cõiugalem, & debito pertractes honore: vt, & Deum tibi reddas propitiũ, & tam te, q̃ nos à lingua liberes detractrice. Mittimus autem pp hoc ad p̃ſentiam tuam dilectum f. n. P. Sanctæ Mariæ i via lata Diac. Card. ap. ſe. le. quem inter fratres noſtros ſpeciali amplectimur dilectionis affectu, & quem pſonã tuam, & regnum diligere ſyncerè cognoſcimus, utpote in eo nutritum pariter, & inſtructũ: qui te ad hæc diligenter cõmoneat, & noſtram tibi exponat plenius uoluntatem, cui tanquàm nobis ipſis fidem adhibeas ſuper his, quæ tibi duxerint proponenda.

N. ARCHIDIAC. N. ARCHIpresbytero, & canonicis Mediolanẽ. Quod modis crimen falſi circa bullas apoſtolicas committatur.

LIcet ad regimen Ap. Sedis, quæ dante domino, uniuerſarum Eccleſiarum mater eſt, & magiſtra, inſufficientes nos uita, & ſcientia reputemus, quantum tamen dominus nobis ſua miſeratione conceſſerit, ab his propoſuimus abſtinere, per quæ nobis poſſit meritò derogari: quanquam ex infirmitatis humanę defectu non ſic formam profectionis ſemper, & in omnibus imitari poſſimus, quin aliquid aliquando in noſtris ſurrepat operibus, quòd minùs circunſpectæ prouidentiæ ualeat imputari: quòd tamen non ex induſtria uel conſcientia

Caput licet. extra de crimine falſi.

conſcientia certa, ſed interdum ex ignorantia,uel nimia occupatione contingit. Significaſtis ſiquidem nobis p literas ueſtras, q̃ cùm quędã uobis fuiſſent literæ præſentatæ, p quas uobis diſtrictè præcipere uidebamur,ut I.de Cimilian. clericũ Eccleſię ueſtrę ĩ canonicũ reciperetis, & fratrẽ nec aliquẽ aliũ in canonicũ uocaretis,donec ipſe præbẽdæ beneficiũ plenariè fuiſſet adeptus:earum tenore diligẽter in ſpecto,uix eas credidiſtis,de noſtra cõſciẽtia ꝓceſſiſſe:vel ſi etiã ꝓceſſerunt p nimiam fuiſſe importunitatẽ obtentas. Cæterum cum easdem literas, ſicut uiri ꝓuidi,& diſcreti ad noſtrã remiſſiſſetis p̃ ſentiam,ut ex earum inſpectione pleniùs noſceremus, vtrum ex noſtra conſcientia proceſſiſſent,plus in eis inuenimus, q̃ ueſtra fuiſſet diſcretio ſuſpicata. Nam licet in ſtilo dictaminis,& forma ſcripturę aliquãtulum ceperimus dubitare,bullam tñ ueram inuenimus, quòd primum nos in uehementem admirationem induxit, cũ literas ipſas ſciremus de noſtra cõſcientia nullatenus emanaſſe. Bullam igitur hinc inde diligentius intuentes in ſuperiori parte,quã filo adhęret,eam aliquantulum tumentẽ inuenimus:& cum filum ex parte tumenti ſine uiolentia qualibet aliquantulum attrahi feciſſemus, bulla ĩ filo altero remanente, filum ex parte illa, fuit ab ipſa ſine qualibet difficultate auulſum:in cuius ſummitate adhuc et in ciſionis,indicium apparebat. ꝑ quod li quido deprehendimus bullam ipſam ex aliis literis extractã fuiſſe, ac illis per uitium falſitatis inſertã, ſicut ex literis ipſis plenius agnoſcetis, quas ad maiorem certitudinem uobis duximus remittendas. Cùm igitur tantus exceſſus relinqui non debeat aliquatenus impunitus,diſcretioni ueſtræ p Apoſtolica ſcripta mãdamus, & diſtrictè præcipimus quatenus dictum I.niſi infra viginti dies,poſt harum ſuſceptionẽ à uobis cõmonitus, ad præſentiã noſtrã cum teſtimonio literarum ueſtrarum ſatisfacturus acceſſerit,ex tunc ab oĩ eccleſiaſtico beneficio,& clericali officio ſublato cuiuslibet con.& ap.ob. ſuſpedatis,uel ſi bñficio caret, anathematis eum ſentẽtia innodetis:cum ab hac culpa non de facili ſit credẽdus immunis, cum nec p fratres,nec cõſanguineos noſtros(nos licet ſępius rogatos)potuiſſet inducere, ut ſup hoc noſtras uobis literas mitteremus ex quo fraudem auctoris,& ſi principalis falſarius ipſe non fuerit ſufficiẽter agnoſcere potuiſſet,præſertim,cum eo tp̃e præſens fuiſſe dicatur, quo cõtra falſarios de cõmuni fratrũm cõſilio publicè cõſtituimus. Inter cætera ſub pœna excõmunicationis firmiter inhibẽtes, ne quis literas apoſtolicas, niſi de manu noſtra uel bullatoris noſtri reciperet, illis duntaxat exceptis,quib.pp dignitatis excellẽtiã ĩdulſimus,ut p nuncios fideles,& notos id ipſum poſſent efficere. Vt autem uarietates huius falſitatis,quas hactenus deprehendimus,uos ipſi de cętero deprehendere valeatis, eas uobis p̃ſentib.literis duximus exprimendas:prima ſpecies falſitatis hęc eſt,ut falſa bulla literis apponatur,ſecunda,vt filum de vera bulla extrahatur ex toto, & p aliud filum immiſſum falſis literis inſeratur: tertia,vt filum ab ea parte, in qua charta plicatur inciſum cum uera bulla falſis literis immitatur ſub eadem plicatura cum filo ſimul Canapis reſtauratum.Quarta q̃ à ſuperiori parte bullę, altera pars fili ſub plumbo reſcinditur,& p id filum literis falſis inſerta reducitur infra plũbum. Quinta,cum literis bullatis,& reditis aliquid in eis p raſuram tenuem immutatur.Eos etiã a crimine falſitatis nõ reputamus immunes, qui cõtra conſtitutionem p̃miſſam ſcienter literas noſtras,niſi de noſtra, uel bullatoris noſtri manu recipiunt. Eos quoq;,qui accedentes ad bullã falſas literas cautè proijciunt,ut de uera bulla cum aliis ſigillentur. Sed hęc duę ſpecies falſitatis nõ poſſunt facilè deprehendi,niſi uel in mõ dictaminis,uel in forma ſcripturæ,vel qualitate chartæ falſitas cognoſcatur.In cęteris aut diligens indagator falſitatẽ poterit diligentiùs intueri, uel in adiunctiõe filorum, uel in collatione bullæ,uel motione,uel obtuſione: p̃ſertim ſi bulla non ſit ęqualis,ſed alicubi magis ſit tumida, alibi magis depreſſa.Si uerò, q̃ cõtra ipſum I.vobis p̃cipimus,neglexeritis ad implere, nouerit̃is nos uenerabili fratri noſtro.

Caput licet.extra de crimine falſi.

ſtro.N.Vercellē.Epo precipiendo mādaſſe,ut ipſe id auctoritate apoſtolica ſublato appellationis obſtaculo,exequatur.

Datum Spolet.II.Non.Sept.

N. DE AVRESHAM N. SANCti Aug.& N.Sancti Georg.Trioribus in Cantuarien.diœceſi conſtitutis: Ne ad ſedē apoſtolicam vite appellantes,impediantur,grauenturque.

SIc Apoſtolica ſedes inter fratres, & Coepiſcopos noſtros paſtoralis diſpēſauit oneris grauitatem,ſic eos increditæ ſibi ſolicitudinis partē aſſumpſit:ut nihil ſibi ſubtraheret de plenitudine poteſtatis, quo minus de ſingulis cauſis eccleſiaſticis inquirere poſſit, & cùm uoluerit iudicare,ad communem omnium utilitatē cōſtituēs: ut ad eam tanquam generalem omnium Matrem,& ſingulare fideliū Chriſti refugium appelletur, per quod,& minorum tollatur oppreſſio,& ſuperiorū p̄ſumptio refrenetur.Cùm itaq; appellationibus, q̄ ad ſedē apo interponūtur ſępius velimus ab omnib. humiliter & deuotè deferri,diſc. veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, & diſtrictè præcipimus,quatenus ex parte noſtra curetis fortiùs inhibere,nequis in Cantuarien.Eccleſiā,& dilectos filios priorem, & monachos Cantuarien.poſt appellationem ad nos legitimè interpoſitam excōmunicationis,ſuſpēſionis, ſiue interdicti ſententiā proferre p̄ſumat. Siquis uerò cōtra p̄ſumpſerit, uel hactenus fortè p̄ſumpſit,ſententiam eius nullā eſſe penitus nuncietis.Siqui et poſſeſſiones eorū inuaſerint uioleter, eos ad reſtitutionem earum per cenſuram eccleſiaſticam appel. poſtpoſita compellatis. Nullis literis ob. ueritate tacita, &c. Quod ſi omnes,&c.

Datum Spolet.IIII. Nonas Septemb.

N. SANCTI AVG. ET N. S. GEor.prioribus Cantuar. Eiuſdem argumenti.

DIlecti filij Io. & Hubertus nuncij dilectorū filiorū N.prioris,&Monachorū Eccleſię Cantuarien.nobis humiliter retulerunt, quod cū p̄ cauſa,q̄ inter dictos priorē,& Monachos, & uenerabilē fratre noſtrū.N.Cantuari.Archiepiſcopū,ſup capella de Lamech uertabatur,ab ipſis priore,ac monachis mitterētur,ſicut eis p̄poſitū fuit, ide Archiepiſcopus pòſt iter arreptū in eos excōmunicationis ſententiā p̄mulgauit. Cùm aūt plus ſit ad ſede apoſtolicam facto p̄uocare,q̄ verbo, & ipſis pp prædictam cām ad Romanā Eccleſiam uenientibus, intelligatur ad ſede apoſtolicā p̄uocatū,diſcretioni veſtræ p apoſtolica ſcripta mandamus,quatenus ſi uerū eſt,quod aſſeritur, dictos Io. & Hu.appellatione poſtpoſita denūcietis excōmunicationis vinculo nō teneri.Datum Peruſij. III.Idus Septemb.

N. ARIANEN. EPISCOPO DE electione & confirmatione Abbatis. N. Beneuentani.

ACcedentes ad p̄ſentiā noſtrā dilecti filii Georg.& Aug. monachi monaſterij ſācti Saluatoris de Teleſia,q̄ ad Romanā Eccleſiam ſpecialiter noſcitur p̄tinere, dilectorum filiorū cōuentus ipſius Monaſterij, ac prioris, & Primicerij Beneuentan.nobis literas p̄ſentarūt:ex quarū cōtinentia,& illorū diligenti ſignificatione nobis innotuit, q̄d cùm prædictis Priori,& Primicerio Beneuentan.noſtras literas miſiſſemus,ut P.tūc.Abbati ipſius monaſterij, quoniam ipſum minus p̄uidè gubernabat, de bonis ipſius facerent cōgruè prouideri, & ibidem alium ſubrogari Abbatē: qui p̄eſſe ſciret fratribus, & prodeſſe:prouiſo conuenienter eidem. P.poſt reſignationem ipſius, ipſo p̄ſente, ac ſuum præbente aſſenſum dilectum filium Io.tunc priorem ſuum uirum (ſicut dicitur)literatum,prouidum & diſcretum canonice in Abbatem, & concorditer elegerunt. Cumque idem electus pro confirmatione ſuę electionis ad noſtram præſentiam feſtinaret, propter, inediam paupertatis,qua monaſterium ipſum plurimum aſſerit aggrauatum, nec nō & cauſa metus fuit ab ipſo itinere reuocatus. Quoniam igitur nobis de rei veritate plenè conſtare nequiuit, fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenūs de forma electionis, & de perſona electi diligenter inquiras: & ſi inueneris formam electionis, & electi perſonam idoneam

Capele cti filii extra de appellat.

idoneã, cã auctoritate nostra oĩ contradictione, uel appellatione cessante confirmes, & munus eis benedictiõis impẽdas: ab eo iuramẽtum recipies sub ea forma, quã sub bulla nostra tibi mittimus inter clusam. Datum Perusij, XVIII. Cal. Oct.

ILLVSTRI CONSTANTINOpolitano Imperatori. Vt Sarracenis fortiter resistat, & Græcam ecclesiam ad Latinã, tamquã matrem, redire cogat.

IMperialis excellentiæ magnitudo, si se coram eo humiliauerit, qui humilia respicit, & alta à lõge cognoscit, & super eo sui stabilierit imperij fundamentum, præter q̃ aliud poni nõ potest, quod ẽ ipse Iesus, & sup quo ipse dñs noster nascẽtis Ecclesiæ posuit fundamẽtũ: Sup hãc petrã (inquiẽs, ædificabo Ecclesiã meã: exaltabitur, & elevabitur, quoniã oĩs, qui se humiliat exaltabitur, secũdũ testimoniũ veritatis, & firmabitur, & nõ flectetur: quoniã ædificiũ, qã sup hoc fundamẽtũ cõsistit, nec casum timet, nec ad machinas formidat hostiles. Vt aũt firmius, & fortius Imperiũ tuum in huius fundamẽti firmitate persistat, oportet vt Deum vniuersis tuis affectibus anteponas, & spõsam eius Rom. Ecclesiã, cuius ipse fundamẽtũ, & fundator existit, præcipuè venereris: ut dũ in dilectione spõsi, & spõsæ persteteris vnitate, ex nulla parte celsitudinis tuæ sublimitas quatiatur. Verùm, nõ vt ad detractionẽ, sed tuã potius correctionẽ loquamur, miramur nõ modicũ, murmurat et aduersum te populus Christianus, immo, & ipse Iesus ubi ille te increpat: Hospes fui, & nõ collegisti me: infirmus, & nõ uisitasti me: in carcere, & nõ uenisti ad me. Cùm n. peccatis nostris exigẽtib, uenerint gẽtes in hęreditate dñi, & coinquinauerint Teplũ sanctũ eius, immo & ipsum Iesum Xpm quodãmodo captiuauerint, lignũ sanctæ Crucis, in qua salus mũdi pepẽdit, & deleuit chirographum mortis, qua etiã Apost. se asserit gloriari: Mihi absit (inquiẽs) gloriari nisi i Cruce Dñi nostri Iesu Xpi: nec Xpo exuli subuenire nec ad liberationẽ terræ natiui tatis ipsius intẽdere hactenus, sicut debueras, curauisti: cùm tã ex uicinitate locorũ quã abũdãtia diuitiarũ tuarũ, & potẽtia, qua inimicos Crucis munere diuino præcellis, ad potueris commodius, & expeditius alijs principibus adimplere. Est etiã aliud pp quod solũ aduersus te, immõ aduersus Romanã Ecclesiã, q̃ id hactenus, quasi sub dissimulatione trasiuit: murmurat populus Christianus. Cùm n. dñs noster unam sibi sponsam elegerit nõ habẽtem maculam, neq; rugam, iuxta q̃ in eã ticis protestatur: Vna est (iniquiens) dilecta mea, sponsa mea, columba mea, & in Euang. dicit: Alias oues habeo quæ non sunt, ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, ut fiat unum ouile, & unus pastor. Cùm etiam inconsutilis tunica Xpi diuisa nõ fuerit, & in symbolo cõtineatur expresse: Credo vnã sanctam catholicam, & apostolicam Ecclesiam: Græcorum populi, ab unitate Apostolicæ sedis, & Romanæ Ecclesiæ recedentes, quæ disponente domino cunctorum fidelium mater est, & magistra sibi aliam Ecclesiam confixerunt, si tamen quæ præter vnam est, ecclesia sit dicenda. Vt igitur in utro q; prædictorum murmur si leat populi Christiani, immo ut Christum tibi reddas propitium, celsitudinem tuam rogamus, monemus, & exhortamur in Domino, & remissionem iniungimus peccatorum quatenus postpositis aliis solicitu dinibus uiriliter, ac potenter assurgas in adiutorium Iesu Christi, & ad terram ipsam, quàm ipse proprio sanguine comparauit de qua in Psalmo habetur, homo factus est in ea, & ipse fundauit eã altissimus, & alibi: Deus Rex noster ante sæcula operatus est salutem in medio terræ liberandam de manibus paganorum, & restituendam pristinæ libertati, ut in ea nomen domini glorificetur in sæcula, sicut tantus Princeps manum extedas, & exercitum dirigas copiosum, sperans in eo, qui est spes omnium, qui non deserit sperantes in se, quod paganorum multitudinem à facie tui exercitus effugabit. Nos enim remissionis, & protectionis, quàm propter hoc alijs Principibus christianis indulsimus, te uolumus esse participem, dummodo ad succursum terræ sanctæ potenter assurgas. Studeas etiam, immo sicut potes efficias, vt Græcorum ecclesia redeat ad sedis

apostolicæ

Capitele cti filij extra de appellat.

apostolicæ unitatem, & ad matrem filia reuertatur: ut oues Xpi ab uno pastore regantur, sicut ei mãdatur à Domino: Diligis me Simon Petre, pasce oues meas: ut & sub uno capite cuncta membra corpori connectantur, illo uidelicet, cui Dominus ait: Tu uocaberis Cephas, quod caput interpretatur. Alioquin quatuncunq; nobis molestum existeret serenitatem tuã in aliquo molestare, non possemus ulterius sub dissimulatione transire, quin nostrum exequeremur officium: cum per Dei misericordiam tempus acceperimus iustitiam iudicandi. Inspiret autem animo tuo ille, qui ubi uult spirat, ut ad honorem, & salutem tuam, & exaltationem ecclesiæ tanquam deuotus filius paternã exhortationem admittas præsentans nobis materiam, immo causam, quod ad honorem, & profectum imperatoriæ celsitudinis, sicut in proposito gerimus efficaciter ĩtendere debeamus. Mittimus autem ad tuę sublimitatis præsentiam dilectos filios A. Subdiac & capellanum nostrum apostolicę sedis legatum, & A. camerę nostræ notarium familiares nostros, quos suæ probitatis, & honestatis obtentu syncerę charitatis brachiis amplexamur, in his quę tecũ tractãda sint, seu etiã statuenda pari præditos potestate: qui tecũ super prędictis, & alijs, quę tibi ex parte nostra proponentur, & nobis ex parte tua fuere proposita tractent, & statuant, quę ad honorem ecclesię, ac profectum imperij pertinuerint: quibus & serenitatem tuam fidem indubitatam uolumus adhibere. Licet. n. maiores ad te possemus nuncios destinare, istos tñ ad hoc prędelegimus, ut dũ minus, quę sua sunt quęrerint, cõmuni, profectui, ecclesiæ scilicet. & imperij solicite magis, & diligenter insistant: quos serenitati quę propensius cõmendamus: rogantes attetius, ut eos honorificè ac benignè recipias, & sicuti decet magnificũ, & munificũ principem sine dilatione remittas ut opemur dum tps habemus. Ad hæc dilectos filios Ildeb. & Ioan. Greg. nuncios tuos benignè recepimus, quorum fide, & prudentiam nostro tibi testimonio cõmendamus sup his, quæ ipsis ab imperiali magnificentia commissa fuerant exequenda.

N. PATRIARCHAE CONstantinopol. quod Romana ecclesia sit mater omnium ecclesiarum, a qua Græci nullo iure discedere possint.

REprobata quondam, pter ingratitudinis uitium perfidia Iudeorum, & oblato synagogę (quia non cognouit tempus uisitationis suę) libello repudij, unam sibi ecclesiam ex gentibus congregatam non habentem maculam, neq; rugam Dominus noster elegit, iuxta quod legitur in Canticis canticorũ: Vna est electa mea, sponsa mea, immaculata mea. Ipse quoq; dominus Iesus Xpus, vnum esse ouile ouium, unum pastorem ĩ Euangelio protestatur, & ĩ Apostolorum symbolo unam esse catholicam, & Apostolicam ecclesiam, fides catholica profitetur. Hanc autem idem dñs Iesus Xps in se ipso lapide angulari fundauit, & eius magisterium Apostolorum Principi Beato Petro, cui (licet insufficientes) in apostolatus successimus dignitate, concessit: Tu es (inquiens Petrus, & super hanc petram ædificabo Eccle. meam, & paulo pòst subdidit: Et tibi dabo claues regni cœlorum: & etiam curam ouium suarum eodem uerbo tertio reperito commisit, dicens: Pasce oues meas, & q eius fides nunquam deficeret, se orasse fatetur, loquens ad eum in euangelio: Ego pro te rogaui Petre, vt non deficeret fides tua, & conuersus aliquanto confirma fratres tuos. Præterea licet uniuersis Apost dixerit in communi: Accipite spiritum sanctum, vt quorũ remiseritis peccata remittuntur eis: ad eum tamen uerbo vtitur speciali dicens. Quodcunque ligaueris super terram erit ligatum & in cœlis, & qcunq; solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Hoc autem Græcorum populus, non attendens aliam sibi confixit eccl. si tñ, quæ prętet unam est, ecclesia sit dicenda, & ab apostolicę sedis unitate recessit: nec constitutionem domini, nec Petri magisterium imitatus, & inconsutilem uestem domini cui crucifixorum manus in aliarum uestium diuisione pepercit, scindere vsque hodie (licet frustra) conatur: non attendens, quod vna tantum

exitit

extitit archa, intra quam sub uno rectore quicunq; fuerunt, leguntur in cataclismo saluati: qui autem extra ipsam inuenti sunt, omnes in diluuio perierũt. Quia igitur id in scandalum nostrum, & fidei Christianæ redundat dispendiũ, nec iam possumus uitare clamores ecclesiæ generalis, q̃ nos, & prædecessores nostros negligentiæ, ac tarditatis redarguit, monemus frat. tuam, & exhor. in Domino, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus omnidam solicitudinem, & efficacẽ operam interponas, vt Græcorum vniuersitas redeat ad ecclesiæ unitatem, & ad matrem filia reuertatur, & fiat iuxta uerbum Domini unũ ouile, & unus pastor: alioquin non possemus ulterius &c. vt supra vsq; ad verbum Inspiret. Cæterùm cũ peccatis nostris exigentibus rebus, &c. in eundem modum usq; ad verba In cruce dñi nostri Iesu Christi Miramur q; charissimus in Christo filius noster. N. Constantinopolitan. Imperator illustris nec exuli Xpo subuenit, nec liberationem terræ natiuitatis ipius, in qua Deus Rex noster ante sæcula salutem dignatus est operari (sicut debuerat) intẽdere hactenus, p. curauit. Cùm tã ex vicinitate locorũ, &c. usq; ad verbũ Adimplere. Cùm igitur terræ Sanctæ, ĩ qua pedes Xpi steterũt, totis desideremus affectib subueniri, fraternitatẽ tuã rogamus attẽtius, & exhortamur ĩ domino, quatenus præfatũ Imperatorem monere studeas, & inducere diligenter, ut ad succursum eius potenter intendat.

N. ILLVSTRI REGI FRANcorum vt cum sereniſſimo Anglorum rege pacem faciat, & contra Saracenos bellum ſacrum cum reliquo Chriſtiano orbe proſequatur.

Mediator Dei, & hominum ipse Iesus redemptionis humanę mysterĩ impleturus, pacem discipulis pro hæreditate legauit, ut eã seruarent ad inuicem, & ad obseruationẽ eius cæteros inuitarent: Pacẽ (inquiẽs) meam do uobis, pacem relinquo uobis. Proph. quoq; monemur cõsilio, ut pacẽ non solum quærere, sed etiam persequi debeamus: Inquirere (dicentis) pacem, & persequere eã: unde nos qui uices Xpi (licet ĩsufficientes) exercemus in terris, eius sequẽtes exẽplũ, & prædecessorũ nostrorũ consuetudinẽ imitãtes, ad reformãdã inter discordantes, verę pacis concordiam intendere uolumus, & tenemur: præsertim, cum ex discordantium ipsorũ dissidio magnum, tam ipsis, q̃ ecclesiis, & populis terræ suę, immõ, &c. toti christiano populo proueniat detrimẽtum. Nam ut stragem uirorum, ecclesiarum, grauamina, pauperum oppressionem, & totius tam Gallicanæ, quam Anglicanę gentis periculum, quæ propter guerram, quam tu, & charissimus in Christo filius noster N. Rex Anglorum Illustris, adinuicem exercetis, prouenerunt hactenus, taceamus: cõmuni populi christiani dispẽdio, & excidio Hierosolytanæ prouinciæ tu, & ipse causam uidemini pstitisse, & materiem cum hominibus utriusque regni propter tuam, & eius dissensionem detẽtis, non solum, quæ amissa fuerant ab initio in partibus transmarinis nondum recuperari potuerint, immò his etiam graue uideatur periculum imminere, quæ à Christianis hactenus sunt possessa. Antiquis enim, & tristibus rumoribus noui, ac tristiores supernenere rumores, quòd cum Theutonici Accon naugio, &c. vsque ad uerbum Assumite. Quia uerò nos ad subuentionem terrę orientalis, tam in personis, q̃ rebus dilectos filios nostros: S. tituli Sanctę Praxedis, & P. Sanctę Mariæ in uia lata diac. Card. apostolicæ Sedis legatos uiros honestate morum, maturitate consilij, & scientia reuerendos, quos inter alios fratres nostros speciali charitate diligemus, ministerio proprio Sanctæ Crucis charactere curauimus insigniri: ne quid excontingẽtibus ommittere uideamur, dictum Sanctæ Mariæ in uia lata, diac. Card. uirum scientia prędi tum, honestate præclarum Deo, & o'bus (sicut speramus) acceptũ, ad tuam, & eiusdem regis prẽsentiam duximus destinandum, legationis ei officium committentes. Idcoq; serenitatem tuam rogamus, monemus, & in remissionem iniungimus peccatorum, quatenus eum sicut legatũ

apostolicę Sedis recipiens, & honorãs ad exhortationem nostram, & eius, infra duorum, mensium spatium, post receptionem prȩsentium, & cõmonitionẽ ipsius factã utrique uestrum quia hic est necessarium populo christiano, ut id sine dilationis diffugio maturetur: cum sine tuo, & fidelium tuorum, ac sine dicto rege, ac fidelium eius subsidio qđ in sequenti martio proposuimus ad partes illas, dante dño, destinare uix terræ, in qua pedes Xpi steterunt, & ubi deus noster ante sæcula nostram dignatus est operari salutem, poterit subueniri, plenam pacem, uel treguas longas saltem usq; ad quinquennium in eas, & obseruies: ita qđ interim nullum alterutri circa proprietatem, uel promissionem eorum, qȝ a reliquo detinentur, præiudicium gñetur: alioquin (qđ tuncunq; nobis molestum existat celsitudinem regiã aliquo molestare) quia tã Deum tibi pro ponemus, & cõem vtilitatẽ tuis debemus commodis, immò potius cõmodis anteferre, nisi ad commonitionẽ eiusdem legati, mandatum apost. infra scriptum terminũ humiliter receperis & impleris, ex tunc de cõi fratrum nostrorum consilio totam terram tuã subiacere decernimus interdicto: ita ꝙ præter baptismas paruulorum, & pœnitentias morientium, nullũ in ea diuinum officiũ celebretur. Quod si nec per hanc districtionem impleueris qđ mandamus, te ipsum, fautores, & consiliarios principales ecclesiastica seuerita te noueris coercendos: id ipsum de terra Regis Angliæ ipso etiam fautoribus suis conciliatiis decernentes. Venerabilibus etiam fratribus nostris Archiepis, Episcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus & uniuersis ecclesiarum prælatis utriusq; regni, sub pœna ordinis, & officij sui mãdamus, & in uirtute S. sancti præcipimus ut interdicti sententiam, sẽm præscriptã formam inuiolabiliter studeant obseruare, & faciant ab aliis irrefragabiliter obseruari. Idẽ etiam fratribus militiæ templi, ac Hierosolymitani Hospitalis, sub priuilegiorum, & indulgentiarum suarũ pœna mandamus, credentes ex hoc nõ voluntati tuæ, sed utilitati, non affectui, sed profectui, non oneri, sed honori consule re, totiq; christiano populo, quidere. Statuimus etiam ut si quis oĩno clericus, cuiuscunq; professionis uel ordinis, post interdictum nostrum diuinum tibi prȩsum pserit officium ministrare, ordinis, & beneficij sui se nouerit periculum incurrisse. Attendas igitur fili charissime nostrã, & Apo. Sedis tuæ matris affectum, causã coactionis inspicias, & communi utilitati prospiciens, motui carnis animæ præpone salutem, & sensualitati prȩferas rationem: non apostolicæ Sedi regia potestate resistens, sed humilitate deferens filiali: quę in hoc etiam salutem tuam procurat pariter & honorem.

Scriptum est in eundem modum R. illustri Regi Anglorum.

Scriptũ est super hoc uniuersis Archiep. Episcopis Abbatib. Priorib. & cæteris ecclesiarũ præl in utriusq; regis regno cõstitutis.

N. POTESTATI, ET POPVLO Spoletan. Baronibus, nobilibus, & uniuersis fidelibus nostris, in Spoletan. diœcesi constitutis. Vt Cardinali Ro. Pontificis magistratus, obtemperent.

MAgnificauit dñs facere misericordiam nobiscum, iuxtu qđ scribitur in Propheta: Cui gratiarum referimus actiones qđ usq; ad nostra, & uestra, tpa reseruauit, ad q̃ pdecessores, tam nostri, q̃ uestri summo desiderio anhelarunt. Ipse. n. qui dat lasso uirtutem, & his, qui non sũt fortitudinem, & robur, multiplicat patrimonium B. Petri, portionem videlicet nostram desiderabile, & prælarum hęreditatis nostræ funiculum, quæ in oppreſionẽ diu posita fuerat per violentiam occupata, nobis sperãtibus, ꝙ manus eius abbreuiata nõ esset, vt saluare nequiret, nec auris eius, ut non exaudiret, aliquatenus aggrauata absq; violentia qualibet, aut bellicoso congressu restituit, & bonã ad nos multiplicauit fidelium ecclesiæ uoluntatem: ita ut sẽm Esaiam, iam dicere possemus, Sedebit populus meus in plenitudine pacis, & in tabernaculis fiducię, & in requie opulenta. Sanè qualiter Cõr. Dux quõdam dictus Spoleti, ducatũ Spoletan. in nostris manibus resignarit, & ad mandatum ecclesiæ cum humilitatę rediderit,

dierit,vos non conuenit edoceri: cum ille, qui forsan peccatis uestris exigentib. iuxta uerbum Hieremiæ: Super uos gentem robustam adduxerant de longinquo, gentem cuius ignorabatis linguam:posuerit uisitationem uestram pacem,& ppositos uestros iustitiam priorum timore sublato.Pròpositi siquidem nostri,& uoluntatis existit,ut terra,quam dñs(ut dictum est)ad manus nostras non in arcu,uel gladio confidentes,sola sua ineffabili pietate reduxit,in iustitia, & iudicio gubernetur,per nos fideliter exequẽtes,quod scriptum est:diligite iustitiam, qui iudicatis terram,& inimici uestri in circuitu ĩ flãmentur, dum in deuotione Ro. ecclesiæ, quæ uerè de se dicere potest: Iugum meũ suaue est,& onus meum leue, securi hostium sublata formidine fideliter persistetis.Inde est, ꝙ paci, & tranquillitati uestrę paterna uolentes solicitudine prouidere,dilectum filium nost.G.S.Mariç in Aquiro Diac. Card. virum utique prouidum,& discretum,quę inter alios nostros fratres speciali charitate diligimus, uobis duximus proponendum, ut uestre pacis,& salutis regimen ulterius exequatur vtranque potestatem, spiritualem uidelicet,& temporalem ei uice nostra commisimus,ut dum in eo potestãs utraque conuenerit,utraque adiuta per alteram liberius ualeat exerceri.Cui dedimus in mandatis,ut uos tanꝙ ecclesiæ Ro. filios speciales diligat,& honoret, & sic iura nostra procuret,ut aliena non lædat,sed qđ suum est unicuiq; studeat cõseruare.Vniuersitatem itaq; uestram attenta in domino exhortatione monentes,vt deuoti, atque feruentes in fidelitate Rom.Ecclesiæ matris,& dominę uestræ immobiliter perduretis,per apostolica uobis scripta mandantes,& districtè precipientes,quatenus ipsum,tam,ꝙ rectorem uestrum, & apost. sedis legatum eum, debito suscipientes honore,eiq; tanꝙ personæ nostrę reuerentiam, & obedientiam in omnibus exhibentes,mandata eius pariter,& statuta recipiatis humiliter,& irrefragabiliter obseruetis. Non enim quicquid idem legatus uester,& rector duxerit statuendum ratum habentes,& firmum, auctore domino faciemus inuiolabiliter obseruari.

In eundem modum potestati,et Pop.Reat. Baronibus,nobilibus, & uniuersis fidelibus in Reatin.diæc.constitutis.

In eundem modum potestati,& Pop. Fulginat.Baronib.nobilibus, & uniuersis fidelibus nostris in Fulginat. diœcesis constit.

In eundem modum potestati,et populo Assisinat.Baronibus,nobilibus et uniuersis fidelibus in Assisinat.diæc.constitutis.

In eundem modum potestati,& populo Eugubin Baronibus,nobilibus,& uniuersis fidelibus nostris in Eugubin diæc.constitutis.

In eundem modum Potestati,et populo Perusino,Baronibus,nobilibus, & uniuersis fidelibus nostris in Perusin.diæc.consti.

In eundum modum potestati, & populo Castel.Baronibus,nobilibus, & uniuersis fidelibus nostris in Castellan.diæc.const.

In eundem modum Potestati,et popul. Tudertin.Baronibus,nobilibus,& uniuersis fidelibus nostris in Tudertin.diæc.constitutis.

ILLVSTRI REGI ANGLORVM de capella quadam Cantuariensi, propter quam Pontificem Rex adierat per literas.

LIteras,quas nobis Regia Serenitas super negotio Cantuariensi Ecclesię destinauit,benignè recepimus, & earum tenore diligenter inspecto, intelleximus celsitudinem regiam super eo, quod scripserat,fuisse per falsi suggestionem in pluribus circumuentam:cum bonæ memoriæ B.quondam Cantuarien. Archiepiscopum in constructione capellæ iuxta Cantuarien. de felicis recordationis Luc.& Vrbani prædecessorum nostrorum scripserit processisse: cùm potiùs idem V. prædecessor noster opus illud per sententiam præceperit demoliri, & locum ipsum maledictum haberi mandauerit,& prophanum, sicut,ex literis eius serenitati Regiæ poterit manifestè liquere. Præterea cum dictus Archiepi. denuo voluisset quæstionem suscitare sepultam, bonæ memoriæ. N. quondam Cantuariensi. Priorem, cum quibusdam monachorum,& nunciis ipsius Archiepiscopi, propter hoc apud Sedem Apostolicam constitutis, felicis recordationis

Clemens Papa prædeceſſor noſter opus illud de fratrũ cõſilio funditùs demoliri præcepit. Venerabilis uerò frater noſter Vbertus Cantuariẽ. Archiepiscopus volens in opere damnato procedere, & ſi locum mutauerit, à dicti tñ prædeceſſoris ſui propoſito non creditur receſſiſſe: cũ poſt multiplices inhibitiones ſibi, ex auctoritate apoſtolica factas, poſt appellationem ſępius interpoſitã ad apoſtolicã Sedem poſt contradictionem dilectorũ filiorum Cant. Monachorum de bonis Cantuarien. Eccleſiæ in non modicũ eius prę̃iudiciũ, & grauamẽ (ſicut à multis, & magnis accepimus) in capella de Lamech amplas prębendas ſtatuerit, & in largas ei poſſeſſiones, & redditus aſſignarit: & ad ſtructuram ipſius eccl. ac domorum eius ea parauerit, quæ in utilitatẽ, & decorẽ Cant. eccleſiæ ſpõsæ ſuæ potius debuerat cõuertiſſe: quod cũ ad bonę memorię Cœleſtin. Papæ prædeceſſoris noſtri audientiam peruenisſet, quod à dictis prædeceſſoribus noſtris ſtatutum fuerat, ratum habuit, & præcepit ſine cuiusque refragatione ſeruari: clericos etiam de Lamech, à iuramento de obſeruatione nouæ capellæ dicto B. Cantuarien. Archiepiscopo præſtito, denunciari mãdauit penitùs abſõlutos: & eis diſtrictè fecit iniungi, ne ulterius nouam capellã, uel eccl. de Lamech obſeruarent, nec per ſe, nec per ſuos miniſtrarent, in ea diuina: eos mãdãs eccleſiaſtica diſtrictiõe percelli, qui mandato Apoſtolico cõtrairẽt. Sanè ſi dictus Archiepiscopus, quid potius expediret, attenderet in Eccleſia Cãtuariẽ. metropoli ſua, quã Beatus Põtifex, & Martyr Thomas ſuo sãguine cõſecrauit, libentius reſideret, & in ſtructura ipſius, uel aliis eius vtilitatibus erogaret, quod in damnati operis cõſtructione dispergit: à quo & ſi nihil aliud eius cõpesceret uoluntatẽ, uitatio tñ grauis ſcãdali, quod inde peruenire cognoscit, cũ debuerat reuocare, cũ ſacra ſcriptura docẽte, debuerit dediciſſe, quod licet opera illa, quæ ſine mortali peccato omitti nõ poſſunt, nõ ſint pro vitãdo ſcãdalo dimittenda, nec ea debeãt pro ſcãdalo uitando cõmitti, q̃ ſine mortali peccato cõmitti nõ poſſunt: ab his tñ, quæ cõmitti poſſũt ſine mortali peccato pariter, & dimitti, ſit pro ſcãdalo tollẽdo ceſſandũ, & eis ẽt pro uitãdo ſcãdalo inſiſtẽdũ: vnde Apoſtolus in Epiſtola dicit: Si ſcãdalizaretur frater, carnẽ nõ cõmederẽ ī ęternũ, & dominus in Euãgelio cõtra eos, qui ſcãdali præſtãt materiẽ: Væ (inqt) homini illi p quẽ ſcãdalũ venit, melius ẽ ei, vt ſuſpẽdatur mola aſinaria ad collũ eius, & demergatur in profundũ. Rogamus igitur ſereni tatẽ regiã, monemus, & exhortamur ī dño, quatenus nõ cito moueatur a ſenſu ſuo, nec facile credat oī ſpiritui, aut vſque adeo detractorib. beneuolũ p̃ſter auditũ, ut de nobis iniſtri aliquid ſuſpicetur, q̃ aliquẽ, cõtra iuſtitiã grauare velimus, aut iura regni tui, q̃ honeſtati cõueniũt, uacuare. Nouimus n, ſicut in literarũ tuarũ exordio expreſſiſti, quid ad officiũ noſtrũ ptineat, & quare ſimus ſup gẽtes, & regna nõ noſtris meritis, ſed diuino munere cõſtituti. Nouimus ẽt, q̃ nobis incũbit unius cuiusque iura tueri, & ideò à iuris tramite, nec ī hoc, nec ī alio negocio volumus fauorẽ cuiuslibet declinare. Nolumus p̃terea prædeceſſorum noſtrorũ rationabilia reuocando ſtatuta reuocãdi, q̃ rationabiliter facimus, uel ſtatuimus ſucceſſorib. noſtris exẽpla p̃ſtare: q̃ p̃deceſſorũ noſtrorũ veſtigijs in p̃senti negocio, & adheſimus hactenus, & in poſterũ intẽdimus adhærere: ne ſup crebra mutatiõe p̃ſtemus aliis materiã murmurãdi: quãquã in literis tuis, ad falsã ſuggeſtionẽ expreſſeris, q̃ in hoc negocio à veſtigijs p̃deceſſorũ noſtrorũ uidemur p̃ propere receſſiſſe, nõ ſolũ iura regni tui nõ lædere, immò ẽt minores quoslibet ī regno Anglię cõſtituros, ī ſuis iuſtitijs cõfouere: ac ideo ſolicitè p̃cauere intẽdimus, ne minores à maiorib. opprimãtur. Q̃ſ. n. de cõſuetudine regni Anglorũ p̃cedere regia ſerenitas p ſuas literas ītimauit, ut licear tã Eps q̃ comitibus, Baronibus, Eccleſias in feudo ſuo fundare: Laicis q̃ dẽ princib. id licere nullatenus denegamus, dũmõ dęceſani Epi eis ſuffragetur aſſeſus, & p nouã ſtructurã ueterũ Eccl. iuſtitia nõ lædatur. Sed ex hoc opere uidetur Cãtuariẽ. Eccl. dignitas ex parte nõ modica

modica deperire, cum non referat, quod ad remotiorem locum trãsfertur, eadem contradictionis causa durante. Vtinam ei diuina bonitas inspirasset, vt non de alieno, sed proprio construeret Ecclesiã, in qua regulares canonicos instituere t, qui suum domino iugiter impenderent famulatum. Cùm autem te sicut specialẽ Ecclesiæ filium, & catholicum Principẽ syncero in domino diligamus affectu, nec tuæ uelimus postulationi (quantum cum Deo possumus) assensum apostolicum denegare, iuxta petitionem regiam in negocio memorato procedere differemus, donec dicti Archiepiscopi nuncij, nostro se conspectui repræsentent, nisi forsan ex malitiam suam absentiam diutiùs procurauerint. Verùm cum ad iudicium uentum fuerit, nec declinabimus ad dextram nec sinistram, nec ob gratiam, aut fauorem cuiuslibet, à iustitiæ tramite recedemus: qui & institiam prosequi cupimus, & prompti sumus (secundum Apostolum) inobedientiam omnem ulcisci, cùm acceperimus tempus iustitiam iudicandi.

VNIVERSIS ABBATIBVS ciſtercien. ordinis in generali Capitulo conſtitutis, vt pro Pontefice ardenter orent & Abbatem Sambucinum, ſeculis verbũ Dei prædicantem, habeant pro excuſato.

IN naui nostri Piscatoris, gubernatoris gerentes officium, dum istumentium fluctuum tempestates elidimus dum insurgẽtium uentorum rabiem eui tamus, ex nostra quasi prorsus infirmitate deficimus, nisi uos, & alij, qui relictis retibus, & naui pauperem Christum, pauperes imitamini, & cum ipso undas maris uestigio sicco calcatis, uestris nos iuuetis orationibus apud ipsum, qui cum imperat uentis, & mari, aquilonem conuertit in austrum, & tempestatem redigit in trãquillum. Licet enim iuxta testimonium ueritatis, iugum domini suaue sit, & leue onus ipsius, insufficientia tamen nostra præssa grauitate pastoralis officij, & emergentium negociorum multiplicitate grauata, dum cum Martha circa frequens satagit ministerium, nunc obscura quæstionum elucidans, & certo in ambiguis usa responsa, nunc difficiles nodos causarum iustę diffinitionis manu dissoluens, nunc malignorum incursus refrenans, nunc humilibus clipeum Apostoli cæ protectionis indulgens, & quasi se totam impendens negocijs aliorum, nisi uos qui cũ Maria sedetis iuxta pedes domini audientes uerbum ipsius, & suaues, Rachelis fouetis amplexus, immo, qui scala orationis continuę nubes transcendentis cęlorũ intima penetrantes, nõ solũ cęlestes delitias, verũ etiã cęlestiũ delitiarũ auctorẽ, panẽ cęleste, infirmorũ salutẽ, remediũ oppressorũ, naufragãtiũ portũ, spẽ fideliũ, militãtiũ brauiũ, morietiũ uitã, & Ecclesiæ sponsum. Verùm scilicet Salomonẽ in diademate, quo coronauit eũ mater sua oculis cõtẽplatiõis inspicitis, defectũ nostrũ Sãctis orationibus suplectis, uix tolerare poterimus pastoralis onera grauitatis, qn potiùs tãtę solicitudinis succumbemus. Nouimus.n.q ab eo plus exigitur, cui plus cõmittitur, & cũ augentur dona, rationes et crescũt donorũ: pp quod tãtò amplius uestris orationib. nos credimus indigere, quantò maior nobis est solicitudo cõmissa, & ad superiorẽ sumus, immo supremũ ecclesiasticæ dignitatis apicẽ (licet insufficientibus meritis) exaltati: cum secundum Apostolum instãtia nostra sit omniũ ecclesiarũ solicitudo cõtinua. Nouimus etiã, q multũ ualet deprecatio iusti assidua, cum puras manus sine disceptatione leuat ad Deum: & quanto magis in conspectu domini, orãdo humilius se prosternit, tantò se amplius ad eũ dominus exaudiendum inclinat, & ipsum uincinius, & familiarius, intuetur. Ipse etenim humilia respicit, & alta à lõge cognoscit: qui superbis resistit, humilibus aũt dat gratiã. Nouimus præterea in Euãgelio esse scriptũ: Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis, & paulo pòst: Omnis enim qui petit accipit: & qui quærit inuenit: & pulsanti aperietur: qui petit fide, accipit uitã: qui quçrit spe, inuenit uiã: qui charitate pulsat, ei ueritas apitur, illa uidelicet, quæ de se dicit: Ego sum uia, ueritas, &

vita. Rogamus igitur uniuersitatem ve-
stram, monemus, exhortamur in domi-
no, quatenus insufficientiam nostram ex
humana infirmitate pensantes, præter ge-
neralem illam orationem, quam pro no
bis effundit uniuersalis ecclesia in ora-
tionibus uestris memoriã nostri specia-
liùs habeatis: ut ille, qui ad apostolatus
officium nos uocauit, ad salutem nostrã,
& commissorum regimini nostro popu-
lorum profectum, nos illud implere cõ-
cedat: & defectum nostrum suo dignetur
omnipotentatu supplere: qui dat omnib.
affluenter, & non improperat, taliter in
suorum nos dirigens obseruantiã mãda
torum, ut uita nostra lucear subditis ad
exemplum, & verbũ proficiat ad doctri-
nam. Petite, ut spiritauitę nobis dãs be-
nignus infundat, & gratiã suã in nobis
multiplicare dignetur, Quærite, ut qui
Petro porrexit dexteram naufraganti, &
ne mergeretur erexit, uiam nobis salutis
ostendat, & erigat: ne sæcularibus nego-
ciis ultra quam expedit immergamur.
Pulsate, ut intelligentię nobis ueritatem
aperiat. & sic dirigat gressus nostros, in
semitis suis ut non moueantur uestigia
nostra, quinimmo lucerna pedibus no-
stris uerbum eius existat, & sic actus no-
stros in sua pace disponat, ut eã semper
mediremur interiùs, & exteriùs opere-
mur, quæ nobis & subditis nostris in prę
senti proueniant ad quietem, & ad uitã
in futuro proficiãt sopiternã. Nos.n, quã
tũ cõcesserit dominus profectib. vestris,
imminere diligenter intendimus, & uo-
bis in necessitatibus uestris poteter adesse,
ac contra malignantium impetus apo
stolica protectione præsidium indulge-
re: quòd tunc libentiùs exequemur, cum
uestris nos sensserimus precibus, & meri-
tis adiuuari. Dignum est enim ut pro no
bis uniuersalis Eccl. preces effundat, &
insufficientiam nostram orationibus re-
leuet, qui ad uniuersorum Christi fide-
liũ regimen diuino numine deputati, ex
iniuncti nobis officij debito uniuersorũ
cogimur onera sustinere: Ad hæc cum di
lectum filium nostrum Abbatem de Sã-
bucin. de fratrum nostrorum consilio ad
proponendum uerbum domini populis
Siciliæ, ac eos citrãdos ad obsequium cru
cifixi duxerimus destinandum, ipsum ha
bere nos rogamus, & uolumus excusatũ,
utpote quem causa domini auctoritas
mandatoris, & utilitas communis etiã,
sine literis nostris sufficienter excusant.

Datum Reat. IIII. Cal. Aug.

OCT. HOSTIEN. EPISCOPO, *vicario nostro de consecratione altarium, ex mandato D. Petri Apostoli.*

PAucis diebus ante nostrũ ab urbe re-
cessum, sacerdos quidã ætate lõgeuus,
timoratus (vt creditur) ad præsentiã nostrã
accessit, secreto proponens, qp in uisione
nocturna per somniũ ei apparuit, Beatus
Petrus Apost. dices: Accede ad Põt. Inno
cẽt & ex mea sibi parte significa, qp à na-
tiuitate sua quasi filiũ illũ dilexi, & p di
uersos gradus promotũ in mea tãde sede
cõstitui. Qua pp, & ipse decore, & hono-
rẽ domus meæ debet diligere, studioque
uigili promouere. Scias ergo, quod in Ec
cle mea pauca sunt altaria cõsecrata: un-
de cõtingit, qp in altaribus dissecratis di-
uina misteria celebrãtur: faciat igitur ea
saltẽ cũ debita reuerentia cõsecrari, super
quę nouit frequentiùs officiũ celebrari di
uinũ. Verùm cũ semel, & iterũ cadẽ sibi
fuisset uisio reuelata, nec ipse, qp mãdaba
tur impleret, tertiò tãde ide Apostolus,
uelut offensus intulit dicens: Quia meũ
obaudisti mãdatũ, ego tuũ tibi tollã audi-
tũ. Ex tũc ita surdus effectus est, ut pe-
nitùs nõ audiret. Gemens ergo vehemẽ-
ter, & plorãs ad cõfessionẽ B. Petri deuo
tus accessit, cũ lachrimis postulãs, ut mi
sertus sibi restitueret auditum, quia man
datum ipsius illicò adimpleret: quo per
Dei misericordiam exaudito, quod acci-
derat ei, nobis per ordinem indicauit. Li
cet aũt secũdũ apostolũ, nõ sit credẽdũ oĩ
spiritui, quia tã in tali negocio Angelus
sathanę non transfiguraret se in Angelũ
lucis, & meliùs est piè credere, q̃ temerè
dubitare, cum honestum sit, quod propo
nitur faciendum, & si uerum non esset, qp
asseritur reuelatum, fraternitati tuæ, de
qua plenam fiduciam obtinemus, per

apost.

apost. scripta mandamus, quatenùs altaria Philippi & Iacobi. Simonis & Iudę, Beati Gregorij, & sancti Andreę, quę dissecrata dicũtur, tu ipse consecres, uel per alios auctoritate nostra facias consecrari. Credimus enim, quòd ex hoc nobis fructus æternæ retributionis accrescet.

CONSVLIBVS MEDIOLANEN. quod passaguerra. insiè fuerit excommunicatus.

SVper negocio Passaguerræ, pro quo nobis sæpe scripsistis, dicentes, quòd ex leuibus causis cùm excommunicari mandauimus, undè contra nos graue scãdalum est subortum, licet illud uobis respõdere posse mus, quod legalis sanxit auctoritas: quia uidelicet instar sacrilegij est de factis Principis iudicare, illum tũ in nostra responsione magis uolumus imitari, cuius (licet indigni) locum tenemus: qui Iudęis obloquentibus non est dedignatus pro se reddere rationem, inter cætera dicens: Si malè locutus sum, testimonium perhibete de malo, si benè cur me cæditis? Nos enim licet flagello linguæ uestrę cædamur, quia tamen secũdum Apostolum pro minimo nobis est, utrum à uobis, aut ab humano die fuerimus iudicati, dummodo nostra nos conscientia non remordeat, non timentes scandalum contra ueritatem subortum: cùm ueritas non sit relinquenda pro scãdalo, teste ueritate: quæ cùm ei ab Apostolis diceretur: Scis quia Iudæi audito hoc uerbo scandalizantur? Respondit: Sinitæ cæci sunt duces cæcorum: ad excusationem nostram, id uobis duximus respõdendum: quòd cum prædictus P. fuisset à nobis multipliciter honoratus, in tãtam prorupit audaciam, ut contra uerbũ suũ, quòd pòst pronunciationem nostram publicè protulit in consistorio exclamãdo, iustus es domine, & rectum iudiciũ tuũ, non sit ueritus, non solum coram aliis, sed etiam coram nobis multoties replicare quod Mediolanen. ecclesiam iniustè grauauimus. Cuius ausum sacrilegũ cũ multoties benigna quadam dissimulatione tulerimus patienter, ex patientia nostra factus audacior coram, fratribus nostris non expauit ponere os in cœlũ, id ipsum quod dixerat replicando super bè. Nam licet peccatores simus, & nati de peccatoribus, illius tamẽ uices exercemus in terris, qui peccatũ nõ fecit, nec inuẽtus est dolus in ore eius, qui honoratur, cũ honoramur, cõtẽnitur, cũ cõtemnimur, ipso testante: Qui uos spernit, me spernit, &c. Idẽ etiã Passaguerra iniquitatem addens iniquitati, cũ nõ solũ causidicus, sed procurator esset in causa, quę uertitur iter uenerabilẽ fratrẽ nostrũ. N. Mediolanen. Archiepiscopũ, & dilectum filium Abbatem de Scozul. post acceptam diu desideratam sentẽtiã, postulauit à nobis licẽtiã redeundi, uolẽs (vt credimus) per excogitatæ malitię subterfugiũ processum iustitiæ contra misericordiã illud monasterium impedire, sicut id ipsum pòst sententiam uenerabilis fratris nostri. N. Veronen. Episcopi sanctę Romanę ecclesiæ Card. fuerat procuratum. Sed nos qui (secũdum apostolum) sapientibus sumus, & insipientibus debitores, uolentes eidẽ monasterio (sicut iustũ fuerat) prouidere, nõ solũ ei negauimus licentiam redeundi, uerumetiam districtè præcepimus, ut moram facere prędicto Abbati de Scozula responsurus: qui præceptũ nostrũ cõtemnẽs, sine licentia redire præsumpsit: cùm cautum sit in sacris canonibus, ut ipsius canonis uerba ponamus: aliquem ex his tribus criminibus excomunicari debere. Cùm ad synodum uocatus uenire canonicè contemnit aut si pòstquam illuc uenerit sacerdotalibus respuit obedire præceptis, aut si antè finitam causæ suæ examinationem à synodo abire præsumit. Ad maiorem autem cumulum iniquitatis ipsius (sicut ex literis uestris accepimus) præsumit asserere, quòd ipse in prædicta causa non extitit procurator, cũ huiusmodi falsitatis ex literis pronũciationis nostræ patetibus, quas ipsemet ad dictum Archiepiscopum reportauit, apertè ualeat denudari: quę continent manifestè prędictum P. fuisse procuratorem ad causam prędictam. Ipse quòque non quasi pœnitens de commissis, sed pertinax in malitia scandalum contra nos

nititur suscitare, culpam suam in nostram uolens iniuriam retorquere. Licet autem (secundum apostolum) omnem inobediē tiam prompti simus ulcisci, volentes tamen eum corripere in spiritu lenitatis, sę pe dicto Archiepiscopo vestro mandauimus, vt infra quindecim dies reciperet ab eo iuratoriam cautionem satisfaciendi nobis de commissis excessibus, vel infra quindecim alios compelleret eum ad præsentiam nostram satisfacturum accedere: quod si neutrum efficeret, excommunicationis eum uinculo innodaret. Sanè si premissa uerba canonis attendatis, non seueritatem, sed benignitatē exhibuimus circa ipsum: & ecce quanta sit eius in hoc facto discretio, liquido poterstis aduertere: cum suam ante excommunicationem per se potuit efficere, quod post excommunicationem per alium sibi fieri deprecatur, videlicet ut recepta iuratoria cautione mereatur absolui. Quia verò Ciuitatem uestram speciali quadam prærogatiua diligimus, & si non debueritis ministra de nobis dicere, vel etiam cogitare, uestris tamen precibus inclinati, Archiepiscopo uestro mandamus, vt recepta ab eo secundum formam ecclesiæ iuratoria cautione, munus ei absolutionis impendat: mandans ei statim ex debito iuramēti, quatenus infra mensem nostro se conspicui repræsentet: ut unde siue licentia præsumptuosus abscessit, illuc ex obediē tia satisfacturus accedat: quod, si facere fortè contempserit, eum, & pro præmissis excessibus, & reatu periurij in prædictam excommunicationis sententiam reducere non postponat. Monemus igitur prudentiam vestram, & exhor. in domino, quatenus carnalis effectus non extinguat in uobis igniculum rationis, cum nos in hoc facto, nō tam nostram, quàm Iesu Christi prosequamur iniuriam: cum ex debito suscepti regiminis teneamur, vt iuxta sacrorum patrum statuta nerues seueritatis ecclesię non patiamur prophana facilitate dissolui.

Scriptum est super hoc Archiepiscopo Mediolanen.

HOMINIBVS DE MONTE Flascone fidelibus nostris. De traditione castri, & bonorum quorundam, vt pro ecclesia decertent.

LIcet ad fidelitatem Ecclesiæ Romanæ, quasi nouissimi redieritis, sperantes tamen, quod in ea quasi primi semper existere debeatis, specialem gratiam vobis duximus faciendam: cum castrum Montis flasconis ad ius, & proprietatem Ecclesiæ Romanæ specialiter pertinere noscatur: Ea propter dilecti in domino filii medietatem Pallagij uobis cōcedimus, vt milites uestri semp in equis, & tam ipsi, quàm pedites in armis sint pro seruitio nostro, & Castri defensione parati: ita quod præter ipsius Castri negocium de mandato nostro pro seruitio Ecclesiæ procedentes, equos, & arma ipsos amittere fortè contigerit, faciemus ea iuxta curiæ consuetudinem emendari: bonas quoq; consuetudines antiquas pariter, & modernas communiter obseruatas, uobis auctoritate apostolica confirmamus. Cum Philippo uerò non conueniemus finaliter, quin castrum ipsum quierem Ecclesiæ Romanæ dimittat. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, & confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis dei, & beatorum apostolorum Petri, & Pauli, & nostram se nouerit incursurum.

Positum est in optione eorum, si mallent prædictam medietatem pallagij pro munitione Castri:

ABBATI SANCTI PROCVLI, & magistro Ianfranco canonico Bononien. De causa quandam matrimoniali.

Ad

Cap. 1. extra ut lite non cõ testata

AD hoc Deus in Apostolica sede constituit totius ecclesiæ Magistratum, vt quia secundum scripturæ sententiam fecit Deus hominem rectum, sed ipse se infinitis miscuit quæstionibus, ad eam nodi quæstionum difficiles referantur, suo recto iudicio dissoluendi. Ad apostolatus quippe nostri notitiam literarum uestrarum insinuatione peruenit, quòd cùm causa, quæ inter. Ca & B. uxorem eius vertitur, a dilecto filio nostro. G. Sanctæ Mariæ in Porticu diacon. Card. tunc Apostolicæ sedis legato, vobis commissa fuisset sine debito termi nanda, uiro ipso ad uos ad instatiam mulieris sæpius conuocato, tandem. Ca. patruum suum in causa ipsa coram uobis constituit responsalem: quia assignata sibi die, ut libello responderet uxoris, quo uirum à separatione thori, & ut dotem suam reciperet, de adulterio accusabat: donec aduocatus eius, qui absens erat, rediret, indutias postulauit: quibus ad diem certam obtentis, iterum propter eandem causam dilationes similes impetrauit. Cùm autem tertio dilationes huiusmodi cum instantia petens, obtinere non posset, publicè proclamauit, se nunquam coram uobis aliter responsurum, nec quòd aliter suam vobis præsentiam exhiberet. Vnde duobus ferè mensibus sic impedito causæ principio, & progressu, cum uobis dictus procurator illudere videretur, testes mulieris habito consilio recepistis, & allegationibus insuper præbuistis auditum. Quo facto dictus procurator, ad præsentiam vestram accedens dixit se respondere paratum uelle negocio interesse: qui sibi die statuta cum crederetur libello, de quo præmissimus responsurus, restitutionem uxoris ex parte uiri priùs fieri postulauit: & ne secùs fieret, ad sedem apostolicam uocem appellationis emisit. Verum quia mulier ipsa dicebat se virum habere suspectum, uel quia in domo eius coacta fuerat se adulteratam cũ pluribus confiteri, vel quia meretricem publicè detinebat, ex qua etiam prolem susceperat, sicut euidentia facti, & fama vicinię demonstrabat: super quo etiam testes produxerat, & alios parata erat ad hoc ipsum probandum inducere: ab ipso procuratore quæsistis, an vellet de mulieris impunitate cauere: qui dixit se super hoc de consilio responsurum. Sed ad dictum statutam, neque respondit, neq; se uestro conspectui præsentauit: quin etiam ad alium diem citatus se asseruit, ne prius aduocatus eius rediret, nullatenus responsurum, sicut nuncius vester iuramento fir mauit. Vnde iterum testes mulieris de prudentum consilio recepistis, & attestationibus publicatis diligenter audistis, quæ fuerũt ipsius nomine allegata. Quia verò cum deferenda sententia cum uiris prudentibus tractaretis, diuersorum inuenistis diuersa consilia: quibusdam dicẽtibus appellationi simpliciter deferẽdum, aliis autem appellationi deferendum nõ esse, nonnullis etiam asserentibus appellationem nullatenus tenuisse, cum mulier non sit uiro restituenda suspecto, nisi de impunitate sufficienti præstita cautione: vos in tanta uarietate nos consulere voluistis, qualiter esset in hoc negocio proceden. Nos ergò consultationi vestrę, de fratrum nostrorum consilio taliter respondemus, quòd licet ordo iudiciarius in alijs controuersijs obseruandus, in matrimonialibus causis non vsquequaque seruetur, quia tamen in præsenti negocio, non est actum de fœdere matrimonij, sed de crimine adulterij, per quod ad separationem coniungum, non ad coniũctionem intenditur, cum lite non contestata testes fuerint recepti, & attestationes etiam publicatæ, siue deferendum, siue non deferendum appellationi fuisset, non est ad diffinitiuam sententiam procedendum: potuit tamen præfatus Ca. propter contumaciam excommunicatio nis uinculo innodari.

Datum Perusii. XV. Cal. Octob.

N. LEMOVICEN. EPISCOPO, & Abbati Sancti Eparchii Engolismen. vt ablata ecclesiæ bona, detentique reditus restituantur.

Veni-

VEniens ad præsentiam nostrã dilectus filius.I.Petragoricen.decanus cõtra.P.de Rocenat.&.S.Archidiac.Petragoricen.G.& Ar.Diac.quæstionem intendit,asserens, quod cum de canatum ipsius ecclesię,per donationem dilecti filij nostri Ior. tt. Sanctæ Pudentian. presb, Card. tunc in partibus illis apostolicæ sedis legati,de assensu episcopi,& cap.loci.Illius canonicè fuisset adeptus,ipsi redditus,& alia bona, quæ prædecessores ipsius decani per XL. annos, & amplius pacificè tenuerunt, in eius p̃iudicium detinent occupata, & reddere cõtradicunt:cuius assertione A clericus, qui ex aduersa parte procurator, ad sedẽ apostolicam fuerat destinatus, inficiabatur omninò,dicens, quòd ea,quæ illi, p̃ quibus uenerat, possidebant, nullatenus idem Decanus,uel prædecessores eius de canatus nomine tenuerunt. Quia igitur super his nobis ueritas nõ poterat denudari,de utriusq; partis assensu, discretioni uestrę per apostolica scripta mandamus,quatenus si præmissis ueritas suffragatur,memoratos Archid.& alios prædictorum redditumm detentores,ad restitutionem illicitè detentorum, per censurã ecclesiasticã,sicut iustũ fuerit,appellatione postposita,cõpellatis : audituri siquid fuerit quæstionis & appellatione remota fine debito decisuri.Testes autem,&c. Nullis literis obstãtibus, si quæ apparuerint præter assensũ partium à sede apostolica impetratæ. Dat.Reat.II.Id,Aug.

N. ARMACHAN. ET. N. CESsellen.Archiepiscopis,& N.Episcopo Laomen.De electione Episcopi Roscensis.

CVm olim D. clericus ad sedem apostolicam de Hyberniæ partibus accessisset, bonæ memoriæ.C.pp.prædecessori nostro diuersas diuersorum prælatorum Hybernien.literas præsentauit:quibus se asserebat in Episcopum fuisse Roscen electum. Cùmq; nullius appareret, qui aliquid proponeret contra eum, dictus prædecessor noster ei per bo. me.A. Albanen.Episcopum munus fecit consecrationis impendi,& ad suam cum remisit ecclesiam cõsecratum. Postmodum verò dilecti filij Flor,& E. Monachi,ad eiusdẽ prædecessoris nostri præsentiam accesserunt: quorum uterq; se asseruit à Canonicis ecclesiæ Roscen electũ, sed idẽ. F.quod prædictus.D.ad eandem ecclesiã fuisset apud Se. ap. quam per falsas literas circumuenerat,cõsecratus, exposuit:pp quod idem prædecessor noster.cãm.corũ uobis fratres Cassellen.& Laome.Episcope sub ea forma commisit, ut de forma,& processu electionis memorati D, solicitè quæreretis:& si eũ electũ canonicè fuisse constaret,ipsum faceretis pacifica possessione gaudere: alioquin inter p̃dictos F.& E.audiretis causam, & cuius electionem canonicam, & magis rationabiliter factam inueneritis,ratione præuia curaretis alterius electioni præferre:ac tu frater Cassellanen alterum eorum, quem rationabiliter duceres confirmandũ,in Episcopum consecrares. Verum(sicut ex literis uestris accepimus)cũ dictæ commissionis uobis fuissent literę p̃sentatæ iuxta tenorem earum,primo de electiõe prędicti.D.inquirere voluistis 'Sed cùm a uobis tertio citatus, uestro se nollet conspectui p̃sentare procedentes in causam,tam ex testimonio cleri,& populi Roscen ecclesiæ, quàm assertione illustris Regis Corcaiæ, & prælatorũ ipsius Prouinciæ de prędicto E.electionẽ fuisse celebratam canonicè didicistis, & eam postmodum auctoritate curastis apostolica cõfirmare: præsertim cùm decan.Archidiacõ. Cantor.Thesaurarius, & totus clerus,& populus Roscẽ.eccl.dictum D. se non elegisse constanter assererent, nec de prędicti E.Monachi electione aliquatenus cogitasse.Interim autem memoratus D. ad apostolicam sedem accedens & nullam penitùs de commissione prædicta,uel etiam de prædictorum electionibus faciens mentionem, nobis suggerere non expauit, quod cùm ad Roscen. diœcesim cum prædictis prædecessoris nostri literis remearet, supradictus Rex Corcaiæ ipsi fecerat inhiberi, ne diœcesim, vel ecclesiam Roscen. intraret, donec ei certam solueret, uel saltem promitteret pecunię quantitatem. Cùm autem

tē postmodum amici eius, præter ipsius conscientiam certa Regi munera promisserant, ipse ad Ecclesiam suam admissus, in ea per annum dimidium ministrauit. Sed cum promissam ab amicis suis pecuniam noluisset exoluere, Rex ira commotus decano mandauit, ut ei reuerentiam nullatenus exhiberet, qui licet dicto D. iuramento teneretur astrictus, quia tamē ab eo pro filio suo adhuc paruo archidiaconatum non potuit obtinere, quinta feria maioris ebdomadæ, oleum quod benedici debuerat, furari psumpsit, & quamuis propter hoc ab eo fuerit excommunicationis uinculo innodatus, nihilominus tamen tertia feria septimanæ sequentis Roscen. ecclesiæ libros surripuit, & ad regem contra ipsum se transferre minimè dubitauit. Quorum duorum molestijs fatigatus, terra ipsius regis coactus exiuit propter quod à nobis, ad uenerab. fratrem nostrum Fernen. Episcopum & coniudices suos literas impetrauit: qui memoratum Regem diligentius inducerent, & monerent, ut ipsum sine alicuius exactione pecuniæ ad ecclesiam suam securè redire permitteret, & ad administrationem episcopatus, tam in temporalibus, quàm spiritualib. exercere: alioquin eum excommunicationis uinculo innodarent, & terram eius subicerent interdicto, neutram relaxaturi sententiam, donec super receptione ipsius mandatum apostolicum adimpleret: memoratum quoq; decanum, si eis de præmissis constaret, ab officio, beneficioq; suspensum, ad sedem apostolicam uenire compellerent, & donec resipisceret, excommunicatum facerent publicè nunciari. Præterea contra Episcopum Corcaien. & F. Monachum literas impetrauit, asserens eundē Episcopum iura Roscen. ecclesiæ detinere, ac eundem F. monachum, in Archid. & clericos manus iniecisse temerè uiolentas. Cæterum eodem. D. a nobis cum huiusmodi literis recedete ferè post trium mensium spatium dictus F. monachus ad sedem apostolicam accessit, & ex parte uestra nobis literas præsentauit: quæ quia iter a nobis in commissione prædicta processum fuerat, continebant. Cum fratribus igitur nostris habito super hoc diligenti tractatu, timētes, ne sicut prædecessor noster dictus per literas, quas idē D. ei præsentauerat, dicitur circumuentus, nos etiam circumueniri cōtingeret, per literas uestras nobis ab eodem monacho præsentatas, uolentes adhuc misericorditer agere cum absente, ut & eius malitia fortiùs conuincatur, dictum F. Monachum ad uos cōmuniter duximus remittendum fraternitati uestræ per Apostolica scripta districtè præcipiendo mādates, quatenus eo non obstante, ꝙ eius fuit electio confirmata; sēpè dictum D. si in Hybernia poterit inueniri, legitimè citetis ad causam, & facultate sibi defensionis indulta, solum Deum habentes p oculis, in causa ipsa canonicè procedatis: quod si forsan in Hybernia inuentus non fuerit, indulto ei unius anni spacio, ex quo ad nos, & si non uerbo facto, tamē intelligitur prouocasse arrepto itinere ad sedē apostolicā ueniedi, dicto. f. administratione Roscē. diœcesis tāi spiritualibus, q̄ teporalib. auctoritate freti apostolica committatis: quo elapso eum non differatis in Episcopum, sicut canonicum fuerit, consecrare. Si uerò prædictus D. inuentus in Hybernia & citatus legitimè infra tres menses uestro se conspectui denuo contempserit præsentare, ad consecrationem ꝑdicti f. sicut dictum est, omni contractione postposita, procedatis. Ne autem per appellationis, uel recusationis subsidium uester possit impediri processus, partibus, omnem appellationis, & recusationis penitùs interdicimus facultatem: nē contingat Roscen. ecclesia quæ ferè triennio iam uacauit, diutiùs carere pastore adhuc nobis fratres Archiepiscopi per apost. scripta mandamus, & districtè præcipimus, nobilis uiri. N. Comitis de Mauritania, uel cuiusquam secularis potestate, gratia, uel timore ptermittatis ulterius, quin electos canonicè eōrmetis: confirmatis, put ad uos pertinet, sine dilatione quālibet cōsecrationis beneficium impensuri, ne plus uideamini homini, quam Deo deferre. Quod si omnes, &c. duo uestra, &c.

Datum Perusii. XV. cal. Octobris.

HOMI-

HOMINIBVS SANCTAE Agathes.

CVm à nobis petitur, &c. usque ad verbum Annuentes. Ad instãtiam dilecti filij G. de Labro subd. nostri rectoris Masan. a. s. l. antiquas rationabiles & approbatas cõsuetudines uestras, & hactenus obseruatas, auctoritate uobis apostolica confirmamus, &c. Nulli ergò, &c. Datum Perusij. XI. cal. Octob.

CAPITVLO CLERO, ET POpulo, tam ciuitatis, quam diœcesis Lethglẽnen. De electione & consecratione Episcopi Lethglennensis.

EX literis uenerabilium fratrũ nostrorum. N. Ardinacha. N. Cassellen. Archiepiscorum. N. Oseriæ, & N. Darien. Episcoporum, & uestris accepimus, quod Ecclesia uestra pastore uacante, in uenerabilem fratrem nostrum I. nunc Episcopum vestrum, tunc autem Rosseuall. Abbatem vnanimiter cõuenistis electionem de ipso canonicè celebrantes. Quia uerò uenerabilis frater noster. N. Dublinen. Archiepiscopus metropolitanus uester à sua diœcesi, & Ecclesia exulabat, nec ideò ad eum super hoc recurrere potuistis, electionem vestram dicto Archiepiscopo Cassellen. tum Apostolicæ sedis legato curauistis humiliter presentare: qui eam auctoritate, qua fungebatur Apostolica confirmauit. Sed propter contradictionem Ademũdi de Vallon. official. nobilis uiri comitis de Mauritania electo ipsi cõsecrationis noluit beneficium exhibere. Nos igitur electionem ipsam canonicam attẽdentes, & de persona celebratam idonea, & à præfato Archiepiscopo confirmatã, quorum primum, & ultimum sufficiẽter per prędictas literas, & quarundam personarum, quas secũ habebat testimonia, quæ ad maiorem cautelam sub iuramento recepimus, probatur: de secundo uerò per examinationem personæ apud sedem Apostolicam uobis factam constitit, manifestè confirmationem ab eodem Archiepiscopo factam, ratam habuimus, & electũ ipsum nostræ humilitatis ministerio curauimus in Episcopum consecrare. Eum ergò ad gerendam Ecclesiæ suæ solicitudinem, ad eãdem remittentes Ecclesiam consecratum, uniuersitati uestræ, per Apostolica scripta mandamus atque præcipimus, quatenus eum recipientes humiliter, & deuotè tanquam pastorem, & Episcopum animarum uestrarum honorare curetis, & de uniuersis iustitijs ad eũ spectantibus ei sine dilatione qualibet respõdere: statuta, & mandata ipsius recepturi humiliter, & inuiolabiliter seruaturi. Datum ut supra.

NOBILI VIRO. N. COMITI DE mauritania. vt Ecclesiasticam libertatem, & priuilegia non perrumpat.

QVod contra Deum, & Eccl. libertatem per officiales tuos, in animę tuę perniciem, in causis spiritualibus indebitam tibi iurisditionem vsurpas, non attendens, quod Ozias Rex quia præsumpsit incensum offerre lepra fuit in fronte percussus: quòd uiros eccl. exulare compellis, quod electionibus canonicè factis repugnare præsumis miramur non modicum, & non minùs tibi, quam Ecclesiarum grauamini condolemus. Cum enim noueris, quòd omnis est potestas a Deo, & quòd vsque adeò humana est infirmitas imbecillis, ut nec adicere possit ad staturam suam cubitum vnum, nedum regni sibi solium uendicare, dolemus, quod contra eum, & sponsam eius Ecclesiam uideris supercilium assumpsisse, per quem Reges regnant, & Principes dominantur: qui potentes deponit, & humiles, & iustos exaltat, superborum, & sublimium colla propria uirtute conculcans: per quem si cuperes exaltari, te in ipsius oculis humiliare deberes: quoniam omnis, qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur, iuxta testimonium ueritatis. Nam ut alia, quæ in libertatis Ecclesiasticæ prejudicium attentasse diceris omittamus, & vt transeamus sub silentio, quòd

uene-

venerabilem fratrem nostrum.N.Dublinen.Archiepiscopum coegisti, sicut accepimus(exulare,id solum per literas explicantes: propter quod nunc assumpsimus scribendi laborem, sine tua non credimus conniuentia contigisse,quòd cùm dilecti filij Lethglennen. Canonici Ecclesia sua pastoris solatio destituta,venerabilem fratrem nostrum I. nunc Lethglennen. Episcopum tunc autem Rossæual. Abbatem, canonicè,ac concorditer elegisset Ha.de Valō. ministerialis tuus opponere se ipsorum electioni præsumpsit:ipsius ecclesię, ac canonicorum bona uiolenter inuasit, & usque adeò contra ipsum,& eius fautores exarsit, ut uenerabilis frater noster Cassellen.Episcopus, tunc Apostolicæ sedis Legatus protur eum ausus non fuerit electum ipsum in Epm consecrare,licet electionem cōfirmasset ipsius, cum tu dictum Dublinen. Archiepiscopum, ad quem confirmatio eius, & consecratio pertinebat, in Normanniæ partibus exulem detineres. Quia uerò tuæ nobilitati non expedit, Deum contra te per offensam Ecclesiæ prouocare,aut in eam nos creduli tatem inducere, quòd ad deteriora manum extendas, si regni fueris honorem adeptus, cum de uini non possit sapore sperari,quod prius accescit,quàm vasi totaliter infundatur,discretionem tuam rogamus attentiùs, & exhortamur in domino,ac per Apostolica tibi scripta præcipiendo mandamus,quatenus, cum idē Episcopus consecratus à nobis,ad gerēdam Ecclesiæ suæ solicitudinem remittatur, non impedias, nec facias, vel patiaris ab alijs impediri, quo minùs administrationem eiusdem Ecclesiæ, tam in spiritualibus,quàm temporalibus exequatur: immo dictum ministerialē tuū, tradita tibi potestate compellas:ut quæ, vel Eccl. uel canonicis Lethglen. abstulit,restituat vniuersa:ita quòd ex hoc omnibus liqueat manifestè, quòd sine tuo consensu tanta fuerit iniquitas perpetrata. Hæc autem asperè scribimus,non ad petitionem Episcopi memorati, sed:vt nostrum exprimamus affectum: quia pater filium,quem diligit corripit, & reuocare cupit errantem. Abstineas ergò fili diligenter ab his,quę tuam famam denigrent,& profectum impediantine si Deū ad iram contra te prouoces, & ecclesiam tibi reddas offensam, præter id,quod dicitur à psalmista: quoniam impius non dimidiat dies suos: tuæ promotionis intercludas assensum.

Datum Perusij.XIIII.cal. Oct.

N. MEDIOLANEN. ARCHIEpiscopo. De collatione Cancellariæ Mediolanensi.

VT nostrum prodeat de Dei vultu iudicium,& oculi nostri uideant æquitatem, uia regia debemus incedere, nec ad sinistram omninò, nec ad dexteram declinare, ita magnum iudicantes, vt paruum: quia non est apud Deum acceptio personarum. Ad audientiam sanè nostram multorum relatione peruenerat, quod Cancellaria Mediolanen. Eccl. vacauerat ultra annum: vnde secundum Lateranen.Concilij statuta,ad nos ipsius erat donatio deuoluta.Volentes autem tibi solita dignitate deferre, rogauimus te attētius, & mādauimus,ut Cancellariam ipsam dilecto f.Henr. de Settara Subd. nostro Mediolanen. Eccl. Canonico benè apud te merito, & ad hoc officium obtinendum idoneo,benignē conferres: & si post receptionem literarum nostrarum quicquā de ipsa Cancellaria contra ius acquisitum nobis ex Lateranen.decreto statueres, decernebamus illud irritum & innane.Tu uerò literis nostris receptis diceris respondisse, sicut ex publico declaratur authentico: quod Cancellariam ipsam alteri non cōtuleras: quia propter grauamina debitorum, prouentus ipsius tibi erant plurimum necessarij. Literis tamen nostris apertis,earumque tenore perfecto respōderes in castrino, quod crederes respondendum. Porrò, sicut ex alio comperimus instrumento, pòstque mandati nostri audiuisti tenorem uariata locutione dixisti, quòd Cancellariam ipsam non poteras iuxta mandatum nostrum,præfato Subd. nostro conferre: quia reseruatis

tibi

tibi prouentibus eandem Cancellariam decem mensibus iam elapsis Henr. de Lamp. concesseras. Cumque nobis huiusmodi responsionum uarietas ex scriptis in notuisset authenticis, & si secundum Apost. omnem inobedientiam prompti simus ulsciscei, adhuc tamen tibi deferre uolentes, cui & in minori officio constituti, & promoti, sicut domino placuit, ad maiora in multis, & magnis detulimus, tibi dedimus in mandatis, ut ad præsentiam nostram procuratorem idoneũ destinares: qui tuo nomine legitimè nobis ostenderet, quòd dictam Cancellaria persõæ idoneę modo canonico tempore tibi competente donasses: dictus quoque H. de Lampunian. cui dicebatur facta donatio, si vellet ad præsentiam nostram accederet, suam iustitiam defensurus: Venientes igitur ad Apostolatus nostri præsentiam, dilecti filij G. procurator tuus, & sępè dictus H. super uarietate responsionũ nitebantur te multipliciter excusare. Licèt publicis instrumentis fides non facilè derogetur, & secundum rerum naturã vix potuisset sufficientet ostẽdi, quod tu, id, quod dictum est, minime respõderes: & si fortè potuisset ostendi, quod aliud respondisses. Produxerunt autem in nostra præsentia duos testes, qui iurati dixerunt, quod in Ianuario nuper præterito fuit annus, ex quo Mediolanen. Cancellarius debitũ vniuersę carnis exoluit, & in sequẽti Maio, cum cõsanguinei Hẽr. de Lampunen. frequenter apud te, ac vehementer instarent, ut Cancellariam ipsis cõferres te respondente, quòd Cancellarię prouẽtibus carere nõ posses: ad multam tñ instantiam est obtentum, ut Cancellariæ tibi retineres prouentus, & ius ipsius præfato conferres Henr. Quatuor ergò præsentib. inter quos duo testes morati fuerunt, in secretiore Palatij tui Camera, eundem H. secundum tenorem præscriptum, de Cancellaria inuestisti p librum, & recepisti fidelitatem ab eo: prohibens uniuersis, ne uerbum istud cuiquã reuelarent. Adiecit autem unus testium p dictorum, quod pòstquam ad te mandatum nostrum peruenerat, & ipse H. iam Bononia redijsset, tu ei solenniter, & publicè tradidisti se uidente sigillum: mandans ei, ut Cancellarij officium exerceret: q, & alter testis asseruit de auditu, & idem procurator tuus, quod verum crederet esse, respondit Henr. quoq; confessus est factum, sed solennitatem facti negabat. Quia ergo pòst interdictum nostrum ei præsumsisti tradere bullam, cum traditionem ipsam saltem debuisses differre, donec nostrum cõsuleres beneplacitum. Dilectis filijs I. Archidiac. & O. Lento Canonico Mediolanẽ dedimus in mandatis, ut si etiam pòst secundum mandatum, p quòd totius cognitionẽ negocij ad nostrum iudicium reuocauimus, id ipsum cognoscerent attentatum, traditionẽ sigilli decernerent irritam, & inanem: Inhibentes Henr. ne quomodo libet eo uti præsumeret, cum plùs sit Romanu Pontifi cem ad se aliquod euocare negocium, q̃ quemquam ad eum super aliquo negocio prouocare. Tolerabamus autem ad tempus, ut negocij merita nobis plenius innotescerent in vestituram quæ dicebatur in occulto facta fuisse per librum, licèt ecclesiastica beneficia non sint donatione clamdestina conferenda, teste veritate, q̃ dicit: Qui malè agit odit Lucem. Cæterùm quia Cancellariæ officium memoratæ spirituale, vel annexum spirituali proponebatur existere, cum Cancellarius ex officio suo multa facere debeat, q̃ spiritualia esse noscuntur, ac per hoc subtenore præscripto dicebatur, non debuisse conferri, cùm ab omni specie mala p̃cipiat Apostolus abstinere: quia etiam præfatus Henr. de Lamp. licet receptus sit in fratrem ad uacaturam præbendam, ordinarius, tñ asserebatur non esse, ac per hoc Cancellariam sibi non debuisse conferri: quæ de iure, vel cõsuetudine ordinario tantum debet committi: cum nec Mediolanen. Archiep̃i, sed Mediolanen. Ecclesiæ Cancellarius esse scribatur, nec uacante sede Cancellarij perdat officium: nam nec ipsum sigillum subsstituto Pontifice uariatur: inquisitionem horum duximus prænominatis I. Archid. & O. lento Canonico Mediolanen. committendam, p Apostolica scripta præcipiendo mandantes, quatenus omni contradictio

ne,

ne. & ap cessante, Deum habentes p̄ oculis, gratia, & timore postpositis fine pſonarū acceptione īquireret sup p̄missis diligentissimè veritatē: & ne ueritas cęlaretur, testes, qui eis nominarentur si se gratia uel timore subtraherent, p̄ censuram eccl. cōpellerent p̄hibere testimoniū veritati, & q̄ sup oībus inuenirent, sub literarū suarū testimonio ad sedem apostolicā destinarent: ut p̄ inquisitione ipsorū sufficienter instructi, negociū ipsum meliùs decidere ualeremus. Ipsi uerò mandatū apostolicum fideliter exequentes, cōuocatis Mediolanen. Ecclesiæ ordinarijs, & p̄ pęnam excōmunicationis cōpulsis, dicere sub iusiurandi religione de facto Cancellariæ, quia nouerant sup p̄missis articulis ueritatem, attestationes suas redactas in scriptis, sigillo munitas, ad nostrā p̄sentiam transmiserunt. Interdixerunt ēt eidem H. administrationem sigilli, sicut ex literis eorum accepimus, iuxta formā mandati nostri de cōsilio sapientū. Cūq; sæpe dictus H. de Iamp. cum patre suo Rogerio pp hoc nostro se cōspectui p̄sē tasset, copiam allegandi, pro se liberam, ac benignam in coi concessimus auditorio: qui p̄ aduocatum ꝓposuit, q̄ delegati p̄dicti sine inquisitione spoliauerunt cum executione sigilli, cōtra nostri mandati tenorem, cum ipsius sigilli traditio nō fuerit facta post sędm mandatum: & ideò primo loco restitutionem sibi fieri postulabat: Formā uerò cōcessionis nitebatur multipliciter excusare ꝓponens q̄ in retentione fructuum simoniaca prauitas nullatenus interceſſit: tum quia officium Cancellariæ, nec est spirituale nec annexum spirituali: quia licet Cancellarius q̄dam agat, q̄ spiritualia esse noscuntur, sicut ex attestationib. liquet, ea tñ nō agit ex officio Cancellarij, sed de mandato Archiepi, sicut ex dictis testium comꝓbatur: tum et, qa nihil emit, aut uendidit, cū simonia describatur esse studiosa cupiditas uendendi, uel emendi spirituale, uel spirituali annexum: p̄sertim cum tu ante traditionem seperaueris fructus, & ita q̄ tuum erat tibi retinuisti non accipiens alienum. Se quoq; ad obtinendū Cancellariam ꝓponebat idoneum, cum de mandato Romau. Pont. sit Mediol. ecclesiæ canonicus īstitutus, uocem habens in capitulo, & locum in choro, & tanquā uerus, & plenus canonicus in tractatibus & cōtractatib. ipsius eccl. admittatur: nec obstat, q̄d integram p̄bendam non habet cum, sicut p̄ dicta testium est ꝓbatum, Archidiaconatus eiusdem Ecclesiæ, de quo nullatenus dubitatur, quin sit dignitas, & officium spirituale, quandoq; fuerit concessus ei, q̄ p̄bendam integrā nō habebat. Q̄d aūt à sexaginta annis, iuxta quorūdā testimoniū concessa fuit, tñ ordinario p̄bendato de numero uiginti Canonicorū qui ꝓpriè ordinarij appellantur, sibi nocere nō poterat: cum p̄ hoc nullū sit tibi p̄iudiciū generatū quin ei, qui de numero uiginti non esset, præsertim canonico eandem Cancellariam potuisses conferre. Allegabat insup q̄, & si pactio de retinendis ad tps ꝓuentib. interueniſſet, q̄d ipse tñ negabat, interte, ac parētes ipsius, ipse tñ de p̄dicta Cancellaria purè fuit, & simpliciter inuestitus, & ideò talis pactio sibi non debet obesse, cum parentes nihil tibi ꝓ eo dederint, uel ꝓmiserint. Præterea ꝓponebat, q̄ cū nullus debeat sine accusatore damnari, nec aliquid circa negocium istud actum sit in forma iudicij, depositiōes testiū nō poterāt sibi p̄ iudiciū gñrare. Quia uerò p̄ hāc vltimā allegationē pſonā nostrā angere uidebatur, dignū duximus cām cōmisse inquisitionis, & ordinē plenius explicare, ne q̄s quomō libet suspicetur, q̄ nos in hoc negocio ꝓperam ꝓcesserimus, p̄sertim cum rō assignanda debeat esse posteris ꝓ futura. Cum n. iuris sit explorati, q̄d actore non ꝓbante is, q̄ conuenitur, & si nihil p̄ stiterit, debet absolui, uideri poterat, q̄ nos tibi, qui conueniebaris a nobis, malitiosè, uel indiscrete onus ꝓbationis super trib. p̄missis articulis imposuimus, videlicet, ut ostenderes, q̄ p̄dicta Cancellariam pſonæ idoneę mō canonico, & tempore tibi competenti donasses. Porrò cī donatio fuisset occulta, & ideò suspitione nō careat, & elapsō iam anno nullus oīno Cancellarius appareret nō immeritò credebatur, quòd secundum Lateran. statuta Concilij ad nos esset ipsius Cancellariç

cellariæ donatio deuoluta, & ideò sine culpa potuissemus ipsã cõferre. Quoniã, & si locũ Dei teneamus in terris, non tñ de occultis possumus diuinare. Quòd er go cõtra illud, qđ prima facie iustè ſ sumebatur pro nobis, præsertim cùm respõderis prima vice, qꝺ Cancellariam alicui nõ cõtuleras, facultatẽ tibi pro te probãdi cõcessimus, nõ fuit grauamen, sed gratia nec ex malitia, sed ex benignitate ꝓcesſit. Qđ ẽt de modo canonico fidẽ nobis fieri mãdauimus: tu cãm ſtitisti mãdato: qui sæpè nobis p literas intimasti, & tãdẽ probasti per testes, qꝺ retentis tibi prouẽtibus officiũ cõcesseras memoratũ: ex quo nõ immeritò cõtra talẽ cõcessionẽ fuimus suspicati: cùm & proponeretur apertè qꝺ illud ei pſonæ commiseras, cui secũdũ cõsuetudinẽ Mediolanen. ecclesiæ nõ debuerat aliquo mõ committi. Et ideo nõ tã ex plenitudine potestatis, q̃ ex officij debito, quia possumus, & debemus de subditorum excessibus ad correctionẽ inquirere ueritatem, te maximè cãm, & occasionem præstante, inquisitionem cõmisimus faciẽdam. Omnib. ergo diligẽter auditis quæcunq; fuerunt in nostro auditorio proponenda, deliberauimus cum fratribus nostris, & in ipsa deliberatione te in tribus præcipuè comperimus fuisse culpabilẽ: circa cõtrarietatẽ respõnsi, quia nõ solum nobis qui (licet immeriti) Iesu Christi locũ tenemus, sed ne cuiquam debuisses ex certa sciẽtia cõtraria respondere: circa carnalitatem animi, quia non affectu carnali, sed discreto iudicio debuisti ecclesiasticũ officium in persona magis idonea dispensare: & circa inhonestatẽ facti, quia nõ licuit ex pactione, uel conuentione quacunq; sub modo, uel tenore præscripto concedere nudũ officiũ, & tibi retinere prouentus, cũ, & in Lateranen. Concilio sit prohibitum, nequis conferendo ecclesiasticũ beneficium partem prouẽtuum suis usibus retinere præsumat: & alibi cautum reperiatur i canone, qꝺ ecclesiastica beneficia debent sine diminutione conferri. Vnde credimus distinguendus utrũ qui dat spirituale beneficiũ prouẽtus ipsius ante donationem percipiat: nam si prouentus ante donationẽ nõ percepit ipse, sed alius ex donatione consequitur, ut ipse prouẽtus percipiat, non est dubium intercedere simoniacam prauitatẽ. Si uerò ante donationẽ ꝑcipit ipse prouentus, credimus etiã distinguen utrum antè donationem cõstituat, ut ipsi prouẽtus retineantur ad tempus pro causa iusta, & necessaria: an cõueniat cũ eo, qui accipit beneficiũ, seu cum meditore quocũq;, ut officio illi cõcesso retineat ipse sibi prouentus. Primũ. n. mẽbrũ credimus esse licitum: secundũ autem dicimus non licere: ne viam aperiamus his, qui prauitatẽ suã sagũt palliare. Quia verò maiorũ excessus maiori debẽt seueritate puniri, cum iuxta diuinę legis oraculũ: si sacerdos qui est vnctus peccauerit, faciet delinquere populũ: qꝺ inhonestè super retẽtione prouentũ prę sumpsisti, de cõmuni fratrũ nostrorũ cõsilio irritauimus, & in pœnã præsumptionis huiusmodi, ut in eo puniaris, in quo peccaueras à collatione dignitatis, uel ecclesiastici beneficij, qꝺ ad tuã donationẽ in tua primo uacabit ecclesia censuimus suspẽdendũ. Cæterùm quia diuina docentę scriptura didicimus, qꝺ melior ẽ sapiens uiro forti & qui dominãtur animo expugnatore urbium, quantumcunq; uoluerimus, aut uellemus, si salua possemus iustitia, contra q̃ nõ iudicamus nos posse, cũ simus in sede iustitiæ cõstituti, prefatam Cancellariam prædicto Subd. nostro cõferri, sæpè dictũ tñ. H. de Lãp. nõ inuenimus ita culpabilẽ, ut cũ exigẽte iustitia ipsa Cancellaria priuare posse mus: cũ & si parẽtes eius ex simplicitate deliquerint, nihil tñ pro ea dantes, aut ẽt promittentes, ipse tñ inuestituram cancellariæ, sicut uetus canonicus, & cui ratione canonicatus de iure nõ poterat opponi defectus, sine pactione qualibet, & conuentione recepit: nec ẽt fuit sufficienter probatũ, quod Cancellarius ex officio suo faciat spiritualia memorata, cum ea potius de iure communi ad Archid. spectent officiũ, repręsentare uidelicet ordinandos Episcopo, & illos examinare, ponere Abbates, & Abbatissas in sede: q̃ cũ probatum sit per aliquos testiũ Cancellarium facere de mandato Archiepiscopi,

de

de speciali potiùs, quàm de generali mandato uidetur intelligi. Verùm quod delegati præscripti scripserunt se interdixisse illi officium Cancellarij, secundum apostolici formam mandati de consilio sapientum, cum ab eis super hoc appellatum non fuerit, nec aliquid contra probatum de rigore iuris, ex quo præsumitur legitimè factum, potuissemus illud decernere obseruãdum: sed misericordia, quæ superexaltat iudicium, nos induxit, ut quod in contemptum nostrum creditur esse factũ, de benignitate sedis apostolicę remittamus, cum ad pœnam illi sufficiat, quòd propter hoc secũdo ad sedem apostolicam laborauit. Datum Perusij IX. Octobris.

CONSVLIBVS, ET POPVLO Castellan. nobilibus Viris, & alijs per Castellan. dæceſim constitutis. Vt Pontifici fidelitatis iuramentum præstent.

GRates multimodas omnipotẽti Deo debetis referre, quod uestris uidetis temporibus a simplerj, quę uestri progenitores summo desiderio affectarunt. Vobis etenim est summopere congaudendũ, quod terra uestra, quæ ad ius, & proprietatem eccles. Ro. pertinere dignoscitur, cum dudum fuerit per uiolentiam occupata, & per occupationem uehementer oppressa, nunc ad eiusdem ecclesiæ Ro. naturale dominium redeat non coacta, & ipsius iurisdictioni grata nti uoluntate subdatur. Cum igitur uos filij consules, cum quibusdam alijs in præsentia nostra fidelitatis nobis exhibueritis iuramentum, dilectos filios Marsican. Subd. & Capellan. & nobilem uirum Ioannem familiarem nostros ad partes uestras decreuimus destinandos. Volentes, & uniuersitati uestræ per apostolica scripta mandantes, quatenus in eorum manibus uniuersi, & singuli fidelitatis iuramenta præstetis, ut deinceps auctore Deo, terra uestra sub apostolicę sedis dominio optata ualeat securitatis, & pacis tranquillitate gaudere. Nos enim ad ea, quæ honori uestro, & utilitati uiderimus expedire, diligens studium, & efficacem operam impendemus.

HVBERTO CANTVARIEN. Archiepiscopo. De recuperandis ecclesiæ bonis.

CVM à nobis petitur, &c. usque ad uerbum Assensu. Fraternitati tuæ auctoritate apostolica indulgemus, firmiterque præcipimus, ut ea, quæ à temporibus. Ric & Bald. antecessorum tuorum circa res, & possessiones atque patrimonium Cantuarien ecclesiæ, & mensam Archiepiscopalem in graue damnum, & iacturam ecclesię illicitè alienata repereris, appellatione remota per censuram ecclesiasticam mediante iustitia reuoces, & debitis usibus non differas applicare. Reuocationes uerò illorum, quæ per prędecessores tuos circa mẽsam Archiepiscopalem, possessiones, ecclesias, & ecclesiarum concessiones auctoritate apostolica legitimè reuocata sunt, ratas, & firmas esse iubemus, tibi districtiùs in iungentes, ut ea nostra fretus auctoritate, firmiter appellatione remota facias obseruari. Decernimus ergo, & c. Indulgentiæ nostræ, &. Si quis autem, &c. Datum Perusij. XIII. Cal. Octob.

HVBERTO CANTVARIEN. Archiepiscopo. Qua confirmat decretum quoddam Regis Anglorum.

MONET nos apostolicæ sedis, cui (licet immeriti) præsidemus, auctoritas, pro statu omnium ecclesiarum prouida circunspectione sataegere, & ne malignorum rapinis, uel molestijs exponantur, apostol. ipsis patrocinium exhibere. Ea propter uenerabilis in Christo frater tuis iustis precibus, & honestis gratam conniuentiam impendentes, statutum illud, quod charissimus in Christo filius noster. R. Illustris Anglorum Rex super libertate, ac immunitate ecclesiarum, & personarum ipsarum post redemptionem sui, prehabita deliberatione fecisse dignoscitur, sicut in scripto ipsius regis exinde con-

fecto plenius continetur, auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus, & ad huius rei perpetuam firmitatem, continentiam ipsius rescripti, de uerbo ad uerbum his duximus inserendam. R. Dei gratia Rex Angliæ, Dux Normanniæ, Aquitan. Comes Andegau. Archiepiscopis, & Episcopis, & uniuerso Clero Regni Angliæ salutem. Gratias agimus affectuosas uniuersitati uestræ pro eo, quod de Thesauris, & ornamentis ecclesiasticis, & facultatibus uestris ad corpus nostrum redimendum, tam benignè nobis, & liberaliter subueniistis, & quod nobis in tanta necessitate res ecclesiarum uestrarum, & uestras gratis exponere uoluistis. Ne igitur quod de mera liberalitate à uobis actum est, ad liberationem corporis nostri, & ineffabilem honorem, & utilitatem nostram futuris temporibus trahatur in consequentiam, & sanctæ matri Ecclesiæ, uel uobis dispendium praue importet consuetudinis, ad omnium uolumus notitiam peruenire, quòd ea, quæ nobis in prædicto necessitatis articulo contulistis, nec unquam ex debito, uel per consuetudinem exegimus, nec posteris sumus temporibus exacturi, nec hac, uel alia occasione uolumus dignitatibus sanctæ ma. Ecclesiæ in aliquo, uel eius libertatibus obuiare, sed pro omni posse nostro, & scientia (Deo uolente) uolumus omnem eius immunitatem, & uniuersas eius dignitates, & libertates (ut dignum est) conseruare integras, & pro loco, & tempore, in quibus licuerit argumentare, Nulli ergò, &c. Dat. Petusij. XV. Cal. Octob.

ABSALONI LVNDEN. ARchiepiscopo. De bonorum quorundam præsertim castri Hosij donatione.

FRatres, & Coepiscopos nostros, tam propinquos, quàm longè positos syncera tenemur charitate diligere, ipsosque in his, quæ iustè requirunt libenter, & efficaciter exaudire. Ea propter uen. in Christo frater tuis iustis precibus clementer annuimus, ad exemplar fe. record. Vrbani Papæ prædecessoris nostri, Castrum de Hasn. quod illustris memoriæ Vualden. olim Rex Daciæ tuæ fraternitati contulit, & tu tali conditione interposita Rosteilden. ecclesiæ, pia consideratione dedisti, ut ipsum debeas quoad uixeris detinere, post decessum tuum ad ecclesiam ipsam liberè deuoluendum, sub iam dictæ conditionis tenore, sicut ipsum iuste, & sine controuersia possides, cum omnibus pertinentiis suis, auctoritate tibi apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus uidel. Villam ipsam de Hasn, mansionem de Otherslef cum omnibus pertinen. suis, scilicet Serffel, Solbiarge, Huanlolde, Vuigislef, Vualbu mansum unum Brunfoge, Imbrethorp. mansiones de Gesnetofte, & de Murhoge cum omnibus pertinentiis earum, mansiones de Barsuerthe, & de Vuigurm, cum omnibus pertinentiis earum, mansiones de Husfretop, & de Hauerthi cum omnibus pertinentiis earum; mansiones de Burgbu, & de Hiartharum cum omnibus pertinentiis earum, & uniuersam partem earum, quæ acquisiuit Nicolaus Castellanus tuus, iuxta tenorem pacti, quod inter uos conuenit. Nulli ergò &c. Dat. Perusii. X. Cal. Octob.

PETRO ARVSIEN. EPISCOpo. Quæ confirmatur statutum de sex præbendarum institutione.

OFFICII nostri debitum, & charitas ordinata requirit, ut quæ à fratribus, & Coepiscopis nostris acta laudabiliter fuerint, auctoritatis nostræ præsidio inconuulsam obtineant firmitatem, & plenam in futuro agendi fiduciam tribuant potiora. Sicut autem ex parte tua Ven. in Christo frater, nostris est auribus intimatum, de bonis patrimonialibus, & aliis quæ rationabiliter acquisisti, ac de his, quæ commissa tibi ecclesia prius habuerat, sex prebendas prouidè statuisti canonicis assignandas, qui eidem ecclesiæ debeant deseruire. Nos ergò statutum ipsum dignis in domino laudibus commendantes, ut firmiter omnibus

bus futuris temporibus obseruatur, prout circunspecte,& prouidè factum est, & in authentico scripto uenerabilis fratris nostri Absalonis Lunden. Archiepiscopi, expressiùs continetur, auctoritate apostolica confirmamus. Nulli ergò, &c. Datum Perusij V 1. Cal. Octob.

N. VPSALEN. ELECTO. qualiter, Pallio utendum sit.

RECeptis tam dilecte fili Capituli Vpsalen. ecclesiæ literis, quàm plurium aliorum, qui pro pallii datione apud nos uehementer instabant, de tua fuimus promotione gauisi. Qui sperantes in domino, quòd eo adiuuante commissæ tibi administrationis officium, debeas salubriter exercere. Ad augumentandum tuæ dignitatis honorem, quem in susceptione Pallii es cum potestatis plenitudine susceperturus, prompto fauore libenter intendimus, ad instantiam dilectorum filiorum Thobiæ nuncii uenerabilis fratris nostri Lunden. Archiepiscopi, & Vualterii nuncii tui petitionibus prædictorum clementius annuentes. Vnde nos ipsum de Beati Petri corpore sumptum, plenitudinem uidelicet pontificalis offici. tibi transmittimus, ut tibi per Venerabilem fratrem nostrum Lunden. Archiepiscopum, uice nostra sub ea forma iuramenti, quam expressam ei sub bulla nostra transmittimus, assignetur. Tu uerò tanquam uir prouidus, & discretus illud de manibus eiusdem Archiepiscopi iuxta formam prædictam, cum omni deuotione suscipiens, eo in festiuis diebus, & aliis temporibus, quę in ecclesiæ tuę priuilegiis exprimuntur, utaris, ita uidelicet, ut ex tantę culmine dignitatis spiritum tibi superbię non assumas, sed quanto fueris prœeminentior dignitate, tantò iuxta illius magistri exemplum, qui eum, qui maior inter discipulos suos erat, fieri uoluit minorem, ministrari non uenieus, sed causa humilitatis alijs ministrare, te omnibus humiliorem exhibeas, te potiùs exaltandum humilitate sciturus, misericordiæ quoque operibus iugiter te prœstes intętum, quę beatos efficit suos sectatores, eosdem euangelica ueritate consecuturos misericordiam attestante. Omnibus, etiam hominibus te reddas affabilem, & si fieri potest (secundum apostolum) cum omnibus pacem habeas, ut pacificus uocari Dei filius mereatis, te cum eodem Apostolo semper ad anteriora posteriorum oblitus extendas, manusque tuas reddens in operibus innocentes. Sic ea lucere facias coram hominibus ad subditos tuos exempla bonorum multiplicata transmittens, ut Deus magnificetur in illis, & Lucerna tua iugiter super candelabrum ardens, omnibus introeuntibus in domum domini, uiam absque offendiculo præbeat expeditam. Ad quorum operum fortiùs fulcimentum non desint opera charitatis, sine qua, cum ipsa cęteris uirtutibus præeminentior habeatur, nihil omnino creditur esse perfectum, immò nullam retinet operatio firmitatem, nisi charitatis fuerit radice subnixa. Inter cętera uerò, quæ tibi ex officio imminent facienda, tuum sit studium speciale, Rom. ecclesiam matrem tuam in omnibus, & per omnia reuereri, atque mandata, & institutiones ipsius, ut potè inter omnes ecclesias ex diuina prouisione primatum per Beati Petri merita obtinentis, studeas irrefragabiliter obseruare. Datum Perusij. V 1. Cal. Octobris.

IOANNI POTESTATI, ET populo Perusin. Qua in suam protectionem, saluis eorum antiquis priuilegijs Perusinos recipit.

APost sedes, quæ (disponente domino) cunctorum fidelium mater est, & magistra, speciales filios ampliori consueuit gratia honorare, ut eos, & ad deuotionem suam feruenter accendat, & ad obsequium suum diligenter inuitet. Nos ergò, qui miseratione diuina huic sanctæ sedi (licet immeriti) præsidemus, deuotionis, & fidei puritatem, quàm erga matrem, & dominam uestram sacrosanctam Rom. Eccl. geritis, attendentes, uestris quoq; prœcibus inclinati, quos inter alios fideles nostros spe-

ciali charitate diligimus, Ciuitatem Perusin. quæ ad ius, & proprietatem ipsius pertinere dignoscitur, cum pertinentijs suis, & nunc habitis, & in antea legitimè acquirendis, sub Beati Petri, & nostra protectione susçipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus. Eam uerò nunquam alienabimus, sed semper ad manus nostras curabimus retinere. Consulatum autem cum iurisdictione sua uobis auctoritate apostolica confirmamus, concedentes, ut his qui sunt ipsius iurisdictioni subiecti, liberum sit ad potestatem uel consulem, qui pro tempore fuerint legitimè appellare. Consuetudines quoque uestras antiquas, & nouas, rationabiles, & communiter obseruatas duximus approbandas. Salua in omnibus apostolicæ sedis auctoritate pariter, & iustitia, & ecclesiarum omnimoda libertate. Nulli ergò, &c. protect. conf. & concess. &c. Datum Tuderti sexto nonas Octobris.

PRAELATIS ET CLERICIS *Lombardiæ. ne Iustitiam uendant, aut cum clientibus de mercede paciscantur.*

CVM ab omni specie mala præcipiat apostolus abstinere, nos qui (licet indigni) constituti sumus à Deo super gentes & regna, ut iuxta uerbum propheticum euellemus, & destruamus, ædificemus, & plantemus, summopere debemus satagere, quatenus euellamus uitia, & plantemus uirtutes, destruamus iniqua, & ædificemus honesta: sicque nostra solicitudine mediante praua transeant, indirecta, & aspra, conuertantur in plana. Licet autem huius nostræ solicitudinis labor generaliter debeat ad omnes extendi, quia sapientibus summus, & insipientibus debitores, specialiter tamen ad clericos, qui dormire debent à uitijs, ut sint pennæ columbæ deargentatæ, ne quid in illis appareat, quod offuscet candorem ecclesiasticæ puritatis. Sane ad audientiam apostolatus nostri multorum assertione peruenit: quòd cùm ex delegatione nostra causas susçipitis pertractandas more sæcularium, super decima litis, uel parte alia pro diuersa terrarum consuetudine, præter expensas uictualium, tum ligantibus receptis pignoribus pro salario conuenitis; quæ postmodum usque ad solutionem pecuniæ uolentibus, & partibus contenditis detinere, non attendentes quod ad hoc uobis, & alijs clericis sunt ecclesiastici redditus deputati; & ut ex ipsis honestè uiuere debeatis, ne uos oporteat ad turpia lucra manus extendere, uel ad iniqua munera oculos inclinare. Cùm ergò opera uestra lucere debeant laicis in exemplum, nec uos deceat iustiar sæcularium ad turpe compendium iuris occasionem arripere, uniuersitati uestræ per apostolica scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus ab huiusmodi exactionibus de cætero abstinentes, uigorem iudiciarium gratis studeatis litigantibus impertiri, non obstante quòd in fraudem à quibusdam proponitur; quòd id exigatur nomine assessorum, cùm nec iustum iudicium iudici uendere liceat, & uenales sententiæ ipsis, & secularibus legibus reprobentur. Datum Tuderti. V. nonas Octobris.

N. NARNIEN. EPISCOPO. *Vt causam Abbatis de Ferentillo cognoscat.*

CVm dilectus filius abbas de Ferentillo, ad nostram præsentiam accessisset, conquerens de nobilibus uiris O. A. fratre ipsius, & filijs R. dominis de Arton. partibus in nostra præsentia constitutis? dilectos filios nostros I. tituli Sanctæ Pudē & G. tituli Sanctæ Mariæ in trans tybe tim Presbyteros Cardinales deputauimus auditores. In quorum præsentia suā abbas proposuit quæsti onem, quod præfati nobiles nulla requisitione præmissa manu armata, & cum exercitu ad castra monasterij Ferentilli, & Gab. uenientes in prædis animalium, segetum combustionibus, captionibus hominum homicidiis perpetratis, & dānis aliis usque ad quingentas libras Lucen. præter stragem hominum, & iniurias irrogatas, damnificare dictum cœnobium præsumpserunt. De quibus, & aliis pariter, quę uellet proponere contra

contra ipsos iustitiã sibi fieri postulabat. Cui citra litis contestationem ex forma exceptionis fuit ex aduerso responsũ, quòd cùm Abbas ipse nobilibus uiris O. & R. promiserit præstito iuramento, quòd eos contra omnes homines, exceptis Rom. Põtifice, Imper. ac legatis ipsorum ad retinẽdum quod tunc habebant, & possidebant in castris, uillis, & bonis alijs, & recuperã. sine fraude ac malo ingenio, si eorum aliquid amitterent, adiuuarent, ipsius dolũ, & uiolentiam castrum sacrati admiserant fraudulenter, quòd & progenitores eorũ tenuerant, & ipsi possederant in quiete. Super quo ab ipsis sæpè admonitus, illud eis restituere ẽnegauit; qui potiùs uillas tres, Quadraginta scilicet, Casale, & Carpium, quas pro se, & parte sua, dictus Abbas sub securitate receperat, fœdere uiolato, in animalibus, spolijs, & suppellectilibus alijs ipse cum suis fuerat depræ̃datus, coniugatis tractatis turpiter mulieribus, & acriter uerberatis; etiam sacerdotem legatis à tergo manibus ante seduci fecit afflictum uerberibus, & uestibus penitùs spoliatum. Homines quoque uillarũ recludi fecit in carcerem, ubi unum ex ipsis contigit expirare. Castro etiam, in quo dicti nobiles habitabant, ignem abbas de nocte fecit apponi, per quem in præmissis damnis, & aliis multis usque cẽtum marchas sẽ spoliatos dicebant, petentes prius restitui, quàm ipsius petitionibus responderent; præsertim cum testes haberent præsentes, per quos intentionem suam incontinenti probare uolebant, & quod restitutiõ ante causæ ingressum deberet fieri i spoliatis, utriusq; iuris auctoritatib. ostẽdere conabãtur; Verũ ex parte Abbatis fuit taliter replicatum, quod libello suo secũdũ regulam iuris, qua dicitur: Vt qui prior appellat, prior agat; debebat primitùs responderi, nec ab eo restitutio peti poterat, qui non fuerat spoliator, præsertim cum castrum sacrati ad ius, & proprietatem sui monast. pertineret quod & pars aduersa nulla tenus denegabat. Vnde ut uerus dominus, ad quem ab alio res sua possessa reuertitur, etiam post temporã longiora retentionis debebat commodum obtinere, & iudicium restitutorium contra spoliatorem tantum competere dignoscatur. Pro damnis quoque illatis restitutio postulari nõ poterat, sed ad ea debebat actio competens intentari. Alioquin cum, & pars abbatis damnagrauissima sibi quereretur illata, prius restituenda fuerant. Si pro huiusmodi esset restitutio facienda, secundum tenorem regulæ memoratæ, capitula quoque de restitutione facien. loquentia, locum habere in criminalibus asserebãt; Et quando quis ab aduersario spoliatur, & super re ipsa qua spoliatus fuerat, conuenitur. Cæterum ex parte abbatis regulam introductam, ad uersa pars in mutuis petitionibus locum habere dicebat, cum causæ uicissim tractatę una postea sententia terminantur. Cum uerò pars aliqua per restitutionem uel alio modo aliquid sibi debere proponit, & altera i modum exceptionis se asserit spoliatam, nec ante restitutionem suam ullatenus responsuram, de incidẽti asserebat antea cognoscẽdum. Cùm autem, ea quæ præmisimus, & alia quædam prędicti Carnobis, & fratribus nostris fideliter retulissent, nos distinguen. esse credentes, utrum spoliationis quęstio ab eisdem nobilibus sit obiecta, in modum actionis ad restitutionem petendam, an in forma exceptionis ad intentionem aduersarii repellendam, cum ea in modum actionis proposita intelligantur, diuersæ petitiones se minimè contingentes, ac per hoc iuxta regulam iuris prẽmissam, quę prius esset proposita prius foret tractanda, quamquam: in idem iudicium ambæ deductæ uicissimque tractatę simul essent eadem sententia terminandæ. Sed quoniã illa quæstio fuit ab eisdem nobilibus tantum in modum exceptionis obiecta, de communi fratrum nostrorum consilio interloquendo pronunciamus, ut probationes eorum super ipsa exceptione primitùs audirentur, & ea probata legitimè non cogerentur abbati respondere, super petitionibus memoratis donec restituerentur ab ipso, cum spoliatus spoliatori ante restitutionem non cogatur ullatenus respondere. Spoliatione tamen in modum tantum exceptionis probata, non est per hoc restitutio facienda, quemadmodum cum in modum exceptionis aliquod testi crimẽ obijcit, ut sic à

testimonio repellatur, & sic crimen contra eum ciuiliter fuerit probatum. Non ideo sibi pœna infligitur ordinaria, sed eius duntaxat testimonio non credetur, quod ea ratione contingit, quoniam in ipsum accusatio non procedit. Testes etiam, quorum testimonium reprobatur inter infames, quasi ex falso testimonio non habentur. Cum autem super exceptione ipsa probandi testes sint ex parte militum iam producti, & attestationes etiam publicatę, pars Abbatis ad repellendos eos nonnulla in præsentia nostra se proposuit obiecturam. Nos ergò uolentes parcere laboribus partium, & expensis, & quia maioribus occupati, causas singulas in persona propria discutere non ualemus, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus partibus ad tuam præsentiam constitutis, audias, quæ pars Abbatis contra testes & attestationes duxerit proponenda & quæstionem ipsam seruato iuris ordine, appellatione remota legitimo fine decidas. Postmodum autem si partes contra se mutuò duxerint aliqua proponenda, nihilominùs audias; & si ambę consenserint remoto ap. ob. iustitia mediante decidas. Alioquin omnia gesta redacta in scriptis sigilli tui munimine roborata, ad præsentiam nostram transmittas, utrique parti assignans terminum competentem, quo recepturę sententiam nostro se conspectui repræsentēt. Datum Ameliæ. III. nonas Octobris.

NOBILIBVS VIRIS VGVIT. & Guidon. Marchioni fidelibus nostris. Recipit illos cum ipsorum subditis in protectionem apostolicam.

LIcet apost. sedes mater sit omnium, generalis eos tamen pro grege consueuit specialius, & fouere, qui præter spiritualem subiectionem, quæ ipsi debetur ab omnibus, ei sunt temporali etiam iurisdictione subiecti. Ea propter dilecti in domino filij, deuotionem, quam erga Rom. ecclesiam, & nos ipsos habetis diligentiùs attendentes, uos, & totam terram uestrā, quæ ad ius, & proprietatem Beati Petri pertinere dignoscitur, cum omnibus, quæ in præsentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum iustis modis annuente domino recuperare poteritis, seu etiam adipisci sub Beati Petri, & nostra protectione susscipimus, spetialiter autem maiorem, & minorem insulas, quas ad ius, & proprietatem nostram non est dubium pertinere, sicut eas iustè ac pacificè pos. auctoritate uobis apostolica con. & c. Decernimus ergò, &c.

NOBILI VIRO SPALAGRAN. qua indulgetur ei ut licet cœnobium S. Benedicti intrare.

EX tua confessione reperimus, quod olim corde compunctus ad ordinem Hierosolymitani Hospitalis disposueras te trāsferre, licet ad hoc te uoto minimè astrinxisset. Si uerò ille, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum est, per quē de uirtute ascenditur in uirtutem, uino compunctionis ampliùs te potauerit, & ascensionem cordi tui dignatus fuerit in melius promouere, ita ut in aliquo monasterio in quo Beati Benedicti regula obseruetur, propositum concipias domino militandi. Quoniam, & tu super hoc à nobis consilium postulasti, nos diligentius attendentes, quod nullam iuxtam confessionem tuam uotum emiseris, aut feceris professionem, unde secundum uideatur propositum impediri, & etiam intuentes, quòd B. Benedicti regula arduitatem uitæ continet arctioris, ut in aliquo monasterio prædicti ordinis domino si malueris ualeas militare, liberam tibi concedimus auctoritate præsentium facultatem, & dummodo de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta procedat, ut hoc in monasterio sancti Fortunati ualeas adimplere, tibi benignus indulgemus. Datum Tuderti. IIII. nonas Octobris.

N. EPISCOPO LINCOLNIEN. & N. Decan. de Huntedon. Cap. ueniens extra de cognatione ſpirituali.

VEniens ad præſentiam noſtram G. Anglicus natione nobis expoſuit; quòd cùm olim in adoleſcentia conſtitutus mulieri cuidam adhæſiſſet, quam tamen quidam alius ante cognouerat, de conſilio matris ſuę factum eſt, ut eadem mulier quendam puerum, quem de alia ſoluta ipſe ſuſceperat, de ſacro fonte leuaret, ad ſuſpitionem, & infamiam utriuſque delendam. Deinde uerò cùm in eius amorem uehementius exarderet, ab ſque conſilio amicorum eam clanculo deſponſauit. Cumque prolem ex ea procreare non poſſet, & increpationes à patre ſuo grauiſſimas ſuſtineret, quod eam deſponſando deliquerat reuoluens in animo, ipſa dimiſſa cauſa orationis Hieroſolimam eſt profectus. Verum cum idem rediens de partibus tranſmarinis prolẽ eam ſuſcepiſſe de alio inueniſſet, ei noluit adhęrere: ſed propter adulterium, quod commiſiſſe taliter uidebatur, ea omninò dimiſſa ad longinquam ſe tranſferens regionem, & ad Eugubin. tandem ueniens ciuitatem quandam ibidem cum terra, & dote decenti ſibi matrimonialiter copulauit, de qua prolem ſe confeſſus eſt ſuſcepiſſe. Ea propter diſcretioni ueſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſuper his inquiratis diligentius ueritatem; & ſi primam mulierem prædicti uiri filium de ſacro fonte leuaſſe conſtiterit, antequam eam deſponſaſſet uxorem, uos inter eos diuortium ap. poſtpoſita celebrantes rei proceſſum nobis per literas ueſtras fideliter exponatis, ut an cum ſecunda ualeat legitimè commorari uerita te cognita decernere ualeamus. Quod ſi ambo, &c. Tu ea frater Epiſcope, &c. Datum apud ciuitatem Caſtellanam. VIII. idus Octobris.

N. NIDROSIEN. ARCHIEPIſcopo. Quæ illi ad propoſitas aliquot quæſtiones eleganter reſpondit.

QVòd in dubijs noſtro poſtulas certificari reſcripto, vt iuxta illud tuæ diſcretionis arbitrium modereris, fraternitatem tuam dignis in domino laudibus commendamus. Sanè conſuluit nos tua fraternitas utrum altare, in quo excommunicatus diuina celebrare præſumpſit, reconſecrari debeat, & an ſit communicandum excommunicato: qui quod ſtaret mandato eccleſiæ iuratoriam præſtitit cautionem: ſed nondum abſolutionis beneficium eſt adeptus. Et ſi excommunicato communicare aliquis, & qui etiam teneantur. Quæſiuit etiam, quę pœna his fuerit iniungen. qui excommunicatis uolentes communicant, uel inuiti, & quid præsbyteris ſit agendum, qui gubernant naues ad pugnam, & pugnant, & his, qui alios incitant, ſed non pugnant. Ad hæc autem fraternitati tuæ taliter reſpondemus: quòd nec altare, in quo excommunicatus celebrat debet (niſi aliud interueniat) conſecrari, nec excommunicato licet, quod ſtet mandato eccleſię, iuramento firmarit, communicari debet, donec fuerit per eccleſiam abſolutus. Alioquin poſt iuramentum non eſſet abſolutio neceſſaria. Vtrum autem ſi abſolutionis beneficium non contemptus religionis, ſed articulus neceſſitatis excluſerit, tali uel ſaltem in morte communicare ſit licitum; quia minimè per tuas literas requiſiſti, ad pręſens non duximus reſpondendum. Nullus autem omnino nominatim excommunicato ſcienter communicare tenetur; niſi quædam perſonę, quę per illud Gregorij pp. Cap. Quoniam multos, ſpecialiter excuſantur. Illi autem qui nominatim excommunicatis præſumptuosè participant, præter perſonas dicto canone denotatas, niſi ab eorum participatione commoniti fortè deſtiterint, excommunicationis ſunt uinculo innodandi. Secus autem ſi ei communicant ſcienter, qui cum participibus ſuis eſt uinculo excommunicationis ſententialiter innodatus, tunc enim & ipſi ſententiam excommunicationis incurrunt. Quia uerò tam ſacerdotes, qui gubernant naues ad pugnam, quàm qui perſonaliter

exercet pugnæ conflictum, & hi, qui alios incitant ad pugnandum, omnes quidem enormiter peccant, de rigore canonum credimus deponendos. Hi præterea, qui beneficium ecclesiasticum sibi collatum sponte in manum laicam resignantes, illud denuò a laico susceperunt, eodem sunt beneficio spoliandi; licet resignatio talium facta laico nullam obtineat firmitatem. Altare verò in quo tabula, cui consecrationis benedictio pontificali ministerio adhibetur, mota fuerit, uel enormiter fracta, debet non immeritò consecrari. Nec negamus quin oleum non consecratum consecrato possit oleo commisceri. Clerici autem qui excommunicati, uel ab excommunicatis scienter ad ordines sunt promoti, debent ab ordine sic suscepto deponi. Datum apud Ciuitatem Castellan. V I. Idus Octobris.

N. NIDROSIEN. ARCHIEPIscopo, uniuersis Episcopis, & aliis ecclesiarum prælatis in Norwagia constitutis, in fidelium communione manentibus. De compescendo tyranno, qui eos miserè excruciabat.

IN uestrorum, & totius populi Norwagiæ criminum ultionem (permittente domino) credimus accidisse, quod usque adeò in uos, & totum regnum Norwagię tyrannica Sueri crudelitas, & uiolentia detestanda prœualuit; ut & regnum nec electione principum (prout accepimus) nec ratione sanguinis occupari it; & in uiros ecclesiasticos ipse quondam ecclesiastico (sicut dicitur) functus officio debacchetur, ecclesias opprimat, clericos persequatur, affligat pauperes, & sæuiat impotentes, ita ut diuino credatur accidisse iudicio. Vt qui secundum etiam suam assertionē illegitimè natus ad sacros non fuerat ordines promouendus, contra sanctiones canonicas assumptus ad eos, fortiùs in illos desęuiat, qui in ordinatione ipsius statuta canonum non seruarunt. Miramur autem non de Deo, qui ad correctionem uestram eius tyrannidem hactenus tolerauit, nec de ipso, cuius spiritus obstinatus in malo malum dedisce re assuetus, iniquitati non potest, sed de his, qui apostatam, sacrilegum, & nefandum adhuc etiam sacrilegæ temeritatis ausa sequuntur, & ei præbent auxilium, & fauorem, cuius tyrannidem persequi potiùs pro uiribus tenebantur. Licet autem ad edomandam eius uersutiam frequens manauerit ab apostolica sede mandatum, nondum tamen sit eius potuit peruersitas refrenari, quin adhuc quibusdam eum in suarum sequentibus perniciem animarum in quadam parte Norwagię dominetur, & in ea rabiem superet aquilonis. Qui, ut amplius uos, & uniuersum Norwagiæ populum circunueniret, & auctoritate apostolica regnum sibi ostenderet confirmatum, bonę memorię Clementis Papę prędecessoris nostri bullam falsare non timuit, qua uarias literas sigillauit; sed is, cui manifesta sunt omnia, eius falsitatem detexit. Ne autem eius peruersitas desęuiat diutiùs in insontes, uniuersitati uestrę per apostolica scripta dil. p. mandamus, quatenus Norwagiæ populum diligentiùs moneatis, ne ipsum ulterius sequi pręsumant, aut ei præstare auxilium uel fauorem. Alioquin uniuersos sequaces ipsius excommunicationis nuncietis sententia innodatos, & claudentes ecclesias, & nullum in tota terra Norwagica, quę ipsum sequitur, sacramentum ecclesiasticum, præter baptisma paruulorum, & pœnitentias morientium celebrantes fautoribus eius decedentibus sepulturam ecclesiasticam denegatis. Ad hæc discretionem uestram nolumus ignorare, quòd cum nuncij eius ad nostram præsentiam accessissent, à nobis super facto ipsius nihil potuerunt penitùs impetrare. Vnde si quid pro eo se obtinuisse confixerint, à falsariis id obtentum esse noueritis, quorum multitudo in nostræ promotionis initiis, cum falsis bullis per nostram fuit solicitudinem deprehensa Datum apud Ciuitatem Castellanam. II. nona Octobris.

N. ILLY-

N. ILLVSTRI REGI DANO-rum. eiusdem argumenti.

TAM cleri quàm Populi Noruuagien. promerentibus culpis permittente domino, credimus accidisse, &c. vsque ad uerbum Desæuiat in insontes. Serenitatem regiam rogamus, monemus, & exortamur in domino, ac per apostolica scripta mandamus, quatenus ad defendendas ecclesias, clericos in sua libertate tuendos, liberandos pauperes, & potentes de manu persecutoris illius, immò etiam ad deijciendum monstrum illud, quod his solis parcit, quibus nocere non potest, taliter accingaris, vt & à Deo retributionem æternam, & nostram consequi gratiam specialius merearis: persecutoribus tantæ iniquitatis assistas, resistas sequacibus: ita quòd membrum illud diaboli non possit in regno Noruuagiæ denuo debacchari, aut persecutionem in ecclesijs vltetius suscitare. Datum vt supra. In eundem modum. N. Illustri Regi Suetiæ. In eundem modo nobili uiro. N. Comiti Suetiæ.

N. NIDROSIEN. ARCHIEPIscopo ut Bergen Episcopum tyranni fautorem deponat.

EXaminatam tuæ fidei puritatem, & feruoris constantiam, quam nec persecutio, nec gladius, nec fames, nec exilium diuturnum à Charitate Christi, & separare potuit, vel deijcere a statu libertatis ecclesiasticæ conseruando: quem etiam nec terror coegit, nec promissiones potuerunt inducere, ut Suero sacrilego, & apostatæ, qui regnum Noruuagię per effusionem sanguinis, & uiolentiam occupauit: in matris infamiam se asserens de regali progenie descendisse: uel latenter annueres, uel expressè faueres, dignis in domino laudibus commendamus; & tantò amplius ex hoc tuæ fraternitatis fortitudini congaudemus, quantò in te potiùs persecutor exarsit: sed constantia tua eius tyrannidem superauit. Vnde cùm tibi contra tyrannum illum à tuis esset Suffraganeis assistendum, nec eorum aliquis eidem excommunicato deberet prestare fauorem, vtpote qui ecclesias, & ecclesiasticos uiros seruituti subijcere nititur, opprimere pauperes, & effundere sanguinem innocentem, ferre non possumus non molestè, quòd N. Bergen. Episcopus, suffraganeus tuus contra bonæ me. Clem. Papæ prædecessoris nostri mandatum, & contra tuum etiam interdictum Castra ipsius sequi non dubitat, celebrans excommunicatio diuina, & in eius presentia uniuersa exercens ecclesiastica sacramenta: qui licet à te fuerit sæpiùs euocatus, tuo tamen se noluit conspectui præsentare. Quia uerò tanta præsumptio seueriori debet animaduersione puniri, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus Episcopum ipsum, si præmissis ueritas suffragatur, ab officio, beneficioque suspendas: nec prius sententiam suspensionis relaxes, quàm nostro se conspectui presentarit. Quòd si forsan sententiam tuam seruare neglexerit, eum anathematis censura percellas, & singulis diebus dominicis, & festiuis pulsatis campanis, & candelis extinctis excommunicatum facias publicè nunciari: ut quem timor domini à malo non reuocat, rubor saltem, & pœna compescant, sciturus, quod nos prędictum Suerum absoluere non proposuimus, nisi taliter satisfaceret de commissis, quòd eius esset satisfactio non irrationabiliter admittenda. Datum ut supra.

N. VE-

N. VERONEN. EPISCOPO Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis. De homicida deponendo ab ordine sacro.

SIcut ex tuarum, & aliorum accepimus continentia literarum, cum V. ecclesiæ de Nigrario clericus aduersus. N. Archipresbyterum, & fratres ipsius plebis, graues inimicitias concepisset, tu eum propter enormia facinora sua, & quia cum sceleratis, & iniquis hominibus conuersando arma portabat clericis interdicta, multaque alia nefaria committebat, ab officio, beneficioque suspensum excõmunicationis etiam uinculo innodasti. Clericus autem ipse in concepta malitia perseuerans, eundem Archipresbyterum boni testimonij uirum, sanguine generosum amicum religionis, hospitalitatis cultorem, & aliorum operum pietatis, à Veronen. ciuitate, ad quam profectus fuerat pro ecclesiæ suæ negocijs peragendis, ad suam ecclesiam redeũtem, cum complicibus suis sæcularis potestate bannitis, diabolo instigante, propriis manibus (sicut dicitur) interemit, & in frusta concidere non expauit. Cumque ceteris fugientibus ipse à potestate, ac consulibus captus detrusus fuisset in carcerem, & propter ualidas probationes, & indicia manifesta ferri posset in eum sententia capitalis, ad maiorem facinoris euidentiam, licet quod reus esset sanguinis defuncti Archipresbyteri à populo clamaretur, ad paucorum tamen instantiam inductum est a potestate personale duellum. Verùm in tanto discrimine constitutus, & uitæ suæ pertimescens, utpote perpetrati sceleris conscientia uulneratus, patre medio, qui pro se, ac filijs pacem pro morte dicti Archipresbyteri dicitur recepisse, mandatis consanguineorum defuncti per omnia parere promisit. Quibus pro illata iniuria octingẽtas libras intercedente pacto promisit pariter, & persoluit. Et quoniã amici clerici memorati apud te precibus instare non cessant, ut eum officio, & beneficio restituere debeas, excommun. uinculo primitus absolutum. Alijs contra clamantibus clericis, & laicis rectiùs sentientibus, eum tanquam reum sanguinis restituendum non esse, sed potiùs perpetuo deponendum, tu in tanta rerum ambiguitate, quid tibi foret agendum sedem apostolicam consulere decreuisti. Nos ergo attendentes, quod non solum à malo, sed etiam ab omni specie mali sit (secundum apostolum) abstinendum, nec uolentes quòd maleficia remaneant impunita, fraternitati tuę taliter respondemus, quòd si præmissis ueritas suffragatur, prefatum V. clericum ab omni beneficio ecclesiastico per te fieri uolumus alienum, ipsumque nihilominùs excommunicatum publicè nuncies, & facias tandiu appellatione remota abomnibus euitari, donec cum tuarum testimonio literarum nostro se conspectui repræsentet animaduersione canonica puniendus. Siqui uerò seduxerint opponen. quo minùs mandatum apostolicum impleatur, tu eos, ut a suæ temeritate desistant, per censuram ecclesiasticam cessante appellatione compellas. Datum apud Ciuitatem Castellanam. VII. Idus Octobris.

R. TITVLI SANCTORVM Marcellini, & Petri Presbyteri Card. N. Cassinen Abbati. Vt & suos fluxos mores & cœnobij sui corrigat.

TActi sumus dolores cordis intrinsecùs, & cor nostrum graui mœrore tabescit: quoniam odoris suauitas, quæ de sancta religione per Beati Benedicti meritum ab ecclesia Cassinen. ad cętera monasteria quondam effluxerat, à qua etiam tanquam à suo fonte per totius orbis climata deriuata, suæ sumpserunt institutionis exordium, ex maiori iam parte defecit, uerum etiam in fœtorem horridum est conuersa, ut ad eam adulescentulę iam dicere dedignentur: Curremus in odorem unguentorum tuorum, cui dicere consueuerant: Oleum effusum nomen tuum, adulescentulę dilexerunt te nimis. Super hoc autem tu non uideris alienus à culpa, qui cũ tibi sit ipsius ecclesiæ cura commissam, culpã negligis corrigere subditorũ, quia (iuxta uerbum sapientis) Vbi non est gubernator, populus corruit, pastoris

ris incuriam dissolutione ouium accusan te. Veruntamen licet aliquid asperum ti bi scribamus, plus id admonitioni, quàm redargutioni debere ascribere; cùm te per hoc cautum, & prouidum reddere intendamus. Scis etenim sacra te docente scrip tura, quòd pater filium, quem diligit, corrigit, & amici meliora sunt uerbera, quàm oscula inimici; uia, quòd uitę est increpatio disciplinæ, quam si diligenter at tendas, cum sapiente qui timet, & declinat à malo, tuam diriges semitam circunspectus, in uiam stulti non abiens, qui transilit, & confidit. Ad hæc si quasi ad excusationem in temporalibus tuę studium intentionis expendis, ut ecclesia tua in possessionibus dilatetur, illas omnibus debes prę ferre diuitias, quibus inter filias Syon tua supergradit ualeat uniuersas, quę uidelicet in spiritualibus attenditur. Primum nanque iubemur quærere regnũ Dei, & sic nobis adiici omnia promittuntur. Vnde si Marthę studium laudabiliter retinens partem Mariæ, quę non auferetur ab ea, tibi eligere uoluisses, de spiritualibus solicitius meditando scandalum illud potuisses euadere, per quod Casinen. ecclesia in obseruantiis regularibus, adeò inferior prædicatur, ut quæ mater religionis extiterat, & magistra, uix filia, siue discipula iam meruerit appellari. Vt igitur amplius in te proficiat manifesta correctio, quàm amor absconditus, nos ad correctionem tuam hæc omnia prælibantes ad exercitand. in melius, cum dulcibus amara miscendo, discretionem tuam rogamus, consulimus, & in domino plurimum exhortamur, quatenus ex his dignum capiens intellectum, tecum apostolo ad anteriora posteriorum oblitus extendas, & ad obseruantiam religionis, & ordinis, quam taliter excidisse dolemus in tuo monasterio congruè releuandam, eo modo studeas uigilare, ut famæ dispendium, quod idem monasterium sub tuę fuit hactenus negligentiæ torpore perpessum, per tuę sedulitatis instantiam redimatur, & dissolutionis amota materia, quæ tantorum origo malorum extitit principalis, per tuæ informationis exemplum grex tibi commissus sub regularibus institutis arctiùs restringatur. Vnum autem inter cętera debes summopere præcauere, ne secundum quod dixit Apostolus. Timeo ne cum alijs prędicauerim, ipse reprobus efficiar, in conuersatione tua te talem exhibeas, quod a te offendiculum aliquod oriatur, per quod uia tuis subditis incorruptionem pateat, & ruinam; quin potius in operibus tuis eam mundiciam, & exemplum ostendas, quòd ipsis eadem sint lucerna, teque tanquam ducem ouium liberè procedentem, absq; alia offensione sequantur. Apostolicum uerò tibi non timeas deesse fauorem, si ad dissolutionis excessus corrigendos in monachis, ne solito more ulterius euagentur, iuxta nostræ institutionis monita duxeris procedendum; in quo laudabiliter ordinando, nec parcere sanguini, nec alicuius debes gratiam attendere, uel timorem. Vt autem in hoc liberior possit haberi processus, nec rebellio quorunlibet siue contumacia uires possit ex assuetudine dissolutionis assumere, ad sui tuitionem erroris, uiros maturos, qui sint, & grauitate personarum, & morum honestate timendi, prout sanius consilium tibi dictauerit, instituere, & alijs præficere te oportet. Ad eos autem tuę correctionis studium solicitius debet extendi, qui post greges sodalium exterius euagantur, per quorum exempla per uersa uita clausstralium infamatur, in quibus nondum ex tota religionis scintilla defecit, sed adhuc uiret lilium inter spinas. Quantuncunque verò tibi deferre uelimus, nisi fortè in correctione profeceris, tuæ motus uolens sequi potiùs uoluntatis, quàm salubrem exhaurire doctrinam, nulla nos poterit occasio retardare quin in te, siue quoslibet alios, quos eadem inuolutos culpa nouerimus, manum correctionis grauissimam apponamus, ita quòd ea, quæ demulcendo proferimus, secundum excessum quantitatem debite sequi uidebitur austeritatis affectus. Datum Romę apud Sanctum Petrũ. XVII. Cal. Nouembris.

NOBI-

NOBILIBVS VIRIS HENRICO, Leonardo, & Marco Mauricen. Ciuibus Venetis. Vt seuerius quoddam contra Andream Iurisconsultum æduum mandatum reuocent.

VEniens ad præsentiam nostram dilectus filius Andreas Mengunlator præsentium, humili nobis relatione proposuit, quòd cùm olim fuisset in præsentia dilecti filij nobilis uiri N. Ducis Venet. cum pluribus alijs constitutus pro multarum discussione causarum, accidit, ut cum Mauritio Mauricen. alternatim conuitia inferendo certaret. Propter quod cum graues inimicitias incurrisset, & uos, & alij parentes uestri propter hoc fuissetis uehemẽtiùs excitati: quidam qui partis utriusque amatores extiterant, se in medium ingerentes, turbationem illam ad pacem studuerunt, & concordiam reuocare, suggerentes, & consulentes prædicto A. ut in satisfactionem iniuriarum uestro iuraret obedire mandato. Cumque idem non credens se tale quid cõmisisse, propter quod ei graue aliquid imponi deberet, iuramentum illud uobis sub tali confidentia præstitisset, ipsi statim sub iuramenti debito præcepistis, quòd à festo beati Michaelis proximè præterito, in antea nunquam curiam dicti Ducis intraret, nisi tunc, cum omnes per edictum ipsius generaliter ad curiam uocarentur, aut nisi per nobilem uirum Rog. Comitem, & Nicolaum Mauricen. qui absentes esse dicuntur, ipsum contingeret relaxari. Verùm quia idem Andreas, qui (sicut asserit) dicti Ducis consilijs, iuramento, & in iure suo multis ecclesijs, quarum est aduocatus, promisso tenetur adesse, nequaquam taliter iurauisset, si mandatum illud sibi contrarium præsciuisset, præsertim cum animæ suę timeat obuiare saluti, per apostolica uobis scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus mandatum ipsum pro uestrarum remedio animarum penitùs reuocetis. Quod si mandatum ipsum noluerit is, aut nequiueritis reuocare, nouerit is nos uenerabili fratri nostro N. Patriarchæ Gradens. mandasse, ut si mandatum illud priori iuramento licitè facto repugnat, ipsum auctoritate nostra denunciet non seruandum. Datum apud Ciuitatem Castellanam. III. Idus Octobris. Illi scriptum est, ut hoc faciat.

N. STRIGONIEN. ET N. COlocen. Archiepiscopis, & suffraganeis suis, Vt ecclesiarum libertas immunitasque conseruetur.

MAlitia filiorum hominum, qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis, adeò apud uos inualuisse proponitur, ut nec sciant, uel uideant, quàm periculosum sit eos dominum reliquisse, & eius apud ipsos non esse timorem, qui ponentes offendicula sua in domo domini, in qua inuocatum est nomen eius, ita apprehenderunt eam inter angustias, ut libertas eius in dissipationem iam posita penitùs iaceat conculcata. Cùm enim (sicut audiuimus) Ecclesia Dei in regno Vngariæ in tanta reuerentia olim consueuerit haberi, ut si etiam publicus latro ad eam ob tutelam sui corporis confugisset, sub eius consisteret immunitate securus, & quandiu lateret ibidem tanquam innocens seruaretur, nunc euacuata omninò tanta per iniquitatis filios libertate, non tantum nocentes personæ, uerum etiam res sacræ, & alię ibidem pro securitate depositæ, uiolenter ab ecclesijs extrahuntur. Vnde nos, quibus (secundum apostolum) incumbit omnium ecclesiarum solicitudo continua, propter tantum discrimen ecclesiæ uehementer afflicti, uniuersitati uestrę per apostolica scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus statum eccl. quem taliter periclitari dolemus, ad antiquam studentes omni modis reducere libertatem, eos, quos temerarios uiolatores earum uobis esse constiterit, tam nostra quàm uestra auctoritate suffulti, appellatione cessante, terram illius rigore sententię compescatis, quem secundum canonum instituta talibus uideritis præsumptoribus adhiben. ita ut per uos ad honorem Dei, & ecclesię officij uestri debitum exequentes, quod ecclesijs sub negligentię torpore deperijt, laudabiliter

biliter releuetur, & studium uestrum apud Deum, & homines appareat commendandum Dat. Laterani. XII. Cal. Nouembris.

Scriptum est. N. Illustri Regi Vngariæ, ut in his, quæ pro libertate ecclesiæ prædicti Archiepiscopi, & Episcopi duxerint statuenda, suum eis auxilium & consilium impendat, pariter & fauorem.

MAGISTRO APOLL. CLERICO uenerabilis fratris nostri Archiepiscopi Strigonien. à iuramento, quod ecclesiæ iura defendere quis uelit, per appellationem nō liberatur.

BReui sedem Apostolicam scisitatus es quæstione, vtrùm ille, qui iura alicuius ecclesiæ seruare, ac pro posse defendere iuramento tenētur, si necessitate imminente, sub debito iuramenti ad hoc fuerit requisitus, & nolens hoc facere, ad sedem apostolicam duxerit appellandum, periurij reatum incurrat. Nos autem quæstioni tuæ taliter respondemus, quòd in hoc articulo appellantem à periurio, talis appellatio non excusat: immò, nisi aliqua difficultas obsistat, propter quam nō possit requisitus ecclesiæ subuenire, culpa periurij potiùs irretitur. Datum ut supra.

LITERAE REGIN. ARCHIEpiscopi ad Dominum Papam: Quod causa tribus coniunctim delegata, à duobus, excluso tertio rectè definiri nequiuerit.

EXcellētissimo domino, & beatissimo Patri suo domino Innocentio Dei gratia sacrosanctæ Romanæ sedis reuerendissimo, summo Pontifici G. humilis, & indignus Ecclesiæ Regin. minister salutem, & debitæ perpetuam deuotionis obedientiam. Placuit beatitudini uestræ causam, quę uertitur inter uenerabiles montis Regalis, & Russanen. archiepiscopos, mihi uestro deuoto clerico, unà cum reuerendis fratribus Panormitan. & Capuan. Archiepiscopis per literas uestrę sanctitatis committere, quibus debita reuerentia, & honore susceptis, non multò post susceptionem earum me per aliquot dies languor aliquantulus, non siue meorum exigentia meritorum inuasit, nec tamen ut inde mandatum uestrum minus posset perfici, uel adimpleri, cum tam nos, quam & partes præsentes omnes Panor. fuerimus, & si meis socijs onerosum uideretur forsitan expectare, quandiu mei apponeret diuina clementia misereri, & nequiuissem tunc pro instanti debilitate corporis cum ipsis ad hoc exequendum personaliter interesse, uox tamen, & sensus mihi nunquam per Dei gratiam defuit, quin possemus deliberatione mutua, iuxta mandatum nostrum diligenti examine causam ipsam inquirere, ac fine debito terminare. Verùm iam dicti mei socij infra illud ægritudinis meę spatiolum pro eorum uoluntatis arbitrio, meam super hoc, & eorum sibi solicitudinem uendicantes, me ignaro, & inconsulto in causam ipsam, secundum quod eorum dictauit consilium, processerunt. Et ne forte in his, quæ paruitati meæ ab apostolicæ sanctitatis eminentia iniunguntur, in conspectu mei domini palliata falsitas sub ueritatis specie offeratur, processum ipsius causæ secundum quod ad diligentem inquisitionem meam certa quorundam, qui interfuerant, approbatę opinionis utrorum, & ueridica relatione mihi licuit experiri, paternitati uestræ duxi præsentis textu paginulę intimandum. Hinc est, quòd cum præfati mei socij prænominato Montis Regalis Archiepiscopo ex officio delegationis iniungerent, ut ad hoc, quod sibi ab Archiepiscopo Russanen. obijcitur, plenius responderet, & idem Archiepiscopus pro duabus causis non debere se diceret eorum inde stare iudicio, tùm uidelicet quia causa ipsa tribus fuerat delegata, & ab illis duobus tantum me præsente inconsulto, & inscio, nec uice mea super hoc eis commissa, citatus fuerat ad iudicium, tum etiam quia ante ipsorum citationem pro eadem causa nuncium suum ad pedes uestræ sanctitatis transmiserant, in quo decretalis domini Alexandri sibi apertiùs dignoscitur suffragari. Ipsi eius assertiones nullatenus attendentes, iterum sine mei notitia contra eum, ut responderet, sententiam protulerunt. In quibus omnibus præ-

dictus

dictus Archiepiscopus grauari se sentiens ad uestræ beatitudinis audientiam appellauit. Erit igitur si placet uestri fontis scientię, cuius impetus lętificat ciuitatem Dei, super his iuxta summum uestræ immense discretionis arbitrium prouidere. Datum Panorm. XXV. die mensis Augusti prima indictione.

LITERAE ARCHIEPISCOPI, & conuentus Montis regalis ad Dominum Papam. De eodem argumento.

SAnctissimo Patri, & totius fidei Christianæ magistro domino Innocentio Ca Montis Regalis humilis minister, eiusdem quæ ecclesiæ uniuersus conuentus pedum osculum, & quod potest peccatorum oratio. Placuit beatitudini uestræ causam, quæ uertitur inter Rossanen. Archiepiscopum, & ecclesiam nostram immò uestram, iudicibus delegatis committere, uidelicet Panormitan. Regin. & Capuanen. Archiepiscopis fine debito terminandam. Vnde nos in omnibus, & super omnia mandatis apostolicis parere cupientes, ad primam duorum tantum citationis uocem accessimus, exceptiones nostras (sicut iuris est) peremptorias opponentes, uidelicet quod nuncios nostros specialiter pro hac eadem causa ante citationem ad pedes sanctitatis uestrę transmiseramus. Elapsis postmodum tribus, aut quatuor diebus, à Panormitan. & Capuan. tantum Archiepiscopis, sicut prius citati, ne uestram uideremur contemnere maiestatem, eorumque conspectui præsentati, quia primam exceptionem nostram friuolam iudicabant, aliam exceptionem non minus peremptoria adiecimus, & obiecimus, quia cùm causa fuisset à sanctitate uestra tribus iudicibus delegata, præsente tertio, & irrequisito, uidelicet domino Regin. nobis etiam absentibus, & ignaris, exceptiones nostras inutiles iudicantes, pronunciauerunt aduersæ parti nos respondere teneri. Vnde ob tam euidentes, & suspitionis, & grauaminis causas ad sedem Apostolicam appellauimus, quę mater est, & subsidium omnium oppræssorum, cum in omnibus his appellatione opus non esset. Nam prima causa est, quia nuncii nostri ante citationem iter arripuerant ad uos ueniendi. Secunda quia præsente tertio, & ignaro, & citauerunt, & decretalem Alexandri, quæ loquitur in hunc modum, friuolam iudicarunt. Cæterum cum aliquam causam contigerit tibi appellatione remota, commissam fuisse, & aduersa pars post factam citationem iter arripuit ad sedem Apostolicam ueniendi, non minima poteris in negocii cognitione, secundum iuris formam procedere. Quod utique si ante citationem iter inceperit, non est utique obseruandum. Sed quod deterius est, nobis nescientibus, & irrequisitis pronunciauerunt prędictas exceptiones nullius fore momenti. Vnde prostrati ad pedes sanctitatis uestrę petimus plus affectu, quàm uoce, plus deuotione, quàm uerbo, ut ecclesiam nostram, quæ uestra specialis est, nullius patiamini perturbationibus concuti, nec æmulorum nostrorum quasi luporum morsibus lacerari. Valeat sanctitas uestra.

N. REGIN. ARCHIEPISCOPO, & N. episcopo Cephaluden. Qua causa, de qua duæ præcedentes epistolæ loquuntur, ipsis committitur.

CVm causa, quæ uertitur inter uenerabiles fratres nostros N. Montis regalis, & N. Rossanen. Archiepiscopos, super quibusdam decimis uen. fratribus nostris. N. Panormitan & N. Capuan. Archiepiscopis, & tibi frater Regin. commissa fuisset à nobis fine canonico terminanda, prædictus Archiepiscopus Montis regalis, sicut ex literis eius accepimus, ad primam prædictorum Panormitan. & Capuan. Archiepiscoporũ citationem accessit, in quorum præsentia constitutus exciendo proposuit, quòd pro duabus causis non deberet eorum stare iudicio, tùm uidelicet quia causa ipsa fuerat tribus delegata & ab illis duobus tantum te frater Regin. præsente inconsulto, & inscio, nec uices tuas eis super hoc committente, fuerat ad iudicium euocatus, tum etiam quia ante ipsorum citationem

pro

pro eadem causa nuncium suum ad apostolicam sedem transmiserat : in quo decretalem felicis mem. Alexandri Papę III. prædecessoris nostri sibi affirmabat apertiùs suffragari. At verò ijdem Archiepiscopi exceptiones ipsius nolentes admittere, contra eum ut responderet interlocutoriam sententiam protulerunt; propter quod idem Archiepiscopus sentiens se grauari, sedem apostolicam appellauit. Nos igitur prædictorum inquisitionem, & decisionem canonicam vestrę discretionis examini committentes, fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis ad præsentiam vestram, qui fuerint euocandi, & inquisita super præmissis diligentiùs veritate, si vobis constiterit prędictos Archiepiscopos exceptiones prædictas nullatenus admisisse, non obstante eo, quod per ipsos factum est, decimas ipsas, quibus prædictus Montis regalis Archiepiscopus, se postquam nuncij sui propter hoc ad sedem apost. accesserunt, asserit spoliatum, cùm eisdem tam sibi, quàm ecclesię suę à sede apostolica fuisse allerat confirmatas, siue per laicalem potentiam, siue etiam per eosdem iudices factum sit, cum fructibus inde perceptis, sublato cuiuslibet contradictionis, & appellationis obstaculo restitui faciatis; audientes postmodum quantum de iure poteritis si quid fuerit quæstionis, & appellatione remota, sine debito decidentes. Datum Lateran. Calen. Nouembris.

N. EPISCOPO, CONSVLIBVS, & populo Parmen. De ablata per vim Cardinali in itinere pecunia.

LIcet Romana ecclesia, quę ceterarum mater est, & magistra, in delinquentes iuxta suorum excessuum qualitatem, rigorem seueritatis ecclesiasticæ consueuerit exercere, illis tamen, qui à suo resipiscentes errore humiliter ad eius obedientiam redeunt, solita est benignitatem, & mansuetudinem exhibere, & viscera charitatis misericorditer aperire; illius exemplo, qui neminem ad se uenientem respuit. Accepimus si quidem ex tenore literarum tuarum frater Episcope, ac dilecti filij P. Sanctę Mariæ in Via lata Diac Card. apostolicæ sedis legati, quòd medietatem pecuniæ nostræ, ac suę, ac seruientium ipsius, quæ dum per Lombardiam iter faceret, illi fuit uiolenter ablata, restituere promisistis; & solutis iam centum marcis, infra octauam proximo uenturę Paschæ uos firmiter obligastis residuum soluturos, à consulibus, rectoribus, tota credentia uestræ Ciuitatis, & ab alijs etiam, prout prędicti Card. nuncio uisum fuit, super hoc data iuratoria cautione. Ipse verò Cardinalis sententias interdicti, & excommunicationis, quę in quosdam uestrum, & Ciuitatem uestram fuerant promulgatę, auctoritate apostolica relaxauit, & ecclesiam Sancti Domini de Burho, quę propter hoc à iurisdictione Parmen. ecclesiæ fuit exępta, donec esset super hoc congruè satisfactum, ipsi Parmen. ecclesię statuit sicut prius de cætero fore subiectam; ita tamen quod si prædicta pecunia infra præscriptum terminum, prout tenemini, iuramento non fuerit integrè persoluta, ex tunc tam vos, quàm Ciuitatis vestra, & ecclesia Parmen. sitis eisdem sententijs, & eidem pœnæ subiecti. Idem insuper Cardinalis in manu uestra, quantum ad medietatem prędictę pecuniæ iuri suo cessit omnino, & ex parte nostra promisit, quòd nos iuri nostro similiter cederemus, ut repetendi medietatem illam, uel agendi aduersus quemlibet nomine nostro habeatis liberam facultatem. Nos igitur erga humilitatem uestram benigniùs agere cupientes, quod à prędicto Cardinali (sicut præmisimus) factum est, ratum, & firmum habemus, & uolumus inuiolabiliter obseruari; super illa medietate iuri, nostro cedentes, prout uobis Card. ipse promisit. Porrò districtè pręcipimus, ut Palauicinus, & cæteri, qui cum eo fuerunt perpetratę iniquitatis principales auctores usque ad plenariam satisfactionem sententię promulgatę in eos teneantur astricti. Datum Lateran. X. Cal. Nouembris.

N. EPI-

N. EPISCOPO CIVITATIS Castellan. Quæ rationem præscribit, obseruandam circa sepulturam mortuorum, inter Episcopum & Cistercienses.

HOnestatem Cistercien. ordinis, quæ per Dei gratiam longè lateque diffunditur, tantò perfectius cupimus custodiri quantò feruentiùs uiros religiosos, & pia loca diligimus, & eos in suis iustitijs intendimus propensiùs confouere. Quia uerò non solum illis, sed generaliter omnibus sumus in sua iustitia debitores, intellecta litis materia, quę inter ecclesiam tuam, & monasterium Falaren. super sepultura defunctorum multipliciter agebatur, æquitate suadente mandauimus, ut monachi Falaren. nullum de cætero ad sepulturam recipiant, nisi sit eorum oblatus, uel alius, qui secundum institutionem Cistercien. ordinis apud eos ualeat sepeliri. Porrò tam de oblatis, quam de alijs iussimus obseruandum, ut quarta testamentorum reddatur illis ecclesijs, à quibus mortuorum corpora assumentur, nisi talis fuerit oblatus, qui habitum eorum susceperit ante mortem, uel antequam infirmaretur, se offerens uiuus transeat ad eorum monasterium tumulandus, fraudis omninò cessante figmento. Sicut ergo super his, quæ mandauimus, nullum Ecclesiæ tuę uolumus præiudicium irrogari, sic eidem monasterio nullum grauamen inferri, saluis per omnia Cistercien. ordinis institutis. Quod autem de quarta testamentorum religionis fauore mandauimus, nullum consuetudinibus, & rationibus aliarum ecclesiarum uolumus impedimentum præstare. Ne uerò mandatum nostrum in dubium ualeat reuocari, ipsum presenti pagina duximus annotandum. Datum Lateran. XII. cal. Nouembris. In eundem modum scribitur abbati, & conuentui Falaren.

FRATRI RAINERIO. QVA dat illi Pontifex facultatem alias etiam ecclesias uisitandi.

GRatus tui nominis odor, & suauis tuæ famæ dulcedo, per quam tuæ religionis honestas dignis undique laudum præconijs exaltatur, tam ex literis, quàm ex relatione plurium ad nos usque peruenit, ex quo tantò ampliori gratulatione animi iocundamur, ac spiritus noster in domino recreatur, qui suorum ministrorum dirigit actus in bonum, quantò tam ex communi fama, quàm ex confidentia, quam de tua gerimus puritate, cognoscimus euidentius, atque scimus, quòd per opera, quę laudabiliter operaris ipso duce, qui est lucerna pedum tuorum, & ipse Deus glorificatur in terris & gloria nobis ecclesiæ Romanæ non modicus honor accrescunt. Nos igitur exemplo illius, qui negociatorem suum fidelem inueniens ei multò maiora commisit, sperantes quod pater omnium bonorum semper in melius tuas dirigat actiones, ut ecclesias, quas in locis, per quæ transitum feceris, inuenies à suo statu dilapsas, possis ad statum congruum reuocare, statuendo in eis, quæ secundum Deum uideris statuenda, & corrigendo iuxta canonicas sanctiones, quę corrigenda fuerint, liberam tibi concedimus auctoritate apostolica facultatem. Volumus autem, ut ea, propter quæ specialiter te direximus, principaliter exequaris. Nulli ergo, &c. Datum Lateran. III. cal. Nouemb.

N. AQVEN. ARCHIEPISCOpo. Vt resignationem Episcopi Foroiulien. sis recipiat & alium idoneum Episcopum eligi curet.

CVM venerabilis frater noster N. Foroiulien. Episcopus recognoscens suam insufficientiam, & defectum, & timens ex hoc sibi, & ecclesiæ suę graue periculum imminere, nobis per suas literas intimasset, quòd desiderium haberet, ac propositum pontificali cedere dignitati: nos uolentes in hoc debita maturitate procedere, statum Foroiulien. ecclesię, ac personæ ipsius episcopi tibi commisimus inquirendum: vt per te certi redderemur, qualiter esset in nego-

negocio procedendum. Sicut autem ex literis tuis nobis innotuit, tam ecclesiæ Foroiulien. quàm ipsi Episcopo plurimum expedit, ut eidem abrenunciandi pontificali officio licentiam tribuamus: cum ille propter impedimenta tam cordis, quàm corporis non possit ecclesiæ regimini cõgruè prouidere, & ipsius administratio potiùs redundet in eiusdem ecclesię detrimentum. Volentes igitur tam saluti eiusdem Episcopi, quàm necessitatibus ipsius ecclesiæ prout tenemur ex iniuncto nobis officio præcauere, fraternitati tuę per apostolica scripta mandamus, quatenus solen niter, & publicè ipsius recipias auctoritate apostolica cessionem. Facta uerò cessione spontanea, canonicos Foroiulien. moneas, & inducas, ut alium Episcopum eligant; qui tam spiritualiter, quàm temporaliter sit idoneus ad gerendam solicitudinem pastoralem. Datum ut supra.

NOBILI VIRO R. COMITI Tolosan. Vt contra Paganos arma suscipiat.

CVm in tantum te olim oriens ex alto respexerit, & tenebras tuæ mentis lux illa dignata fuerit illustrare, quæ illuminat hominem uenientem in hunc mundum, ut reconciliatus fueris ecclesiasticæ unitati, à qua fueras ob tuorum excellluum multitudinem separatus, deberes resurgere fortior, & prœteritorum abundantiam delictorum satisfactione sic plenaria compensare; ut nouum meriti singularis præconium ueteris nequitiæ deleret infamiam, & uitiorum notam uirtutis titulus oboleret. Ne autem negligentiam tuã possis aliquatenus excusare, ac ne non subesse causam alleges, in qua militarem ualeas industriam in diuinis obsequiis exercere, se ipsum dominus denuò tradi passus est in manibus peccatorum, & hæreditatem suam se ipso exule ab impiis occupari; ut quanti cum facias in instantis articulo necessitatis ostendas; & an pro ipso te ipsum abneges, & tollas crucem eius, & ipsum sequaris, qui pro te semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudine hominum factus, & habitu inuentus ut homo, factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis, omnibus manifestet. Sanè si nec timor domini, nec fidei Christianæ religio, nec communis utilitas populi Christiani ad id tuam industriam commoueret, egregiæ tamen recordationis N. quondam aui tui memoria te ad terrę orientalis subsidium inducere potuisset; ut in partibus illis eius exemplo perpetuæ tibi laudis titulos comparares, & auitæ uirtutis præconium in paganorum excidium redoleres. Vt igitur præter diuinam gratiam peccatorum tuorum ueniam, & apostolicę protectionis præsidium, quæ in suis illic expensis proficiscentibus indulgemus, & augumentum æternæ coronæ, quod insuper pollicemur, à domino merearis, rogamus nobilitatem tuam, monemus, & hortamur in domino, & in remissionem iniungimus peccatorum; quatenus signum uiuificæ crucis assumas, & in satisfactionem criminum quę hactenus commisisti, ad partes transeas transmarinas, ubi funiculum hęreditatis Christi, & iura populi Christiani defendas, & impugnes barbariem paganorum. Credimus enim, & de diuina miseratione speramus, quòd si (quod optamus) in humilitate cordis, & corporis iter fueris peregrinationis aggressus, is, qui piis aspirat propositis, dirigat gressus tuos, & de inimicis crucis laudem tibi uictorię, sicut quondam auo tuo, misericorditer largietur. Si autem in persona propria non potueris transfretare, ut aliquod saltem apostolicę remissionis beneficium consequaris, iuxta quod tantum principem decet, certum ultra mare dirigas numerum bellatorum, ut uel per alios facias, quod per te non poteris adimplere. Datum Lateran. II. nonas Nouembris.

FRATRI FVLCONI. VT CVM aliis pijs uiris ad militiam sacram proficiscatur.

SAlutiferum tuæ doctrinę iamptidem audientes exemplum plurimum gauisi sumus in domino, eius misericordiam implorantes, ut bonum in te corroboret, quod incepit. Vt autem secundum Apostolum opus Euangelistæ faciens prædicationis officium fructuosius exequaris, præsertim in succursu hierosolymitanę prouinciæ, ad quam totis uiribus aspiramus, & talentum tibi commissum à domino in populi sui eruditione distribuens, ipsum multiplicatum ualeas reportare, nos illius utentes exemplo, qui dedit quosdam quidem apostolos, quosdam Propheras, alios verò Euangelistas, ut in omnem terram exiret sonus eorũ, & in fines orbis terræ uerba eorum, plenam tibi auctoritate apostolica concedimus facultatem, ut cum consilio, & assensu dilecti filij P. sanctæ Marię in uia lata Diac. Card. apostolicę sedis legati, quem ad hoc officium exequendum specialiter destinauimus, tam de monachis nigris, quàm albis, siue canonicis regularibus aliquot, quos ad prædicandum idoneos esse decreueris, nullius contradictione, uel appellatione obstante libere tibi possis coadiutores adiungere, qui tecũ (iuxta uerbum propheticum) seminent super aquas, ne frumentum in populis abscondatur. Datum Lateran. nonis Nouembris.

ARCHIEPISCOPIS, EPISCOPIS, & aliis Ecclesiarum Prælatis in regno Franciæ constitutis. Vt usurarij puniantur, non obstante aliqua appellatione.

QVàm pernicioſum ſit uitium uſuram, diſcretionem ueſtram non credimus ignorare, cum præter conſtitutiones canonicas, quæ in earum odium emanarunt, per prophetam detur intelligi eos, qui ſuam dãt pecuniam ad uſuram, à tabernaculo domini repellendos, & tam in nouo, quàm in ueteri teſtamento prohibitæ ſint uſuræ: cum ueritas ipſa præcipiat, mutuum date nihil inde ſperantes, & per Prophetam dicatur. Vſuram, & omnem ſuperabundantiam non accipias. Inde eſt quod uniuerſitati ueſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus manifeſtos uſurarios, eos maximè, quos uſuris publice renunciaſſe conſtiterit, cum aliquis eos conuenerit de uſuris, nullius permittatis appellationis ſubterfugio ſe tueri. Datum Lateran. V. Cal. Nouembris.

N. SIPONTINO ARCHIEPISCOPO. De collegiata ecclesia in cœnobium monachorum conuertenda.

CVm ad ea exequenda, quæ religionem ſapiunt, & opus in ſe continet pietatis, ſolicitudinem tuam excitamus, tanto adimplere debes ſolicitius quod mandamus, quanto ea exequi diligentius ex debito teneris officii paſtoralis. Significauit ſiquidem nobis dilectus filius Magiſter Nicolaus eccleſiæ Troianæ Decanus, quod cum eccleſiam ſancti Nicolai de regulis poſſideat, & eam ſufficientem, & idoneam cognoſcat ad canonicam regularem, plantare ibidem religionem deſiderat, & canonicos inſtituere in eadem, qui ſecundum regulam beati Auguſtini domino debeant iugiter deſeruire. Licet autem hoc a nobis ſibi poſtularet cum inſtantia indulgeri, nos tamen tuę uolentes fraternitati deferre, in cuius diœceſi eſſe proponitur eccleſia memorata, negocium ipſum tuę duximus experientiæ committendum. Ideoque fraternitati tuę per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi præfatam eccleſiam ad hoc idoneam, & ſufficientem cognoueris, & fratres, clerici, & laici, qui nunc in ea deſeruiunt in hoc ſponte voluerint conſentire, nec aliud obſtiterit, per quod negocium ipſum debeat rationabiliter impediri,

tu

tu præfato magistro, N. ut eandem eccle siam canonicam instituat regularem, liberam tribuas facultatem, ut, & eius pio desiderio satisfiat, & tu de plantanda religione in Diœcesi tua possis meritò commendari. Datum Lateran. VII. Idus Nouembris.

NOBILIS VIRI ACERBO Priori & alijs Rectoribus Thusciæ, & du catus.

SIcut uniuersitatis conditor Deus duo magna luminaria in firmamento cœli constituit, luminare maius ut præesset diei, & luminare minus ut nocti præesset, sic ad firmamentum uniuersalis ecclesiæ, quæ cœli nomine nuncupatur, duas magnas instituit dignitates, maiorem, quæ quasi diebus animabus præesset, & minorem, quę quasi noctibus præsset corporibus, quę sunt Pontificalis auctoritas, & regalis potestas. Porrò sicut luna lumen suum à sole sortitur, quæ re uera minor est illo quantitate simul, & qualitate, situ pariter, & effectu, sic regalis potestas ab auctoritate Pontificali suæ sortitur dignitatis splendorem, cuius conspectui quanto magis inhæret, tantò minori lumine decoratur, & quo plus ab eius elõgatur aspectu, eo plus proficit in splendore. Vtraque uerò potestas sui primatus sedem in Italia meruit obtinere, quę dispositione diuina super uniuersas prouincias obtinuit Principatum. Et ideo licet ad uniuersas prouincias nostræ prouisionis aciẽ extendere debeamus, specialiter tamen Italiæ paterna nos conuenit solicitudine prouidere, in qua Christianę religionis fundamentum existit, & per apostolicæ sedis primatum sacerdotii, simul, & regni præminet principatus. Huius autem prouisionis officium laudabiliter exercemus, si per nostrę solicitudinis studium procuramus, ne filii fiant serui, neque minores à maioribus opprimantur, ut seruata moderaminis æquitate, sic isti seruiant, quod illi non sęuiant, ut nec isti subesse contendant, nec illi contemnant prodesse: Volentes ergo uos tanquam speciales filios apostolicæ protectionis brachiis amplexari, firmum gerimus in deliberatione nostra propositum, ad diuini nominis gloriam, & apostolicæ sedis honorem, quantum cum nostra possumus honestate uobis aduersus oppressionis incursum, & grauaminis insolentiam nostrum patrocinium exhibere, quatenus per apostolicæ protectionis auxilium in debito statu perseuerare possitis, & inita iam concordia, semper inter uos de bono in melius perseueret, sperantes, & pro certò tenentes, quòd uos nobis, & ecclesiæ Romanæ gratum semper deuotionis, & fidei debeatis obsequium impertiri, ut dum uos à nobis protectionis patrocinium susceperitis, & nos à uobis deuotionis obsequium receperimus, vtrinque grata debeat utilitas procurari. Monemus igitur uniuersitatem uestram, & exhortamur in domino per apostolica scripta mandantes, quatenus certam, & firmam de nobis fiduciam obtinentes, qui sicut apostolicæ conuenit grauitati, plus facere pro uobis, quàm promittere uobis intendimus, ea semper agere studeatis, quæ ad honorem, & profectum Ecclesiæ Rom. proueniant, ut merito debeatis ipsius fauoris dextra communiri. Datum Lateran. III. Cal. Nouembris.

N. EPISCOPO, ET CAPITVlo Auersan ut Neapolitano Archiepiscopo obtemperent.

CVM simus singulis in sua iustitia debitores, fratrum, & Coepiscoporum nostrorum grauamina nec possumus, nec debemus æquanimiter sustinere, aut pati, quòd aliquis à sui superioris obedientia præter auctoritatem iudiciariam qualibet occasione recedat. Hoc siquidem attendentes, cum ecclesia uestra hactenus ecclesiæ Neapolitanæ responderit, &

prædecessores tui frater Episcope à prædecessoribus uenerabilis fratris nostri N. Neapolitani Archiepiscopi consecrationis, & confirmationis consueuerint beneficium obtinere, ità quòd bonæ memoriæ L. prædecessor tuus, cui felicis recordationis C. Papa prædecessor noster ex collata sibi plenitudine potestatis sine præiudicio ecclesiæ Neap. munus consecrationis indulsit, obedientiam, & reuerentiam, sicut Metropolitano suo curauerit eidem Archiepiscopo exhibere, ne dicta ecclesia Neapol. suæ possessionis commodo prætermisso, iuris ordine priuaretur, te frater Episcope ad obediendum ei, nostra mandauimus auctoritate compellit, adiicientes in literis nostris, quòd si uos crederetis aliquid iuris habere, illud postmodum audiremus. Cùm igitur super obedientia dicto Archiepiscopo exhibenda, mandatum sit apostolicum adimpletum, ac nos per uestras duxeritis literas exorandos, ut certum uobis præfigeremus terminum, quo aduersus eundem Archiepiscopum uestram proponeretis, & persequeremini actionem, discretioni uestræ per apost. scripta mandamus, quatenus in octauis resurrectionis dominicæ proximè uenturis, nostro uos conspectui præsentetis, iustitiam recepturi. Nos enim eidem Archiepiscopo dedimus in mandatis, ut ad eundem terminum per se, uel sufficientem procuratorem ad præsentiam nostram accedat, uobis plenariè responsurus.

Datum Lateran. VI. Idus Nouembris.

Scriptum est dicto Archiepiscopo, ut tempore constituto accedat.

N. ARCHIPRESBYTERO, ET Clericis Burgen. Ecclesiæ. ut Parmensi Episcopo rursus obediant tanquam absoluto & reconciliato.

CVM Ciuitas Parmen. & ciues eius excommunicationi subiecti fuissent, propter uiolentam inuasionem, & depredationem dilecti filii P. Sanctæ Mariæ in uia lata Diaconi Cardinalis, & ecclesia uestra à iurisdictione uenerabilis fratris nostri N. Parmen. Episcopi propter hoc fuisset exempta, donec satisfecerent competenter, ipsi Parmen. memorato Cardinali sese obligarunt super restituenda medietate pecuniæ, quæ ipsi fuit Cardinali ablata, cuius iam parte soluta se partem reliquam soluturos præstita cautione iuratoria, promiserunt, & idem Cardinalis excommunicationis, & interdicti sententias relaxauit, pœnam remittens, quæ super exemptione ecclesiæ uestræ Parmen. ecclesiæ fuerat irrogata. Nos igitur quod à prædicto Cardinali super hoc factum est ratum habentes, uobis per præsentia scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus prefato Parmen. Episcopo de cætero consuetam, & debitam obedientiam impendatis.

Datum Lateran. II. idus Nouembris.

N. EPISCOPO ROFFEN. N. Archidiacono Bathonien. & Magistro Vu de sancta fide Canonico Vuellen. Qui allegat literas falsas esse, hoc probare tenetur.

EX continentia literarum dilectorum filiorum, N. Abbatis Sanctæ Crucis de Vualtham, & Magistri Simonis de Suuelle nobis innotuit, quòd cum olim quæstio, quæ uertebatur inter dilectos filios M. Phil. de Ludeleuue ex una parte, Robertum, & Vincentium clericos ex altera, super ecclesia de Streton, ipsis, & N. quondam Abbati de Straford. à bonæ memoriæ C. Papa prædecessore nostro commissa fuisset, eodem Abbate pariter, & prædicto Vincentio de hac luce subtractis, prænominati duo iudices iuxta tenorem rescripti apostolici procedêtes, attestationes, & allegationes

utri usque

Vtriusque partis diligẽtius audierunt: & tandẽ cùm renunciatum eis ab utraq; parte fuisset,& secundum allegata diffinitiua esset sententia promulganda, contra magistrum P. aduersa pars literas apostolicas arguit falsitatis: & eas esse falsas sub periculo causæ se firmiter asseruit probaturam· sibi legem imponens,ut à causa caderet,nisi probaret euidentius falsitatem: & ne ulteriùs iudices in causa procederent, sedem apostolicam appellauit. Sępe dicto autem Phil exhibente illum, per quem literas impetrauit, & firmiter promittente, quòd eas ueras esse probaret, memoratus R. ab eisdem iudicibus requisitus,ut aliquam notam exprimeret falsitatis, propter quàm falsas esse literas proponebat,nihil aliud specificare uoluit,nisi quòd eas falsas dixit: & asseruit à Cancellaria nostra nullatenus emanasse.Supradicti uerò iudices ab ipso R. iuratoria cautione recepta,quòd accusationem falsitatis prosequeretur,sicut superiùs est expressum,sequẽtem diem post dominicam, qua cantatur, Lętare Hierusalem, proximò prætereuntem,ad prosequendum coram nobis appellationem inter positam utrique parti terminum præfixerũt. Cæterùm præfatus Robertus in termino prætaxato ad præsentiam nostram accedens, super falsitate literarum, ac processu negocij ueritate suppressa(ut dicitur)à nobis ad prędictos iudices literas impetrauit, & nihil prorsus de falsitatis accusatione proponens, à sede apostolica furtiue recessit. Verùm nos literas ipsas, quæ redarguẽ fuerant falsitatis, diligentius intuentes, nullum in eis signum falsitatis,uel suspitionis inuenimus,nisi paucarum literarum rasuras,quæ nequaquam sapientis animum in dubitationem uertere debuerunt. Ideoque discretioni uestræ per apostolica scripta mandamus,quatenus,inquiratis super his diligentius ueritatem: & si uobis constiterit iam dictas literas à nobis fuisse ueritate tacita impetratas, & sæpè dictum Robertum se se obligasse sub periculo cause,quòd priores literas falsas esse probaret,cùm inter ipsum,& aduersarium suum quæstio personalis agatur,& quilibet ab renunciandi iuri suo liberam habeat facultatem,ipsi Roberto super prędicta ecclesia silentium imponatis:alioquin partibus conuocatis audiatis causam,& appellatione remota fine debito terminetis.

Datum Lateran.XIII.cal. Nouembris.

N EPISCOPO ET .N. SANCTI Michaelis,& N.Sancti Epiphanij præpositis Papiensibus ut de canonicorum bonis, numero,& de B.collatione inquirant.

ACcedentibus olim ad præsentiam nostram dilectis filijs Carnel. & Bernar. canonico, & syndico Sancti Inuentii Papien.dilectum filium nostrum G. tituli Sanctæ Mariæ trans Tyberim presbyterũ Cardinalem concessimus auditorem: coram quo fuit ex ipsius Carnel. parte propositum, quòd cum olim Canonici Sancti Inuentii Papien. bonæ memoriæ C. Papę predecessoris nostri mandatum ipsis pro eius receptione, ac præbendæ assignatione porrectum noluissent humiliter adimplere: nec bonæ memoriæ L. quondam Papien. Episcopus, qui super hoc literas ab eodem prædecessore nostro receperat, mandatum fuisset apostolicum executus, ipse,ac prędictus Bernar. propter hoc ad sedem apostolicam accedentes, coram dilecto filio Hugone tituli Sancti Martini presbytero, Cardinale auditore sibi concesso,aliquandiu litigarunt:qui ad falsam ipsius B.suggestionem, qui prędictam ecclesiam, tam paupertate reddituum, quàm fratrum asserebat numerositate grauari, ab instantia mandati apostolici, & executionis absoluit. Cęterũ clerici eiusdem ecclesiæ absolutionis non expectato rescripto,sex in canonicos elegerunt:tribus eorum integra beneficia retinquis uerò tribus aliquid nomine beneficii annis singulis conferentes.Cùm autem ad audientiam nostram id fuisset eodem C referente delatum,intelligentes ipso facto prędictam absolutionem fuisse per falsam suggestionem obtentam,cum non esset uerisimile dictam ecclesiam paupertate grauari, ad quam ipsi uix absolutione per surreptionem obtenta, ob reuerentiam Beati Petri, & nostram, prędictũ C.in canonicum, & fratrem reciperent,

& ei ſtallũ in choro,& locum in capitulo, & beneficium, ſicut uni ex aliis canonicis aſſignarent. Dilectis etiam filiis noſtris M. Subdiacono noſtro Præpoſito Canonicę Gualteri,Martino,Opizone,Aſtario magiſtris Canonicis ſancti Michaelis de Papia maioris prȩcipiendo mandauimus, ut inquirerent de præmiſſis diligentius ueritatem, & ſi rem cognoſcerent taliter ſe habere,canonicos memoratos ad recipiẽdum eundem C.& beneficium aſſignandũ ſublatos appellationis obſtaculo,eccleſiaſtica diſtrictione cõpellere non tardarent quoſlibet,qui mandato apoſtolico ſeducerent opponendos,eadem diſtrictione ſeueritis compeſcentes. Veruntamen,ſicut ex literis eorũ accepimus, cùm partes ad ſuã præſentiam conuocaſſent,& dictus C.eiuſdem eccleſiæ ſyndicus ſe ad receptionem ipſius C diceret non teneri, qui ſcriptum obtinuerat ab apoſtolica ſede per mendacia precum; iidem executores auditis quæ fuerant hinc inde propoſita,&rationibus & allegationibus partium diligenter inſpectis, de prudentum conſilio per ſententiam prędictis canonicis præceperunt,ut memoratum C. in fratrem, & canonicum reciperent,& uſque ad octauas apoſtolorũ proximo termino futuras,ſicutuni ex aliis canonicis beneficium aſſignarent:canonicos ipſos tam receptos,quam electos,ſi eorum ſententię nõ parerent, ex tunc auctoritate apoſtolica ſuſpẽdetes.Verùm dictus B. ſyndicus eccleſię ſupradictę reſpondit, quòd cùm coram prędictis iudicibus conſtitutus in libello cauſam petitionis exprimi poſtulaſſet, & allegaſſet, quod minor ſine curatore poſtulare non poſſet, & ipſi cauſam petitionis libello exprimendam non eſſe, & minorem poſſe ſine curatore petere reſpondiſſent, ad ſedem apoſtolicã appellauit. Sed iudices ipſi,nec eorum uoluerũt appellationi deferre, nec de indignitate ipſius C. quam ſe aſſerit probaturum cognoſcere, dicentes quòd cauſa criminalis ſibi non fuerat ab apoſtolica ſede commiſſa. Aſſeruit etiam idem B. coram iudicibus memoratis, quòd idem C. falſitatẽ ſuggeſſerat,& tacuerat ueritatẽ; cum eos onus paupertatis falsò allegaſſe diciſſet,quod & tũc,& modo uerè poterat allegari; cùm ſufficienter eſſet probatum per teſtes eandem eccleſiam tunc 110, & amplius, nunc uerò 135. librarum debito prægrauari,quam etiam ex indulgentia bonę memoriæ L. Papæ prædeceſſoris noſtri eidem eccleſiæ ſuper ſenario canonicorum numero ſeruando conceſſa, fratrum numeroſitate grauari petebat: cùm tunc temporis ſeptem ibi eſſent canonici conſtituti. Tacuerat etiam idem C. quod propter indignitatẽ ſuam,& quia maior pars canonicorum in eadem eccleſia per ſedẽ apoſtolicam inſtituta fuiſſet, & quòd pro duobus eodem anno idẽ prædeceſſor noſter ſuas eis curaſſet literas deſtinare, ab impetitione ipſius fuerãt abſoluti. In aliis etiam ſe à prędictis iudicibus aſſeruit fuiſſe contra iuſtitiam aggrauatum. Cùm autẽ dictus Cardinalis quę coram eo propoſita fuerant nobis fideliter retuliſſet, intelligentes,quòd cui principale committitur, totum etiam delegatur,ſine quo iudicium exerceri non poteſt, cauſam ipſam ueſtro duximus examini committendam,diſcretioni ueſtrę per apoſtolica ſcripta mandãtes, quatenus cæteris exceptionibus, ex canonicorum parte propoſitis omnino ceſſantibus,ſi infra ſex menſes poſt harum receptionem literatum probare poterint eundem C. criminoſum eſſe,uel aliàs indignum ad prædictum beneficium obtinendum, cùm eccleſiaſtica beneficia non ſint indignis concedenda perſonis,ipſi C.ſuper eadem eccleſia ſilentium imponatis;alioquin omni contradictione,& appellatione ceſſante ipſum in ea faciatis admitti,& tractari charitate fraterna, & beneficium ei ſicut uni ex aliis canonicis aſſignari. Volumus autem,ut à prędictis canonicis ſufficienti prius cautione recepta,quòd de beãt parere iuſtitię coram uobis, interdictum appellatione poſtpoſita relaxetis. Si uerò latæ ſentẽtię parere noluerint, eos per excommunicationis ſentẽtiam compellatis. Datum Lateran. VI. Cal. Nouembris.

NEBRVDVNEN. ARCHIEPiſcopo. NVrilaten. NAquen. Archiepiſcopis, & ſuffraganeis eorum, ut in concilio Prouinciali conſtituant, de acquirendo ſubſidium ad bellum ſacrum contra Saracenos.

SI ad excitandos fidelium populos ad subuentionem orientalis prouinciæ, in qua dominus Rex noster ante sęcula salutem humani generis dignatus est operari terræ ipsius miseriam sæpius deploramus, si nuncios multiplicamus, & literas, si mandata monitis, & mandatis monita frequentius conculcamus, id agimus quod tenemur, uolentes ei, cuius uicem in terris gerimus, exulāti per eccl. filios subuenire, & fideles eccl. ad subsidium Hierosolymi tanæ prouinciæ inuitare uerbo, pariter & exemplo. Quis enim audiens salutis auctorem quasi captiuum ab impijs detineri, se pro liberatione ipsius, si necesse fuerit non ingerat etiam captioni? Quis pro eo non abneget semetipsum? qui pro nobis semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominis factus, & habitus ut homo? Quis non tollat crucē suam, & sequatur eum? qui pro nobis crucis non dubitauit subire discrimen, factus obediens usque ad mortem, mortem autē crucis? Nunquid etiam esse potest, aut debet in successore Petri uerbum domini alligatum, ut ecclesię filios in eius subsidium non confirmet? qui pro Petro rogauit, ne deficeret fides eius, sed aliquando conuersus fratres suos solicitus confirmaret. Nū quid præterea terræ illius posumus obliuiſci, in qua Dominus noster posuit fidei fundamentum? cum Propheta sibi quodā modo imprecando proclamet. Si oblitus fuero tui i.o.m.d.in adhuc l.m f.m.si.n.m.t. Ne autem illud nobis ualeat imputari, quod in Euangelio legitur: dicunt enim, & non faciunt, nec rursum onera grauia, & importabilia alijs imponere uideamur, nos autem ea nolimus digito etiā nostro mouere, sed facere pariter, & docere uolētes dilectis filiis nostris S.tt.Sanctæ Praxedis presbytero, & P.Sanctæ Marię in uia lata Diac.Card.apostolicę sedis legatis imposuimus signum Crucis, quos in expensis proprijs cum alio competenti subsidio in ducatum exercitus christiani ad partes Hierosolymitan. dante domino transmittemus. Vt autem ecclesiarum prælati ad opus tam pium, & necessariū subditos suos prouocent non minus exemplo quam uerbo, de communi deliberatione fratrum nostrorum statuimus, ut uniuersi Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Priores, & alij ecclesiarum Prælati, certum numerum bellatorum, uel pro certo numero, certę pecuniæ quantitatem, pensatis facultatibus singulorum ad expugnādam paganorum barbariem, & hęreditatem domini seruandam, nō differant destinare, ad quòd etiā minores clerici manum porrigant secundum proprias facultates. Si quis autem (quod non credimus) constitutioni tam piæ, & necessariæ præsumpserit obuiare, sicut Sanctorum canonum transgressorē decernimus puniendum, & usque ad satisfactionem condignam ab officio manere suspensum, Peccatorum ueniam, & apostolicę protectionis præsidium indulgentes, iuxtà quòd in generalibus literis apertè distinguitur, his, qui terrę natiuitatis Dominicæ studuerint humiliter, & efficaciter subuenire. Vt autem id meliùs, & faciliùs in nostra Prouincia compleatur, dilectum filium R. subdiaconum nostrum Massiliē. præpositum uirum literarum, prouidum, & honestum, nobis, & fratribus nostris acceptum ad partes uestras duximus destinandum, uniuersitati uestræ per apostolica scripta mandantes, quatenus eum recipiatis humiliter, & deuote, ac uos fratres Archiepiscopi prouincialem concilium cum eo pariter conuocetis, & q̄ quisque uestrum pro subuentione terrę in numero militum, uel quātitate pecuniæ prę stare debeat, disponatis, ita qđ nihil impediat quo minus cōgruo tēpore cū necessitas festinationē exposulet, ad partes ultra marinas succursus transeat exoptatus, taliter ad cōmonitionē ipsius Subdiaconi mādatū apostolicū impleturi, quod pœnā cōstitutā à nobis, & expressam supiùs euadētes, laudē à nobis & à Deo præmiū mereamini sempiternū. Nobiles etiam comites, & Barones, & uniuersum populū solicitudini uestræ commissum sedulis exhortationibus inducatis, ut ad terræ Sanctę subsidium in personis, uel rebus in suorum remissionem criminum uiriliter accingātur.

NOBILI VIRO VV. COMITI Forcalcarien. sine salutatione, ut ad bellū sacrum unà cum alijs Christianis Principibus proficiscatur.

SI ad actus tuos dominus hactenus secundum meritorum tuorum exigentiam respexisset, posuisset te ut rotam, & sicut stipulam ante faciem uenti, qui nimmo multiplicasset fulgura, ut iniquitatem tuam de superficie terræ deleret, & iustus lauaret manus suas in sanguine peccatoris. Non etiam prędecessores nostri, si ad iniquitates, quas operata est manus tua, debitum habuissemus respectum, non solum in te (sicut fecimus) anathematis curassemus sententiam promulgare, immo etiã uniuersos fidelium populos in tuũ excidiũ armassemus, ut uel saltẽ tẽporali pœna cõpulsus, ab errore desisteres, uel ea depræssus tã spiritualiter, quàm tẽporaliter iteriores. Verùm quoniã iustus, & misericors dominus misericordiã supexaltat iudicio, & miserationes eius sunt sup omnia opera eius, sustinuit usquèmodo tuã nequitiã patienter, ut nũc tãdẽ tuã malitiã recognoscens, dares gloriã creatori, & reuersus ad mẽtẽ ardẽtiùs iã ultimò in eius deuotione ferueres, quàm hactenus in his, quæ ipsius sunt uoluntatis contraria ferbuisti. Nos etiã, qui (licet insufficiẽtibus meritis) eius tamẽ uicẽ tenemus in terris, qui nõ uult mortẽ peccatoris, sed ut cõuertatur, & uiuat, qui nõ uenit saluos facere iustos, sed peccatores, & qui Paulũ in sua perseuerãtẽ malitia, prius cæcitate percussit, ut gratius cũ postmodũ sui luminis aspergeret claritate, expectauimus hactenus si patiẽtia nostra te ad pœnitentiã reuocaret, & præteritarũ malitiarũ oblitus, manus extenderes ad uirtutes, & ei tua nouissima deuoueres, qui ꝑ te hostiã se ipsum nõ dubitauit offerre. Ecce autem misericors, & miserator dominus, ut te de ꝓfundo lacus, & tuorũ uolutabro peccatorũ educat, te ipsũ tradi denuo passus est in manibus peccatorũ, & hæreditatem suam ipso exule ab imiraculosa cõuersione confirmes, & arma, quæ hactenus in fideles ecclesię cõmouisti, in hostes Christi conuertas, & de persecutore in defensorẽ cõuersus, te ipsũ pro domo Israel murũ defensionis opponas, & ad defẽdẽdã terrã nationis dominicę potenter, ac uiriliter accingaris. Cùm enim nos dilectos filios S. tituli Sãctę Praxedis presbyterum, & P. Sãctę Marię in Vialata Diaconũ Card.a postolicæ sedis legatos, uiros ꝓuidos, & discretos, duo uidelicet de præcipuis membris ecclesię ad partes Hierosolymitanas in expensis proprijs, cum alio competẽti subsidio destinemus crucis caractere insignitos, cùm uenerabiles fratres nostros Archiepiscopos, Episcopos, immò etiam uniuersum clerum ad tam pium opus necessaria de bonis suis statuerimus subsidia secundum facultates proprias ministrare, cùm iam ferè uniuersi principes Christiani Terræ sanctæ in rebus subuenerint, uel personis, aut nunc saltem subuenire disponant, saluti tuæ credimus expedire, ut & tu, cum Maria Sepulchrum Domini uisites, & impios non solum ipsum tulisse defleas, & posuisse alias, immò etiam deiecisse, ut eum tandem merearis in cœlesti Hierusalem, quæ interpretatur pacis uisio, intueri. Vt igitur à malo desistas, ut quod bonum est toto mentis prosequaris affectu, rogamus nobilitatem tuam, monemus, & exhortamur in domino, & in remissionem tibi iniungimus peccatorum, quatenus satisfacto de his, pro quibus es nominatim excommunicatione notatus, & alijs, de quibus conscientia te remordet, signum dominicæ crucis accipias, Hierosolymitanam uisitaturus prouinciam, & defensioni eius pro uiribus insturus. Non enim ut plenam tibi gratiam faciamus, dilectũ filium M. Massilien præpositum subdiaconum nostrum uirum literatum, prouidum, & honestum, quem nos, & fratres nostri syncerę charitatis brachiis amplexamur, ad te misericorditer duximus destinandum; qui tibi beneficium absolutionis impendat, si plenè satisfeceris super his, pro quibus in te fuerat excommunicationis sententia promulgata, omnium peccatorum tuorum, de quibus ueram cordis, & oris egris pœnitentiam, ueniam indulgentes, & æternæ coronæ pollicentes augmentum, si ad uindicandam iniuriam crucifixi personaliter (sicut decet tantum Principem) iter arripias, & laudabiliter in orientalis terræ defensione persistas. Reuertere igitur ad te ipsum; dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos

deprimentes

deprimentes,excute de ceruice tua iugum leonis illius, qui tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, induere fidei armaturam,& pro Christo, à quo diceris Christianus, te ipso, & tuis penitùs abnegatis, tollas crucem eius, qui pro te crucis non dubitauit subire discrimem, ne si domino tuo persecutionem patienti neglexeris subuenire, notam proditionis incurras, & si cum eo non fueris, contra eum esse Euangelii testimonio cõuincaris. Ille igitur, qui ubi uult, spirat, tibi dignetur misericorditer inspirare, ut postposito consilio uanitatis, salubribus monitis acquiescas, & fermento uetustatis penitùs expurgato, nouum hominem induaris, non quę tua sunt, sed quæ Iesu Christi de cætero quæsiturus,ut uel nouissima tuo domino consecres, & per subsequentem cordis contritionem & satisfactionem operis, excessus possis præteritos expiare. Si uero nostris uoluntatis acquiescere monitis, & mandatis, ex quo crucem domini susceperis, bona tua sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, necnon & sub Archiepiscoporum, & omnium Prælatorum ecclesię Dei defensione consistant.

NOBILI VIRO R. DE AGOVT. ut comitem Forcalcariensem ad sacrum bellum inuitet.

ADmeritum tibi profecisse credimus & ad gloriam prouenturam, quòd nobilem utrum Vu. Comitem Forcalcarien. à pluribus(sicut accepimus)reuocasti, quæ iniquè meditatus fuerat in corde suo & disposuerat iniquiùs operari. Licet enim uniuersis malitiis eius resistere non potueris, aut mentem eius peccatorum suorum mole depressam erigere ad uirtutes, magnum tamen & tibi meritorium reputamus ab aliquibus reuocasset homine hactenus pestilentem,& in aliquo saltè prauum eius propositum retardasse. Ne quid ergo tuo studio desit;immo ut ex bono principio finem inferas meliorem,nobilitati tuæ per apostolica scripta mandamus,& in remissionem iniungimus peccatorum, quatenus Comitem memoratum moneas diligentiùs, & inducas, ut in manibus dilecti filii R. Marsilien. præpositi subdiaconi nostri, quem ad hoc specialiter destinamus super his, pro quibus est excommunicatione notatus, plenam satisfactionem impendat,& absolutionis beneficium consecutus, dominicam crucem assumat, & ad uindicanda iniuriam Crucifixi, ad partes se transferat trãsmarinas. Si enim ipsum domino potueris tua cõmonitione lucrari,& ad uiam reducere ueritatis,in presenti tibi cedet ad famam,& in futuro ad gloriam proficiet sempiternam.

N. PISAN. ARCHIEPISCOpo, N. Episcopo Vrbinat. N. Camaldulen & N. sancti Fridiani Prioribus. Quod collectam pecuniam nõ in suos usus, sed ad utilitatem publicam Pontifex conuertere uelit.

CVM ad exhortãdos fidelium populos ad obsequium Iesu Christi,& subueniendum orientali prouincię,illius terrę necessitas,& utilitas totius populi Christiani, immò etiam causa Christi solum modo nos inducant, non ex hoc propria lucra captantes, in quo potiùs de nostris proposuimus liberaliter elargiri, nec quę nostra sunt, sed quę Iesu Christi quærentes,non est ab aliquo præsumẽdum, quòd ea,quę a fratribus,& Coepiscopis nostris, & tam prælatis, quàm subditis ecclesiarũ, in opus tam pium erogari mandauimus, propriis uelimus usibus applicare,aut aliorum eleemosinas cupiditate qualibet terræ Sanctæ subtrahere, cui potiùs de nostris, & fratrum nostrorum disposuimus subuenire. Vnde siquid forsan in literis nostris quas uobis direximus, continetur, per quòd congregatam pecuniam ad nos mandauerimus destinari,id non ex intentione nostra,sed nimia occupatione processit, qui quantò intendimus pluribus, tantò minus solicitè possumus de singulis cogitare, licet id non recolamus sic expressè mandasse, sed nostrę potiùs intentionis fuisse, ut summa collectę pecuniæ nobis deberet per literas intimari. Ideoque

que discretioni uestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus cùm secundum formam literarum, quas ultimò uobis direximus, pecunia fuerit in prædictæ terræ subsidium congregata, ex ea per diœcesanus Episcopos, secundum discretionem eorum, & duorum fratrum, unius militiæ Templi, & alterius Hierosolymitani hospitalis, quos ad hoc cum Episcopis per uos præcipimus deputari, militibus, & aliis cruce signatis, si tamen eguerint, non ad superfluitatem, sed necessitatem potiùs faciatis stipendia ministrari. Siquid uerò residuum fuerit, id secundum dispositionem nostram, & consilium aliquorum de fratribus memoratis, uel in stipendia militum, uel alias necessitates terræ Hierosolymitanę, dante domino conuertetur. Datum Lateran. XIII. Cal. Decembris.

C. IMPERATRICI GLORIOSÆ Reginæ Siciliæ, ac Charissimo filio F. illustri Regi Siciliæ, eorumque hæredibus in perpetuum de Regum Siciliæ erga Romanam ecclesiam obseruantia, deque Pontificis in illos uoluntate.

SVPER gentes, & regna diuinam prouidentia constituti ut euellamus noxia & salubria, cum Propheta plantemus sic ad uniuersas prouincias nostrę considerationis aciem extendere uolumus, & circa eas piæ solicitudinis studium exercere, ut sopitis turbinibus tempestatum, quas parit mater diuersitas, seruent ad inuicem mutuę charitatis effectum, & in ueræ pacis uinculo gubernentur. Porrò specialiter, & præcipuè specialem, ac præcipuam solicitudinem circa Regnum Sicilię nos conuenit adhibere, quod in apostolicæ sedis seruentiùs hactenus deuotione permansit, ad quod etiam inclytæ recordationis R. quondam patris Vu. fratris, & Vu. nepotis tuorum Regum Siciliæ filia Imperatrix grata memoria nos inducit, qui in apostolicæ sedis ac prædecessorum nostrorum dilectione firmiùs persistentes, ab eius non potuerunt unitatis firmitate diuelli, quin tantò fortiùs in ipsius obsequio permanerent, quantò aduersus eam se amplius impetus extolleret tempestatis. Hac igitur consyderatione diligenter inducti, ac credentes, quòd prędictorum Regum uestigia uestra regia serenitas in deuotione, ac obsequiis ecclesię imitetur, uobis, & hęredibus uestris, qui sicut dictus Rex Vu. quondam fratre tuus felicis memorię Adriano Papę prędecessori nostro exhibuit, nobis, & successoribus nostris, & ecclesiæ Rom. fidelitatem, & hominium exhibere, ac quę subscribuntur, uoluerint obseruare, concedimus regnum Sicilię, Ducatum Apulię, & Principatum Capuæ, cum omnibus pertinentiis suis. Neapolim, Salernum, & Amalfiam cum pertinentiis suis, Marsiam, & alia quę ultra Marsiam habere debetis, & reliqua tenimenta, quæ tenetis à predecessoribus uestris hominibus sacrosanctę Romanę ecclesiæ, iure detenta, & contra omnes homines adiuuabimus honorificè manutenere. Pro quibus omnibus coram uenerabili fratre nostro O. Episcopo Hostien. apostolicæ sedis Legato, quem ad iuramentum tuum filia Imperatrix recipiendum transmisimus, fidelitatem nobis nostrisque successoribus, & ecclesię Rom. iurasti, sicut continetur in duobus similibus capitularibus, quorum unum penes te sigillo nostro, alterum penes nos sigillo tuo aureo signatum habetur, firmiter repromittens, quòd quia prędictus prędicti debet hominium exhibere, quandocunque nos aut successores nostri te in aliqua parte regni, quàm securè possis adire, ad nostram prędictam uocauerimus, reuerenter accedes ligium hominium prędictum, nisi certum impedimentum, aut necessitas euidens interueniat, quibus cessantibus sine fraude ueniens ad ligium hominium faciendum. Cùm autem tu filii Rex fauente domino, ad legitimam ætatem perueneris, nobis, & successoribus nostris, ac ecclesiæ Ro. fidelitatem, & ligium hominium exhiberetis, censum uerò sexcentorum squisatorum de Apulia, & Calabria, quadringentorum uerò de Marsia, uel æquiualens in auro, uel argento uos, ac hæredes uestros statuistis ecclesiæ Ro. annis singulis soluturos, nisi fortè impedimentum aliquod interue-

ueniat, quo cessante census ex integro persoluetur. Electiones autem secundum Deum per totum regnum canonicè fiant de talibus quidem personis, quibus uos, ac hæredes uestri requisitum à nobis præbere debeatis assensum. Vt autem hæc, quę supra diximus tam nostro, quàm successorum nostrorum tempore perpetuam obtineant firmitatem, & nec uestris, nec hæredum nestrorum temporibus alicuius ualeant prę sumptione turbari, nos ea de communi consilio, & uoluntate fratrum nostrorum auctoritate apost. confirmamus, & ualitura in perpetuum præsenti pagina communimus, & tam à nobis, quã successoribus nostris perpetuis temporibus statuimus obseruanda. Nulli ergò &c. usque ad uerb. Indignationem incurrat, reamque se diuino iudicio de perpetrata iniquitate cognoscat &c. in modũ priuilegii. Cunctis autem omnia prædicta seruantibus &c.

C. IMP. REGINAE SICILIAE, ac chariss filio illustri Regi Siciliæ. De forma & modo in electionibus Pontificum obseruanda.

NEc nouum, nec iniustum existit, si regno Siciliæ gratiam facimus specialem, quod inter uniuersas, & singulas regiones, in quibus nomen colitur Christianum, ferè semper promptiùs, & deuotius in ecclesię Ro. deuotione permanst, & ab eo specialius meruit honorari. Reges siquidem, & Princeps eius in apo. sedis fidelitate fortius roborati, usque adeò ei fideliter, & familiariter adhæserunt, ut ad ipsius exaltationem potenter intenderint, & ab ea nullius diuelli potuerint impetu tempestatis, se in ipsa, & per ipsam exaltari credentes, & in ea (pò st Deum) suę spei ponentes, & gaudij fundamentum. Specialiter autem inclitę recordationis F. quondam pater, Vu. frater, & Vu. nepos tui filia Imperatrix Reges Siciliæ familiari eam uenerati sunt deuotionis obsequio, & prædecessoribus nostris usque adeò non minus in aduersis, quàm prosperis adhæserunt, ut cùm fratribus nostris uobis ob eorum memoriã, & constantiam synceritatis, quam ad nos uos habere cognouimus, per effectum, quã tum cum Deo, & nostra possumus honestate deferre uelimus, & salua iustitia, & ecclesiarum canonica libertate, petitionibus uestris assensum facilem exhibere. Ne igitur ulla de cætero inter nos, & successores nostros, ac uos, & hæredes uestros super electionibus dissensio suscitetur, modum faciendæ in posterum electionis, præsentibus curauimus literis explicare, in quibus sic in multis regię serenitati deferimus, ut libertatem eccl. non lædamus. Sede uacante capitulum significabis uobis, & uestris hæredibus obitum decessoris, deinde conuenientes in unum inuocata spiritus sancti gratia, secundum Deum eligent canonicè personam idoneam, cui requisitum à uobis prębere debeatis assensum, & electionem factam nõ different publicare. Electionem uerò factam, & publicatam denunciabunt uobis, & uestrum requirent assensum. Sed antequam assensus regius requiratur, non intronizetur electus, nec decantetur laudis solennitas, quæ intronizationi uidetur annexa, nec antequam auctoritate pontificali fuerit confirmatus, administrationi se ullatenus immiscebit. Sic enim honori uestro uolumus condescendere, ut libertatem canonicam obseruemus, nullo prorsus obstante rescripto, quod à sede apostolica fuerit impetratum. Rogamus ergò serenitatem regiam, & attentiùs exhortamur, quatenus contra prę scriptam electionis formã nec uos uenietis de cętero, nec cogitatis alios, nec patiamini qualibet occasione uenire, sed taliter in hoc nobis studeatis, & ecclesiasticæ libertati deferre, ut timorem eius habere prę oculis uideamini, per quem reges regnant, & Principes dominantur, & sponsam eius ecclesiam uenerari. Nulli ergò, &c. hanc paginam nostrę dispositionis, & constitutionis, &c. Datum Lateran.

ARCHIEPISCOPIS, EPISCOPIS, & alijs ecclesiarum Prælatis, & uniuerso clero in Sicilia constitutis, eiusdem argumenti, cum epistola præcedenti.

Si

SI chariſſimę in Chriſto filiæ noſtræ C. Imperatrici Reginæ unà cum chariſſimo filio Illuſtri Rege Siciliæ in multis gratiam facimus ſpecialem, non eſt ab aliquibus in admiratione ducendum; cùm regnum Siciliæ ad ius, & proprietatem eccleſiæ Romanæ pertineat, & in eius fidelitate perſtiterit, ac permáſerit unitate. Noſtris etenim qualiter inclitę recordationis R. Vu. Sicilię Reges illuſtres in apoſtolicæ deuotionis fere ſemper permanſerint firmitate, qualiter prędeceſſores noſtros fuerint humiliter uenerati, qualiter etiam in eccleſia Rom. poſt Deum ſuæ ſpei poſuerint, & gaudii fundamentum, & in ea, & per eam ſe crediderint exaltari. Noſtris etiam qualiter prędeceſſores noſtri Romani Pontifices Reges ipſos, ac regnum Siciliæ quadam ſemper prærogatiua dilexerint, & ad augumentum ipſius, utpote quod peculiare (ſicut eſt) & proprium reputabant, intęderint, & quietem. Quia verò quantumcunque uelimus eorum honori deferre, libertatem canonicam, & honeſtatem eccleſiaſticam intendimus obſeruare. Ne igitur ulla de cæterò inter nos, & ſucceſſores noſtros, & prædictam Imperatricem, & filium eius Siciliæ Regem illuſtrem, vel hęredes eorum ſuper electionibus denuò diſſenſio ſuſcitetur, quæ hactenus inter eccleſiam, & regnum rancoris cuiuſdam, & indignationis fomitem miniſtrabant, modum facienda in poſterum electionis præſentibus curauimus literis explicare; in quibus ſic regię ſerenitati deferimus, vt libertatem eccleſiaſticam non lædamus. Sede uacante ſignificabit Capitulum eis, & eorum hæredibus obitum deceſſoris, & cuſque ad uerbum immiſcebit. Ideoque uniuerſitati ueſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, & diſtrictè præcipimus, quatenus cùm aliquam eccleſiarum ueſtrarum paſtore vacare contigerit, ſecundum præſcriptam electionis formam omni gratia, & timore poſtpoſitis procedatis; nec contra eam aliqua præſumatis accuſatione venire. Alioquin electiones taliter facta diligenti diſcuſſione prehabita dante domino infirmare curabimus, & elegentium tranſgreſſionem animaduerſione debita caſtigare. Volumus etiam nihilominus, & mandamus, vt de cætero ad Rom. eccleſiam liberè cum opus fuerit appelletis; & interpoſitis ad nos appellationibus curetis humiliter, & deuote deferre. Nos etiã quoties neceſſitas poſtulauerit, apoſt. ſedis legatos ad vos curabimus deſtinare; qui quæ plantanda ſunt plantent, & euellant quę fuerint euellenda, quorum obediatis monitis, & prçceptis. Nullo prorſus in omnibus præſcriptis Capitulis obſtante priuilegio, uel reſcripto, quod à ſede apoſtolica fuerit impetratum. Vt autẽ quæ prçſcripta ſunt apud uos nulla poſſint obliuione deleri, mandamus, atque prçcipimus, quatenus forma literarũ iſtarum ad perpetuam memoriam in maioribus eccleſiis tranſcripta ſeruetur.

In eundem modum Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Priotibus, & uniuerſo clero in Apulia conſtituto.

ARCHIEPISCOPIS, EPISCOPIS, Abbatibus, Prioribus, & uniuerſis eccleſiarum Prælatis in Sicilia conſtitutis ut legato Apoſtolico obtemperent, & piam illius uoluntatem, quantum poſſunt, adiuuent.

PErſecutionis olim olla ſuccenſa, dum ſtantis rabies aquilonis Calabros mõtes nouo deiceret terremotu, & perplana iacentis Apuliæ puluerem in tranſeuntiũ, & habitantium oculos ſuo turbine ſuſcitarer, dum etiam tauromenitana carybdis ſanguinem, quem tempore pacato ſitiuerat, euomeret cędibus ſatiata, uſque adeò fuit iter maris, & terræ præcluſum, ut interiacentis impetus tempeſtatis mutuum matris ad filios, & filiorum ad matrem impediret affectum, & naturalis affectum interciperet charitatis. Nunc autem cum eo faciente nobiſcum ſignum in bonum, cui uenti, & mare obediunt, naſcentis auſtri clementia cadentis fugauerit impetum aquilonis, & prçteritæ turbationis caliginem aeris, per Dei gratiam iam ex maiori parte placati claritas ſerenauerit; ita quòd Regnum Siciliç reparatum in ſtatum felicitatis antiquę, ad deuotionem eccleſiç plenè redierit; a qua uiſum

fuerat

fuerat persecutionis tempore recessisse, beneficium ei uolumus gratæ uisitationis impendere, ac in dilectionem ipsius prædecessorum nostrorum uestigijs adhærere. Cùm autem ipsum inter uniuersas orbis prouincias tanquam ecclesiæ patrimonium specialiter diligamus, uolentes mentis affectum, quem circa ipsum gerimus, ostendere plenius in persona legati, cum illuc de fratrum nostrorum consilio duximus destinandum, quem inter cæteros fratres nostros speciali charitate diligimus, & benevolentia singulari eius exigentibus meritis amplexamur. Sanè cum adhuc in regno ipso remanserint uestigia quædam dissensionis antiquæ talem, & tantam personam huius legationis officio duximus deputandam: quæ auctoritate polleat honestate, & in opere, & sermone sit potens: & ex eo quod gratiã nostram plenius obtinet, & nostram nouit meliùs uoluntatem, eos, qui pacem regni turbare forsitan moliuntur, liberiùs comprimere possit, & uniuersum regnum in charissimæ in Christo filiæ nostræ C. Imperatricis Reginæ, ac filii eius F. Siciliæ Regis illustris fidelitate, pariter, & obsequio stabilire, contumaciam deprimens superborum, & colla sublimium commissa sibi potestate conculcans. Venerabilem igitur fratrem nostrum O. Hostien. Episcopum apost. sedis legatum, uirum prouidum, & honestum, qui ob gratiam familiaritatis, & dilectionis antiquæ, ac suæ dignitatis intuitu, primum inter fratres nostros apud nos locum meruit obtinere, in regnum Siciliæ duximus destinandum, qui iuxta uerbum Propheticum dissipet, & euellat quæ nouerit euellenda, & ædificet, & plantet quæ coguouerit esse plantanda, uos etiam de benevolentia, quam circa prædictam Reginam, & filium eius Regem illustrem gerimus, efficiat certiores. Ideoque uniuersitati uestræ per apost scripta mandamus, & districtè præcipimus, quatenus prædictum legatum sicut personam nostram, immò nos ipsos in eo recipientes humiliter, & deuote, & sicut conducet uos, & ipsum honorifice pertractantes, quæ inter uos corrigenda duxerit, seu etiam statuenda recipiatis humiliter, & inuiolabiliter obseruetis, ita quòd nos, qui honorem eius proprium reputamus, uobis propter eum respondere gratius quasi ex debito teneamur: sciturí quòd sententiam, quam in contumaces tulerit, ratam habebimus, & faciemus auctore domino inuiolabiliter obseruari.

In eundem modum Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, & uniuersis eccl. prælatis per Regnum Siciliæ citra Farum constitutis, ita quòd ubi ponitur in Regnum Siciliæ duximus destinandum, ponatur Legatum in Sicilia, & totum Regnum duximus destinandum.

AN. NEAPOLITANO ARchiepiscopo. *De pluralitate beneficiorum restringenda.*

CVM secundum doctrinam Apostoli non sit conueniẽs, ut unus sit ebrius, & alter debeat esurire, nec iuxta institutа canonica uni personæ tantum debeat de redditibus ecclesiasticis assignari, unde sciupuloso corde alij moueantur, qui ad dispositionem Pont. sunt pro persona ũ meritis diuidenti, non sufficimus admirari, quod sicut nostris auribus est relatum, in ecclesiæ tibi commissæ stipendiis obtinẽdis, quòd iniquum est, & absurdum, imperiti magistris, noui antiquis, rudes emeritis præferuntur. Vnde Ioannes filius quõdam Comitis Aliern. ecclesiæ tuæ clericus plus potentia patris sui, quàm prædecessoris tui spontanea uoluntate ultra uiginti ecclesias in Ciuitate Neapolitan. & in maiori ecclesia beneficium maximum proponitur obtinere. Cùm ergò in nullius persona prætermittendum sit, quod institutis generalibus continetur, fraternitati tuæ auctoritate præsentium indulgemus, ut non obstante ap. dif. superfluitatem ad moderamen reducas, nõ plus de redditibus ecclesiasticis clerico præfato dimittẽs, quàm apud unum de plus habentibus noscitur residere, aliis omnibus beneficijs personis idoneis conferendis, quę cum officijs diuinis inseruiant, nondum adeptæ sunt stipendia clericorum. Nulli ergò, &c. Concessionis, &c. Datum Lateran. idibus Nouemb.

AN.

AN. NEAPOLITANO AR. chiepiscopo. Quod iuramentum bonis moribus & iuri repugnans non sit obligatorium.

AD nostram noueris audientiam per uenisse, quòd dudum à te quasi per extorsionem tale fuit præstitum iuramentum, quod in omni causa deberes ordinem iudiciarium obseruare. Verùm quoniam secundum traditiones canonicas manifesta accusatione non indigent, nec in eis est ordo iudiciarius obseruandus, qui debet in alijs obseruari, neque tu quando sub prœmisso tenore iurasti habebas in mente, ut propterea uenires contra canonicas sanctiones: alioquin non iuramentum, sed periurium potiùs extitisset, nec aliqua ratione seruandum: nos iuramentum tuum benignius interpretari uolentes, ita quòd consonet canonicis institutis, fraternitati tuę auctoritate præsentium intimamus, quod in manifestis, & notorijs ratione iuramenti prœmissi non credimus te teneri, seruare subtilitatem ordinis iudiciarij, quam in his non seruari per omnia ipsa quoque iuris ratio postulat, & requirit: unde uidebitur nec immerito subtiliter intuenti de ordine iudiciorum procedere, ut in prœmissis non per omnia ordo iudiciarius obseruetur, quanquam, & secundum approbatum intellectum scripturę diuinę rectè possit intelligi, quòd iurasti, ut in omnibus causis ordinem iudiciarium obseruares, in illis uidelicet in quibus est ordo iudiciarius obseruandus. Sic ergò faciens, & iuramenti tenorem seruabis, & instituta canonica non omittes. Datum Lateran. XVIII. Cal. Decembris.

ABBATIBVS, ABBATISSIS, & alijs ecclesiarum Prælatis eccl. Neapolitanæ subiectis Ne bona & res ecclesiæ alienentur.

CVm sacris canonibus caueatur, ne abbat. præsbyt. alijsque ministris de rebus ecclesiasticis, uel sacro ministerio deputatis absq. prmissione ac subscriptione sui episcopi aliquid alienari liceat, uel ęt obligare, non possumus non mirari, qsic nostro est apostolatui reseratum, possessiones ecclesiarum donare, uendere prę sumitis, & locare, uenerabili fratre nostro A. Neapolitano archiepiscopo nullatenus requisito. Cum itaque cautum sit iure canonico, & humano, ut quę contra leges fiunt, habeātur pro inutilibus, & infectis, uniuersitati uestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus ab his, quæ præmisimus desistentes, bona ecclesiarum, quarum conditionem meliorem potestis facere non peiorem, nisi necessitas, uel utilitas exegerit manifesta, & sine licentia præfati archiepiscopi alienare in præiudicium ecclesiarum uestrarum nullatenus attentetis, alioquin eidem archiepiscopo dedimus in mandatis, ut si aliter à uobis temere factum fuerit, auctoritate nostra, & sua (prout ius expostulat) decernat irritum, & inane. Datum Lateran. XVII. Cal. Decembris.

AN. NEAPOLITANO AR. chiepiscopo. Propter debita ecclesiæ aliqua uendere licet.

SIcut nostris est auribus intimatum, ecclesia Neapolitana tantò premitur onere debitorum, quòd aliter liberari nō poterit, nisi de ipsius possessionibus distrahatur, quod tu occasione iuramentum pòst consecrationem (sicut moris est) præstiti, quo inter alia uendi possessiones ecclesiæ prohibentur, absque licentia nostra facere non attentas. Nos igitur attendentes, quòd huiusmodi sacramenta sint ob fauorem ecclesiasticum introducta, nec in earum debeant retorqueri lęsionem, plenam de tua discretione fiduciam obtinētes, ut pro eccl. tuæ debitis persoluendis, de ipsius eccl. possessionibus minus utilibus, cum de mobilibus debitanequeant expediri, secundum instituta canonica, de consilio tuorum uendere ualeas clericorum, auct. tibi præsentium indulgemus. Datum Lateran. Idibus Nouembris.

DECA

DECANO, ET CAPITVLO BEA ti Hylarij Pictauen. Vt N. nepoti præbendam conferant.

SI eam, quę apud nos plenitudo residet potestatis, qua non extollimur in superbiam, sed ad prouidetiam excitamur, consideraßetis attente, & qua facta nostra prosequi perfectione uelimus, uoluisßetis subtilius intueri, nunquam cor uestrum in tantę præsumptionis audaciam ascendisßet: ut (sicut testimonio multorum accepimus) tam temere nostris pręsumeret, & institutionibus obuiare. Recolimus si, quidem, quòd defuncto quondam in Vrbe magistro An. de Partiniaco erga dilectum filium Petrum nepotem ipsius non potuerimus misericordia non moueri, quem uidentes omni consilio, & auxilio destitutum, ad prouisionem eius fuimus uehementius excitati, sicque ad desolationis suæ remedium præbendam, quam idē auunculus eius in ecclesia uestra olim habuerat, sicut de plenitudine potestatis nobis concessæ licebat, ei miseri corditer duximus conferendam, de ipsa per anulum proprijs manibus inuestientes eundem, eamque ipsi auctoritate apostolica confirmantes, ne inuestitura uestra, siue donatio sperato posset effectu quorum libet temeritate priuari. Vnde cum uobis pręcepissemus districtè, ut ipsum ob sedis apostolicę reuerentiam, eiusque probitatis obtentum, in uestrum fratrem, & canonicum admittentes, iam dictæ præbendæ beneficium, sicut illam auunculus ipsius olim noscitur habuisse, contradictione co. & appellantibus, sine difficultate qualibet assignare minime differretis uos id noluistis exequi, ut decebat, licet uenerabilis frater noster N. Burdegalen. Archiepiscopus sicut ex literis eius accepimus, bonę memoriæ A. Pictauen. Episcopi uolens supplere defectum, qui super hoc à nobis datus fuerat executor, nostrùmque tanquàm prouidus, & discretus propositum adiuuare, uos ad id cum suis literis monuisßet. Nos igitur, licet ex hoc nec immeritò contra uos commonitionis materiam habeamus, uobiscum in spiritu lenitatis, & mansuetudinis adhuc agere cupientes, per iterata uobis scripta mandamus, & in obedientiæ uirtute districtè pręcipimus, quatenus prout in mandatis nostris (ut dictum est) recepistis dil. occasionis exceptionis, & appellationis summoto diffugio, non obstante etiam si interim propter hoc nuncium ad sedem apostolicam transmisistis, Præfato P. dictum beneficium cum fructibus post pręsentationem literarum nostrarum perceptis, tam libenter, quam liberaliter, absque difficultate qualibet assignetis. Alioquin noueritis nos uen. fratribus nostris Bituricen. & Burdegalen. Archiepiscopis præcipiendo mandasse, ut si infra uiginti dies post susceptionem præsentium mandatum nostrum non duxeritis effectui mancipandum illos, quos contumaces inuenerint, & rebelles sub cuiuslibet occasionis, & appellationis obstaculo excommunicationis uinculo innodantes ecclesiam ipsam subijciant interdicto. Quod si nec sic infra duos menses poteritis emolliri, idem nullam sententiarum illarum aliquatenus relaxari permittant, sed tandiu singulis diebus dominicis, & festiuis pulsatis campanis, & extinctis candelis prędictum excommunicationis sententiam per totam prouinciam Burdegalen. publicè faciant innouari, donec prędictus P. plenam, & pacificam ipsius præbendę possessionem habuerit, & pro tanto satisfacturi excessu nostro uos duxeritis conspectui pręsentandos, rebelles nihilominus ab omni ecclesiastico beneficio suspendentes ut saltem pœna coerceat, quos obedientia non emollit. Si quid etiam post receptionem literarum in ecclesia uestra ordinatum fuerit, uel statutum, per quod mandatum nostrum possit eludi, aut etiam impediri illud irritum decernimus, & inane. Datum Lateran. II. Idus Nouembris.

A B.

ABSALONI LVDEN. ARCHIEpiscopo, eiusque successoribus canonicè substituendis in perpetuum. De ipsius præcellentia & in alios Episcopos authoritate.

IN eminenti apostolicæ sedis specula disponente domino constituti salubriter iniuncti nobis officij exequimur actionẽ, si ea, quę per anteceſſores nostros ad salutem fidelium instituta noscuntur, consensu nostro firmamus, & ne cuiuslibet temeritatis quatiantur incursu, exactam diligentiam adhibemus. Cum enim ecclesiæ suæ promiserit dominus, dicens, Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram: illi benè uidentur patribus succeſſiſſe, atque utiliter impositum gerere principatum, qui non potestate lętantur, sed ad salutem eorum, qui gubernandi sunt cum timore, ac tremore creditę potestatis auctoritatem exercent: studentes semper anteceſſoribus suis in bonis actibus conformari, & qnæ laudabiliter ab eis facta sunt, & seruare in semetipsis, & aliis nihilominus seruanda monstrare. Hac itaque nos suscepti officii consideratione inducti, & felicis memorię Adriani Papæ anteceſſoris nostri ueſtigiis inhærentes, quod ipse de confirmatione regni Suetię cum fratrum suorum consilio, & uoluntate constituit, nos etiam firmum, & illibatum per petuis temporibus decernimus permanere. Constituit enim quòd Lunden. Archiepiscopus, qui pro tempore fuerit super regnum illud, primatum semper obtineat, & ordine quo subsequitur, debeat ei præesse, qui tãtò frequentiùs, & utilius illi terræ, quæ ad salutem fidelium pertinent, ministrabit, quantò necessitatem eorum atque defectum è uicino pleniùs poterit intueri. Palliũ enim anteceſſori tuo tribuit, ut Archiepiscopum in regno Suetię quam citius opportunitas occurrerit, ordinaret, & pallium, quod nostra ei uice conferret, eo quidem ordine obseruato, ut uidelicet is, qui per Lunden. Archiepiscopum metropolitanus ibi fuerit institutus, & gratiam consecrationis per manum Archiepiscopi Lũden. adeptus, ipsi, & Lunden. ecclesiæ, salua fidelitate Romanę ecclesiæ, fidelitatem, & obedientiam iuramento promittat. Pallium sane taliter consequetur: Nuncius Lũden. ecclesię siquidem cum nũcio illius ecclesię pro impetrando pallio ad ecclesiam Romanam accedat, & cum illud à Romano pontifice impetrauerit, ad Lunden. ecclesiam reportabunt Lunden. autem Archiepiscopus illud accipiens, Archiepiscopo Suetię tribuet, & fidelitatem, & obedientiam Rom. ecclesiæ iureiurando promittet. Metropolitano uerò ibi ad honorem Dei, & decorem domus suæ salutemque fidelium constituto, Lunden. Archiepiscopus, & dignitate primatus in perpetuum prędebit, & ipse ei reuerentiã, & obedientiam tanquàm suo primati humiliter exhibere curabit. Quod utiq; in bonæ memoriæ Stephano quondã Vpsalẽ. qui à predeceſſore tuo piæ recordationis Eſcillo Archiepiscopo tempore felicis memorię Alexandri Papę, eo præsente Senõ. ratione iam dictæ institutionis gratiam consecrationis accepit, & sub anteceſſoribus nostris bonæ memoriæ Lucio, & Clemente, secundum prędictum ordinẽ in Io & Petro supradictę ecclesię Episcopis, quos tua fraternitas in Archiepiscopos cõsecrauit, & pallium uice ipsorum anteceſſorum ueſtrorum contulit, dignoscitur adimpletum. Quoniã igitur hoc sicut à prænominato Adriano anteceſſore nostro statutum est, ita sub te, & anteceſſore tuo effectum accepit, nos memorati Adriani, & felicis recordationis Alexandri, Lucii, Vrbani, Clementis, & Cœlestini prædeceſſorum nostrorum Roma. pontificum ueſtigiis in tam laudabili opere inhærentes, nostro, & fratrum nostrorum fauore prosequimur, & firmum, & illibatum perpetuis temporibus decernimus permanere. Nulli ergò, &c. hanc paginam nostræ confirmationis, &c. Salua apostolicæ sedis auctoritate. Si qua igitur, &c Datum Lateran. per manum Rainaldi domini Papæ notarii cancellarii uicem agentis. I X. Cal. Decembris, indictione I I. incarnationis Dominicæ Anno M C X C V I I I. pontificatus uerò domini Innocentii Papæ tertii Anno primo.

N. PRAE-

N. PRAEPOSITO DE SE-rand. & uniuersis ecclesiarum Prælatis in Vtlandia constitutis. De grauibus quibusdam abusibus maturè corrigendis.

NOstris fuit auribus intimatũ, quòd cùm propter inundationem aquarum in terra uestris impedimentis fossatorum obstantibus sit accessus difficilis,& regressus ab eo tempore, quo ibidem fuit fidei nouella plantatio est statutum,& usque ad hæc tempora obseruatum, ut præpositus, qui ibidem quantum licet uices gerit Episcopi temporibus illis, quibus facilior patet ingressus, apud unamquamque ecclesiam propter magnitudinem parrochiæ, & uniuersitatem delinquentium quatuor diebus si uoluerit maneat, synodum ibi celebraturus indictam. Vbi si quis accusatus fuerit, & reatum suum confessus in publico,condigna ei pœnitentia iniungitur pro excessu,pœna pecuniaria, pro eo de quo fuit sponte confessus, postmodum puniendo. Si uerò crimen inficiatur obiectum, cum duodecim parochianis suis denominatis innocentiam suam præstito iuramento purgabit. Si qui uerò in purgatione defecerint, uel ad synodum uenire contempserint, ad proximam ecclesiam secundæ synodi uocantur pro contumacia corrigendi, qui si fortè non uenerint,uel incorrigibiles ibi apparuerint, ad tertiã ecclesiam tertiæ synodi legittimè citabuntur, & si incorrigibiles adhuc extiterint, pro contumacia sua anathematis sententia ferientur.Nunc autem populi eiusdem terræ uolentes sua colla subtrahere synodalibus institutis, cum maioribus, qui præficiuntur aliis iure fori,consilio inito eis non modicam quantitatem pecuniæ promiserunt, ut eorum auxilio, & fauore suffulti, si fuerint in synodo accusati, quod excommunicatis communicare præsumpserint, non teneantur super hoc respondere, & quantuncunque legitimè quis ad synodum sit citatus,si uenire noluerit,propter contumaciam non possit uinculo excommunicationis astringi.Illud etiam ualdè reprehensibile denouo inter alias consuetudines pernicioſas obrepsisse dolemus, quod quantuncunque quis deliquisse noscatur, non nisi ad satisfactionem unius marcę soluendæ compelli possit,licet quandoque damna ecclesiis,uel alijs locis religiosis illata,lõgè maioris æstimationis existere uideantur. Est etiam aliud quod Deo uidetur, & sacris canonibus inimicum, uidelicet quia nituntur introducere uiolenter, ut quicunque de equestri ordine aliquam se in quinta, uel sexta consanguinitatis linea contingentem duxerit in uxorem, Episcopo, uel Præposito gerentì uices Episcopi marcham argenti persoluat, & sic eam quoad uixerit sibi inuito Episcopo etiam ualeat retinere. Si uerò pedestrium fuerit consortio deputatus,dimidiam marcam argenti persoluat Episcopo, & sic consanguineam suam quoad uixerit non dimittet. Vestræ igitur uniuersitati per apostolica scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus id, quod à prima fidei plantatione super synodis celebrandis, & corrigendis excessibus noscitur rationabiliter introductum, & laudabiliter hactenus obseruatum, faciatis inuiolabiliter obseruari, quoslibet temerè resistentes per districtionem eccl. app. postposita compescentes. Pernicioſam uerò consuetudinem de satisfactione unius marcæ, quantuscunque uideatur excessus,& de matrimoniis, quæ licet minus legittimè contracta inter consanguineos dato pretio stare consueuerunt Episcopo renitente, facientes penitùs aboleri, si quos ita coniunctos esse noueritis, aut tueri uolentes sub huius prętextu consuetudinis matrimonia contrahenda, uel quæ taliter sunt contracta, nisi tantam præsumptionem, secundum canonicas institutiones, ad monitionem uestram digna satisfactione correxerint, sublato appellationis obstaculo, excommunicatione notetis,& tanquàm excommunicatos usque ad satisfactionem condignam auctoritate apostolica nuncietis ab omnibus arctiùs euitandos. Nullis litteris obstantibus ueritate tacita, &c. Datũ Lateran. idibus Nouembris.

A. LVDEN. ARCHIEPISCOpo.

NOSTRIS fuit auribus intimatum, &c. ut supra fere in eundem modum, usque ad uerbum Arctiùs euitandos. Quo circa fraternitati tuę per apost. scripta mandamus, quatenus si dicti prępositus, & prælati mandatum nostrum noluerint, uel contempserint adimplere, tu eos ad hoc monitione pręmissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas. Nullis literis, &c. ut supra.

A. ARCHIEPISCOPO, ET capitulo Lunden. de modo res ecclesiæ donandi in Dacia.

EX literis, quas tu nobis frater Archiepiscope destinasti, intelleximus manifestè, quod regnum Daciæ quantum ad ea, quę ius fori contingunt, consuetudinibus suis, & institutionibus regum suorum omnino regatur, unde nullum usum testamentorum illius prouincię habere contigit, qui alibi in ultimis decedentium uoluntatibus secundum legalem obseruantiam custoditur. Si uerò aliquis possessiones aliquas clausstris, uel aliis religiosis locis in bona ualetudine, uel uoluntate ultima constitutus uult pro suorum remedio peccatorum conferre, hanc ecclesię conferendi formam esse proponis, quòd in huiusmodi donationibus modicum terrę consueuit assumere, aut in extremitate pallii, quod manu Episcopi, uel cuiuslibet alterius prælati ecclesiæ sustinetur, aut super ipsum altare aliquo inuolutum panniculo cum debita humilitate ponendum, sub testimonio uidentium, & audientium forma donationis huiusmodi subsequente, quę Scotatio uulgariter appellatur. Verùm quia huiusmodi donatio malitiosè à quibusdam cauillatoribus (sicut asseris) impeditur, a nobis humiliter postulasti, ne loca religiosa, & ecclesię, quibus multæ possessiones sub scotatione huiusmodi sunt collatæ, ab aliquibus possint, uel debeant temere perturbari, paterna debemus solicitudine prouidere. Nolentes igitur, ut tales constitutiones, quas diuturnitas temporis (ut asseris) obseruauit, & usus consuetudinis hactenus approbatæ retinuit, temeritate qualibet infirmetur, discretioni uestrę per apostolica scripta mandamus, quatenus donationes eorum, quæ sub obtemptu consuetudinis clausstris, ecclesiis, uel quibuslibet locis religiosis pie, ac prouidè conferuntur, uel etiam sunt collatę, faciatis irreuocabiles obseruari, cum huiusmodi signum, quod scotatio dicitur, non tam factę donationis, quàm tarditæ possessionis sit euidens argumentum, si quos contradictores inueneritis, aut rebelles auctoritate freti apostolica, per censuram ecclesiasticam monitione præmissa, sublato appellationis obstaculo compescentes. Datum Lateran. XVI. Cal. Decembris.

S. PRAEPOSITO DE STRAND. præposituram ipsi Pontifex collatam confirmat.

CVM à nobis petitur &c. usque ad uerbum Assensu. Pręposituram sitam in locis, qui uulgariter appellantur Strand, & Ford, sicut eam prædecessores tui iustè, & canonicè possederunt, & tu eandem à uenerabili fratre nostro Vu. Episcopo Slethuicen. canonicè tibi concessam iustè, ac sine controuersia possides, cum omni iure, ac pertinentijs suis, auctoritate tibi apostolica confirmamus & c. Nulli ergo & c. Datum Lateran. XVI. Cal. Decembris.

A. LVNDEN. ARCHIEPISCOpo. Vt pręposito de Strand ablatæ ecclesiæ restituantur.

Trans-

TRansmissa nobis dilectus filius S. præpositus de Strand. conquestione mõstrauit, quòd dilectus filius E. præpositus de Scelsuuig. duas ecclesias, uidelicet de Henestbl. & de Stuntabl. ad suam prępositurам de iure spectantes, eidem iniustè subtraxit. Nolentes igitur eundem præpositum aliquod in suo iure dispendium sustinere, fraternitati tuę per apostolica scripta mandamus, quatenus prędictum prępositum de Scelsuuig. ad restitutionem ecclesiarum illarum per censuram ecclesiasticam monitione præmissa, sublato appellationis obstaculo, iustitia mediante, compellas. Datum Laterã VII I. cal. Decemb.

IOFFRIDO ABBATI MONASTERIJ de Sore, eiusque fratribus tam præsentibus, quàm futuris regularem uitam professis in perpetuum. Qua priuilegia ipsorum, atque donationes confirmat.

REligiosam uitam eligentibus &c usque ad uerbum Vocabulis. Locum ipsum de Sore, in quo præfatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis Grãgias Slahglose, Luinge, Guthem, Biarby, Vuendelose, Vuethlebi, Asuuardbothe, Egby, cum adiacentibus syluis, pratis, & pascuis, piscariis, & molendinis, & grangiam in Hallandia, quæ dicitur Toacher, cum syluis, & cæteris pertinẽtiis suis. Nytorp, cum adiacentibus agris, syluis, & pascuis: Gotstorp cum adiacenti sylua, & exteriores similiter mansiones, uidelicet Snartinge, Glostorp, Vuinnige, Querceby, Scupinge, Tornelef, cum adiacentibus terris, & concoloniis suis, & partem decimarum, quam habetis in parochiis Olesch, Harastald, Finnatorp Gelet, & illud quod habetis in Leoghe, Sundetorp, Sunuarthatorp, Biarby, & Gerlef, & illud, quod habetis in prouentibus apud memoriam Sanctæ Margaritæ ecclesię Beatæ Mariæ Roschildis. Prętereа donationem, siue concessionem ab inclytæ memorię Vualdemaro quondam rege Danorum, & charissimo in Christo filio nostro Canuto rege filio eius, super libertate, & immunitate colonorũ uestrorum uobis pia deuotione factam, sicut in eorundem regum scriptis authenticis continetur, auctoritate uobis apo. confirmamus, & præsentis scripti priuilegio communimus. Sanè laborum &c. Liceat quoque uobis clericos, uel laicos &c. Prohibemus insuper, ut nulli uestrorum fratrum post factam &c. discendentem, &c. Illud districtiùs inhibẽtes, nec terras, &c. Si quæ uerò, &c. Ad hęc etiam prohibemus ne, &c. quod si facere &c. licitum prętereа sit uobis in causis, &c. insuper auctoritate apostolica inhibemus ne ullus, &c. si uerò Episcopus, in cuius parochia, &c. illud adiicientes, ut in recipiendis proc. &c. pro consecrationibus uerò, &c. alioquin liceat, &c. quod si sedes, &c. Quia uerò interdum, &c. Porrò si Episcopi, uel alii, &c. Paci quoque, & c. Prętereа omnes libertates, &c. Decernimus, &c. Si qua igitur. & c. Datum Lateran. per manum Rainaldi domini Papę notarii Cancellarii uicem agenti. IX. cal. Decembris, indictione II. incarnationis Dominicæ Anno MCXCVIII. pontificatus uerò domini Innocentii Papæ tertii. Anno primo.

CONSVLIBVS, ET POPVLO Tudert. Qua illos recipit in protectionem apostolicam, confirmatque uetera ipsorum priuilegia.

SAcrosancta Romana ecclesia, quæ omnium fidelium mater est, & magistra, illos propensiùs diligere consueuit, quos in deuotione, ac fidelitate sua nouit feruentiùs permanere, & ut liberiùs possint ab omnium incursibus manere securi, eos tanquàm pia mater protectionis suæ munimine confouere. Ea propter dilecti in domino filii deuotionem, quam erga nos, & Romanam ecclesiam habere noscimini attendentes uestris quoque precibus inclinati, Ciuitatem Tudertinam, quæ ad ius, & proprietatem apostolicæ sedis pertinere dignoscitur, quam, & nos ad manus nostras semper uolumus retinere, ita quòd ei, cui uices nostras commiserimus, secundum mandatum nostrum debeatis integrè respondere, sub Beati Petri, & nostra protectione

suscipimus,& præsentis scripti pagina cõ munimus. Consulatum autem cum iurisdictione sua uobis auctoritate apostolica confirmamus,concedentes,ut hi,qui sunt ipsius iurisdictioni subiecti,liberum sit ad consules , qui pro tempore fuerint legitimè appellare, ita tamen quòd appellatio ni ad sedem apostolicam interpositæ humiliter deferatur.Consuetudines quoque antiquas uestras,& rationabiles , & com muniter obseruatas duximus approbandas. Salua in omnibus apostolicę sedis auctoritate, pariter & iustitia,& earum om nimoda libertate. Nulli ergò,&c. nostræ protectionis conf. &c. conc.&c.

N. ABBATI,ET MONACHIS Montis sacri. Per quam diuturnam litem de superioritate & obedientia inter cœnobium Montis Sacri,& Calanense defuit.

CVm super libertate, ac subiectione abbatiæ uestræ , à multis retro temporibus inter ipsam,& monasterium Calanen controuersia fuerit agitata , & pro ipsa tu fili Abbas, cum quibusdam de fratribus tuis,& dilectus filius N. Abbas Canen.cum quibusdam similiter de fratribus suis ad nostram præsentiam uenissetis , q̃ dicta ecclesia uestra subiecta esse debeat Calanen. per authenticum felicis recor . Anastasij prædecessoris nostri dictus Abbas Calanen.ostendere nitebatur,qui rationibus,& scriptis utriusque partis prolatis in medium, & coram ipso , & fratribus suis qua decuit subtilitate discussis,sicut ibidem pleniùs,continetur , tam scriptuarum inspectione,quã utriusque partis attestatione cognouit, locum Montis sacri,& iure fundi,& ratione dispositionis ad ius , & proprietatem Calanen. monasterii spectauisse,cellamque ipsius fuisse ꝑ priam ab antiquo. Verùm quia religione recedẽte paulatim ab ipso monasterio Calanen. status sui sentiente iugiter detrimẽtum , locus Montis sacri,& religiosorum uirorum numero, & terrenis cœpit facultatibus ampliari,orta est inter dicta monasteria de prælatione,ac subiectione dissensio,fratribus Montis sacri Calanen.in quibus fervor religionis pro magna parte defecerat,subesse nolentibus,aliis uerò antiquum ius suum in loco Montis sacri laborantibus retinere. Vnde sicut in eiusdem Anastasij prædecessoris nostri authẽtico reperitur , cum pię record. Honorius prædecessor suus ad partes accessisset Apuliæ , & causa ipsa per utranque partem ad eius notitiam deuenisset , intellectis partium rationibus eam taliter terminauit,ut si habitum, & ordinem Calanen. monasterij acciperent,monachi Calanen sis in loco Montis sacri tanquàm in cella sua plenam dispositionem , & dominium obtinerent, & fratres Montis sacri Calanen. Abbati tanquàm proprii monachi obedirẽt.Si uerò uel non susciperent,uel susceptum etiam non seruarent,monachi Montis sacri duos romanatos annuatim soluendos monasterio Calanen. plenam libertatem ulteriùs obtinerent,sic tamen ut si ad locum Montis sacri quandoque Abbas accederet Calanen. tanquam Abbas proprius reciperetur ibidem,& quamuis eiusdem Honorii , prędecessoris sui mandatum de recipiendo Cauen. iuxta monasterii ordine, sicut in eodem dicitur instrumento,à Calanen.aliquandiu fuerit intermissum, quia tamen ibi postea receptus fuit,& seruatus,idem A.prædecessor noster iuxta institutionem sanctæ recordationis Innocentii antecessoris suis in eadem controuersia taliter diffiniuit , ut locus Montis sacri per se abbatia semper existeret,& Abbate proprio lætaretur , & Calanen. Abbas primus existeret,Montis sacri secundus & fraterna se inuicem charitate tractarent,& monasterium Montis sacri ob reuerentiæ signum,& demonstrãdum,quòd ad ius pertinuerit cœnobii Calanen. prædictum censum ei sine qualibet contradictione persolueret annuatim, & cum Abbatem Montis sacri mori contingeret,monachi eiusdem loci eligendi sibi Abbatem haberent liberam facultatem . Electum uerò Calanen. Abbati,qui foret pro tempore,& præsentarent,ab eo,si persona esset idonea,& electio facta regulariter sine malitia,& prauitate qualibet confirmãdum.Obeunte uerò Calanen. Abbate,Abbas Montis sacri electione fratrum interesse deberet; & ut ritè celebraretur

electio,

electio, consilium, & operam adhibere. Si autem Calanē. Abbas ad monasteriū Mōtis sacri accederet, tāquàm primus, & maior Abbas reciperet, ibidē reuerēter, & honestè tractādus. Abbas uerò Mōtis sacri futurus pro tēpore in festum Beatę Marię ueniens ad cœnobium Calanen. censum memoratum deferret, & in festo inibi remaneret, à Calanē. fraterna charitate tractandus. Intentionem itaque suam de subiectione monasterii uestri Calanen. probare prēmissis rationibus conabantur, cōtra quos fuerunt ex parte uestra proposita, quæ sequūtur, quòd cum tempore bonæ memorię Adriani Papę predecessoris nostri, pro utroque monasterio partes essent in sua prēsentia constitutę, Calanen. subiectionem sibi deberi proponentibus à fratribus Montis sacri alijs uero è contrario respōdentibus, eos nullo tempore prælationem ibidem habuisse de iure, & si aliquam habuerūt, ipsos fuisse per bonæ memorię prædecessores suos Honorium, Innocentium, Eugenium, penitùs absolutos. Ipse utriusque partis allegationibus, & instrumentis auditis, & plenariè intellectis, sicut in eius authentico reperitur, eorūdem prædecessorum suorum uestigiis inhęrendo, de fratrum consilio diffiniuit, ut fratres Montis sacri omnimodam obtinerēt de cętero libertatē, ita quod neque ipsi neque successores eorum Calanen. subiectionem aliquam exhiberent, nec illi obedientiam, & reuerentiam ab eis exigere aliquatenus attentarent, saluo cēsu duorum solidorum Papien. monetę annis singulis Calanen. monasterio persoluen. Illo etiā super addito, quòd si Calanen. Abbas, ac cœnobium Montis sacri aliquo casu accederet sicut hospes reciperetur ab eis honestè, & humiliter tractaretur. Idem quoq; Adrianus prędecessor noster iuxta tenorem priuilegii memorati Innocentii prędecessoris sui instituit, ut de cætero in eodem loco Montis sacri futuris temporibus sedes cōsisteret abbatiæ, & electus Abbas pro tempore ad Pont. Romanum accederet benedictionis gratiam recepturus. Nihilominus etiā statuit prefatus Pōt. Adrianus, quòd si qua præcedentia scripta essent suæ diffinitioni aduersa, nullius haberent roboris firmitatem, sententia suæ stabilitatem debitam obtinente. Per huius ergò diffinitionis paginam tanquàm posteriores, uos præmissis Honorii, & Anastasii diffinitionibus dicebatis penitùs derogatum, si exhibitæ fuerunt in iudicio à Calanen. pariter & ostēsæ. Alioquin sibi debent penitùs imputare si tempore latę à dicto Adriano prædecessore nostro sententiæ, ipsas in medium producere non curarunt, cum sub prætextu nouorum instrumentorum postea repertorum graue sit exēplo res iudicatas ulteriùs restaurari. Lōginquitatem quoque temporis, per quam in quasi possessione libertatis fuistis pro parte uestra proponebatis in medio, & tam Lucij, quàm Anastasij, & Honorii Ro. Pont. priuilegia, quorum primus confirmauit sententiā Adriani, secundus Calanen. in loco Montis sacri censum tantū duorum solidorum de quo prędicitur, reseruauit, tertius quando idem locus erat simpliciter prioratus de soluēdo censu cōstituto ab I. seniore Calanen. abbate, & eiusdem benigna receptione apud Mōtem sacrum, cum illuc accederet, facit in suo priuilegio mentionem. Ad id quoque probandum induxistis bonę me. Cœlestini Papæ prędecessoris nostri sententiam & rescriptum, qui cum, sicut ipsius authentico reperitur, per priuilegia ptędecessorum suorum Rom. Pont. tām antiquorum, quàm etiā modernorum, quę in sua fecerat præsentia recitari, plenius cognouisset monasterium uestrum ad Ro. Eccl. nullo medio pertinere, & ab omni iure ac subiectione sępe dicti Calanē. monasterii fore liberum, & immune, nisi quòd duos solidos papien. monetæ de mandato bonæ me. Adriani Papę prędecessoris nostri sibi soluere tenebatur: uolentes inter prædicta monasteria omnis dissensionis, & scādali materiā resecari, & ne monachi propter causarum strepitum à diuinis reuocarentur obsequiis, contra obseruantiā monasticæ disciplinæ, in recōpensationem duorum solidorum aliquem locum certū, unde redditus ipse perciperetur, ad eorū arbitrium: quibus super hoc sua scripta direximus, prēcepit Calanen assignari à fratribus Montis sacri, qui sic ex rescriptis iu-

dicium delegatorum innotuit: licet in quibusdam aliis locis recompensationē obtuleritis congruentem. Apud Sipon. tamen areas quasdam faciendi salis officio deputatas: de quibus ad minus unius unciæ auri redditus habebatur, quemadmodum ijdem iudices rescripserunt, qui hoc ipsum sub testimonio bonorum uirorū subtiliter indagarunt, spontaneè contuliſtis. Vnde idē prædecessor noster melioratione Calanen. Mona. consyderans in hac parte, de cōmuni fratrū suorum consilio statuit, ut Calanen. cœnobium prędicta esset recompensatione contentū. A cuius exactione, ac subiectione fratres Montis sacri prorsus absoluens, decreuit ut in nullo ei tenerentur de cętero respōdere. Statuēs insuper, ut siqua prędecedentia scripta inuenirētur præmissæ constitutioni cōtraria, ea, in sua stabilitate manente, nullū robur, nullā obtinerent penitùs firmitatem. Ejusdem etiam Cœlest. Alex prædecessorū nostrorū priuilegia, quibus & Adr. Papæ de qua præmissimus sententia cōfirmatur, & monasteriū uestrū ad ius & proprietatem Eccl. Ro. ostenderetur pertinere, ad probandam intentionem uestrā in medium produxistis. Prędmissis ergò, & similibus coram uobis, & fratribus nostris prudenter à uobis, & aliis allegatis nos uolentes parcere utriusq; partis laboribus, & expensis, doloris etiā, & indignationis materiam amputare, ut obseruare deberetis, qp de ipsa quęstione pro bono pacis, citra diffinitionis calculū diceremus uos, & sæpe dictos Abbatē, & monachos Calanē. monuimus diligenter. Cum itaq; utraq; partiū hoc se facturā promisisset spontanea uoluntate, nos prouida deliberatione statuimus, qp cœnobiū uestrum restitutis sibi areis faciendi salis officio deputatis, quas de mandato dicti Cœlest. Papæ prædecessoris nostri iuxta bonorum uirorū arbitriū in recompensationē prędicti census Calanen. monast. assignauit, ecclesiā S. Iacobi Melphiten. ad ipsum spectantē cum domibus, hortis, & duobus trapetis: & insuper tot oliuas dicto mon. Calanen. cōferat, & assignet, ex quibus possit idem mon. Calanen. sm bonorum uirorū arbitrium, quibus hoc committimus, arbitrātiū, xvj. saumas olei annis singulis obtinere. Illæ uidelicet moderaminis æquitate seruata, ut oliuarum assignatio nec fiat secundum tēpus nimię ubertatis, nec sm nimiæ sterilitatis euentum, sed iuxta quod sępius accidere consueuit, post factam assignationē, & receptionē earū tā cōmodo q incōmodo ad Calanē. mon. pertinēte. Dictū uerò Calanen. mon. renūciet omni subiectioni, iuri, accensui, quod in loco Montis sacri aliquo unquam tempore habuisset; nec ibidem occasione iuris prętériti futuris tēporibus aliquid audeant postulare; quod utraq; partium acceptauit. Hoc ergò statutum, sicut à nobis prouidè factum est, & ab utraq; parte receptum, uolentes in posterum irrefragabiliter obseruari, de communi fratrum consilio auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti priuilegio communimus. Non obstantibus priuilegiis, uel rescriptis super subiectione prędicti monasterii uestri hactenus impetratis, cum ex certa scientia inter præfata monasteria de uolūtate partium, quę prędscripta sunt, statuerimus in perpetuum obseruāda. Decernimus ergò &c. nostræ constitutionis, & cōfir. &c. Datum Lateran. IIII. Idus Nouēbris.

CAMERACEN. CAPITVLO.

Vt de ipsorum electi uitijs inquiratur, fiatque, antequàm aliud eligant.

AD audientiā apostolatus nostri, multorū relatione peruenit, qp H. Eccleſiæ Cameracē. electus, cum ita incuruus sit ut promoueri de iure non possit in minoribus ordinibus, constitutus fuit à uobis ad ecclesiam uestram electus, & a uenerabili fratre nostro Vu. Remen. Archiepiſc. Sanctæ Sabinæ Card. eius fuit electio confirmata, quę post electionē, & confirmationē uenerabilis frater noster Atrebaten. Episcopus de mādato ipsius Archiepiscopi Acolitum, & Subdiaconum ordinauit, & sicut communis habetur opinio dictus electus duxit uiduam in uxorem, de qua suscepit filiū in præpositum Sancti Petri Duacen. sibi nullo medio succedētem. Cū igitur, si uera sunt, quæ præmisimus, relinqui non debeant impunita, cū & præsumpta

pta sint contra canonicas sanctiones, & propterea decor honestatis ecclesiasticæ confundatur, uenerabili fratri nostro N. Parisiensi Episcopo, per scripta nostra præcipiendo mandauimus, ut uocatis quos propter hoc uiderit euocandos de præmissis omnibus, & etiam fama publica inquirat plenius ueritatem, & quicquid super his inuenerit, sub suarum testimoniis literarum nobis studeat fideliter intimare, ut per relationem ipsius sufficienter instructi, securiùs in ipso negocio procedere ualeamus. Dedimus etiam eidem Episcopo in mandatis, ut uobis ex parte nostra districtè prohibeat, ne ad nominationem, uel electionem alicuius personę aliquatenus procedatis, si etiam dictus electus uellet spontaneè resignare, donec super hoc nostrę receperitis beneplacitum uoluntatis, & si contra prohibitionem nostram, & suam aliquid præsumpseritis attentare, illud decernimus irritum, & inane. Dignum est enim, & consentaneum rationi, ut in eo puniamini, in quo peccastis, si circa premissam electionem inuenti fueritis culpabiles extitisse. Nullis literis obstantibus, si quę apparuerint à sede apo. impetratæ. Quocirca per apostolica uobis scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus contra tenorem mandati apostolici non præsumatis aliqua ratione uenire, uel aliquid etiam attentare.

N. PARISIEN. EPISCOPO. per quam ipsi inquisitio & examen super uita & moribus electi Cameracensis committitur.

EAm de discretione tua fiduciam obtinemus, ut si quando tibi committimus, quę ad honorem diuinum, & utilitatem ecclesiasticam pertinere noscuntur, gratia, & timore postpositis satagas promouere, in hac parte nobis coadiutor existens, qui ex iniunctę seruitutis officio secundum prophetam debemus euellere, & plantare, quę in ecclesia Dei euellenda fuerint, & plantanda. Et cùm non possimus omnia personaliter adimplere, per fratres, & Coepiscopos nostros cogimur supplere defectum, quos apostolica sedes in partę solicitudinis euocauit. Sanè ad audientiam apostolatus nostri multorum relatione peruenit, quòd N. Camerac. electus &c. ut supra ferè usque ad uerbum Impetratæ.

N. ATREBATEN. EPISCOPO. Vt ipse de electi Cameracensis uita & moribus sententiam ferat.

AD audientiam apo. nostri multorũ relatione peruenit, quòd N. Camerace. electus &c. fere ut supra, usque ad uerbum præcipiendo mandamus, quatenus cùm propter uicinitatem locorum, & de forma electionis, & de qualitate ipsius electi dicaris habere notitiam pleniorem, tã de fama publica, quàm etiam de præmissis omnibus per literas tuas nobis intimare studeas ueritatem, ut per relationem tuã, & uenerabilis fratris nostri N. Parisien. Episcopi, cui hoc ipsum commisimus inquirendum sufficienter instructi, securiùs in ipso negocio procedere ualeamus.

N. ABATI, ET CONVENTVI Compedien. Vt iniurias, necessitates q; suas Syluanectensem Episcopo, Apostolicæ sedis legato exponant, & ab eo remedium querant.

PAci, & tranquillitati uestræ paterna uolentes solicitudine prouidere, cùm ad hoc specialiter teneamur, ex eo, quòd uestrum Monasterium ad nos, & Romanã ecclesiam nullo pertinet mediante, ad uestrę oppressionem, & necessitatem ecclesię releuandam, uenerabilem fratrem nostrũ N. Syluanecten. Episcopum in causis uestris, & aliis necessitatibus, pro quibus uobis est ad quos malueritis Episcopos generaliter recurrendum, quemadmodũ in uestris priuilegiis continetur, per literas, quas sup his exequẽdis specialiter ipsi direximus, de benignitate sedis apost nobis duximus deputãd. Vnde cũ pro singulis necessitatibus uestris ad Ro. eccleſiã, & ad nos q̃ specialiùs id exeq deberemus, facilẽ, & sine dispendio non potestis habere recursum, uolumus ut ad eundem Episcopum,

qui in parte nostræ solicitudinis est euocatus, tã pro iniuriis uobis,& ecclesiæ uestræ à malefactoribus quibuslibet irrogatis,& deinceps irrogandis, quàm p christmate,oleo sancto, consecratione basilicarum uestrarum, & clericorum uestrorum ordinatione specialiter accedentes, executionem eorum, quæ præsentaliter per nostrum ministeriũ uobis impendi non possunt,ab eo suscipiatis humiliter,& deuotè.Datum Lateran.II.Calen.Decembris.

N. CANTVARIEN. ARCHIEpiscopo. Vt a constructione & prosecutione Capellæ de Lamech,cesset atque abstineat, unde tot grauissima mala prouenerint.

CVM de iniuncto nobis apostolatus officio locum eius (licet immeriti) teneamus, qui iuxta uerbum propheticũ liberauit pauperem à potente,& inopem cui non erat adiutor, diligenti studio satagere nos oporteret, ne minores à maioribus opprimantur; sed ut prælati sic exerceant acceptam iurisdictionem in subditos, ut prodesse probentur potiùs quàm præesse. Hęc ergò secundum officii nostri debitum attendentes, districta dudum tibi iussione mandauimus, ut in negocio capellæ de Lamech, iuxta formam literis apostolicis comprehensam,ab oppressione monachorum Cantuarien. omninò cessares;super quo uenientes ad præsentiam nostram dilecti filii R. de Boxleia,& Vu. de ponte Roberti Abbates nuncii tui, fraternitatem tuam nitebantur multipliciter excusare. In primis si quidẽ proponentes, quòd cum bonę memoriæ Theob. Cantuarien. Archiepiscopus, & Gloriosus Thomas successor ipsius attendentes quòd nemo militans Deo implicat se negociis sęcularibus, & nolentes monachos Cantuarien. relictis diuinis officijs ad negocia sæcularia se transferre, ad honorem Prothomartyris Stephani ædificandi ecclesiam uoluntatem,& propositũ habuissent,& in ea sæculares clericos ordinandi,de suis prouentibus, & ecclesiis eis redditibus assignandis, per quos tã apud apo. sedem, quàm apud curias sæculares sua possunt negocia expedire. Laudabile primi propositum obitus festinatus,secũdi longum exilium impedinit, sicut in literis ven. fratris nostri I. quondam Lugdunen. Archiepiscopi pleniùs continebatur expressum; quę in nostra, & fratrum nostrorum fuerunt præsentia recitatę. His bonæ memoriæ Bald. Cantuarien. Archiep. ita proposito,vt officio uoluntate, ut dignitate succedens, prope suburbium Ciuitatis Cantuarien. quasi per stadia tria,uel quatuor ad honorem præfati protomartyris, & Beati Thomæ construere cœpit ecclesiam,felicis record. Vrbani Papæ prædecessoris nostri super hoc indulgẽtia primitùs impetrata: Cuius sibi fuit auctoritate concessum,ut in honorem ipsorum martyrum,& ædificare posset ecclesiam,& de personis idoneis ordinare,quibus in ecclesiasticis beneficiis canonicè prouideret;sic tamen quòd ecclesiæ debitis obsequiis, & necessarijs stipendiis minimè fraudaretur. Et licet idem Vrbanus aduersus dictum B. prędecessorem tuum super demolitione operis suas sæpiùs literas destinasset, quia in eis non faciebat de concessa iam indulgentia mentionem;ei dicebant per rescripta frequentia nullatenus derogatum,quæ præterea proponebant,& per falsi suggestionem, & ueritate tacita impetrata,& ad ipsius Archiepisc. notitiam minimè deuenisse, unde si eis non paruerat,de iure non poterat reprehendi. Rescriptum quoque sanctę memorię G. Papæ prædecessoris nostri pro se pariter producebant, qui cum per literas indulserit generales,ut rescripta, quæ à tribus mensibus ante obitum prędicti Vrbani prædecessoris sui fuerant impetrata,eandem firmitatem haberent, non obstante obitu mandatoris, quam obtinere, si tunc uiueret,debuissent negocia, quę ipsum Archiepiscopum, & eius clericos contingebant,sub præmissa noluit generalitate concludi, per quod nimirum rescriptum prædecessoris sui dicebant literis derogatum, quas aduersus Archiepiscopum direxerat ad instantiam monachorum, quibus siquidem literis, & etiam bonę memoriæ Clementis successoris sui, qui eius in hac parte fuerat imitator, per factam tunc temporis amicabilem compositionem de partium

uo-

uoluntate inter Archiepiscopum, & monachos memoratos, per charissimum in Christo filium nostrum R. Anglorum Regem illustrem, & uenerabilem fratrem nostrum Vualterum Rothomagen. Archiepiscopum, & quosdam Episcopos, & Abbates dicebant penitùs derogatum. Cùm enim tempore prefati .B. Cantuarien. Archiepi. præmissi Rex, Archiepi. & Epi. & Abbates Cantuariam accessissent, in eos fuit tam de constructione ipsius ecclesię, quàm institutione prioris, & quibusdam aliis quæstionibus à partibus compromissum. Ipsi autem diligenti deliberatione premissa pariter iudicarunt, quod ipse Archiepiscopus rationabiliter ædificauerit ecclesiam memoratam. Ipse tamē pro bono pacis concessit ad prędicti Regis instantiam, & etiam aliorum, quòd canonicorum collegium ad locum transferret alium, quem eligeret competentem. Per hanc ergò compositionem dicti nuncij tui renunciasse dicebant, monachos rescriptis præcedentibus à sede apostolica impetratis: cum exinde dictus Archiepiscopus loco priore demisso, ubi ædificare nō potuerat, sine scandalo monachorum, ad locum de Lamech per quinquaginta miliaria distantem à ciuitate Cantuariæ suū propositum transtulisset, ubi, & ecclesiam, sicut prius fecerat, ædificare cœpit ad honorem martyrum prędictorum, ut sic propter nimiam locorum distantiam nulla remaneret monachis materia conqueren di. Cui postea tu succedens, quod ab ipso minus factum fuerat perficere uoluisti, & quod ipsum tibi liceret ex rescripto literarum bonæ memoriæ C. Papæ prædecessoris nostri ostendere nitebantur, qui anno pōtificatus sui septimo, & extremo, ad omnem inter ecclesias Cantuarien. & de Lamech discordiam sopiēdam, & ne canonici de Lamech facultatem haberent cōtra cathedralem ecclesiam insurgendi, disponendi de ipsa ecclesia de Lamech interius, & exterius non obstantibus literis ad uenerabilem fratrem nostrum N. Ciceſtren. Episcopum, & dilectum filium N. de Vualthan, & N. de Rading. Abbates obtentis concessit tibi liberam facultatem. Per has ergo literas præcedentia scripta sua, quæ

his uidebantur aduersa, dicebant penitùs reuocata. Intentionem ergò suam probare dicti tui nuncij satagebant per laudabile propositum Theob. & glorioſi Thomæ martyris pontificum premissorum, & per Vrbani, Gregorij, & Cœlestini Rom. pontificum indulgētias, & rescripta, & prędmissam compositionem factā de partium uoluntate. Verū præmissis rationibus ex parte monachorum fuit ex ordine taliter obuiatum, qđ de occultis hominum uoluntatibus, quas sibi tātum dominus reseruauit, qui renes, & corda scrutatur, à nobis iudicari non poterat, nec debebat, nec ipsi uelebāt ad talia respondere, quę proponere in iudicio nihil aliud erat, quàm de secretis cordium diuinare. Sanè per indulgētiā Vrbani Papę prędecessoris nostri (de qua prędmisimus) iuri suo in nullo dicebant penitus derogatum, quia canonica beneficiorum assignatio per eam Cātuariē. Archiepiscopo seruabantur, quę iuxta constitutionem canonicā sine tractatu, & assensu monachorum procedere non uelebat, qui nedum quòd ipsius facto in hac parte cōsenserint, uerùm etiā cōtradixerint expresse, sicut sequētia docuerunt, & adhuc in eodē proposito perseuerant. Eis ergò contradicentibus superioris fuerat iudicium expectandum. Idem etiam ea ratione ostendere nitebantur, quia iuxta sanctiones legitimas, siquando alicui conceditur beneficiū principale, puta libera factio testaměti, nihil uidetur aliud indulgeri, quam ut modo testetur legitimo, & etiam consueto Ille quoque qui ut in loco publico ædificare posset, à principe similiter impetrauit, ædificare cum alterius incommodo non ualebit, nisi & hoc ipsum à principe postulatū fuerit, & concessum. Per sequentes etiam ipsius Vrb. literas executorias, qbus opus ipsum maledictum haberi uoluit, & prophanum, asserebant præscriptæ indulgentiæ derogatum, quæ siue coram eodem Vrbano fuerit ostensa, proponebant eam penitùs abrogatum, cum ea non obstante demolitio ipsius ecclesię fuerit demādata, siue fuerit prætermissa, sibi debuit imputari, cum iure ciuili etiā caueatur, quod sub prętextu instrumentorum postea repertorum lites non debeant restaurari. Idipsū

per

per literas piæ recordationis Clementis Papæ predeceſſoris noſtri probare uolebant: in cuius præſentia nuncijs partium conſtitutis cum dictus B. prędeceſſor tuus opus maledictum, & prophanum noluiſſet cõtumaciter, & pertinaciter conſumare ad exemplũ Vrbani Papę prędeceſſoris ſui p̃fato Archiepiſcopo, de conſilio fratrũ diſtrictè præcepit, ut quicquid fecerat in eccleſia nominata, curaret ſine diminutione qualibet demoliri: q̃ de inſtituendis canonicis, & aliis fuerat perperã attentatũ, in irritũ penitùs reuocato: ubi ſiue omiſſa fuerit præmiſſa indulgentia, uel ęt allegata, eorum non poterat ratione præmiſſa propoſitum impedire. Per ipsã uerò compoſitionẽ, de qua præmiſimus tanquã regio metu uiolenter exortã, partẽ ſuam in nullo grauari poſſe dicebant. Cum enim dictus Clemens Papa prædeceſſor noſter pro ſedanda diſcordia inter Archiepiſcopum, & monachos Cantuarien. exorta, bonæ memoriæ Ionnẽ Anagninũ tũc tẽporis tt ſancti Marci presbyterum Card apoſtolicę ſedis legatũ, poſtea uerò Epiſcopum Pręneſtinũ in Angliam ſpecialiter deſtinaſſet, poſtquã illuc transfretauit factum fuit dicto B. Cãtuariẽ. Archiepiſcopo procuráte, q̃ apud portum Douoriæ contra uoluntatem ſuã per dies plurimos teneretur, q̃ in grauem eccleſiæ Rom. iniuriã redundauit, nec ante permiſſus fuit Cãtuariã proficiſci, quã per dictũ Regẽ Anglorum, qui eodẽ tẽpore cũ Epiſcopis ſuis Cantuariam uenerat in pacis, quam fecerunt cum Archiepiſcopo monachi uim paſſi fuerunt, & compulſi ſunt omnia ſuſtinere, q̃ ideo cum prope audiſſet poſitus, & poſtea pręſens apud Cantuariam cognouiſſet, ſcripto mandare curauit, ut rei ueritas omnibus innoteſceret, & q̃ factum fuerat, non generaret præiudicium iuſtitię monachorũ. Et ſi Archiepiſcopus ipſe, uel aliquis de ſucceſſoribus eius, ſcripturã ſuper formã pacis quãdoq; proferret, ſciretur ab omnibus eam fratribus iã dictę eccleſię, nec cõſentiẽtibus nec ſcientibus fuiſſe confectã. nec ſibi exhibitã poſtulanti, qui ad cauſam fuerat à ſummo pontifice deſtinatus. Vnde uel rem geſtam confirmare debuerat ſi iuſtitiæ concordaret, uel ſi aliter facta fuerat infirmare. Sic ergò cognoſcẽs interceſſiſſe, illi facto uiolentiã manifeſtã, auctoritate, qua fungebaꝫ apoſtolica ſtatuit, quòd nec concordia ſic facta ualeret, neq; compromiſſio uiolẽter extorta, neq; ſcriptum aliq̃ ſic conceptũ, & quòd ipſis monachis in poſterum prędiciũ nõ afferret, cum omnia eo præſente, ac contradicẽte fuerint adimpleta, ſicut in ſuis literis patentibus continetur, quas coram nobis fecimus recitari. Poſt hæc cum bonæ memoriæ Cœleſtinus Papa prædeceſſor noſter omnia, quę per memoratum B. Archiepiſcopum circa monachos ui uel metu acta fuerãt, auctoritate apoſtolica in irritũ reuocaret, nominatim ea, quæ legato. Rom. eccleſiæ preſente, & contradicẽte contra mãdatum ſedis apoſtolicæ facta p̃ ponebantur, ſicut in authentico eiuſdem legati, P. uidelicet Anagnini quõdã presb. Card ob cauſam ipſam in Angliã deſtinati, cõtinebatur expreſſa, uiribus carere decreuit: & quæcunq; contra ius monachorũ, uel tenorem priuilegiorum apoſt. ſedis idem Archiepiſcopus impetrarat. Inſuper ſtatuens, ut nullus hominum quæ male geſſerat, ad conſequentiam traheret: nec ea, quæ à ſede apoſtolica obtinuerat tacita ueritate iuri monachorũ, uel priuilegiis ullo unquam tempore in aliquo prędiudicium generarent, quemadmodũ nobis, & fratribus noſtris ex ipſarum conſtitit continentia literarũ. Ex ipſa quoq; maiore loci diſtãtia ſibi aſſerebant monachi maius prędiciũ generatũ, quia cum in eorũ defectu ſicut à tuis nunciis dicebatur, ſæculares clerici fuerint euocati uix poſſent p̃ eos uicinos Cãtuariẽ. eccleſiæ negocia monachis abſẽtibus, procurari, quę ipſis procul poſitis, & captata eorũ abſentia ſine monachorũ conſcientia tractarentur, & eis penitùs inconſultis: unde Cãtuarien eccleſia diſpẽdium incurreret, & iacturam. Sic ergo per hoc nihil eis acceſſit, eadem contradictionis cauſa manente. Vltimum quoque reſcriptum dicti Cœleſtini Papę prædeceſſoris noſtri carere uiribus aſſerebant, utpote per ſuppreſſionem ueritatis ſurreptum: quoniam in eo nulla fiebat mentio mandatorum, quæ ab Vrbano Papa, & Clemente proceſſerant: nec etiam confirmationis illius, quam ipſemet ſuper caſſatio-

&

nē compositionis prędictæ concesisse, & præsertim cum rescriptū illud indulsisse, dicatur eo tempore, quo eum infirmitas admodum prægrauabat. Ad fundandam sane intentionem suam, prædictorum Vrbani, Clemētis, & Cœlestini Rom. pontifi cum rescripta, nec non & nostrum post illa iisdē monachi producebant, quibus urgentissime mandabatur, ut quicquid de præfata capella fuerat attentatum, haberetur irritum, & inane. Cùm autem quæ præmisimus, & similia in nostra fratrumque nostrorū presentia prudēter essent à nunciis allegata, nos, qui tēpus accepimus iustitiā iudicādi, uolētes illius uestigiis inhærere, apud quē non est acceptio pſonarum, cuius locū, (licet indigni) tenemus in terris, & ita uia regia prudenter incedere, ut nō declinemus ad dextrā, uel sinistrā, prædecessores quoq; nostros Vrbanū, Clemētē, & etiā Cœlestinū credētes amplius imitandos, in illius maximè, quæ deliberatione prędicta statuerunt, de communi cōsilio fratrū nostrorū fraternitati tuę per apost. scripta mādamus, & in uirtute obediētiæ districtè præcipimus, quat. omni cōtradictione, & exculatione, & appellatiione cessantibus infra triginta dies post receptionē præsentium quicquid ædificatum est in eccl. memorata, expēsis tuis facias penitùs demoliri, eo nō obstāte si etiā absens exiteris, cū cautū sit etiā, legitima sanctione ut si is, cui fuerat opus nouū nūciatū ante remissionē ædificauerit, deinde agere cœperit ius sibi esse ita ædificatū debere, sibi debeat actio denegari; reducēs prorsus in irritū quicquid de instituēdis ibidē canonicis, & aliis ad ipsam ecclesiā ptinētibus, à te, uel à pdecessores tuo cognoscit ordinatū, eorū redditibus ad statū pristinū reuocatis, quos ab obligatione pstiti iuramenti, p eo q; ibidē instituti fuerūt, auctoritate nostra p te denunciari præcipimus absolutos. Cū enim amodo nō teneat principale, quicquid ex eo, uel ob id secutū ē, subpræmissa districtione decernimus irritādū sicut sancitū est traditione canonica, & ciuili. Clericos præterea, qui in capella ipsa post inhibitiones apostolicas diuina officia celebrarūt, sicut nos p alia scripta nostra mādauimus, tādiu habeas pro suspensis, quousq; sup hoc satisfecerint cōperenter, & uniuersa, quæ in prædictorū monachorum sunt attentata grauamen, exeniorum uidelicet, & ecclesiarum, & aliorum inuasione, quę ante appellationem habuerant, non differas dictis monachis resignare, ac de cætero circa statum monasterii cōtra pphibitionē nostrā huius occasione negocii nō psumas aliqd innouare. Si uerō (q̄ nō credimus) pceptū nostrū, sicut pmissū est, uel cōtēpseris, uel distuleris adimplere, à pōtificali officio ex tūc noueris te suspensum, & p cōtemptu mādati apost. ad nostrā uenire, te uolumus præsentiā responsurum. Venerabilibus quoq; fratrib. nostris Cātuarien. ecclesię suffraganeis de cōsilio fratrū nostrorū in uirtute obediētię districtè pręcipiēdo mandamus, quatenus nisi tu infra præmissum tempus mādatū nostrū duxeris ad effectum, ipsi nullā tibi impendant obedientiam, uel reuerentiā quia iustum est, quòd ei nō obediatur à subditis, qui suo cōtēnit obedire prælato. Quod si forte nec sic te poterimus ad bonū reuocare, pp q̄ malum nunquam cōmittitur, bonum autē debet sæpius intermitti, maiorē tibi animaduersionē noueris imminere, cū ferro sint abscindēda uulnera, quæ fomentorum nō sentiunt medicinā. Sane sup prędictis, in quibus salua cōsciētia nō poteramus alio modo procedere, fraternitatē tuā rogamus nullatenus cōtristari; quia (teste Deo) nō ex indignatione aliqua processerunt, sed quia cum simus (licet insufficientes) in sede iustitiæ cōstituti, unde iura sua seruare tenemur singulis illibata, fraternitati tuæ, quā syncerius amplexamur, cū te inter fratres, & Coep. nostros honorabile mēbrū, & in domo domini colūnā imobilē habeamus, nō potuimus sine grauari offēsa creatoris deferre, nec nobis in hac parte potes aliq̄d impetrare, cū secūdū traditionē canonica q̄dō nō nisi peccādo alicui cōsuli pōt, tūc ęstimare debet homo, qd faciat nō habere. In ipsis ēt legibus sęcularibus inuenit, ut quę facta ledūt pietatē ęstimationē, uerecūdiā nostrā, & generaliter quæ bonis moribus aduersant, nec posse nos facere sit credendum. Super eo quoque non sufficimus admirari, quòd cum dicta ecclesia iādudū

quasi

quasi lapis offensionis fuerit,& petra scandali,pro qua nos, & prædecessores nostri aduersus te,tuosque prędecessores,ita graiter sumus moti,& uiri religiosi, pariter & prudentes monachi Cantuarien. qui omnia dimiserunt pro Christo tot laboribus,& doloribus, tot mortibus,& periculis personas, & res non dubitauerunt frequenter exponere: quod proculdubio tam illi,quàm isti(ut dictum est) non fecissent,nisi cognoscerent præmissa respicere in graue Cantuarien. Ecclesiæ detrimentum. Vt de alijs omittamus,tu saltem pro uitando tam graui scandalo proximorum,ab huiusmodi etiam tibi prohibitis non cessasti: cum sacræ scripturæ testimonio debueris didicisse, quòd licet operailla,quæ sine mortali peccato dimitti non possunt,non sint pro uitando scandalo dimittenda; nec ea debeant pro uitando scandalo committi, quæ sine mortali peccato committi non possunt: ab his tamen, quæ committi possunt, sine mortali peccato pariter & dimitti,sit pro scandalo tollendo cessandum;& eis etiam pro uitando scandalo insistendum: unde Apostolus dicit: Si scandalizaretur frater, carnem non comederem in æternũ. Et Dominus in Euangelio contra eos qui scandali præsentant materiam: Væ (inquit)homini illi,per quem scandalum uenit:meliùs est ei, ut suspendatur mola asinaria ad collum eius, & demergatur in profundum. Et licet maiorum scandalum sit uitandum, præcipuè tamen uitandũ est scandalum pusillorum iuxta testimonium ueritatis:Qui scandalizauerit(inquit)unũ de pusillis istis minimis, qui in me credũt &c. Finis ergò his,quæ præmissa sunt à te de cætero taliter imponatur, quod præteritæ contradictionis rebellio per uirtutẽ sequentis obedientię ualeat non immeritò expiari. Datum Later. IX. Cal. Decẽb.

CANTVARIEN. ECCLESIAE Suffraganeis. Ne Archiepiscopo suo obtemperent, qui summo Pontifici obedire contemnit.

CVM ex iniuncto nobis Apostolatus officio &c fere in eundem modum vsque ad uerbum Innouare &c. Sanè super præmissis &c fere in eundem modũ usque ad uerbum non immerito expiari, ut supra. Si uero (quod non credimus) &c usque ad uerbum Respondurum. Quo circa uniuersitati uestræ de consilio fratrum nostrorum iu uirtute obedientiæ districtè præcipimus, quatenus nisi sæpe dictus Archiepiscopus infra præmissum tempus mandatum nostrum duxerit ad effectum, uos ei nullam obedientiam,uel reuerentiam impendatis quia iustum est, ut ei non obediatur a subditis, qui suo contemnit obedire prælato: pro certo scituri,quòd si præcepto apostolico in hac parte præsumpseritis obuiare, nos auctore Deo,inobedientiæ uestræ curabimus animaduersione debita respondere. Quod si forte nec sic eundem Archiepiscopum poterimus ad bonum obedientię reuocare &c usque ad uerbum Medicinam. Dat. ut supra.

N. LINCOLNIEN. N. HELIEN. Episcopis, & Abbati Sancti Edmundi. Vt ablata ab Archiepiscopo Cantuariensi monachis restituant cum fructibus perceptis.

INTER alia, quę uenerabilis frater noster Cantuarien. Archiepiscopus super negocio capellę de Lamech de fratrũ consilio felicis recordationis Vrbani, Clementis, & Cœlestini prędecessorum nostrorum Romanorum Pontificum uestigiis inherentes, per apostolica scripta mandamus, & illud specialiter continetur, quòd ecclesias monachorum cum fructibus medio tempore perceptis, exeniis, & alijs iniustè ablatis, infra triginta dies, post receptionem literarum nostrarum, etiam si absens ab ecclesia sua fuerit, eis restituere non moretur. Volentes autem ut mandatum apostolicæ sedis debitam obtineat firmitatem, nec alicuius negligentia retardetur, discretioni uestrę per apostolica scripta districtè præcipimus, quatenus nisi dictus Archiepiscopus, infra præfixum sibi tempus curauerit quod mandauimus adimplere, uos omni contradictione, delatione

delatione, & appellatione cessantibus ecclesias ipsas cum præceptis fructibus dictis Monachis restituere non tardetis; detentores ipsarum si uobis in hac parte, immo nobis ipsis præsumpserint obuiare, pœna suspensionis, & excommunicationis etiam si opus fuerit percellentes; prouisuri ut Deum habentes præ oculis sine personarum acceptione mandatum apostolicum taliter exequamini, quòd deuotionem uestram & nos commendare possimus, & Deus debeat acceptare. Quod si omnes his exequendis nequiueritis interesse, duo uestrum ea nihilominus exequantur. Datum Lateran. XI. cal. Decembris.

RIC. ILLVSRI REGI ANGLORUM: *Ne Rex iſtam reſtitutionem monachorum impediat.*

INnter alia, quæ nos hortantur celsitudinis regię titulis congaudere, illud tanquam memoriale quia personam tuã syncera charitate diligimus, multa gratiarum actione prosequimur, quòd iamdudum nos regiis apicibus rogauisti, ut pro nullo deberemus in his, quæ agimus à iustitię tramite deuiare, nec illud fuit in eisdem literis prętermissum, unde circunspectionem regiam dignis laudibus commendamus, ut si forte à nobis interdum aliquid postularet, quòd esset obuium rationi, nolebat aliquatenus exaudiri. Nos ergò præter officii nostri debitum, ex quo cum (licet indigni) tempus acceperimus iustitiam iudicandi, uniuersis & singulis in iure suo existimus debitores, regiæ prudentiæ salutaribus exhortationibus inuitati, & uolentes regia uia prudenter incedere, nec declinare ad dexteram, uel sinistram, nuper in præsentia nostra nunciis uenerabilis fratris nostri Archiepiscopi, & dilectis filiis N. & N. monachis Cantuarien. constitutis in facto capellę de Lamech, de communi consilio fratrum nostrorum processimus, sicut nobis fuit diuinitùs reuelatum, & literæ, quas eidem Archiepiscopo, & uenerabilibus fratribus nostris Cantuarien. Ecclesię suffraganeis destinamus, continent euidenter. Vt autem mandatum nostrum, quod de pura conscientia (Deo teste) processit, liberius ualeat adimpleri, serenitatem regiã prece qua possumus, & affectione roganus quatenus his, quæ à nobis facta sunt, benigniùs annuendo non sit impedimento, quo minus debeant iuxta rescripti nostri seriem effectui mancipari, quin potiùs siquis se (quod uix credimus) ducet opponendum, eius audacia quęsumus potestate tibi tradita reprimatur, ut mandata sedis apostolicę debitam obtineant firmitatem. Alioquin quantumcunque magnificentiam tuam in domino diligamus, & sibi uelimus quantum cum Deo possumus, honestè deferre, contemptum apostolicę sedis, & nostrum non poterimus æquanimiter sustinere, sed eos, qui se opponere nostris in hac parte iussionibus attentabunt, pœna magistra docere curabimus, quàm durum sit contra stimulum calcitrare. Prouideat igitur regia celsitudo, quòd ita preces apostolicas in hac parte diligenter exaudiat, sicut petitiones suas apud sedem apostolicam cupit etiam in maioribus exaudiri, procurans attentiùs, ut præfatos monachos, quos sub protectione nostra suscipimus, ne minores à maioribus opprimantur, dextera suæ potentiæ protegat, & defendat, ut apud eum æternæ retributionis præmia consequatur, qui iuxta Prophetiæ testimonium, liberauit pauperem à potente, & inopem, cui non erat adiutor. Datum Lateran. XII. Cal. Decembris.

N. PRIORI, ET CONVENTVI *Cantuarien. qua illos ob acceptas iniurias conſolatur, ſuumque auxilium offert, & precibus ipſorum ſeſe commendat.*

Nisi

NIsi uiri prudentes essetis, & sacrarũ haberetis scientiam scripturarum, pro tribulationibus, quæ inuenerunt uos, minùs egeretis forsitan consolationibus aliorum, scilicet imitatores Apostolorum effecti, ut relictis omnibus liberiùs sequi possitis Christum pauperem, & egenum; amissionem temporalium, quę debetis cum Apostolo reputare tanquam stercora, ut Christum lucrifacere ualeatis, excipere cum gaudio uos oportet, nec pro ea, sicut cæteri hominum contristari; ne per innodatum dolorem, postquam manum misistis ad fortia, retroaspicere comprobemini; & manna Aegypti contempto ad pepones, & allia, ollas carnium aspirare. Cùm itaque non sint condignę passiones huius temporis ad futuram gloriam, quę reuelabitur in nobis, monemus uniuersitatem uestram, & exhortamur in domino, quatenus ad memoriam reuocantes, quòd tribulatio patientiam operatur, patientia uero spem, spes autem (secundum Apostolum) non confundit, ex hoc ipso gratias agatis altissimo, quòd dilli, de quibus indubitatam fiduciam habebatis, retribuentes mala pro bonis, uobis non cessant detrahere, quia sequimini bonitatem; & quantò mũdus, qui uos odit, quia de mundo non estis, alioquin quod suum esset diligeret, persecutiones uobis excitat grauiores, tantò ampliùs patri luminum, à quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum, in gratiarum actionibus assurgatis, qui uobis dedit patientiam in aduersis. Despecta est enim confessio, quam facit prosperitas, teste scripturarum, quę dicit. Confitebitur tibi cùm beneficeris ei, sed illa magni momenti debet existere, quam non admittit uis doloris, eius exemplo, qui ait. Si bona suscepimus de manu domini, mala quare non sustineamus? Sicut domino placuit, ita factum est, sit nomẽ domini benedictum. Nos autem quia locum eius (licet indigni) tenemus, qui iuxta Propheticum testimonium liberauit pauperem a potente, & inopem, cui non erat adiutor, affectu paterno uestris doloribus condolentes, non attendimus contra uos multũm potentis, sed ut oppressionibus uestris finis debitus imponatur, spe sola retributionis æternæ Petri gladium exeruimus ad iustitiam faciendam, discretionem uestram rogantes attentiùs, & obsecrantes in domino, quatenus hanc nobis retribuatis mercedem, ut apud misericordissimum iudicem pro peccatis nostris preces, & lachrymas effundatis, puras ad eum manus sine disceptatione leuantes, ut iniunctum nobis apostolatus officium ad laudem, & gloriam nominis sui, ad honorẽ, & protectum ecclesiæ, & redemptionem, & salutem animæ nostrę concedat, & faciat adimplere. Dat. Lateran. XII. Cal. Decembris.

A. ILLVSTRI REGI, ET A. Reginæ Hierosolimitan. Quæ regnum Hierosolymitanum ipsis attribuit: & sub protectionem Apostolicam recipit.

CVm terra Sancta, in qua pedes Christi steterunt, & salutem nostrã Deus rex ante sęcula dignatus est operari, sub protectione semper debeat sedis apostolicę permanere, quæ domino disponente mater esse meruit generalis, licet omnibus ad uindicãdam iniuriam Iesu Christi, & ipsius terræ succursu accedentibus munimen protectionis apostolicæ largiamur, uobis tamen, qui terræ illi temporaliter præesse noscimini, tantò libentiùs fauorem, & gratiam apostolicam impertimur, quantò patrocinio, & auxilio nostro amplius indigetis, & tam regnum uestrum, quàm uos habemus inter alios mundi Principes charissimos. Ea propter charissimi in Christo filij uestris iustis petitionibus gratum concedimus assen per sonas uestras, regnum Hierosolymitan & cætera omnia, quæ nũc rationabiliter possidetis, uel in antea iustis modis præstante domino poteritis adipisci, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti pagina communimus. Decernimus ergò &c. Datum Lateran. IIII. nonas Decembris.

N.

N. COMITI TRIPOLITAN. vt regi Cypri contra Saracenos decertanti, in conseruando, & gubernando isto regno auxilio sit.

IN afflictione terræ sanctæ, quam dominus precioso sanguine comparauit, nos uehementer affligimur, & dolor noster quotidie innouatur, donec eam pristinæ restitutam cognouerimus libertati. Sane licet instantia nostra quotidiana sit omnium ecclesiarum solicitudo continua, præcipuum tamen ad liberationem dominici sepulchri nos, & fratres nostri solicitudinis studium exercemus, ad subuentionem ipsius cunctos assiduis exhortationibus inuitantes. Nuper autem cum literis plurium de partibus transmarinis sedi fuisset apostolicæ nunciatum, quòd charissimum in Christo filium nostrum A. illustrem regem Cypri, tu, & alij unanimiter elegeratis in regem, per quem transmarinæ terræ tam ex districtione personæ, quàm affluentia rerum creditis posse salubrius prouideri, à quo bonum omne procedit, humiliter exoratiuimus, ut regem ipsum de inimicis Christiani nominis faciat triumphare. Cum igitur prædictus rex, sicut etiam in literis nobis transmissis perspicitur contineri, quietem regni Cypri dimiserit, & pro Christi nomine labores subierit transmarinos, & tibi, & alijs omnibus summa sit solicitudine satagendum, ut regnum Cypri non debeat aliqua tempestate turbari, sed tranquillitate gaudere, cum de regno illo Hierosolymitan. regno ut proponitur multa subuentionis commoda ministrentur, nobilitatem tuam rogamus, monemus, ac per apostolica scripta mandamus, quatenus præscripto regi, siquando necesse habuerit, ad defensionem regni Cypri, lic libenter, & efficaciter, quantum salua defensione terræ sanctæ potueris auxilium tuum impendas, quod idem rex gratum meritò habere debeat, & acceptum, & tu tanquam Catholicus Princeps ad ea, quę terræ Hierosolymitanæ commodum respiciunt, & augmentum, uidearis solicitus, & attentus. Dat. ut supra.

In eudem modum nobili uiro N. Principi Antiochen.

In eundem fere modum N. magistro, & fratribus militiæ templi.

In eundem fere modum N. magistro, & fratribus hospitalis Hierosol.

VNIVERSIS HABITATORIbus Hierosolymitanæ Prouinciæ. Vt hi quibus uotum adeundi Hierosolymam admittur, aliquam pecuniam ad bellum sacrum nihilominus dare teneantur.

LICET quisque teneatur domino uotum reddere, quod emittit, uouentis tamen est attendendus affectus potius quàm effectus: cum ab executione uoti necessitate retrahitur, quod deuote disposuerat adimplere. Cùm enim ad uindicandam iniuriam Iesu Christi, & terræ sanctæ succurrimus, uniuersos assiduis exhortationibus inuitemus, & illuc accedentibus de Dei consilij misericordia omnium peccatorum suorum ueniam, & uitam promittamus æternam, nullatenus reputamus indignum, si habitatoribus ipsius, qui uouent Sanctorum limina uisitare, de benignitate sedis apostolicæ in terra ipsa, quæ peccatis exigentibus, & rerum penuria premitur, & assiduis indiget defensoribus, damus licentiam remanendi, ne (quod absit) dum personis terra ipsa minuitur, & expensis etiam uacuatur, contra Christianos prævaleant Philistei, & diu detineant Sanctuarium domini, quòd cœperunt. Quia igitur uotum cum requirit necessitas, potest, & debet in pietatis opus aliud commutari, uniuersitati uestræ auctoritate præsentium duximus indulgendum, ut si qui uestrum uouerint Sanctorum limina uisitare, de auctoritate sedis apostolicæ à uoti executione taliter se nouerint absolutos, ut expensas, quas facturi erant in uia de religiosorum uirorum consilio pro reædificatione murorum, & stipendiis militum sine diminutione qualibet largiantur, & pro labore itineris dignum aliquid domino recompensent. Datum ut supra.

In eundem modum uniuersis habitatoribus Antiochen prouinciæ.

N. Epis-

N. EPISCOPO ACONEN. NE *Canonicorum numerus augeatur vltra facultates.*

LICET ad ampliandum diuini nominis cultum in singulis ecclesiis teneamur pastoralem solicitudinem adhibere, illum tamen modum in his sequi nos conuenit, & seruare, ne minoratis ecclesiarum facultatibus, & multiplicatis expensis, ministrorum in eis numerus augeatur. Ea propter uenerabilis in Christo frater, tuis precibus annuentes, auctoritate presentium fortiùs inhibemus, ne Aconen. ecclesia priusquam integritati, quam ante prouinciæ orientalis occupationem habuerat, fuerit restituta, per quē quam maiori fratrum numerositate grauetur, quam tempore suę felicitatis habebat. Nulli ergò omninò, &c. nostræ inhibitionis, &c. Datum ut supra.

SANCIO ILLVSTRI REGI *Portugalen. qua significat singularem erga id regnum uoluntatem, et sub protectionem Apostolicam sese hoc recipere declarat.*

IN eminenti sedis apostolicę specula disponente domino, constituti, sic nos conuenit ad uniuersos, & singulos aciem nostræ considerationis extendere, ut propinqui, & longè positi non remanant apostolicæ benignitatis expertes, qui ab eo protegi cum deuotione requirunt. Cùm enim Rom. ecclesia te quadam dilectionis prærogatiua inter alios mundi principes amplexetur, & tu, & prædecessores tui ei semper fideles extiteris, & deuoti, petitionibus tuis quoties offeruntur nobis, quantum cum Deo possumus tantò libentiùs fauorem apostolicum impertimur, quanto & personam tuam, & regnum tibi commissum, vtpote quod est Rom. ecclesię cēsuale, syncerioricharitate diligimus. Ea propter charissime in Christo fili tuis iustis precibus grat. com assen. personam tuam, & regnum Portugalen. cum omnibus quæ in presentiarum rationabiliter possides, aut in futurum iustis modis præstante domino poteris adipisci, sub Beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presenti scripti pagina communimus. Decernimus ergò ut nulli omnino, &c. Datum ut supra.

N. DECANO, ET CAPITVLO *Abrincen. vt lite & appellatione pendente attentata reuocentur.*

ACcedens ad apostolicam sedem dilectus filius N. de Aquila mag. scholarum Abrincen. sua nobis insinuatione monstrauit, quòd cum olim coram uobis nostram audientiam appellasset, ne ad alicuius electionem personę nobis procederetis aliquatenus inconsultis, uel quia nihil certum statutum erat à nobis super translatione magistri Vu. Abrincen. electi, uel quia uos metu secularium in præiudicium libertatis ecclesiasticæ timebat aliquid attentare, aliasque causas rationabiles assignasset, appellatione ipsa in presentia uenerabilis fratri nostri N. Archiepiscopi, & dilectorum filiorum capituli Rothomagen. in scriptis, & per nuncios postea innouata, eum illuc accedere in persona propria non auderet, uos Vu. Tollermen. clericum N. Senescalci Normannię infra sacros ordines tūc tēporis, sicut dicitur constitutum in fraudem ordinari fecistis, & in Octauis Sāctę Crucis elegistis ipsum, postquā dictus magister N. iter arripuit ad nos ueniendi, licet cōtra ipsum Vu. coram te fili Decane, & quibusdā aliis ē ipso capit. à dicto magistro fuerit specialiter appellatū, quia, & prorsus illiteratus erat, & propter alia multa minus idoneus pōtificali officio uidebatur, & in eadē ecclesia per intrusionem eligi laborabat. Cum aut appellatione rationabiliter interposita, secundū constitutiones canonicas nihil sit innouandū, nos apostolicæ sedis contēptū, & nostrum nolentes, sicut nec debemus surdis auribus ptrāsire, uniuersitati uestrę per apostolica scripta mādamus, atq; præcipimus, quatenus aliquos ex uobis usque ad dominicam, qua cantatur Lętare Hierusalem proximę uenturā remoto appellationis obstaculo ad nostram,

stram præsentiam transmittatis, de præmissis excessibus responsuros: attentiùs prouisuri, ne circa præmissum factũ procedere præsumatis, donec de his, q̃ præmissimus cognoscentes, de nostro beneplacito vos curauerimus reddere certiores. Datũ Lateran. VII. idus Decẽbris.

N. ROTHOMAGEN. ARCHIEPISCOPO. *Eiusdem ferè argumenti.*

ACcedẽs, &c. vsque ad verbum Innouãdũ. Fraternitati tuæ de qua plenam fiduciam obtinemus, per apostolica scripta mãdamus, atque præcipimus, quatenus circa præmissum negocium ad cõfirmationem cuiusquam, vel consecrationem appellatione remota procedere non attẽtes, donec à nobis deliberatum fuerit, quid si de his, quæ præmisimus faciẽdũ: cum sine contemptu apostolicæ sedis, & nostro cõtrarium fieri non valeret, nec nobis iniurias velimus à nostris fratribus, & Coepiscopis irrogari, quin iura eorum seruare cupimus illibata. Datũ Lateran. nonis Decembris.

N. VPSALEN. EPISCOPO. *De illegitimis non ordinandis, nec ad dignitates eligendis.*

AD nostram noueris audientiã peruenisse, quod cùm quàm plurimi Suetiæ clerici nõ sint de legitimo thoro susceptí, qui ob suæ generationis erubescentiam altioris gradus Culmen appetere nulla præsumptione deberent, contra constitutionem in Lateran. concilio prouida deliberatione innouatam, venire nullatenus metuentes. Episcopatuum dignitates inuerecundè nimium obtinere cõtendunt cum id fieri districtiùs in concilio ipso vetetur: & quãuis aduersus huiusmodi pſumptores (sicut accepimus) venerabilis frater noster N. Archiepis. Lunden. sæpe comminationes intenderit, & arctiùs inhibuerit, ne tale quid prẽsumeretur vlterius, nihilominus prẽsumũt agere pernicioſius quod vetatur. Nuper etiam (sicut nostris est auribus suggestum) cum tres clerici de legitimo matrimonio non susceptí, in tribus ecclesiis cathedralibus aduersus ea, quæ superiùs annotauimus, electi fuissent, bonæ memoriæ N. prædecessori tuo, cuius erant ecclesiæ illæ iurisdictioni subiectæ, districtiùs vetuit, ne illorum electionem ratam haberet, vel eis consecrationis munus impendere attentaret. Verum ille constitutioni prædictæ, inhibitioni eiusdem Archiepisc. obuiare metuens, duos eorum in episcopos consecrauit: quod præfatus Archiepis. nolens relinquere impunitum, Episcopos illos ab officio iniquè recepto, & cõsecrationem tertii à complemento suspendit. Quia vero illius terræ homines sunt adhuc rudes i fide, ac inter eos pro huiusmodi clericorum excessibus antiqui hostis inuidia stimulante, scandalũ non modicum (sicut dicitur) est exortum, discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus inquiras super præmissis omnibus veritatem: & si rem noueris ita esse, Episcopos illos à pontificali officio sine appellationis, & contradictionis obstaculo seruato iuris ordine, nostra fretus auctoritate deponas, & electionem tertii decernas irritam, & inanem: ex parte tua, & nostra districtiùs inhibens, ne aliqui personas huiusmodi in pontifices præsumant aliquatenus nominare. Quod si fortè præsumpserint, tam electores, quàm eos qui electionem præsumptuosè susceperint, ab officiis, & beneficiis sine qualibet dilatione suspẽdas, & si restiterint contumaciter, ab eis reddas penitùs alienos. Si vero mandatum non duxeris effectui mancipandum, noueris nos prædicto Archiepiscopo dedisse firmiter in mandatis, vt te in prædictorum executione cessante, ipse auctoritate nostra quod mandamus, exequi sublato appellationis obstaculo, non omittat. Datum Lateran. nonis Decembris.

Scriptum est super hoc Lunden. Archiepiscopo.

N. EPISCOPO PETRAGORICEN. *Qua datur illi potestas visitandi, cœnobia & ecclesias constituendi, corrigendi abusus &c.*

GVM nobis (licet immeritis) in specula sedis ap. constitutis omnium ecclesiarũ sit generalis cura commissa, nos attentè conuenit, ac solicitè prouidere: vt per studium nostræ solicitudinis in statu debito valeat conseruari. Et quoniam vbique præsentia corporali adesse non possumus per fratres, & Coepiscopos nostros, qui sunt in partem solicitudinis euocati, ad rectum ordinem reduci volumus, quæ in eis inordinate fuerint attentata, & in statum congruum reformari: vt personæ constitutæ in eis ad ecclesiastica obsequia prosequenda iuxta doctrinam canonicam diuinæ seruitutis cultibus vigilanter intendant, & cunctis recto progredientibus ordine dominus, & propitiator noster dignè in ministrorũ suorum operibus collaudetur. Nos igitur venerabilis in Christo frater tuis iustis precibus, gra. con. assi. vt in ecclesia Sancti Stephani; in qua pontificalis administrationis officium assumpsisti, & in ecclesia Beati Frontonis, in qua curam geris Abbatis super correctione ordinis, & aliis ecclesiasticis constitutionibus cum maiori parte capituli, prout ipsis ecclesiis expedierit, valeas ordinare, seu statuere quod fuerit statuẽdum, & corrigere corrigenda, liberam tibi sublato appellationis obstaculo auctoritate apostolica tribuim⁹ facultatẽ, nisi a paucioribus, iuxta constituta Latera. cõcilii rõnabile aliquid obiectum fuerit & ostẽsum. Nulli ergo &c. Dat. vt sup.

pellis monachorũ.

EIDEM VT VAGI MONACHI *in cœnobia retrudantur.*

Similis fere decretalis Honorij 3. extat in ca. vlt. ex tra, de ca

AD audiẽtiam apostolatus nostri peruenit, quòd quidã monachi, & canonici regulares singuli per cellas singulas cõtra Lateran. interdictum con. per tuam diœcesim in ecclesiæ scandalum demorantur. Super quo prudentiæ tuæ auctoritate præsentium indulgemus, vt tales nullius cõtradictionis, vel appellationis obstaculo auctoritate nostra cõpellẽdi liberã habeas potestatẽ: vt ad claustrum suũ redeant, vel tres aut duos ad minus de fratribus suis assumant secũ, sicut in eodẽ cõcilio institutũ esse dignoscitur, permansuros. Super eo verò, quod præterea postulasti, vt cùm sæpi⁹ inter quoslibet sub examine tuo cõtrouersia suscitata pro parte altera senes, aut valetudinarii producantur, & timeatur, ne deficientibus illis, partis illius debeat iustitia deperire, tibi hmõi admittere liceat: fraternitati tuæ nihilominus duxim⁹ cõcedendũ, vt tales, siue partes psentes fuerint, vel altera forte contumaciter absens, sicut iuris rõ postulat, cõtradictione, & appellatione cessante ad perhibẽdum testimoniũ veritati recipias, & admittas. Datum Lateran. VI. id. Decẽb.

N. TVRONEN. ARCHIEPISCOPO *quod Episcopos ad aliam ecclesiam transferre nemini, præter Ro. Pontificem liceat.*

Similiter huic vide Innocentij ci. situtio. extra de translatione Episcop.

CVM fortius sit spirituale vinculũ, q̃ carnale, dubitari nõ dẽt quin omni potens Deus spirituale coniugiũ, quod est inter Episcopũ, & ecclesiam, suo tantũ iudicio reseruauerit dissoluendũ: qui dissolutionẽ carnalis coniugii, quod est inter virũ, & fœminã suo tantũ iudicio reseruauit præcipiens, vt quos Deus cõiunxit, homo non separet. Non enim humana, sed diuina potius potestate coniugiũ spirituale dissoluitur: cũ per trãslationẽ, vel depositionẽ, aut etiã cessionẽ auctoritate Rom. pontificis, quẽ constat esse Vicariũ Iesu Christi, Episcopus ab ecclesia remouetur. Et ideo tria hæc, q̃ præmisimus, nõ tã constitutione canonica, q̃ institutione diuina soli sunt Romano põtifici reseruata. Sicut aũt Episcop⁹ cõsecratus sine licentia Rom. pontificis suã nõ dẽt ecclesiã derelinquere, sic electus confirmatus præter eius assensum suã deserere nequit ecclesiã, cui est matrimonialiter alligatus: cùm nõ debeat in dubiũ reuocari, quin post electionẽ, & cõfirmationẽ canonicãiter personas eligen-

eligentium, & electi coniugium fit speciale contractum. Quia licet inueniatur in canone, qđ si electus vltra quinq; mẽses per suam negligentiam retinuerit vidua tam ecclesiã, nec ibi, nec alibi consecrationis donum percipiat, non tamen intelligitur ecclesia viduata, quasi sponsum nõ habeat: sed quia cũ sponsus eius nondũ sit cõsecratus, adhuc quoad quędam quasi viri manet solatio destituta. Nos ergo, qui sacra docente scriptura monemur, ne nostrũ alii demus honorẽ, qm̃ apostolatui nostro multis referentibus innotuerat, quod tu magistrũ Vu. de Chimeleio, qui electus fuerat in Abrincen. Episcopũ, & per metropolitanũ suũ postea cõfirmatus diutius, tã in spiritualibus, quàm in temporalibus ministraret in Andegauen. ecclesiã præter apostolicæ sedis auctoritatẽ præsumpsisti trãsferre, & Episcopũ consecrare quem & venerabilis frater noster Rothomagen. Archiepiscopus præter apostolicę sedis mãdatũ absoluit, & ei tribuit licentiã transeundi: venerabili fratri nostro Bituricẽ. Archiepiscopo, de quo plenam fiduciã obtinemus, dedimus in mãdatis, vt inquisita super hoc plenius veritate, se rẽ gestã taliter inueniret, te, & Rothomagen. Archiepiscopũ, qui saltẽ apostolicã sedem super hoc consulere debuistis, à confirmatione, pariter, & consecratione Pontif. memoratum vero Vu. ab executione põtificalis officii, nostra fretus auctoritate, suspenderet: qui mãdati nostri diligens executor, super quo deuotionẽ eius digna gratiarum prosequimur actione: cũ per cõfessionẽ spontaneã ei de veritate negocii cõstitisset, te, & dictũ Archiepiscopũ iuxta tenorẽ, apostolici mãdati suspendit. Quia vero tu, & dictus Archiepiscopus nobis humiliter, & deuote per nũcios, & literas supplicastis vt veniam dãtes errori, quia nõ ex malignitate, sed ex simplicitate peccastis, cum id etiã, & vrgẽs necessitas, & euidens vtilitas Andegauen. ecclesiæ postularet: qm̃ in aliam personam idoneam non poterant cõuenire, vestris canis misericorditer parcere mus, ne vitam in confusione vllatenus finiretis. Nos, qui personam tuã syncera charitate diligimus, & tuo quãtum cum nostro possumus intendimus honori deferre: cum te inter fratres, & Coepiscopos nostros membrum honorabile reputemus: & confessionẽ spontaneam, & supplicationem deuotam benignius attendentes, de consueta Rom. sedis clementia pœnã inflictã duximus relaxandã: venerabili fratri nostro Bituricen. Archiepiscopo per apostolica scripta mandãtes, quatenus te, & præfatum Rothomagen. Archiepiscopũ à pœna suspẽsionis publicè denunciet absolutos. Datum Lateran. III. nonas Decembris.

In eundem ferè modo Rothomagen. Archiepiscopo.

Scriptum est super hoc Bituricen. Archiepiscopo.

REGI PORTVGALIAE VT promissum à patre suo ecclesiæ Romanæ censum liberaliter persoluat.

INeo sumus proposito constituti, vt personã tuã inter alios mundi Principes prærogatiua dilectionis, & gratiæ velimus, quãtũ cũ Deo possumus, honorare: atq; nimirum illud, nec immerito specialiter nos inducit, quòd regnũ tibi cõmissum ab inclytæ recordationis progenitoribus tuis ecclesiæ Ro. constitutũ est cẽsuale. Vnde p dilecto filios Ioannẽ Ouezi, & Egeas Petri fratres hospitalis Hierosolymitani, p annuo censu quatuor vnciarũ auri, quas magnitudo regia recognouit ratione tpis à Lateran. cõcilio iam elapsi quingentos, & quatuor mirabutinos, ad suggestionẽ dilecti filii fratris Rainerii nũcii nostri nobis regia serenitas destinauit, qđ debita, p̃sequimur gratiarũ actione. Quia verò de mille aureis à dicto patre tuo bonæ memoriæ Alex. prædecessori nostro donatis, & de centũ censualibus annuatim soluendis, es nescire, p̃fessus veritatẽ, sed oĩa discutienda nostro examini reseruabas, nos volẽtes oẽm ambiguitatẽ à tuo pectore penitus amouere, rescriptũ inclytæ memoriæ A patris tui, sicut in registro ciusdẽ p̃decessoris nostri, cui donatio facta fuit, de verbo ad

verbũ inuenimus, celsitudini tuæ præsentibus inclusũ literis fideliter destinam⁹. Quo circa nobilitatẽ regiã rogamus attẽtius, & monemus, quatenus parẽtũ inhærẽs vestigiis, vt sicut es successor in regno, ita & voti successor existas: quæ pro salute tua, pariter & suorum Christi Vicario cõcesserũt, liberaliter, & sine difficultate qualibet persoluas: ex quo, præter æternæ remunerationis prẽmiũ, tẽporaliter quoque tibi, & regno tuo p̃ apostolicæ sedis protectionẽ, & gratiã multa prouenire poterũt incremẽta: neque contrariũ posses sine offensa creatoris efficere, qui etsi de aliarũ ecclesiarum iniuriis grauiter offendatur, tãto grauius aduersus eos, qui apostolicæ sedis iura illicite detinẽt, cõmouetur, quãto fortius peccare videntur, qui eius quæ caput est oĩum & magistra, nõ sine præsumptione sacrilega, iura inuadere non formidant. Datum Lateran. V. idus Decembris.

FRATRI RAYNERIO, VT ipse regem Portugalliæ ad persoluendũ Ro. ecclesiæ annuũ censum adhortetur.

SIcut nobis p̃ tuas literas intimasti, chariſſimus in Christo filius noster N. illustris Rex Portugaliæ nuper nobis pro annuo cẽsu quatuor vnciarũ auri, quas corã te recognouit, quingẽtos, & quatuor marabutinos fratri A. Magistro Hierosolymitani hospitalis in Hispania nostro nomine assignauit, quos idẽ hospitalarius nobis nuper sine diminutione trãsmisit. Sup aliis vero, de quibus idẽ rex se nescire profes sus est veritatẽ, & quæ nostro examini discutienda cõmisit, per rescriptũ donationis bonæ recordationis Alexandro Papæ prædecessori nostro factæ ab inclitæ memoriæ A. patre ipsius regis, qã ipsi nostris inclusum literis destinamus, eũ reddimus certiorẽ. Tu autẽ eũdẽ diligẽtius moneas, & inducas, vt sicut in regno, ita & in uoto patri succedens, oblatũ uicario Iesu Christi sine qualibet diminutione persoluat: quod non posset sine grandi sacrilegio retinere. Datum ut supra.

N. ARCHIEPISCOPO LVNden. vt eleemosinarum collectores pij & boni ordinentur, reiectis illis qui populum offendebant.

« alia Lugduni si. Cap. Tuarũ, extra de priuilegijs.

TVarum nos tenor literarũ edocuit, q̃ fratres hospitalis Sancti Ioannis, laici, & illiterati ad partes illas mittuntur pro eleemosynis colligẽdis, quas populus ex deuotione pro sustẽtatione pauperũ præfato loco mittere cõsueuit. Quia vero nõ sufficiũt per se loca oia circumire, sibi clericos, sacerdotes, laicos, etiã rudes, nõ religiosos, sed in nequitiis exercitatos aslumũt, eorũ pectoribꝰ crucis characterẽ imponẽtes. Cumq; gulæ, & ebrietati deseruiant, se valde inhonestos in aliis ostendẽtes, clerũ, & populum grauiter scandalizãt: cũ ipsi laici prioratũ suscipiant officiis, & tam clericis, q̃ sacerdotibus præponantur: & non solum Episcopis inobedientes existunt, verum etiam quasdam immunitates tanquam ab apostolica sede sibi indultas præsumũt sibi temerè vendicare. Cùm enim in quadã ecclesia baptismali eis à tuo prædecessore collata, quidam nuper percutiens vicarium sacerdotẽ, ipsam ecclesiam sanguinis effusione fœdasset, vsq; ad reconciliationẽ, diuina ibidem interdixisti officia celebrari: sed nihilominus ipsi diuina in ea officia celebrarũt. Sacerdotes insuper vndecunque venientes ad eos, de quorũ etiã cõuersatione, & ordinatione nulla certitudo prorsus habetur, ad diuinũ officium sibi celebrandum recipiunt, Episcorũ assensu minimè requisito: alios ẽt presbyteros ab officio suspensos per Episcopos suos pro suorum exigentia meritorum, iidem cum sint laici ad officia restituunt exequenda. Quidã præterea cũ vxoribus suis in domibus propriis cõmorantur, quos eo quod eis de suis aliquid cõferunt annuatim, ita emãcipare cõtendunt, vt aliis fm leges terræ de sibi obiectis rndere minimè teneantur. Verũ quia priuilegiũ meretur amittere, q̃ permissa sibi abutitur libertate, fraternitati tuæ p̃ apostolica scripta mãdamus quatenus si quos clericos, seu sacerdotes aut laicos à dictis fratribꝰ p̃ colligẽdis eleemosynis cruce

cruce falso ſignatos inueneris, his à quibus ipſos miſſos fuiſſe conſtiterit, p̃ totã prouinciã tuã, noſtra fretus auctoritate exhortationis huiuſmodi officiũ interdicas: miſſos etiã, ſi laici fuerint, excõmunicationis mucrone p̃cellas: ſi clerici, vel presbyteri fuerint, ab officio, beneficioq; ſuſpẽdas, nullo prorſus priuilegii beneficio, vel appellationis refugio præualẽte. Eos verò, quos in p̃dicta eccleſia lege ſibi diœceſana ſubiecta, poſt interdictũ tuũ diuina celebraſſe cognoueris, eiuſdẽ pœna ſuſpẽſionis inuolues in ea, donec recõciliata fuerit, quẽadmodũ ſacra p̃cipiunt inſtituta, officia nõ permittas celebrari diuina: preſbyteros etiã ſuſpẽſos ab Epiſcopis ſuis, & p̃ dictos fratres ad officia ſua temerè reſtitutos, in eãdẽ ſuſpẽſiõis ſentẽtiã, noſtra fretus auctoritate reducas. Alios verò, quos ad reſpõdẽdũ aliis ſecũdũ legẽ terræ p̃ præmiſſa cauſa aſſerũt nõ teneri, nolumus excuſari, quin eos ad reſpõdendum ſublato appellationis impedimento compellas. Datum vt ſupra.

CANONICIS NOVARIEN.

qua Significat ſententiam pro ipſis contra Albertum Siccum latam ſeſe cõfirmaſſe.

Cap. cauſam. de ſententia & re iudicata.

CAuſam q̃ inter vos, & dilectũ filiũ Albertũ Siccũ clericũ ſup præbẽda Nouarien. Eccleſiæ vertebat, q̃quõdã fuit venerabilis fratris noſtri P. Nouarien. Epi, de qua ſe dicebat idẽ Albertus p̃ bonæ memoriæ C. Papã prædeceſſorẽ noſtrũ, fuiſſe per annulũ inueſtitũ, corã nobis diutius uentilatã, venerabili tandẽ fratri noſtro N. Lũden. Epiſcopo, de conſenſu partiũ appellatione remota, cõmiſimus terminandã. Qui, ſicut ex literis eius accepimus, vtriuſq; partis rationibus pleniùs intellectis, pro vobis contra dictũ Albertũ diffinitiuam ſententiã promulgauit: à qua fuit ad noſtrã audiẽtiã appellatũ. Dicto igitur. Alberto, & magiſtro I. & V. p̃curatoribus eccleſiæ veſtræ in noſtra propter hoc p̃ſentia cõſtituris, idẽ Albertus probare multipliciter nitebat ſeutẽtiã ipſam iniquè latã fuiſſe hac p̃ hoc debere nõ im meritò retractari: dictis procuratoribus veſtris defendentibus ſniam, & eã petẽtibus cõfirmationis noſtræ præſidio cõmuniri. Nos igitur auditis q̃ fuerãthinc inde p̃poſita, & diligẽtius intellectis, habito ẽt cũ fratribus noſtris, ſup hoc dili gẽti tractatu, licet ex parte ipſius Alberti fuiſſet p̃poſitũ, q̃ cõtra formã mãdati noſtri dictus Epiſcopus ſentẽtiã p̃mulgauerat, ſicut per atteſtationes nitebat probare, qa tñ iudicis animus nõ ſemp ad vnã probationis ſpeciẽ inclinatur, & ipſa ſententia nihil cõtinebat iniquũ, ei dẽ iudici de cõmuni aſſenſu partiũ cauſa fuerat appellatione remota cõmiſſa: qui vt ſententiã ferret, poſt examinationẽ cauſæ ab vtraque partiũ fuerat requiſitus, ſententiã ipſam de fratrũ noſtrorũ conſilio, auctoritate curauimus apoſtolica cõfirmare: ac eã p̃ venerabilẽ fratrẽ noſtrũ P. Portuen. Epiſcopum diffinitiui mus obſeruandam. Decernimus ergò vt nulli omnino &c. Datum Lateran. VI. idus Decembris.

N. VRGELLEN. EPISCOPO

qua renunciationem Epãtus Approbat.

SIcut venerabiles fratres noſtri N. Terraconẽ. Archiepiſcopus, & Suffraganei eius ſuis nobis literis intimarũt, iter multas tribulationes, & anguſtias, q̃ inuenerũt nos nimis tpib⁹ tuis, & p̃ inſufficiẽtiã tuã, Eccleſiã Vrgellen. nec poſſent facile p̃ multitudinẽ enarrari, culpæ tuę illud imputari & poterat, & debebat: q̃ cũ Epiſcopatũ ipſum (vt fama teſtatur) minus canonicè fueris aſſecutus, quod malè cœperas, deteriori exitu cõcluſiſti: cũ difficile ſit vt bono peragãtur exitu, q̃ ſunt malo inchoata principio. Verum cũ tpe p̃cedẽte mala publicarentẽ in terra, nec imminentibus piculis opponere te auderes, vt tanq̃ murũ te ipſum p̃ domo Iſrael ponẽs, aſcẽderes ex aduerſo, & in die dñi, ſicut athleta Chriſti fortiter dimicares, inſalutatis fratribus clãculò receſſiſti: vt ex ipſis operib⁹ mercenariũ, q̃ vidẽs lupũ veniẽtẽ dimittit oues,

& fugit, te ostenderes nō pastorem, & ingressus monasteriū de Aspiran. ab apostolica sede licentia non petita, cui soli Episcoporū depositio, cessio, & trāslatio reseruat, Vrgellen. canonicis per literas indicasti, q propter insufficientiā, & occultā tui corporis ęgritudinē nō posses vlterius ministrare: quibus de rebus tuis cōdito testamēto, & facta renunciatione in scriptis, eligēdi pōtificē, & prouidēdi ecclesiæ suæ facultatē liberā tribuisti. Post hæc aūt ad suggestionē, & instātiā quorundā militū, & etiā clericorū, te ad Episcopatum denuo proprio motu reuersō, cum in parte ipsius diœcesis tanquam Episcopus ministrares, Aragon. & Bramantones cū vicinis militibus in manu forti ad Vrgellen. Ecclesiā, & hostiliter accedētes, cā bonis omnibus spoliarunt, pānos sericos, ornamēta omnia, calices, & cruces argenteas asportātes: & parochianis ducentis, & amplius, clericis, & canonicis de gremio ipsius violenter eductis, & etiā captiuatis, ecclesiā ipsam homicidiis, adulteriis, & aliis variis immūditiis feritate diabolica polluerunt: quibus omnibus propter vtilitatem tuā te opponere minime potuisti. Porrò vidēs his malis præueniētibus q ecclesia eadē denuò ad extremā inanitionē penitus deuenisset, & sentiens te ad ipsius ecclesię regimē inutilem, & in sufficientē existere, iterato renuncians renunciationē ipsam bonæ memoriæ Clementi Papæ prædecessori nostro, & Terraconen. Ecclesiæ per literas indicasti: & quantum in te fuit, canonicis Vrgellen. eligendi sibi pastorē tribuisti denuo facultatē. Vnde pro his, & aliis multis præfati Episcopi nobis per suas literas supplicarunt, vt cessionem tuam ratam habentes, sicut etiā tu ipse à nobis per literas proprias postulasti, canonicis sæpe dictis liberā daremus licentiā eligendi. Cum itaq; secundū Apostolū instantia nostra quotidiana sit oīum ecclesiarum sollicitudo continua, nos & necessitatibus Vrgellē. Ecclesiæ inclinati, quæ per te nō posset de lacu miseriæ liberari, & ā eius, q̄ prędecessorū N. Archiepiscopi, & Episcoporum petitione deuicti renūciationē tuā vrgente necessitate suscepimus: & te à Pontificali onere, pariter & honore, quæ secūdū traditionē canonicā nō sunt ab inuicē regulariter separā da, sicut tu minus prouide facere satagebas, qui reiecta oneris sarcina honorē tibi retinere volebas, auctoritate præsentiū de cōsilio fratrū nostrorū decernimus absolutū: vt in ecclesia de Aspiran. Deo valeas (sicut à nobis ex parte tua petitū) amodo deseruire, facultatē tibi liberam cōcedentes. Nulli ergo omnino &c. Dat. Lateran.

CAPITVLO VRGELLEN. VT nouum Ecclesiæ suæ Episcopum præficiant.

SIcut venerab. frater noster N. Terraconē. &c. fere ī eūdē modū, vt supra, vsq; ad verbū Cōcedētes. Nolētes igitur vt ecclesia vestra in medio nationis peruersę posita prodefectu prælati maneat vlterius desolata, & gregi dominico diu desit cura pastoris, vniuersitati vestræ per apostolica scripta mādamus, quatenus cōueniētes in vnū, & spiritus sancti gratia inuocata, talē vobis personam in Episcopū, & pastorē animarum vestrarum canonice preficere studeatis, qui clero, & populo sibi commisso & præesse nouerit, & prodesse. Dat. vt supra.

N. TERRACONEN. ARCHIEpiscopo. Vt curet per canonicos Vrgellenses dignum aliquem virum eligi in Episcopum.

SIcut ex tenore tuarū literarū, & suffraganeorū tuorū nobis innotuit, inter multa &c. fere ī cūdē modū, vt supra vsq; ad verbū Prodesse. Volentes igitur vt ipsi Vrgellen. Ecclesię metropolico tibi iure subiectæ, p sollicitudinē, & vigilantiā tuā salubrius cōsulatur, fraternitati tuæ per apostolica scripta mādamus, quatenus Capitulū eius ad cōcordē electionē, & canonicā faciēdā, nostra, tuaq; auctoritate studiosius moneas, & inducas, ne (quod absit) si eligentium se vota diuiserint in diuersa, ecclesiæ afflictę duplicis maior addatur afflictio, & sic cōtritione multiplici contrahat. Dat. vt supra.

N. Pisa-

N. PISANO ARCHIEPISCOPO de anno probationis Monachorum, & quatenus in cœnobia coniuges recipiantur.

Cap. ad Apostolicam extra de regularibus & transf. ad religionē.

AD Apostolicam sedem, quæ disponēte domino cunctorum fidelium est magistra, super diuersis articulis quæstiones dubiæ referuntur: vt quod ab ea fuerit super earum solutione responsum, indubitanter ab omnibus teneatur. Ex parte si quidem tua tales nuper suscepimus quæstiones, quod cū monachū fieri ante vnius anni probationē regularis īstitutio interdicat, monachi, & moniales in tua diœcesi constituti, tā clericos, quàm laicos vtriusq; sexus, sanos pariter, & infirmos religionis habitū volentes assumere nutu ēt aliquo profitentes, interdū absq; omni professione recipiunt, quandoque professionē illicò facientes: vnde multa mala noscuntur sæpiùs prouenire: cū infirmi ad monasteriū iā translati, & emissa professione postquam de infirmitatibus conualuerint, habitum religionis abiiciant, & ad propria reuertantur. Contingit etiam tales in propriis domibus remanere cū monachi per eos dum viuūt, nolint sua monasteria prægrauari. Sani ēt sic absq; probatione recepti retro aspicientes, matrimonia contrahunt reiecto habitu regulari: de quibus si habitum religionis assumant, ante vnius anni probationem, vel temporis competentis, vtrum facta professione à talibus vel omissa monachi debeant reputari: & si coniugatus conuerti desyderans, sit recipiendus in monachum, nisi vxor perpetuam continentiam repromittat, certificari à sede apostolica postulasti. Nos ergò quæstionibus tuis taliter ex ordine respondemus, quòd licet tempus probationis à sanctis patribus sit indultum nō solum in fauorem conuersi, sed ēt monasterii: vt & ille asperitates istius, & istud mores illius valeat experiri: quod vtrinque diligenter est obseruandum: præsertim cū ab vtroque de reliquo certa notitia non habetur: quia tamen ante tempus probationis regulariter præfinitū is qui conuerti desyderat, habitum recipit, & professionem emittit, Abbate per se, vel per alium professionem recipiente monasticam, & monachalem habitum concedente, vterque renunciare videtur ei, quod pro se noscitur introductū: obligetur quòd per professionem emissam, pariter & acceptam ad obseruantiam regularem, & verè monachus est censendus: quia multa fieri prohibētur quæ si facta fuerint, obtinēt firmitatē. Prohibendū est tñ Abbatibus, ne passim ante tp̄s probationis quoslibet ad professionē recipiāt, & si cōtra formam p̄scriptā quoslibet indiscrete receperīt animaduersione sunt debita corrigēdi: cū in subsidiū fragilitatis humanæ spatium probationis sit regulariter institutū. Cùm aūc vir, & vxor vna caro sint p copulā coniugalē effecti, nec vna pars conuerti possit ad dominū, & altera in seculo remanere, profecto non est alter coniugum recipiendus ad obseruantiā regularē, nisi reliquus perpetuā cōtinētiā repromittat: vitā quoq; dēt mutare, nisi fortè eius sit ætatis, vt sine suspitione incontinentię valeat remanere. Dat. Lateran. IX. cal. Decembris.

N. SIPONTINO ARCHIEPISCOPO, de pœna eorum qui falsis literis utuntur.

Cap accedens, De crimine falsi.

ACcedēs ad p̄sentiā nostrā P. presbyter lator p̄sentiū sua nobis insinuatione mōstrauit, q̄ cū oli missus ab Archipresbytero, & Clericis de Casali nouo p̄ quibusdā causis, super quibus à te se fatebant indebite p̄grauari, ad nostrā p̄sentiā accessisset, nec posset p̄ eo q̄ tūc tp̄is nos eramus infirmitate grauati, suas literas obtinere, morā apud sedē apost. faciēdo, post paucos dies cōtigit ipsū ēt infirmari. Dū aūt esset in lecto ęgritudinis cōstitutus, accessit ad eū q̄dā clericus d̄ Casali nouo Azo noīe, q̄ tūc tp̄is morabat in vrbe, & sub spe dilectionis, & gr̄ę p̄misit ei se quas à nobis postulabat literas obtēturū: q̄ credidit verbo eius, & expēsas tribuit, quas p̄ literas ipsis se expēsurum præfatus clericus proponebat.

Tandē ad eū quasdā cōmissionis literas ad venerabilem fratrē nostrū Trauensem Archiepiscopum, & dilectū filiū Abbatē de Coronata portauit: quas p̄dictus p̄sbyter credēs veras esse, & de nostra cōsciētia emanasse, ad iudices detulit delegatos. Cùmq; in p̄sentia ipsorū iudicum tu literas argueres falsitatis, & sacerdos ipse, & alii clerici de casali nono eas veras esse proponerēt, tu easdē literas sub sigillo p̄dictorū iudicū, ad nostrā p̄sentiā direxisti: quas vtiq; falsas esse deprehēdimus manifestè. Pro quo tibi p̄scripta nostra mādauimus, vt illū, q̄ p̄fatas literas impetrauit, officio, bñficioq; suspensum, ad nostrā p̄sentia dirigeres puniēdū. Verum cùm sacerdotē p̄dictū sua redderet cōsciētia innocentē, postq̄ tu eū officio, & bñficio suspendisti, ad nostrā festinanter accessit p̄sentiā, ad suam innocentiam excusandam. Sed cùm apud nos moram faceret longiorem & à nobis misericordiā postularet, præfatę falsitatis omnimodā ignorantiā, p̄ponendo, ipsum tamen cum literis nostris ad te duximus remittendum, vt misericordiam inueniat, quam precatur. Inde est quòd fraternitati tuæ per apostolica scripta mādamus, quatenus si præfatæ literæ, in quibus fuit falsitas deprehensa, formam de simpliciiustitia habuerunt, cùm p̄sumi nō debeat, quod p̄ talibus literis, quæ de facili p̄nt à quibuslibet obtineri, fraudē cōmiserit falsitatis, ab ipso presbytero canonica purgatione recepta, q̄ conscius non fuerit falsitatis, nec literis illis vsus est, postq̄ eas falsas esse cognouit, tu ei diuinę pietatis intuitu officium, beneficiumque restituas, & eum super hoc vlterius nō molestes: quia, sicut iustum est excessus corrigere delinquētium, sic iniquū meritò reputatur, si sæueritas pœnæ puniat innocentes.

N. ABBATI, ET CONVENTVI Sancti emundi De consecratione ecclesiæ ipsorum.

CVm Ecclesia vestra Ecclesiæ Romanæ sit filia specialis, & ad eam nullo pertineat mediāte, vos (vnde prudētiam vestram dignis laudibus commendamus) ad apostolicam sedem tāquam ad caput vestrum in arduis ducitis recurrendum. Et quia ecclesia ipsa nondū munus dedicationis accepit, super dedicatione ipsius à nobis licentiam postulastis. Nos ergò petitionibus vestris grato con.assen. postulatam licentiam indulgemus, concedentes etiam quod cruces, & sanctorum imagines, quæ præ magnitudine sui de ipsa ecclesia nō possent absque dispendio amoueri, in suis locis valeant remanere. Episcopis, aūt quos ad dedicationem duxeritis inuitādos, per apostolica scripta mandamus, vt ad vocationem vestram veniāt, quēadmodum postulastis. Datum Lateran. Cal. Decembris.

CLERICIS SANCTI PAVLI De Castro Ceruarij. quod sententiam pro ipsis circa ius baptizandi latam, auctoritate apostolica confirmet.

EA, quæ auctoritate apostolica ratione præuia statuuntur, ne in recidiuæ quæstionis scrupulum relabantur, apostolico sunt munimine fulcienda. Ex literis siquidem dilecti filii nostri R. tituli Sanctorum Marcellini, & Petri presbyteri Car. Casin. Abbatis nuper accepimus, quod cum olim causam, quæ vertebat inter vos, & ecclesiam sanctæ Mariæ de Castro Ceruarii super baptismate, de cōmuni assensu partiū ipsi duxerimus cōmittendam: idem visis vtriusque partis rationibus, & plenius intellectis pro vobis sēntiā promulgauit: clericis prædictæ Sanctæ Ecclesiæ Mariæ firmiter inhibens: ne vobis molestiam, vel grauamen inferrent, quo minus pueros parochianorum vestrorum liberè sic baptizare possetis: cùm vestra ecclesia ipsi ecclesiæ sanctæ Mariæ in nullo subiaceat, & iidē parochiani in ecclesia uestra cętera percipiant ecclesiastica Sacramēta. Nos igitur, quòd à prædicto Abbate factum est ratum habentes, sententiam ipsam, sicut rationabiliter lata est, vel legitimæ appellationis remedio sublenata, auctoritate apostolica confirmamus

mus, & præsentis scripti pagina communimus. Decernimus ergò, vt nulli, &c. Datum Lateran. V. Cal. Decembris.

N. PRIORI, ET CONVENTUI ecclesiæ Dunelmen. ut maioribus in rebus Abbatis semper consensum requirant.

IUS est prælatorũ ad subditos & subditorum ad prælatos suos dilectionis, & concordiæ seruandus affectus, vt nec illi, qui præsunt, subiectorum iura perturbent, nec qui subsunt, iustitiæ derogent præsidentium, vel attentent præter eorum assensum, quæ cum ipsorum tenentur conscientia pertractare. Sanè cum venerabilis frater noster P. Dunelmen. Episcopus inter vos vices gerat Abbatis, nec eis nocere debeat quòd Episcopali præminet dignitate, in his eius est à vobis requirendus assensus, quæ præter Abbatis Assensum vobis agere non liceret. Ea propter auctoritate præsentium districtiùs inhibemus ne præter conniuentiã eius vicẽ super hoc gerentis Abbatis ecclesias assignare, alienare possessiones, vel conficere super alienationibus instrumenta, priores instituere, vel ministros, & alia quælibet, in quibus Abbatis esset necessarius assensus, attentare aliquid præsumatis contra consuetudinem regularẽ. Quod si præter consensum ipsius, & inhibitionem præsentem aliquid (quod non credimus) super his duxeritis præsumendum, id irritum decernimus penitùs, & inane. Nulli ergò &c. nostræ inhibitionis &c. Dat. Later. VI idus Decembris.

PHILIPPO DVNELMEN. Episcopo. Quo tempore conferenda sint beneficia, & quando ad superiorem deuoluantur.

VT negligentium quorundam desidiam prædecessores nostri Romani pontifices ad solicitudinem excitarent, & obuiarent fortiùs cupiditati multorũ, qui vacantes ecclesias suis vsibus applicabãt, tam antiquis temporibus, quam modernis certum tempus canonicis, & conciliis præfixerunt. Vltra quod nec ecclesiæ debeant nec ecclesiastica beneficia seu præbendæ vacare non approbantes quod tandiu vacent, sed præcauentes ne diutiùs ecclesia qualibet soli to ministrorum obsequio defraudetur. Nos etiam ipsorum ac præsertim felicis recordationis Alexandri Papæ prædecessoris nostri statuta sequẽtes, auctoritate tibi præsentium indulgemus, vel si monachi Dunelmen. vel alii quilibet lege dioecesana tibi subiecti, ecclesias, vel præbendas ad suam donationem spectãtes vltra tempus in Lateranen. concilio diffinitũ vacare permiserint, ex tũc monitione præmissa sublato appellationis obstaculo, eas tibi liceat idoneis conferre psonis. Nulli ergò, &c. Datũ vt supra.

N. EPISCOPO CESENAT. De relaxando interdicto.

REdiẽs de partib⁹ Marchiæ dilectus fili⁹ C. tt. Sãcti Laurẽt i i Lucina psbyter Card. i qbus legationé sedis apostolicę habuerat, apostolatui in nostro exposuit, qd̃ p eo, q. Cesenates cũ Marchoardo iurauerant, & sæpiùs requisiti ad fidelitatem ecclesiæ redire nolucrunt, terrã ipsam interdicto suppositi. Quia verò, sicut tam per literas tuas, quàm etiã populi Cesenat. nobis præsentatas accepimus, quod Marchoardi societatem penitus reliquerunt, cum aliis ciuitatibus Romandiolæ coniurantes, tuis & ipsorum precibus inclinati, fraternitati tuæ per apost. scripta mandamus, quatenus recepto à tor, & talibus quot, & quales pro societate Rauennat. de Cesenatiu rauerunt, secundùm formam ecclesiæ iuramenta, quod super his, pro quibus interdicti fuerunt, nostro debeant parere mandato interdictum auctoritate nostra relaxes, reseruans mandatum vsque ad nostrę beneplacitũ uoluntatis. Datum Lateran. idibus Decembris.

RAC.

RAC. PETRAGORICEN. EPIscopo. quod laici decimas à Clericis exigere non possint.

QVoniam indignum est, & rationi contrarium, vt laici, qui personis ecclesiasticis decimas tenentur exoluere, eas à clericis rerum ordine præpostera cõfusione turbato extorquere præsumant: ad petitionem tuam vniuersis monasteriis, ecclesiis, & clericis tuę diœcesis duximus indulgendum, vt si fortè quilibet laici suo nomine decimas ab eis a modo cõsuetudinis obtentu longæuæ, uel aliis occasionibus duxerint exigendas, sit eis liberum quod ita postulabitur denegare. Si uerò laici suæ animositatis spiritu concitati, violenter aliquid voluerint aduersus præsentis indulti beneficium attentare, tua fraternitas appellatione remota eos ecclesiastico interdicto supponat. Datum Lateran. XVIII. Cal. Ianuarii.

CAPITVLO ARELATENSI. de mensa, & cibo, habituque monastico præscribit.

QVanto recentior est in ecclesia vestra religionis introducta plantatio, tãtò diligentiùs in ipsis primordiis est cauendũ, ne aliquid honestati cõtrariũ nutriatur: quod cũ ex consuetudine fuerit cõfirmatũ, ordinis claritatem obtenebret, & difficilius postquàm inualuerit extirpetur. Cum autẽ vbi regularis ordinis professio antecessit, vna esse debeat mensa fratrum, & vnum dormitorium eorundem, nisi aliquem quandoque infirmitas, uel alia iusta causa excludat, præsentis scripti pagina prohibem⁹, ne aliquis vestrum post factam professionem, nec etiam aliquis canonicorum, seu clericorum sæcularium obtentu alicuius consuetudinis cibos, qui sibi exadministratione quotidiani stipendii apponuntur, extra claustrum vestrum de cætero audeat exportare, sed infra in locis ad hoc specialiter deputatis, simul dormiant, & mãducent. Statuimus insuper, & auctoritate apostolica prohibemus, ne aliquis canonicus, vel clericus capitulis vestris aliqua occasione nolentib⁹ vobis interlit, nec quisquam ex ipsis vestibus rubeis, vel viridib⁹, seu capis manicatis vel aliis religioni contrariis vti aliqua insolentia, seu temeritate præsumat, quod abiectæ secularitatis saperet vetustatem, & scandalum in populo generaret. Illi verò, qui super præmissis culpabiles de cætero potuerint inueniri, secundum Archiepiscopi vestri arbitrium canonicam subeant appellatione postposita vltionem. Constituimus etiã, & præsentium auctoritate sancimus, vt clerici ecclesiæ vestræ, qui non possunt prout optarent, in ipsa canonici fierisæculares, postquàm fuerint ad alias translati ecclesias, & in eis præbendas, seu alia ecclesiastica beneficia consecuti, occasione attitulationis seu alia causa, nihil sibi iuris in ecclesia vestra valeant vendicare, nec prouisionem exposcere, nisi habitu religionis assumpto, cũ aliis fratribus ibidem assidue seruituri. Nulli ergò, &c. prohibitionis, atque cõstitutionis &c. Datum Lateran. IIII. Idus Decembris.

N. ARELATENSI ARCHIEpiscopo. Vt per censuras abbatem S. Gernasij ad obedientiam atque officium reducat.

INcumbit nobis ex debito pastoralis officii, vt iusta postulantibus audientiam cum efficacia præbeamus; maxime vbi eorum vota, & pietas adiuuat, & exploratiuris veritas nõ relinquit. Ad audientiam siquidem nostram te significante peruenit, quod N. abbas sanctę Geruasii de fos excommunicatos, & interdictos tuos pariter ad diuina, & sepulturam admittit, procurationes debitas, obedientiam, & reuerentiam, prout de iure tenetur, & debet exhibere, tibi penitus contradicit. Nolẽtes igi

tur

tur vt iuri tuo per eundē Abbatem super hoc valeat derogari, auctoritate tibi præsentium indulgemus, vt in ipsum Abbatem, si in hac parte duxerit persistendum nullius contradictionis, vel appellationis obstaculo censura possis ecclesiastica exercere Nulli ergò, &c. Datum Lateran. nonis Decembris.

RIGARDO ABBATI, ET CAPITULO COMPENDIEN, QUA IPSORUM IURISDICTIO & PRIVILEGIA CONFIRMANTUR.

GVm à nobis petitur, &c. vsque ad verbum Assen. Iurisdictionem, & potestatem, quam super clericos infra terminos Compendii habitantes, vsque ad hæc tempora rationabiliter habuistis, & nūc etiam iustè, & pacificè possidetis, vobis, & per vos Compendien. monasterio auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus. Statuentes, vt nulli, &c. Dat. Lateran. XVIII. Cal. Ianuarii.

ARELATENSIS ECCLESIAE SUFFRAGANEIS, VT ARELATENSI ARCHIEPISCOPO SUO OBEDIANT.

GVm secundū doctrinam euangelicam, quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos eis eadē facere debetis, eam reuerentiam vos conuenit præstare prælatis, quam vobis vultis à subditis exhiberi. Sane cum venerabilis frater noster N. Arelaten. Archiepiscopus metropolitanus vester illis studiis, & meritis adiuuetur, vt commendationibus non indigeat aliorum, fraternitati vestræ duximus auctoritate præsentium iniungendum, per apostolica scripta præcipiendo mandantes, quatenus ei tanquàm patri, & Episcopo animarum vestrarum deuote studeatis, & humiliter obedire: ad vocationem ipsius, nisi euidens necessitas contradicat, secundum traditionem canonicam sine difficultate qualibet accedentes. Datum Lateran. IIII. idus Decembris.

ARCHIEPISCOPO, ET CAPITULO ARELATEN. VT IN CŒNOBITAM NEMO RECIPIATUR, NISI MONACHUS.

NIhil magis esse religioni contrarium credimus, vel absurdum, quam si in eadem ecclesia, in professione, & ordine, & religione, ac moribus, & uita, & habitu seruitorum diuersitas nutriatur Ne igitur in ecclesia vestra, in qua regularis ordo noscitur institutus, huiusmodi vltra confusio se perniciosè valeat immiscere, auctoritate præsentium districtiùs prohibemus, ne in ecclesia vestra de cætero cuiuslibet meriti, vel nobilitatis instinctu aliquis in canonicum, vel in clericum admittatur, vel præpositum, aut Decanum, aut aliquem officialium penitus eligatur, nisi professione, & habitu se regularem ostendat, & secundum Beati Augustini regulam, in claustro, & capitulo regulariter conuersetur: ne status religionis, qui iam ibi per Dei gratiam confirmatus esse dignoscitur, alicuius mutabilitatis dispendio subuertatur: & resilire paulatim à religionis proposito cuiuslibet prætextu malitiæ compellatur. Datum Lateran. nonis Decembris.

N. CENADIEN. EPISCOPO. DE INFIRMIS EXCOMMUNICATIS AD CAUTELAM ABSOLVENDIS DONEC REVALESCANT.

LIcet ecclesiasticis institutis, quę prouida deliberatio Sanctorū patrū īstituit, a nullo debeat obuiaritamē cū iusta cō tingit impedimenta cōcurrere, quæ institutorū ipsorū ex necessitate processum impediunt

impediunt, iuxta discretionem in medio residentis rigor est ecclesiasticus temperandus. Vnde nos tuæ iustæ petitioni fauentes, vt valetudinariis, senibus, & infirmis diocesana tibi lege subiectis, qui pro iniectione manuũ in personas ecclesiasticas in canonem latæ sententiæ inciderunt, iuxta formam ecclesiæ beneficiũ absolutionis possis impendere: ita tamen quòd postquàm infirmi suæ restituti fuerint sanitati, ad apost. sedem accedant, & alii pro itineris labore sibi dimisso dignum aliquid recompensent, plena tibi vsque ad triennium auctoritate præsentium concedimus facultatem. Datum Lateran. XVII. Cal. Ianuarii.

EIDEM. VT CLERICI IN MAioribus ordinibus constituti, assumptas mulieres abijciant.

QVidam clerici tuę diœcesis manifestè dicũtur doctrinæ Apostoli obuiare: qui candore ecclesiasticæ puritatis, quæ sine omni ruga, & macula esse debet, & omne, quod est irreprehensibile, sibi eligit suis spurcitiis deprauantes, & dantes offensionem in populo, ministeriũ suum in vituperium damnosa præsumptione cõuertũt. Quidã etenim ex ipsis in Diaconatus, & Subdiaconatus ordine constituti, vxores sibi (si tamen vxores sint nominandæ) contra instituta canonica (vt dicitur) copularunt qui postmodum dignitates ecclesiasticas assecuti, curæ student domesticæ potius, quàm ecclesiasticæ imminere. Volẽtes igitur id per tuæ fraternitatis industriam emendari, fraternitati tuæ auctoritate præsentium indulgemus, quatenus si prædicti clerici ad commonitionẽ tuam mulieres ipsas non prorsus ciecerint, & de tanto excessu satisfecerint congruenter, licitum tibi sit ipsos auctoritate nostra ecclesiasticis redditibus, remoto appellationis obstaculo spoliare. Nulli ergò &c. Dat. vt supra.

NVNELMEN. EPISCOPO. Qua per ipsum institutas præbendas & personatus approbat.

VT ad ampliandum cultum diuini nominis in locis Deo dicatis à fratrib⁹ nostris, & Coepiscopis statuũtur, præsertim cum pietas præbeat causam proposito⁹, & ardor intimæ charitatis flagrat exterius, in effectum seruare volumus illibata, & munimine contradictionis apostolicę roborare. Ex charitatis siquidem (sicut credimus) fonte processit, quod bonæ memoriæ prædecessor tu⁹, & tu post eum ipsius exẽpla secutus, in ecclesia de Deluton. prebendas, & personatus prouidè statuistis: vt in eo honorabilius de cætero domino seruiatur: & ecclesia ipsa in se ministrantibus liberius possit, & melius prouidere. Nos igitur propositum tuum dignis laudibus in domino commendãtes, institutionem tam personatuum, quàm præbẽdarum in eadem ecclesia per te, & eũdem prædecessorem tuum hactenus factam, sicut rationabiliter, & sine quorũ libet præiudicio facta est & seruata auctoritate apostolica cõfirmamus, & præsentis scripti pagina communimus. Nulli ergò &c. Datum vt supra.

ARCHIEPISCOPO ARELAtensi. De cauenda beneficiorum pluralitate.

VIm secundum traditionem canonicam non liceat aliquem in duabus ecclesiis titulari, sed quilibet debeat ī ecclesia, in qua ordinatus est, perpetuò permanere, vt secundùm Apostolum vnusquisque maneat in ea vocatione, in qua dignoscitur esse vocatus. Graue gerimus, & indignũ, quòd (sicut accepimus) præpositus, & canonici Arelaten. qui professi sunt obseruantiam regularem, mutationes redditũm cupiunt, & in diuersis laborant ecclesiis præbendari: vnde contingit, quòd & claustrum ipsum, & episcopatus limites sæpius exeunt sine licentia prelatorum.

rum. Cum itaque nolimus ea viris religiosis permittere, quæ in ecclesiis etiam sæcularibus canonica reprobant instituta, fraternitati tuę per apostolica scripta mandamus, quatenus prefatis pręposito, & canonicis ex pte nostra, & tua studeas districtius inhibere: ne beneficia sibi multiplicari satagant, vel in aliis ecclesiis se faciāt titulari: & ne limites episcopatus, vel clausstri sine licentia tua, vel illius, cui fratrum curam commiseris, exire temeraria facilitate præsumāt. Alioquin tu eos ad id appellatione frustratoria non obstante, per censuram ecclesiasticam compellere non postponas. Datum Lateran. IIII. idus Decembris.

ARCHIEPISCOPO, ET CAPITULO Arelaten. ne præpositus absque cōsensu Capituli mutuum recipiat, vel fideiussionem præstet.

CVm ex Apostolatus officio, quod (licet in digni) susceperimus, ecclesiarum omnium curam, & solicitudinē gerere debeamus, nobis est attentiùs prouidendū, ne circa spiritualia, vel etiam temporalia vlla detrimenta suscipiant, per illorū incuriam clericorū, qui quæ sua sunt, non quę IESV CHRISTI quærentes, vtilitati cōmuni præferunt specialē. Sanè sicut nostro est apostolatui reseruatum, nonnunquam in partibus vestris propter insolentiā prelatorum, contingit ecclesias debitis intolerabilibus pręgrauari, pro eo quod earum negocia tanquàm propria pertractantes, & clericorū assensum nō exigunt in agēdis. Cùm ergò quod omnes tāgit ab omnibus debeat approbari, auctoritate præsentium districtiùs inhibemus, ne præpositus vester sine omnium vel maioris partis, & senioris assensu pecuniā recipiat mutuò, vel pro ea prestet fideiussoriā cautionē. Si verò (quod non credimus) contra prohibitionem nostrā ecclesiā præsumpserit aggrauare, quod ab eo factū fuerit, decernimus nō tenere. Nulli ergò &c. Datum vt suprà.

ARCHIEPISCOPO, ET CAPITULO Arelaten. vt Præpositus accepti, & expositi rationem reddat.

CVm instantia nostra quotidiana sit, secundum Apostolum, omnium ecclesiarum solicitudo continua, summo studio satagere nos oportet, quòd status earum in spiritualibus & temporalibus suscipiat incrementa, & in deterius (quod absit) aliquorum desidia nō labatur. Sanè sicut nostris est auribus intimatum, in Arelaten. Ecclesia id cōsuetudinis noscitur obtinere, quod præpositus ipsius ecclesię coram Archiepiscopo, & Capitulo administrationis suę reddat statutis temporibus rationē, sicut à suis prędecessoribus fuit hactenus obseruatum. Cùm itaque consuetudinis, vsusque longęui non sit vilis auctoritas, & pręsertim quando rationi non obuiat, & canonicis institutis discretioni vestrę per Apostolica scripta mandamus, quatenus præfatum præpositum ad prędictam cōsuetudinem obseruandam, appellatione remota (sicut iustum fuerit) compellatis: quod citra mādatum nostrum deberet efficere, si famam suam vellet seruare apud homines illibatam: ne Iudę notam sinistrę suspicionis incurreret, vnde facta sua vellet fratribus, & sociis occultare. Datum vt suprà.

ARCHIEPISCOPO ARELAten. vt de Personalibus pro suæ voluntate ordinare possit.

CVM Arelaten. Ecclesiæ personatus prędecessores tui dicantur de pontificalis mēsę redditibus statuisse, vsque ad tempora ista, ordinatio ipsorum ad pontifices qui fuerint pro tempore, sicut nostro est apostolatui reseratum, noscitur spectauisse. Cùm autem personam tuam syncera diligamus in domino charitate, nec velimus pōtificalia iura tuis tpibus minui, sed augeri: vt de iā dictis psonalibus, sicut & prædecessores tui sine cōtra dictione qualibet habuerunt, liberā habeas potestatē secundū Deū, & profectum

ctum commiſiſ̃e tibi Eccleſiæ ordinandi, appellatione fruſtratoria nō obſtãte, fraternitati tuæ auctoritate p̃ſentiũ indulgemus. Nulli ergò &c. Datũ vt ſupra.

N. PREPOSITO S. IOANNIS de cimiterio, eiuſque fratribus tam præſentibus, quàm futuris canonicè ſubſtituendis in perpetuum. Qua eos recipit ſub protectionem Apoſtolicam.

Effectum iuſta poſtulãtibus &c. vſque ad verbũ Annuimus. Et præfatã Eccleſiam S. Ioannis de Cimiterio Papien. ſub vrbio ſitam, in qua diuino mancipati eſtis obſequio, ad exemplar felicis recordationis Lucii Papę prædeceſſoris noſtri ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti pagina cõmunimus. Statuentes &c. vſque ad verbum Vocabulis. Locum ipſum in quo præfata eccleſia ſita eſt cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam Sancti Marci, quæ in parochia veſtra fundata eſt cũ omnibus pertinẽtiis ſuis Eccleſiam Sanctæ Mariæ poſitã in porta aurea cũ pertinentiis ſuis. Eccleſiam Sanctæ Mariæ, poſitam in Caſtello Lãfranchi cum omnibus pertinentiis ſuis: & plebẽ quæ dicitur Rete cũ omnibus pertinẽtiis ſuis. Sanè cum generale &c. Sepulturã quoque &c. Obeũte vero &c. Decernimus ergò &c. ſalua ſedis apoſtolicæ auctoritate, & dioœceſani Epiſcopi canonica iuſtitia. Si qua igitur in futurum &c. Datum Lateran. per manum Raynaldi domini Papæ Notarii Cancellarii vicem agentis XVIII. Cal. Ianuarii, indictione ſecunda, incarnationis dominicę anno M C XCVIII. pontificatus verò domini Innocẽtii Papæ III. anno I.

ARELATEN. ARCHIEPISCOPO. vt Monaſterium S. Gernaij inſtauret.

GRauem lapſum monaſterii Sãcti Geruaſii de Fos noſtro noueris apoſtolatui reſeratum, quòd cum collegium ipſius propter inſolentiam monachorum ad binarium ſit redactum, duo monachi qui ſuperſunt, Dei timore prorſus abiecto non tanquam in monaſterio, ſed velut in proſtibulo impudice cum duabus mulieribus conuerſantur: de quorum conuerſatione religioni detractio euenit, & in populo grauc ſcandalum generatur: & cùm monaſterium ipſum de redditibus, & poſſeſſionibus Archiepiſcopalis menſæ fundatum ſit, & dotatum, debitam tibi obedientiam dicti monachi denegant exhibere, quin potius etiam aduerſus Rom. Eccl. calcaneum erigentes, interdictos, & excommunicatos paſſim recipiũt ad diuina: defunctis in excommunicatione ſepulturam etiã impendentes: propter quod in partibus illis & contemptibiles habentur ſententiæ prælatorum, & iuſtitia penitùs non ſeruatur. Cum autem in dicto monaſterio & ius habeas patronatus, & lege tibi ſit dioœceſana ſubiectum: vnde ipſius commodis, & profectibus debes propenſius imminere, fraternitati tuæ, quã ſyncerius amplexamur, auctoritate præſentium indulgemus, vt præfatum monaſterium ad obſeruantiam regularem, & ſtatum religionis antique, velſi poteris meliorem remoto appellationis obſtaculo valeas reformare: Abbates quoque tibi ſubiectos ad debitam obedientiam Arelaten. Eccleſiæ nunc, & in poſterum exhibendam, compellendi tibi nihilominus concedimus facultatem. Decernimus ergò &c. Datum Lateran. IIII. idus Decembris.

N. ABBATI AVREAE VALLIS N. archidiacono Pictauen. & magiſtro G. Decano Aſianen. Vt precarios Pontificis in beneficiorum ſuorum poſſeſſione defendant, niſi Statutum, de certo canonicorum numero repugnet.

GVm ſimus oĩbus ex iniuncto nobis officio debitores, iis ſpecialiter, & præſertim prouidere tenemur, q vel à ſede apoſtolica ordinẽ ſuſceperũt: vel apud eã in obſequio noſtro,

nostro,& fratrũ nostrorum laudabiliter permanentes,nostram plenius meruerũt gratiam,& fauorem. Vnde cum pro ignotis etiam Ecclesia Romana consueuerit à personis ecclesiasticis in suis precibus tam celeriter,quàm efficaciter exaudiri, non possumus non mirari, si non audiamur pro illis , quibus ad obtinendum quod petitur,scientia suffragatur,& mores:& qui nobis sunt,& fratribus nostris accepti,& his,quibus scribimus nõ ignoti.Sanè cum pro dilectis filiis Vu. Rofio subdiacono nostro , clerico dilecti filii nostri Cent.S. Luciæ Diaconi Cardinalis:qui videlicet subdiaconus ex eo, qđ felicis recordationis C. Papæ prædecessoris nostri tempore in camera nostra diutius laudabiliter deseruiuit:& magistro Const.Natal.qui quoniam bonę memorię I.Malabrancę tunc Sancti Theodori diaconi Cardinalis diutius obsequium suæ deuotionis impendit : nostrã & fratrum nostrorum gratiam nec immeritò meruerunt : idem prædecessor noster venerabili fratri nostro Episcopo , & Capitulo Xanctonen. primo, ac secundo scripsisset , vt eos in canonicos suos reciperent , & stallum in choro , & locum in Capitulo assignarent : quia Capitulum ipsum preces , & mandata ipsius semel,& iterum implere contempsit,bonæ memoriæ Ad. episcopus tunc archidiaconus Pictauen . & dilecti filii N.decanus & N.cantor Sanctæ Radegundis Pictauen. quibus executio mandati apostolici fuerat diligenter cõtradictione, & appellatione postposita delegata , post frequentem commonitionem, cum nihil proficerent monitis apud ipsos , procuratorem eorum de canonica ecclesiæ Xanctonen.curauerunt auctoritate apostolica inuestire:dictis Episcopo,& Capitulo eadem auctoritate mandantes , vt eos permitterent canonicam ipsam pacificè possidere.Cæterum quia canonici etusdem Ecclesiæ se contra hoc contumaces exhibebant , in omnibus & rebelles , iidem executores(sicut ex eorum literis accepimus manifestè)in eos excommunicationis,& in Xanctonen. ecclesiæ interdicti sententiam protulerunt : quam dicti canonici nullatenus obseruantes,præsumpserunt diuina nihilominus celebrare.Licet idé Episcopus Xanctonen. sicut ex literis suis nobis innotuit , apostolicis nolens contraire mandatis , super receptione ipsorum promptam habeat voluntatem. Iidem etiam canonici ad sedem apostolicam nuncium destinantes,suggesto quòd in Xanctonen. ecclesia quadragen. erat canonicorum numerum institutus , & per sedem apost. confirmatus : de quo nulla penitus habita mentione dictus subdiac.noster,& magister Const.super receptione sua literas obtinuerant ab apost. sede impetratas,à nobis prædictarum sententiarum processu nequaquam expresso , causam ipsam N. Abbati Sylуæ maioris , & N. decano Burdegalen. committi,sic videlicet, vt si constaret literas non habita mentione de constitutione,& confirmatione prædictis , pro eisdem subdiacono nostro , & magistro Const. ab eodem prædecessore nostro manasse,quicquid factum inuenirent occasione literarum illarum post appellationem ad nos legitime interpositam , vel statutum denunciarent penitus non tenere:iniũgẽtes ipsis districtius ne occasione literarum illarum Xanctonen. ecclesiam indebite de cætero molestarent.Cùmque literæ huiusmodi ad prædictos iudices peruenissent , dictus subdiaconus noster ad ipsorum citationem in eorum præsentia constitutus proposuit , quòd cum excommunicati essent,illis respondere minime tenebantur: & quòd voluntatem nostram volebat super hoc præsentialiter experiri: & ne vlterius in negocio ipso procederent sedem apostolicam appellauit. Quia vero laboribus eorum compati volumus,& debemus,ad deuotionem , & seruitium ipsorum nec immerito paternum respectum habẽtes,discretioni vestrę per apostolica scripta mãdamus,& districte præcipimus,quatenus nisi intra xl.dies à cõmonitione nostra auctoritate præsentiũ viua uoce,vel literis sibi facta, vobis per

testes

testes omni exceptione maiores constite rit præfatum quadragenarium canonico rũ numerũ fuisse in præfata ecclesia instituendum: vel si non habent plenũ, vt duo desint de quadragenario constituto, vel post factã institutionẽ habuerint quãdoque maiorẽ, cũ ipsi factam institõnem non obseruauerint, ipsos in corporalem possessionem canonicæ ipsius appellatione postposita, auctoritate freti apostolica inducentes, stallũ in choro, & locum in Capitulo ẽm ecclesiæ consuetudinem assignetis: & canonicos memoratos ad receptionem ipsorum per excõmunicationis in personas, & interdicti sententias in ecclesiã Xanctonen. sublato cuiuslibet contradictionis, & appellationis obstaculo, cogatis: reuocantes in irritum quicquid post susceptionẽ mãdati eiusdem prædecessoris nostri in elusionem ipsius, & eorũdem subdiaconi & magistri præiudiciũ in canonicis, vel præbendis inueneritis attentatum. Taliter autem mandatũ apostolicum impleatis, vt obedientiam vestram commendare non immeritò debeamus: & vestro, & ecclesiarum vestrarum profectui solicitius imminere: ac Cardinalis prædictus, quem inter fratres nostros speciali diligimus in domino charitate: & idem subdiaconus, & magister propter hoc libentius intendant vestris commodis, & honori: sciturí quòd sicut gratum habebimus, si mandatum apostolicum fueritis efficaciter executi, sic ferre non poterimus non molestè si (quod non credimus) in hoc negligentes fueritis, vel remissi. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, vt testimonium perhibeant veritati, per districtionem ecclesiasticam appellatione remota, cogatis. Nullis literis obstantibus, si quæ apparuerint harum tenore tacito à sede apostolica impetratæ. Qđ si omnes &c. duo uestrum ea nihilominus exequantur. Datum Lateran. XIIII. cal. Ianuarii..

N. DECANO, ET CAPITVLO Eboracen. vt in Petro de Carbolio præbendæ & Archidiaconatus possessio tradatur.

SIeorum petitionibus apostolicum gratanter imperti mur assensum, quos gratiosos inter alios clericos orbis, & literarum sciẽtia, & morum reddit honestas, officii nostri, sicut credimus, debitã prosequimur actionem, & Deo in hoc, & hominibus complacemus. Sanè licet dilectum filium magistrũ P. de Corbolio, de cuius literatura, & scientia in longinquis, & remotis partibus prædicatur, suæ tantum probitatis, & honestatis intuitu habere debeamus in visceribus charitatis. Cùm tamẽ ad memoriam reducimus nostram, nos aliquando sub ipsius magistrio extitisse, & ab eo diuinarum audisse paginam scripturarum, quod vtique non pudet nos dicere, immo reputare volumus glorioſum, ad dilectionem ipsius efficimur promptiores, & eius libentius augmento intendimus, & honori. Cùm igitur venerabilis frater noster N. Eboracen. archiepiscopus præbendam Eboracen. ecclesiæ cum archidiaconatu eidẽ magistro contulerit, sicut nobis per suas literas (vt proponitur) intimauit, nec vos vnquam deceat talem, ac tantum clericum à societate vestra repellere, sed vocare: cum de literatis, & discretis personis ecclesiis multa prouenire consueuerint incrementa: deuotionem vestrã rogamus, monemus, ac per apostolica scripta districtè præcipiendo mãdamus, quatenus præfatum magistrum ad præbendam, & archidiaconatum sibi concessum tam libenter, quàm liberaliter admittentes, faciatis eundem, vel procuratorem suum, præbendam, & archidiaconatum pacificè possidere. Vt & idem magister in vobis se gaudeat fraternæ dilectionis solatium inuenisse: & nos, qui pro ipso puro corde, & voluntate syncera scripta nostra dirigimus, deuotionem vestram valeamus in domino merito commendare. Alioquin nos venerabili fratri nostro N. Elien. Episcopo

po noueritis iniunxisse, vt præfato magistro præbẽdã,& archidiaconatũ, non obstãte cõtradictione, vel appellatione cuiuslibet, si ei de canonica concessione constiterit, nostra fretus auctoritate nõ differat assignare, & faciat pacificè possidere: illos censura ecclesiastica percellens, qui se duxerint mandato nostro temerè opponendos. Datum Lateran. xvi. Cal. Ianuarii.

N. ELIEN. EPISCOPO. EIVSdem argumenti.

SI eorum petitionibus &c. ferè in eundem modum, vt supra vsque ad verbum Commendare. Ideoq; fraternitati tuæ per postolica scripta præcipiendo mãdamus, quatenus præfato magistro præbendam,& archidiaconatũ, non obstante contradictione, vel appellatione cuiuslibet, si tibi de canonica concessione constiterit, nostra fretus auctoritate nõ differas assignare:& facias pacificè possidere. illos censura ecclesiastica, percellens, qui se duxerint mandato nostro temerè opponendos. Datum ut suprà.

RICCARDO ILLVSTRI Regi Anglorum. eiusdem argumenti cum duabus præcedentibus.

VNi regnorũ status per virorũ prudẽtũ consilia de bono semper consueuerit in melius prosperari, qui ad ipsorũ regimen domino disponente, vocantur, viris prudentibus,& discretis fauorẽ debent, & gratiã libenti animo impertiri:& ipsorũ(prout conuenit)intendere incrementis. Cùm enim(sicut credimus) magnificentia regia non ignoret, qualiter dilectus filius magister P. de Corbolio inter alios clericos orbis scientia literali præfulgeat,& sua probitate,& discretione sit admodũ cõmendandus, ad dilectionẽ ipsius prõpta debes volũtate concurrere:& eũ tã libenter, quàm efficaciter exaudire. Cùm igitur venerabilis frater noster Eboracen. Archiepiscopus ei pbendã Eboracen. Ecclesiæ cũ archidiaconatu contulerit, super cuius possessione per dilectos filios decanũ,& capitulũ Eboracen. prout dr, impedit pro ipso sub cuius magisterio nos aliquando extitisse recolimus, & ab eo audiuisse sacrarũ paginã scripturarũ puro corde, cõscientia bona,& uoluntate non ficta, Serenitatẽ regiã duximus literis apostoli cis exhortandã: rogantes attentiùs, & monentes, quatenus pdictũ magistrum nostrarũ precũ intuitu, & suæ pbitatis obtentu diligas propensiùs,& honores: & ad habendã possessionẽ pacificam archidiaconatus,& præbendæ auxiliũ regiæ Serenitatis exhibeas: ita quòd ipse magister ad seruitiũ magnitudinis regię fortiùs accendatur:& nos cũ preces nostras, præsertim quas de tam puro corde proferimus, cognouerimus exauditas, ad audiẽdum petitiones tuas possimus magis fauorabiles inueniri. Datũ vt. s.

IOANNI MINISTERIO, & fratribus sanctæ Trinitatis. Qua illorũ regula recensetur & approbatur.

OPerante diuinæ dispositionis clemẽtia in sedis apostolicæ specula constituti, piis debemus affectibus suffragari: & eos, cùm à charitatis radice procedunt perducere ad effectum: præsertim vbi quod quæritur Iesu Christi est, & priuatæ communis vtilitas ãtefertur. Sanè cum tu dilecte in Christo fili frater Ioãnes minister, ad nostram olim præsentiam accessisses, & propositum tuum, quod ex inspiratione diuina creditur processisse, nobis humiliter significare curasses, intentionem tuam postulans apostolico munimine confirmari: nos vt desiderium tuum fundatum in Christo, præter quem poni non potest stabile fundamentum, plenius nosceremus, ad venerabilem fratrem nostrum N. Episcopum, & dilectum filium N. Abbatem Sancti Victoris Parisien. cum nostris te duximus literis remittendum: vt p eos, vtpote q desiderii tui pfectus nouerãt de intẽtione tua, & intentionis fructu, ac institutione ordinis, & viuendi mõ instructi, assensum nostrũ tibi possemus securi°, & efficaciùs impertiri. Quia

igit̃, sicut ex eorũ literis cognouerimus euidenter, Christi lucrũ appetere videmini plusquàm vestrũ, volẽtes, vt apostolicũ vobis adsit p̃sidiũ, regulã, iuxta quã viuere debeatis: cuius tenorẽ dicti Episcopus, & Abbas suis nobis inclusum literis transmiserunt: cũ his, q̃ de dispositione nostra, & petitione tua fili minister duximus adiungenda, p̃sentiũ vobis & successoribus vestris auctoritate cõcedimus, & illibata ꝑpetuó manere sancimus. Quorũ tenorẽ, vt euidentiús exprimat̃, inferiús iussimus annotari N. Nomine sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Fratres domus Sanctæ Trinitatis sub audiẽtia p̃lati domus suæ, qui minister vocabitur in castitate, & sine ꝓprio viuunt. Omnes res undecunq; licitè veniant, ĩ tres partes diuidant æquales, & in quantũ duæ partes sufficiant, exequantur ex illis opera misericordiæ, ſcũ sui ipsorũ & eis necessario famulantium moderata sustentatione. Tertia verò pars reseruet̃ ad redẽptionẽ captiuorũ q̃ sunt incarcerati ꝓ fide Christi à paganis: vel dato p̃cio rationabili ꝓ redẽptione ipsorũ, vel ꝓ redẽptione paganorũ captiuorum: vt postea rõnabili cõmutatione, & bona fide redimat̃ Christianus pro pagano ẽm merita, & statũ p̃sonarũ. Cùm uerò pecunia data fuerit, uel aliquid aliud licet spãliter, & ꝓpriè det̃ ad aliquid, semper de cõsensu illius, q̃ dederit, tertia pars separet̃, & aliter nõ recipiat̃, exceptis terris, pratis, uineis, nemoribus, ædificiis, nutrituris, & huiusmodi. Fructus. n. inde exeũtes, deductis expẽsis. s. medietate remota ꝓ expẽsis ĩ tres partes diuidentur æquales: sed q̃ paucas, uel nullas recipiãt expẽsas, oẽs diuidant̃. Cum ue ó panni uel calciamẽta, uel minuta hmõdi, quibus necesse sit uti, q̃ uendi, uel cõseruari nõ expedit, data fuerint, uel à se ipsis habuerit, nõ diuidant̃, nisi ministro domus & fratribus visũ fuerit expedire. De quibus singulis dominicis diebus, si fieri potest, ĩ capitulo deliberet̃. Si tñ p̃dicta, vt pãni, terræ, nutrituræ, siue minuta uẽderent̃, preciũ incõueniẽs in tres partes ut supra diuidat̃. Oẽs ecclesiæ istius ordinis intitulent̃ noïe Sanctæ Trinitatis, & sint plani operis. Fratres p̃t esse ĩ una cohabitatione, tres clerici, & tres laici, & ꝑ tea vnus, q̃ ꝓcurator sit: q̃ nõ ꝓcurator, sed minister (ut dictũ est) nominet̃ ut frater A. minister domus Sãctæ Trinitatis; cui fratres repromittere, ac impẽdere obedientiã teneant̃. Omnibus fratribus suis sicut sibimet minister fideliter administret. Vestimẽta sint lanea, & alba, & liceat eis habere pellicias singulis singulas, & bracas, quas iacẽtes nó deponant. Iaceãt in laneis, ita q̃ plumea fulcra, uel culcitras nisi in egritudine laborãtes in domibus ꝓpriis minime habeãt. Cerui cal uerò ad sustẽtationẽ capitis ꝓmittantur hïe. In capis fratrũ imponant̃ signa. Equos nõ ascẽdãt, nec ẽt habeãt: sed asinos tm̃ liceat ascẽdere datos, uel accõmodatos, uel de ꝓpriis nutrituris susceptos. Vinũ sumẽdũ à fratribus taliter tẽperet̃, ut sobrie sumi ualeat. Ieiunẽt ab idibus Septẽbris, scḋa quarta, & sexta feria, & sabbato nisi solẽnis festiuitas interuenerit vsq; ad Pascha: sic tñ ut ab Aduẽtu usq; Natiuitatẽ Dominicã & à Quiquagesima usq; ad Pãscha, exceptis dominicis diebus in cibo quadragesimali ieiunẽt, & alia similiter ieiunia, q̃ cõsueuit ecclesia celebrare. Põt tñ qñq; ieiuniũ minister cũ discretione relaxare ꝓp ætatẽ, uel uiã & aliã iustã cãm, uel facultate inspecta ẽt augmẽtare. Carnibus datis ab his, q̃ foris sunt, uel sũptis de propriis nutrituris uesci liceat tm̃ in dominicis diebus à Pascha usq; ad Aduentu Dñi, & à Natali usq; ad Septuagesimã: & ĩ Natiuitate, & Epiphania dñi, & ĩ Ascẽsione dñi, & Assũptione, & Purificatione Beatæ Mariæ, & ĩ festiuitate oĩum Sãctorũ. Nihil emãt ad uictũ ꝑter panẽ, & pulmẽtũ. s. fabas, & pisa, & hmõdi legumina, olera, oleũ, oua, lac, caseos, & fructus: sed neq; carnes, neq; pisces, siue ninũ liceat emere, nisi ad necessitatẽ ifirmorũ, uel minutorũ, uel pauperũ, aut, magnis solẽnitatibus. Liceat tñ nutritura emere, & nutrire. Cũ uerò ĩ itinere, siue peregrinatione fuerint, liceat eis, sed parce uinũ emere, & pisces in quadra-

dragesima si necesse fuerit: & si quid eis datū fuerit inde viuant, & residuum in tres partes diuidant. Tñ si fuerint in uia ꝓfecti ad redimendū captiuos, ꝙquid eis datū fuerit, totū debēt ponere in redēptionē captiuorū, ꝓter expēsas. In ciuitatibus in uillis siue castellis, in ꝙbus ꝓpr̄ias domos habuerit, nihil omnino extra domos illa nisi forte in domo religionis, & si á quouis regēt, comedāt, uel bibant, nisi forte aquam in domibus honestis: nec pernoctare presumant extra huiusmodi domos: nunquam in tabernis, uel i huiusmodi locis inhonestis habitēt, comedāt, uel bibāt. Qui aūt hoc ꝓsumpserit iuxta arbitriū ministri grauit i indictæ subiaceat. Talis sit charitas inter fratres, clericos, & laicos, ut eodē uictu, uestitu, dormitorio refectorio, & ea dē mēsa utant. Infirmi seorsū dormiāt, & comedāt: ad quorū curā habēdā conuersus aliquis laicus, siue cleric⁹ deputetur: q ea q̄ necessaria fuerint, inquirat, & ministret sicut fuerit ministrādū: Moneant tū infirmi ut lauta, siue nimiū sūptuosa cibaria nō requirāt, cōmoda poti⁹, & salubri moderatione cōtenti. Ad lauta q̄dē, & sūptuosa cibaria nō oportet quenquā admitti: uni de discretioribus, & benignioribus fratribus iniūgātur: q audiat eos, & ut expedire viderit, charitatis solatiū administret: requirat tñ ab illis, quos crediderit admittēdos si eis q̄ fratribus opponunt, uelint esse cōtēti. Ad lauta q̄dē, & sūptuosa cibaria nō oportet quēquā admitti. Quæcunq; tñ ꝑsētāda sūt, cū hilaritate ꝑsēterent: & nulli maledictū ꝓ maledicto reddat. Si qs, & maxime religiosus ad hospitādū aduenerit, benigne suscipiat, & charitatiue iuxta posse domus illi subministret. Auena tñ, uel aliud in loco auenæ hospitibus nō det, si fuerit i ciuitate, uel oppido, uel ubi, uenalis inueniat: nisi forte religiosi sint hospites, uel tales, q ad manū nō habeāt, & nō emere possint Si aūt hospites uenalē nō inuenerint, & in domo qua susceperi fuerint, inueniat, cōgruēter eis ꝓbeat. Nullus frater laicus uel clericus sit, si fieri pōt, sine ꝓprio officio. Si qs uerò laborare noluerit, & potuerit, locū ipsū deserere compellat: cū Apostolus dicat, q nō laborat nō māducet. Silētiū obseruēt semp in ecclesia sua, semper i refectorio, semp in dormitorio. De necessariis tñ liceat loqui in aliis tēporibus aptis, & remissa uoce, humiliter, & honeste, & extra ꝑdicta loca ubiq; sermo eorū sit honestus, & sine scādalo: similiter & eorum omnis status, gestus, uita actio, & oīa alia honesta in eis reperiant. Capitulū si fieri pōt singulis dominicis diebus in singulis domibus minister cū fratribus suis teneat: & de negociis domus, & domui siue fratribus datis: ut ad redēptionē captiuorū tertia pars deputet, fratres ministro, & minister fratribus rōnē fideliter reddat. Nō solū fratrib⁹, sed & familiæ domus ꝓ capacitate sua similiter singulis dominicis diebus, si fieri pōt, exhortatio fiat: & q̄d credere, aut agere debeāt, simpliciter moneantur De oībus rebus, & clamoribus i capitulo fratres iudicent. Nullus fratrū fratrē suū in publico accuset, nisi benè possit ꝓbare. Qui aūt hoc fecerit pœnā subeat, quā reus subiret, si cōuincti potuisset, nisi minister ex cā cū eo dispēsare uoluerit. Si q scādalū, uel aliq̄d huiusmodi fecerint, uel (q̄d absit) se inuicē ꝓcusserint, iuxta arbitrium ministri, maiori, uel minori uindictæ subiaceāt. Si qs frater in fratrē peccauerit, id est ꝙ fratrē, id est eo solo scīēte, q iniuriam passus est, sustineat patiēter, licet sit innocēs: & cū queuerit cōmotio animorū, benigne, & fraterne cōmoneat, & corripiat eū usq; ter iterse, & ipsū solū, & pœnitētiā agere de cōmisso, & à similib⁹ in posterū abstinere: q̄d si audierit, dicat ministro & ille corripiat cū secreto sin q̄d uiderit saluti eius expedire. Qui uerò scādalū mouit, & ꝓ se emēdare uoluerit, totū ante pedes scandalizati petēs uenia se extēdat: & si semel nō sufficit usq; ter illud idē faciat. Si uerò hoc i publicū uenerit, q̄cūq; secutura fuerit pœnitētia hęc sit prior, scilicet ante pedes ministri petēdo uenā totius corpo

tis extensio, & postea secundum eius arbitrium emendetur. Generale capitulū semel in anno celebretur: quod fieri debet in octauis Pentecostes. Si pro necessitate domus debitum fuerit aliquod contrahendum prius in capitulo fratribus proponatur, & cum eorum fiat cōsilio, & assensu: vt sic & suspitiones & murmura euitentur. Si quisquam de substantia domus violentiam fecerit, & ad iudicem oportuerit referri, non antè hoc fiat, q̄ charitatiuè ille à fratr. primò, post ab aliis vicinis similiter monea tur. Electio ministri per cōe fratrum cōsilium fiat: nec eligatur ſm dignitatem generis, sed ſcdm vitæ meritū, & sapientiæ doctrinam. Ille verò, qui eligitur, sacerdos sit, vel clericus ordinibus aptus. Minister verò siue maior, siue minor, sacerdos sit. Maior minister confessiones fratrum oium cōgregationum eiusdem ordinis, audire p̄t. Minor verò minister omniū fratrum suæ domus audiat confessiones, dummodo verecūdia repetiti excessus occasioné minimè præbeat tardius prælatis suis, vel minus pure, q̄ deceat confitendi. Solicité verò minister prouideat, vt præcepta regulę, sicut cæteri fratres per omnia teneat. Postquàm verò electus fuerit, si ex culpa deponi meruerit, per maiorem ministrum conuocatis tribus, vel quatuor ministris minoribus deponatur, & alius qui dignus sit loco eius subrogetur. Si verò pro remotione terrarum, vel alia causa rationabili maior minister hoc facere non poterit, ministris minoribus magis religiosis cōmittat: & q̄d illi fecerint auctoritate maioris, ratum habeatur. Maior verò minister, si processibus corrigendis vel deponendis sit, per quatuor, aut qnque ministros eiusdē ordinis magis religiosos hoc fiat: qui tunc auctoritate generalis Capituli ad hoc eligi debent. Si quis huius ordinis frater esse voluerit, primò p annum cū expensis suis, præter victum, habitu suo, & omnibus suis retentis, in ordine pro Deo seruiat: & post annum si bonū, & conueniens videatur ministro domus, & fratribus, & illi, & locus vacauerit, recipiatur: nihil tamen pro receptione sua exigatur. Si quid tamen gratis dederit, recipiatur: dum tale sit, de quo non videatur ecclesię litigiū imminere. Si verò de cuiusque moribus visum fuerit dubitandum, prolixior de eo probatio habeat. Si ante receptionē aliquis se intemperanter habuerit, & impatiens disciplinæ, & ad arbitrium ministri non emendauerit mores suos, tribuatur ei modestè licentia cum omnibus quæ attulit recedendi. In ordine verò aliquis non recipiatur, antequam annum videatur vigesimum compleuisse. Professio verò in arbitrio ministri relinquatur. Pignora non accipiant, nisi decimas cū licentia sui Episcopi de manu laici, iuramenta non faciant, nisi magna necessitate cum licentia ministri, vel iussi ab Episcopo suo, vel ab alio vices apostolicas gerente, & hoc pro honesta, & iusta causa. Si quod vitium in re, quæ venditur notum fuerit, indicetur remptori: depositum auri, vel argenti, vel pecuniæ non liceat eis suscipere. Ipsa die, qua infirmus venerit, vel apportatus fuerit, de peccatis suis confiteat, & cōmunicet. Omni secunda feria præterquā in octauis Paschæ, & Pentecostes, & Natiuitatis domini, & Circuncisionis, & Epiphaniæ, & præterquā in festiuitatibus, quæ ad colendū pronunciātur, finita missa p fidelibus fiat absolutio fideliū defunctorū in cœmiterio. Singulis quoq; noctibus ad minus, in hospitali corā pauperibus p statu, & pace Sāctæ Romanæ Ecclesiæ, & totius christianitatis, & p benefactoribus, & p his, p quibus generalis ecclesia consuerit orare, cōis fiat oratio. In regularibus horis morē Beati Victoris obseruent, nisi fortè pausationes, vel aliæ plixitates, vel vigilię, occasione laboris, & paucitatis seruientium de consilio priorum, & religiosorum virorū fuerint remittendæ, pp paucitatē etenim suā tantas pausationes in psallendo facere non tenebunt, nec ita tēpestiué surgere. In rasura similiter ordinem Sancti Victoris sequantur clerici. Laici verò barbas non ra-

radāt, sed eas crescere modestè ꝑmittat. Nulli ergò &c. nostræ cōcessionis, & constitutionis &c. Datum vt suprà.

G. PRAEPOSITO ALBENSI. qua datur illi potestas conferendi custodiam Albanensem.

INnotuit apostolatui nostro per petitionem nobis ex tua parte porrectā, q̄ cū in Alben. Ecclesia quædā dignitas, quæ custodia dicitur, ad tuam donationē ptinens habeatur: cuius curæ, ac solicitudini ornamēta, ac priuilegia ipsius ecclesiæ, & diadema etiā regium cōmittuntur: eam personæ idoneæ conferre desideras: ne fortè per imperitiam, aut infidelitatem, vel negligentiā custodis ipsius ecclesia incurrat aliquod detrimentū, aut honor patriæ de Corona aliquā læsionē sustineat. Volētes igit indēnitati ecclesiæ ꝓcauere, & tibi tuā iustitiā conseruare, vt custodiā ipsam, sicut tui iuris existit, idoneæ ꝑsonæ nullius appellationis obstaculo cōferas, & assignes, liberam tibi damus auctoritate apostolica facultatem. Dat. Lateran. XII. cal. Ianuarii.

N. PICTAVIEN. EPISCOPO. vt Monasteria per suam diœcesim visitet atque reformet.

SI sup cōmisso tibi grege sic vigilare ꝓcuras, vt esse de illis pastoribus, q̄ nato dño super grege suo noctis vigilias custodiēbāt, merito cōproberis, in tui executione officii semp cū discretione ꝓcedes & de subditis tuis tanquā de eis redditurus dño rationē plāiare virtutes, & extirpare viti a ꝓcurabis. Ad audientiā siquidē nostrā noueris ꝓuenisse, q̄ in Pictauen. diœcesi pro diutina pastoris absentia in religiosorū collegiis, & aliis ꝑsonis ecclesiasticis multa, quæ statū ꝑturbāt religionis, & ordinis sunt ꝓsumpta ad quorū correctionē te oporteat propē sioris solicitudinis studiū exercere. Volentes igitur, vt excessus liberiùs valeas corrigere delinquentiū, cùm nostra fuerīs auctoritate suffultus, tibi pagina ꝓsenti mandamus, quatenus ad abbatias, & alia loca religiosa, & ecclesias tuæ diœcesis, quæ tibi sunt d œcesana lege subiectæ ꝑsonal ter accedens, q̄ tā in capite, q̄ in mēbris in eis corrigēda inueneris, ſm Deū corrigas, & emēdes, & reformationi eorū taliter procures insistere, quod de bona possis prouisione laudari: & ec clesiarū status ꝑ te studiosius reformet. Datum vt suprà.

FVLCONI ABBATI MONASTERII Sancti Petri Corbeien quod in pago Ambianen. situm est, eiusque fratribus tam præsentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Quæ eis in protectionem recipit, & elegantia vita atque morum præcepta relinquit.

APostolicæ sedis auctoritate, debitoq; cōpellimur, ꝓ vniuersarū statu ecclesiarū sollicitudinē gerere: & earū maximè, q̄ specialius eidē sedi adhęrēt, ac tanq̄ ꝓprio iure subiectæ sunt, vtilitatibus ꝓuidere. Ea ꝓpter dilecti in dño filii, vestris iustis postulationibus clemēter annuimus: & ad exēplar ꝑdecessorū nostrorū felicis memoriæ Nicolai, Benedicti, Leonis, Vrbani, Paschalis, Innocen. Eugenii, Adriani, Alexan Clemētis, Cœlestini Ro. Pont. ꝑfatū Corbeiē. monasteriū in pago Ambianen. sitū, quod ad ius, & ꝓprietatē Beati Petri specialiter ptinet: in quo estis diuino obsequio mācipati, sub Beati Petri, & nr̄a ꝓtectione susc ipimus & ꝑsentis scripti pagina priuilegia cōmus. In primis siquidē statuētes &c. vsque ad verbū Vocabulis, oēs parochias Corbeię, & Parochiā pratorū parochiā de Naurs, parochiā de Bus, parochiā du Thanes, & parochiā de Vscia Ad hęc adiicientes īterdicim⁹, vt possessiones ipsius ecclesiæ, & beneficia absq; abbatis, & fratrum cōsensu, nullus hominum in vita, siue in morte aliis ecclesiis dare, vel alio quolibet modo alienare ꝑsumat ab ipsa. Nec liceat Remen. Archiepiscopo, nec Ambianē. nec alicui Epo in abbate, & fratribus, vel clericis siue famulis, aut in laicis infra ꝑfatas parochias cōstitutis domina

tionẽ aliquã exercere, aut eos excõicare, vel interdicere: aut appellationes ab eis vel inuicẽ, vel cõtra eos ab extraneis factas aliquo mõ recipere, vel ꝑ emẽdatione criminũ actiones q̃rere ꝑmiorũ, neq; potestatẽ aliquã in possessionibus ad ipsum monasteriũ, vel cellas eius ꝑtinẽtibus, vel ī posterũ iustẽ, & rõnabiliter acquirẽdis sibi audeãt vendicare. Prohibemus quoq;, ne Remẽ. Archiep̃i, vel Ambianẽ. Epi, aut alii, vel eorũ œconomi, vel Archidiaconi, seu eorũ nũcii, absque vestra, vel vestrorũ fratrũ gratuita vocatione ad monasteriũ vestrũ, vel loca ꝑdicta accedãt, aut molestationẽ aliquã, seu perturbationẽ inferãt: aut cõsuetudines prauas, seu nouas imponãt. Chrisma vero, &c. Obeunte verò te nũc eiusdẽ loci abbate, vel tuorũ quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia ꝓponat, nisi quẽ tantũ fratres cõi cõsensu, vel fratrũ pars cõsilii sanioris ſm Deũ, & Beati Ben. regulã de eodẽ collegio, vel alterius cœnobii, si ibi aliquis ad hoc regimẽ dignus repertus nõ fuerit, ꝓuiderint eligẽdũ. q iuxta antiquã ecclesię vestrę cõsuetudinẽ, à quo cunq; malueritis Epo cõsecrẽ. Apostolica insuper auctoritate statuimus, & sub interminatione anathematis ꝓhibem⁹, ne abbates vestri, q ꝓ tpe fuerint, altaria, decima, ꝓbẽdas monachales, aliquo titulo alienare ꝑsumãt: nec alias possessiones monasterii, seu thesauros vẽdere, obligare, aut infeudare, sine cõi cõsensu Cap. vel maioris, aut sanioris partis aliquatenus audeãt. Ad hęc aũt adiicimus, ne aliqui monachi, seu cõuersi sub ꝓfessione domus vestræ astricti, sine cõsensu abbatis, & maioris, ac sanioris partis Cõ. vestri ꝓ aliquo fideiubeãt, vel ab aliquo pecuniã mutuo accipiãt, vltra ꝑciũ Cap. vestri rõnabili ꝓuidẽtia diffinit, qđ si facere ꝑsumpserint, nõ teneaẽ cõuẽtus pro his aliquatenus rñdere. Indictũ aũt, sicut hactenus Corbejẽ. monasteriũ celebrare cõsueuit, vobis cõfirmamus: & ne qs eos q ad ipsũ cõuenerint in eorũ bonis, vel in ꝑsonis offendere, vel molestare ꝑsumat, auctoritate apost. ꝓhibemus. Illis verò, q locũ ipsum in hac die deuotionis intuitu visi auerint, & beneficia ei cõtulerint, de iniũcta eis pœnitẽtia 40 dies auctoritate ap. relaxamus. Hospitali aũt vestro, qđ Portaria dicit, decimas a Catholicis ipsius loci Abbatib⁹, & aliis Dei fidelibus rõnabiliter cõcessas, auctoritate ap. cõfirmamus. Decernimus ergo, &c. salua sedis ap auctoritate. Ad indicium autem q̃ monasterium vestrũ ad ius, & proprietatẽ Beati Petri pertineat, & perceptæ à Ro. ecclesia libertatis, vnciã auri nobis, & successoribus nostris annis singulis persoluetis. Si qua igitur &c. Datũ Lat. per manum Raynaldi dñi Papæ notarii, Cancellarii vicem agentis 15. cal. Ianuarii, indictione 2. incarnationis dñi cæ anno 1198. Pont. verò domini Innocentii Papæ III. anno I.

R. ILLVSTRI REGI ANGLORVM, ne Cantuarienses Monachos contra ius contraque rem iudicatam, & Romani Pontificis auctoritatem opprimat.

CVm inter alios mundi Principes ꝑsonam tuam, sicut charissimi filii, dispoſuerimus ꝓrogatiua dilectionis, & gratiæ honorare, & tam tuis, q̃ tuorũ vtilitatibus paterna prouisione diligenter intẽdere, miramur plurimũ, & dolemus, q̃ hoc propositum nostrum, ex quo nimirũ quantũ magnitudini tuę valeat honoris, & vtilitatis afferri, Serenitas regiã non credimus ignorare, prauis quorundam suggestionibus niteris impedire. Cùm enim negotium Cantuarien. dudum solum Deum habentes præ oculis, studuerimus secundum diuinum bẽneplacitum terminare: in quo si ꝑsonas vellemus accipere, vel munera forsitan acceptare, partem Cãt. Archiepiscopi procul dubio præruliſſemus partibus monachorũ: credebamus q̃ factum nostrum Celsitudo deberet regia gratiarum prosequi actione: quæ nos hactenus de iustitia faciẽda sæpius exorauit: nec sustineret aliqua ratione, quod quisquã deberet in hac parte apostolicis iussionibus obuiare: qn potiùs si aliter feciſſem⁹, ꝑter offensã diuinã, & cõsciẽtiæ læsionẽ plurimũ verebamur

mur, ne diceremur oppressores pauperũ, & iustitiæ contẽptores. Verùm secus cõtigit q̃ vellemus, vel ẽt credere debere mus: nuper.n. accedentes ad præsentiam nostram dilecti filii nostri Prior, & socii sui monachi Cãtuarien. lachrymabili nobis, & defienda cõquestione monstrarũt, qđ cum regia sublimitas mandauisset de thesauro ecclesiæ Cantuarien redigẽdo in scriptis, & sigillo tã regio, q̃ Archiepiscopi, necnon & monachorũ finando: ne; hoc, vnde ipsos in domino commendamus, facere voluissent, sicut priùs in ipsorũ ꝓnicie cogitatũ, spreta sedis apostolicæ reuerẽtia, suis sunt rebus, & possessionibus spoliati: vnde ad sedẽ apostolicã eos laborare oportuit inuitos, pariter & dolẽtes. In quorũ aduentu renouatus est dolor noster, quia sustinuimus cum Prophera pacẽ, & nõ venit: q̃siuimus bona, & ecce turbatio. Cũ.n. veterẽ sed non dũ inueteratã, & plãtã q̃stionẽ sæpiùs ad apost. sedẽ crederemus nos penitus extinxisse, cuius occasione, & religiosi viri, & Deũ timentes N. quõdã prior, & nonnulli Cantuariẽ. monachorũ ꝓ libertate ecclesiæ ipsius animas posuerunt, & hi, q̃ nuper ad nos venerũt ꝓdecessorũ nostrorũ vestigiis inhærẽtes, malunt mori pro eadẽ, q̃ videre mala gẽtis suæ, & Sãctorũ. Ecce quasi morbus pullulat reciduus, & facta sũt nouissima eius deteriora prioribus, qđ tristes referimus & dolentes. Porrò q̃n auctoritatẽ apo. sedis, cui (licet immeriti) ꝑfidemus, vigorẽ volumus obtinere debitum: nec sustinere possumus, nec debemus, ne in suggillationẽ eius aliquid debeat attentari magnificẽtiã regiã de puro corde rogamus, monemus, hortamur, & in remissionẽ iniungimus peccatorũ, quatenus reuocatis omnibus q̃ cõtra eosdẽ monachos attẽtata noscuntur, & ĩ pristinũ statũ reductis, quos pro reuerentia sedis apost. apud sublimitatẽ tuã haberi volumus plurimũ cõmendatos, mandatũ nostrũ in ea cã, q̃ iter ipsos & ꝑfatũ Archiepiscopũ vertebat, emissũ nõ sustineas ab aliquo ꝓteriri: qđ tanto fortius brachio potentiæ tuæ credimus effectui mãcipandũ, quãtò amplius ĩ tuis negociis, & tuorũ à nobis desyderas ĩ maioribus exaudiri: neq; ꝓ hoc circunspectionẽ tuã volumus dubitare: qđ si præmissa studeris liberaliter adimplere, maiorẽ, ex hoc gratiã, & fauorẽ apud sedem valeas apostolicã ꝓmereri. Alioquin quã tũcũq; ꝑsonã tuã in domino diligamus, & honori tuo velimus, quantũ cum Deo possumus, & nostro deferre, contẽptum nostrũ, immo Dei, cuius locũ (licet indigni) tenemus in terris, nõ poterimus vltẽrius æquanimiter sustinere, sed ĩ eos qui cunq; fuerint, & terras eorũ, q̃ nostræ dispositioni ꝑsũserint obuiare, eã animaduersionẽ sine dẽria ꝓsonarũ curabimus exercere, qđ ꝓ exhibitionẽ operũ ostẽderemus nos velle regia via prudẽter incedere, nec cuiusquã gratia, vel fauore declinare ad dextrã, vel sinistrã: cũ omnem inobedientiã ẽm Apostolũ prõpti simus vlcisci. Si quis aũt regiæ serenitati suggesserit, ꝙ de ipsa æquã sinistri à dictis monachis ꝓpositũ fuerit corã nobis, fidẽ nõ adhibeas: cũ potiùs afflictiones, & molestias suas plus altero ꝓcurãte, q̃ de voluntate credant regia processisse. Dat. Lateran. XI. cal. Ianuarii.

N. ROTHOMAGEN. ARCHIEpiscopo. N. Episcopo Elien. vt ipsi Pontificis literas Anglorum Regi offerant, & interpretentur causamq; monachorum cõmẽd. t.

LAchrymabilẽ afflictionẽ dilectorũ filiorũ Prioris, & monachorũ Cantuarien. & miserabilem apud sedẽ apost. toties replicatã, referre sine multa cordis amaritudine non ualemus: cũ eis apo. sedis subsidiũ nihil videat cõmodi attulisse: quin potius quanto eis rõne ꝓuia magis adesse volumus, & ꝓdesse, tãto aduersus eos manus hostiles in contẽptũ apostol. sedis est diutius aggrauata: & cũ per charissimum in CRISTO filiũ R. Anglorũ regẽ illustrẽ oppressiones huiusmodi crederem⁹, & violentias ꝓ reuerentia sedis apost. refrenari, cuius sæpius sup hoc scripta recepit. E cõtra nũc vltimo in tm̃ ꝓfecimus, ꝙ Prior & monachi spreta sedis apost. reuerẽtia suis rebus, & possessionibus spo-

liati, emisso edicto de thesauro ecclesiæ cõsignãdo, q̃ hactenus fuit penitus ĩ auditũ. Volentes aũt adhuc maternis insistere lenimẽtis, & nolentes illius exemplo, cui⁹ vicẽ (licet indigni) tenemus, in terris p̃ singulos dies irasci, adhuc semel sup̃ eodẽ facto p̃fato regi nostras literas destinamus. Vt aũt preces, & mandata nostra cordi regio tenaciùs, q̃ hactenus imprimant, rogamus fraternitatẽ vestrã attentius, & p̃ apost. scripta p̃cipim⁹, quatenus literas nostras sup̃ hoc sibi transmissas, omni dilatione cessante, curetis ei fideliter explanare: quas si aure surda transierint, p̃ter animaduersionẽ debitã, quã in cõtẽptores Eccle. Ro. ac nostros non differemus ulterius iaculari, eius instruemur exẽplo, qualiter suas, suorũq; petitiones debeamus etiã in maioribus exaudire. Quod si ambo &c. Datũ ut s.

AIMERICO ILLVSTRI REGI Hierosolimitano, qua illum ad pietatem & modestiam hortatur, auxiliaque sua promittit.

Enientẽ ad nos dilectũ filiũ magistrũ I. clericũ, & nunciũ serenitatis regiæ, qua decuit benignitate recepimus: & in his, q̃ nobis p̃posuit ex parte magnitudinis tuæ curauimus, quantũ cũ Deo potuimus, exaudiri. Verũ qa sicut domino placuit, à quo est omne datũ optimũ, & omne donum pfectũ, manũ misisti ad fortia, & illius terræ administrationẽ, & regimẽ assumpsisti: in qua dñs, & redẽptor operatus salutẽ nostrã dorsũ posuit ad flagella, & humiliauit semetipsũ, factus obediens vsque ad mortẽ: regiæ magnitudini est summopere satagendũ: vt exẽplo eius, q̃ cœpit facere & docere, in tribulationibus nõ deficiat: q̃ terrã illã nimis exigẽtibus peccatis inuenerunt: in quibus adiutor tibi aderit, si sustinueris patiẽter, fidelis Deus, qui neminẽ patitur tentari supra id, qd̃ poterit sustinere, sed facit cũ tentatione p̃ euentũ. Eiusdẽ quoq; humilitatẽ studeas quantũ poteris imitari: vt quanto maior es, tanto te amplius in cõspectu domini humilies, vt exaltet te in tpe visitationis. Qui n. se humiliat, iuxta scripturæ testimoniũ, exaltabit̃, & q̃ se exaltat humiliabit̃: neq; deuotio dẽt aliquatenus dubitare, qui si p̃ opera virtutũ p̃missarũ, & ẽt aliarũ studueris in lege dñi ambulare, tribuat tibi dñs ꝑm cor tuũ, & mittat tibi auxiliũ de Sancto, & de Syõ te tueat: & cũ sit misericors, & miserator, nõ cõtinebit ĩ ira misericordias suas: q ẽt in vlciscendo nõ obliuiscit̃ misereri: q si p̃ nobis fuerit, & nobiscũ, q s contra nos? Alioquin cũ renes, & corda scrutet̃, nisi cõuersus ad eũ fueris, nec ipse ad te cõuertet̃: sine quo nec tu qequã facere poteris, nec nos tecũ: qui quantũ p̃ subsidio terræ sanctæ dudũ laborauimus, & laboremus indesinenter, serenitatẽ tuã non credimus ignorare: cũ idipsũ ferè nouerint vniuersi, & p̃dictus magister magnitudini regię, poterit plenius indicare. Vt aũt de solicitudine, & labore nostro fructus p̃ueniat exoptatus, rogamus magnificentiã tuã, monemus, & exhortamur in dño, quatenus in spiritu humilitatis, & animo contrito, susceptæ potestatis officiũ ita p̃cures irreprehensibiliter exercere, qd̃ p̃ auxiliũ gratiæ diuinæ loca natiuitatis, & resurrectionis dominicæ, pristinæ ualeãt tẽporibus nostris restitui libertati. Nos. n. sumus in eo p̃posito cõstituti ut quantũ cũ Deo poterimus auxilio tuo, & terræ adesse velimus ingiter, & p̃desse. Latorẽ aũt p̃sentiũ, uirũ p̃uidũ, & fidelẽ magnificentiæ tuæ reddimus commendatum. Dat. Lateran. XII. Cal. Ianuarii.

N. NOVIOMEN. EPISCOPO. N. sancti Medardi Suession. & Compendij Abbatibus. Vt iniurias monasterij Corbeiensis prosequantur: & priuilegia defendant.

Significantibus dilectis filiis Abbate, & monachis Corbeien. nos accepisse noscatis, quòd cum ecclesia de Vscia in pago Tornacen. sita, sicut ĩ eorũ priuilegiis cõtinet̃ ab Episcopali sit iurisdõne exẽpta nec dẽ alii,

alii, nisi nisi ꝑfato monasterio respõdere venerabilis frater noster Eps, & dilecti filii capitulum Tornacen. eam nituntur suæ iurisdictioni supponere, & presbyterum eiusdem ecclesiæ (cùm eis non liceat) excommunicare præsumunt, & in hoc monasteriũ ipsum molestatione indebita fatigare: Super quo, licet per eosdem Abbatem, & monachos prædictus Episcopus ad sedẽ apostolicã fuerit appellatus, & terminus festũ Sancti Remigii appellationis prosequẽdæ præfixus per eũ, nec per aliũ appellationẽ prosequi procurauit. Vnde nos eidẽ per scripta nostra præcipimus, vt ab ipsius molestatione, indebita penitus desistẽtes supra ecclesia memorata cõtra priuilegia sedis apostolicæ nõ præsumãt ipsum lædere quomodolibet, vel turbare. Quocirca discretioni vestræ per apostolica scripta mãdamus, atq; præcipimus, quatenus eos à molestatione ipsius, contra priuilegia Romanorũ pontificum districtionem, qua videritis expedire, sine appellationis obstaculo compescatis. Nullis literis, &c. Quod si oẽs, &c. tu frater Episcope cum eorum altero, &c. Datum vt suprà.

N. EPISCOPO, ET CAPITVlo Tornacen. vt ab iniurijs d. monasterio in ferendis abstineant.

A Molestatione indebita monasterii Corbeien. vestrã, & sine mandato nostro deberetis taliter compescere voluntatẽ quod non videremini illud in suis iustitiis contra priuilegia sedis apostolicę fatigare. Significãtibus siquidẽ nobis, &c. ferè in eundem modum vt suprà vsque ad verbum turbare. Alioquin noueritis nos venerabili fratri nostro Nouiomẽ. Episcopo, & dilectis filiis Compendii, & Sancti Medardi Suessionen. Abbatibus dedisse firmiter in mandatis, vt vos à molestatione ipsi contra priuilegia Romanorũ pontificũ appellatione remota, qua expedire viderint, districtione cõpescãt. Nullis literis, &c. Datũ vt suprà.

N. EPISCOPO NANNETEN. Qua auctoritate Apostolica, cui hoc tantum permittitur, ad ecclesiã Pictauen. sem trãsfert.

QVM sedes apostolica à Deo plenitudinẽ susceperit ptãtis nos qui ei (licet immeriti, diuina fauente clementia præsidemus, sic conuenit omnium ecclesiarũ prouisionibus cogitare, ꝙ illi, qui supra se ipsum petrã stabili soliditate fundauit, de cõmissis nobis dignam valeamus reddere rõnẽ: quia super nos aliũ iudicẽ non habemus. Licet aũt inter ecclesiã, & Epm esse spirituale matrimoniũ cognoscamus, qđ non põt, nec debet humano iudicio separari: ipse tñ dñs noster, & magister soli Beato Petro Vicario eius, & per ipsum successoribus suis & nobis ipsis, qui (licet indigni!) locũ tenemus ipsius, trãsferendi, & deponendi pontifices, & eorũ cessiones recipiendi, ecclesiarũ necessitate, vel vtilitate pẽsata, sicut testat antiquitas, & sacrorum canonũ asserũt sanctiones, speciali priuilegio tribuit prãtem. Quod quidẽ prouida, & sancta dignoscitur deliberatione statutũ, vt quos Deus spirituali coniunctione ligauit, non homo, quia non Vicarius hominis, sed Deus: quia Dei Vicarius separaret, vt non videatur contra doctrinã Euangelicã attẽtari, in qua dr: Quod Deus coniunxit, homo nõ separet. Intelleximus equidem per literas ven. fratrũ nostrorũ Bituricen. Burdegalen. Archiepiscoporũ, & Episcopi Xãctonẽ: & dilectorũ filiorũ Decani, & Capituli ecclesiæ Pictauẽ. necnon. Abbatũ, & aliorũ Prælatorũ ecclesiarum Pictauen. diœcesis, nostro apostolatui præsentatas: ꝙ defuncto bonæ memoriæ A quondam Pictauen. Epo, prædicti decanus, & capitulũ in personã tuã vnanimiter cõuenerũt, te ipsis in Epum cõcedi à sede apostolica postulantes. Nos verò cũ fratribus nr̃is deliberato cõsilio, ad nostrã memoriã reducẽtes, quantũ Pictauen. ecclesia post decessũ felicis recordationis Vu. quondã Pictauẽ. Epi pro substitutione põtificis laborauerit: credẽtes ẽ ꝙ p solici-

Vide interpretum tum ex tra de trã slatione Episcopi.

solicitudinis tuæ prudentiã ecclesia ipsa spiritualibus, & tẽporalibus assiduũ suscipiat auctore dño incrementũ: cũ talibus ẽm instituta canonũ euidẽs vtilitas & vrgens necessitas cõsyderari debeat, & attẽdi: vtile cognouimus, & necessariũ, vt de minori ciuitate ad maiorẽ, de populosa diœcesi ad populosiorẽ, & de nobili ad nobiliorẽ ecclesiã apostolica debeas auctoritate trãsire, vbi talentum tibi creditũ dño tuo valeas reddere duplicatũ. Sãctorũ igitur patrũ institutionibus, & prædecessorum nostrorũ vestigiis inhærentes, qui trãslationes hmõi, consyderatis ecclesiarũ vtilitatibus, & necessitatibus, facere sæpius consueuerunt: supradictorũ Decani, & Capituli, & Cleri Pictauen. petitioni clemẽter annuimus, & vt à Nanneten. ad ecclesiã trãseas Pictauen. de benignitate sedis apostolicæ liberã indulgemus tibi auctoritate præsentiũ facultatẽ. Datum vt suprà.

N. BVRDEGALEN. ARCHIEPISCOPO. *De eadem Re pertractat.*

GVM sedes apostolica &c. vt suprà ferè in eundẽ modũ, vsque ad verbũ Facultatẽ. Quo circa fraternitati tuæ per apostolica scripta mãdamus, quatenus ipsũ Eps̃um sicut venerabilẽ in Christo fratrẽ habeas, & fraterna benignius charitate pertractes: vt ipse te in doctrina patrẽ, & pastorẽ suum, & in mansuetudine fratrem agnoscat. Datum vt suprà.

N. DECANO ET CAPITVLO *Pictauen. Eiusdẽ argumenti cũ præcedẽtibus.*

GVM sedes apostolica &c. vt suprà ferè in eundem modũ vsque ad verbũ Facultatẽ. Ideoq; vniuersitati vestræ per apostolica scripta mãdamus, atq; præcipimus, quatenus eidẽ Eps̃o tanquã prælato, & pastori animarũ vestrarũ debitã obedientiã, & reuerentiã pendatis: vt cũ ipse in vobis filialẽ deuotionẽ inuenerit, benign' vobis, & mansuetus existat: & vos, & ecclesiam vestram paterno benignius amplexetur affectu. Datum vt suprà.

ABBATIBVS, PRIORIBVS, *Præpositis, & alijs Ecclesiarum Prælatis, & vniuersis clericis Pictauen. ecclesiæ diœcesana lege subiectis. Vt postulato Episcopo suo obtemperent.*

GVM sedes apostolica &c. vt suprà ferè in eũdem modum vsq; ad verbũ Facultatẽ. Cum itaq; prædicto Episcopo vestro debeatis tãquam membra capiti cohærere, & ipsius salubribus monitis, & mandatis deuotè, ac humiliter obedire, vniuersitati vestræ p apostolica scripta mandamus, atq; p̃cipimus, quatenus ei cũ deuotione obedientiã, & reuerẽtiã impendatis: & de rõnibus Eps̃alibus curetis plenariè resp̃õdere. Sicq; ipsi ad releuanda onera debitorũ, qbus Pictauen. ecclesia (sicut dr̃) prægrauatur, grata subuẽtionis auxilia ministretis: qđ ipse vos tanquã bonos filios habeat semper in viscẽribus charitatis, & vestris valeat vtilitatibus imminere. Datum vt suprà.

N. NARBONEN. ARCHIEPISCOPO, *& Fratri Rainerio, qua Episcopi Carcassonensis resignationem approbat.*

MAnc inter corporalia, & spiritualia cõstat existere dr̃iam, q̃ corporalia facilius destruũtur, q̃ cõstruantur; è contrario verò spiritualia facilius construuntur, q̃ destruantur: vnde iuxta canonicas sanctiones Eps̃us solus dare honorem potest, solus autem non potest auferre. Ex parte siquidem venerabilis fratris nostri N. Carcassonen. Eps̃i fuit in audientia nostra propositum, quod in suis adeo processit diebus, & propter senium vigor naturalis in ipso defecit: quod omnino est inutilis, & insufficiens ad portandam curam Carcassonen. ecclesiæ, immo eius administratio (sicut proponitur) animabus sibi commissis pernicioſa est potius, & damnosa præsertim cùm non solum in temporalibus, immò etiam in spiritualibus ecclesię suæ curæ commissa cum cæteris diœcesanis tãtum lapsum incurrerit, quod humani

humani generis inimicus fere uniuersorũ corda iniquitatis gladio penetrauit vt eos secũ in ignẽ ppetuæ gehennæ retrudat: & in tñ in ea diœcesi uirus ꝑuaricationis hæreticæ penetrauit, ꝙ diuersas, & inauditas sectas ministri diabolicæ fraudis ibidẽ adinueniunt, & publicè ꝓfitentẽ: & populũ, ꝙ sibi credant, habẽt ita ut uox eorũ angelica reputẽt, nec sit inter eos, ꝙ ab ore ministri uerbũ affẽcter, quinimmo non didigneꝰ Euangelicæ ꝓdicationis audire. Propter qđ idem Episcopus suã in sufficientiã recognoscens à nobis humiliter postulauit, ut ei cedendi licentiã ꝓberemus. Nos igit̃ tã sup lapsu ecclesiæ, q̃ interitu animarũ, q̃ ꝓ incuriã pastoris in laqueũ dãnationis incidisse credunt̃, pio cõdolentes affectu, & uolentes sup hoc congruæ ꝓuisionis remediũ adhiberi, discretioniue strę ꝓ apostolica scripta mandamus, quatenus si ꝓfatũ Episcopũ ꝓp impedimẽtũ cordis, uel corporis insufficientẽ esse noueritis ad gerendã solicitudinẽ pastoralẽ, uos auctoritate nostra cessionẽ eius admittere minime postponatis: & ea libera, ac sine prauitate recepta, canonicis ecclesiæ Carcassonen. tribuatis licentiã aliũ idoneũ Episcopũ eligendi. Qui opere, ac sermone fidei ꝓuaricatores ad fidei reuocet unitatẽ: & eradicato penitus zizaniorũ germine, frumentũ cum multiplicato fructu faciat, inspirante diuina clementia pullulare. Vobis aũt in uirtute obediẽtiæ districtè ꝑcipimus, ut ꝓ uos ipsos, & quoscunq; alios ad præfatos hæreticos de Narbonẽ. ꝓuincia penitus excludendos, omne studiũ, & operã, quã poteritis, tribuatis. Datũ. Laterã. X. cal. Ianuarii.

N. ARCHIEPISCOPO, ET Decano Senonen. vt Ecclesiam S. Martini Turonensis ab iniurijs defendant.

POtestatis apostolicæ plenitudo longe, lateq;, diffusa, licet vbiq; præsens potẽtialiter habeatur, tamẽ quia ea, quæ ad tantum officium pertinẽt, per se prout singulis expediret, non valet præsentialiter exercere, tã uos quàm alios ministros ecclesiarũ in partẽ solicitudinis aduocauit: ut sic tanti onus officii per subsidiarias actiones cõmodius supportetur. Inde est ꝙ cũ ecclesia Beati Martini Turonen. nostra filia specialis existat, nec ei possimus in quibuslibet necessitatibus suis ꝑsentialiter, prout tenemur, adesse, nos ꝓ misteriũ nostrũ, qđ eidem impendi non põt, uestræ solicitudini cõmittentes, discretioni uestræ ꝓ apostolica scripta mandamus, quatenus dilectis filiis canonicis ipsi⁹ ecclesię, quoties ad uos ꝓ irrogatis sibi iniuriis duxerint recurrendũ, de malefactoribus suis cõstitutis in terra char. in Christo filii P. illustris Regię Frãcię, appellatione remota nullatenus differatis iustitiæ plenitudinẽ exhibere, ad id liberius faciendũ quẽ admodũ uideritis expedire, monitione ꝓmissa rigorẽ ecclesiasticũ, prout iustũ fuerit, adhibentes. Datũ ut supra. Scriptum est in eundem modum Episcopo, & Decano Pictauen.

N. PICTAVEN. ET N. CENOmanen. Episcopis, et Abbati de Fontana. De eadẽ re præcipit, & ut ipsi uitia præscindant, atque fluxos mores corrigant eorũ qui in ecclesiam S. Martini assripti sunt.

POtestatis apostolicæ, &c. ut suprà, usque ad uerbũ cõmittentes, Fraternitati uestræ ꝓ apostolica scripta mandamus, quatenus ad eandẽ eccl. accedentes, ea q̃ tã in uestimẽtis canonicorũ inordinatis, q̃ diuinis obsequiis, meditationibus, & firmis tpe residentię faciendę, & aliis tã spiritualibus, q̃ tẽporalibus uideritis corrigendis cũ consilio eorũ quos in ipsa ecclesia maturioris, & sanioris cõsilii esse noueritis, auctoritate apostolica sublato contradictionis, & appellationis obstaculo, Deũ solũ habẽtes ꝓoculis, corrigentes eos, quos uestris ĩstitutionibus cõtrarios inueneritis, aut rebelles ꝓ cẽsurã ecclesiasticã appellatione postposita compescatis: ita in hoc prouisione solicita procedentes, quòd studium uestrum

strum apud Deum, & homines multipliciter appareat commendandũ. Quod si omnes &c. duo vestrum, &c. Datum ut suprà.

N. CONVENTRENSI EPIscopo. De pœna Simoniacorum.

VItium Simoniacæ prauitatis, quantum Deo sit odiosum, & quanta ex eo sequatur pernicies animarũ, fraternitatẽ tuã credimus non latere. Inde est, quòd (sicut audiuimus) plures clerici de tua diœcesi sua sint beneficia symoniacè assecuti: ita quòd ex hoc magnũ scandalũ in populo generetur: tibi præsentiũ auctoritate duximus iniungendũ, ut illis, qui legitimè conuinci poterint, ecclesiastica beneficia taliter obtinere, amotis, tibi ea liceat, appellatione remota, personis idoneis assignare. Alios verò, qui canonice conuinci non poterint, si fama publica noueris laborare, ad purgationẽ canonicã sine appellationis diffugio nostra possis auctoritate compellere, ne scandalũ in populo generet. Vellemus aũt, quòd circa primordia promotionis tuæ maiorem nobis, & ecclesiæ Romanæ reuerentiam impendisses. Datum Lateran.

LITERAE GVIDONIS Comitis Aluerniæ ad Dominum Papam, qua Romanæ ecclesiæ castrum donat. fratrisq; sui causam commendat Pontifici.

DOmino Innocentio diuina bonitate Sanctæ Romanæ ecclesiæ summo, & uniuersali Episcoporum Episcopo, Guido Comes Aluerniæ salutem, cum omni reuerentia, & homini fidelitatẽ debitam. A parentũ meorũ fide non degenerare laborans, qui quoddã suũ propriũ castellũ nomine Vreo, Deo, & Sanctis Apostolis, & ecclesiæ Sanctæ Romanæ sibiq; p̃sidentibus, dño Alexandro Papæ uidelicet, & successoribus suis delegarunt, aliud non minus præcipuum castrum à me nouiter ędificatũ, & meo nomine nominatũ, p̃fatę Sanctæ Rom. Ecclesiæ dono, & concedo, auriq; vnciã pro mea recenti mutatione transmitto. Vestram itaque protectionẽ, & defensionẽ super fratrẽ meũ R. Claromonten. Episcopũ exorare (sicut vr̃) decreui: qm̃ idẽ frater meus præfatus Episcopus conuinctis, & adiuratis sibi coterellorũ, & basclorum ruptis diuersis in præiudiciũ sui ordinis & præuaricationẽ totius iuris, terrã meã incendiis, homicidiis, & rapinis, & quibuscunq; põt malitiis deuastat. Vestræ itaque Sanctitatis pedibus prostratus p̃ces fundo, ut eũ à tanta iniuria reuocetis: & sententiã excõmunicationis, quã in terrã meã præter præfata mala tulit, amoueatis, & iudices, uel examinatores causæ nobis constituatis, dominos Archiepiscopũ Burdegalen. & Præpositũ Euaunen. qui ab uniuersis abbatibus uicinis ueritate cognita, remota appellatione, tantã iniuriã terminare studeant. Precamur etiam, ut latori præsentium super his, & aliis, quæ intimauerit, credatis.

N. COLOCEN. ARCHIEPISCOpo. Vt Monachis Nigris ob nimis flu-xos mores eiectis, fratres Sancti Augustini instituat in cœnobio Sancti Stephani.

GVm nobis (licet immeritis) in apostolicæ sedis specula consistentibus, sit uniuersarum ecclesiarum solicitudo commissa, de statu illarũ solicitudinẽ nos cõuenit gerere diligẽtẽ, & prouidere attente, ut p̃ fratres, & Coepiscopos nostros, cum non possimus ubique nostram præsentiam corporaliter exhibere, possint in melius reformari. Ex parte siquidem tua nostris est auribus intimatum, quòd cum bonę memoriæ Andreas anteceſſor tuus, monasterium S. Stephani protomartyris sitũ in loco, qui dicitur Keu, concessisset fratribus S. Abrahæ de Valle Ebron, monachis nigri ordinis, propter dissolutionẽ suam remotis, & iidem fratres S. Abrahæ bona eius dilapidando, & ducendo uitã nimiũ dissolutã, ipsũ duxissẽt ad nimiam

nimiã paupertatẽ, bonæ mem. C. Papa prædeceſſor noſter, & nos ét tibi dedimus in mandatis, vt reſtitutioni eiuſdẽ monaſterii prouideres: tuo cõmittẽtes arbitrio, vtrum prædicti fratres S. Abrahæ tolerandi, an monachi nigri eſſent ĩ ipſo monaſterio reducendi. Tu verò (ſicut accepimus) fratres S. Abrahæ propter diſſolutionẽ ſuã inde penitus abieciſti: & nos per petitionem tuã duxiſti ſuper prouiſione ipſius monaſterii requirendos. Ideoque fraternitati tuę per præſentia ſcripta mandamus, quat. ſi per monachos eccleſiã illã uideris reformari non poſſe, in ipſa eccleſia canonicos inſtituas regulares, qui ſecundum regulam Beati Auguſtini deuotum ibi domino famulatum impendant: & per eorum religionem locus ipſe in melius tuo faciente ſtudio reformetur. Datum Lat. xi. cal. Ianuarii.

ILLVSTRI REGI VNGARIAE

Vt compellat ſclauos eccleſiæ decimas perſoluere.

SIgnificãte venerabili fratre noſtro Colocen. Archiepiſcopo ad audientiam apoſtolatus noſtri noueris peruenisſe, quòd cum in diœceſi ſua ſint q̃ plures villæ, in quibus Sclaui habitant, iidem Sclaui præfato Archiepiſcopo decimas exhibere contemnunt. Q̃m igitur de regia ſerenitate confidimus, & ſperamus: vt eccleſias, & earum miniſtros diligas, & earum commodis exemplo progenitorum tuorum diligenter intendas, excellentiam tuam rogamus, atq; monemus, per apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus memoratos Sclauos, vt decimas debitas præfato Archiepiſcopo ſine diminutione perſoluant, tradita tibi poteſtate compellere non omittas. Datum ut ſuprà.

N. ABBATI ET CONVENtui S. Petri Carnoten. quod beneficia eccleſiaſtica, nemini promittenda ſint, antequã uacent, & propterea facta promiſſiones iure non ualeant.

CVm monaſterium ꝟ veſtrum multorũ grauetur onere debitorũ, vt vix eius redditibus fratribus ualeant neceſſaria miniſtrari, Abbates qui fuerunt ꝓ tẽpore, ſicut noſtris eſt auribus intimatum occaſione promiſſionum de beneficiis non uacantibus tantis ſe penſionibus obligarunt, q̃ ſi ét, vt dudũ, monaſteriũ in tẽporalibus abundaret, eas ſoluere vix ualeret. Cùm aũt ſecundũ inſtituta canonũ, antequàm uacent nõ ſint eccleſiaſtica beneficia promittenda, & q̃ contra leges fiunt, haberi debeant ꝓ infectis: uos, & monaſteriũ veſtrum á prædictis promiſſionibus, & penſionibus denunciamus auctoritate præſentium abſolutos, cũ nec regulariter ualeat acceſſorium, vbi non obtinet principale. Datum Lateran. III. cal. Ianuarii.

N. EPISCOPO TRIPOLITAno quæ reuocat translationem ſui ab eccleſia N. ad Tripolitanam, à Patriarcha Antiocheno factam, ſed auctoritate apoſtolica, cui, ſoli hoc à Deo conceſſum ait, ex ſingulari beneficio tandẽ illũ eò transfert.

CVm ex naturalis legis præcepto, q̃ dominus in Euangelio declarauit: Quæcunq; volumus vt faciãt nobis homines, & nos eis facere debeamus: & ex eo, q̃ legitur in Thobia: Quod tibi odi fieri, alii ne feceris: ab aliorum tenemur iniuriis temperare, nos qui ſacra docente ſcriptura monemur, ne alii noſtrũ demus honorẽ: & ex apoſtolatu officio, quod (licet indigni ſuſcepimus) aliorũ iura, & præſertim fratrũ, & Coepiſcoporũ noſtrorũ tenemur propenſius defenſare, ab eiſdẽ nolumus nobis iniurias irrogari. Sanè cũ ad apoſtolat⁹ noſtri notitiã luce clarius peruenisſet, q̃ venerabilis frater noſt. N. Antiochenus Patriarcha p̃deceſſoris ſui exẽpla ſecutus, qui motu ꝓpriæ voluntatis N. Tarſen. in Mã iſtan. dr trãſtuliſſe, te quõdã Apamen. electũ in Tripolitanã Eccleſiã trãſtuliſſet, nõ potuimus nõ moueri p̃ſertim cùm nec ei ſuffecerit dicti prædeceſſoris ſui præſumptionẽ ſolũmodo imitari, quin potius iuriã noſtrã ipſius trãsgreſſus exceſſum, nouo quodã mutatio-

Vide, c. 1 extra de translatione Epi, eo tit.

tationis genere paruificauit maiorem, & magnum quodãmodo minorauit, Episcopare Archiepiscopũ, immò potius dearchiepiscopare presumens: cũ dictus prædecessor eius dictũ Archiepiscopũ de Tarsen. Ecclesiam in ecclesiam transtulit similis dignitatis. Licet.n.tu nondum fuisses consecratus, confirmationis tñ munus receperas, & Archiepiscopalia, quantũ tibi licuerat, ministraras, sicut tua nobis relatione innotuit: qui te Valeriẽ. asseruisti Episcopum, cum nuper constitutus esses apud sedem apostolicã, confirmasse. Verùm cũ fortius sit spirituale vinculũ, q̃ carnale, dubitari non dẽt, quin omnipotens Deus spirituale coniugium quod est inter Episcopũ, & eccl. siam, suo tantum reseruauerit iudicio dissoluendum: qui dissolutionem carnalis cõiugii, quod est inter virum, & fœminã suo tñ iudicio reseruauit, præcipiens, vt quos Deus cõiunxit, homo nõ separet. Nõ.n.humana, sed diuina potius ptãte cõiugiũ spirituale dissoluit: cũ per translationẽ, vel depositionem, aut ét cessionẽ auctoritate Romani Põtificis, quẽ cõstat esse Vicariũ Iesu Christi, Episcopus ab ecclesia remouet. Et iõ tria hæc, q̃ præmisimus, nõ tã institutione canonica, q̃ institutione diuina soli sunt Romano Põtifici reseruata. Sicut aũt Episcopus cõsecratus, sine licentia Romani Põtificis suã nõ dẽt ecclesiam derelinquere, sic & electus confirmatus præter eius assensum suã deserere nequit ecclesiã, cui est allegatus: cũ nõ debeat in dubiũ reuocari, quin post electionẽ, & cõfirmationẽ canonicã inter psonas eligentiũ, & electi cõiugiũ sit spirituale cõtractum. Quia licet inueniatur in canone, q̃ si electus vltra quinq; mẽses p̃ suã electionẽ retinuerit viduatã ecclesiã, nec ibi, nec alibi consecrationis donũ percipiat, non tñ intelligitur ecclesia viduata, quasi sponsum non habeat sed quia cũ sponsus eius nondũ sit consecratus, adhuc quoad q̃dã viri manet solatio destituta. Quãuis aũt eidẽ Patriarchæ & aliis fratribus, & Coepiscopis nostris, vt præmissum est, quãtũ cum Deo possumus deferre velimus, præsertim cum Ecclesia Rom. sit Antiochenæ plus cęteris quasi quædã germanitate coniuncta, ne tñ iurepatriarchatus ad eũ credatur episcoporũ mutatio pertinere: & hoc ipsum trahatur ad posteros in exẽplũ per quod apostolicæ sedis priuilegio, cuius iura tenemur pro cæteris cõseruare, posset plurimũ derogari: pro præmissis excessibus eũ ab electorũ confirmationibus, & consecrationibus Episcoporũ, & te ab administratione pontificalis officii de cõi fratrum nostrorum cõsilio duximus suspẽdendos, donec super hoc curaremus aliud ordinare: per quod idem Patriarcha honori suo asseruit literas suas plurimũ derogatũ: cum vsq; ad tẽpora ista Patriarchæ Antiocheni suspensio fuerit inaudita: qm̃ & prædecessor noster Leo Papa Sanctissimus Anatolium Patriarchã Constantinopolitanũ quãuis Patriarchã Antiochenũ præsumpserit consecrare, nec suspendit, nec excõicauit, sed redarguit, & ad melius mutauit: Ad excusandum quoq; quod fecerat, non nulla in eisdẽ literis suis exprimere procurauit: quibus nos plus ad misericordiã, q̃ ad iudiciũ suppliciter inuitabat, ignorantiam scilicet, cũ nusquã expressum fuerit vsq; ad nostra tempora de electo, qđ de Episcopis fuerat institutũ: perturbationẽ mẽtis, quæ pro tribulationibus, quæ terrã illã nimis peccatis exigentibus inuenerũt, rationis acumen intueri acutius nõ sinebat idoneitatẽ persõnæ tuæ, quæ literatura, & honestate cæteris illius terræ clericis præminebat: & q̃ canonicorũ vota in aliũ nõ poterãt de facili cõuenire: Qui si aliquatenus discordassent à domino terræparato ad prædã, & de scissuris mentiũ exultante, bona ecclesiastica essent mirabiliter desolata. Et sicut venerabilis frater noster C. Magũtinus Archiepiscopus, Episcopus Sabinẽ. cuius testimoniũ præmissis rõnibus concordabat, suis nobis literis intimauit, tua prudentia circunspecta totius terræ status plurimum poterat existere fructuosa. Propter quæ circa factũ tuũ faci-

facilius poterat dispẽsari. Nos ergo sup facto tuo cũ fratribus nostris cõm tractatũ habẽtes,& subtiliter attendentes, q̃ consecratio tibi collata nec prioris ecclesiæ te põtificẽ feceris, cúm ad eam nõ fueris cõsecratus, necsecundæ, ad quã prioris vinculo perdurante non poteras canonicè consecrari: cũ adhuc essẽs alteri cõiugaliter alligatus: prædictis tñ rõnibus ad dispẽsationis gratiam inclinati, quãuis scdm sacrorũ canonũ institutа vtraq; carere deberes, de plenitudine potestatis à prioris vinclo te soluentes, auctoritate tibi præsentium duximus concedendũ,vt de benignitate sedis apostolicæ quasi nouo cõsensu Tri politanã ecclam de cætero tanquã propriu Põtifex ad honorẽ Dei,vtilitatem ipsius ecclesiæ,tuãmq; saluté, & clerici, populiq; tibi cõmissi studeas gubernare quatenus ꝑueniẽre diuina gratia & sequẽte plus ꝓdesse velis,& valeas,q̃ ꝑesse: ꝑsertim tẽporibus istis, cũ vix sit qui faciat bonũ vsq; ad vnũ:opus est nõ mercenario, sed pastore.

Datum Lateran.II. cal.Ianuarii.

N. *PATRIARCHAE ANTIOcheno eiusdem fere argumenti. Q. Patriarcham Antiochenum, & Romani Pontifices auctoritatem in transferendis Episcopis sibi témerè assumpserat, suspensum absoluit.*

VM ex naturalis legis &c. vt suprà ferè in eũdẽ modũ vsq; ad verbũ dispẽsari. Et qm̃ suspẽsionis snĩam in te ꝓlatam sicut ex tuarũ intelleximus cõtinẽtia literarũ, humiliter obseruasti nos q̃ ꝑsonã tuã syncera charitate diligimus, & tuo quantũ cũ nostro possumus intẽdimus honori deferre: cũ te inter fratres nostros honorabile mẽbrũ, & in domo domini colũnãimmobilẽ reputemus,cõfessionẽ spõtaneã, & supplicationẽ denotã benigni⁹ attẽdẽtes de cõsueta Rõ. sedis clemẽtia pœnã inflictã duximus relaxandã,à suspensionis sententia fraternitatem tuam auctoritate præsentium denunciantes penitùs absolutam.

Datum Lateranen. vt supra.

N. *LIGONEN. EPISCOPO. Qui ipsum ab officio suspendit, donec Capitulo suo super dilapidatione bonorum ecclesiæ respondeat.*

SIne dolore tibi, & pudore scribere non ualemus, cùm sedes apost. quod olim in te dignoscitur approbasse, nunc peccatis exigentibus cogitur improbare. Cũ. n. ab ipso tuæ promotionis principio inter te, & dilectos filios canonicos Lingonen. multæ pullulauerint quæstiones, nec vnquã, postquã tuo cõmissa fuit regimini,pacé habuerit ecclesia Lingonen. sicut fama refert publica,& quãpluriũ ꝓlatorũ, & religiosorũ ipsarũ partiũ literis, nostro est apostolatui suggestũ,non solũ mobilia, sed ẽt immobilia ipsius ecclesiæ adeò distraxisti,q̃ q̃ olim intergallicanas ecclesias nobilis fuerat, & famosa, nunc habeat ab his,qui in circuitu eius sunt, in opprobriũ,& contẽptũ.Super quibus,cum à Lingonẽ. capitulo corã venerabili fratre nostro Lugdunen. Archiepiscopo metropolitano tuo delatus fuisses: vt eius iudicium declinares, apostolicę sedis audientiã inuocasti: festũ Beati Lucæ ꝓxime ꝓteritũ terminũ appellationi ꝓsequendæ præfigens: quẽ Lingonen. Capitulũ ad dominicã,qua cantatur:Iubilate Deo, ꝓxime ꝓteritã coartarunt Quæ utiq; cũ tã ꝑ literas, q̃ nuncios vtriusq; partis ad nostrã audientiã peruenissent,volentes tibi, & eis ꝓ intemperie aeris,& caloris distẽperãtia paterna solicitudine ꝓuidere, tibi ꝑ scripta nostra mãdauimus, vt huius occasione discordiæ bona Lingonẽ. ecclesiæ minime dilapidare ꝑsumeres:festũ Beati Michaelis ꝓximè ꝓteritũ sub peremptorio terminũ assignãtes, quo te nostro cõspectui ꝑsentares: obiectionibus Capituli respõsurus, & ꝓpositurus ꝓtra ipsos, siquid velles ꝓponere q̃nis.Cũ aũt canonici Ling.& illi ꝑsertim, quos ꝑsonaliter ad petitionẽ tuã literis fecim⁹ apostolicis

denunciantes

ſtolicis euocarei,ad noſtrã acceſſiſſent p̃ſentiã : & nos tuæ volentes fraternitati deferre,ipſos diu detinuimus,aduenturũ tuum aliquandiu expectantes. Cõparuerunt tandẽ in p̃ſentia noſtra duo nũcii tui,quibus(licet ꝓcuratores non eſſent)in cõſiſtorio noſtrã dedimus audiẽtiã: & q̃ ab eo ꝓpoſita fuerunt, audiuimus diligenter: faciẽtes literas nobis ꝓte tranſmiſſas,in noſtro,& fratrũ noſtrorũ auditorio recitari: in quibus cõtinebaꝫ expreſſum, q̃ in Ciſtercien. cap. in multorũ religioſorũ,& aliorũ præſentia ſignum viuificæ crucis acceperas,vouẽs pro amore Ieſu Chriſti ad partes accedere tranſmarinas:qd̃ tñ poſt edictũ peñtoriũ à te ꝓcuratũ cõſtitit eſſe factũ Et licet ipſi canonici ſæpiùs reclamarent,qd̃ in expectando plus debito grauarent, ſniam tñ noſtrã vſq; in vigilia Natiuitatis Domini proferre diſtulim? credentes q̃ tu venires,vel ſaltẽ ſufficiẽtẽ mitteres reſpõſalẽ. Quãtũcunq; uerò nobis ſit moleſtũ te in aliquo moleſtari,qa tñ nobis incũbit ex iniunctæ adminiſtrationis officio corrigenda corrigere,& reformare in melius,q̃ circa eccleſiarũ ſtatũ noſcunt minùs licitè attentata:ꝫvolentes ét in iudiciis iuris ordinẽ obſeruare,habito cũ fratribus noſtris ſuper negocio ipſo conſilio, te pro contumacia manifeſta,& dilapidatione vulgata,quã nõ ſolũ ad aures noſtras fama publica detulit,immò etiam Archiepiſcoporũ,Epiſcoporũ, & aliorũ religioſorũ virorũ teſtimoniales literę demõſtrarẽt ab adminiſtratione totius Lingonen. epiſcopatus,tã in ſpiritualibus, q̃ in temporalibus oĩno ſuſpendimus: auctoritate tibi p̃ſentiũ iniungentes dictrictiùs, vt ſuſpenſionẽ ꝓcures inuiolabiliter obſeruare. Volentes aũt, niſi fortè cedere fortè malueris, qd̃ ſaluti tuæ magis credimus expedire,cãm,q̃ inter te, & dilectũ filiũ Decanũ Lingonen.,ꝓ eccleſia vertitur,ſup dilapidatione, & inſufficientia & aliis multis iniuriis,& grauaminibus ꝓte ipſi eccleſiæ irrogatis,examinari celerius,& canonico fine decidi:ne, ſi fuerit diutiùs ꝓrogata, cadat irreparabiliter eccleſia Lingonen. q̃ iã vt̃ ex parte maxima cecidiſſe, ipſam venerabili fratri noſtro Pariſien. Epiſcopo duximus committendam:ꝓ apoſtolica tibi ſcripta mandantes,quatenus cũ ab eo fueris requiſitus, ipſius adire p̃ſentiã nõ poſtpõnas:reſpõſurus obiectis, & obiecturus, q̃ volueris cõtra Decanũ agentẽ,ꝓ eccleſia memorata.Si verò de vtriuſq; partis voluntate ꝓceſſerit, q̃ ꝓ ipſum Epiſcopũ diffinitiua ſnia ꝓferatur, ipſe auditis hinc inde ꝓpoſitis, & aſcitis ſibi viris prudẽtibus, quos tanto negocio cognouerit expedire, cãm ipſam fine canonico terminabit. Alioquin geſta vtriuſq; partis redacta ĩ ſcriptis, & ſigilli ſui munimine roborata, ad p̃ſentiã noſtrã trãſmittet: præfigens partibus terminũ cõpetentẽ,quo recepturę ſententiã noſtro ſe conſpectui repræſentent. Interim aũt ꝓ dictum Pariſien. Epiſcopum in ꝓcuratorem idoneum Lingonen. eccleſiæ prę cipimus prouideri. Datum vt ſuprà. Scriptum eſt ſup̃ hoc Epiſcopo. Pariſiẽ.

N. PATRIARCHAE HIEROSOlymitan. canonicis Dominici ſepulchri Qua Hieroſolymitanum Patriarcham hortatur. ut Antiocheno Patriarchæ de certis querelis ſatisfaciat, uel cauſam coram Pontifice Roman. proſequatur.

QVãto Antiochenã,& Hieroſolymitanam eccleſias puriùs diligimus, & intẽdimus amplius honorare tãto ad amouenda ea, q̃ inter ipſas controuerſiæ,atq;, rancoris cuiuſdam ſcrupulum pariunt, diligentiùs intendere volumus, ac quæſtiones earum iudiciali calculo diffinire : vt earum ſopita diſcordia ſeruent ad inuicẽ, mutuæ dilectionis affectum, & in ſuis ſibi curẽt neceſſitatibus ſubuenire. Sanè cum inter prædictas eccleſias ſuper Tiren.& Peterten. Archiepiſcopatibus q̃ fuerit diutiùs agitata, q̃ ſicut ex literis felicis recordationis Lucii Papę prædeceſſoris noſtri didicimus, uobis, & prædeceſſoribus veſtris quodammodo

do per negligentiã ꝓcurantibus finẽ nõ potuit debitũ obtinere: cum ꝑemptorio multoties fueritis euocati, ac idẽ ꝓdeceſſor noſter bonæ memoriæ N. ꝓdeceſſori tuo frater Patriarcha, cũ ꝓficiſceret in Galliã mãdauerit viua voce, vt vel ſufficientẽ rñſalẽ trãſmitterẽt, vel ipſe rediret ad eius ꝑſentiã rñſurus: qa idẽ Patriarcha mãdatũ apoſtolicũ nõ impleuit, dictus ꝓdeceſſor noſter vtriq; parti peremptoriũ terminũ aſſignauit: ad quẽ (ſicut accepimus) nec veniſtis, nec miſiſtis idoneos rñſales. Quia verò quantũcũq; Hieroſolymitanã eccleſiã diligamus, quantũcũq; etiã vobis, & ipſi velimus in inſtãti neceſſitate deferre: qa tamẽ Antiochenæ eccleſię iuſtitiæ deeſſe non poſſumus nec debemus, q̃ etiã nõ eſt Sarranicæ ꝓſecutionis immunis, licet aliud ſtatuere cõtra vos de iuris rigore poſſemus, neceſſitatẽ tamẽ terræ Orientalis diligentiùs attendentes, diſcretioni veſtræ ꝑ apoſtolica ſcripta mãdamus, & diſtrictè ꝑcipimus, quatenus à feſto omniũ ſanctorũ ꝓximo venturo, vſque ad annũ, qd̃ vobis ꝑemptorio aſſignamus, ad rñdendũ ſufficienter inſtructi noſtro vos cõſpectui ꝑſentetis, ꝑ ſufficiẽtes, & idoneos rñſales. Quod ſi nec ad præſentiã noſtrã acceſſeritis termino cõſtituto, nec tranſactioni ſteteritis, q̃ per felicis recordationis E. Papã ꝓdeceſſorẽ noſtrũ inter eaſdẽ eccleſias interceſſit, vel alias cũ uenerabili fratre noſtro Patriarcha, & dilectis filiis canonicis Antiochen. curaueritis conuenire, nos (concedente domino) ſicut iuſtum fuerit, procedemus. Datũ Lateran. III. nonas Ianuarii.

FRATRIBVS MILITIAE TEMPLI. Qua certorum bonorum emptionem, auctoritate Apoſtolica confirmat.

INnotis potẽtiũ, &c. vſque ad verbũ Aſſenſu. Stagnũ de Cucullo eũ oĩbus ꝓtinentiis ſuis, & totũ mãſum de Granoliis, q̃ à Fulerando Magalonen. eccleſiæ ꝓpoſito, de cõſilio, & aſſenſu uenerabilis fratris noſtri Magalonen. Epi rõnabiliter cõparaſtis, ſicut eam iuſtè, ac pacificè poſſidetis, & in uẽ ditionis ſcripto continetur, deuotioni ueſtræ auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti pagina communimus. Statuentes, ut nulli &c. Datum. Lateran. IIII. nonas Ianuarii.

COMENDATORI, ET FRATRIbus militiæ Templi ſitæ apud Montem Peſſulanum. Qua tranſactionem inter ipſos & Præpoſitum atque Capitulum Magaloneum olim celebratam confirmat.

TAquæ de mandato ſedis apoſtolicæ concordia, uel iudicio ſtatuũtur, firma debent, illibata conſiſtere: & ne in recidiuæ contentionis ſcrupulum relabantur, apoſtolico cõuenit patrocinio communiri. Sanè cum cõtrouerſiam, quæ inter uos, & dilectos filios G. præpoſitum, & capitulum Magalonẽ. ſuper diuerſis capitulis uerteba tur, bonæ memoriæ Cœleſtinus Papa ꝓdeceſſor noſter uenerabili fratri noſtro Archiepiſcopo commiſerit ſine canonico decidenda, ipſe tanq̃ uir prouidus, & diſcretus partibus in ſua præſentia conſtitutis, communicato multorũ conſilio controuerſiam ipſam amicabili cõpoſitione ſopiuit. Nos itaq; ad exẽplar ciuſdem ꝓdeceſſoris noſtri, compoſitionem ipſam ſicut ipſa ſine prauitate facta eſt, & ab utraque parte recepta, & in inſtrumento authentico exinde confecto pleniùs cõtinetur, ratã habentes, & firmam eam actoritate apoſtolica cõfirmamus, & præſentis ſcripti pagina cõimus. Et ut maiorẽ obtineat firmitatẽ, ipſam de uerbo ad uerbum huic præſenti paginæ duximus inſerendam: cuius tenor talis eſt:

IN Nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Anno incarnationis eiuſdem. MCXCVII. menſe Aprili. Cũ omne profuturæ rei ſtabilimentum, ne tranſeunte tempore euaneſcat literarũ oporteat teſtimonio præſignari: præſentium, & futurorum memoriæ per huius ꝑientis paginæ inſtrumentũ dignũ fuit demõſtrare, q̃ cauſa, quæ inter Guidonẽ Præpoſitũ, & capitulũ Magalonẽ. ex vna parte, &

te,& P.de Capreſpina cõmendatorẽ domus militiæ tẽpli ſitæ apud Mõtem Peſſulanum, & fratres ciuſdẽ domus ex altera parte,ſuper multis, & variis capitulis videlicet ſuper oblationibus,vigiliarum ꝓceptionibus, cæmiterii obuentionibus decimis eccleſiarũ nouarũ cõſtructionibus,poſſeſſionibus,dãnis, iniuriis,& inuaſionibus, & aliis multis querelis corã dño Hymberto, Dei gratia Archiepo Arelaten.i dño Cem.bonę memoriæ Papa tertio de legato hinc inde vertebatur poſt multas, & varias cõtentiones,altercationes ab eodẽ Archiepiſ. amicabili cõpoſitione,& vtriuſq; partis aſſenſu, & auctoritate Deodati de Breiſaco tunc tpis magiſtri domorũ militię templi in Narbonen.& Arelaten.& aliis ꝓuinciis in hũc modum fuit deciſa. Prædictus itaque Archiepus aſſidẽtibus ei magiſtro Michaele Arelatẽ.ſacriſtia,P.Alberto cauſidico Aquen. magiſtro Nicolao, R. de montiliis,P.Petito,cõicato eorũ, & vtriuſq; partis cõſilio definiuit,ꝙ de cætero prior Sancti Firmini, & canonici Magalonen. tertiam partẽ omniũ oblationũ, denariorũ,candelarũ,panis,vini,& aliorum cuiuſcunq; modi ſint,ſiue ſint oblatæ ad manũ ſacerdotis,ſiue ad altare in eccleſia domus ꝓdictæ,integrè,& ſine diminutione percipiant.In præcipuis verò ſolẽnitatibus, ſcilicet Natalis Domini, Beati Stephani, Beati Ioannis Euangeliſtæ,Epiphaniæ, Ramis palmarum, Sãcti Paſchæ, Aſcenſionis,Pentecoſtes,Aſſumptionis, & Purificationis Beatæ Mariæ, & omnium Sanctorum medietatẽ percipiant. In candelis autem vigiliarũ nihil accipiant.In omnibus verò cæmiterii obuentionibus,& mortuorum legati,ſeu relictis,cũ apud eos elegerint ſepulturam, omniũ rerũ tam mobiliũ, q̃ immobiliũ, vel ſe mouentiũ cuiuſcunq; modi,vel generis ſint,prior, & canonici Magalonẽ. tertiã partẽ integrè percipiant,exceptis armis,& armaturis,& equis. Si verò decedens pro armis,vel equis emendis pecuniã,vel terrã,vel aliã quãlibet rẽ prædictæ domui legauerit,vel reliquerit, in his oĩbus,& ẽt in obuentionibus illorũ, quibus infirmantibus tẽplarii ſignum ſuæ religionis impoſuerint,pallium ſcilicet cũ cruce,vel aliud nihilominus dicti canonici tertiam partẽ percipiant: niſi tales fuerint, qui voto ſolẽni,& perpetuo cũ voluntate morandi, ſi euaſerint, ſe domui tẽpli pro fratribus tradiderũt & qui ad domũ ſine alterius perſonæ ſuſtentaculo pedites,vel equites venire poterunt.In quorũ obuentionibus etiam ſi in illis ægritudinibus deceſſerint, & in obuentionibus familiæ domus tẽpli ibi morantis,dicti canonici nihil accipiant. Decimas quoq; totius pladi, & leguminũ cuiuſcunq; generis ſint:& vini in integrũ in pace,& ſine contradictione,canonici Magalonen.percipiant,& his cõtenti nihil aliud quęrere poſſint.In decimis verò noualiũ, in hortis, & arboribus, & pratis,& animaliũ nutrimentis cuiuſcunque generis ſint dicti canonici nihil percipiant.Itẽ diffiniuit dñs Archiepus cum aſſeſſoribus prædictis,ꝙ templarii apud Lunellũ,vel in tota diœceſi Magalonen. eccleſiam,vel oratoriũ nõ cõſtruãt, nec cæmiteriũ habeant ſine volũtate Epi, & aſſenſu eccleſiæ Magalonen. & illud oratoriũ,quod apud Lunellũ inceptum eſſe videbat,omnino remoueatur. Poſſeſſiones verò, ſtagni de Cucullo cũ ptinẽtiis ſuis,& manſum de Granolet cũ ptinentiis ſuis,q̃ quondã emerunt à Fulcrando quondã ꝓpoſito Magalonen.templarii ſine inquietatione,& vexatione aliqua in pace habeant,& poſſideant. De dãnis datis ſuperabductione pecorũ, & animaliũ domus militiæ tẽpli à canonicis Magalonen. & aliis dãnis iniuriis, & inuaſionibus hinc inde illatis,bonũ finẽ,& mutuã remiſſionẽ inter ſe tam tẽplarii, q̃ canonici Magalonen.fecerũt.Præterea excõicatos,vel interdictos Magalonen.eccleſiæ ad eccleſiã,vel ſepulturã tẽplarii nullo modo recipiãt.Et ſi Eps,vel Prior parochialis eccleſiæ populũ ab aliis eccleſiis conuocare decreuit,tunc tẽplarii ad eccleſiæ officiũ nullum admittat, donec aliæ eccleſiæ populũ recipiãt. Et ego G. Magalonen.ꝓpoſitus, & ego P.de Agrifolio archidiaconus, & ego Michael, &

ego

ego G.de Altiniaco,& voluntate, & assensu Magalonen.capituli missi, omnia supradicta in perpetuum valitura laudamus,& cõfirmamus:& in proximo generali capitulo Magalonen.laudari, & cõfirmari faciemus,& hoc idẽ pro posse nostro faciemus à summo Pontifice confirmari.Et ego frater Deodatus de Breisaco magister domorum templi in Narbonen.& Arelaten.& aliis ꝓuinciis, & ego frater P. de Capreſpina cõmendator domus Mõtispessulani, & ego frater G. de Solario commendator domus Arelatẽ. voluntate,& assensu fratris Põtii de Rigando magistri in citra marinis partibus,omnia supradicta in perpetuum valitura laudamus,& cõfirmamus, & in proximo generali Capitulo Templi ea laudari,& confirmari faciemus:& hoc idem pro posse nostro faciemus a summo Põtifice confirmari. Acta apud Arelatum in palatio domini archiepiscopi in præsentia, & testimonio P. Malauræ caput scholæ,priuati vestiarii,Vu.Heliæ infirmarii, C.Enguiranni Eleemosinarii, G. de Berra, P. Hysnardi, B. de Monins, Rost.cappellani domini archiepiscopi, Pon.prioris cappellani eiusdẽ, Hysnardi de Sancto Amantio, Michaelis clerici dñi archiepiscopi, B.de Oliuario Aldeberti de Nouis, G. Raymũdi de Mol.P. Bruni pont.scutarii, Frãcescbi, Iacobi, Colũbi notarii regis Aragoñ. P. notarii dñi archiepi, qui scripsit hæc. Nulli ergò &c. Dat. Lateran. II. cal. Ianuarii.

N. SYRACVSANO EPISCOPO, & N. Abbati de Sambucino. Vbi varia de recuperanda terra sancta edisseruntur.

DE vestra discretione,ac synceritate cõfisi,etsi negociũ laboriosum, meritorium tñ,& (sicut credimus) vobis propter Christũ acceptum,duximus committendum,sperantes ꝙ illud tanto libentiùs impleatis,quãto per ipsum (vt sic loquamur) & restitutio Iesu Christi exulis, & cõis Christiani populi vtilitas ampliùs procuratur. Vos autẽ mandati apost.tenore susceptо,nec parcẽtes laboribus,nec expensis,proposuistis populis Siciliæ causam Christi,nec fuit labor vester inanis, cum & multi de manibus vestris susceperint signum crucis,& plures tã in victualibus, q̃ aliis parati sint pro necessitatibus signatorũ cõgruẽtia subsidia destinare. Verũ (sicut ex literis,quas tu fili Abbas ad sedẽ apostolicã destinasti,didicimus) hi circa subsidium terræ Orientalis negligentiores existunt, qui subditos sibi populos ad id debent exẽplo,& exhortationibus inuitare:& liberalitas laicorũ,quos ad succursum terræ Orientalis mãdauimus simpliciter cõmoneri,eos in deuotione præcedit, quibus id districtè ꝓcipimus, certam pœnã eorũ negligentiæ cõminantes. Non.n. (sicut per easdẽ accepimus) archiepi,& episcopi redditus suos ab aliis sustinẽt æstimatione ipsi eos aliquatenus taxant:ne ẽm proprias facultates necessitatibus Hierosolymitanæ prouinciæ iuxta tenorẽ literarum nostrarum cõgruentia destinare subsidia iubeantur.Scripsisti ẽt,ꝙ de cõsilio religiosorũ virorum procedit, vt in missa singulis diebus in singulis eccl. ꝓ peregrinis dicatur oratio specialis, & semel in hebdomada ꝓ tribulatione missa populo decãtetur.Insuper ꝙ multi limina B. Iacobi Ap. visitare se vouerint, intimasti:qui præter oblationẽ altari B. Iacobi deputatam, quam illuc deuotè transmittent, vniuersas expẽsas itineris libenter impenderent,vel in stipendia signatorũ,vel alias necessitates vltramarinæ prouinciæ dũmodò a voto emisso authoritate ap. soluerentur:& quod de cõsilio procedit quorũdam, vt redditus vacantium præbendarum,in vsum Orientalis prouinciæ conuertantur, vsque ad biennium adiecisti, salua vicariis solita pensione, ne interim ecclesia suo seruitio defraudetur. Vt monachi præterea, & alii religiosi extra claustra vagantes, auctoritate nostra reducant ad claustrũ: & peculiũ, quod inuentum fuerit apud eos, erogetur in stipendia signatorum, procedere dixisti de consilio non paucorũ.Volentes igitur,ꝙ de subuẽtione terræ Orientalis incœpimus, quantũ in nobis fuerit (dño concedente) complere:

discretioni vestrę p ap. scripta mādamus quatenus tā Archiepos, & Epos, q̄ alios ecclesiarū Prælatos, vt ſm ꝓprias facultates terræ sanctæ iusta æstimatione subueniāt, diligēter inducere ꝓcuretis. Quòd si monitis vestris acquiescere forte noluerint, vos ipsi ꝓ viros idoneos, & discretos eorū faciatis redditus iusta æstimatione pēsari: & nisi post modū ſm facultates suas, & discretionē vestrā terræ Oriētali curauerint subuenire, ꝓ vestras nobis literas intimetis. Volumus aūt, vt ꝓ vniuersam Siciliam singulis diebus in missa ꝓ pegrinis oratio dño porrigat: & semel in hebdomada ꝓ tribulatione missa publicè decantet. Eos aūt, qui se visitaturos limina Beati Iacobi deuotè vouerunt, si salua oblatione altaris reliquas expensas in signatorū voluerint subsidiū erogare, dūmodo laborem ēt redimant, quē sustinerent in via, auctoritate nostra sustulti, ab eo quod uouerant, absoluatis. Redditus verò p̄bendarū vocantium, si de assēsu diœcesani Epi, & clericorū illius ecclesiæ, in qua p̄bēda vacauerit, p cesserit volūtate, vt usque, ad biennium cōuertant in subsidrū terræ sanctæ saluis vicariorū stipēdiis, sustinemus. Volumus nihilominus, & mādamus vt monachos, & alios religiosos extra claustra vagantes, ad fratrū redire cōsortiū, q̄ eos recipiant, salua ordinis disciplina cogatis: & ꝓpriū quod inuētū fuerit apud ipsos, nisi eis ex ea causa, pp quā oporteat illud restitui, forsan ꝓcuenit, in terræ oriētalis subsidium cōuertatis. De his, qui manus iniecerint clericos temerè, violētas, qa seueritatē canonicā nolumus eneruare, nihil aliud vobis ad p̄sens duximus concedēdū, q̄ p priores vobis literas est concessum. Sup capitulis aūt, ꝓ qbus inclytę recordationis C. Impetratici nos scribere postulastis, ipsa sublata de medio votum vestrum non potuimus adimplere. Dat. Lateran. nonis Ianuarii.

N. SYRACVSANO EPISCOPO.

Vt pullulantes hæreses extirpare conetur.

VErgente iā in seniū sæculo, & supercrescente malitia tpis friget charitas, & ī agro euāgelici patris familias zizania pullulāt, & polluūt, & messes tritico rarescente: ac vulpes paruulæ iā ī aperto p̄sumūt vineā Dñi demoliri. Ecce etenim hæreses antiquę susceitantur, ac innouatis veteribus noui adinueniuntur errores: & fidē catholicam praui nitunt interpretes deprauare: non se conformantes legi diuinæ, sed in fauorem propriæ peruersitatis doctrinam euangelicā, prophe ticam, & apostolicam peruertēres: ita vt nouissimi dies videātur instare, ſm Apostolū, q̄ in nouissimis diebus mente prophetica talia præuidens euentura, cum multa de huiusmodi p̄dixisset, adiecit: Quemadmodū aūt Iampnes, & Mābres restiterunt Mosi, & hi resistent veritati: homines corrupti mente, reprobi circa fidem. Vtinam aūt, sicut ipse subunxit, nō proficiant vltra sed insipientia eorū, sicut & illorum fiat omnibus manifesta. Aliud etiā incōueniens specialiter in Siciliæ partibus dicitur euenire: cū hi, qui olim ex abnegato gentilitatis errore sacri baptismatis vnde renati, fidem catholicā receperūt: nunc abeuntes retro, & ad vomitū redeūtes, pristinis inuoluantur erroribus: & Christianę fidei, quā ꝓfessi fuerant immò Christo potiùs aduersentur. Cùm aūt ad capiendas huiusmodi vulpes paruulas, species quidē habentes diuersas, sed caudas ad inuicē colligatas quia de vanitate conueniunt in idipsum Salomon nos inducat in canticis canticorum, ne multis canibus latrare nōvalentibus comparemur: aut deformitatē vineæ domini Sabaoth, ad quam etsi in hora ferè vndecima, sumus tamen inter operarios, immò potiùs in operariorum magisterio deputati, negligere videamur, vel sub dissimulatione transire: fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus ob timorem domini, & reuerentiam apostolicæ sedis contra hæreticos, tanquam fidei Christianæ zelator assurgas: & si apud eos monitis obtinere non poteris, vt redeant ad ecclesiæ vnitatē, ipsos fautores, defensores, & receptatores eorū, pulsatis cāpanis, cādelis accensis, ꝓ totā

diœcesim

diœcesim in qua fuerint, immò etiã per totam prouinciam singulis diebus dominicis,& festiuis excommunicatos publice nunciari facias, & bona eorum a principibus publicari. Ad hæc quia oblatum exigit, quod non exegerat offerendum, nec impunè conceditur cuiquam a fide catholica resilire, volumus, & sub eadem tibi districtione mandamus, vt eos, qui post susceptum sanctificationis lauacrum redire ad ritus Sarracenicos præsumpserunt, vt à suo reuertantur errore,& catholicam fidem obseruent, frequenti, ac diligenti exhortatione præmissa, & per te ipsum quacunq; poteris districtione compellas, & cõpelli facias per principes sæculares. Dat. vt suprà.

3. COLOCEN. ARCHIEPISCO po. V. Geurien & D. Zagrabien. Episcopis.

AD nostram noueritis audientiam peruenisse, q; cum omnes cõmunicantes in aliquo A. fratri charis. in Christo filii nostri Vngarorum Regis illustris, qui scilicet vel literas sibi dirigerent, aut ab eo reciperent destinatas, vel eidem aliquod cõsilium, vel auxilium exhiberẽt, vel ei in aliquo communicare præsumerent, de mandato bonæ memoriæ C. Papæ prædecessoris nostri excommunicationis fuerint vinculo innodati N. & A. post excommonicationem,& inhibitionem apostolicam eidem communicare scienter, consiliũ, & auxilium impertiri,& diuina præsumpserunt etiam celebrare. Vnde propter hoc in N. Hidruntin. & N. Spalatin. Archiepiscopos, quãuis & illi excommunicationi subiaceãt, ab eodem loco remunerationis, contra iuris ordinem in regiæ dignitatis præiudicium sunt promoti. Quia verò tantæ præsumptionis audaciã in iniuriã Dei, & contemptum sedis apostolicæ attentatam, impunitam relinquere non possumus, nec debemus, fraternitati vestræ per apostolica scripta districtè præcipiẽdo mandamus, quatenus super præmissis inquirentes diligentiùs veritatem, si rẽ ita noueritis se habere, præfectos N. & A. eorum electionibus, immò veriùs intrusionibus penitùs irritatis, excommunicatos publicè nuncietis: & vsq; ad cõdignam satisfactionem faciatis ab omnibus arctiùs euitari: districtius inhibẽtes, ne quis eis obtentu electionũ fidelitatem, obedientiam, vel reuerentiã audeant exhibere. Nullis litteris &c. Quod si omnes &c. Dat. Lateran. III. cal. Ian.

ARCHIEPISCOPIS, EPISCOpis, & cæteris ecclesiarum prælatis in Vngaria constitutis. Nequis in Vngariæ Regis consiliarios facilè excõmunicationis sententiam proferat.

GVm inter alios mundi principes personã charissimi in Christo filii H. Vngariæ Regis illustris, & regnum sibi commissum prærogatiua dilectionis, & gratiæ dispoſuerimus honorare, in admittẽdis petitionibus regiis, quoties nostro apostolatui porrigũtur, tanto nos faciliores, quantum cũ Deo possumus, volumus exhibere, quãto ad promouenda vniuersa, & singula, quæ regia debeat serenitas acceptare, volumus existere proniores. Sanè postulauit nuper concedi sibi a nobis ad instar bonæ memoriæ Clementis Papæ prædecessoris nostri regia celsitudo, vt nullus archiepiscopus, vel prẹlatus quilibet in familiares, & consiliarios suos, de quorũ absentia,& priuatione tam regnum Vngariæ, quàm persona regis possit incurrere detrimentum, & præsertim in Geurien. episcopum dilectum, & familiarẽ suum, qui post mortem inclytæ recordationis B. progenitoris eius tam in guerra, quàm in pace in omnibus, & præ omnibus fidelis sibi extitit,& deuotus,& inter fideliores fidelissimus est inuentus: vnde ipsum dignis in domino laudibus commendamus, excõmunicationis sententiam promulgaret. Quod si fuisset ab aliquo forsitan attentatum, per quem mallet archiepiscopum, vel episcopum vsq; ad decem absolui, faceret cuiuslibet contradictionis, & appellationis obice non obstante. Nos ergò de beni-

gnitate sedis apostolicæ magnificentiæ regiæ vberiorem volentes fauorem, & gratiã impertiri, vniuersitati vestræ auctoritate præsentium duximus inhibendum, vt in consiliarios, & familiares ipsius, quorum in hac tempestate cõsilio, & familiaritate sine magno sui dispẽdio carere non potest, nullus vestrum, nisi p manifesta, & rationabili causa, & canonica monitione præmissa, excommunicationis, vel interdicti sententiam audeat promulgare. Quod si aliter fuerit in eius sionem mandati apostolici perperã per præsumptionem cuiuslibet attentatum, decernimus non tenere. Nulli ergò &c. Datum Lateran. VI. idus Ianuarii.

PATRIARCHAE ANTIOCHENO. *De conseruanda ecclesiastica libertate, & ne à laicis ecclesiæ exactiones imponantur & talliæ.*

NE læda'ur libertas ecclesiastica, vel ministri ecclesiarum à peruersis hominibus opprimãtur, nobis, qui omnibus sumus ex iunctæ seruitutis officio, secundum Apostolum, specialiter debitores effecti, solicitius imminet prouidere. Nostris siquidem fuit auribus intimatum, q cùm expensas in Antiochena ciuitate fieri pro aliqua necessitate contingit, communia ipsius ciuitatis, ecclesias, clericos, & eorum homines, cuiuscunque conditionis, vel linguæ sint, in exactione talliæ contra antiquam consuetudinem aggrauant: quam & recipere, ac pro sua expendere voluntate præsumunt. Præterea tam te, quàm ecclesias tuas in multis aliis infestantes, omnes clericos Antiochen. ad iustitiam cuilibet laico exhibendam nituntur sub prætextu sui compellere iuramenti. Possessiones etiam ecclesiasticas per iudicium, & consuetudines Græcorum tractare conantes, iura ecclesiæ Latinorum consuetudinibus abusiuè peruertunt. Nos igitur excessus huiusmodi in patientia sustinere nolentes, auctoritate præsentium districtiùs inhibemus, ne aliquis tibi, ecclesiis, seu clericis, vel hominibus vestris huiusmodi violentias, vel grauamina decætero inferre præsumat. Quod si quis facere aliqua temeritate præsumpserit, licitum tibi sit in eum auctoritate apostolica censuram rigoris ecclesiastici promulgare. Nulli ergò &c. Datum Lateran. nonis Ianua.

N. TYREN. ARCHIEPISCOPO. *Quatenus testes ad exceptionem probandam adhibiti in causa principali testimonium dicere cogantur.*

DE testibus, quiad exceptionem probandam a partibus inducuntur, tua nos duxit fraternitas consulendos: vtrum cogẽdi sint super principali etiam negocio ferre testimonium veritati: & an illi sint, sicut cæteri testes, examinandi districtè, qui ad purgandam alicuius infamiam inducuntur. Super hoc igitur fraternitatem tuam plurimum in domino commendantes, quæ in dubiis apostolicæ sedis vult certificari rescripto, taliter ad proposita respondemus. Quod si testes inducti iam sint ad exceptionem solummodo comprobandam, cùm super ea tantum iurauerit dicere veritatem, super principali nec debent audiri, nec cogi testimonium perhibere, vtpote super quo deponerent non iurati. Si verò cùm ad probandam exceptionem peremptoriam ab alterutra partium inducuntur, reliqua pars super principali etiam eos deponere fortè petierit: & vt cogantur super toto negocio dicere veritatem, sacramento eos postulauerit obligari, ad id sunt sine dubitatione cogendi: nisi forsan sufficiens productio testiũ super principali facta iam fuerit, vel renunciatum a partibus, vel depositiones testium fuerint publicatæ. Illi verò, qui ad purgandam alicuius infamiam inducuntur, id solum tenentur iuramẽto firmare, quòd veritatem eum credant iuramento dicere, qui purgatur. Datum Lateran. IIII. nonas Ianuarii.

Cap. De testibus extra eodem tit.

ARCHI-

ARCHIEPISCOPO, ET CAPITULO Tyren. ne infideles coniuncti gradu prohibito, post Baptismum separentur.

Cap. De infidelib. extra, de cõsangui ni. & affinitate.

DE infidelibus ad fidem cõuersis nos consulere voluistis, vtrum se ante conuersionem suam, secũdum legis veteris instituta, vel traditiones suas citra gradus cõsanguinitatis a canone denotatos coniuncti fuerint, separari debeant post baptismа. Super hoc igitur deuotioni vestræ duximus respondendum, q̃ matrimonium sic ante conuersionem contractum, non est post baptismi lauacrum separandum: cùm a Iudeis dominus requisitus, si licet vxorem ex qualicunq; causa relinquere, ipsis responderit: Quod Deus coniunxit, homo non separet. per hoc innuens, esse matrimoniũ inter eos. Datum Lateran. III. cal. Ianuarii.

TYREN. ARCHIEPISCOPO. Quod Patriarchæ & primates Archiepiscoporum & Episcopum subditos iudicare in prima instantia non debeant.

Cap Duo simul, extra. de officio ordinarij.

DVo simul consultationem scilicet, & querimoniam vnica tuæ fraternitatis petitio continebat: per quam a venerabili fratre nr̃o Hierosolymitano Patriarcha queraberis clericos tuos tecũ iniustè grauari: qui eos spreto tuo iudicio, coram quo parati sunt de se querẽtibus iustitiam exhibere, licet ad eum per appellationẽ causa minimè deferatur, corã se respondere cõpelli: & vtrum ad id possint de iure cõpelli, per nostras postulabas literas edoceri. Volentes igitur tibi supergrauaminibus prouidere prędictis & consultationibus tuis, quod canones sanciunt, respondere: cum sit in canonibus diffinitũ, Primates, vel Patriarchas nihil priuilegii habere prę cæteris epis, nisi quantum canones sacri cõcedunt, & prisca consuetudo illis contulit ab antiquo: ita vt ẽm Nicœnas regulas sua priuilegia seruentur ecclesiis, præterquam si apostolica sedes aliquam ecclesiã, vel rectorem ipsius quolibet speciali priuilegio decreuerit honorarè, de fratrũ nostrorum consilio respondemus, q̃ quam diu clerici tui coram te voluerint stare iuri, compelli non debent iudiciũ eiusdem Patriarchæ subire, nisi causa forsitan per appellationem ad eius audientiam p̃ferat̃: aut (quod non credimus) aliquid ei a sede apostolica sit indultũ. Datum Lateran. nonis Ianuarii.

N. ACONEN. EPISCOPO.

DVo simul consultationem scilicet, & querimoniam &c ferè in eundẽ modum vt suprà.

N. EPISCOPO SIDONIEN. N. Beriten. & N. Biblen. Episcopis. De decimarum solutione.

Cap. vlt. extra. de parochijs & alienis parochianis.

SIgnificauit nobis venerabilis frater noster Acconen. Eps, q̃ cũ post recuperationẽ ciuitatis Acconẽ. ad inhabitandum in ea se cõtulissent quidam, qui ante generalẽ occupationem terræ sanctæ in aliis ciuitatibus regni Hierosolymitani perpetuã elegerant mansionem, & in ea residentiam fecerant aliquantam, & adhuc eriã resideant in eadem, Prælati prædictarũ ciuitatum eos ad soluendum sibi ecclesiastica iura, ecclesiastica districtione cõpellunt. Quia verò transgredi non debemus terminos a patribus cõstitutos, aut falcem in messem mittere alienam, fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus prædictorum locorum prælatos, vt sibi nullam in prædictos Acconen. habitatores iurisdictionẽ vsurpent nec ab eis temporalia exigãt, quibus spiritualia non ministrant monitione præmissa, districtione qua conuenit, compellatis: ita tamen, quód si de agris in eorum parochia constitutis fructus percipiunt, & in vltramarinis partibus ratione prædiorum decimæ persoluuntur, de ipsis eis decimas cum integritate persoluant. Dicto verò Acconen. tãquam diœcesano suo de cæteris respondere cogantur. Datũ Lateran. X. cal. Ian. Quòd si omnes &c.

ACCONEN. EPISCOPO VT professus religionem, eam ingredi & seruare compellatur.

SIcut nobis est ex tua parte propositum, quidam clericus cùm egritudine nimia laboraret, quasi de morte securus, & recuperãda sospitate desperans, habitum canonicorũ regularium petiit, & accepit: ea in susceptione habitus exprimens, ac promittens, quę solent in huiusmodi repromitti: sed nec ad ecclesiam transiit, vtpote infirmitate grauatus, nec bonis suis vti cessauit. Postmodum verò sospitate recepta post 15. annos, & vltra videntibus, & scientibus venerabili fratre nostro Archiepiscopo, & dilecto filio Priore, & canonicis ecclesiæ Nazaren. à quibus habitum susceperat regularem: tu, licet eo tempore, quo habitum susceperat, in ecclesia Nazaren. prioris solicitudinem exerceres, immemor eorum, quæ facta fuerant circa ipsum, in Acconen. eũ canonicum suscepisti. Quia verò quid super hoc facere debeas, per nostras expostulas literas edoceri, fraternitati tuę duximus respondendum: quòd si regularem habitum sic postulante susceperit, & ad obseruationem religionis canonicæ sua se professione ligauit, ad resumendum habitum ecclesiastica est districtione cogendus: cum, quod tanto tempore extra canonicam mansit, non in excusationẽ eius, sed in maioris transgressionis augmentum meritò valeat allegari.

Cap. Sicut nobis extra, de regularibus.

Datum vt suprà.

N. HIEROSOLYMITAN. PATRIARCHÆ. Qua illum officij sui piè admonet, & propter sua delicta in ipsum iure animaduersurum significat.

AActi sumus dolore cordis intrinsecus, & medullas etiam doloris immẽsitas penetrauit: certis indiciis agnoscentes, quòd laici, clerici, subditi, & prælati, & tu ipse adhuc in vos, ac transmarinam prouinciam, immò etiam totum populũ Christianum vltionem domini odio, maleuolentia, & detractionibus assiduis prouocatis: quem potiùs orationibus, vigiliis, ieiuniis, & aliis operibus charitatis, quã tũ in vobis esset deberetis ad misericordiam inclinare. Super quo tibi tantò fortiùs condolemus, quantò subiectos tibi populos ad viam rectitudinis verbo inuitare debueras, & exemplo: non doctrinam contrariam sermone, vel facto eorum oculis, vel auribus instillare. Recepimus enim literas illas, quas in derogationẽ famæ venerabilis fratris nostri Tyren. Epi edere, ac in quibus personã ipsius turpiter depingere voluisti, quia non expetita à te licentia nauigarat in Cyprum. Sicut aũt ex tenore literarum illarum perpendimus, cum idem Archiepiscopus nauigasset in Cyprum, & charis. in Christo filium nostrum A. tunc Cypri Regem illustrem ad charis. in Christo filiæ nostræ Hierosolymitanæ Reginæ coniugium, & Hierosolymitani regni regimen, de consilio, & voluntate ferè totius Christiani exercitus euocasset, vt eorum matrimonium impedires, affinitatis, & incestus impedimentum: serò tamen obiiciens cõsentire in eius copulam noluisti. Postmodum verò voluntate mutata eos in regem, & reginam coronasti coniunctos: in quo te tibi cõtrarium fuisse dolemus, & vel male prius cõtradixisse cõuincimus, vel malè postmodum consensisse. Super quibus cum veritas nobis plenius innotuerit, contra te non poterimus non moueri: immo etiam statuere, quod ius exegerit statuẽdum. Datum vt suprà.

FVLCONI ABBATI CORBEien. ecclesiarum, prælatis quare annulus detur.

AD hoc in ecclesia Dei visibilis est sacramentorũ species instituta, vt per exteriora, quæ cernimus, ad interiora, quæ intelligimus, transmittamus. Inter cætera siquidẽ sacramentales ornatus, prælatis ecclesiarum conceditur annulus, qui est signaculum fidei: iuxta quod pa-

Cap. cùm propter extra de iure patronatus.

ter

ter filio reuertenti dare annulum in manu præcepit, vt videlicet ecclesiam sibi commissam prælatus ipsius intemerata fide custodiat: ad quam fideliter obseruãdam per visibilem speciem iugiter admonetur. Cùm igitur monasterium Corbeien. quod Ro. ecclesiam nullo respicit mediante, syncera diligamus in domino charitate: volentes ipsum in te alicuius dignitatis priuilegio decorare, vt & ecclesiæ Ro. magis existas obnoxius, & deuotus, & fortiùs, & efficaciùs regimini commissi tibi monasterii debeas imminere, vsum tibi annuli de benignitate sedis apostolicæ indulgemus. Nulli ergò &c. Datum Lateran. III. cal. Ianu.

G. CONVENTREN. EPISCOPO, vt a decessoribus alienata reuocet.

SIcut nostro est apostolatui reseratum, nonnulli de prædecessoribus tuis non attendentes, ꝙ conditionem ecclesiæ meliorem facere poterant, non peiorẽ, possessiones ad tuum episcopium pertinentes iniustè alienare pro suæ voluntatis arbitrio præsumpserunt: vnde ipsa ecclesia graue dispendium proponitur incurisse. Nos ergò nolentes, ꝙ delictum personæ in damnum ecclesiæ debeat redundare, fraternitati tuæ auctoritate præsentium indulgemus, vt quæ a dictis prædecessoribus tuis minùs legitimè alienata fuerunt, ad ius, & proprietatem ecclesiæ tuæ tibi liceat appellatione remota legitimè reuocare. Nulli ergò &c. Datum Lateran. VI. idus Ianuarii.

EIDEM: VT PATRONIS IN præsentando clericum idoneum discordantibus, Episcopus Vicarium durante lite, instituat.

Cap. cùm propter extra de iure patronatus.

VIm propter laicorum discordias non debeat ecclesiis præiudicium generari, graue gerimus, & indignum, ꝙ (sicut nostro est apostolatui reseratum) occasione dissensionis, quæ de iure patronatus vertitur inter eos, ecclesiæ plus debito remanẽt rectoribus viduatæ: quod in ipsarum graue dispendium noscitur redundare. Verùm quia (secũdum Apostolum) instantia nostra communis est omnium ecclesiarũ solicitudo cõtinua: volentes his, quæ præmisimus, ex debito pontificalis officii obuiare, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus si de iure patronatus quæstio emerserit inter aliquos, & cui competit, infra quatuor menses non fuerit diffinitum, ex tunc ecclesiam ipsam appellatione remota, de persona non differas idonea ordinare: ita quòd illi ex hoc non debeat in posterum præiudicium generari, qui ius euicerit patronatus. Datum Lateran. III. idus Ianuarii.

ARELATEN. ARCHIEPISCOPO. Qua ipsi mandat, vt de valetudine & persona Episcopi Regensis, qui ecclesiæ renunciare cupiebat, diligenter inquirat.

HAnc inter spiritualia, & temporalia constat existere differentiam, quòd corporalia faciliùs destruuntur, quàm construantur. Econtrario verò spiritualia facilius construuntur, quàm destruantur. Vnde iuxta canonicas sanctiones Episcopus solus honorem dare potest, solus autem auferre non potest. Nimirum vener. frater noster Regen. Episcopus, sicut ex ipsius, ven. fratris nostri Aquen. Archiepiscopi literis, quas nostro apostolatui destinarunt, nobis innotuit euidenter, quoniã ecclesiæ suæ propter manifesta impedimenta non sufficit prouidere. Vnde ipsi ecclesiæ, populoque sibi commisso non leue timet imminere periculum, omninò cedere, ac deponere onus solicitudinis pontificalis affectat: super quo humiliter postulauit a nobis sibi licentiam indulgeri. Cùm igitur inter sacros ordines dignitas pontificalis excellat, de qua soli Petro reseruatum est priuilegium, volentes in hoc deliberatione prouida, & debita maturitate procedere, fraternitati tuæ per apost. scripta mandamus, quatenus de statu Regen. ecclesiæ, ac personæ ipsius Episcopi veritatem indagatione solicita perscru-

teris,

teris,& vtrũ eius persona propter impedimentum cordis,vel corporis, in sufficiens sit ad gerendam solicitudinẽ pastoralem, veridica nobis relatione reseribas: vt per te certiores effecti securiùs in negocio procedamus. Datum vt suprà.

N. BISVNTINO ARCHIEPI scopo, & Suffraganeis eius Ne quis in Abbatem eligatur, nisi prius fuerit monachus illius cœnobij.

Ca. cũ ad nostram. De electione, et electi potestate.

QVm ad nostram nuper notitiã deuenisset,q̃ H. qui se pro Abbate Lexouien. gerebat, nõ antea fuerit monachus, quàm electus: nos attendentes quod contra regulares traditiones istud fuerit attentatum, cùm nullus spem, vel promissionẽ habens, vt Abbas fiat, debeat monachari, electionem de ipso factam de cõsilio fratrum nostrorum curauimus irrirare. Quocirca fraternitati uestrę per apostolica scripta mandamus, quatenus tã monachis, quam aliis fidelibus monasterii memorati studeatis ex parte nostra districtiùs inhibere, ne præfato H. vllã obedientiam, vel reuerentiam propter iam dictam electionem audeant exhibere: & si quid in eodem monasterio disponẽdo iam perperam attentauit, nullius robur habere volumus firmitatis, sed penitùs irritari. Quod si contra interdictum nostrum, curam monasterii vsurpare præsumpserit, ipsum, & qui ei fauerint in hac parte, per censuram ecclesiasticã remoto appellationis obstaculo compescatis. Datum Lateran. III. idus Ianu.

N. ABBATI DE FLORE. QVOD professio absque habitu edita obliget.

Cap. Porrectũ I. De regularibus.

POrrectum nobis ex parte tua petitorium continebat, quod I. canonicus Acheruntinus in firmitate grauatus, votum, vt fieret monachus, se asseruit emisisse: vnde metuens ne voto decederet non completo, iunctis manibus tibi se reddidit in monachum, & in fratrem. Alii quoque in absentia tua sese in sacerdotum manibus monachos fieri deuouentes, sani facti ad vomitum redierunt. Et cùm familiares monasterii tui antea extitissent, quia non fuerunt ad antiquam familiaritatẽ admissi, aduersarii facti sunt pro amicis. Vtrum ergò talium facta dissimulare valeas, ne fiant deteriores, an compellendi sint ad cõplenda præmissa, per nos postulas edoceri. Nos ergò inquisitioni tuæ taliter respondemus, q̃ cùm monachum faciat non habitus, sed professio regularis, ex quo conuertendo emittitur, & recipitur ab Abbate, vt talis fiat monachus, & reddat domino, quod promisit, erit vtiq; non immeritò compellendum. Datum vt suprà.

I. CAPPELLANO, ET S. SVBdiacon. nostris apostolicæ sedis Legatis. Quæ illos ad Regem Dalmatiæ legatos facit.

APostolicę sedis auctoritas, quæ per diuersas mundi partes plenitudinem obtinet potestatis, illius sequens vestigia, qui Beato Petro, Pasce oues meas, tertio replicauit, in partem solicitudinis viros conuocat prouidos, & discretos: qui gregem domini, & pabulo salutis reficiant, & viam eis æternæ felicitatis ostendant. Ad quorum siquidem auxilium, & iuuamen, vt ecclesiasticæ potestatis auctoritas in sua semper maneat firmitate, cum requirit necessitas, aliquos a suo latere dirigit, & transmittit, quibus legationis iniungit officium exercendum. Hac itaque consideratione diligenter inducti, & chariſſimi in Christo filii V. illustris regis Dalmatię, & Diocliæ precibus inclinati: qui vt ad eos legatos mittere deberemus instantissimè postulauit, vos, de quorum probitate nos, & fratres nostri plenam fiduciam obtinemus, ad Dalmatiam, & Dioclìam prouinciam duximus transmittendos in prouinciis ipsis: vobis auctoritate præsentium legationis officium iniungentes, vt quæ inueneritis corrigenda corrigatis, destruatis, & euellatis superflua, & nociua, ædificetis, & plantetis vtilia, & honesta, quatenus

nus cum domino dicente reddetis talẽta, vobis reddatis credita duplicata: & a nobis, & fratribus nostris valeatis in domino multipliciter commendari. Datũ Lateran. VI. idus Ianuarii.

VVLCANO ILLVSTRI REGI Dalmatiæ, & Diocliæ. Vt Legatos Apostolicos reuerenter accipiat, & officium suum, exequi permittat.

VT euidentius Euãgelica doctrina pateret, & in omnem terram, iuxta verbum Propheticum, sonus Apostolorum exiret, & in fines orbis terræ verba diffunderentur ipsorum, nos ster dominus, & magister, qui præbuit nobis exemplum, vt sequamur vestigia eius, discipulos suos per vniuersas mundi partes ad prædicandum direxit, dicẽs eis iuxta Euangelicam veritatem: euntes in mundũ uniuersum prędicate Euãgelium omni creaturæ. Quam si quidem obseruantes constitutioné prouidã & salubrem Roman. Pontifices, Vicarii Iesu Christi, qui in Beato Petro Apostolorum principe ab ipso domino recce perunt plenitudinem potestatis, & constituti sunt super gentes, & regna: vt iuxta verbum Propheticum euellant, & destruant, ædificent, & plantent: quia suã non possunt vbique præsentiam exhibere, per uaria mundi climata a suo latere aliquos dirigant, & transmittant: qui fideles in fide consolident, corrigenda corrigant, de agro domini nociua destruant, & vtilia plantare procurent. Intelligẽtes igitur per lit. tuas nostro apostolatui præsentatas tuæ deuotionis ardorem, quod videlicet Rom. ecclesiam matrem tuam super omnia post Deum diligere, & honorare proponis, & mandatis nostris omnimodis inhærere, iuxta quòd a nobis tua nobilitas postulauit, dilectos filios Io. cappellanũ, & Symonem Subdiaconum nostros, de quorum scientia, & probitate nos, & fratres nostri plenam fiduciã obtinemus, de fratrum nostrorum consilio ad partes tuas duximus dirigendos: per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus eos tanq̃ apostolicæ sedis legatos benignè recipias, & honestè pertractes: & quæ secundum Deũ in partibus ipsis duxerint statuenda suscipias humiliter, & sine refragatione conserues: ut cùm ad nos domino dãte redierint, nobis referre ualeãt tuæ deuotionis effectum, & Rom. ecclesia tuis efficaciùs possit intendere incrementis. Non enim eis dedimus in mandatis, ut apostolicam in te confirmãtes doctrinam, reforment quidquid inuenerint reformandum, & tanquam mẽbra capiti apostolicæ seni conforment in ipsius deuotione pariter, & obedientia solidantes: per quos etiam pallium, plenitudinem scilicet pontificalis officii uenerab. fratri nostro Dioclien. Archiepiscopo transmittimus, ut in partem nostræ solicitudinis euocatus, sine defectu ualeat officii sui debitum adimplere. Datum ut suprà.

Scriptum est super hoc in eundem ferè modum uxori eiusdem regis.

In eundem ferè modum nobili uiro S. magno Iupan.

In eundem ferè modum uxori eiusdem S. magni Iupan.

In eundem ferè modum Dioclien. Archiepiscopo usq; ad uerbum adimpl'ere. Quibus etiã nobis, & successoribus nostris fidelitatis iuramentum, quod tibi sub bulla nostra mittimus inclusum, deuotè studeas, & humiliter exhibere.

In eundem ferè modum Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, ecclesiarum Prælatis, & aliis clericis per Dalmatiã, & Diocliam in regno charissimi in Christo filii nostri Vulcani illustris regis Diocliæ, & Dalmatiæ constitutis usque ad uerbum solidantes.

N. EPISCOPO ET CAPITVLO Tripolitan. vt Raimundo primo vacaturum canonicatum & præbendam conferat.

CVm ex apostolatus, officio, quo (licet indigni) suscepimus aduniuersos extendere curã prouisionis apostolicæ teneamur, spãlius illis adesse uolumus, & debe-

& debemus, qui clericali militiæ deputantur: inter quos illos duximus non immeritò præferendos, de quorum meritis laudabilis conuersatio, & contracta vobiscum familiaritas, dum essemus in minori officio constituti, nos efficit certiores. Hinc est quod dilectum filium Raimundum clericum ecclesiæ vestræ, quondam familiarem nostrum vniuersitati vestræ solicitè comendantes, rogamus attentiùs, & per apostolica vobis scripta mandamus atque præcipimus, quatenus eum pro reuerentia Beati Petri, & nostra, in canonicum vestrum, & fratrem tam libenter, quàm liberaliter admittatis: cum præbenda, stallum eidem in choro, & locum in capitulo tamquam vni de vestris canonicis, occasione, contradictione, & appellatione cessantibus, assignantes. Sicut autem has primitias precum nostrarum reuerèter admittere studeatis, vt deuotionem vestram debeamus proinde commendare, & vos in vestris petitionibus efficaciùs exaudire. Alioquin venerabili fratri nostro Patriarchæ Antiochen. dedimus in mandatis, vt vobis cessantibus efficere quod mandamus, ipse id, remoto appellationis obstaculo, exequatur: contradictores quoslibet ecclesiastica censura percellens. Datum Lateran. II. cal. Ianuarii. Scriptum est super hoc Patriarchæ Antiochen.

VNIVERSO CLERO, ET POpulo Cremonensi de S. Homoboni vita, miraculis, & canonisatione.

VIa pietas promissionem habet vitæ, quæ nunc est, & futuræ, iustus, & miseri cors dominus fideles suos, quos prædestinauit ad vitam, frequenter in hac vita glorificat, & semper in futura coronat: quibus & per Prophetam promittit: Dabo vos in laudem, gloriam, & honorem in cunctis populis, & per se pollicetur: Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Mirabilis enim in se ipso Dominus, mirabilis in Sanctis, mirabilis in omnibus operibus suis: verum nobis exhibet suæ virtutis indicium: & frigescentem iam in pluribus charitatis igniculum, mirabilium suorum signis accendit: assumptis in gloriam suam, qui certauerunt legitimè in hoc mundo. Ad memorias eorum innouat signa, & mirabilia iuxta Prophetam immutat: vt qui Sãctus est apud ipsum, sanctus etiam ab hominibus habeatur, & in hoc præsertim hæreticorum confundatur peruersitas, cùm ad Catholicorum cumulos viderint prodigia pullulare. Licet autem iuxta testimonium veritatis, sola finalis perseuerantia exigatur ad sanctitatem animæ in ecclesia triumphanti: quoniam qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Duo tamen, virtus uidelicet morum, & uirtus signorum, opera scilicet pietatis in vita, & miraculorum signa post mortem, vt quis reputetur sanctus, in militanti ecclesia requiruntur. Nam quia frequenter angelus satanę se in lucis angelum transfigurat, & quidam faciunt opera sua bona, ut uideantur ab hominibus: quidam etiam coruscant miraculis, quorum tamen uita meritò reprobatur: sicut de Magis legitur Pharaonis: & etiam Antechristus, qui electos etiam si fieri potest, inducet miraculis suis in errorem: ad id nec opera sufficiunt sola, nec signa: sed cum illis præcedentibus ista succedunt, uerum nobis præbent indicium sanctitatis: nec immeritò nos ad ipsius uenerationem inducunt, quẽ dominus suus ostendit miraculis uenerandum. Hæc autem duo ex uerbis Euãgelistæ pleniùs colliguntur: vbi de Apostolis loquens ait: Illi au ẽ profecti prædicabant ubique domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. In eo nanque, quod ait, cooperante, eos operatos esse demonstrans, & in eò quod sequitur, sequẽtibus signis, eos exponens, immò dominum in eis miraculis claruisse. Hoc etiam dominus usque hodie operatur in sanctis, & potentiam suam signis euidentibus manifestat, dum uiuorum curat ęgritudines ad memo-

memoriã mortuorum: & eos plus posse post mortẽ, & felicius viuere mortuos, q̃ in dño moriũtur, q̃ q̃ viuunt in mũdo demõstrat Sane veniẽs ad præsentiã nostram venerabilis frater nr̃ Eps vester, multis viris religiosis,& aliis honestis p̃sonis de sua diœcesi comitatus, cuiusdã Beati viri & re,& noĩe Homoboni,vitã & actus, necnõ & modũ trãsitus eius humiliter nobis aperuit: in q̃bus & Sãctæ ipsius degustauimus cõuersationis odorẽ. Deumq; mirabilẽ,& oĩa opera eius ĩ fide cognouimus,& p̃dicauimus gloriosa. Idẽ etenim Sanctus tanquã lignũ, q̃d plantatũ est secus decursus aquarũ, q̃d fructũ suũ datũ tp̃e suo, ꝓput eorundẽ nobis assertio facta tã viua voce, q̃ aliorũ pluriũ honestorũ literis patefecit,adeò in lege dñi meditabat die,ac nocte,vt ei seruiens in timore,& ſm Prophetã media nocte,surgens ad confitendũ ei matutinis semper laudibus interesset. Missę quoq; officiũ,& alias horas cũ summa deuotione frequẽtans, ita assiduis oronibus insistebat,vt in certis horis,aut in cessanter oraret, aut horas ipsas aliqñ præueniret: nisi fortè ipsum solicitudo, quã super pace reformanda per ciuitatẽ tanquã pacificus virgerebat, aut occaſo eleemosinæ pro pauperibus acquirẽdæ, seu alia iusta cã in aliis operibus miseri cordiæ detineret. Qui nimirũ ante crucẽ dñicam ex assuetudine se prosternẽs, opus quodlibet faciendo,stãdo,sedẽdo, iacendo,ad oronem labia mouere continuò videbat. Inter alia verò pietatis opera, quæ tã circa pauperes, quos secũ in domo propria tenebat,curabat,& pariter procurabat, q̃ circa alios indigẽtes: quibus viuẽtibus humanitatis officium mortuis sepulturæ beneficiũ consueuerat deuotus impẽdere,diligentius exercebat. Ipse à seculariũ hominũ cõsortio segregatus, inter quos virebat quasi liliũ inter spinas,hæreticorũ,quorũ pernicies partes illas infecit,austerus extitit aspernator. Deducto aũt sic vitæ Sanctæ curriculo,cũ matutinale offiũ,prout dictũ est,in festiuitate Sancti Brictii surrexisset,circa missæ primordia idẽ se ante crucem dñicam more solito in oronе prosternens, dũ cantaretur hymnus angelicus, Beato fine quieuit. Quæ verò, quot,& quanta miracula fuerint subsecuta,& quot aduenientibus ad sepulchrũ eius sanitatis beneficia sint impensa,cũ longũ sit enumerare p̃ singula, vnũ inter cætera ad assertionẽ catholicæ fidei duximus expressius annotandum. Cùm .n.ª quędam dæmoniaca mulier ad sepulchrũ eiꝰ deducta fuisset, ne aliqua fraus lateret,eadẽ primò fuit aqua nõ benedicta respersa: quæ se patiẽter aspergi permittens,aquã secũdò respuit benedictã. Et vt res euidentiori experimento pateret, oblatam nõ consecratã absq; aliqua præscientię sibi recipiens præsentatam eucharistiã consecratã subsequenter abhorruit,nec recepit: quę & meritis eiusdem Sãcti liberata recessit. Vt aũt virtus morũ,prout est superius prælibatũ,licet oĩs dubitatio amoueri ex subsecutione signorũ per diuinũ iudiciũ videret: fide apud nos clarescęret pleniori: ne miraculorum ẽt virtus aliqua fraude posset, vel figmento iuuari, veritatẽ rei solicitiùs duximus inquirendã. Fidẽ nanque, quam super conuersatione ipsius absque figmento hypocrisis fraudulento, diuinũ iudiciũ (vt dictũ est) manifestè ostẽdere videbatur, p̃ testimoniũ dilecti filii Osberti presbyteri Sãcti Egidii Cremonẽsis p̃sentis cũ Epo memorato,recepto ab eo firmauimus iuro: sub cuius obtestatione videlicet iuramenti: ipse,qui patrinus eius existens per XX. annos,& amplius cõfessionem eius sæpè receperat: quę de illius Sãcti cõuersatione p̃misimus,cũ ipso Epo,& aliis supradictis iuratis similiter asseruit esse vera: & de obedientia,quã in oronibus, vigiliis,& aliis pœnitentię fructibus,in qua sibi ab eo imposita erat, plus iniuncto satis faciens exhibebat, nos reddit certiores. Ea ẽt, quæ de miraculis ipsis fuerant nobis exposita, p̃ iurm oium p̃dictorũ, q̃ pp hoc venerãt, fide suscepimus plenio ri: assertione ipsius Epi sub firmo verbo sacerdotis req̃sito, in virtute obediẽtię cõcurrẽte. vt sic diuinũ,& humanũ secu-

ri

ti iudicium,cũ maiori procedere securitate possemus. Cũ igitur hæc omnia tã de probitate morum,q̃ virtute signorũ, ad fauorem petitionis,pro qua Eps memoratus, & alii suprà dicti ex parte vestra vehementer instabant,cõcurrere videremus, de fratrum nostrorum cõsilio post multam deliberationem habitã cũ eisdem Archiepis, & Epis, quos super hoc ad consilium nostrum admisimus, de diuina misericordia,& eiusdem Sãcti meritis confidentes, ipsum sanctorũ cathalogo duximus ascribendum:statuentes vt in die depositionis ipsius, eiusdẽ festiuitas deuotè a vobis, & aliis Christi fidelibus annis singulis de cætero celebretur. Inde est, quod vniuersitatem vestram rogamus in dño, & monemus per apostolica scripta præcipiendo mandantes,quatenus eiusdem Sancti memoriam(pro vt dictum est)cum celebritate debita venerantes,eius apud Dcũ suffragia humiliter imploretis:per cuius merita ad gaudia ęterna pertingere valeatis. Datum Lateran. II. idus Ianuarii.

N. ARCHIEPISCOPO SIPONtino. *Habens literas falsas ignoranter, venia dignus est.*

EX literis delictorum filiorum I. Archipresbyteri P. & L. primiceriorum ecclesię Sipontinæ accepimus, q̃ cùm super accusatione, quam contra Abbatem S. Benedicti Sipont.falso R.clericus,Ioãnes sacerdos, & Bartholomęus Diaconus intendebãt, ad eos mandatum apostolicum emanasset,licet idem eum nomine monachorũ, & oblatorũ ipsius monasterii S. Benedicti super multis criminibus, videlicet super dilapidatione,adulterio,periurio & falsitate impeterent:proponentes q̃ super his oĩbus fuerat corã te cõuictus, & causa ipsa vsq; ad sniam diffinitiuã deducta:ipsos tñ clericos mendaces,& abbatem innocentem in his oĩbus inuenerunt. Veruntñ idem abbas fuit in tua p̃sentia proprio ore confessus, q̃ quasdã literas, quas a sede apostolica impetrarat,in manu tua resignauit: quas cũ falsas esse constaret,tu ipsum ab officio tãdiu decreuisti manere suspensum,donec nostro se cõspectui p̃sentaret, mandato per oĩa pariturus.Vñ videlicet dicti clerici eundẽ abbatem, licet nec monachi sint eiusdem monasterii,nec oblati sumserunt materiã accusandi,sed ipse abbas illius falsitatis innoxium, & inculpabilẽ se ostendit:constanter affirmans,q̃ nunquam ad conscientiã,vel notitiã eius de illarũ literarũ falsitate prouenerat, sed eas pro veris habuerat vsq; ad tp̃s, quo ipsas (vt dictum est) resignauit.Quocirca fraternitati tuæ p̃ apostolica scripta mandamus, quatenus ab eodem abbate cũ tertia manu purgatione recepta, qđ ei de falsitate literarum illarum nõ constitit, ipsum ab huiusmodi infamia denuncietis absolutũ, & eidem officiũ auctoritate nostra restituere non omittas: prædictos clericos per censurã eccl. fasticam appellatione cessante,monitione præmissa compellens, vt ab ipsius abbatis de cætero molestatione indebita cõquiescant.Dat.Laterañ.XIX.cal.Febr.

N. DECANO, ET CAPITVLO *Andegauen. translatio Episcoporum ad solum Romanum Pontificem Iure pertinet.*

INter corporalia,& spiritualia eam cognouimus existere dr̃iam,q̃ corporalia faciliùs destruuntur, q̃ construantur: spiritualia verò facilius construuntur,q̃ destruantur. Vnde iuxta canonicas sanctiones Episcopus solus honorẽ dare potest,solus autem auferre nõ potest. Episcopi quoq; a metropolitanis suis munus consecrationis recipiũt,qui tñ non p̃nt, nisi per Romani Pontificis snĩam condemnari. Cùm ergo fortius sit spirituale vinculum,q̃ carnale, dubitari non debet, quin omnipotens Deus spirituale coniugiũ, quod est inter Episcopum,& ecclesiam, suo tãtum iudicio reseruauerit dissoluendum: qui dissolutionẽ carnalis,cõiugii, quod est inter virum,& fęminam, suo tantum iudicio reseruauit,præcipiens,vt quod Deus coniũxit,homo nõ separet.Non.n.humana, sed

Cap. 2. extra de translatione Episcopi.

sed diuina potiùs potestate coniugium spirituale dissoluitur: cũ p trãslationẽ, vel depositionẽ, aut etiã cessionẽ auctoritate Romani Pontificis, quem constat esse vicariũ Iesu Christi, Episcopus ab ecclesia remouet: & iõ tria hæc, q̃ præmisimus, non tã constitutione canonica, q̃ institutione diuina soli sunt Romano Pontifici reseruata. Sic autẽ Episcopus consecratus sine licentia Romani Pontificis suã nõ debet ecclesiã derelinquere: sic & electus confirmatus p eius assẽsum, suã deserere nequit ecclesiã, cui est matrimonialiter alligatus: cũ nõ debeat in dubiũ reuocari, quin post electionem, & confirmationẽ canonica inter personas eligentiũ, & electi coniugiũ sit spirituale contractũ. Cui profecto Episcopalis dignitas nihil addit, cũ quis Episcopali p̃ditus dignitate, nullius tũ ecclesiæ possit Episcopus esse: quemadmodũ de illo contingit, q̃ honori pontificali renunciat, non honori. Vñ cum non maius sit vinculũ Episcopi ad ecclesiã q̃ electi, maximè cũ fuerit confirmatus, immò idẽ penitus, & nõ aliud idẽ iuris obtinet in vtroq;. Sicut ergò Episcoporũ trãslatio vel ẽt depositio, sic & electorũ post confirmationẽ ratione spiritualis coniugii soli est Romano Pontifici reseruata. Licet vsq; ad tẽpora ista q̃ cautũ fuerat de Episcopis, expressũ nõ fuerit de electis, pp expressam tũ similitudinẽ, uel identitatẽ potius nemlni poterat videri dubiũ subtiliter intuenti: cũ idẽ iudiciũ de similibus sit habendũ. Sed neque illud q̃ in Canone legit de electo, vt si vltra quinque menses p suã negligentiã retinuerit viduatã ecclesiã, nec ibi, nec alibi cõsecrationis donũ p̃cipiat, immo metropolitani sui cedat iudicio: aliter intelligentibus poterat suffragari, cũ non intelligatur ecclesia viduata, quasi sponsum nõ habeat, sed quia cũ sponsus eius nondũ sit consecratus, adhuc quo ad q̃dã quasi viri manet solatio destituta: sicut iuxta cõmunẽ modũ loquendi illa dr̃ ecclesia viduata, q̃ licet Episcopũ habeat, inutilẽ tñ p̃hibẽt hr̃e. Nec q̃ de cessione subsequit, & statutũ fuit ad pœnã, trahi debet ad gratiã: ut sicut metropolitani iudicio electus dr̃, ita ẽt ad aliã ecclesiam possit transferri p̃sertim cũ nec sine auctoritate Romani Põtificis fiat cessio, vel deiectio memorata: qui vt possent ex canone illo metropolitan. indulsit. Vnde si circa trãslationẽ idẽ fieri voluisset, q̃ de cessione dixerat, & de translatione poterat expressisse: & q̃ non est Sanctorum patrũ de cætero sancitũ, supersticiosis non est adinuentionibus p̃sumendũ, præsertim cũ nonnunq̃ intelligat p̃hibitum q̃ non inuenitur expressum. Sanè nos, qui sacra docente scriptura monemur, ne nostrũ alii demus honorẽ, q̃m apostolatui nostro multis referentibus innotuerat, q̃ venerabilis frater noster Turonẽ. Archiepiscopus magistrũ Vu. de Chimeleio, qui electus fuerat in Episcopũ Abricen. & p metropolitanũ suũ postea confirmatus, aliquandiu tã in spiritualibus, q̃ in tẽporalibus ministrat, in ecclesiã vestrã, p̃ter apostolicæ sedis auctoritatẽ transferre p̃sumpsit, & Episcopũ consecrare: quẽ & venerabilis frater noster Rothomagensis Archiepiscopus p̃ter apostolicæ sedis mandatũ absoluit, & ei tribuit licentiam transeundi: venerabili fratri nostro Bituricen. Archiepiscopo, de quo plenã fiduciã obtinemus, dedimꝰ in mandatis, vt inquisita super hoc plenius veritate, si rẽ gestã taliter iueniret, tã memoratũ Turonensẽ, q̃ ipsũ Rothomagensẽ Archiepiscopos, qui sal. ẽ apostolicã sedem sup hoc, q̃ nouũ emerserat, p̃sertĩ cũ iuxta traditiones canonicas maiores ecclesiasticæ cãæ ad sedem apostolicã sint deferendæ, consulere debuerunt, à confirmatione, pariter & consecratione Pontificis. Memoratũ verò Vu. ab executione pontificalis officii nostra fretus auctoritate suspenderet: qui mandati nostri diligens executor, sup quo deuotionẽ eius digna gratiarũ p̃sequimur actione: cũ p̃cussionem spontaneã eidem Bituricen. Archiepiscopo de veritate negocii cõstitisset, dictos Archiepiscopos, & Episcopũ iuxta tenorem mãdati nostri suspendit. Et quãuis iidem Archiepiscopi Turonen. & Rothomagen. tanquam

quã maiores plus excesserint in præmissis, p̃fatus verò Episcopus minus, utpote illorũ tanquã maiorũ errorem secutus, nos tñ intellecta p̃ literas, & nuncios eorundem Archiepiscoporũ confessione spontanea, & supplicatione deuotâ, veniã erroris dedimus: quia non ex maligni tate, sed ex simplicitate peccarunt. Et qm̃ p̃fatus Episcopus, qui & minus peccauerat, & (sicut ex præmissis apparet) seuerius fuerat castigatus, ad apostolicã sedem spontanea voluntate, non tamen sine multis laboribus, & expensis accessit, reatũ suũ cognoscens humiliter, & deuotè misericordiã postulans, iudicium non requirens: nos sup̃ facto eius cũ fratribus nostris cõiter tractatũ habentes, & subtiliter indagantes, qđ licet munus sibi consecrationis impensum, nec prioris ecclesiæ ipsum Pont. fecerit, nec secũdæ, cum ad primã non fuerit consecratus, & ad secundã, prioris vinculo pduranre, non potuerit canonice consecrari, adhuc alteri alligatus coniugaliter: illud tñ prouidè attendentes, quod, & urgentes necessitas, & euidens utilitas ecclesiæ vestrę, qm̃ non poteratis in aliam personã idoneã conuenire, despensationis gratiã requirebant: eo de plenitudine potestatis, tam à uinculo prioris ecclesiæ, q̃ à pœna suspensionis penitus absoluto, de benignitate sibi apost. sedis duximus concedendum: vt priore consensu hactenus perdurante, sicut per literas p̃sonarum ecclesiæ vestræ nobis est intimatũ, Andegauen. ecclesiã tanquã proprius põtifex ad laudẽ, & gloriã nominis Dei, ad honorẽ, & exaltationẽ ipsius, ad saluteḿ, & vtilitatẽ suã, & tã cleri, q̃ populi, sibi cõmissi studeat gubernare: vt puenien te diuina gratia, & sequente, plus pdesse velit, & valeat, q̃ præsse p̃sertim temporibus istis, quibus cum abundet iniquitas, & peccatis exigentibus multorum charitas refrigescat, opus est non mercenario sed pastore. Quo circa per apost. scripta præcipiendo mandamus, quatenus ipsũ Episcopum tanquam patrem, & pastorẽ animarũ vestrarum recipientes humiliter, & deuotè, reuerentiam ei debitam, honorem, & obedientiam impendatis: vt ipse in vobis filialem deuotionem inueniat, & vos in eo paternum reperiatis affectum. Dat. Lateran. XI I. cal. Februarii.

MONTANARIO SVBDIACONO Nostro. Qua ipsi Prioratum Sancti Sauini, ad quem electus erat, confirmat.

CVm̃ super prioratu Sancti Sauini de plano Spoleti inter te, & Philippum Ioannis Pelagalli quæstio, verteretur, & ob hoc ad sedem apostolicam venissetis, dilecto filio nostro G. Sancti Adriani Diacono Cardinali causam ipsam commissimus fine debito terminandam. In cuius præsentia quòd prioratus ipse ad te pertineret probare, per electionem canonicam satagebas: cùm à canonicis ipsius ecclesiæ primo fuisses electus, quę ab annis quinquaginta priores in dicta eccl. sine contradictione qualibet eligerunt. Verùm præfatus Philippus, quod idem prioratus sibi potius debetur, ea nitebatur ostendere ratione: quia per venerab. fratrem nostrum Matthæum Spolet. ibidem fuerat institutus, ad quem institutionem ipsam spectare firmiter asserebat. Ad hæc ergo probanda testibus vtriusque patris receptis, & eorum depositionibus publicatis, cùm super eis sufficienter esset vtrinq;, prout ius expostulat, disputatum, anteq̃ diffinitiua sententia proferretur, præfatus Cardinalis pro ecclesiæ negociis fuit à nobis in regnum Sicilię destinatus, in cuius locum substituimus dilectum filiũ nostrum Augonem Sancti Eustachii, & G. Sãcti Nicolai in carcere Diac. Card. q cũ rõnibus, & allegationibus partium diligenter ĩspectis, & de cãę meritis habita notitia pleniore, q̃ p̃missa sunt nobis fideliter retulissent: qa cõsistit nobis p̃ cõfessionẽ ét p̃fati Episcopi, q̃ dictus Philippus in p̃scripta ecclesia p̃ eũ non fuerat institutus, tibi adiudicauimus ipsius ecclesię prioratũ ab ipetitione p̃fati Philippi, cui sup̃ q̃stione p̃missa silẽtiũ ppetuũ ĩposuimus, te sẽtentialiter absoluentes. Nulli ergò, &c. nostræ diffinitionis, &c. Datũ. Lateran. X. Cal. Febrnarii.

Petro

PETRO COLIMBRIENSI EPIscopo.ea quae decessores iuste hactenus possederant, ipsi confirmat.

SAcrosancta Romana ecclesia, &c. vsque ad verbum inclinati. Personam tuam, & Colimbrien sem ecclesiam, cui auctore Deo præesse dignosceris, cum omnibus bonis, &c. vsque adverbum susc ipimus. Specialiter autē ecclesias de Couilian. & de terminis eius ad exēplar bonæ memoriæ, C. Papæ prædecessoris nostri, & omnes possessiones Laicales, quas tam prædecessor tuus, quam tu in prædictis villis, & eius terminis acquisistis, sicut ea iustè possideris, & quiete, tibi, & per te præfatæ Colimbrien si ecclesiæ auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus. Decernimus, ergò, &c. Datum Lateran. VII. idus Ianuarij.

I. CAPPELLANO, ET S. SVB diacono familiaribus nostris apostolicæ sedis Legatis. Ne alterius Archiepiscopi suffrageneis Archiepiscopalis auctoritas vel pallium concedatur.

POst dies aliquot, ex quo à nostra præsentia recessistis, ex relatione quorūdam, & inspectione libri censualis cameræ nostræ nobis inotuit, ꝙ Antibaren. ecclesia inter suffraganeas Ragusan. metropol. numeretur. Vnde cùm tu fili I. librum illū inspexeris, miramur, quòd facta tibi copia libri præmissi, nobis non aperuisti expressius veritatem. Quia uerò non est nostræ intētionis statum ecclesiarum euertere, deuotioni vestræ auctoritate præsentium districtius inhibemus, ne Antibaren. electo palleum aliquatenus concedatis, nisi vobis constiterit eius predecessores fuisse palleis decoratos, & dignitatem metropolicam habuisse. Ne autem iter vestrum, & legationis processus valeat aliquatenus impediri, eisdem personis, quibus per vos apostolica scripta dirigimus, sub eodem tenore literas nostras transmittimus, dempto capitulo quod faciebat de palleo mētionem: vt vtrasque penes vos habentes, vel primas, vel secundas, prout opus fuerit, præsentetis. Datum Lateran. VII. cal. Februarij.

N. ARCHIPRESBYTERO, ET canonicis principis apostolorum. Qua suam benevolentiam & munificentiam erga illos declarat.

DEriuata ī nos ab apostolorum Principe per ipsius merita potestatis ecclesiasticæ plenitudo, & apostolatus successio, non ratione carnis per hominem legitime procreata, sed per Deū ipsius gratia canonice facta: inter cæteras solicitudines cordis nostri, & occupationes, quibus quotidie premimur, vt pote quibus solicitudo vniuersarum ecclesiarum incumbit, ad honorandam eiusdem principis apostolorum basilicam specialiter nos inducunt, vt cum prophe ta psallamus: Domine dilexi decorem domus tuæ, & Lo. t. gloriæ tuæ. Sanè cum dominus noster in Beato Petro, cui nos (licet immeritos) constituit successores, in spiritualibus prætulerit vniuersis, & ecclesiam in temporalibus etiam dilatarit, conueniens esse dignoscitur, vt eidem Beato Petro in vobis, immo Christo in eo, qui nobis exhibuit vniuersa: & si modicum, tamen aliquid tribuere studeamus, affectum nostrū in effectum humiliter producentes. Dignum ē etenim, vt quia uarijs pressi negocijs, dū circa lapsum religionis nobis propositum in melius reformādum intendimus, dum iustitiæ consulimus oppressorum, dū singulorum consultationibus respōdemus, dum ad reformandam inter discordātes pacis concordiam, & pro diuersis ecclesiarum, & prouinciarum necessitatibus legatos à latere nostro dirigimus: dū de terræ orientalis subuentione pensamus, prīcipis apostolorum basilicam dignis obsequijs frequentare non possumus, aliquibus munusculis honoremus: nihil ī hoc apostolorum principi largientes de propriio, sed de suo potius repetentes. Verùm cum decor ecclesiarum, & earum thesaurus præsertim pendeat ex personis, quæ ipsis deseruiunt, & domini laudes horis intonant cōstitutis, psallentes tam ore quàm corde: vos, qui ad ho-

norem apostolorum principis in eius ecclesia domino iugiter deseruitis, inuocantes nomen ipsius,& voce cõsona modulantes laudes eius,immò Beatum Petrum in uobis tenui deuotionis nostræ munusculo decreuimus honorare: sperãtes q̃ qui minuta viduæ pauperis accepta uit,nostræ quoque humilitatis accepta bit affectum: non quid,sed ex quo potius tribuamus,attendens. Ea propter dilecti in domino filij tam redditum, quem de signis plumbeis,siue stagneis apostolorũ Petri,& Pauli imaginem præferentibus quibus eorum limina visitantes in augumentum propriæ deuotionis & testimonium itineris cõsummati seipsos insigniunt, prædecessores nostri,& nos ipsi percipere consueuimus,quàm auctoritatem fundendi ea,vel quibus volueritis fusoribus concedendi,qui vobis tantum de ipsis respondeant,vobis,& per vos canonicæ vestræ præsentium auctoritate concedimus,& præsentis scripti pagina communimus. Ad hæc sub pœna excommunicationis districtiùs inhibemus,ne quis ea præter assensum, & concessionem vestram aliquatenus formare præsumat, Decernimus ergò,&c. nostræ confirmationis,concessionis, & inhibitionis,&c. Datum Leteran. XV. cal. Februarij.

N. PHAREN. EPISCOPO. VT *cum aliquot canonicis romam,causam suæ translationis dicturus, veniat.*

MIrari cogimur,& moueri,quòd (sicut à multis accepimus) tu regimen ecclesiæ Iadertin. sine mandato sedis apostolicæ irreuerenter assumere præsumpsisti. Licet enim clerici ecclesiæ Iadertinæ cum suæ ciuitatis nuncijs ad nostram præsentiam accessissent,& nobis tam ex relatione ipsorum quàm literarum inspectione, quas tulerant, patuisset, quòd in Iadertin. Archiepiscopum electus fueras, immò verius postulatus: quia tamen,& si de modo postulationis possumus reddi per easdem literas certiores, de persona tua nobis non poterat fieri certa fides, nec examinare debebamus absentem, eis de consilio fratrum nostrorũ decreuimus respondere: vt aliqui de canonicis eiusdẽ ecclesiæ nostro te conspectui præsentarent: vt de studijs postulantium,& de meritis postulati certiores effecti,securiùs in ipso negocio p̃cedere valeremus. Adiicientes quod licet Episcoporũ trãslatio ad solum pertineat Rom. pontificem,quia tamẽ ad venerab. fratrẽ nostrũ Patriarcham Graden. cõsecratio Iadertin. electi noscitur pertinere cũ de beneplacito nostro procederet, vt tibi palleum conferremus,& tu nobis iuramentũ fidelitatis præstares, te procul dubio faceremus dicto Patriarchæ Graden. professionem canonicã, & debitam obedientiam exhibere. Sed ipsi nuncij tales noluerunt literas reportare: quibus reuersis sine mandato nostro ecclesiæ Iadertinæ diceris regimẽ assumpsisse, & in ea tã tẽporalia,q̃ spiritualia ministrare. Quia vero graue nimis est,quod de tua p̃sumptione proponitur,nec subitò volumus dãnationis sententiã iaculari,fraternitati tuę per apostolica scripta mandamus, & districtè præcipimus quatenus infra duos mẽses post susceptionẽ præsẽtium cum cõpotenti numero canonicorum ecclesiæ Iadertinæ iter arripias ad sẽ dẽ apostolicã veniendi,redditurus nobis super excessu,quẽ prædiximus, rationẽ: ita q̃si culpabilis inuentus non fueris,cũ nobis de postulatione canonica,& personæ tuæ idoneitate constiterit,translationis gratiã,& usum pallei recipere mereaberis. Postmodũ debitam nobis fidelitatẽ, & dicto Patriarchæ professionẽ canonicã impensurus. Alioquin ex tunc te noueris ab officio pontificali suspensum, & nos canonicis Iadertinæ ecclesiæ dedisse firmiter in mãdatis,vt aliam personam idoneam canonicè sibi eligant in pastorem. Datum Lateran. III. nonas. Decembris.

Scriptum est Iadertinis canonicis in eundem ferè modum vsque ad verbum Suspensum. Quocirca vniuersitati vestræ per apostolica scripta mãdamus, quatenus si prædictus Episcopus præceptum nostrum contempserit adimplere, vos aliam personam idoneam vobis eligatis canonicè in pastorem. Datum vt suprà.

DVCI

DVCI, ET POPVLO VENETORVM. ne Saracenis arma & subsidium, mercaturæ prætextu subministrent.

IN fauorem orientalis prouinciæ præter peccatorũ veniã, quam in suis illuc expensis proficiscentibus pollicemur, & apostolicæ protectionis gratiã, quam eidẽ terræ subuenientibus indulgemus: illud etiam Lateran. Concilij constitutũ curauimus innouare, q̃ eos, qui Saracenis arma, ferrum, lignamina galearum ministrare præsumpserint, & in galeis, & piraticis eorum nauibus coram gubernatoris & regimen exercere, ab ecclesiæ cõmunione præcidi: & excommunicationi pro sua iniquitate subiectos rerum suarũ per principes sæculi Catholicos, & cõsules Ciuitatum priuatione multari: & capientium seruos, si capti fuerint, fore decernit, ad exemplar felicis recordationis G. Papæ prædecessoris nostri omnes illos excõmunicationis sentẽtiæ suppositimus qui cum eis de cætero habere consortiũ, vel per se, uel per alios nauibus, seu alio quocunq; ingenio, aliqua rerum suarũ subsidia impendere, uel transmittere attentauerint, quandiu inter nos, & ipsos guerra durarit. Verum accedentes nuper ad apostolicã sedẽ dilecti filij nobiles viri Andreas Donatus, & Benedictus. Griliõ. nũcij vestri nobis exponere curauerunt, quod ex cõstitutione huiusmodi ciuitati vestræ proueniret non modicum detrimentũ: quæ nõ agriculturis inseruit, sed nauigijs potius, & mercimoniis est intenta. Nos igitur paterno dilectionis affectu, quẽ ad vos specialiter habemus, inducti, sub districtione anathematis prohibentes, ne in ferro, stupa, pice, acutis, pironibus, funibus, armis, galeis, nauibus, & lignaminibus paratis, vel imparatis, vendẽdo, donãdo, vel cõmutãdo Sarracenis ministrare subsidiũ præsumatis, sustinemus ad tẽpus, donec super hoc aliud dederimus vobis in mandatis, vt in regnum Aegipti vel Babylonis alia inituri commercia cum necesse fuerit transfretatis: sperantes, quod propter hanc gratiam in subsidium Gerosolymitanæ prouinciæ debeatis fortius animari, prouisuri ne quid in fraudem circa statutum apostoli cum præsumatis: quia dubium esse non debet eum diuina ligari sententia, qui contra propriam conscientiam in elusionem huius mandati fraudulenter aliquid attentabit. Datum vt suprà.

N. EPISCOPO GEVRICENSI, & N. abbati de Beccan. De pœna eorũ qui crimen falsi commiserunt.

IN auditum falsitatis genus tam nouitate nocendi, quàm præsumptionis audacia vniuersa ferè hactenus inuenta genera falsitatis excedens, perpetratũ prædecessorum nostrorum temporibus, nostris est auribus reuelatum. Sanè pro posuerunt nobis dilecti filij magister R. Præpositus Colocen. & magister I. Archidiaconus Seghedien. quòd magister L. Taruisinus olim ad apostolicam sedem accedens, de regesto felicis recor. Alexãdri Papæ prædecessoris nostri, quondam chartã dolosè surripuit; quam in ea parte dolosè abscidit qua tribus alijs chartulis quia fuerat in quaterno medio iungebatur filo integro remanẽte. Cùm autem idem præpositus eandem vobis chartulam præsentasset, ex eo rem sic se habere cognouimus, quod in proximo præcedẽti chartula eiusdem regesti quarundam habebatur principium literarum, quas eadem pagina terminabat: & rursùm circa finem ipsius paginæ quædam literæ fuerant inchoatæ, quæ finiebãtur in folio subsequẽti. Cùm igitur huiusmodi falsitatis vitium tãto amplius persequi debeamus, quanto maius posset scandalum generare, cum pro literis de quibus dubium est, an a sede apostolica emanarint, ad regestũ de consuetudine recurratur: cũ etiam vix posset aliquis amplius Rom. ecclesiam offendere: quàm si ei regesta, & alios libros surriperet: in quibus tã ipsius, quàm aliarum ecclesiarum priuilegia continentur, discretioni vestræ per apost. scripta mãdamus, atque præcipimus, quatenus magistrũ P. Strigonien. præpositum, & magistrũ Robertum Anglicum, & Azonem presbyterum, quos huius iniquitatis cõsocios esse audiuimus, ad vestrã præsentiam euocantes, ab eis sub iureiurando

veritatē diligentius exquiratis, quo mandante, cuius consilio, quo cōscio, & quo procurante tātæ falsitatis crimen fuerit attentatum. Confessionem autem ipsius sub iureiurando factam redactam in publicam manum, ac vestri sigilli signatam ad nos sine dilatione aliqua trāsmittatis. Volumus autem, & sub eadē districtione mandamus, vt tā eos, alios, qui huius iniquitatis participes fuisse dicuntur, ad veritatis assertionē monitione præuia, per suspensionis, & excōmunicationis sententiam appellatione postposita compellatis.

Datum Lateran. III. cal. Februarij.

Scriptum est super hoc ferè in eundem modum Patriarchæ Graden.

P. *DE CASTRO NOVO ARCHID. magalonen. qua ipsi Archidiaconatum ab Arelatensi Archiepisc. donatum confirmat.*

Cap. Cum olim, de sententia et re iudicata.

VM olim bonæ memorię Magalonen. Episcopus habito dilectorū filiorum P. de Agrifolio Archidiaconi, & B. Prioris claustralis assensu, te ad vacantē Archidiaconatum eiusdem ecclesiæ nominasset, præposito vt nullus ibi, nisi prius duplici voce sibi concessa institueretur, per appellationem interpositā inhibente, Episcopus tum quia contra antiquam Magalonen. ecclesiæ cōsuetudinē, & commune ius canonum esse dicebat, aliquam sibi vocem duarum personarū in eadem ecclesia vendicare, tū quia ex indulgētia bonæ memorię C. Papæ prędecessoris nostri, quam in Capitulo præsente præposito legi fecit, sibi probabat indultum, vt vacantē Archidiaconatum, vel sacristiā, si cōtra personam ab ipso nominatā aliquod rationabile, & canonicū non posset legitimè obijci, & probari: nō obstāte cōtradictione, vel appellatione conferret, te de præfato Archidiaconatu per annulū inuestiuit, in locū eiusdem corporaliter te inducens. Vnde nominatus præpositus inuidiæ stimulis agitatus alium ad eundem Archidiaconatum præsumpsit postmodum nominare. Cui⁹ facti occasione te, & dicto præposito ad sedē apostolicā accedētibus nos in minori tunc officio cōstitutos, & dilectū filiū nostrū B. tituli Sancti Petri ad vincula, & bonæ memoriæ M. tituli Sanctorū Ioannis, & Pauli presbyterum Cardinalem habuistis in vestris quęstionibus auditores. Cumque multa hinc inde allegata fuissent, tandē dictus prędecessor noster ꝙ ab vtraque parte factum fuerat, pro sua voluntate cassauit, sententiando pronuncians, ꝙ aliquibus de prouincia scriberer, vt tā Episcopum, quàm personas ad ordinandū concorditer archidiaconatum monerent, & eorum fortè monitis nō admissis, hoc ipsi auctoritate apostolica exequi non differrēt. Post hæc verò Geraldo Ioannino, qui nondum ad diaconatus erat promotus officiū pręter conscientiam tuam, cùm tunc apud sedē apostolicam pro Episcopo morareris, ipsum archidiaconatum contra propriam pronunciationem (sicut credimus) contulit circumuentus. Nos igitur inhærentes vestigijs prædecessorum nostrorum dicentium sententiam Romani Pōtificis posse in melius commutari. Cùm aliquid fuerit subreptum, ꝙ de prędicto G. factū fuerat, nō obstante donatione, quam à venerabili fratre nostro Magalonē. Episcopo in illusionē donatione, apostolicæ dicitur recepisse: de communi fratrū consilio in irritū reuocauimus: & ei licet absenti cùm liquido nobis de subreptione constaret, & in manifestis iuxta canonicas sāctiones nō sit rigor iudiciarius obseruandus super dicto archidiaconatu, perpetuū silentium imponentes, prædicto episcopo, & dilectis filijs archidiacono, & sacristæ Magalonē. dedimus in mandatis, vt nullius contradictione uel appellatione obstante, infra vnius mensis spacium post literarum nostrarū susceptionem sæpe dictum archidiaconatum de persona, cui nihil obuiaret de canonis institutis plena omnium qui præsentes essent, interueniēte cōcordia ordinarēt: ne, si fortè iterū suboriretur discordia, fierēt nouissima deteriora prioribus, & error nouissimus esset peior priore. Venerabili ēt fratre nostro Archiepiscopo, & dilecto filio Decano Arelatē. dedimus īmādatis, vt ipsis ī executione mādati nostri cessantib⁹, ijdē nulli⁹ cōtradictionis, vel appellationis obstaculo, illud exeq̄ nō tardarēt. Cùmque prædicti Episcopus Archidia-

chidiaconus,& sacrista mãdatum nostrũ infra dictum terminum differrenter, & negligerẽt adimplere,prędictus Arelatẽ. Archiepiscopus attendens personã tuã ad hoc officium non indignam, tibi(sicut ex litteris eius accepimus) Archidiaconatum ipsum auctoritate nostra canonice contulit,& te de ipso per annulum inuestiuit.Cùm igitur nobis de tuæ cõstet idoneitate personæ,quod de te per eundem Archiepiscopũ auctoritate mãdati nostri legitime factum esse dignoscitur,ratum,& firmum habentes,archidiaconatum ipsum tibi auctoritate apostolica cõfirmamus, & præsentis scripti pagina communimus.Decernimus ergò &c.Datum Lateran. VI.cal. Februarij.

PRIORIBVS, ET FRATRIbus de Grandimonte.Qua ipsos ad concordiam & mutuam charitatem hortatur.

CVm dilectus filius noster B. frater vester, orta olim inter fratres Grãdis mõtis dissensionem modica,cũ N.tunc priore suo, & alijs multis fratribus ad sedem apostolicam accessisset, qa tunc controuersia ipsa non potuit plenè sopiri idem B. se transferens ad partes Prouinciæ in Auinionensi diœcesi in terra dilecti filij nobilis viri R. comitis Tolosani, de concessione bonę memoriæ R.Auinionem. Episcopi ordinis vestri domum construxit,& in ea cum.N.fratreveſtro tunc,& suo,& alijs,quos de nouo recepit, fratribus est moratus: quanquam à morte prædicti Prioris, & post substitutionẽ alterius, lite quoq; per auctoritatem sedis apostolicæ iam sopita, non videatur posse rationabiliter excusari quod vsque nunc ad obedientiam vestram accedere non curauit. Volẽtes autem,sicut tenemur,matri filiam,& membra capiti counire, cum & vos circa receptionem fratrũ vestrorum,vos non debeatis exhibere difficiles, sed benignos, vt eos Christo lucrifacere valeatis, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus,atque præcipimus,quatenus eundem B.ad vos humiliter redeuntem, & fratres, quos ipse recepit, suscipiatis humiliter,& fraterna charitate tractetis, & inter ecclesias vestras susciptiatis ecclesiam,quam construxit. Verum quia de voluntatevenerabilis fratris nostri Auinionen. Episcopi, & patroni eiusdem ecclesiæ procedit affectu,vt eidem ecclesiæ in priorem clericus præferatur:cum & vos quibusdam cellis vestris clericos duxeritis præferendos. Volumus nihilominus,& mandamus,utvel eidem ecclesiæ clericum præferatis,per quem secundum regularem obseruantiam vestri ordinis salubriter gubernetur, vel dictum B.& memoratum fratrem ipsius, qui ex facta vobis professione tenentur, à iugo obedientiæ absoluatis:vt ibi de cætero absque inobedientiæ culpa valeant domino famulari.Quod si neutrum facere volueritis, ne ipsis per ditionis materiã præbeamus,aliter saluti eorũ curabimus (dante domino)prouidere.Datũ Laterã. III.cal.Februarij.

N. CONSTANTIEN. EPISCOpo. Appellatio nisi intra decem dies interponatur, sententia transit in rem iudicatam.

QVid ad consultationem, quam nobis nuper feciſti de duabus partibus decimę frugũ feudaliũ, quas laici tanquam feudum suũ religiosis domibus volunt cõferre,presbyteris reclamantibus, & inuitis & ad suas ecclesias vnde laici percipiũt sacramẽta,decimas ipsas afferentibus pertinere, debeat responderi, per decretalem epistolam ad aliorum postulationem in simili casu dudum à nobis emissam, cuius rescriptum fraternitati tuæ de uerbo ad verbum duximus transmittendum, perpendere poteris euidenter. Et autem quòd à nobis similiter postulasti, vtrum appellationi sit clerici deferendum, qui purgationem indictam sibi per sententiã, & ad ipsius receptionem terminum, competentem ,puta viginti dies, vel amplius sine contradictione recipiens, & ad diem veniens consequenter appellat, causam non exprimens appellãdi, nec sit locus,nisi suspiciendę purgationi,& executioni sententiæ,à cuius latione,ac purgatione iniuncta vltra decennium dicitur effluxisse, taliter credimus respondendum, quòd cum post

decem dierum spacium sententia in auctoritatem rei transeat iudicatæ, qui ad prouocationis subsidium infra id temporis non recurrit, appellandi sibi adimū denegauit: cū per hoc videatur per interpretationem iuris latæ sententiæ paruisse: præsertim vbi causa non redditur appellādi, sed nec executionē ipsius sententię, ideo conuenit retardari: licet ad hoc agendū quadrimestre tempus regulariter sit statutū, quia id arctari potest nōnūquam à sedente in medio, & ēt prorogiri: & qui ab initio sponte recepit terminum breuiorem, imputare sibi potest, & debet, cū ex hoc videatur amplioris beneficiū contempsisse: vnde talis non audietur appellans, nisi forte aduersus eum modus executionis canonicus excedat. Datum Laterani. III. idus Ianuarii.

N. VVACIEN. ET N. CENADIEN. Episcopis, et N. Abbati Siricen. Per quam ipsis committit cognitionem controuersiæ inter Episcopum & abbatem.

CVm dilecti fil. S. Abbas de Felduar, & magister Obertus nūcius venerabilis fratris nostri. Quinqueccle sīē. Episcopi pro quæstione, quæ vertitur inter eūdem Episcopū, & ipsū Abbatem, ad nostrā præsentiam accessissent, nos eis dilectum filiū nostrū G. Sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconū Card. cōcessimus auditorē, in cuius audiētia Abbas propositum memoratus, q̄ cū esset in procinctu itineris ad Romanam ecclesia veniendi, & supra dictus Quinqueccles. Episcopus ad monasterium suum hospitandi causa venisset, priuilegium, q̄ claræ memoriæ B. quondam Rex Vngariæ sup ecclesiæ suæ libertate concesserat, quam à iurisdictione prorsus Episcopi exemptā esse proponit, & pecuniam, quam parauerat ad expēsas itineris, illi abstulit violēter, ipsumq; in quodam claustro. Cisterc. ordinis carceri mancipauit, ne posset vel ad regem ire, vel Romanam ecclesiam uisitare. Subsequēter verò cum ad Abbatiam suam eum dictus Episcopus remisisset, & coram rege proposita super hoc querimonia fuisset inficiatus, se priuilegiū eius, & pecuniā accepisse, dictus abbas, vt suis, & ecclesiæ suæ grauaminibus prouideret, vocē ad nos appellationis emisit. & fectū Sancti Lucæ proximè præteritū appellationi præfixit: quam appellationem, licet Episcopus ipse admiserit, & promiserit se venturū in termino cōstituto, post multos dies in eum excōmunicationis sententiam promulgauit. Ecōtrario præfat⁹ magister Obertus respōdit, q̄ memoratus Episcopus pro eo q̄ dictus Abbas super falsitate duorum priuilegiorum apud eum accusatus fuerat, & cōuictus, & crimen suum ore proprio manifestē confessus, cū non appellāsem, nec contradicentem deposuit, & misit ad monasterium de Sicodor ad pœnitētia peragēdam: de quo cùm fuisset egressus pœnitentia nō peracta, monasterium de Felduar inuasit per potentiam laicalem: & ecclesiam quandam ad ipsum Episcopū pertinentem parochianis propriis spoliauit, clericos eius eiiciens domibus, ppriis verberando: super quibus cū pluries citatus fuisset, quia cōtumax apparebat, eps eum excōmunicationi subiecit: sed ipse post excōicationē diuina officia celebrare, & bona monasterii violēter rapere, ac dilapidare præsumsit. Cū igitur ꝑdictus Car. nobis hæc omnia retulisset, de consensu partis vtriusq; negociū ipsum vestro duximus examini cōmittendū: & memoratū abbatē ad maiorē cautelā de benignitate sedis apostolicæ fecimus iuxta formā ecclesiæ à vinculo excōmunicationis absolui. Verū quia idem abbas exduplici causa se proposuit iniustè grauatū, quoniā & propter monasterii libertatē illius iurisdictioni non suberat, & propter appellationis remediū ab eo tutus esse debebat, cū super his nobis plena fides facta nō fuerit, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus, inquisita super præmissis, & aliis, siqua forte alterutra partiū duxerit proponēda, diligēti⁹ veritate, si legitimè vobis cōstiterit de libertate monasterii memorati, præfato Episcopo super hoc silētiū imponatis: ad ablatorum restitutionē, & priuilegii maximè auctoritate ipsum apostolica per cēlurā ecclesiasticā, sublato appellationis obstaculo compellentes, & reformantes in statum debitum, quicquid post

recessum

recessum Abbatis circa monasterium inueneritis immutandum, alioquin cũ dictum monasterium Quinquecclesen. diœcesi sit constructum, ad exhibendum eidẽ Episcopo debitam reuerentiã compellatis, sententiã depositionis, quã idem Episcopus in præfatum Abbatem esse fecit, penitus reuocetis, nisi post appellationem ad nos legitimè interpositam, vel ex alia causa constiterit iniquè prolatam, sicut rationabiliter lata est, appellatione remota facta tis inuiolabiliter obseruari. Si verò post appellationem ad nos interpositam tam dictum episcopum in memoratum Abbatem condemnationis, & excommunicationis sententiam inueneritis in contemptum sedis apostolicæ dictasse, ipsum tamdiu nuncietis ab officio pontificali suspensum, donec super hoc per nos aliud fuerit ordinatum. Nullis literis obstantibus, præter assensum partiũ, si quæ apparuerint à sede apostolica impetratę. Quod si omnes &c. duo vestrum &c. Datum Lateran. III. cal. Februarii.

CANONICIS SANCTI LAVrentij de Spello. Qua sententiam Cardinalis super Prioratu S. Laurentij confirmat.

QVæstionem prioratus inter vos, & Albericum Priorem Sancti Laurẽtii de Spello diutiùs agitatam, dilectis filijs nostris C. tituli Sancti Laurentii in Lucina, & I. tituli Sanctæ Priscæ presbyterum Cardinalem iamdudũ cõmisimus terminandam: qui cùm eidem non possent intendere maioribus occupati, duobus iudicibus de Spello eam de consensu partium commiserunt: à quibus ad Cardinales ipsos eodem Abbate prouocante causa fuit venerabili fratri nostro Spoletano Episcopo, & suo coniudici R. delegata. Sed cum ab eis non fuerit ipsa quæstione processum, à dilectis filiis nostris S. tituli Sanctæ Praxedis presbytero, & G. Sanctæ Mariæ in Aquiro diacono Cardinali commissa fuit venerabili fratri nostro Terusino Episcopo: quã nimirum cõmissionem ratam habentes, eidem dedimus in mandatis, vt dictã causam deberet infra duorum mensium spatiũ diffinire: à cuius præsentia dictus Abbas iedem apostolicam apppellauit. Ipso ergò & B. Sindico vestro in nostra præsẽtia constitutis, dilecto filio nostro G. Sancti Nicolai carcere Tulliano diacono Cardinali causam ipsam commisimus fine debito terminandam: in cuius præsentia contra ipsum priorem dictus Sindicus vester multo proposuit, quibus eum amouendum à prioratu ostendere conabatur. Dicebat enim electionem ipsius canonicam non fuisse: cum & tunc temporis laicus fuerit, & Alexandro eiusdẽ ecclesiæ priore viuente intrusus symoniacè ibidem fuerit, per potentiã laicalem: electionis quoq; tẽpore de ipsius ecclesiæ gremio non extiterat, nec datus voluentibus, ed inuitis: ad cuius electionem non oẽs fuerũt canonicè cõuocati: quẽ ẽt C. quondã Duci Spoleti, qꝰ ad mãdatum eius teneret ecclesiam vitasse firmiter ꝓponebat: & qꝰ de genere illorum fuerat, ac societate, qui Soperclum Priorẽ eiusdem ecclesiæ interficere præsumpserũt. Prœmissis itaq; rationibus dictum Abbatem dicebat prioratu ecclesiæ memoratæ. Verũ pars altera electionẽ suã multis nitebatur rationibus roborare: proponens qꝰ dictus Alexander promotionis suæ tempore laicus similiter fuerat, filios habens, & ẽt concubinã: & cum prioratũ voluntate propria resignasset, vos eum vnanimiter elegistis, & per quinquẽniũ tenuistis eũ exinde pro priore: cuius qui dem electio non solùm à venerabili fratre nostro Spoletano Episcopo, verumetiam à bonæ memoriæ Cę stino Papa prædecessore nostro fuit postea confirmata. Intentionẽ itaq; suam fundare iã dictis' rationibus satagebat: quibus fuit à præfato B. taliter obuiatum, quòd cum renunciatio Alexãdri præmissa per vim extorta fuerit, & obtenta, nullum uobis poterat præiudicium generare, præsertim cùm neque coram iudice suo facta fuerit, & tempore illo dictus Alexander vobiscum pariter possessione tam ecclesiæ quàm rerum ipsius esset penitùs spoliatus. His ergo, & similibus coram dicto Cardinale prudenter à partibus allegatis, ipse allegationibus, & rationibus hinc inde productis auditis, & plenius intellectis, habito prudentum virorum cõ

filio, sæpè dictum Albericũ à memorato prioratu remouendum sententialiter diffiniuit. Nos ergò sententiam eius, sicut rationabiliter lata est, ratam habentes, auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus. Nulli ergò &c.

Datum calen. Februarii.

N. STRIGONIENSI ARCHIEpiscopo, N. Patauien & N. Cenadien Episcopis. Vt causam accusationis capituli Vuaradiensis contra suum Episcopum cognoscant.

CVm venerabilis frater noster Episcopus, & dilecti filij B. præpositus M cantor S. & M canonici Vuaradien. essent in nostra præsentia cõstituti, ex parte canonicorum fuit propositũ coram nobis, quòd conquerentibus eis in præsentia venerab. fratris nostri Colocen. Archiepiscopi super quibusdam iniurijs sibi ab ipso Episcopo irrogatis, Episcopus in vocem appellationis erupit: & ipsi nihilominus eum de crimine symoniæ ad nostram audientiam appellarunt. Vtraque uerò parte post annum, & dimidium ad sedem apostol. accedente, cum in eodem proposito memorati canonici permanentes, periurij, & symoniæ ipsum Episcopum reum facere in nostra, & fratrum nostrorũ præsentia niterentur ex parte ipsius Episcopi fuit propositum ex aduerso, quòd cum super his citatus non fuerit, nec propter hoc venerit, & ideo ius remeandi domum haberet, non tenebatur suis aduersarijs respondere. Cumque super his, & aliis esset ab eis in auditorio nostro diutius litigatũ, nos habito cum fratribus nostris consilio, volentes parcere laboribus partium, & expensis, cũ & nos plus solito variis simus occupati negociis, eas ad vos duximus remittendas, per apostolica scripta mãdamus, quatenus iuris ordine per omnia conseruato, causam ipsam diligenter examinantes, & vsque ad diffinitiuam sententiam procedentes, gesta omnia sigillorum vestrorum munimine roborata nobis fideliter transmittatis: diem assignantes partibus competentem, quo receptura sententiam nostro se conspectui repræsentent. Ad quem si qua earum venire contempserit, nos nihilominus, quantum de iure poterimus, procedemus. Quia verò supradicti canonici se queruntur à iam dicto Episcopo contra iustitiam spoliatos, volumus, & mandamus, quatenus, si rem ita inueneritis se habere, secundum quod eidem Episcopo dictus Colocen. Archiepiscopus sub debito iuramenti dicitur præcepisse, ablata omnia eis, appellatione remota, restituti faciatis: prouidentes, vt eidem Episcopo faciatis ab ipsis canonicis obedientiam, reuerentiam, & obsequium debitum exhiberi. Si verò idem Episcopus aliquid proponere voluerit contra canonicos memoratos, audiatis illud, & appellatione remota fine debito terminetis. Nullis literis, &c.

Datum III. cal. Februarij.

N. ABBATI MONASTERII Francarum uallium, eiusque Fratribus tam præsentibus, quàm futuris regularem vitam professis in perpetuum. De confirmatione priuilegiorum, & bonorum.

REligiosam vitam eligentibus, &c. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum, & Beati Benedicti regulam, atq; institutionem Cistercien. fratrum, &c. vsque ad verbum Vocabulis. Locum ipsum in quo præfatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis: Grangiam de mala musca: Grangiam de Argentia: Grangiam de Campignola: Grangiam de Rocetta: Grangiam de Sornellis: quicquid habetis in Auinione: quidquid habetis in Cauellione: quicquid habetis in Bellicadro: quicquid habetis in Lunellolo: quicquid habetis in tenimento Villæ Sancti Egidij: quicquid habetis in Caumonte, & aliis locis. Sanè laborum vestrorum, &c. Prohibemus insuper, vt nulli fratrum, &c. Ad hæc etiam prohibemus ne aliquis monachus, &c. Insuper auctoritate apostolica inhibemus, ne

vllus

vllus Episcopus, &c. Si verò Episcopus, in cuius parochia, &c. Pro consecrationibus verò altarium, &c. Quod si sedes, &c. Quia verò interdum, &c. Porrò si Episcopi, &c. Paci quoque, &c. Præterea omnes libertates, &c. Decernimus ergo, &c Salua sedis apostolicæ auctoritate. Si qua igitur, &c. vsque in finem. Datum Lateran. per manum Rainaldi domini Papæ notarij Cancellarij vicem agentis, calen. Februarij, indictione secunda, incarnationis Dominicæ Anno M C XCVIII. pontificatus uero Domini Innocentij Papæ III. Anno primo.

PRIORISSAE COENOBII DE Curto riuo, eiusque sororibus tam præsentibus quam futuris regulærem vitam professis in perpetuum. De eodem argumento quo præcedenti epistola.

PRudētibus virginibus, &c. In primis siquidem statuētes, vt ordo monasticus, qui secundum Deum, & Beati Benedicti regulam, atque institutionem Cisterciен. fratrum in cœnobio vestro, &c. vsque ad Vocabulis. Locum ipsum, in quo præfatum cœnobium situm est cum omnibus pertinentiis suis: Coruatā Don Garnier, quam Hu. de illidio miles dedit uobis laude, & assensu hæredum suorum in omni vsu habendam. & campum Olrici cum integritate & quicquid in molendino, & Batarino de Gunencort habebit & terram, quæ est iuxta pratum S. Martini. & illud, quod habetis in molēdino, & Batarino de Gunencort, habebat & terram, quæ est iuxta pratum Sancti Martini: & illud quod habetis in molendino, & Batarino ex dono Ginardi Pohiers, ex dono Sybillæ, & filij eius Arnulfi: tria iugera terrę sita inter campum Olrici, & Hugonis, & pratum Dauen. & sedem Batarini, in quo molendinum ædificastis: & tertiam partem de cultura in territorio de Brenuilla. Ex dono Galteri de Solascort, & parte Euerardi de Irrunceria in eisdem tertijs tam in nummis, quam in segetibus: & partem Alberti Corelli similiter vobis ab ipso concessam: & vsum in territorio de Brenuilla. Ex dono Hugonis de Ambleio vnam faccatam de prato sub burgo Sanctæ Mariæ, & tertias de Mannia, quas vobis Rainerius de Pates de cultura suorum hominum dedit uobis: & ex dono Humberti de Doncuria, unum pratum super ripam Mosæ. Sanè laborum vestrorum, &c. Liceat quoq; vobis, &c. Prohibemus insuper vt nulli sororum &c. Paci quoque, &c. Decernimus ergo, &c. salua sedis apostolicæ auctoritate. Si qua igitur, &c. vsque in finem. Datum Laetran. per manum Rinaldi domini Papæ notarii cancellarii vicem agentis. III. cal. Februarij indictione secunda, incarnationis dominicæ anno MCXCVIII. pontificatus verò Domini Innocentij Papæ tertij Anno Primo.

HEN. ILLVSTRI REGI VNGAriæ. ne testes super falsitate cui usdam examinandi impediantur verum dicere.

INauditam hactenus speciem falsitatis, quam oculis nostris vidimus, serenitati tuæ, quia id expedire credimus, duximus referendam. Cum enim dudum (sicut moris est) apostolicæ sedis regestum felicis recordat. Alexandri Papæ prædecessoris nostri cuidam fuisset exhibitum, tanquam rescriptum aliquod inspecturo, vt conceptam iniquitatem pareret, de medio quaterno duo folia est furatus, sicut indicijs deprehendimus manifestis: cuius facinoris testes, & consciі perhibentur in regno Vngariæ permanere. Quia verò grauiter peccat, & qui loquitur mendacium, & qui subticet veritatem, & publicè interest, quod maleficia non remaneant impunita, magnificentiam tuam rogamus attentius per Apostolica scripta mandantes, quatenus, ne testibus illis, qui super iam dicto facinore nominati fuerint, vt perhibeant testimonium veritati, quisquam de regno tuo noceat, aut impedimentum præstare præsumat, eos potenter protegas, & defendas.

Datum Lateran. III. nonas Februarij.

N. LIN-

N. LINCOLNIEN. N. VVINtonien. Episcopis, & N. Abbati Sancti Edmundi. Vt cognoscant causam Episcopi Conuentrenses, & monasterij.

EX insinuatione venerabilis fratris nostri Conuentrensis Episcopi nostris est auribus intimatū, q̄ cū bonæ memoriæ Vu. prædecessor suus declaustro monachorū ad pontificale assumptus fuerit dignitatē, voluntatibus Conuentren. monachorū vsque adeò cōscendit, q̄ fere ab omni episcopali iure ipsos exemit in successorū suorū graue præiudiciū, & iacturam: possessiones etiam, & beneficia quædam Lach. feldēsis ecclesiæ ad sustentationē clericorum ibidē Deo seruiētiū deputata, & diutiùs in pace possessa, eis absentibus, & irrequisitis sub prætextu cuiusdā cōpositionis, quā tamē ipsi monachi nō seruarūt, alienare præsumpsit, in graue ipsius Lachefelden. ecclesiæ læsionē. Exinde verò p̄fati monachi, tacito quod in episcopalis dignitatis, & Episcoporū Conuentren. detrimētū esset factum præfati Episcopi attētatū, compositionē ipsam p̄ subreptionē obtinuerunt, à felicis memoriæ Alexandro Papa prædecessore nostro, postea cōfirmari: de qua nimirum compositione successores episcopi memorati, videntes, tam sibi, quàm ipsi à ecclesiæ Lachefelden. enorme periculum imminere, ne aduersus eos præscriptio curreret, cùm non possent naturaliter, ciuiliter eā interrumpere curauerunt. Cùm ergò ecclesiarū iura ex apostolatus officio teneamur p̄pensius defensare, nec quibusdā velimus cōsulere cū iniurijs aliarū, de voluntate nūciorū vtriusq; partis causā ipsam vobis duximus cōmittē dam, per apostolica scripta mādantes, quatenus vocatis ad vos, qui fuerint euocandi, & tā super episcopali iure, quàm alienatis possessionibus, & beneficijs ecclesiasticis inquisita diligentiùs veritate quod canonicū fuerit remoto appellationis obstaculo statuatis: facientes q̄d statueritis p̄ cēsurā ecclesiasticā à partibus inuiolabiliter obseruari. Nullis litteris obstantibus, si q̄ apparuerint harum mē tione nō habita, à sede apostolica impetratæ. Qd̄ si omnes, &c. duo uestrū, &c. Datum Lateran. III. nonas Februarij.

GAVDEMARIO ABBATI BOscaudonen. Monasterij, eiusque fratribus tā præsentibus, quàm futuris, regularem vitā professis in perpetuum. De confirmatione ipsorum priuilegiorum.

REligiosam vitam eligentibus, &c. vsque ad verbū Statuētes. Vt ordo monasticus q̄ secundū Deū, & Beati Benedicti regulā, atque institutionē Cistercien. fratrū in eodem monasterio, &c. vsque ad verbū Vocabulis. Locū ipsum in quo præfatum monasterium situm est, cū omnibus pertinentijs suis: Abbatiā de Pratis, Abbatiam de Lura, quas ædificastis cū possessionibus suis: Lauercum cū possessionibus suis: domū Sancti Mauricij cū pertinentiis suis: vineas de Komonolo: vineas de Capdenaso: vineas de Moilatio: Grangiā de Paillairols cū omnibus, quæ in illo territorio habetis: Grangiā de Villario Roberti, & quicquid ibi habetis, & possidetis: Grangiā de Cāralupa, & quicquid ibi possidetis: præterea quicquid Ebreduni habetis, & possidetis. Sane Laborum vestrorū, &c. Liceat quoque vobis, &c. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum, &c. illud districtiùs inhibentes, ne terras, &c. Si quæ verò donationes, &c. Ad hæc etiā p̄hibemus, ne aliquis monachus, &c. Licitū præterea sit vobis in causis proprijs, &c. insup auctoritate apostolica inhibemus, ne ullus Episcopus, in cuius parochia, &c. Illud adiicientes, vt in recipiēdis p̄fessionibus, &c. Pro cōsecrationibus verò, &c. Quod si sedes diœcesani, &c. Quia verò interdū, &c. Porrò si Episcopi, &c. Paci quoq;, &c. Præterea omnes libertates, &c. Decernimus ergò, &c. Salua sedis apostolicæ auctoritate. Si qua igitur, &c. vsq; in finē. Datū Laterā. per manū Rainaldi domini Papæ notarij cancellarij vicē agentis III. nonas Februarij. indictione secunda, incarnationis dominicæ anno MCXCV III. pontificatus verò domini Innocentij Papę tertij anno primo.

IOANNI

IOANNI MINISTRO DOMVS sanctæ trinitatis cerui frigidi eiusque fratribus tam præsentibus, quàm futuris, regulare vitam professis in perpetuum. Quæ ipsos & ipsorum domum recipit in protectionem apostolicam.

OPerante patre luminum à quo est bonum omne datum optimum, & omne donum perfectum: qui solē suum oriri facit super bonos, & malos etiam diebus nostris, in quibus peccatis exigentibus abundat iniquitas, & multorum charitas refrigescit, non nulli faciē te cū eis domino signū in bonū, vnde in ter alia beneficia, quæ nobis misericorditer impertitur, aut gratiarū actiones propēsiùs inuitamur, posteriorū obliti, ad anteriora cum apostolo se extēdunt: & exuentes veterē hominē cū actibus suis, & nouū, qui secūdum Deū creatus est, induentes, in vitæ transeunt nouitatem: cum relictis proDeo, quæ possidēt, & nō quæ sua sūt, sed quæ Iesu Christi quærentes, voluntariā eligunt paupertatē: & diuinæ se subiicūt seruituti: quorū desiderijs tanto est propensiùs annuēdū, quātò per opera pietatis gratiā præstant altissimo famulatū. Licet aūt secūdū apostolum neq; qui plātat, neq; qui rigat sit aliquid, sed qui incrementū dat Deus: plantationē tamē vestram nōnullo apostolicæ protectionis p̄sidio dispositumus irrigare, quatenus Deo præstāte misericorditer incremētum, fructū proferat exoptatū. Ea propter dilecti in domino filij vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & præfatā domū Sanctę Trinitatis Cerui frigidi, in qua diuino mancipati estis obsequio, sub Beati Pe. & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus: statuētes vt quascunq; possessiones, &c. vsq. ad verbū Vocabulis. Locū ipsum in quo eadē domus vestra sita est cū omnibus pertinentijs suis. Ecclesiā de Planellis cū omnibus pertinentijs suis, Domū Burgi Reginæ cū omnibus pertinentijs suis. Sanè noualiū vestrorū, &c. Liceat quoq; vobis clericos, vel laicos, &c. prohibemus insuper, vt nulli fratrū, &c. Chrisma vel ò, &c. cū autē interdictū terræ, &c. obeunte verò, &c. paci quoq;, &c. Decernimus ergò, &c. salua sedis apostolicæ auctoritate, & diœcesani Episcopi canonica iustitia. Si qua igit̄, &c. vsq; in finē. Datū Laterā. p manū Rainaldi domini Papæ notarij cācellarij vicē agētis III. nonas Februarij indictione secūda, incarnationis dominicę anno MCXCVIII. pōtificatus verò domini Innocentij Papæ tertij anno primo.

N. EPISCOPO, ET MAGISTRO P. de Corbolio canonico Paris. Vt ipse vna cum N. Episcopo, controuersiam Capituli Lingonēsis contra suū Episcopū pertractet

CVm olim dilecti filii Decanus, & canonici Lingonen cōtra episcopū suū ad citationē nostrā ad petitionem ipsius episcopi procuratā, ad sedē apostolicā accessissent, expectauimus si episcopus idē, qui personaliter citatus fuerat, nostro se cōspectui præsentaret. qui cū nec venisset, nec misisset idoneos responsales, habito cū fratribus nostris sup negocio ipso, cōsilio, ipsū p cōtumacia manifesta, & dilapidatione vulgata, quam nō solum ad aures nostras fama publica detulit, immò etiā Archiepiscoporū, Episc. & aliorum religiosorū virorum testimoniales litteræ demōstrarūt ab administratione totius Lingonen. episcopatus tā in spiritualibus, quàm tēporalibus omninò suspendimus: eis literis apostolicis districtiùs iniūgētes, vt suspēsionē ipsam curaret inuiolabiliter obseruare. Volentes autē, nisi fortè cedere mallet, q̄ saluti suæ meliùs expediret, causā, quæ inter ipsum Episcopū, & dilectū filiū Decanū Lingonē. p ecclesia vertebatur sup dilapidatione, & insufficiētia, & alijs multis iniuriis, & grauaminibus ipsi ecclesiæ per eundē Episcopū irrogatis, examinari celerius, & canonico fine decidi: ne si p̄rogaret diutiùs, caderet irreparabiliter ecclesia Lingon. quæ iam videtur in parte maxima cecidisse: ipsam tibi frater Episcope duximus committendam: per apostolica scripta mandantes, quatenus parti-

partibus conuocatis, si de vtrius partis voluntate procederet, quod per te diffinitiua sententia proferretur: auditis hinc inde propositis, & ascitis tibi viris prudentibus, quos tanto negocio cognoscere expedire, causam ipsam fine canonico terminares. Alioquin gesta vtriusque partis redacta in scriptis, & sigilli tui munimine roborata ad præsentiam nostram transmitteres: præfigens partibus terminum competentem, quo recepturæ sententiam nostro se conspectui præsentarent. Interim autem in procuratorem idoneum Lingonen. eccle siæ præcepimus prouideri. Cùm autem prædictus decanus, & socij eius cum prædictæ commissionis literis recessissent, dilectus filius E. Archidiaconus Lingonen. aduenit: ad cuius instantiam te fili magister P. duximus eidē negocio adiungendum: cùm in primis literis esset expressum, vt tu frater Episcope viros tibi prudentes ascires. Volentes igitur vt tenorem prædictæ commissionis inuiolabiliter obseruetis, licet ex abundanti, ad multam tamen instantiam Archidiaconi memorati discretioni vestræ præsentium auctoritate mādamus, quatenus si dictum Episcopum per iudicium inuenieritis innocentem, ipsum non solū ab interdicti sententia, verùm etiam ab impetitione Decani, & Capituli super obiectis appellatione postposita penitùs absoluatis. Personales autem quæstiones, si quas idem Episcopus, & tā prædictus, quàm maior Archidiaconus aduersus de canum, vel aliquos canonicorum habuerint, audiatis, & sublato appellationis obstaculo, curetis fine debito terminare: talem ad procuratorem ipsius ecclesię interim deputantes, qui neutri parti esse debeat de ratione suspectus.

Datum Laterā. IIII. idus Februarij.

N. COLIMBRIENSI, ET ALIIS Episcopis in regno Portugalliæ constitutis. Qua differentiam inter edictum generale & particulare declarat.

CVm in partibus vestris peccatis exigentibus sæpiùs contingat diuersa loca interdicto supponi quando generale vel particulare dici debeat interdictum, apud vos accepimus in dubium reuocari: cum illi, qui ab ecclesia Romana decorari priuilegio meruerunt, videlicet vt cum generale interdictum terræ fuerit, liceat eis clausis ianuis, non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis, & interdictis, suppressa voce diuina officia celebrare, interdicto particulari se asserant non arctari: asserentes illud interdictum generale duntaxat, quando regnum, vel saltem prouincia tota subijcitur interdicto: propter quod & iustitia sæpiùs deperit, & prælatorum sententiæ contemnuntur, cum in alijs interdictis promptiùs diuina celebrent, & suspensis organis, aliorum ipsi pulsatis campanis, & apertis ianuis quoslibet passim recipiant ad diuina. Ne autem diuersa interpretatio discordię causam inter vos vlterius, & odij fomitē valeat ministrare, vel quod interdictū dici debeat generale, amodo in dubium reuocetur, significatione vobis præsentiū intimamus, q̄ cum in priuilegijs de regno, vel prouincia nihil expresse dicatur nomine terrę, non solùm regnum, vel prouinciam, sed ligi volumus, verùm etiam villam, & castrum: vt & in his locū habeat, quod de generali dicitur interdicto, videlicet vt cum villa, vel castrū generali subijcitur interdicto, præscripta priuilegij forma debeat obseruari.

Datum Lateranſ. VII. idus Februarij.

N. ARCHIEPISCOPO, ET CLERO Pisano. Vt ciues suos hortetur illam pacē atque concordiam seruare, quam reliqui ordines Tusciæ seruabant.

CVm apostolica sedes ecclesiam, & ciuitatem Pisanam multum dilexerit hactenus, & in multis studuerit honorare, sicut operis exhibitio, quæ probatio est dilectionis, euidenter ostendit, nos qui (licet indigni) ad apostolatus nostri officium sumus domino faciente promoti, prædecessorum nostrorum,

&

& præcipuè sanctæ memoriæ Innocentij Papæ volẽtes vestigijs inherere, siquando nobis occurrunt, per quæ honori ecclesiæ vestræ, ac ciuitatis debeat derogari, ab eis vos, & ciues vestros curamus propensiùs reuocare, quẽadmodũ nice versa vos, & ipsos ad exequenda illa libentiùs intendi mus adhortari, vnde possit cõmunis vtilitas prouenire. Sanè cùm bonæ memoriæ C. Papę prædecessoris nostri tẽporibus legati apostolicę sedis ciuitatẽ Pisanam supposuerint interdicto, pro eo qđ ciues Pisani à generalibus institutis patriæ deuiabant: quia tamẽ forma tractatus illius nobis primitùs oblata non placuit sub eo tenore, ad petitionem, & instantiam Pisanorum, interdictũ duximus relaxãdum: vt si correctione adhibita, forma concordiæ nobis placeret in posterũ, eã nobiscũ pariter recipere tenerentur. Alioquin ciuitas ipsa reduceretur in sentẽtiam interdicti: exinde uerò dilecti filij Prior, & alij ciuitatũ rectores ad nostram præsentiam accedẽtes, tractatũ cõcordiæ nobis, & fratribus nostris pariter obtulerunt: in quo post correctionem adhibitam nihil inuenimus, quod in ecclesiastici iuris, vel cuiusquã minoris, vel maioris personę præiudicium redundaret. Nec ista dicimus ideo, qui in concordia illa possint malè vtentes abuti: cum vix contingat in rebus humanis aliquid tam salutiferum inueniri, vnde per culpã abutentiũ, aliqua siniſtra non valeant prouenire: quoniam & apostolus aliis fuit odor vitę in vitam, alijs odor mortis in mortẽ, & ipse Christus lapis offensionis nonnullis extitit, & petra scandali positus in ruinam, & in resurrectionem multorum. Et licet omnis potestas à Domino Deo sit, teste scriptura, ea tamen præminentes nonnunquàm peccatis exigentibus abutuntur. Nos[aũt] prædictos rectores solicitis exhortationibus curauimus admonere, quatenus ini tam concordiã, & firmatam ita prouidè administrẽt, qꝓ per ea & ipsi à grauaminibus liberentur, & alijs grauamina nõ infligant. Ne igitur in verbis nostris inueniremur mendaces, & in operibus inconstãtes, dilectis filijs potestati, & populo Pisano per apostolica scripta meminimus iniunxisse, vt tractatum concordiæ receptũ à nobis, & ipsi reciperent, ne communẽ totius patriæ viderentur impedire profectum. Alioquin per dilectos filios nostros P. basilicæ duodecim apostolorũ presbyterum Cardinalem apostolicæ sedis Legatum ciuitatẽ Pisanam in interdicti sententiam mandauimus monitione præmissa reduci: quod cum idem Cardinalis effectui mancipasse t, quia Pisanos ipsos audiuimus fuisse conquestos, qꝓ correcti capitularis eis copiam non exhibuit, & quod eos præter formam mandati, non solùm interdicto, sed etiam maledicto subiecit, eidem per iterata scripta præcepimus, vt competẽtes eis daret inducias, infra quas copia correcta capitularis exhibita deliberaretur. vt mandatum apostolicum adimplerent. Vos tamen positum interdictũ pro reuerentia sedis apostolicę humiliter seruauistis, & seruatis. Cõsequenter uerò rectores omnium ciuitatum Tusciæ ad sedem aposto licã venientes, de ciuibus vestris grauissimè sunt cõquesti, qđ ipsi soli omnibus alijs ad vnitatem, & cõcordiã iam inductis, tanquàm hostes patriæ imminere omnium excidio viderẽtur: quod cùm ciuitas ipsa maxima sit inter Thuscię ciuitates, ex parte illa posset toti patriæ prouenire: & nisi mutato consilio reciperent quod tota Thuscia iã recepit, id non possent vlterius æquanimiter substinere, quin potius ad grauamẽ ciuitatis illius totis viribus laborarent, qua satius esset perire dũtaxat, quàm patriã totam trahere in ruinã. Nos igitur affectione paterna volentes Pisanos ipsos tanquã chariſſimos in Christo filios, ad quorũ profectum deo teste libenter intendimus, ad viã rectitudinis reuocare, cùm turpis sit omnis pars suo non congruens vniuerso, vniuersitatẽ vestrã monemus attentius, hortantes in dño, & per apostolica scripta præcipiendo mãdantes, quatenus ipsos monere pariter, & inducere satagatis: vt pacẽ, & concordiã inuentã non ad iniuriam cuiuslibet, vel iacturã, sed ad totius patriæ libertatẽ tuendam, & excutiendũ iugum grauissimę seruitutis, quã ferè vniuersi, & singuli Thuscia receperunt, humiliter recipiant, & obseruent: in cuius tractatu, quem

cautè

cautè eis præcepimus exhiberi, ne iurare ipsos oporteat, quod ignorãt, nihil (vt credimus) inuenimus, quos oporteat solicitius præcauere, ne, dũ in suo sensu nimis abundant, & reprobant, quod alii adprobarunt, & nos ipsi cognouimus approbãdum, de nostro uideantur iudicio non sine culpa sacri legii dubitare. Si autẽ (qđ non credimus) monitis, & præceptis nostris duxerint sicut hactenus, contumaciter resistendũ, nos si quid eis, & vobis pariter siniſtrè cõtigerit, erimus de cætero apud Deũ, & homines excusati: qui qđ ad nostrũ officiũ pertinebat, opportunè, & ĩportunè nõ cessauimus exercere: animam nostrã liberare volentes, & vobis ipsis à malis imminẽtibus p̃cauere. Quia verò multa sæpè beneficia præstantur ingratis, cum eorũ non voluntati, sed vtilitati consulitur, vt iuxta verbum dominicũ compellantur intrare, manus nostras nõ ex odio, sed ex amore curabimus in eos duriùs aggrauare. Vt autem eorum honori, pariter & profectui consulatur, valdè quidem expedire cognouimus, vt ad id exequendum magis nostra, quam alienа districtione cogantur.

Scriptum est in eundem ferrè modum Potestati, *& populo* Pisano.

ILLVSTRI REGI NAVARRAE.

Quod extortum & inhonestum iuramentum non sit seruandum.

AD audiẽtiam nostram noueris peruenisse, q̃ cum Castellæ, & Aragonæ reges illustres anno prẽterito regnum tuũ cum suis exercitibus introissent, de illo capiendo, & diuidẽdo ad inuicem tractauerunt. Cumque ibidem duobus castris per violentiam occupatis, tã ecclesias, q̃ priuatorum terras multipliciter afflixissent q̃ deteriora in posterũ faceret minabantur, si suum possent propositũ adimplere. Vnde totus populus metuẽs vehementer, quo se verteret, nesciebat: vel qualiter imminentem posset effugere tempestatem. Interim autem dictus rex Aragonę suos ad te nuncios destinauit, de componendis treugis tecum pariter tractaturos: secreto per eosdẽ requirens vt sororem tuã sibi traderes in vxorem. Tu verò attendens q̃ vel sic saltem eorum posses instantiã euitare, tã de treugis, quàm de contrahendo matrimonio respondisti, q̃ suam perficeres voluntatẽ: priùs tamen quã de regno tuo exirent, nihil horũ duceres ad effectũ. Post hæc autem ad reges ipsos dicti nuncij redeuntes, responsum quod eis dederas, retulerunt. Præfatus autem rex Castellæ metuens ne si à regno exirent, ab his, quæ promiseras resilires, respondit se à terra tua nullatenus egressuros, nisi prius iurares, quæ nuncijs promiseras te firmiter seruaturum. Cumq; hoc tibi per eosdem nuncios intimasset, tu considerans, q̃ in necẽ, & exhæredationem tuam, si fieri posset, prafati reges intendere satagebant, iuratis coactus, pariter & inuitus, q̃ à te fuerat de treugis, & matrimonio postulatum, quamuis soror tua prẽfato regi Aragonę consanguinitatis gradu tertio coniungatur. Nos igitur attendentes q̃ iuramentũ non vt esset iniquitatis vinculũ fuerit institutum, & quòd in malis promissis fides sit penitùs rescindenda, fere nitati tuæ destrictiùs inhibemus, ne si vera sunt, quę præmisimus occasione iuramenti præmissi, quod periurium est verius nominandum, procedas ad incestuosam coniunctionem complendam. Datum Leteran. III. idus Februarij.

PANORMITAN. REGIN. CAPUAN. MONTISREGAL. ARCHIEPIS, & EPIS. TROIÃ, FAMILIARIBUS REGIJS.

Vt necessariã cõtra hostes regni pecuniam sine mora transmittant.

SI diligenter attẽditis, vt debetis, quot & quata pro honore regis, & statu regni Siciliæ ab obitu illustris memoriæ C. Imperatricis solicitè gessimus, & agere non cessamus, per effectũ operũ potestis euidenter agnoscere, q̃ tutellã regis, & regni baliũ nobis ab eadẽ Imperatrice relicta non tã verbo, quã facta recipimus, & studiosissimè procuramus. Prius enim quã dilecti filij magister B. subdiac. noster. & L. iudex ipsius imperatricis, & regis, ac vestra nobis scripta tulissẽt, ad defensionem regni accingebamur viriliter, & potenter, & resistendum Dei ecclesiæ inimicis milites in expensis ecclesiæ miseramus. Licet autem ex pusillanimitate

te hominum de Sancto Germano, nō ex potentia hostium Castrum Sancti Germani traditum fuerit in manu hostili, militibus nostris se recipientibus in monasteriū Cassinen. plus tamen in hoc vobis dominus, & toti regno consuluit, q̄ fragilitas humana speraret. Nā Marcoualdo circa obsidionē Cassinen. Monasterij inaniter occupato, comites, barones, ciuēs, & alij reges, & regni fideles ex magna parte in singulis prouincijs conuenientes in vnū, ad resistendum ei sibi mutuo subuenire iuramento firmarunt: immunita munientes, & villas, & casalia reducentes ad ciuitates, & loca munita, & cōtra eum etiam exercitū congregantes. Interim etiam non cessauit manus domini flagellare tyrannum, cum milites nostri sæpiùs in exercitum Marcoualdi facientes insultū, multos ex eis occiderint, multos ceperint, plures etiam vulnerauerint, & obsessi de obsidentibus frequenter victoriam reportarint. Nec cessauit ēt manus nostra super eum effundere vasa iræ, nō solum spiritualiter, sed etiam temporaliter nostram super eum immō diuinā potiùs potentiā exercendo: cùm per dilectū filiū nostrum I. tituli S. Priscę presbyterum Cardinalē apostolicę sedis Legatū, tota ferè terra, quam idem Marcoualdus habuerat in Marcia, sit diuino munere in manu forti, & brachio extento ad dominium ecclesiæ reuocata, munitionibus eius, in quibus spem suam posuerat, redactis in cineré, & fauillam. Nos etiam thesauris nostris in nullo percepimus, immo etiam non modicam pecuniæ quātitatem ab aliis mutuantes, dilectū filiū I. tituli Sanctæ Pudentianæ presbyterū Cardinalem, apostolicæ sedis Legatum, & cum eo dilectum filium O. subdiaconum consobrinū nostrum cum eadē pecunia in Marciā ad Comites, Barones, & alios regis, & regni fideles duximus destinādos: qui iam validū cęperunt exercitū cōgregare. Fecimus quoq; à multis comitibus, baronibus, ciuibus, & alijs multis charissimo in Christo filio nostro F. illustri regi Siciliæ inuouari fidelitatem: & nos super tutela ipsius, & regni balio per eorum reddi iuramenta securos: licet autem vobis per literas nostras dederimus in mandatis, vt in custodia regis, & cura regni vsq; ad aduentū Legati fungeremini vice nostra. Vt melius tamen vobis benigna intētio nostra pateret, dilectū filiū G. Sanctæ Mariæ in porticu diac. Card. apost. sedis Legatū in Sicilia duximus destinandū: qui sicut vir prouidus, & discretus vices nostras exerceat invtroq; Cum igitur pium mentis nostræ propositū q̄d circa tutelam regis, & regni quietem gerimus, per vos non debeat retardari, & prædicta Imperatrix ad resistendum turbatoribus regni, de thesauro regis, & regni prouentibus sufficientē nobis mandauerit pecuniam ministrari, & iuxta quod ex relatione nunciorū vestrorum accepimus, vos id parati sitis iplere, cū meliùs sit simul & semel expendere, q̄ expensas amittere successiuas, vt rex, & regnū ab eius defendantur incursu: qui non solū rerum, & bonorum excidium, verū etiā personarum periculum meditatur, fraternitatem vestram rogamus, monemus, & per apostolica vobis scripta mandamus, & districtē precipimus, quatenus cū negociū dilationem non capiat, & tutiùs, & faciliùs obuietur principijs quantācū q; pecuniam poteritis tanto negocio necessariam per discretos, fideles, & prouidos nuncios transmittatis, in stipendia exercitus. & alia, quæ instantis necessitatis articulus postulat conuertendam. Si enim soliciti procur. existitis, & cauti custodes, non debetis parcere rebus, vbi periculū vertitur personarū, nec causas dilationis innectere, vbi gladius non cessat hostilis. Nostis enim non solū per auditū, sed etiam per experientiā tyrannidem Marcoualdi. Nostis qualiter eo procurāte non solum eiusdem regni principes sęculares, verū ēt maiores ecclesiarū prælati damnati fuerint exilio, & vinculis ferreis alligati. Nostis etiā, & notitiæ huius memoria vestris oculis iugiter inculcat, qualiter nobiles vestri facti sunt membrorum mutilatione deformes. Scitis quod si Marcoualdus priori potētatu vsq; hodie potiretur, nec semē etiā nobilium in regno reliquisset: nec ætati, nec sexui, sicut inceperat, pepercisset. Scitis etiam

qua-

qualiter viros ecclesiasticos, & alios quosdam viuos fecerit flamma torreri, quosdam in maris præcipitari profundum: & ex præteritis qualiter futurus sit vobis, & regno, si eam, quam credimus, discretionem habetis, intelligitis manifestè: qui iusto Dei iudicio in eos ampliùs & crudelius desæuiuit, qui ei in regni proditione amplius seruierunt: experti estis astutiã eius, & frequentiam peierandi: & quòd fidem non seruet fideli testimonio didicistis. Prouidete igitur regi, & regno, immò etiam vobis ipsis, & iuxta mandatum imperatricis eiusdem, quæ talia futura quasi præsciamente præuidit, tantam pecuniam ministretis, & prædictus Marchiostis Dei, ecclesiæ inimicus, persecutor regni, qui cum omnibus familiaribus, & participibus suis excommunicationis est vinculo innodatus, non solum prævalere nõ possit, immò nec fugere valeat: & nunc taliter conteratur & de cętero regnũ ab eius sit vexatione securũ. Oportet enim vos solicitos, & studiosos existere, vt exacta diligentia procuretis, & homines regni ad resistendum ei, potenter ac viriliter se accingant, & sano, pariter ac concordi consilio dirigantur: ne si fortè vos, & ipsi ex illa parte remissi, aut ociosi fueritis, studium nostrũ ex hac parte, quod circa multa versatur, minus efficax habeatur: propter quod culpa non leuis in caput vestrum debeat retorqueri. Speramus autẽ quod hæc, & alia, quæ imminent facienda, fideliter adimplebitis: tum ex debito fidelitatis, quo nobis & ecclesiæ Rom. tenemini, & etiam ipsi regi, tum ex officio, quod vobis incũbit, ad quod vtiliter exequendum fauor apostolicus vobis non deerit opportunus quin etiam ad honorem, & profectum vestrum, si solicitam fidem, & fidelem: solicitudinem in vobis experti fuerimus (vt speramus) efficaciter intendemus. Nos autem interim assidue procuramus, vt de Lombardis, Thuscis, Romanis, Campanis, & alijs adiacentibus prouincijs validus exercitus congregetur, per quem dictus Marcoual vel fugetur q̃ citius, vel irreparabiliter conteratur. Ad quæ procuranda rectores Thusciæ apud Vrbem fecimus conuenire: cũ quibus ita procurauimus, q̃ quo millia militum, vel ad minus mille quingentos nobis sine solidis, in moderatis tamen expensis, similiter, & pedites, & archarios, quot necessarij fuerint, ad mandatum nostrum in regni subsidium destinabũt: per quos dante Domino, nisi per vos steterit, reportabimus de inimicis regni triumphum. Volumus etiam nihilominus, & mandamus, vt eos super tutela regni balio ante omnes vestro reddatis iuramento securos: & iuxta prouidum dicti legati consilium, tam nostras, quam regis per vniuersum regnum literas per nuncios idoneos destinetis: vt omni dil. & exceptione cessan. vestrum imitantes exemplum, id debeant adimplere. Datum Lateran. VIII. Cal. Februarij.

CLERO, BARONIBVS, IVDICIbus, militibus, & vniuerso populo Capuano. Vt pro patria cõtra hostes fortiter decertent.

LIcet circa statum regni Siciliæ ex generali debito pastoralis officij solicitudinem gerere teneamur, ex eo tamen, quòd regnum ipsum ad proprietatem ecclesiæ pertinet, & nobis ex inclytæ recordationis C. Imperatricis legitimo testõ charissimi in Christo filij F. illustris Siciliæ Regis est cura commissa, tãto ampliùs ad quietem ipsius intendimus, & augumentũ, quanto ad id rationibus pluribus inuitamur. Vnde cũ non sine magnis expensis ecclesię ad ipsius defensionem intenderimus hactenus, & adhuc etiam intendamus, eos quos fideles fuerimus, & constantes in articulo necessitatis instãtis experti, curauimus, nec eis, aut regno aliqua deerimus ratione. Illos vero, qui regni meditantur excidium, & Mar. dominationem affectant, redigemus dante Domino in perpetuam seruitutem, vt pater proditor in filiis etiam perpetuò puniatur. Licet aũt Castrum sancti Germani à Marc. & sequacibus eius potiùs ob pusillanimitatẽ hominũ ipsius Castri quã ipsius Marc. potentiam fuerit occupatum plus tamen nobis, & toti regno diuino munere castri amissio contulit, quam dicto M. & suis eius occupatio profuisset:

cum

eum ipso Mar. circa obsidionem monasterij Casinen. inaniter occupato, vos, & alii regni fideles contra eius incursum vos duxeritis fortiùs muniendos. Nos autem ne quid ex contingentibus omittere videremur, dilectũ filiũ G. Sanctæ Marię in Porticu Diaconum Card. apostolicæ sedis legatum in Siciliã duximus destinandum, qui nobis in pecunia, & aliis, q̃ necessaria fuerint, propter imminentem regni necessitatem curet liberaliter subuenire. Dilectum autem filium I. tit. Sanctæ Pudentianæ presb. Card. apostolicæ sedis legatum, & cum eo dilectum filium O. Subdiaconum, & cõsobrinum nostrũ cum non modica pecuniæ quantitate, ad dilectos filios. P. Celanen. & R. Teatin. & alios comites, & Barones eiusdem prouinciæ misimus, qui non solum in regni subsidium, & fidelium eiusdem regis, & deuotorum ecclesiæ Rom. succursum, sed in exterminium Marc. validum exercitũ coadunent, & in proximo dante domino conueniant cum exercitu, qui est in Apulia congregatus: & ad debellandum eundem Mar. & exercitum eius, in nomine domini exercituũ in manu forti, & brachio extento procedat. Monemus igitur vniuersitatem vestrã, & exhortamur in domino, ac per apostolica scripta vobis mandamus, quatenus in fidelitate regis eiusdem, & deuotione sedis apostolicæ firmiter persistentes, fortiter & viriliter resistatis inimicis ecclesiæ persecutoribus regni: qui vos sicut hactenus seruituti supponere moliunt, bona diripere, mutilare personas, & coram viris vxores, patribus filias, & fratribus dehonestare sorores: quibus cũ soli fideles nostri de Marchia ipsum, & complices suos de terra fugauerint, & modicum quod sibi remanserat, iam penè penitùs occuparint, nisi homines regni mens effœminet mulierbris, non solum est leue resistere, immò etiam de ipsis vobis non est difficile triumphare: cùm eos spoliorum vestrorum cupiditas, vos autẽ iustitia moueat ad pugnandum. Illi enim vt in seruituẽ vos redigant, vim vobis inferre nituntur: vos autẽ violentiam repellitis, vt vestram tueamini libertatem. Præterea cũ ipsi nec occasionem etiam habeant regem, & regnũ & vos ipsos taliter molestandi, defensioni vestræ iustitia præstabit effectũ: quos ap resistendũ viriliter præteritarum iniuriarum memoria debet fortiùs animare. Nostis enim qualiter quidã nobiles vestri fuerint macerati exillo, quidam mẽbris honorabilioribus mutilati, quidam flammis traditi, quidã post liquentis adustionẽ sagiminis, viuentes in mari receperint sepulturã factiticibus piscium, & matinarum esca modica beluarum. Nostis qualiter omnes in possessionibus fueritis, & pecunia diminuti, qualiter Teutonicorum promissionibus defraudati: & vt cõprehendamus breuiter vniuersa, vix est aliquis in toto regno, q̃ in se, vel suis, persona, vel rebus, cõsanguineis vel amicis graue non incurrerit per Teutonicos detrimentũ: quod ex maiori parte procuratũ est per astutiam Marcoualdi: quẽ nos iamdudum cum participibus, & fautoribus suis excommunicationis vinculo innodauimus, & a vinculis iuramenti, quo sibi tenentur, absoluimus vniuersos. Nos igitur huiusmodi præcauẽtes, ad defensionem vestram potenter intendimus: & si quid opus esset eandem peccatorum remissionem concederemus omnibus qui Marcoualdi, & suorum violentiã expugnarent, quã concedimus omnibus, qui cõtra Sarracenorũ perfidiã ad defensionẽ orientalis prouinciæ accingũtur, quin per eum impediatur terræ sanctæ succursus.

ARCHIEPISCOPIS, EPISCOPIS, Abbatibus, prioribus, & vniuersi clero per Calabriam, et Apuliam constitutis. Eiusdẽ ferè argumentum cum epistola præcedenti.

IS, qui Beatum Petrum in fluctibus ambulantẽ ne mergeretur erexit, & pro eo rogauit ne deficeret fides eius, ipsius nauiculam, licet magnis fluctibus iactetur interdum, non patitur naufragari: sed tempestatem in tranquillum conuertens, & aquilonẽ in austrũ, tunc eã mirabilius suæ potentiæ dextera gubernat: cũ penè mergi fluctibus, penè ventorum vĩ impetu cõquassari, iuxta verbũ Prophetę

dicētis: in tribulatione dilatasti me. Qui enim eidem apostolorum principi potētiam calcādi super scorpiones indulsit: ipse ab ecclesiæ facie praua indirecta, & aspera in vias planas immutans, omnia subijcit sub pedibus eius, & eam de humili exaltat in altum. Sanè qualiter diebus nostris, & vestris persecutio inualuerit contra eam, qualiter visa fuerit cōculcari, & qualiter domino faciente cum ea signum in bonum instantia fuerit persecutoris elusa, & ipsa in statum redierit felicitatis antiquæ, ac in eo augumentum susceperit, in quo videbatur dispendium incurrisse, patet omnibus manifestè. Innouator etenim veterum, & inueterator nouorum dominus Iesus Christus veterē ecclesiæ Ro. ac regni Siciliæ vnitate, quæ quodammodo fuerat passa scissuram, innouare, ac roborare disponens, & innouatam, & roboratam in longæuæ dirigere sæcula vetustatis, inclytæ recordationis C. Imperatrici pium inspirauit affectum, vt charissimum in Christo filium nostrum F. Siciliæ Regem illustrem nostræ tutelæ committeret, & regni baiulū nobis relinqueret testaméto: sicut & uos ipsi audistis, & nos certiores reddidit ipsius transmissi nobis inspectio testamenti. Vnde cum de salute regis eiusdem, & regni statu sit à nobis solicitius cogitandum, & propter hoc regnū ingredi disponamus: ut ad introitū nostrū pax ipsi reddatur, immo præueniat potiùs nostrū ingressum, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, & districtè præcipimus, quatenus in fidelitate regis eiusdem, & deuotione sedis apostolicæ fiumiter persistatis: inimicis regni, & ecclesiæ iuxta debitum pontificalis officii resistentes, & ad resistendum viriliter inducētes laicos vestræ iurisdictioni subiectos. Exponite singulis, & per vniuersā parochiā vestrā faciatis exponi tyrannidē Marcoualdi: cuius cōsilio nobiles vestri passi exilium, & ferreis vinculis alligati, facti sūt mēbrorum mutilatione deformes: quo procurāte magnates vestri, et clerici fuerint ignis ardore consumpti, quidā adusti liquenti sagimine, quidam undis submersi: qualiter omnes, & singuli vel in personis, vel rebus plurimum prægrauati, & prægrauandi vlterius, si (quod absit) in eis poterit prævalere. Vt enim Vrbes in villas redigat, nobiles, & potentes subiiciat seruituti, personas rapiat & bona diripiāt impotentum, patribus filias surripiat violeter, & maritis vxores, immò etiā ut indigenas vniuersos eiiciat, & alienos in indigenarum labores inducat, ne ipsū denuo de regno contingāt expelli, regnū denuo est ingressus, & prioribus peiora cōmittit. Cū autem iampridem propter suos excessus cū uniuersis fautoribus, & participibus suis à nobis excōmunicationis uinculo fuerit innodatus, uolumus nihilominus, & sub eadē districtione mandamus, ut ipsum, & uniuersos complices eius singulis diebus dominicis, & festiuis pulsatis cāpanis, & candelis extinctis, excommunicatos dublicè nuncietis. Vniuersos etiā qui ei uel in occupatione regni, uel alijs fauere præsumpserint, uel q̄ literas, uel nuncios eius in regis, & regni susceperint detrimentū, uel suas ei præsumpserint destinare, eadem sententia innodetis: uniuersas Ciuitates, castella, uillas, & ecclesias, ad quas fortè deuenerit, eo præsente subiacere denuncietis sententiæ interdicti. Ad hæc ea, quæ venerab frater noster Tarentinus Archiepiscopus vir vtique prouidus, & fidelis, qui tam ecclesiæ, q̄ regni diligit incremētum, vobis ad commodum vtriusque duxerit ꝓponēda, indubitata fide credatis.

COMITIBVS, BARONIBVS, CIVIbus, & uniuerso Populo in Apulia & Calabria constitutis. Eiusdem argumenti cum duabus præcedentibus.

SAtis hactenus manus teutonica regnum turbauerat, satis attriuerat opes eius, satis ipsum viribus, & viris exhauserat, ut non denuo moliretur excidiū, nec quieti eius, & paci aliquatenus inuideret. Verùm Marcoualdus Dei, & ecclesiæ inimicus, antiquus regni Siciliæ persecutor: qui quondā Imperatoris animum ad cædem nobilium, paupertum oppressionem, mutilationem potentum, & magnatum exilium iniquitatis suæ inducebat: qui muros: & munitiones Ciuitatum, ne à se iugum possent excu

excutere seruitutis, redigebat in pulueré, & fauillã, ut quod tũc eius proposito defuit, iniquè valeat cõsumere, vt videlicet vrbes cõuertat in uillas, & earũ augeat seruitutẽ, regnũ iterũ est ingressus, & prioribus peiora cõmittit: pessima cõmissurus, si (quod absit) potuerit prœuale re: cõtra quẽ vniuersos habitatores regni præcedẽs eius iniquitas, sicut credimus, sufficiẽter inducit: vtpote cùm vix in regno vel vnus etiã valeat inueniri, qui eo procurãte in se, vel in suos grauaminis causam nõ senserit, & adhuc etiã materiã habeat deplorandi. Debent enim homines regni ad memoriã reuocare, qualiter quidã eorũ in exiliũ ducti, membrorũ facti sunt mutilatione deformes, qualiter quidã igniti sagiminis liquore perusti, quidã hãmis traditi, qdã in maris præcipitati, pfundũ, ad colla eorũ molari lapide alligato: qualiter ciuitates sint muris discinctę, qualiter diuites, pauperes cũ ecclesiis spoliati, & ad tãtæ crudelitatis memoriã nõ solũ ipsũ psequi, sed, & nomẽ eius, & cõtra eum vnanimiter conuenire. Scientes autẽ fidelitatis vestræ constantiã, quæ inter aduersa semper magna eluxit, prędicto M. nullatenus consentire, vniuersitatẽ vestram monemus, rogamus, & exhortamur attentius, ac per apostolica vobis scripta mandamus, quatenus in charissimi in Christo filii nostri F. Siciliæ Regis illustris fidelitate, ac deuotione sedis apostolicæ solita fortitudine persistẽtes, eidẽ M. qui cũ omnibus fautoribus, & participibus suis excõicationis est vinculo innodatus, potenter, & viriliter resistatis: nec refiduũ libertatis vestrę patiamini suffocari. Nos enim si sup hoc nostris parueritis monitis, & mandatis, ad honorẽ & profectũ dante domino intẽdemus. Illud autẽ vos nullo modo deterreat, quod Burgũ Sancti Germani nosciẽ occupasse, cùm nõ suę virtutis, sed habitatorũ ipsius timiditati sit penitus ascribendũ, qui eũ deseruerant ex toto. Milites enim omnes abierũt illæsi, & apud Montẽ Casinũ locũ vtiq; munitissimũ, & necessariis abũdantẽ, intrepidi perseuerant: cõtra quos cũ exercitus Marcoua. fecisset insultũ (sicut accepimus) turpiter est fugatus, multis occisis, & pluribus vulneratis: & forte diuina factũ est prudentia, vt illic inaniter occupet, vt interim vos, & alij cõtra eũ vires vestras fortius præparetis. Volumus igitur, & mãdamus, vt ne qui falsis rumoribus seducãtur, hęc p regnũ faciatis publicè nũciari. Nos autẽ licet hactenus cõtra eum milites studuerimus, cõgregare, nũc tamen de Imperatricis dispositione certiores affecti perscriptũ nobis à venerabilibus fratribus Panormitan. Capuan. Regin. Montis Regal. Archiepiscopus, & Troiano Episcopo sub eiusdẽ Imperatricis bulla trãsmissum, ad defensionẽ regni tãto amplius aspiramus, quãto plus præter debitũ officij pastoralis de statu, & quiete ipsius tenemur specialius cogitare. Verùm ne quid ex contingentibus omittamus, dilectũ filiũ nostrũ I. tituli Sanctę Pudentianæ presbyterum Cardinalem, & apostolicę sedis Legatum, ad dilectos filios nobiles viros P. Celanen. & R. Teatim. comites, quos vere fideles regni, & ecclesię Rom. deuotos inuenimus, cum non modica pecunię quantitate in stipendia militum eroganda dirigimus, vt per eos, & militum nostrorum subuentio, & defensio regni celeriter, & vtiliter procuretur. Studere igitur omnes, & singuli taliter præparari, vt pro regni defensione resistatis violentiæ Marcoualdi, qui perpetuæ nos nititur tradere seruituti.

ARCHIEPISCOPIS, EPISCOpis, & Vniuersis Ecclesiarum prælatis in Sicilia constitutis. De eodem argumento.

PRæter generale debitum &c. vsque ad verbum Mandauit. Licet autem ad suspiciendam tutelam regis ipsius, & regni balium assumendum ad regni iugiter præparemur ingressum, quia tamen negocium dilationem non capit &c. in eundem ferè modum vsque ad uerbum Assistatis. Et nos ad honorem regis ipsius super eius tutela, & regni balio asscuretis, sicut dicta disposuit Imperatrix: vt ex hoc fides, quam circa eundem regem, & nos ipsos habetis, manifestiùs eluceſcat: &

nos ad honorem vestrũ intendere non immeritò debeamus. Nos enim &c. vsq; ad verbũ Attendentes igitur. Qualiter regi teneamini memorato &c. vsq; ad verbum Curetis adesse. Quod ex hoc nos vobis constituatis quodã modo debitores. Præcauete vobis &c. vsq; ĩ finẽ.

G. SANCTAE MARIAE IN Porticu Diacono Cardinali apostolicæ sedis Legato. Qua i ipsi gubernationem Regis minoris, & regni Siciliæ committit.

COnstantiam tuæ mentis, prudẽtiã & dispositionem in arduis negocijs apostolicæ sedis experti, certi etiã de fortitudine, quã in negocijs regni Siciliæ pro statu, & honore ipsius manutenendo, immò etiã promouendo in melius tam nostris, quàm prædecessorum nostrorũ temporibus habuisti: qđ ad præsens circa tutelã charissimi ĩ Christo filij nostri F. Siciliæ Regis illustris, & regni dispositionẽ implere per nos ipsos personaliter nõ valemus, tibi fiducialiter duximus cõmittendũ: sciẽtes q̃ in his, sicut & alijs negociis tuæ curę cõmissis, honorẽ sedis apostolicæ vtiliter, & efficaciter promouebis. Hac igit̃ cõsideratione inducti, auctoritate tibi præsentiũ indulgemus, vt in negocijs solicitudini tuę cõmissis, quę vel ad tutelã regis, vel regni dispositionẽ pertinere cognoueris, vice nostra sublato appellationis impedimento, prout melius videris expedire, procedas.

NOBILI VIRO L. DE AQVILA Comiti Fundano, ut Legatis Apostolicis obtemperet, & consilio atque auxilio sit.

QVòd in obsequio, & fidelitate inclytę recordationis C. Imperatricis fortiter perstitisti, qđ inimicis regni restitisti viriliter, & eos etiam expugnasti, gaudemus plurimũ, & ex hoc futuræ deuotionis tuę sumimus argumentũ: sperãres, immò etiã pro certo tenentes, q̃ iam nunc in regni tuitione fortius perseueres, cùm ad nos præter id, quod regnum Siciliæ adius, & proprietatem ecclesiæ pertinet, specialiùs ipsius defensio spectare noscatur. Siquidem Imperatrix prædicta legitimũ condidit testamentum, quo nobis charissimi in Christo filij nostri F. Siciliæ illustris, tutelam, & curam regni concessit, ac postmodum vigesimo septimo die mensis Nouembris, viam est vniuersæ carnis ingressa. Vnde cum de fratrum nostrorum consilio, regnum dante domino ingredi disposuerimus, ad ipsum solidandum in eiusdem regis fidelitate, ac obsequio, & tranquillitate, pace, ac iustitia conseruandum, dilectum filium nostrum I. tituli Sancti Stephani in Cœlio Monte presbyterum, & G. Sancti Adriani Diac. Card. quos inter fratres nostros syncero prosequimur dilectionis affectu, & specialis beneuolentiæ brachijs amplexamur, ante faciẽ nostram duximus præmittendos: qui & aduentum nostrum prænuncient, & de beneuolentia, & gratia, quam ad eundem regem, & regnum gerimus, vos efficiant certiores. Ideoque nobilitatem tuam rogamus, monemus, & per apostolica tibi scripta mandamus, quatenus Cardinales ipsos tanquam Legatos apostol. sedis suspiciens humiliter, & deuotè, vel ad ipsos vocatus accedens, quæ tibi ex parte nostra duxerint proponenda humiliter audias, & efficaciter prosequaris. Ad obsequium etiã nostrũ & regni defensionem taliter accingaris, vt cùm mandatum nostrum ad te iterum emanarit, nihil te prorsus detineat, quin si necesse fuerit, nos sequaris, vel ad resistendum inimicis regni, & Ecclesiæ, iuxta dispositionem nostram procedas.

PANORMITANO, CAPVANO Regin. & montis Regalis Archiepiscopis, & Episcopo Troiano. De eadem rescribit, qua epistola præcedenti.

PRæter generale debitum officij pastoralis, per quod vniuersis Christi fidelibus, & singulis prouinciis, in q̃bus nomen colitur Christianũ, solicite cogitare tenemur, illa prærogatiua dilectionis, & gratię, quam prædecessores

nostri

nostri circa regnum Siciliæ præteritis temporibus habuerūt, & fidei, ac deuotionis synceritas, quam idē regnum, & principes eius ferè semper exhibuerūt apostolicæ sedi, ad prouidēdū eidē regno specialiter nos inducūt: quibus nūc causa potior, & vrgētior superuenit, cū inclytæ recordationis. C. Imperatrix charissimi in Christo filij nostri F. Siciliæ Regis Illustris tutelā, & regni baliū nobis testamēto reliquid, & nos super vtroq; ab omnibus affecurari mādauit. Licet autē testamētū Imperatricis eiusdē nobis expectemus per vestros nūcios destinari, quia negociū dilationē non capit: cùm Marcoualdus Dei, & ecclesiæ inimicus, persecutor regni nō dorm iat, sed regnū perturbare, immò etiā occupare cū suę iniquitatis fautoribus molia tur, dilectū filiū nostrum G. Sanctę Marię in porticu Diac. Cardinalē apostolicæ sedis legatū vitū vtiq; prouidū, & discretū, verū, & veterē regni Siciliæ amatorē, qui pro honore ipsius nullius erubuit faciē potestatis, quē inter fratres nostros speciali diligimus charitatis affectu, in Siciliā duximus destinandū, vices nostras eitā super hoc, quàm aliis negociis cōmittentes. Credim⁹ enim qđ per dispsitionē, & prouidentiam eius infidelitate regis ipsius, & deuotione nostra regnū solidabitur vniuersum, & malignantiū perfidia cōfundetur. Ideoque fraternitatē uestram rogamus, monemus, & exhortamur attentius, ac per apostolica vobis scripta prēcipiendo mandamus, quatenus legatum eundem tanquam persōnam nostram recipiētes humiliter, & deuotè, taliter ei super nostris & eiusdē regis negociis assistatis, quod in hoc manifestius appareat fides vestra, & ex eo tam piam Imperatricis dispositionem de vestro, sicut iam credimus, cognoscamus processisse consilio, quod eam non patiemini effectu debito defraudari. Nos enim nec labor persōnę, nec ulla negligentia reuocabit ab illis, quæ nos facere deceat, & tanto videantur negocio expedire. Attendentes igitur, qualiter nobis, & regni teneamini memorato, ad honorē, & salutē ipsius, & nostram vtiliter, & efficaciter eidem legato curetis adesse: dispositionem, & statuta ipsius velut nostra recipiētes humiliter, & inuiolabiliter obseruātes: cū de synceritate, ac industria vestra in dubitationē fiducia habeamus. Prēcauete vobis, & regno ab insidijs Marc. q licet aliud mētiat, regnū tamē nō regat, sed ūbi vsurpare cōtēdit: & in vos, & alios Teutonicorū cędes, & suā, & suorū iniuriā vindicare: de quo nō est aliquatenus diffidendū, cū & si cōtingeret eū in regnū procedere, non tamen proficeret, immò potiùs deficeret labor eius: præsertim si Sicilia fideliter in eiusdē regis fidelitate ac eccl. Ro. deuotione persistat. Nos autē cōtra eū validū exercitū destinamus.

ILLVSTRI REGI SICILIÆ.

Qua, ob utriusque parentis præmaturam mortem tristem, Regem minorem, consolatur: summq; auxilium pollicetur.

QVòd prima primi lactis pocula tibi Dominus ab initio miscuit, quòd vix benè balbutientem infantiā quasi cōtinuata reddit lamentatione diserta, & recenti pueritię nō solū recentē, sed repetitū amaritudinis calicē ppinauit: tibi tāquā speciali apostolorū sedis filio specialiter cōdolemus: & tecū pariter, & in te ppinatę tibi amaritudinis violentiā experimur. Recepimus enim p dilectos filios magistrum G. Subdiaconum nostrū, & Laudicē nuncios tuos, viros peritos, prouidos, & discretos, tuę serenitatis litteras doloris, & gemitus exp̄ssiuas: quibus & patris decessum, & matris obitū ætas tenerrima deplorauit, vtpote q̄ primum vtrunque flere didicit, quàm elementis plenè alterum nominare. Nōdum enim regalis infantia super morte patris consolationem acceperat, & dolorem antiquum superuenies doloris nouitas innouauit, & pueritiæ tuæ primitias eorum deputauit exequijs. Quorum obsequiis secundum naturæ iura iuuari debuerat, & solicitius & diligētius enutriri. Verùm pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui cōsolatur nos in omni tribulatione nostra, nobis, & tibi super hoc cōsolationē obtulit salutarem: & in eo tibi consu-

luit, in quo te visus fuerat aliquantulũ aspere visitare. Sanè ne si parceret virgæ, te secundum Salomonem, videretur odisse: aut si te non corriperet, à dilectione sua infantiam tuam ostenderet alienam: cùm iuxta testimoniũ sacræ scripturæ, quos amat arguat, & castiget: vt quod te imprimis infantiæ tuæ annis in filium adoptaret, ostenderet, ætatis tuæ primitias misericorditer visitauit: qui castigat omnem filiũ, quem recipit, & facit intentione prouentum. Vt autem id euidentibus indicijs, euidentiùs demonstraret, vicarium suum ad tutelam tuam misericorditer deputauit, patris defectũ patre tibi digniore, secũdum miserationẽ suarum multitudinem recompensas, & matrem tibi meliorem restituens pro matre defuncta, eam scilicet, sub cuius capite leua eius, & dextera eius, sicut in canticis legitur, amplexatur: vt dum ipsa te sicut filium foouerit, eũ à quo castis confouetur amplexibus, ad tutelam tuam, & protectionem inducat. Nos igitur, qui præter debitũ officij pastoralis, quo sumus singulis, & præsertim pupillis, & orphanis debitores, te tam ea ratione, q̃ inclytæ recordationis C. Imperatrix mater tua nostræ te tutelæ cõmisit, quàm eò quòd regnum Siciliæ ad patrimonium ecclesiæ pertinet, diligere volumus, & fouere: ad honorem, & incrementum regiæ celsitudinis, statum regni, & fideliũ tuorum profectum dante Domino efficaciter intendemus, & circa te paterni curabimus solicitudinem exercere. Monemus igitur serenitatem tuã, & exhortamur in Domino, quatenus omni pensis mœrore deposita, effugatis tristitiæ tenebris, exultes in domino, & in eo cõsolationis suscipias medicinam: qui prosperitatem tibi patrem prouidit, & in matris obitu matrem ecclesiã materna solicitudine tuæ indoli deputauit: vt factus postmodũ vir, & in regni solio solidatus eã ampliùs venereris, per quam te cognoueris exaltatum. Dictos autem nuncios tuos serenitati tuæ propensiùs cõmendamus: quos magnificẽtię tuę fideles, & in cõmissis sibi negocijs exequendis, solicitos sumus, & diligeres experti, rogantes celsitudinẽ tuã & montes, vt eos intuitu benigno respicias &c.

PANORMITANO ARCIEPIscopo. Qua ipsi curam & instauratione monasterij Panormitani committit.

CIrca statum ecclesiarum, in quibus est ordo regularis statutus, in melius reformidam solicitum te credimus, & attentũ, vt ibi eis ordo deperditus restaureẽ. Sanè significauit nobis dilectus fil. nobil. vir R. Comes de Agello, q̃ bonę memoriæ M. Cancellarius pr̃ ipsius monasteriũ quoddã ciuit. Panormitana fundauit, & in eo fratres Cisterciẽ. induxit, quibus exinde recedentib. Teutonici monasteriũ ipsum per laicalẽ potentiam occuparunt. Volentes igitur vt eidem monasterio tua solicitudine succurratur, fraternitati tuæ per apostolica scripta mãdamus, quatenus si res ita se habet, amotis inde Teutonicis memoratis, abolitum inde ordinem Cisterciẽ. fratrum reformes. Quòd si regula non patitur, pro eo quòd in ciuitate inter homum frequentias est constructum, cũ consilio, & assensu eiusdem Comitis, & fratrum suorum, fratres alterius ordinis in eo nostra fretus auctoritate instituas: qui dominum in eo iugiter famulentur, & regularia seruent in perpetuum instituta. Datũ Laterã. VI. idus Februarij.

MAGISTRO, ET FRATRIBVS Hierosolymitani hospitalis. Vt causam suã contra fratres militiæ templi iure, non vi prosequantur.

IN totius christianitatis dispẽdiũ, apostolicæ sedis opprobrium, & animarum vestrarũ periculum controuersia, quæ inter vos, & dilectos filios nostros fratres militiæ tẽpli, super quibusdam possessionibus constitutis in tenimento Margati, & Valentæ vertebatur, nocendi magnitudine ferè vniuersas huius temporis cõtrouersias excedebat: vt pote quæ toti erat christianitati dãnosa, iniuriosa nobis, mortifera partibus, vtilis inimicis fidei christianæ: quibus & nocẽdi audaciã, & detrahendi materiam ministrabat. Armauerat in se inuicẽ Christianos, religiosos (si religiosi tamẽ dici debeãt,) qui nimis iniuriosè proprias

prias iniurias persequuntur) in graue religiosorũ perniciem excitarat, & manus contulerat in se ipsas, quæ in christianorũ defensionem acies cõsueuerant sarracenicas expugnare. Nõ. n. sufficiebat partibus disceptare iudicio, sed sibi in propria causa dicentes, violentiam sibi mutuò irrogare, & vim vi repellere, non solũ nõ seruato moderamine inculpatæ tutelæ, sed et transgressæ vltionis excessu temerè contendebant: & qui cõsueuerant in hostes fidei christianæ communes copias communiter congregare, terga vertẽtes hostibus non solũ verbis, sed & factis & scriptis se inuicem grauiter offendebant. Cùm autem pp contro uersiam ipsam dilecti filij Disigius Prior Baroli, & Og. præceptor Italiæ fratres vestri, & ex parte aduersa Petrus de Villa plana, & Terricus fratres militiæ tẽpli ad nostrã præsentiam accessissent, præsentato nobis arbitrio quod inter partes protulerant peregrini, cum vltramarinæ terræ prælatis. Licet plenè nobis de iure liqueret, maluimus tñ etiam personaliter ad pacem intẽdere, ac causam ipsam amicabili compositione sopire, q̃ iudicio terminare. Fratres igitur tam eorum, q̃ vestros conuocantes in vnũ, ac de cõpositione tractantes, de voluntate ipsorũ præsente & cõsentiente Seguino milite dictas possessiones cũ fructib. inde perceptis plenè restitui de fratrũ nostrorũ cõsilio fratribus militiæ tẽpli mãdauimus: ita tñ vt postquã ipsi per mensem pacificam possessionem habuerint, eidẽ militi, qui proponit ad se possessiones illas de iure spectare, vel filijs eius post citationem vestram teneantur in vestra curia respõdere: sic scilicet, q̃ vos de principatu Antiochiẽ. & de comitatu Tripolitano viros idoneos ad iudiciũ conuocetis: qui fratribus militiæ tẽpli esse non debeant de ratione suspecti. Quòd si forsitan eorum aliquos de iure suspectos habuerint, ipsos eis liceat sine malitia recusare, vt iudiciũ penitùs sine suspitione procedat: præterea ipsis sub obtẽtu gratia nostræ dederimus in mãdatis, vt nullum sine certa ratione recusent. Quod si (prout duximus) citati venire cõtẽmpserint, ex tũc militẽ ipsum, vel filios eius in possessionem causa rei seruãdæ mittatis. Viri aũt vocati iuramẽto firmabunt, quod odio, gratia, & timore postpositis sine aliqua personarũ acceptione causam audient: & secundum approbatam terræ consuetudinẽ terminabunt. Quod si forte noluerint venerabilibus fratribus nostris Patriarchæ Antiocheno, Archiepiscopo Nazareno, & Valenensi Episcopo dedimus in mandatis, vt eos ad præstandum huiusmodi iuramentũ per censuram ecclesiasticam appellatione remota, cõpellant: nec liceat partibus ab eis ante sententiam appellare. Si verò post sententiam alterutra partium duxerit appellandũ, cum appellationem fuerit interposita prosecuta, nos, vt per eos causa eadẽ melius terminetur, quibus melius poterunt eius merita ex locorum vicinitate liquere, ipsam aliquibus de propincia, appellatione postposita cõmittemus: qui pensata consuetudine causam ipsam iustitia mediante decident. Quorum sententiã faciemus auctore domino inuiolabiliter obseruari. Per hoc aũt, quod pro bono pacis hac vice mandauimus, nullũ alterutri partiũ volumus præiudicium generari. Cæterè verò, quas habetis, vel habituri estis ad inuicẽ quæstiones, secũdum compositionem inter vos, & eos antiquitùs initam, & à bonæ memoriæ Alexandro Papa prædecessore nostro, & à nobis postmodũ confirmatã, tractẽtur, concordia vel iudicio terminandæ. Ideoque discretioni vestræ per apostolica scripta mãdamus, & sub obtentu gratiæ nostræ, excõmunicationis interminatione, in virtute spiritus sancti, & sub obtestatione diuini iudicij districtè præcipimus, quatenus vos ad inuicẽ diligẽtes, tam causam ipsam, quàm alias honestè (sicut condecet) pertractetis: nõ p violentiã, vel iniuriam cõtendetes, sed quæ pro vtraq; parte videtur facere, in iudiciũ rationabiliter deducẽtes. Scituri quòd si qua partium contra tam expressam inhibitionẽ venire præsumpserit nos super eam durissimè manus nostras curabimus aggrauare. Datum vt suprà.

PRIMICERIO, ET CLERO MEdiolanensi. Quod Legatis & nuncijs Apostolicis ab omnibus iusta procuratio debeatur.

CVm instantia nostra quotidiana sit secundum debitum apostolicę seruitutis, omnium ecclesiarum solicitudo continua, quoties ipsarum negociis promouendis, nō possumus personaliter imminere, per fratres nostros ea expedire compellimur, quos a nostro latere destinamus: illius exemplum in hac parte secuti, quid discipulis suis in mundū uniuersum transmissis, ipse in medio terræ salutē fuit personaliter operatus. Hinc est, ꝙ cùm nuper dilectū filiū B. tituli Sācti Petri ad vincula presbyterū Cardinalem apostolicæ sedis legatū, ꝓ negocijs ecclesię in Lombardiā duxerimus destinādum: & is ciuitatem vestram ingressus procurationes à uobis exigeret, quæ cōsueuerunt apostolicę sedis legatis, & nū cijs exhiberi, vos non attendētes, quòd dicitur ab Apostolo: Si vobis spiritualia seminauimus, non est magnū si carnalia vestra metamus: ne vos ad onus procurationis arctaret, nisi à canonicis maioris ecclesię se faceret antea procurari, sedē apostolicā appellastis: & sicut idē Cardinalis per suas nobis literas intimauit, in alijs ētnon modicū iniurtosi fuistis. Propter quod dilecti filij Prępositus S. Nazarij, & A. canonicus S. Stephani sindici, & procuratores vestri, cū dilecto filio Abbate S. Vincentii ad sedē apost. veniētes, vt super his statueremus ordinē, & mensurā ex parte vestra suppliciter postulabāt. Licet autē pro eo, quod prędicto Cardinali, vel potius nobis in ipso cōtumaciter resistentes iuxta verbum dominicum: Qui vos recipit, me recipit: & qui vos spernit, me spernit: necessaria denegastis, non pro vobis, sed contra vos potius meruerint exaudiri: quia tamē paternā affectionem, qua nobis est proprium de Romanę sedis clementia misereri semp & parcere, offensi etiam deponere non valemus, de consilio fratrum nostrorum taliter in huiusmodi duximus respondendum. Quod cum omnes ecclesiæ Legatis, & nuncijs apostolicæ sedis procurationes impendere teneantur, ab earum prestatione nullam prorsus volumus habere excusatam: nisi forte per speciale priuilegium sedis apostolicæ (quod non credimus) sit exempta: etiam si longissimo tempore procurationis ob sequium non impenderit: cùm in talibus præscriptio sibi locum nequeat vendicare: cum nos à prouisione pastoralis solicitudinis circa omnes ecclesias nunquam omninò cessamus. Sanè in his exigendis eum modum, & ordinem volumus obseruari, ut nulla ecclesia, vel prælatus se indebitè prægrauari rationabiliter conqueratur. Si verò de communi collecta Legatorum, & nunciorū nostrorum duxeritis faciendas expensas, quod vobis nō duximus inhibendū, ex hoc nobis, & nostris nullum præiudicium volumus generari, quominus possint à quocunque maluerint procurationes sibi debitas postulare: ita quòd si ex actus vltra suam grauatus fuerit facultatem, sibi ab alijs restauretur. Nuncijs tamen nostris in necessarijs exhibendis pareat quicunque fuerit requisitus humiliter, & deuotè: ita tamē, quòd in fraudem nihil penitùs attentetur, nec ꝓ communes ministros ꝓcurationis obsequiū si noluerint recipere, compellantur. Qui verò contumaciter eis dixerit resistendum, omni prorsus appellatione remota, per ecclesiasticę districtionis sententiam compescatur. Super iniurijs autē dicto Card. temerè irrogatis volumus, & mandamus, quatenus ei satisfactionem congruam impendatis, ad quam si fortè contempseritis exhibere, ipse vos appll. remota, compellat. Datum Lateran. XII. Cal. Martij.

Scriptum est super hoc B. tit. S. Petri ad vincula Presb. Card. apost. sedis Legato.

ABBATI DE CERRETO. VT Mediolanensium causam, quare procurationem legatis negarint, cognoscat.

ACcedentes ad præsentiam nostrā dilecti filij N. Præpositus Sanct Nazarij, & A. canonicus Sancti Stephani sindici, & procuratores dilecto rum filiorum Primicerij, & Clerii. Mediolanensis, de ordinarijs maio- *Cap. Accedentes de præscriptionibus*

ris ecclesiæ nobis grauiter sunt conquesti, quod cùm ipsi legatos, & nuncios apostolicæ sedis deuote recipiant, & procurent, dicti ordinarii, & procurare ipsos renuunt, & procurantibus ad expensas subsidium impertiri: vnde clericis Mediolanen. graue quærebantur præiudicium generari. Cùm enim per ciuitatem ipsam sæpè contingat transitum facere nostros nuncios, & legatos, quanto in eorum procurationibus faciendis pauciores existunt, tanto facientes amplius præ grauantur: & quanto plures onus esset procurationis diuisum, tanto a facientibus faciliùs, portaretur: qui siquidem ordinarii, cùm pro eis, & aliis vigilare iugiter non cessemus, & spiritualia (sicut dominus dederit) omnibus miuistrare, cur in huiusmodi speciali se iure satagant tueri, non videtur, præsertim cum & apostolus dicat: Si vobis spiritualia seminamus, non est magnum si carnalia vestra metamus & instantia nostra quotidiana sit omnium ecclesiarum solicitudo continua, sicut plenius norunt præsentes, pariter & remoti. Volentes autem, vt quod omnibus imminet, ab omnibus comportetur, discretioni tuæ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus prædictis ordinariis ad tuâ præsentiam conuocatis, nisi per speciale priuilegium apost. sedis à præstandis procurationibus ostéderint se immunes, etiam si longissimo tempore procurationis obsequium non impenderint, cum in talibus sibi præscriptio locum nequeat vendicare, ipsos ad procurationis sarcinam ordine debito subeundam, appellatione remota teneri decernas. Si quid etiam aliud dicti sindici contra præfatos ordinarios habuerint quæstionis, audias illud, & remoto appell. obstaculo, iustitia mediante decidas: faciens quod decreueris per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari.

Datum Lat. VII. cal. Martij.

MAGISTRO, ET FRATRIBVS HOspitalis, quod Teutonicum appellatur. Quæ initam celebratamque concordiam inter fratres militiæ sacræ approbat.

SAcrosancta Romana ecclesia, &c. vsque ad verbum Suscipimus. Speciatim autem ordinationem factam in ecclesia vestra iuxta modum templariorum in clericis, & militibus, & ad exemplum hospitalariorum in pauperibus, & infirmis, sicut prouidè facta est, & à vobis recepta, & hactenus obseruata, deuotioni vestræ auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus. Nulli ergò &c. nostræ protectionis, & confirmationis, &c.

Datum Lateran. XI. cal. Martij.

N. PATAVIENSI EPISCOpo. Vt praua iudicandi consuetudo rescindatur.

AD nostram noueris audientiam peruenisse, quòd in tua diœcesi, etiam in causis ecclesiasticis consuetudo minus rationabilis habeatur: quòd cum aliqua causa tractatur ibidem, allegationibus, & quærelis vtriusque partis auditis, à præsentibus literatis, & illiteratis, sapientibus, & insipientibus quid iuris sit, quæritur: & quod illi dictauerint, vel aliquis eorum præsentium consilio requisito pro sententia teneatur. Nos igitur attendentes quod consuetudo, quæ canonicis obuiat institutis, nullius debeat esse momenti: cum sententia à non suo iudice lata nullam obtineat firmitatem: vt in causis ecclesiasticis subiectorum tuorum, postquam tibi de meritis earum constiterit, sententiam proferre valeas, sicut ordo postulat rationis, auctoritate tibi præsentium præmissa consuetudine non obstante, concedimus facultatem. Nulli ergò, &c. Datum Lateran. XII. Calendis Martij. *Cap. 3. contra de consuetudine*

PATAVIENSI EPISCOPO. Qua datur illi potestas incendiarios pœnitentes absoluendi.

Sicut

SIcut ex parte tua nostro fuit apostolatui relatum, prædecessores nostri felicis recordationis Clemens, & Cœlestinus, & deuotionem tuam, & gentis tibi subiectæ duritiam attendentes, vt absoluere, ac iudicare posses incendiarios in tua diœcesi constitutos, fraternitati tuæ de benignitate sedis apostolicæ indulserunt. Nos igitur tibi, quem in tenerioribus, & Coepiscopos nostros syncera diligimus in domino charitate, abundantiorem deferre volentes honorem, & illud nihilominus, attendentes quod ex hoc vita hominum faciliùs corrigatur, ad exemplar eorundem prædecessorum nostrorũ potestatem incendiarios tuæ diœcesis absoluendi, deuotioni tuæ auctoritate præsentium indulgemus: nisi forte tantus sit aliquorum excessus, vt eos oporteat ad sedem apostolicam destinari. Nulli ergò, &c. Datum Lateran. XI. Cal. Martij.

HENRICO DIACONO. QVA ipsi ecclesiam litigiosam confert, aduersarioque silentium imponit.

CVm inter te, & Albertum clericũ de Tetingin super ecclesia S. Cahxti quæstio verteretur, partibus in nostra presentia constitutis dilectum filium nostrum G. Sancti Nicolai Diaconum Card. deputauimus auditorem: coram quo cum fuisset aliquandiu litigatũ, & idem nobis quod inuenerat, fideliter retulisset, nos rationibus vtriusque partis diligenter auditis, & cognitis, tibi ad iudicantes ecclesiam nominatam, ad quẽ de iure spectabat, te ab impetitione prædicti aduersarij tui prorsus absoluimus, perpetuum super hoc sibi silentium imponentes. Nulli ergò, &c. nostræ diffinitionis, & absolutionis, &c.

Datum Lateran. XIII. Calendas Martij.

C. QVONDAM HYLDESEMEN. Episcopo sine Salutatione. Ne quis propria auctoritate sine consensu Papæ, ex vna ecclesia in aliam emigret.

QVod tibi apostolicæ salutationis alloquium denegamus, nõ ex malenolẽtia nostra procedit, sed cum olim præter auctoritatem apostolicæ sedis, ad quam cessiones, depositiones, & translationes Episcoporum spectare noscuntur, ad Herbipolen. ecclesiam ab ecclesia præsumpsisses Hyldemẽ. trãsire, Archiepiscopis, & Episcopis Alemaniæ, ac tibi ipsi (si tamen ad te literæ nostræ peruenerũt) & tam Herbipolen quã Hyldesemen. capitulo cõtra te literas curauimus destinare: quas cum ad eos ad quos mittebantur, sicut ex relatione cursorum nostrorũ accepimus, nouerimus peruenisse, ab ipsis iuxta tenorem ipsarũ in te credimus fuisse processum. Sanè nõ erat nobis tutum in hoc articulo dissimulare apostolicæ sedis iniuriam, aut priuilegiorum nostrorum æquanimiter sustinere iacturam: ne dissimulatio in approbationem, & taciturnitas in consensum posset ab aliquibus allegari. Vnde malumus in te, licet olim dilectus noster in minori essemus officio constituti, aliquã exercere vindictam, q̃ impunitus excessus traheretur à posteris in exemplum. Miramur aũt non modicum, & non sine ratione mouemur, quod contra non ausus es ponere os in cœlũ: asserens quod contra te nec citatum, nec conuictum non fuerat sententia proferẽda. Sed ecce in quo alterum iudicas te ipsum condemnas: eũ tuum non fuerit de superiori temerè iudicare, & in eo quod in excusationem tuam, immò potius accusationem nostram allegas, tertium membrum omiseris, cũ in manifestis non sit ordo iudiciarius requirendus. Verùm vtrum excessus tuus fuerit manifestus, conscientiæ tuę relinquimus discernẽdum: cum non potuerit esse occultum, quòd tam publicè factum fuit, & per totam Teutoniam publicatum. Tu etiam confessus videris de crimine, cum in literis ad nos directis, quas ad huc apud nos in testimonium reseruamus, Herbipolẽ. te præsumpseris Episcopum appellare. Nec credere de facili debuisses, quod in odium tuum aut in exaltationem alicuius, & depressionem alterius duximus procedendũ: cùm te dilexerimus

Vide c. 3. extra de trãslatione Epi. pi.

lexerimus hactenus, & adhuc etiam (nisi forsan tu ipse impedias) diligimus: & non gloriosum, sed periculosum nobis existeret, in fauorem alicuius in te proferre sententiam, aut aliquem ex ma leuolentia condemnare. Omni ergò excusatione cessante, si apud nos desideras gratiam inuenire, mandatum studeas apostolicum adimplere: non rediens ad Hyldesemen. ecclesiam, & ab Herbipolen. recedens, vt tunc tandem, quem circa te in hoc etiam geramus effectum, euidenter agnoscas.

NOBILI VIRO VV. COMITI Casertan. ut captos regis & regni Siciliæ hostes diligenter custodiat: seque modestim gerat.

LIcet hactenus inter cæteros principes regni Siciliæ specialem de nobilitate tua fiduciam haberemus, nûc tamen prudentiam tuam in opere manifestissimè sumus experti, quæ talia nuper per Dei gratiam procurauit, ex quibus honor regis, & noster, ac regni defensio ad tuum magnificè proueniet incrementum. Accepimus enim, & pro certo tenemus, quod Diubuldum occultum olim, nunc autem manifestum persecutorem regis, & regni, non sine magna discretione, ac prudentia captum vinculis tradidisti: qui potentior erat in regno, quàm Marcoualdus Dei, & ecclesiæ inimicus, immò etiam sine cuius fauore diu Mar. nec ingressum, nec progressum in regnum aliquatenus habuisset. Cum igitur te, & posteritatem tuam securam in hoc dominus præuiderit exaltandam, nobilitatem tuam rogamus, monemus, & exhortamur in domino, & sub obtentu gratiæ nostræ, ac debito, quo charissimo in Christo filio nostro Filiustri Regi Siciliæ teneris, districtè præcipimus, quatenus facta tibi à Domino gratia prudenter vtaris: nec des honorem tuum alii, nec gloriam tuã participes alienis. Nos enim tam in honoribus, quàm terra, & alijs, quæ à nobis duxeris postulanda, nobilitatis tuæ potentiam dante domino, curabimus dilatare. Tu verò sicut charam habes gratiam nostram, & regis, memoratũ D. & alios, quos cum ipso cepisti tã cautè tã diligenter, & arctè facias custodiri, quod nec fugere possint, nec circumuenire valeant tuę industriam probitatis: nec tè Marcoualdi, aut suorum minę deterreant, nec preces demulceant, nec munera frangant, nec promissiones emolliant aliquorum iuramentis, aut obligationibus quibuscunque omninò nõ credens, donec de terris, personis, & rebus ita prouida cum nostro consilio disponatur, vt per hoc & regis honos, & regni trãquillitas, & tuus profectus per nos magnificè procuretur: pro certo confidens, quòd nos vltra fortè quam credas, tuum procurabimus incrementũ, quoniam si (quod absit) semel tuas manus euaderet in te, ac terram tuã perpetuò desæuiret. Volumus autem vt super hoc nobis consiliũ tuum plenùs, & voluntatem exponas: vt cognita intentione, quam habes, possimus expressius respondere.

PE. COLIMBRIENSI EPISCOPO. Vt omnes iura Episcopalia suo Episcopo persoluant.

FRatrum, & Coepiscoporum nostrorum iustitiæ consulere volumus, & eorum grauaminibus præcauere: ne si nostro fuerint subsidio destituti, grauè sentiant læsionem. Sane significasti nobis in nostra præsentia constitutus, quòd quidam in tua diœcesi commorantes, eo quòd in canonicorum Sanctę Crucis, vel aliorum priuilegiatorum sunt fraternitate recepti, iura tibi Episcopalia non persoluunt. Ea propter venerabilis in Christo frater tuis precibus annuentes, auctoritate tibi præsentium indulgemus, vt quandiu confratres huiusmodi morã fecerint in dominibus suis in habitu seculari, & ab ecclesijs tuis ecclesiastica recepterint sacramenta, sicut prius, tibi iura Episcopalia soluere teneantur. Nulli ergò &c.

Datum. Lateran. XIII. Cal. Marcij.

LIBRI PRIMI FINIS.

INNOCEN-

INNOCENTII. III. Pont. Maximi Decretalium, atque aliarum Epistolarum.

LIBER SECVNDVS.

CLERO, CONSVLIBVS, ET POpulo Viterbien. De persecutione & pœna hæreticorum.

Cap. Vergentis extra. De hæreticis.

VERGENTIS in senium sæculi corruptelâ non solum sapiunt elementa corrupta, sed & dignissima creaturarum ad imaginẽ, & similitudinem condita conditoris, præclara priuilegio dignitatis volucribus cœli, & bestiis vniuersæ terræ testatur: nec tantum eo quasi deficiente iam deficit, sed & inficit, & inficitur scabra rubigine vetustatis. Peccat enim ad extremum homo miserrimus: & qui non potuit in sui, & mundi creatione in paradiso persistere, circa sui, & orbis dissolutionem degenerat, & precij suæ redemptionis circa fines sæculorum oblitus, dum varijs, ac vanis quæstionum se nexibus ingerit, seipsum laqueis suæ fraudis innectit, & incidit in foueam, quã parauit. Ecce etenim inimico homine messi dominicæ superseminãte semen inquum, segetes in zizania pullulãt, uel potius polluũtur, tricicũ arescit, & euanescit in paleas, in flore tinea, & vulpes in fructu demoliri vineã Domini moliuntur. Noua siquidem sub nouo testamento Achorprogenies ex spolijs Iericho lingulam auream palliolumque furatur, & Abiron, Dathan, & Chore soboles detestanda, nouis thuribulis fermentatum, thimiama nouis volunt altaribus adolere: dum nox nocti scientiam indicat: dum cæcus præbet cæco ducatum: dum hæreses pullulant, & quem diuinæ reddit hæreditatis expertem, suę constituit hęreticus hęresis, & damnationis hæredem. Hi sunt caupones, qui aquam vino commiscent, & virus draconis in aureo calice Babylonis propinant: habentes fm Apostolum speciẽ pietatis, virtutẽ autem eius penitùs abnegantes. Licet autẽ cõtra vulpes huiusmodi paruulas, species quidẽ habẽtes diuersas, sed caudas adinuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt in idipsum, diuersa prędecessorũ nostrorũ temporibus emanauerint instituta, nondum tamẽ vsque adeo pestis potuit mortificari mortifera: quin sicut cancer amplius serperet in occulto: & iã in aperto suæ virus iniquitatis effundat, dũ palliata specie religionis & multos decepit simplices, & quosdã seducit astutos: factus magister erroris, qui non fuerat discipulus veritatis. Ne autẽ nos, qui licet circa horã vndecimã inter operarios, immò verius super operarios vineę Domini Sabaoth, sumus à patre familias Euangelico deputati, & quibus ex officio pastorali sunt oues Christi cõmissæ, nec capere vulpes demolientes vineã domini, nec arcere lupos ab ouibus uideamur, & ob hoc meritò uocari possimus canes muti nõ valentes latrare, ac perdamur cũ malis agricolis, & mercenario cõparemur, contra defensores, receptatores, fautores, & credẽtes hęreticorũ aliquid seuerius duximus statuendũ: vt qui per se ad viã rectitudinis reuocari nõ possunt, in suis aũt defensoribus receptatoribus, & fautoribus, ac & credẽtibus cõfundantur: & cũ se viderint ab omnibus euitari, recõciliari desiderẽt omniũ vnitati. De cõmuni ergò fratrũ nostrorũ consilio, assensu quoq; Archiepiscoporum, & Episcoporũ apud se dẽ apostolicã existentiũ districtius inhibemus, ne quis hæreticos receptare quõlibet, vel defendere, aut ipsis fauere, vel credere quoquomodo præsumat: præsenti decreto firmiter statuentes, vt si quis aliquid horũ facere fortè pręsumpserit, nisi primò, secũdove cõmunitus, à sua super hoc curauerit pręsũptione cessare, ipso iure sit factus infamis: nec ad publica officia vel cõsilia ciuitatũ, nec ad eligẽdos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimoniũ admittat. Sic etiã intestabilis, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ipsi cogatur super quocunque negocio respondere. Quod si forsan

iudex

iudex extiterit, eius sententia nullam obtinuerit firmitatē, nec causæ aliq; ad eius audientiā perferātur. Si fuerit aduocatus eius patrociniū nullatenus admittatur. Si Tabellio, instrumenta confecta per ipsum nullius penitùs sint momenti, sed cum auctore damnato damnetur: in similibus etiam idem præcipimus obseruari. Si verò clericus fuerit, ab omni officio, & beneficio deponatur, ut in quo maior est culpa, grauior exerceatur vindicta. Si quis autem tales postquam ab ecclesia fuerint denotati, contempserit euitare, anathematis se nouerit sententiam incurrisse. In terris uerò temporali nonostræ iurisdictioni subiectis, bona eorum statuimus publicari, & in aliis idem fieri præcipimus per potestates, & principes sæculares, quos ad id exequendum si fortè negligentes existerent, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compelli uolumus, & mādamus: nec ad eos bona ipsorum ulterius reuertantur, nisi eis ad cor redeuntibus, & abnegantibus hæreticorum consortium aliquis voluerit misereri: ut temporalis saltem pœna corripiat, quem spiritualis nō corrigit disciplina. Cum enim secundum legitimas sanctiones, reis læsæ maiestatis punitis capite, bona cōfiscentur ipsorum, eorum filijs vita solummodo ex misericordia conseruata, quantò magis, qui aberrantes in fide, Deū Dei filium Iesum Christum offendūt: à capite nostro, quod est Christus, ecclesiastica debent districtione præcidi, & bonis tēporalibus spoliari: cum longè sit grauius æternam, quàm temporalem lædere maiestatem. Nec huius seueritatis censurā Orthodoxorum etiam exhęredatio filiorū, quasi cuiusdam miserationis prætextu debet vllatenus impedire: cùm in multis casibus, & secundum diuinū iudicium filij pro patribus temporaliter puniantur: & iuxta canonicas sanctiones quād que feratur, vltio non solum in auctores scelerum, sed & in progeniem damnatorum. Decernimus ergò &c. nostræ inhibitionis, & cōstitutionis &c. Datum Lateran. VIII. cal. Aprilis, pontificatus nostri anno secundo.

N. MELFIENSI EPISCOPO. VT sponsalia inter impuberes contracta, si puberes facti consenserint, consummentur.

ALiquo dubitationis scrupulo emergente, ea quæ incerta videntur Sancti Patres ad sedis apostolicę decreuerunt oraculum perferenda: quorum si quidem vestigia laudabiliter imitatus, à nobis inquirere studuisti, vtrū inter duos parochianos tuos, matrimonium, quod puella probante infra nubiles annos se ductam à viro fuisse, de consilio dilecti filij nostri P. Sanctæ Mariæ in via lata Diac. Card. tunc apostolicę sedis legati, per diuortium sententiam diremisti, possis redintegrare licenter: cùm eadem puella iam nubilem ętatem attingens consensum adhibeat, & nullus ex eis ad alia vota se duxerit transferendum. Ad quod tibi taliter respōdemus, quod nisi aliam causam rationabilem interuenire cognoueris, securus ad copulam ipsius matrimonij tibi patet absq; aliqua hæsitatione processus. Dat. Later. II. idus Martij.

GVIDONI ABBATI MONASterii sanctæ Mariæ de Lundors, eiusque fratribus, tam præsentibus, quàm futuris regularem vitam professis in perpetuum. De confirmatione priuilegiorum.

REligiosam vitam eligentibus, &c. vsque ad verbum, ordo monasticus, qui secundum Deum, & Beati Benedicti regulam in eodem monasterio, &c. vsq; ad verbum Vocabulis. Locum ipsum in quo præfatum monasterium à dilecto filio nobili viro Dauid Comite fratre charissimo in Christo filij nostri Vu. illustris Scotiæ Regis constructum est cū omnibus pertinentijs suis, per suas rectas diuisas, & liberā curiam in terra vestra, & firmā pacem infra diuisas ipsius villę de Lūdors, sicut charta dicti comitis protestatur: Eccl. quoque eiusdē villę de Lundors, cū omnibus pertinentijs suis, s. capellas de Bundamor, & terram ad prędictam ecclesiam pertinentem, per suas rectas diuisas, & alias terras in eadem villa sicut in charta eiusdem Comitis continetur. Insulam, quæ vocatur Redinch.

&

& Piscarias in They, iuxta prænominatam insulam Molendinum de Lundors cum omni secta sua, & multura: ecclesiam quoque de Dunde cum omnibus pertinentijs suis, & terram ad eandem ecclesiam pertinentem: & vnum toftum in burgo de Dunde liberum, & quietum ab omni seruitio, & exactione: & vnam carrucatã terræ in villa de Neutile, & in villa de Pert. terrã, quæ vocatur Insula: Vltra Mineth Fintreth per suas rectas diuisas cum omnibus pertinentijs suis: Ecclesiam eiusdem villæ cũ pertinẽtijs suis in Garuiah, Lethgauel, & Malind, cum omnibus pertinentijs suis per suas rectas diuisas: Ecclesiam de Rotcheth cum capellis suis, scilicet Inuerurin, & Munchegin, & alijs pertinentijs suis, ecclesiam de Durnah, ecclesiam de Prame, ecclesiam de Rathmuriel, ecclesiam de Inchemabanin, ecclesiam de Culsamuel: In Episcopatu Lincolnien. ecclesiam de Cuningrone, ecclesiam de Vuisindẽ. In Episcopatu de Stratheren. ecclesiam de Methel, ecclesiam de Chelal cmũd, cum capellis prædictarum ecclesiarum, & terris, & decimis, ac omnibus earum pertinentijs ad proprios vsus monachorum concessis: & vnum plenarium toftum in burgo de Inuerurin, liberum, & quietum ab omni seruitio, & exactione. Decimas omnes, quas habetis in terra prædicti Comitis, & extra: ex donatione quoque regis Scotiæ vnum plenarium toftum in burgo de Berruic, & aliud plenariũ toftũ in burgo de Striuelin, plenarium toftum in burgo de Carel, plenarium toftum in burgo de Pert. plenarium toftum in burgo de Forfar, plenarium toftũ in burgo de Munros, & vnum plenarium toftum in burgo de Aberden. & terram vnam in villa de Pert. in libero burgagio. Sane noualium vestrorũ &c. Prohibemus insuper, vt nullí &c. Cum autem autem generale interdictum &c. Crisma vero &c. Sepulturam præterea &c. Prohibemus insuper, vt infra fines &c. Ad hęc etiã inhibemus, néquis in vos &c. Obeunte verò te &c. Decernimus ergo &c. Salua sedis apostolicę auctoritate, & diœcesani Episcopi canonica iustitia. Si qua igitur &c.

Datum Lateran. per manum Rainaldi Domini Papæ Notarij Cancellarij vicem agentis XIII. cal. Aprilis, indictione I. Incarnationis dominicæ anno M.CXCVIII. Pont. verò domini Innocentij Papæ III. anno II.

CONSVLIBVS, ET POPVLO Esinis. Vt in reducenda Marchia ad obedientiam Pontificis diligenter laborent.

CVm apostolicę sedis iurisdictio spiritualis nullis terminis coarcetur, immò super gentes, & regna sortita sit potestatẽ, in multis etiam per Dei gratiam eius extenditur iurisdictio temporalis: quæ licet aliquando visa fuerit propter quorundam violentiã coarctari, nunc tamen eo faciente nobiscum signum in bonum, qui imperat ventis, & mari, & facit tranquillũ: qui deponit potentes, & exaltat humiles, violẽcia per se ipsum humiliata, redit in potentatũ antiquum, & de die in diem amplius dilatatur: nõ homine pugnãte pro nobis, sed Deo potiùs respiciente humilitatem nostram, & violentiam ab ecclesia repellente. Ecce etenim per Dei gratiam ad fidelitatem ecclesiæ cum Perusin. Tudertin. Castellan. & alijs adiacentibus ciuitatibus munitionibus, & castellis Ducatus rediit Spoletan⁹, & magna pars Thusciæ, quæ in nostris priuilegijs continetur. Ecce etenim vniuersa ferè Marchia præter Camerinen. & Esculan. ciuitates, quas tamen sperauimus in proximo redituras, faciente domino, ac vestro studio procurante deuote rediit ad fidelitatem ecclesiæ, ac fideliter per Dei gratiam in ipsius deuotione perhstit: quæ verè per se dicere potest: Iugum meum suaue est, & onus meum leue: iugum sane, quod iuuat, & onus quod non onerat, sed honorat. Iugum etiam, quod inexperti fortiter diligunt, & experti fortius concupiscunt. Onus quod nescit sarcinam grauitatis, sed exonerat potius oneratos. Nos itaque studium, & solicitudinem vestram solicitius attendentes, vniuersitati

vniuersitati vestræ copiosas gratiarum exoluimus actiones, quòd quam citius se obtulerit opportunitas, ad fidelitatem sedis apostolicæ matris vestræ humiliter redijstis, & alios ad dominum ecclesiæ reuocandos dilectis filijs nostris C. tituli Sancti Laurentij in Lucina, & I. tituli Sanctæ Priscæ presbyteris Cardinalibus, tunc apostolicæ sedis Legatis, quos ad partes vestras circa nouitatis nostræ primordia destinauimus, astitistis viriliter, & potenter: nec personis, nec rebus parcentes, sicut euidentiùs operis euidentia manifestat: & nuper dictus Sanctæ Priscæ presbyter Cardinalis ad præsentiam nostram reuertens, nobis, & fratribus nostris uiua voce plenius intimauit. Vt igitur laudabile fidelitatis vestræ principium finis laudabilior subsequatur, rogamus discretionem vestram, monemus, & exhortamur in domino, ac per apostolica scripta vobis mandamus, quatenus in incepta fortitudine persistentes, ad reuocandas ciuitates prædictas ad nostri fidelitatem dominii detis operam efficacem, vt cum tota Marchia, dante Domino, fuerit in fidelitate sedis apostolicæ solidata, ipsius promissionis præsidio, & nostra protectione lætetur. Nos enim ad honorem totius Marchiæ, ac ciuitatis vestræ profectum dante Domino efficaciter intendemus. Datum Lateran. XVI. cal. Aprilis, pont. nostri anno II.

R. EPISCOPO SANCTI ANdreæ. Nisi intra tempus iuris, ecclesiarum patroni præsentent deuoluitur ad superiorem.

Cap Sicut extra. De supplenda negligẽtia prælat.

Sicut nobis tua fraternitas intimauit, monachi quidam, & canonici regulares, ecclesias, quæ ad eorum præsentationem pertinent, in tuo episcopatu habentes, propriis usibus deputare nituntur: nec ibi volunt ad eas, cum uacauerint personas idoneas præsentare: quin potiùs occasione concessionis quorundam eorum vicarios in eis pro sua instituũt, & destituunt uoluntate: admissos ita pensionibus onerantes: quod nec ecclesiis cõpetenter possunt præ paupertate nimia deseruire, nec Episcopo in episcopalibus respondere, nec hospitalitatem, sicut conuenit, transeuntibus impertiri. Nolẽtes autem vt status ecclesiarum debitus, & antiquus per alicuius insolentiam subuertatur, fraternitati tuę per apostolica scripta mandamus, quatenus nisi à iurisdictione tua exemptæ sint ecclesiæ supradictæ, præmissos excessus studeas rationabiliter emendare: & nisi præfatæ personæ infra tempus in Lateranensi Concilio constitutum, ad ecclesias vacantes tibi personas idoneas præsentarint, ex tunc tibi liceat appellatione remota, in eisdem ordinare rectores: qui eis & præesse nouerint, & prodesse ita quòd ex hoc nullum patronis in posterum præiudicium generetur. Datum Laterna. VI. Cal. Martii, pont. nostri anno II.

R. EPISCOPO SANCTI ANdreæ. Crescente numero parochianorum, nouam licet extruere ecclesiam.

SICVT nobis tua fraternitas intimauit, eum in parochia Sancti Andreæ pauci homines, antiquitus fuerint, & rari habitatores, vnicam tamen matricem, & parochialem ecclesiam deuotio sibi fidelium fabricauit. Nunc autem diuina gratia faciente, vsqueadeo multitudo excreuit in eadem prochia populorum, quòd ad animorum euitandam pericula, quę ibidem proponuntur, sæpiùs imminere, alia sic ecclesia necessariò construenda. Cùm itaque damnis rerum temporalium sint animarum pericula præferenda, fraternitati tuæ, de qua indubitatam fiduciam obtinemus, committimus, qualiter sit super his quæ præmisimus, procedendũ: ut si utilitati fideliũ noueris expedire, Deũ habẽs præ oculis sine contradictione cuiuslibet, nouam ualeas ecclesiam fabricare: prouisurus attentiùs, vt concessa tibi non abutaris licentia, ne fortè priuilegium merearis amittere, si permissa tibi abusus fueris potestate.

Datum Lateran. III. nonas Martij.

MATTHAEO

MATTHAEO CENETENSI Episcopo ne Feuda & res ecclesiæ alienentur, absque cæremonijs Iuris.

QVæ in ecclesiarum, & ecclesiastico rum virorum præiudicium attentantur, firmitatem sortiri non decet, sed ad ecclesiarum indemnitatem debent potiùs infirmari. Sanè peruenit ad audientiam nostram, q̃ Teruisin. & Coneglanen. cõstituendi sibi, & vtinam sibi tantum, iurisdictionem temere vsurpantes, impietatem palliant sub nomine pietatis: & dum quibusdam ex alieno gratiam exhibere nituntur, ecclesijs sunt & viris ecclesiasticis oneroſi. Constituerunt siquidem, sicut accepimus, quòd si quis se ad inopiam vergere probabili ter allegarit, alienandi feudum, quod ab ecclesia, vel alijs tenet, officiales, adhuc à Teruisinis ciuibus, & Coneglanen. deputatis, liberam habeant facultatem, ne emptor priori teneatur domino respondere, nisi tantum modo in sexta parte pretij, quam ipsi, si recipere voluerit, exhibebit: ex quo ecclesiastica non modicum iura læduntur. Volentes igitur ecclesiarum indemnitati cõsulere, & huiusmodi grauaminibus præuidere, constitutionem huiusmodi, & venditiones feudorum ecclesiasticorum factas sine legitimo ecclesiasticarum personarum assensu, occasione constitutionis, immò veriùs destitutionis, vel destructionis istius, præsentium auctoritate cassamus, & vires decernimus non habere, Nulli ergò &c. Hanc paginam nostræ cassationis &c. Datum Lateran. X. cal. Aprilis.

AQVILEG. PATRIARCHAE, & Episcopo Ferrarien. Vt curam & inauurationem Cenetensis Ecclesiæ, auctoritate Apostolica suscipiat.

VTilitas, & necessitas dispensationẽ inducunt, & repentini casus: & si nõ noua, non tamen vsitata remedia nos excogitare compellunt. Sane cum apostolica sedes super vniuersis ecclesiis non humani, sed diuini muneris largitate magisterium susceperit, & primatum, & nobis licet immeritis ad ipsius regimen euocatis, super cunctis fidelibus solicitudo sit credita pastoralis, sic ad eorum statum nos decet ac etiẽ apostolicæ prouisionis extendere: ut & obuiemus violentæ iniquorum, & eorum necessitatibus consulamus. Accepimus siquidem, venerabili fratre nostro Cenetensi Episcopo intimante, q̃ ecclesia Ceneten. & uilla in planitie sunt fundatæ: quas propter loci debilitatem, & ratitatem inhabitantium ab iniquorum incursibus tueri non potest, imo ẽ vsqueadeo incursui expositæ sunt hostili, ut nuper villa eadem à Teruisinis destructa fuerit, & ecclesia cathedralis cum aliis duabus combustæ, altaria diruta, & derecta: nec licuit relinqui reliquias in solo, altaribus desolatis, nec meruerunt esse Teruisinorum reliquiæ reliquiæ martyrum, & sanctorum. Vt igitur uno, & eodem remedio, & malignis malignantibus tollamus materiam, & eidem ecclesiæ in necessitatibus consulamus, cum eidem Episcopus ecclesiam ipsam vel ad castrum Ceneclan. qõ populosum dicitur, & munitum, vel ad aliam partem eiusdem villæ turiorem de licentia nostra transferre disponat, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus accedentes ad locum in castro prædicto, vel in eadem villa Cenete in loco magis munito, prout vtilitati eiusdem ecclesiæ magis videritis expedire, auctoritate nostra suffulti, cùm id vobis ex vestra non liceat transferendi sedem, & fundandi eandem ecclesiam Episcopo memorato, sublato appellationis obstaculo, concedatis liberam facultatem.
Datum Lateran. VIII. cal. Aprilis. Pont. nostri anno II.

ILLVSTRI MIRAMOMOLIN. regi Marrochetan, & subditis eius ad veritatis notitiam peruenire, ac in ea salubriter permanere. De approbatione ordinis ad redimendos captiuos inuenti.

Inter

INter opera misericordiæ, quæ Iesus Christus Dominus noster fidelibus suis in Euangelio commendauit, non minimum locum obtinet redemptio captiuorum: vnde personis illis, quæ circa talia occupantur, fauorem debemus apostolicum impertiri. Sane viri quidam, de quorum existunt numero piæsentium portitores, nuper diuinitus inflammati regulam, & ordinem inuenerunt: per cuius instituta tertiam partem prouentuum omnium, quos vel nunc habent, vel in futurum poterunt obtinere, in redemptionem debet expendere captiuorum: & vt melius valeant suum propositum adimplere, cum sæpè facilius per commutationem, quã per redemptionem, de captiuitatis ergastulo valeant liberari: ut paganos captiuos à christianis redimant, est concessum: quos pro liberandis christianis debeant commutare. Cæterùm quoniam opera, quæ præmisimus, & christianis expediunt, & paganis huiusmodi vobis duximus per apost. litteras intimanda. Inspiret autem vobis ille, qui via, veritas est, & vita: vt agnita veritate, quæ Christus est, ad eam venire quantocyus festinetis.

Datum Lateran. VIII. idus Martii, Pontific. nostri anno II.

CAPITVLO XANCTONEN.

De non facile augendo Canonicorum numero.

Vide cap. cum M. Ferrarien. sis. de constitutionibus.

COnstitutionibus, quę in ecclesiis factæ, canonicis non debuant institutis, cùm ab apostolica sede suæ robur confirmationis expectant, fauorem apostolicum libentius impertimur: ut ea, quæ pro ipsarum vtilitatibus ordinantur, inconuulsa maneant firmitate: & quæ stabilita ratio commutatur, aliquorum temeritas nõ infirmet. Ea propter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus grato concedentes assensu, institutionem, quam de quadragenario canonicorum numero cum assensu venerab. fratris Episcopi vestri, consentire, & assistente bonæ memoriæ Vu. Archiepiscopo Burdegalen. & piæ recordationis Henrico quondam Albanensi Episcopo tunc apostolicæ sedis legato approbante idipsum in ecclesia vestra fecistis, sicut rationabiliter facta est auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus: auctoritate apostolica districtius inhibentes, ne aliquis ad receptionem alicuius vltra numerum constitutum, qualibet vos temeritate, saluo in omnibus apostolicæ sedis mandant: compellat: nisi forte ecclesiæ facultates in tantum excreuerint, quòd earum prouentus pluribus sufficere dignoscatur. Decernimus ergò &c. nostræ confirmationis, &c. Datum Lateran. VI. cal. Aprilis, pontificatus nostri anno secundo.

N. PICTAVEN. EPISCOPO.

Ne monachis liceat sine Abbatis licentia in alium ordinem transire.

PRopositã nobis dilectorum filiorum Abbatis, & conuentus Sancti Rufi querimonia demonstrauit, quod A. Iordani eorum canonicus habitu regularium canonicorum reiecto, sine Abbatis sui licentia in monasterio Malliacen. suscepit ordinem, & regulam monachorum. Cùm igitur iuxta canonicas sanctiones religiosi canonici non credantur à consortio sanctorum monachorum leuari, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus si tibi constiterit de præmissis iam dictum canonicum ad ecclesiam reduce priorem, monitione præmissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas: vbi & memorialem cucullam eum deferri facias, & vltimum in choro manere: ut exẽplo eius alij similia non attentent.

Datum Lateranen. XIII. Calen. Aprilis, pontificatus nostri anno secundo.

MARTINO PRIORI, ET FRATRIBUS Camaldulen. Ne ecclesia in 40. annorum possessione percipiendis decimis turbetur.

POstulastis nuper à nobis, vt Heremo Camaldulensi, & ecclesijs alijs ad ipsam spectantibus super decimis, & possessionibus, quas per annos XL. pacificè possederunt, paternæ vellemus in posterũ solicitudine prouidere, quatenus nullius temeritas posset possessionem eorum, quę præmissimus impedire. Nos igitur volentes iustis petitionibus vestris fauorẽ apostolicũ impertiri, districtiùs auctoritate præsentium inhibemus, ne vos, vel ecclesias vestras super illis, quæ bona fide per annos XL. cõtinuè possedistis, aliquis præsumat de cętero molestare. Nulli ergò, &c. nostræ prohibitionis, &c. Datum Latera. VI. idus Martij, pontificatus nostri Anno secundo.

N. MVTINEN. EPISCOPO. Temerariæ appellationes non sunt recipiendæ.

BEnignitate iuris plurimi hodiè abutentes, in sui erroris defensionẽ assumunt, quod in grauaminũ fuerat releuationem inuentum: & vt suorũ superiorum correctionem eludant, sine causa frequenter ad apostolicã sedem appellãt. Sanè ad audientiam apostolatus nostri peruenit, quòd quidã clerici Mutinen. diœcesis turpia vsurarum lucra captantes fornicationibus, & adulterijs, & alijs criminibus dediti, clericalem honestatem inhonestè viuendo diffamant: in quos si quando canonicè animaduertere forte volueris, ad audientiam apostolicæ sedis appellant. Quia verò appellationis remedium est inuentum non in diffugium malignantium, sed in remedium oppressorum, fraternitati tuæ auctoritate præsentium indulgemus, vt ad talium correctionem canonicam, si eorum crimina fuerint manifesta omni appellatione remota, si verò nõ manifesta fuerint, appellatione frustratoria non obstante procedas. Nulli ergò, &c. Datum Lateran. VIII. idus Martij.

N. ARGENTIN. EPISCOPO. Nec excommunicati & excommunicati in ecclesia sepeliantur.

ADaudiẽciam nostram nouerit peruenisse, quod in tua diœcesi contra sanctiones canonicas, & consuetudinem hactenus approbatam, excommunicati propter crimen incendij per violentiam laicalem traduntur sepulturæ ecclesiasticæ. Quia verò id redundat in ecclesiarum omnium, & iuris ecclesiastici læsionem, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, & districtè præcipimus, quatenus ex parte nostra districtè inhibeas, ne qui excommunicatos huiusmodi in cæmiterio audeant ecclesiastico tumulare. Quod si secus (quod non credimus) fuerit fortè præsumptum, tam præsumptores, quàm defensores eorum in tua diœcesi constitutos, monitione præmissa vsq; ad satisfactionem condignam excommunicationis sententia sublato appellationis obstaculo, innodare procures. Quod si nec sic à sua voluerint præsumptione cessare, terras eorum subijcias sententiæ interdicti: tumulatos verò, qui obdictam causam excommunicati, non percepto absolutionis beneficio decesserunt, à cæmiterio facias christiano expelli: illis autem, qui resipuerint, & condignam voluerint agere pœnitentiam, si propter ineuitabiles casus, ad sedem apostolicã accedere non valuerint, recepto publicè iuramento, quod super hoc nostro debeant parere mandato, beneficium absolutionis impendas: taliter super prædictis mandatum apostolicum impleturus, quod aliorum culpa in pœnam tuam non debeat retorqueri. Datum Lateran. XVI. cal. Aprilis pontificatus nostri Anno secundo.

In eundem modum Archiepiscopis, & Episcopis per Tautoniam constitutis.

PRIORI

PRIORI, ET CLERICIS SANCTI Petri extra portam Spoleti. *Quod sententiam inter ipsos & Episcopum Spoletanum à Cardinali latam confirmavit.*

CVm inter venerab. fratrem nostrum B. Spoletanum Episcopum ex una parte, & nos ex altera super plebe Sancti Brictii cum capellis suis & ecclesia Sancti Gregorii in Xenodochio, quæ pro parte media vtrinque mutuò petebatur, & capellis Sancti Pauli de Azano, & Sancti Angeli de Naci contentiosa verteretur, eam dilecto filio nostro G. Sancti Nicolai in carcere Tulliano diacono Cardinali commisimus terminandam. Ipse verò auditis rationibus partium, & plenius intellectis habito consilio quorundam de fratribus nostris, & aliorum prudentum virorum prout vobis sententiam de nostro mandato apud sedem apostoli. promulgauit, quemadmodum in suis literis plenius continetur. Nos ergò sententiam ipsam, sicut rationabiliter lata est, ratam habentes, eam auctoritate apostolica confirmamus, &c. Saluo quatuor solidorum illius monetæ, quæ tunc in ciuitate Spoletana currebat per annos singulos Episcopo memorato, quod bonæ memoriæ M. prædecessor eius in prædicta plebe sibi noscitur reseruasse, sicut in authentico factæ vobis donationis ab ipso reperitur expressum. Nulli ergò &c. Datum Lat. XVI. cal. Aprilis, pontificatus nostri anno secundo.

R. ABBATI SANCTI IVLIANI, & I. priori Sancti Gregorij Spoletani. Vt inquisitione, rei adiudicatæ inuncatur.

CVm inter venerabilem fratrem nostrum, &c. vt supra ferè in eundem odum vsq; ad verbum Cõtinetur. Vt autem nihil moræ, vel difficultatis rectis dispositionibus afferatur, per apostolica vobis scripta mandamus quatenus tam dictum priorem in corporalem prædictarum possessionem, quæ sibi adiudicatæ sunt per sententiã Cardi. & rerum ad eas spectantium appellatione remota mittere procuretis: cõtradictores si qui apparuerint censura ecclesiastica coercentes. Quòd si ambo, &c. alter, &c. Datum Laterani. XII. Cal. Aprilis, Pontificatus nostri anno secundo.

DONATO A LADIN EPISCOpo, eiusque successoribus canonicè substituendis in perpetuum, De priuilegiorum confirmatione.

IN eminenti apostolicæ sedis specula licet immeriti disponente domino constituti, &c. vsque ad verbum Vocabulo. Locum ipsum in quo præfata Aladen. ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis. Insulam Gedig. Corbali, Cellarloch, Senhcui cum insula Dori, Glenngallrigi, Glencch, Cellardub. Achad, Gunnig, Diegnechan, Carnmalgaid, Raith, Cœnan, Cassel, Bernach cum suis pertinentiis: Dunaarss, Imbertrach, Cillialid, Munruadoig, Rathcegid, & Raithcerna, quæ omnia ad mensam Episcopalem pertinent. Drumar, Scrinadanmani, cum Pertinentiis suis: Cellbroccada, Cellcorechach, Lasfariani cum Vsuauio cum pertinentiis suis, Cellmagfalgam, Cessglassi, Cellanli, & Cellnagaruan, cum pertinentiis suis: Roseric, cum pertinentiis suis: Ardemain cũ pert. suis: Arrdachad Vsuanig cum pertinentiis suis: Innislaig, Dermermanni cũ suis pert. Olenacassi, Oruidlachacon cum pertinentiis suis. & Cargauillachõ cum pertinẽtiis suis: Maggannach, cum per. suis, Drumnanagel cum suis pert. Cellerannan, cum pert. suis Celidariuled. cum suis pert. Crosiechig. cum suis per. Innisgluanbrandam cum pertinentiis suis Cathir cum pert. Cellchoman cum pert. suis: Dunsini cum pert. suis: Cellbrigdi, cum pertinentiis suis: Locu cũ suis pertin. Olecgutrialacha cũ pertinẽtiis suis: Balischrimotrialacha, Baliscrini, Magneglan, Cellcumin cũ perti. suis Celgoban cum pertinen suis cellalad cum pert. suis: Cellcormich cum per. suis, Cellro cũ per. suis Crospatrai cũ pe. suis. & Dermachror. Prohibemus insuper ne interdictos, &c. Libertates præterea, &c. Decernimus ergò, Saluo in omnibus apostolicæ sedis auctoritate,

& Tuamen. Archiepiscopi debita reuerentia. Si quis igitur, &c. Datum Lat. per manũ Rainaldi domini Papæ notarij Canc. vicem agẽtis III. Cal. Aprilis indictione secunda, incarnationis dominicæ anno MCXCIII. pont. verò domini Innocentij Papæ III. Anno secundo.

DECANO ET CAPITVLO ABrincen. Vt propter commissum in electione priori vitium nunc rectè alium eligant Episcopum.

INter corporalia, spiritualia, &c. vt supra in libr. primo in litteris. Decano, & capitulo Andegauen. directis ferè in eundem modũ vsq; ad verbũ: Et quãuis factũ istud ratione cautelarũ, & etiam personarum tam celebre fuerit, & solẽne, vt cùm in partibus illis ab omnibus fere sciretur, à vobis nõ potuerit, vel de bueerit ignorari: præsertim, & cũ per assertionẽ dilecti filij magistri, N. de aquila in ecclesia vestra scholarum magister cũ obtinentis, certificati fueritis de præmissis. & per confessionem nunciorum vestrorũ in auditorio nostro factam nobis constiterit, quòd suspensio præfati electi, octo diebus electionem præcesserit memorati. Vos tamen nihilominus ad ecclesiam tunc temporis non vacantem Vu. Tollem. post appellationẽ etiã ab eodem magistro ad sedem apost. interpositam eligere præsumpsistis: contra quem multa fuerũt in auditorio nostro proposita, quæ ad reprobandam ipsius electionẽ citra præmissa impedimenta sufficere videbantur, vel quod prima electio nondum ritè translato, se in locum ipsius tanquã viuẽtis introdi nõ debuit consentire: quod eum non fecerit, secundum canones ab ecclesiastica debuit cõmunione depelli: cum & contra eum esset specialiter appellatum, qui propter ignorantiã literarum, & quia de gremio non erat ecclesiæ, nisi eius clericis antea reprobatis nõ poterat postulari: præsertim cùm inter nos pleriq; idonei haberẽtur. In subscriptionibus etiã literarum vestrarum quædã repugnantia videbat, alijs asserentibus singulos subscripsisse: alijs quod præfatus magister scholarum causas friuolas alligando pro sua recesserit voluntate. Et cùm viginti sint ecclesiæ vestræ canonici, absente parte tertia, & nihil de ipsa electione sciente, xix. canonicorum subscriptiones ibidem inuentæ fuerunt. Vnus etiam de præsentibus nepos scilicet venerab. fratris nostri Andegauen. Episcopi minor XIIII. annis, nec locum in capitulo, nec stallũ habeat in choro: alius etiam se tunc fuisse absentem, & quòd contradixerit facto vestro, & appellauerit ante factam electionem, in auditorio nostro est publicè protestatus: vnde crimen falsi committentes poterant formidare. Cumque huiusmodi, & similia obicerentur præfato Vu. tanquam reus delatus ante sententiam honores non poterat, postulare: cùm & secundum Canones, valde graue sit, & indecens, vt vir de quo talia referuntur, cum ante discuti, & discuti debeat, honoretur. Adhæc accedit, quod idem Vu. astrictus curiæ nexibus perhibetur: & cùm filios habeat vndecunque, fraudulenter proponitur in diaconi ordinatus. His igitur, & similibus contra factum vestrum in nostro, & fratrum nostrorum auditorio allegatis, cùm nobis de veritate negocij constitisset, attendentes quod non statim qui accusatur reus est, sed qui cõuincitur criminosus, quamuis multa contra præfatũ Vu. fuissent proposita: quia tamen nulla probata fuerunt, communicato fratrum consilio non ob impedimentum, personæ, sed propter electionis vitium, quod à vobis factum fuerat, circa præmissam electionem duximus irritandũ, vniuersitati vestræ per apostolica scripta mandantes, quatenus conuenientes in vnum, & spiritus Sancti gratia, sicut moris est, inuocata, in patrem, & Episcopum animarum vestrarum talem personam canonicè, ac concorditer eligatis, quæ tam præesse nouerit, quàm prodesse: per cuius circũspectionem prouidam, & prouidentiam circumspectam Abrincen. ecclesia præueniente diuina gratia, & sequente in spiritualibus, & temporalibus valeat salubriter gubernari. Datũ Lateran. XVI. Cal. Aprilis pontificatus nostri anno secundo.

ABBA-

ABBATI SANCTAE MARIÆ de Casanoua, eiusq; fratribus tam præsentibus, quàm futuris regularem vitam professis in perpetuum. De confirmatione priuilegiorum.

REligiosam vitam eligentibus, &c. vsque ad verbum. Vt ordo monasticus, qui secundum Deum, & Beati Benedicti regulam, atque institutionem Cistercien fratrum in eodem monasterio, &c. vsque ad uerbum Vocabulis Locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertnentiis suis. Ex dono nobilis viri Berardi Comitis Laureti, terras cultas, & incultas, vineas, & syluas, quæ his finibus concluduntur, videlicet à pede fluminis, qui dicitur Scaone vsque ad riuum Camardellæ, & ascendunt per ipsum riuum Camardellæ vsque ad viam publicam, quæ vadit super Sanctum Stephanum, & transit per ipsam viam, & reuertitur in prędicto flumine Scaonis Culturam comitis Laureti, quæ iacet in valle Sancti Stephani super uiam & subter viam cum pertinentiis suis. Vineam de Castro Celere cum pertinentiis suis, & locum qui dicitur campus sacer cum suis pertinentiis. Sanè laborum, &c. Liceat quoque vobis, & cæt. Prohibemus insuper, &c. Illud districtiùs inhibentes, ne terras &c. Ad hæc etiã prohibemus, ne aliquis monachus &c. Licitum præterea sit vobis in causis propriis &c. Insuper auctoritate apostolica inhibemus, ne vllus Episcopus in cuius parochia &c. Illud attẽdentes &c. Pro consecrationibus verò &c. Quod si sedes &c. Quia verò inrerdũ &c. Porrò si Episcopi &c. Paci quoque &c. Præterea omnes libertates &c. Decernimus ergò &c. Salua sedis apostolicę auctoritate. Si qua igitur &c. Datum Lateran. per manum Raynaldi Domini Papæ notarij cancellarij vicem agentis XVI. calend. Aprilis, indictione secunda: incarnationis dominicæ anno MCXCVIII. pontificatus verò Domini Innocentij Papæ III. anno, II.

IVGDOLFO MAGDEBVRgẽsi Archiepiscopo. Qua ipsi dat facultatem beneficia ecclesiastica conferendi, & prælatos ad officia sua faciẽdum cogendi.

SVperna prouidentia, quæ populum humanum per diuersa rectorum officia statuit in rectitudine gubernandum, pontificalem ad hoc tibi contulit dignitatem: vt per congruam executionem officij tibi crediti, si alijs virtutis specular, & exemplum. Et licet omnium tibi subditorum cura generalis incumbat, tamen circa ecclesias, & ecclesiasticas cõstitutiones tibi solicitudo imminet specialis: vt per tuam diligentiam ecclesiæ ipsæ, prout conuenit, ordinentur, & ritè singulis ordinatis in eis diuini cultus obsequia celebrentur. Nos igitur in his, in quibus cum Deo possumus, tibi fauorem apostolicum impertiri volentes, vt officium tibi commissum valeas liberius exercere, tibi auctoritate præsentium liberam concedimus facultatem, vt prælationes, dignitates, præbendas, & certa beneficia ecclesiarum illarum, quæ sunt tibi metropolitico iure subiectæ, appellatione cessante valeas idoneis conferre personis, si iuxta constitutionem Laterane. Concilij illi, ad quos pertinent, ad commonitionem tuam ea neglexerint ordinare. Tibi pręterea pagina præsenti concedimus, vt prælatos tuæ iurisdictioni subiectos per censuram ecclesiasticam auctoritate nostra præuia ratione compellas ad consueta, & debita tibi obsequia exhibenda. Nulli ergò &c. Datum Later. VII. idus Aprilis, pontificatus nostri anno II.

N. DECANO MAIORIS ECclesiæ Magdeburgen. Qua ipsi indulget, vt decanatum Magdeburgeum retineat.

SAcramenta Romana Ecclesia &c. vsque ad verbum filij. Super inopinato casu tuæ cæcitatis tibi plurimum condolentes, & gerentes erga te piæ compassionis affectum, personam tuam cum omnibus, quæ in præsentia rum rationabiliter possides, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus. Specialiter autem decanatum ipsum Magdeburgensis ecclesiæ, sicut ipsum iustè, ac pacificè possides, deuotioni tuę auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus: mandantes, vt quod per te non poteris adimplere, per idoneam vicarium exequaris. Nulli ergò &c.

Datum Lateran. VI. cal. Aprilis, pontifi. nostri anno II.

N. ABBATI, ET CONVENTUI Sancti Rufi Vt sententia Lugdunensis Archiepiscopi pro ipsa lata firma rataque maneat.

SEntentia, quæ ex delegatione sedis apostolicæ ratione præuia promulgatur, firma debet, & illibata consistere: & ne in posterum aliquorum temeritate valeat perturbari, apostolico est munimine roboranda. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris postulationibus grato concedentes assensu, sententiam, quam venerabilis frater noster Rain. Lugdunen. Archiepiscopus in causa, quæ inter vos ex vna parte, & hospitalarios ex altera, super ecclesia Sancti Iacobi de Valentia vertebatur, ex delegatione sedis apostolicæ noscitur promulgasse, sicut iustè lata est, nec legitima appellatione suspensa, & in ipsius Archiepiscopi authentico plenius continetur, ad exemplar bonæ memoriæ C. Papæ prędecessoris nostri auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina cõmunimus. Nulli ergo, &c.

Datum idibus Martij pontifi. nostri anno II.

P. SANCTAE MARIAE IN via lata Diac. Apostolicæ sedis Legato.

Quæ ipsius industriam in concordandis Gallorum & Anglorum regibus laudat.

SOlicitudinem tuam dignis in Domino laudabilis cõmendamus, quã nec difficultas itineris, nec infirmitas corporis, nec debilitas ægritudinis reuocare potuit, aut etiam retardare, quo minus festinares ad mandatum apostolicum adimplendum: & semen verbi domini ci, ac verbum pacis charissimorum in Christo filiorum nostrorum Ph. Francorum, & R. Anglorum regum illustrium auribus tam sapienter, quàm salubriter instillares. Dedit autem Dominus, qui est in se sperantium fortitudo, affectibus tuis in te nostris effectũ, & eorundem corda regum indurata prius, advocem prædicationis tuę misericorditer emolliuit: vt & si nõdũ plenam pacem statuere potueris, inter ipsos treugas saltem quinquennes recepe rint, & à multis deveræ pacis concordia per tuũ studium ineunda speraretur. Vt autem ad seruandas treugas iam initas & statuendam plenam pacem meliùs valeas coercere rebelles, discretioni tuæ auctoritate præsentium facultatem liberam indulgemus, quicquid vel in reges ipsos, vel in terras eorum, aut alios, & terras ipsorum, ecclesias, & ecclesiarũ prælatos propter hæc, vel aliqua, quæ istorum aliqua, vel vtrunque cõtingãt, statuendum videris sublato cuiuslibet contradictionis, & appellationis obstaculo libere statuendi, & transgressores, ac contumaces feriendi districtione qua noueris expedire. Quia verò quosdam nobiles de vtroque regno, qui signum dominicę crucis assumpserant, à bonæ memoriæ Cle. Papa prædecessore nostro per falsitatis expressionem vel suppressionẽ veritatis, absolutionis indulgẽtiam accepimus impetrasse, cogẽdi tales ad implendũ votũ peregrinationis emissum, nõ obstante indulgencia per subreptionẽ obtenta, cum mendax precator carere debeat impetratis, liberam tibi concedimus auctoritate apostolica non obstante cõtradictione, vel appellatione cuiuslibet facultatẽ. Decernimus ergò &c. Datũ Lateran. cal. Aprilis.

PH. IL-

PH. ILLVSTRI REGI FRANCORVM. Quà initas inter ipsum et Anglorum regem treugas, approbat, & hortatur illum, vt eas fortiter obseruet.

QVI operatus est Petro in Apostolatu, nobis per ipsum operari, & cooperari dignatus est, dū ad aduentum dilecti filii nostri P. Sanctæ Marię in via lata diacono Cardinalis apost. sedis Legati, terra cordis tui venientem super se imbrem deuotè suscepit: & sulcata vomere prædicationis ipsius semen verbi dominici & recepit hilariter, & in fructum vberiùs pullulauit. Ne autem fructus ipse, qui adhuc, quasi viret in flore, inimico homine superseminante zizania (quod absit) valeat suffocari: ne semen supra petram cecidisse credatur, si antequam ad plenam veniat maturitatem, arescat: cùm secundum Apostolum non auditores legis, sed factores iusti sint apud Deum. & alibi: Auditor verbi, & non factor viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo comparetur: nec sufficiat incipere bonum, nisi & perseueretur in ipso: quoniam non qui inceperit, sed q perseuerauit vsque in finem, hic saluus erit. Oportet magnificentiam regiam cauere præcipuè consilia detractorum, qui pacis consilium odientes, scandala suscitant, & nutriunt suscitata: qui lætantur cùm malè fecerint, & in rebus pessimis gloriantur. Cùm igitur, sicut ex literis eiusdem Legati, & tuis accepimus, inter te, & charissimū in Christo filium nostrum R. Anglorum Regem illustrem treugæ firmatæ sint, partes & receptæ quinquennes, nos treugas ipsas iuxta mandati nostri tenorē initas, & firmatas, ratas habemus, & præcipimus inuiolabiliter obseruari: serenitatem tuam rogantes, monentes, & exortantes in Domino, & in remissionem tibi peccaminum iniungentes, quatenus & treugas obserues prædictas, & ad tractatum pacis eidem Legato nostro auditū præbeas facilem, & benignū. Vt sicut inclytę recordationis L. pater tuus pacem colere videaris, & Romanam ecclesiam honorare. Noueris autē nos eidem Cardinali auctoritatem plenariam indulsisse: vt quicquid super treugis iam initis, & concordia inuenda seu alijs quæ contingunt vtrunque, vel alterum prædictorum, vel in coactione contumacium, vel pœna transgressorum, & alijs quibuslibet ad hoc pertinentibus viderit statuendum, statuat appellatione remota, & faciat inuiolabiliter obseruari. Vniuersis etiam Archiepiscopis, & Episcopis constitutis tā in regno Franciæ, quàm Anglorum districtè præcipiendo mandamus, vt omnia, quæ prædictus Card. propter prædicta statuerit, humiliter recipiāt, & ap. post posita studeant obseruare. Alioquin sē tentiam, quam in eos tulerit, ratam habebimus, & faciemus, dante Domino inuiolabiliter obseruari. Datum Lateran. VII. cal. Aprilis: pontificatus nostri anno. II.

In eundem ferè modum scriptum est districtè præcipiendo vniuersis Archiepiscopis, Episcopis et alijs ecclesiarum prælatis tā in regno Franciæ, quàm in regno Angliæ constitutis.

P. S. MARIAE IN VIA LAta diacono Card. Apo. sedis Legato. Quæ declarat per ipsum initas treugas inter Gallorum & Anglorum Reges sibi placere.

QVæ auctoritate nostra per Legatos sedis apostolicæ prouide statuuntur, firma volumus, & illibata seruari: ne vel reuocentur in dubium, vel temeritate cuiuslibet irritentur. Ea propter dilectę in Domino, filij synceritatem deuotionis, & fidei, quam in exequendo creditæ tibi legationis officio adhibere dignosceris attendentes, ac de tua discretione confisi, quinquennes treugas inter charissimos in Christo filios nostros Phil. Francorū, & R. Anglorum Reges illustres iuxta mandati nostri tenorem initas, & firmatas auctoritate apostolica cōfirmamus &c. Decernimus ergò, &c. Datum Lateran. III. Cal. Aprilis.

MANTVANO EPISCOPO.

MEminimus nos olim venerabili fratri nostro Episcopo, & dilectis filijs capitulo Taruisi. nostris de disse literis in mandatis, vt præpositu-ram ecclesiæ Taruisinæ, quæ vltra duo decim annos vacauerat, cuius etiam donatio ad nos auctoritate Lateran. conc. fuerat deuoluta, dilecto filio B. subdiac. nostro sine aliqua difficultate conferrent: tibi etiam, si benè recolimus, auct. fuit apo. mandatum, vt prędictis Episcopo, & cap. in executione mandati nostri cessantibus, nō obst. sacramento, quod dicebantur de non eligendo ipræposito præstitisse: cùm id ex qui eorum non esset iuramento contrarium, & iuramentum ipsum videretur minus fuisse discretum, sublato appellationis obstaculo, de prædicta præpositura eundē B. non differres aliquatenus inuestire, & in possessionem inducere corporalē. Sanè prædicti Episcopus, & capitulū dilectos filios Vualpertū subdiaconum nostrū, & Tolbertum canonicos Taruisinos ad nostrā postmodum præsentiā destinantes nobis exponi fecerunt, qp literæ illæ ad falsam fuerant suggestionē obtentæ. Super hoc enim mentio facta nō fuerat, quòd cum per quosdam præpositos, qui curā bonorum canonicæ Taruisinę gerebant, eadem vsqueadeo districta fuisset, quòd vix poterant ex eis prædicti canonici cōgrue sustētari, ad tantum incommodum remouendum, ijdem canonici cùm bonæ memorię C. eorum Episcopo, & quibusdam alijs prædecessoribus cōmuniter statuerunt, vt vnum de canonicis ipsis assumerent annuatim: qui vice præpositi ad ipsorum cōmodum bona eiusdem canonicæ dispēsaret, & viginti fratres in eadē ecclesia semper esse deberēt Domino militantes. Quam constitutionem felicis recordationis Alexander, Lucius, Vrbanus, & Clemens prædecessores nostri auctoritate apostolica confirmarunt, sicut ex priuilegijs eorundē nobis innotuit manifestę. Cùm igitur nostræ uoluntatis, vel propositi nō existat, vt antecessorum nostrorum priuilegia, vel indulta suggestione cuiuslibet violenter: præsertim cùm mendax precator carere debeat impetratis, nosque ipsi subdiacono, qui, sicut credimus, & speramus, statutū illud penitùs ignorabat, alias si congruè fecimus prouideri, fraternitati tuæ per apostolicas scripta mandamus, quatenus prædictos Episcopos, & capitulum, quos ab impetitione prædicti subdiaconi duximus penitùs absoluendos, nostra fretus auctoritate denūcies penitùs absolutos: in irritum appellatione cessante reducens, quicquid occasione literarum illarum per te cōtra ipsos factū est, vel statutum. Datum Lateran. III. nonas Aprilis.

Scriptum est Episcopo, & canonicis Taruisinis in modum indulgentiæ.

POTESTATI, ET POPVLO TARuisini, sine Salutatione. Qua ipsos ad pœnitētiam hortatur, & nisi Ro. Pontifici circa grauissimos excessus satisfecerint, acerba minatur.

NOn merita vestra, quæ demeruerunt penitùs gratiā sedis apostolicæ, nos inducūt, sed mouet, & monet, potiùs debitū officij pastoralis, vt cōtumaciam vestrā solicitare literis procuremus, si forsan adijciatis resurgere, nec sicut hactenus semper in deterius corruatis, vel si incepta malitia duxeritis perstistendū, admonitionē vltio debita subsequatur: & ferro curentur vulnera, quæ fomentorū nō sentiunt medicinam. Expectauimus etenim hactenus, si forsan patiētia nostra vos ad pœnitentiā reuocaret, vt accusante conscientia per vos ipsos dijudicaretis ac cōdemnaretis actus vestros: & tandē resipiscētes à malo Deū vobis per condignæ satisfactionis opera placaretis, & Romanā ecclesiam, quā læsistis. Verùm patientia nostra vobis hactenus (sicut apparet ex opere) visa est tribuisse materiā malignādi: ita qp indurato corde, nec accusantiū vos interius cogitationū aculeos sentiatis, nec fomētum ecclesiasticæ disciplinæ, quę ad correctionē vestram ciuitatē Taruisin. supposuit sententiæ interdicti: sic vt de vobis iā dicere valeamus: Curauimus Babylonē, & non est sanata: peccator enim dū venerit in profundum vitiorum,

rum,cõtemnit.Olim siquidẽ(sicut accepimus)ciuitatẽ Feltrẽ. ad Feltrensem p tinentẽ ecclesiam penitùs destruxistis, combussistis ecclesias,& tã bonæ memorię Episcopũ,q̃ homines ciuitatis eiusdẽ stare mandato vestro iuramẽti vinculo astrinxistis:& cùm Feltrẽ.Belun.ac Ceneten.diœceses ferè penitùs vastassetis, & curiã Sãcti Pauli de Medates ad Aquilegien.pertinẽtem destruxissetis omnino, castro de Caneua 15.dieb.obsesso, ac pluribus nobilibus interfectis ibidẽ, & deuastatis omnibus circũquaque,bonæ memoriæ G.Aquilegien.Patriarcha consules:& consiliarios vestros excõmunicationis, & ciuitatẽ vestrã interdicti sententia innodauit. Sed bonæ memoriæ Vrbanus Papa prædecessor noster gratiã impendere volens ingratis,& secundũ Apostolum vincere in bono malũ, simplici solummodo super præstanda satisfactione promissione accepta, p eundẽ Patriarcham latam in vos obtinuit sententiã relaxari. Vos aũt ex hoc deteriores effecti, & in ecclesiã insurgentes,Episcopatũ Belunenen. & Ceneten. manu intrastis armata, & multipliciter affixistis.Licet autẽ in compositione inter F.quondã Imperatorem,& Lombardos habita, prædictas diœceses ad nos nullatenus pertinere fuerat diffinitũ, & vos iuri,si quod in eis habueratis,quod tamen nullũ erat, abrenũciaueritis per pup.instrm,ac postmodũ idẽ Imperator p'priuilegia sua Episcopatus prædictos à iurisdictione,ac potestate vestra decreuerit absolutos,vos hęc omnia contemnentes,castra, & possessiones ad Belunenen.ecclesiã legitimę venditionis titulo deuolutas ab his, ad quos non pertinebãt,illicitè cõparastis:possessione ipsorũ per violentiam occupata,& appellatione cõtempta,quæ ad apo.sedẽ,& imperium fuerat interiecta:& hostiliter Feltren. ac Belunenen. Episcopatũ intrantes,omnia circunquaque vastastis, ducẽtos de melioribus locorum illorũ captos ducentes vsque ad ciuitatem vestrã, quos diu detinuistis carceri mãcipatos. Quamuis etiã postmodum super possessionibus ipsis pro Belunenen. ecclesia tertiò lata fuerit sententia per iudices delegatos,& per sedẽ apostolicam confirmata,& vos postmodũ per Veronensium, & Mantuanorũ arbitrium, ad q̃ seruandũ vos iuramentis,pignoribus,& obsidibus obligastis ad restitutionẽ possessionum ipsarũ faciendã ecclesiæ Belunenen.fueritis cõdemnati,prędictis Episcopatibus à violentia vestra penitùs absolutis, ac vobis promittẽtibus hæc oĩa inuiolabiliter obseruare, in præconcepta tñ malitia persistẽtes, insimulata pace bonæ memoriæ Belunene. Eo̅ paratistis insidias:& eum captũ,& vinctũ quasi latronẽ per nemora die noctuq̃; trahẽtes,tãdem acclamãte populo,moriatur, ipsum nequiter occidistis: & quasi non id vobis sufficeret, castrũ Opitergij, & tertiã partem Belunenen.ecclesię possessionũ per uiolentiã occuppastis.Propter q̃ bonæ memoriæ C.Papa prædecessor noster Ciuitatẽ vestram suppossuit sententiæ interdicti,& principales huius iniquitatis auctores excõmunicatos mandauit publicè nunciari: euitari præcipiens vos & ciuitatẽ vestrã in cõmercijs à vicinis.Tãdem verò circa nostræ promotionis initia, cùm quidã vestrũ ad sedem apostolicã accessissent, vt gratiam vobis(licet immeritis)faceremus, venerabilibus fratribus nostris A.sanctę Ro. ec.Car.Veronen.& H.Ferarien.Epis dedimus in mandatis, vt à vobis sufficiẽti cautione recepta,q̃ tã sup̃ nece Episcopi memorati, quã super occupatione & detentione possessionũ mandatis apostolicis pareretis,latã in vos relaxarent sententiã interdicti, & cognoscentes de causa partes cũ suarum testimonio litterarũ ad nostram præsentiam destinarent. Verùm nec prædicti nuncij literas sedis apostolicæ receperũt,nec vos ad eorundẽ iudicum præsentiã accessistis,sed inimicos sedis apostolicæ vos dicentes, cõstitutionẽ dilecti filij nostri G. Sanctæ Mariæ in porticu diac. Card.tunc apostolicæ sedis legati cõtra hæreticos promulgatam, nec voluistis recipere, nec seruare.Nuper ẽt cũ Vicentin.& Verone.cõiurãtes,& cũ multo exercitu irruẽtes ĩ diœcesim Cenet.licet seruare firmã

treugam

cugam eidē Epo iurasse tis, villā ipsam Ceneten. & tam matricem quàm alias ecclesias cōburssistis, profanis manibus diruētes altaria, & sanctorum reliquias asportantes, & vastantes possessiones ad eundem Epm, & suos spectantes, in villis aliis constitutas. Cùm itaq; cōitum ciā vestrā dissimulare de cætero nō possimus, vniuersitati vestræ per apostolica scripta mandamus, & sub obtestatione diuini iudicii districtè præcipimus, quatenus sup prædictis omnibus Deo, & ecclesiæ Koniānæ quā principaliter offendistis, satisfacere procuretis, ablata omnia restituētes ecclesiis antedictis & de molestiis, damnis, & iniuriis irrogatis, venerabilibus fratribus nostris P. Patriarchæ Aquilegien. Feltren. Belunenen. & M. Ceneten. Episcopis, & alijs temporalibus eorum iurisdictioni suppositis, quos læsistis, condignam coram venerabili fratre nostro Patriarcha Graden. & Episcopo Glugien. quibus super hoc nostras literas destinamus, satisfactionem sine dilatione, ac contradictione qualibet exhibētes: itavt prędicti Patriarcha, & Epi pro vobis apud nos iterū cedere teneantur. Alioquin quoniā in ecclesiā Dei coniurasse videmini, & Epo de ciuitate in ciuitatē fugare, vt in eo, in quo delinquitis, sentiatis rigorē ecclesiasticæ disciplinæ, ciuitatē vestrā pontificali priuabimus dignitate: & vos mandabimus tam à rectoribus, q̄ vniuersis ciuitatibus Lombardiæ in cōmerciis, colloquiis, & aliis tuitarinac mercatores vestros vbicunque inuenti fuerint capi p principes sæculares: & publicatis bonis eorum personas ēt sub arcta custodia detineri. Alias ēt in vos manus nostras tā spiritualiter, quā temporaliter aggraua re curabimus, ita q̄ quantus sit veller excessus in pœna cognoscatur euidentius, quā in culpa. Interim autē eisdem Graden. Patriarchæ, & Epo Glugiē. districtè præcipimus, vt latā in terrā vestrā interdicti, & personas principalium auctorum, & fautorū necis Epi memorati excommunicationis, sententias inuouent, & curent solenniter publicare. Ad uos ergo cum propheta clamamus. Redite prævaricatores ad cor, & arte oculos uestros districtum Dei iudiciū statuatis: ut fugere valeatis ab ira ventura, q̄ iam contra vos incepisse vī, qui peccatorum tenebris interius excæcati, ad exteriores inferni tenebras properatis: nec Deum timētes, nec reuerētes ecclesiā, immò ut obstinati de misericordia desperantes. Agite igitur pœnitentiam, cū locus est pœnitēdi, ne tandē frustrà pœniteat noluisse vos pœnitere. Datum Lateran. VII. cal. Aprilis pontificatus nostri anno secundo.

ILLVSTRI REGI ARAGONVM.

Qua de vera moneta: & pondere precipit.

QVanto personā tuam inter alios principes Christianos syncēriori charitate diligimus, tanto sereni tati regiæ diligentiori solicitudine volumus præcauere. nequid ei (qđ absit) immineat, quod vel in periculū animæ, aut in detrimentū terræ valeat redundare. Ex tenore si quidē literarum tuarū, & plurium prælatorum, nec non, & aliorū multorū in tuo regno consistentium nobis innotuit, quod cū aduersus inimicos christianitatis, qui p̄ magnitudine suæ potentiæ terrā Hispaniæ tūc tēporis occupabant, in auxiliū charissimi in Christo filii nostri Castellæ Regis, illustris, cū armatorū multitudine festinares, qdā cōsiliarii tui, quinimmò potiùs decepto res tuū animū induxerunt, vt iurares irrequisito assensu populi vsq; ad certū tēpus patris tui cōseruare monetam: quæ tamen circa mortē ipsius fuerat legitimo pōdere defraudata. Quoniā autē eadē moneta est adcò diminuta, & minoris valoris effecta, quod graue propter hoc in populo scandalū generatur: tu quod egeras indiscretē cupiens reuocare, ac necessitati populi satisfacere, ab obseruatione iuramēti prædicti, ex quo tibi, & regno tuo metuis graue periculum imminere, postulasti suppliciterà nobis absolui: sup quo diligēs indagator veritate cōperta potuisset facilè intueri, quòd non tā erat absolutio necessaria, quàm interpretatio requirenda: quoniā cùm iuramentū fecisti, monetā aut falsam, aut legitimā esse

esse credebas: si falsam (quod de regis serenitate nō credimus) iuramentū fuisset illicitum, & nullatenus obseruandū, & pro eo tibi esset pœnitentia iniungenda, cū iuramentum vt esset iniquitatis vinculum, non fuerit institutum. Si verò ipsam legitimā esse credebas, iuramentū licitum fuit, & vsquequaq; seruandū. Et vt irreprehensibiliter obseruetur, consulimus, & mandamus, ut reprobata moneta, quæ à legitimo pondere fuerat diminuta, alia sub nomine patris tui moneta cudatur: quam ad legitimū pondus reducas, sm eū statum, quē tēpore patris tui habuit meliorē: ita quod, & antiqua moneta, quę ab illo statu falsata non fuerat cum ea pariter expēdatur: per quod, & dispendium vitari poterit, & iuramentū seruari. Verumtamen, si forte monetā ipsā in præstatione iuramēti credebas à legitimo pondere diminutam, & tua super hoc conscientia te remordet, venerabili fratri nostro Epō Cæsaraugustan. cui super hoc scribimus, tuum humiliter cōfitere reatū, & satisfactionem, quam indixerit tibi pro illicito iuramento, deuotè suscipias, & studeas adimplere Datum Lateran. nonis Aprilis.

Scriptum est super hoc Cæsaraugustā Epō.

N. EPISCOPO SANCTI ANDRÆ.

De pœna falsariorum.

Sicut nobis tua fraternitas indicauit, peregrini, quidā ab vrbis partibus redeuntes sub apostolica bulla literas sæpè reportant ad iudices delegatos: pro quorū imperitia in regno Scotorū multa nonnū quā prouenium detrimēta: præsertim cum literæ taliter impetratæ, manifestā falsitatis suspitionē prætēdant: & illa sæpè contineant, quę nulli consueuit sedes apostolica indulgere. Nos ergò nolentes, vt maleficia remaneāt impunita, fraternitati tuæ per apostolica scripta pcipiendo mandamus, quatenus si ad manus tuas huiusmodi scripta quandoque peruenerint, auctores eorū prudenter inuestigare labores, & inuentos tādiu faciias in custodia detineri, nisi propter fideiussoriā, vel aliam securitatatē idoneam, ipsos fidei proprios duxeris cōmittēdos, donec, & literas ipsas nobis transmittas: & quod de ipsarū auctoribus, & illis qui eis sciēter vsi fuerint efficere debeas, p responsum nostrum valeas edoceri: pusurus attentiùs, ne huius occasione māda ti præter culpam suam aliqui grauentur iniustè. Datum Lateran. v. idus Martij.

N. DE CELLA SANCTI PETRI, & N. Mitren. Bbbatibus, & N. Præposito Vuerden. Qua ipsis committitur examinanda electio Scaffusen.

CVm iter dilectum filiū R. seniorē, & R. iuniorē super Abbatia Scaffusen. quæstio verteretur, eis in nostra præsentia constitutis dilectos filios G. Sanctorū Cosmæ & Damiani, & G. Sanctæ Mariæ in Aquiro Diacon. Cardinales dedimus auditores, in quorū præsentia pro R. seniore fuerunt proposita quæ sequuntur. Quod cum H. quondā Abbas ipsius cœnobii onus regiminis inuito capitulo suo spontaneè resignasset, & ab obedientia sua monachos absoluisset, ipsi prædictum R. seniorem, & dicto H. consentiente, sibiq; obedientē cū aliis in Abbatē unanimiter elegerunt. Postea verò electus diœcesano Epo præsēcratus munus ab eo benedictionis accepit, ecclesiā ipsā per bienniū, & amplius, sicut Abbas, p̄rius administrās. Verū quoniā moniales Sāctæ Agnetis eiusdē villæ, quæ peccandi materiā iunioribus monachis ministrabant, arctiori custodiæ mācipauit, exinde occasione inuenta, iuuenes monachi cōtra ipsum alios cōcitarunt, tanq; prædicti H. resignatio minus canonica extitisse: qđ audiēs Eps antedictus ad locū accessit, causam dissensionis requirens, & prædictū H. paternè redarguens tanquā odii fomitem in ecclesia seminasset, accepit, ab eo, quòd per ipsum talia non fiebāt: & cùm quidā de monachis ipso Epo præsente se dicerent ab obedientia præfa. H nullatenus absolutos, idem H. quod eos absoluerat est professus: & vt omnē à se suspitionis materiā amoueret, cum iureiurando uehemēter asseruit coram Episcopo antedicto, qđ neque illā, nec aliam habere uellet vlterius abbatiam. Monachi verò post recessum Episcopi ad artes solitas nihilominus recurren

tes

tes coram dicto Episcopo, & capitulo Constantien. aduersus eundem R. controuersiam agitarunt, tanquam minus canonicè dictus H. dimiserit abbatiam. Cumque dictus R. paratus esset de iustitia sua incontinẽti probare, monachi defectum causæ suæ videntes in nullo grauati, sedem apostolicam appellarunt, & per literas infra terminum appellationis per subreptionem obtentos, cõtra ipsum R. per nuncios appellantem iniqua sententia promulgata, eius fuit aduersarius restitutus. Ipse uero R. appellationem interpositam per nuncium prosequens, & termino constituto commissionis literas ad certos iudices impetrauit: vt quod occasione prioris commissionis cõtra eum iudicatũ fuerat, ad statũ debitum reuocato, & ei restitueret abbatiam, & a monachis sibi facerent debitam reuerentiã exhiberi. Sed monachis obstinatis, & sibi obedire nolentib. ambæ partes ad sedem apostolicam accesserũt: quibus à bonæ memoriæ Cœl. Papa prædecessore nostro, nos ipsi dum in minori eramus officio constituti, & dilectus filius noster I. tit. Sãcti Stephani presb. Card. dati fuimus auditores. & cum vtrinque corã nobis esset diutius allegatum, & idem prædecessori nostro per nos esset processus negocii declaratus, ipse prædictum R. sententiam cum instantia postulantem, ad componendum coegit inuitum: & sic abbatiæ renũcians, de manu eius custodiam, & etiam prioratum recepit ab eo dum viueret sine quæstione qualibet possidẽdos. huic autem ordinationi licet inuitus cõsentiret, domum tamen reuersus, aduersariis compositionẽ ipsam in nullo volentibus obseruare, non potuit quæ sibi concessa fuerant obtinere, quin potius in eum, quod deterius est, manus iniecerunt postea violentas. Sed adiutus ab ipsius loci hominibus, & monachorũ manus euadẽs, ad apostolicũ subsidiũ cõuolauit. Interim verò dilectus filius noster P. Sãctæ Mariæ in uia lata diaconus Cardinalis apostolicæ sedis legatus ad partes illas accedens, p̃ ea dictis, & aliis multis excessibus, & suspendit monachos, & monasteriũ interdixit. Ipsi verò contẽpta sententia Car. diuina promptiùs q̃ antea celebrarũt, & in hac suspẽsione p̃ dictus aduersarius eius de medio est sublatus: quo cõperto ad ecclesiã venit, & cũ vellet prædictæ cõpositioni parere, parte altera hoc nolẽte, ne ad electionẽ abbatis p̃cederet, quousq; quæstio inter eos finiretur, obicẽ p̃uocationis obiecit. Sed monachi p̃ omnia contumaces, & dictũ R. iuniorẽ pariter eligẽtes ipsũ benedicẽ dũ diœcesano Epo præsentarũt. qui pòst appellationẽ interpositã benedixit eũ, & in ecclesia interdicta. Vnde idẽ R. iterato ad sedẽ apostolicã accedens à nobis literas impetrauit, vt qđ post appellationẽ legitime interpositã perpetam fuerat à monachis attentatũ, ad statũ debitũ reuocato, si cõstaret à suspensis, & interdictis electionẽ facta fuisse, denunciarẽt ea penitus nõ tenere. Super restitutione verò ipsius R. senioris, & aliis, quæ vtrinq; ducerent proponẽda, sta tuerent appellatione remota, qđ ordo posceret rationis. Cæterũ iudices, delegati literis his receptis, partes ad suã præsentiã c. tauerũt, & cũ monachi per suggestionẽ falsi probare vellent literas impetratas, iudicibus nolentibus ipsarũ probationẽ recipere, sedẽ apostolicã appellarunt. Delegati verò quia remota erat in literis appellatio, in causa nihilominus p̃cedentes, cũ per depositiones testiũ eius de veritate negotio cõstitisset, p̃ sæpè dicto R. seniore sententiã protulerunt, adiudicãtes ei ecclesiã memoratã. Petebat itaq; qđ factũ erat ex delegatione apostolicæ sedis per nos obtinere debitã firmitatẽ: vt repulsa cõtumacia monachorũ, pacifica ipsi abbatiæ possessione gauderet. Ceterũ cõtra eũdẽ R. seniorẽ fuit ex parte altera taliter allegatũ, q̃ cũ dictus H. quõdam abbas minus legitime resignasset, & monachi de electione tractaret, senior R. fraude adhibita procurauit, q̃ cũ vesperæ cantarẽtur, & die sequẽti esset electio celebrãda, homines burgi ad ecclesiã accedentes, ipsũ R. fere omnibus monachis reclamantibus ibidem per uiolentiam intruserunt. Monachi uerò postea cognoscentes renũciationẽ præfati H. minimè tenuisse,

pariter

pariterque pẽsantes, quòd sub eius conuersatione laudabili monasterium proficere posset, ipsum tanquàm Abbatem proprium requirebant. Vnde factum est, quòd post multas altercationes, & commissiones factas, rãdem de vtriusq; partis assensu commissio est obtenta: qp si de informi resignatione H. & inutili subst tutione R. senioris constaret iudicibus delegatis R. remoto, sæpè dicto H. restituerent Abbatiam, & ita fuit effectui mancipatum. Post hæc ipso R. nihilominus murmurante, ambo pariter ad prædecessoris nostri præsentiã accesserunt: qui sicut iam præmisimus nos, & præfatum presb. Card. eis tribuit auditores: & tandem causa diutiùs actitata, per eundem prædecessorem nostrũ de vtriusque partis assensu fuit compositio taliter celebrata, quòd H. Abbatiã, R. verò prioratum, & custodiam obtineret: propter quod ipsi H. obedientiã repromisit. Sic ergò eis reuersis ad propria præfatam compositionem idem R. corã dioecesano Episcopo approbauit. Sed ab ipso Abbate postea requisitus, tertiò, si custodiam, & prioratum vellet habere, post trinam citationẽ veniens dixit, quod non per eum, sed per Ro. Pontificem volebat habere præmissa, vnde nullam obedientiam ei voluit exhibere. Recedens igitur absque Abbatis licentia, cùm extra monasterium moram faceret longiorem, ab ipso H. de fratrũ consilio fuit excõmunicationis vinculo innodatus: & cùm per longum tempus non rediret ad monasterium, Abbas dicta officia consulentibus fratribus aliis assignauit: qui quandiu Abbas vixit ea pacificè tenuerunt. Abbate verò defuncto fratres conuenerunt in vnum, nõ nullis Abbatibus, & aliis viris religiosis præsentibus: qui ad defuncti conuenerant sepulturam: & R. iuniorem senio re absente in Abbatem vnanimiter elegerunt: quem præsentatum sibi dioecesanus Episcopus confirmauit, & benedixit. Consequenter verò senior R. ad præsentiam nostram accedens, literas ad remotos per dictas quatuor iudices & suspectos monachis per mandatum impetrauit. Ad quos pars monachorum ante aliquam citationẽ accedens, copia cõmissionis obtenta, literas per falsi suggestionem proposuit impetratas: pro eo quòd dicebatur in eis compositionem sibi non fuisse seruatam, monasterium interdictum, & se appellasse priusquàm R. iuniore lectus fuerit in Abbatem: quę falsa penitùs asserebat. Tacuit etiã se excommunicatum ab hoc Abbate defuncto, & alia quædã, quibus expressis literis ipsas nullatenus impetrasset. Cùm que omnia, quæ præmisimus sufficiẽter probare vellẽt, & iudices eorum probationes recipere, tanquàm demandatum eis non fuerit, recusarent: ipsi monachi ante ingressum iudicii appellarũt, sicut ex depositionibus testium est probatũ. Delegati verò nihilominus procedentes, & recipientes testes partis aduersæ, seniorem R. instituendum sententialiter decreuerunt: quorum factum tanquàm iniquum irritari à nobis monachi suppliciter postulabant. Cùm autem quæ præmissa sunt, & alia quædã præfati cardinales nobis, & fratrib. nostris prudẽter & fideliter retulissent, nos attendentes, quòd ex consensu compositionis receptæ, quã prædecessor noster etiã confirmauerat, ius (si quod sibi cõpetierat) R. senior amisisset: ac per hoc ne monachi ad electionẽ, procederẽt, appellare de iure minimè potuisset: cùm, nisi quorum interest, audiri non soleant appellantes, de consilio fratrum nostrorum appellationem illam dicimus legitimam non fuisse, vnde per eam electio non potuit impediri. Quia verò constitit nobis monachos ante litis exordiũ rationabiliter appellasse, pro eo quòd super falsi suggestione probationem nolebant admittere delegati: & per consequẽtiam eo ipso, quòd benè appellatum fuerat, iurisdictionem iudicium expirasse, quicquid ab eis est perperàm attentatũ, uel de recipiendis ante litem constatam testibus, uel de sententia proferenda, denunciamus sententialiter non tenere. Sanè quamuis dilecti filii Prępositus, & Capitulũ Constantiẽ. de interdicto præmisso ad Cardinalẽ, qui posuerat illud,

suis literis inseruerint, quia tamē per id quod, R. iuniori dilecto filio nostro Episcopus manus benedictionis impendit, ei videtur quod præmissus obuiare: vnde vel scriptura facto, vel facto scripturæ præiudicari nec probatū fuit, licet obiectū, quod ab interdictis electio fuerit celebrata, ipsam non potuimus irritare: præsertim cū contra personam electi nihil fuerit intentatum. Ideoq; causam ipsam sub ea forma vobis duximus de consensu partium cōmittendam, vt si cōstiterit, quòd electio fuerit facta à suspensis ea omnino cessante ipsius monasterij petitione satisfaciente cōdigne, suspensionis, & interdicti sententia relaxata, de persona idonea cōsulatur. Alioquin ne vtilitas monasterij retardetur, præmissam electionē per vos appellatione remota volumus confirmari, & R. iuniorem abbatiæ pacifica possessione gaudere: aliūve cōstodiā, & prioratum, quæ sibi fuerāt à suprà memorato prædecessore nostro cōcessa, non obstante donatione ab H. quōdā abbate facta de ipsis, volumus, & mandamus sine cōtradictione qualibet obtinere. Testes autē &c. Nullis literis præter assensum partiū. Quod si omnes &c. Datum Later. VII. idus Aprilis.

VV. ABBATI DEREFORDIA, eiusque Fratribus Tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. De priuilegiorum confirmatione.

REligiosam vitam eligentibus & c. vsque ad verbū Ordo canonicus, qui secundum Deum, & Beati Augustini regulā, atque Præmonstraten. fratrū institutionem in eodē monasterio &c. vsque ad verbum Vocabulis. Locum ipsum in quo præfatum monasteriū situm est, cum omnibus pertinentijs suis, sicut terminorū designat appositio: & molendinum, quod Henricus clericus tenuit, cū pertinentijs suis: & decimam pedagij de Herting. in denarijs, & in portis: & totā decimam casei sui, præter vnam pensam, quæ ad ecclesiā eiusdem loci dicitur pertinere: & terram de Vura: ex dono Henrici Hosati secūdi augumētū terræ, & nemoris, scilicet à via Londonien. quæ tendit de Derefordia versus Sing. vsq; ad diuisam Hamtesir, & Suseriæ: & capellā de Standena cū pertinētijs suis: & xxxvj. acras terræ in Vulgaston. & molendinū de Hagedebed. cum pertinentijs suis: & decimā domus suæ, scilicet de pane, & carne, & pisce: & terrā, quam Robertus de Sancta teruit cū pertinētijs suis: ex dono Clemētiæ vxoris suę assensu Domini sui xx. sol. cēsuales in ciuitate Vuintoniæ: & terram de Alledeston. Ex dono Iocelini fratris quondā. N. reginæ vnam virgatā terræ in Ecchiete. Ex dono Vu. de Braosa vnū tunellum vini rubei ad missas celebrandas in villa de Sorahan, & vnam salmā. Ex dono H. Comitissæ Gloecestriæ terras, quas T. de Vuitr. & Matthæus, & Robertus, tenuerunt: & sedecim acras in essartis de Nutstede. Ex dono Hugonis Hosati duas virgatas terræ in Berithon, cū pertinentijs suis. Ex dono Galfridi Hosati medietatem terię, quam emit de Gualtero de Selca, in Edboldinton. Ex dono Vu. de Suntuuerda vnam virgatā terræ apud Holt. Ex dono R. de Mesnil, & Iordani de Vualcheruilla terram, quā Rchinaldus filius Vlfi tenuit in Subretō. Ex dono R. capelde Saldeford, vnum masagiū i Geldeford ex dono Hugonis de Bernier vnum masagium apud Deuisas. Ex dono Vu. de Elestede terrā de Vuius. Ex dono Alani de S. Georg. v. solidatas redditus in manerio de Tradichon. Ex dono Vualteri Hosati terrā de Scartorp. Sanè noualium &c. Liceat quoque vobis &c. Prohibemus insuper, vt nulli fratrū &c. Ad hæc præsenti decreto statuimus, ne quis vos &c. Prohibemus insuper, vt infra fines &c. In parochialibus autē &c. Chrisma verò &c. Licitum &c. Cùm autē generale interdictū &c. Sepulturā præterea &c. Paci quoque &c. Libertates &c. Decernimus ergò &c. Salua sedis apost. auctoritate, & dioec. Episcopi canonica iustitia. Si qua igitur &c. Datū Latera. per manum Rainaldi Domini Papæ Notarij cancellarij vicem agentis VI. idus Aprilis indictione secūda, incarnationis dominicę anno MCXCIX pontificatus verò domini Innocentij Papę III. anno II.

N.

N. CORCAIEN. EPISCOPO, EIVS que successoribus canonicè substituendis in perpetuum. De confirmatione priuilegiorũ.

EX iniuncto nobis apostolatus officio &c. vsque ad verbum Vocabulis Locum ipsum, in quo præfata ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis, & libertatib. intra, & extra ciuitatem. Ecclesiam S. Mariæ in monte, & ecclesiam Beati Michaelis, & cœmiterũ in quo positæ sunt, & atria circumquaque posita: ecclesiam S. Nessini, ecclesiã S. Brigidæ, ecclesiam S. Sepulchri, ecclesiam S. Ioannis in ciuitate, ecclesiam S. Trinitatis, & ecclesiam S. Petri in ciuitate cum molendino Carcaiæ, quod est inter insulam, & rupem, cum piscatura Vadubgaill, & piscaturam Macmoelpoil, & cæteras piscaturas iuratas ecclesiæ tuæ cathedrali S. Barri Achapnanhos, Dunculinn, Clochan, Nahulain, Duoles Vchon Iuban, Balinagerranach, Ardachad, Baliugiphan, Baliudunchada, Lesnaedenã, Balufobedi, Cellmagimchrinn, Duo betheig, Lesadhdi beccã, Celludri, Cell croman, Cellcul, Ardinor, Duruſguill, Cellescop, Mellan, Cellescoplappã, Cell cunran, Cullecha, Dubtulach, & alias terras S. Barri: in Vturp, & totum Vmacciar, in terris, ecclesiis, aquis, & possessionibus, Terram Sancti Barri in Ciarrigi, in Ispich, cum pertinentiis suis: Rosbech, Cellnaclerech, Cellimeclam, Aesgabri, Hucubmaclino, Cellinellaig, Cullen cũ pertinentiis suis, Nochoengbail, Cênsalt cũ pertinentiis suis, Techsachsan cum pert. suis: in Isleganan, Cell Mæsenoch Cellbrogan, Cellmachnam, Midisel. Achadmeleitig, Cellinchill cum pert. suis, Techmolaggi cum pert. suis, Domnachtor, Cellsaeleah, Ciseicerum cum pert. suis, Inisduni cum pert. suis, Magalaid. Gilennberchin, Cellarchadagli, Acchaddun, cum pert. suis, Cellmugana, Cluamechi, Cellcillin, Cellcohi cũ suis perti. Secol cũ suis pert. Celloran, Celmolaggi, Cellmua, Durrus cũ perti. suis. Insciungi cum suis pert. Celmochomoc, Cellechdac. Cellmanã, Cellchatthigern Cellmicceogã, Dramdalach, Fanlobais, Magatia, Dissae. t saerguſſa, cennech. clu annached, Danuſci, Cennmugi, Magalaid, Disert mort cũ pert. suis, Dissertanaeda cum pert. suis. Rathen cum pert. suis, Claennabur cũ pert. suis, cum cennmugi, & aliis per suis, Athbruanni, Ardmachaelan, Tulachrata, cellia, cluanpruches, corcachbet & Archadfadda. Prohibemus insuper, ne interdictos &c. Præterea libertates &c. Decernimus ergo &c. Salua in omnibus apost. sedis auctoritate, & Casselen. Archiepiscopi debita reuerentia. Si quia igitur &c. Datum Lateran. per manum Rainaldi domini Papæ Notarii Cancell. vicẽ agentis II. idus Aprilis, indictione secunda, incar. dominicę anno M.CXCIX. Pontif. vero &c.

PIo patri, & domino Inno. diuina gratia Sanctæ Rom. ecclesiæ summo Pont. R. Castell. ecclesię humilis seruus, & bonus Comes ciuitatis Castell. potestas, cum eiusdem terræ maioribus, & minoribus debiti obsequii deuotissimum famulatum. Cum pristina memoria terra nostra, immo vestra ad patrimonium S. Rom. ecclesiæ communi, ac priuato iure spectare noscatur, & nuper sanctitatis vestræ solicita cura antiqua statuta inde sint innouata, dignum duximus ad præsens debitum canonem scilicet per vnamquanque domum denarium colligere, & in signum nostræ fidei per præsentium latorem nobilem virum ad pedes vestræ sanctitatis dirigere: cuius facti humilis deuotio nos corroborat: & in quibus indigemus à sanctitate vestra protectionem quærere cõfortat. Aretini ciues nobis aliis proximiores, Castellan. Episcopatus fines inuadere conantur, & cum Marchionibus confœderati: qui contra præceptum vestrum de destructione montis S. Mariæ acriter doluerunt, aliud Castrum Castellan. ecclesiæ expugnare, & memoratum mõtẽ post Pascha reficere ordinauerũt. Subueniat ergo famulis suis vestræ sanctitatis benignitas, & iam dictos Aretinos ab huiusmodi vexationibus imperiosè compescat: & adiacentes vicinos, scilicet Perusinos, & Massanos, vt nobis subueniant, vestræ paternitatis prouidẽtia, si placet, inducat.

EBRA-

N. EBREDVNEN. ARCHIEpiscopo. Vt Ventiensem Episcopum publicè excommunicatum denunciet.

Sicut nobis tua fraternitas suis literis intimauit, cùm bonæ me. C. Papa prædecessor noster tibi, & ven. fratribus nostris Dignen. & Senecen. Episcopis dedisset firmiter in mandatis, vt pro enormibus, quæ sibi de Ventien. Episcopo fuerant nunciata, ipsum, si ret veritas taliter se haberet, ab officio, beneficio que suspensum, ad sedem apostolicam mitteretis, vos diligenter, quę vobis iniuncta fuerant, exequentes, cum illis, & deterioribus præfatum Episcopum inueneritis maculatum præcepistis eidem, vt suspensus apostolico se conspectui præsentaret: qui neque ad ecclesiam Romanam accessit, neque propter suspensionem episcopatum desijt ordinare. Nolentes autem, vt quæ de mandato maximè apostolicæ sedis à venerabilibus fratribus nostris rationabiliter disponuntur, alicuius debeant temeritate conuelli, fraternitati tuæ per apostolica scripta districtè præcipiendo mandamus, quatenus præfatum Episcopum, qui suspensionis sententiam in se latam obseruare contempsit, excommunicatum publicè nuncies, & facias ab omnibus arctiùs euitari, donec ad præsentiam nostram cum tuarũ testimonio literarum accedat: redditurus, si poterit de suis actionibus rationem: cui (volente domino) in nostra, & fratrum nostrorum præsentia sua iustitia respondebit. Datum Lateran. VI. idus Aprilis.

N. AVINIONEN. ET N. TRIcastrinen. Episcopi. Vt templarios oratorium sibi extruere patiantur.

Causam, quæ inter dilectos filios fratres militiæ tẽpli ex vna parte, & præpositum, & canonicos Sistaricen. ex alia super constructione oratorij vertebatur: super qua post cõmissiones plurimas ab apostolica sede obtẽtas à venerab. fratrib. nostris Dien. & Digné. Episcopis, & dilecto filio Abbate de Boscaldun fuerat sententia promulgata, vtraque parte in nostra præsentia cõstituta, dilectis filijs G. Sanctæ Mariæ trãs Tyberim presbytero, & H. Sancti Fustachij Diacono Cardinalibus commisimus audiendã: qui auditis vtriusque partis rationibus nobis, & fratribus nostris fideliter, quæ audierant, retulerunt in scriptis, allegationes partiũ pſentãtes. Nos autẽ auditis omnibus, & diligenter inspectis cum fratribus nostris deliberato cõsilio, quia dubiũ admodum videbatur, q̃ priuilegia fericis recordationis Romanorum Romanorũ Pontificum prædecessorum nostrorũ, & nostra concessa tẽplarijs debita firmitate carerent: volentes q̃ & priuilegia tam prædecessorũ nostrorum, quàm nostra illibata seruentur, & sententia prædictorũ iudicũ, quę per bonæ memoriæ C. Papam prædecessorem noscitur confirmata, in sua re maneat firmitate, taliter duximus super ipso ne ocio statuendũ, vt Præpositus, & Capitulũ Sistaricen. si voluerint a tẽplarijs sufficientem infra duos menses recipiant cautionẽ: quod de oratorio illo dãnum, aut prejudiciũ matrici ecclesiæ nullatenus generetur: & si fm quod in eorum habetur priuilegijs, habeant facultatem præfatũ oratorium consummandi. Quòd si fortè prædicti Præpositus, & canonici cautionem ipsam non duxerint admittendam, vt sic latæ sententiæ pareatur, quod priuilegijs indultis minimè derogetur, tẽplarijs ipsis auctoritate dedimus apostolicã potestatẽ: vltra locum illum, in quo construere inceperunt, sicut per sententiam est inhibitum, ne vlteriùs in ipso procedãt, vbicunque maluerint, duntaxat in suo solo, non obstante contradictione, vel appellatione cuiuslibet, iuxta priuilegiorum suorũ tenorem oratorium fabricandi. Inde est, q̃ fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus præfatos Præpositũ, & canonicos, vt sibi, & Sistaricen. ecclesiæ à tẽplarijs præcaueãt, vt prędiximus, & constructionẽ oratorij iam incepti nõ impediant, moneatis attẽtiùs, & inducere procuretis. Quòd si facere fortè noluerint, ne tẽplarios sup. cõstructione oratorij vltra locũ illũ (vt superiùs est distinctũ) cõtra concessam eis libertatẽ à nobis, impedire pſumãt,

ipsos

ipsos per censuram ecclesiasticam, subla to appellationis obstaculo compellatis.

Datum Lateran. VI. idus Aprilis.

N. BVRDEGALEN. ARCHIEpiscopo. N. Agenen. Episcopo. & Abbati Siluæ maioris. Ne vetus canonicorum numerus extinguatur sine magna necessitate.

Vide c. ex parte, de constitutionib.

EX parte venerabilis fratris nostri Vasaten. Episcopi fuit in audientia nostra propositum, ꝙ cùm in nonitate promotionis suæ de ordinatione Vasaten. Ecclesię tractatus inter ipsum, & canonicos haberetur, per mẽdacium confixerunt, ꝙ in ipsa ecclesia non fuerant ab antiquo nisi decem, & octo præbendæ, nullam ei super hoc scripturam authenticam exhibentes, & falsis persuasionibus eius animum induxerunt, vt super statuendo numero decẽ & octo canonicorũ, qui tñ essent in ecclesia residentes, & ibidẽ assiduè deseruiẽt, suũ pberet assensum: & licet prouentus ipsius ecclesiæ xxiiij. canonicis congruè sufficere valeant, non ẽt sunt xij. canonici, qui ecclesiæ seruitium suum impendãt: & ijdem lucrum suum potius, quàm ecclesiæ commodum attendentes, vt prouentus ecclesiæ in suos vsus conuertant in substituendis canonicis nec volunt, nec student esse concordes. Quoniam igitur quod per fraudem, vel mendaciũ obtinetur, effectum habere non debet, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus, si præmissis veritas suffragatur, non obstãte constitutione prædicta super numero XVIII. canonicorum facta per fraudem in ecclesiæ detrimentum, secundum quod ecclesiæ potuerunt sufficere facultates, sub cõueniẽti numero canonicos eligi absq; appellationis obstaculo, & institui faciatis: qui continuam ibidem residentiam facientes deuotum in ea domino exhibeant famulatum, districtius compescentes, si qui vobis super his temerè præsumpserint refragari. Nullis literis, &c. Quod si omnes, &c.

Datum Later. II. idus Aprilis.

PH. MEDIOLANEN. ARCHIEpiscopo. Qua discutitur & definitur causa inter cœnobium S. Donati, & Archiepiscopum Mediolanensem.

Cap. Inter dilectos, de fide instrumẽtorum.

INter dilectos filios Gerardum Abbatẽ Sancti Donati de Scozula ex vna parte nomine monasterij, & Vu. Balbũ Mediolan. canonicũ procuratorẽ tuum nomine Mediolanen. Archiepiscopatus ex altera super subiectis articulis diu fuit in nostro adiutorio litigatum. Petebat siquidẽ dictus Abbas nomine Monast. S. Donati de Sexto à præfato procuratore tuo nomine Mediolan. ecclesiæ restitui monasterio memorato, Portum Scozulæ, siue Sexti cum honore, districtu, & iurisdictione præfati loci, & castellantiæ, dicens ad monasteriũ hæc omnia pertinere. Hoc ipsum dicens de hominibus, qui habitant in curte Baueni, & tenent res monasterij memorati, scilicet in Gralia, Carpuneno, Vesterpeno, Cadempleno, Baueno, & Insula superiori, Bolgerate, ac Lisia Petens etiam, vt Mediol. Archiepiscop⁹ cessaret ab inquietatione hominũ, qui habitãt in loco Baueni sup mãso de Curte, de quib. monasteriũ obtinuerat ĩ iudicio possessorio p snĩam Episcopi Veronẽ. Itẽ vt cessaret ab inquietatione vicariorũ, ideſt cõium, & terrarum in territorio Sexti, siue Scozule, & in ei⁹ Castellãtia positarum: ab inquietatione quoque albergariæ prædicti loci Scozule, siue Sexti, & illi⁹ ẽt Castellantiæ, rursus vt nõ inquietaret monasterium antedictum in possessionem, vel quasi possessionem piscariæ totius aquæ Ticini vsque ad rauiam Castelleti, vel Pigaroli, & hæc omnia petebat cum omnibus fructibus inde perceptis, saluo in omnib. iure addendi, vel minuendi: satagens multipliciter comprobare omnia, quæ præmissa sunt, ad suum monasterium pertinere. Primo per priuilegiũ Luitardi comitis quondam Episcopi Ticinen. qui monasterium ipsum fundauerat, & ei, quæ præmissa sunt, donauerat vniuersa. Secundo per instrumẽtum sententiæ Asperti quondam Mediolan. Archiepiscopi, quam ex delegatione Lodoici Imperatoris, tulit pro Monasterio

sæpe dicto, super his contra Nottingum præfati Luitardi nepotē, qui sup eis molestabat monasteriū. Tertiò p priuilegia Rom. Imperatorū, & p̄sertim Hinrici, qui p̄missa oīa monasterio cōfirmabāt, & cōferebāt. Quartò p instrā locationū, quas fecerat diuersis p̄sonis Abbates monasterij memorati. Testes quoq; ꝓduxerat, p quos nitebatur ꝓbare, qđ monasteriū à 60. annis infrà, & à 50. annis, & suprà tenuerat, & possederat oīa supradicta: & q̄ fama publica erat ea oīa p̄fato monasterio, à iā dicto Luitardo fuisse donata. Sed cōtra priuilegiū donationis à præfato ꝓcuratore tuo multa fuerunt obiecta. Primò quia ibi maxime apparebat cōsumptū, vbi potuisset falsitas facilius deprehēdi, videlicet, in annotatione indictionis. Secūdò quia cū charta vetustissima videretur, recentior apparebat scriptura, tāquā nō illo tpe facta fuisset. Tertiò quia falsum sigillū vitiosè videbatur appositū, eo q̄ à media parte sigilli apparebat q̄dā imago. non cū mitra in capite, sed cū pileo, nec induta pontificalibus, sed regalibus, tenēs in manu non baculū pastoralē, sed quasi sceptrū Regale: cuius facies nō apparebat integra, sed dimidia, tāquā in alia medietate respiceret aliā, q̄ tñ tota vacua remanebat: sed q̄dā imago videbatur ex ea fuisse deleta, quia cera in ea parte nec in colore, nec in planicie, reliquæ parti similis apparebat: vnde nō Episcopi, sed Imperatoris videbatur fuisse sigillū, qđ in vna medietate Cæsaris imaginē exprimebat, & ī altera medietate p̄tumebatur vel filij vel coniugis imaginē habuisse. Nā, & in ipso sigillo nullæ aliæ literæ apparebāt, nisi q̄ nomē ꝓpriū cū hac adiectione, Dei gratia, designabāt. Sed cū ꝓpriū nomen ipsius Episcopi fuerit Luitardus, in nomine ꝓprio, q̄ exprimebat sigillū deletæ fuerant duæ literæ, secūda q̄ fuerat ītер L, & t, & sexta q̄ fuerat inter r, & u, ita qđ si secūda fuisset o, & sexta fuisset i, proculdubio non Luitardus, sed Lotarius legeretur: q̄ ēt inde cognosci poterat, quia secūdū dispositionem aliarum literarū inter l, & r, nō erat spaciū, nisi q̄ potuisset vnā literā continere: cū secūdum integritatem huius nominis Luitardus inter l, & t, duæ literæ sint diuersæ. Præterea inter r, & u, tam modicum erat spacium: vt in eo nō hęc litera d, quæ maius occupat spacium, sed hæc litera i, q̄ minimum occupat, videretur formata fuisse. Rurs⁹ cum cera sigilli ab interiori parte vetustissima esset, cera, q̄ posita erat ab exteriori parte, quasi ad cō seruationem sigilli, recēs erat & mollis. Quod cum diligēter inuestigatum fuisset, certo certi⁹ est cōpertum, q̄ sub vetusto sigillo charta fuerat p̄forata, & per glutinum nouæ ceræ, q̄ fuerat posita exterius, quasi ad cōseruationem sigilli, vitiosè fuit ipsi chartæ coniunctum, eadem falsitatis specie, p vitiosam videlicet appositionem sigilli. Cætera fere priuilegia Rom. Imperatorum prēter priuilegium Henrici, vel falsa reperta sunt, vel falsata. Sed & ipsum Henrici priuilegium ad fidē astruendam nō videbatur sufficere, quia nec erat publica manu confectum, nec sigillum habebat authenticum, eo q̄ erat ex media ferè parte consumptum, nec plus de nomine ꝓprio, nisi vltima medietas, videlicet icus: nec de cæteris literis nisi hæc adiectio, Dei gratia, cōparebat, ita qđ ex literis ipsis non magis poterat comprobari fuisse sigillum Henrici quàm Lodoici. Instrumentum quoq; sententiæ multis modis inueniebatur suspectum: tum quia quæ dā in ipso apparebant liturę, tum quia subscriptio notarij videbatur alterius manus fuisse, quā cōscriptio instri: cum tñ notari⁹ in subscriptione profiteretur se instrumentum manu ꝓpria conscripsisse. Litera quoq; recētior videbatur, quā charta, & aqua videbatur encaustū infectum, vt antiquis appareret. In omnibus ēt imperialibus priuilegijs, quæ posteriora fuerant, nulla prorsus est habita mentio de illa sententia: quamuis in eorum aliquibus mentio facta fuerit Luitardi, qui dicebatur donationem fecisse. Porrò si legitimum esset, & verum instrumentum sententiæ, per illam tamen sententiam nullum Mediolan. Archiepiscopatui præiudicium poterat generari: cum ipsa sētētia lata fuerit inter alios, & res inter alios acta alij non præiudicet: nec attestationes, q̄ cōtinebātur

in

in instro sentẽtiæ p quas legitima donatio Luitardi videbatur esse ꝓbata poterãt eidẽ Archiepiscopatui nocumentum aliqđ irrogare: cum ĩter alias psonas,& in alio iudicio receptæ fuissẽt. Cæterum memoratum Henrici priuilegium, qđ nõ solum cõfirmationis, sed ẽt donationis videbaꝫ fuisse, vnde rerum dñium donatarum ĩtelligi fortè poterat monasterio acquisitum, & traditum: q̃uis ex forma petitionis, q̃ in ipso priuilegio declaratur,& qbusdã aliis verbis, q̃ ponuntur in ipso, cõfirmatorium tm̃ videretur fuisse. Vt tm̃ intelligatur eo modo quo magis posset valere, distinguendũ vtiq; videbatur vt idẽ Hẽricꝰ alia donauerit, & alia cõfirmauerit, cũ eadẽ ltĩmè nequiuissent,& cõfirmari pariter,& donari: cõfirmari, tanq̃ priꝰ habita,& possessa: donari, tanq̃ tũc tradita,& cõcessa. Donauit, inq̃, illa, q̃ ipse ĩtra triũ miliariũ spatiũ monasterio cõcedebat. Confirmauit ũt q̃ priꝰ ipsi monasterio cõcessa fuerãt, & donata: ĩter q̃ illa cõtinebãtur, q̃ deducta sũt in iudiciũ, ac p hoc illa nõ poterant intelligi p priuilegiũ illud donata, sed cõfirmata: cũ iuxta ltĩmas sãctiones, qđ meũ est, ex alia cã meũ fieri nõ possit, nisi desierit esse meum: psertim cum pars monasterij nixa fuerit cõprobare, tũ p priuilegium concessionis, tum per instrum sententiæ, qđ illa legitimè fuerint à Luitardo donata,& illi donationi p totum iudicium est innixa. Vnde post donationẽ hmõi eadem eidẽ nõ poterãt redonari. Cum ergo cõfirmatorium tm̃ extiterit, saltem quoad illa, q̃ deducta sunt ĩ iudicium, si principale nõ tenuit, nec accessorium, qđ ex eo, vel ob id dignoscitur esse secutum. Pari modo cætera priuilegia Ro. Imperatorum, etiamsi vera fuissent,& sine suspitione ad ꝓbationẽ tm̃ inualida ꝓbarentur. Per instra vero locationis nec est vtcunq; ꝓbata ꝓprietas, nec ẽt plene possessio: cum iuxta legitimas sanctiones ad ꝓbationem rei ꝓpriæ, siue defensionem nõ sufficiat facta locatio. Licet autẽ his,& aliis modis sæpè dictus ꝓcurator tuus intentionẽ Abbatis videretur elidere cautumq; sit ĩ iure ciuili, qđ actore nõ ꝓbante is, q̃ cõuenitur,& si nihil ꝓstiterit, obtinebit, ad ostendendam tm̃ euidentibus iustitiam tuæ partis p testes videbatur ꝓbare, qđ Mediolanen. Archiepiscopus omnia, q̃ præmissa sunt a sexaginta annis infra possederat inconcusse. Verum contra p̃scriptionẽ hmõi, dictus Abbas interruptionẽ medij tpis ciuilem pariter & naturalem obiecit. Olim enim Gozouio quondam comite à Federico Imp. super his iudice delegato, cum post citationes legitimas Mediolan. Archiepiscopus se contumaciter absentasset, pro monasterio fuit lata sententia,& ipsius nomine corporalis possessio assignata, quam per sex annos, & amplius habitam in bello Mediolan. asserebat amissam: p quod allegabat præscriptionem ciuiliter,& naturaliter interruptã. Porro ad exceptionem præmissam sæpe dictus procurator tuus taliter explicabat, qđ bonæ memoriæ Io. Anagninus sanctæ Mariæ in porticu Diac. Car. postea Sancti Marci presb. & tãdem Episcopus Prænestin. tunc apostolicę sedis legatus, attendens quam barbarica feritate,& ĩsatiabili odio ecclesiam, & ciuitatẽ Mediolan. Federicus Imperator funditus vellet euertere, atq; in supremã redigere seruitutem, quicquid ipse, vel aliquis iudex, seu ministerialis eius in ecclesias, clericos, vel ciues Mediol. statuto erat tpe illo, in irritũ reuocauit. Cuius factũ felicis recordationis Alex. Papa p̃decessor noster approbãs cõfirmauit: vnde cp à præfato comite factũ fuerat, in odiũ Mediolan. quos dictus Imp. acrius infestabat, Mediolan. ecclesiæ p̃missa ratione non poterat p̃iudicium gñare. Porrò rationẽ huiusmodi pars aduersa friuolã reputabat: cũ factæ causæ nulla iuris cõstitutione fieri possint infectæ. Cum aũt super his, q̃ præmisimus in nostra, & fratrum nostrorum præsentiæ fuisset diutius litigatum, quia legitime probatum non fuerat, ea, quæ petebantur ad monasterium pertinere, de cõmuni fratrum nostrorum consilio ab impetitione ipsius præfatum procuratorem tuũ nomine tuo & Mediolan. ecclesiæ sententialiter duximus absoluendum: qm̃ cum obscura sunt iura partium, cõsueuit cõtra eum, qui petitor est, iudicari.

Super manso vero de Curte Baueni, ꝙ ab antedicto Episcopo Veronen. fuit ipsi monasterio ꝑ diffinitionis calculum in possessorio iudicio attributum, nos quoq; eidem cœnobio ꝓcuratorem ipsum nomine tuo, & Mediolanen. eccl. in petitorio iudicio, auctoritate iudiciaria condemnamus: cū liquido sit probatum, qđ dictum monasterium mansum ipsum longissimo tpe quiete possedit, in ea parte ꝓpetuum sibi silentium imponentes. Cæterum auctoritate apostolica distriꝛs inhibemus, ne tu, vel tuorū qui libet successorum ad res, & possessiones, & iura prædicti monasterij manus extēdat, ꝓter id, qđ de portu, honore, districtu, & iurisdictione à nobis est sentētialiter diffinitū. Nulli ergo, &c. Absolutionis, inhibitionis, & diffinitionis, &c.

Datum Lateran. XVI. Cal. Maij.

In eundem fere modum scriptum est. G. Abbati de Scozula.

CONVENTVI DE CONCHIS.

De Controuersia, & Sententia super Abbatia siue præfectura ipsorum.

CVm super Abbatia monasterij vestri inter vos, & S. quōdam Abbatē olim fuisset q̄stio diutius agitata, partibus tandem ad nostrā p̄sentiam accedētibus, dilectū filium nostrum H. Sancti Eustachij Diac. Card. dedimus auditorem: in cuius p̄sentia pro ipso S. taliter fuit allegatū, ꝙ cum dilectus filius noster I. tt. Sanctæ Pudētianæ presb. Card. tunc apostolicæ sedis legatus intrasset Normanniam, & sup statu ipsius Abbatiæ cū Abbate, ac fratribus inquisitionē habuerit diligentē, nihil reprehensione dignū inuenit ibidē, sicut ex literis bonæ memoriæ C. Papæ p̄decessoris nostri euidenter apparet: quibus ipsius Card. cōfessio est inserta. Eo vero postmodum ab ipso monasterio recedente, literæ ipsius ad dilectos filios N. Toarcen. Abbatem, & N. Priorē Sanctæ Barbaræ fraudulenter obtentæ fuerunt, super inquisitione Abbatis, & totius monasterij faciēda, nulla data inquisitoribus potestate, in abbatem aliquid statuendi, quēadmodum ex testimonio eiusdē Card. col ligitur euidenter. Prædictis ergo inquisitoribus accedentibus ad monasterium memoratū, & volentibus fines mandati excedere, in facienda inquisitione, iuris ordine nō seruato, idem Abbas ante quam inquisitio sortiretur effectum, sedem apost. appellauit, & quamuis iter arripuisset ad Rom. ecclesiam veniendi, dicti tamen inquisitores, nec appellationi rationabiliter interpositæ, neq; ipsis absentiæ, vel excusationibus aliquibus deferrentes, destitutionis in eū, sentētiam contra iuris ordinē promulgarunt: licēt nō ꝓnunciandi potestas eis esset cōcessa, sicut ex multorum Prælatorū litteris liquido declaratē. Memorato igitur Abbate ad dicti p̄decessoris nri p̄sentiam accedēte, posiq̄ de inordinata destitutione sua eū reddidit certiorē, oībus irritatis, q̄ cōtra iuris ordinē, à dictis inquisitoribus fuerant ordinata, eundē Abbatē sentētia sua restituit, executiōe Solauē. fratri nostro Episcopo, & dilectis filiis L. & H. Archidiac. Ebroicen. demādata. Die vero à solo Episcopo partib⁹ assignata, & ad terminum vtraque partium veniente cum expectaret Abbas restitutionem fieri sibi, secundum apostolici mādati tenorē, eā nō potuit obtinere. quin potius p̄cibus, minis, & terroribus eum Ep̄s inducere laborauit: vt in ipsum nō sup restitutione facienda, qđ erat principale negociū cōpromitteret, sed sup executione tantummodo differenda, & q̄m pars aduersa cum armis illuc accenserat, & multitudine armatorū factum est, quod ī dictum Episc. sicut p̄missum est, cōpromisit, fide in manu ipsius p̄stita, & restitutionis literis depositis apud Deū nō tradēdis parti aduersæ, sed diligenter seruandis, & restituendis sibi tempore oportuno. Ipse vero Episcopus cōtra id, quod promiserat, venire nō metuens, ad uersariis Abbatis literas restituit memoratas. Sicq; cōpromisso ex parte ipsius Ep̄i, & aduersariorum pariter violato, monachi bonæ memoriæ Mel. tt. Sāctorum Ioānis, & Pauli p̄sbyteri Card. tunc apostolicæ sedis legit p̄sentiā adeuntes, ad I. quondā Rothomagen. Decanum sup grauamine cōpromissi, cōmissionis literas ī petrarunt. Ad cui⁹ primā citatiōnē monachus à dicto Abbate trāsmissus capt⁹ fuit ab aduersariis, & vinculis ferreis

reis mancipatus. Ad secundam verò citationem idem Abbas accedens, per impressionem coactus fuit compromittere in Decanum: non super abbatia, de qua sub eo nulla quæstio vertebatur, sed pro quibusdã bladi redditibus minuendis. Parte aũt altera super cõpromisso seruãdo fidẽ, sicut conuenerat, non seruante, dictum S. iterum oportuit ad sedem apostolicam laborare: vbi à nobis tam super principali, quàm incidenti etiam quæstione ad venerab. fra. nost. Lexouien. Episcopum, & dilectum filium Abbatem Vallis Richer. literas impetrauit, vt super his, quæ nobis fuerant intimata, studerẽt elicere veritatem: & statuerent, quod secundum Deum viderẽt rationabiliter statuendum, iuris ordine per omnia obseruato: ita quòd alter sine altero adesse nolente, vel etiam non valente, mandatum apostolicum adimpleret, mentione facta in literis ipsis de fide violenter (sicut idem S. asserebat) extorta, & non super monasterio abiurando, sed restitutione (vt dictum est) tantum modo differenda: ne his omissis tacita veritate, commissio videretur obtenta. Partibus verò coram delegatis iudicibus constitutis, pars illius, quem dixit intrusum, præfatum Episcopum duabus de causis sibi dixit esse suspectum: tum quia super eccl. quandam causam habebat cum monasterio memorato, tum etiã quia ipsum à Romana curia redeuntẽ ad pacis osculum nõ admisit: vnde neque coram illis, neque coram illorum altero iuri stare voluit: quamuis nihil diceret in Abbatem, sed appellans frustratore se contumaciter absentauit. Verùm dicti executores appellationi, quæ nulla fuerat minime deferentes, habito multorum prudentiũ virorum consilio, sententiã à dicto prædecessore nostro prolatã executioni mãdarunt: restituentes prædicto S. Abbatiam, & præfato intruso perpetuum silẽtium imponentes. Cumq; ad eorum ex parte apostolica iussionem diœcesanus Episcopus sæpius requisitus ipsum S. in corporalẽ possessionẽ inducere recusaret, id exequendũ quibusdam diaconib. mandauerunt: qui nedũ quod admissi fuerunt, verũ per monachos, & fautores eorum afflicti verberibus carcelari sunt custodiæ mancipati. Quapropter in intrusum monachos, & fautores eorum à delegatis fuit secundum apostolici mãdati tenorem excommunicationis sẽia promulgata. Sed ob hoc intrusus, & monachi non dimiserunt diuina officia celebrare: qui ẽt ipso intruso defuncto aliũ excommunicatum eligere præsumpserunt, sicut ex delegatorum literis perpẽditur euidenter. Cumque nec sic posset ad frugem melioris vitæ reduci, sæpe dictus S. iter arripuit ad sedẽ apostolicam veniẽdi. Sed præueniẽtes eũ nũcij monachorũ, de benedictionis munere illi, quã elegerãt, impẽdẽdo, fraudulenter literas impetrarunt: quas ad partes suas miserũt festinantius, quã deberẽt. Petebat itaq; dictus S. monachos ipsos, qui cuidã prædecessorum suorũ amputare linguam, & oculos eruere præsumpserunt: in aliũ sedẽtẽ ad mẽsam cũ gladiis & fustibus impetũ faciẽtes, alium solũ in ecclesia dimittẽtes missam celebrare paratũ, animaduersione condigna puniri, & possessionem abbatiæ plenariè sibi restituit, sicut à dicto pdecessore nostro statutum fuerat, & à delegatis postea in dicib. ordinatũ, intruso qui post latam in eum sententiam excommunicationis assumptus fuerat, per silẽtium perpetuũ cõdemnato. Cæterum pro vobis ita fuit propositũ ex aduerso, quòd cum præfatus I. Cardinalis in partibus illis legationis officio fungeretur, & causã ipsam super dilapidatione ipsius S. & incontinentia pariter præfatis Abbati Toarnen. & Priori Sanctæ Barbarę cõmiserit terminandã, ipsi cognita veritate, & ordine iuris per omnia obseruato, in eum depositionis sententiã protulerunt: quæ à dicto prædecessore nostro fuit postea confirmata. Ipse autem S. eidem prædecessori nostro, q̃ abbatia ipsa iniustè spoliatus fuerit, intimauit: præfato Cardinali ẽt asserẽte nõ fuisse intentionis suæ, q̃ ad depositionem abbatis procederẽt iudices delegati: quãuis & hoc esset eis cõmissũ, sicut in eorũdẽ literis reperitur. Vnde sæpe dictus prædecessor noster eũ nõ restituit altera parte absente, sed restituendum

tuendũ mãdauit Epo, & Archidiacono memoratis: quia tacitũ eis fuerat, quod prefatus Cardinalis dictis abbati, & prio ri deponendi et cõcesserit facultatẽ. Con uenientibus igitur partibus ad diẽ, & lo cũ sibi à Delegatis sedis apostolicæ assi gnatum, dictus S. in manu Episcopi, q eius super cã ipsa staret arbitrio, fide data firmauit: qui partes ipsas, vt ad ea, q pacis sunt, intenderent, monuit diligen ter: inter quas talis cõpositio interces sit, vt dictus S. in perpetuũ cederet abbatię: quam cessionẽ ratã Delegati iudices habuerunt: & idẽ S. sicut in delegatorum literis continetur, iuro firmauit se illam firmiter seruaturum. Et cum super resti tutione sua duplices literas eiusdẽ pror sus continentię, impetrasset, facta cõpo sitione, quã sæpè dictus pdecessor noster posteà confirmauit, alteras resignauit, al teras retinuit fraudulenter. Processu ve ro tẽporis cõpositione ab eo aliquandiu obseruata, p iam dictũ M. Car. I. quon dam Rothomagen. Decano eandẽ fecit cãm cõmitti: fuitq; in eius præsentia, & venerabilis fratris nostri Rothomagen. Archiepiscopi prima cõpositio innoua ta, vbi psatus S. Abbatiã denuò abiura uit: & q compositionẽ ipsam deinceps obseruaret, corporaliter præstitit iurm, sicut in ipsius Rothomagen. Archiepi literis cõtinetur, & multis posset testibus approbari. Fuerunt aũt ista corã Rotho magen. facta, ea præcipuè rõne, qm prio ratus, quẽ ipse S. debuit obtinere, in Ro thomagen. erat diœcesi constitutus: quẽ cùm per bienniũ detinens inhoneste vi uendo ferè oĩa consumpsisset, ad alia bo na monasterij se violenter extendit. Et tandẽ ad præsentiã nostram accedens, & quædã de premissis exprimens, alia verò reticens, ad prefatos Lexouien. Episcop. & Abbatẽ Vallis Richer nostras literas reportauit, vt diligenter inquirerent de omnibus veritatẽ, & statuerent quod iu stitia postularet. Ipsi verò partibus ad se citatis, quamuis Epus pro memoratis causis, & qm R. Abbati respõdit, quòd si posset sibi noceret, esset alteri parti su spectus, & ab eo fuerit recusatus, vellet que corã coniudice, qui suspectus non erat, vel coram arbitris electis à partib. id probare: dicto Abbate Vallis Richer admittere hoc nolente, ante ingressum causæ fuit ab illis duobus postmodũ ap pellatum, ipsi nihilominus eundẽ S. re stituendum sententialiter decreuerunt, aduersario eius super Abbatia perpetuũ silentiũ imponentes. Cùm igitur q premissa sunt, & alia quędã prędictus Car dinalis nobis, & fratribus nostris prudẽ ter, & fideliter retulisset, quia cõstitit no bis per literas iudiciũ prędictorũ Epi, & Archid. Ebroicen. quibus super restitu tione ipsius S. à dicto pdecessore nro, fuerat cã commissa de vtriusq; partis as sensu, cõpositionẽ sub eo tenore factam fuisse: q prioratus Sancti Stephani cum oĩbus pertinentijs suis, & alia quædã si bi concessa fuerunt, dũ viueret, possidẽ da, & ipse à lite spontanea voluntate re cessit, & instrumenta sua facto sigillo, quo vsus fuerat, in manibus eorundem iudicũ resignauit: & q abbatiam abiura uerit memoratam, ex literis iã dicti Ro thomagen. Archiepiscopi perpendimus euidenter. Nolẽtes per nos, qui punimus periuria, viã periurij aperiri, cũ & ipse re cipiendo cõpositionem hmõi renuncia uerit Abbatiæ, cõcato fratrum nostro rum consilio ab impetitione ipsius S. vos, & monasteriũ vestrum absoluimus, perpetuum ei super qõne ipsa silentium imponentes: non obstante quod factum est, ab vltimis delegatis: cũ ex his appa reat euidenter ipsos (vt de alijs taceam°) si eis de præmissis constitit minus ltĩmè processisse: restituentes illum, qui nõ ha bebat ius aliquod repetẽdi. Et quamuis solus Abbas añquã appellaretur ab eo, iuxta formã literarũ nostrarũ procedere potuisset: quia tñ ex eo qd cũ ipso Epo interlocutus est, appellationẽ, nõ tenuis se de iure sine ipso, dũ posset, & velletne gocio interesse: per consequentiã cõfes sus est, se nõ posse mandatũ apostolicũ adimplere: nec suæ intẽtionis extitit, vt sine coniudice suo aliquid diffiniret, & cum eo, qui iam iudex esse desierat, ali quid super pmisso negocio ritè dispone re nõ valebat volũtate, ac ptãte sibi mu tuo aduersantibus cũ noluerit quod po tuit, & quod voluit, adimplere nequiuit, quod à duobus factum fuit, effectũ de

iure

iure nō potuit obtinere. Nulli ergo &c. Datum Lateran. Idib. April.

N. LOCEDIEN. ABBATI. VT pacē iter Placē. & Parmē. facere laboret.

CVm plenitudo legis secundū Apostolum sit dilectio, profectò dissensio diuinæ legis hominē cōstituit transgressorem: q̄ sæpius ex odij radice procedit, & eliminatis virtutibus copiā generat vitiorū: dū vnus vt in alterū suas iniurias vindicet, dū vt de inimico triumphet, nec diuinā offensam, nec homicidij crimē, nec reatū periurij expaueſcit. Hæc enim naturalis legis iura confundēs, q̄ sibi nō vult, alij p violentiā nititur irrogare. Hæc dū p̄sequitur proximū, nec Deū, nec proximū diligere cōprobatur. Qui enim non diligit fratrē, quē videt, Deū quē non videt, qūo potest diligere? Huius aūt incōmoditates plenius veritas, q̄ mentiri non nouit, attēdens in Euang. protestatur: Omne (inquiēs) regnū in se ipsum diuisum desolabitur, & domus suprà domum cadet. Cæterū, q̄uis in libro scripturę satis dissensionis incōmoda p̄notentur, manifestius tñ diligenter inspiciētibus in libro experientiæ quotidianæ, patebunt. Nam (vt nō longè petantur exempla) quot ex dissensione, q̄ inter Placēn. & Parmen. super burgo Sācti Domnini vertitur, mala cōtigerint, quot sint pericula (nisi Deus aliter prouiderit) prouentura, tua discretio non ignorat. Ecce enim inuicē sanguinē suum sitiunt, & esuriunt mutuò stragē suam: nec sufficit vtriq; per se cōtra alteros dimicare, sed vniuersam Lombardiam cōmouerunt ad arma: & alteri cū vniuersis fautoribus suis, alteris & omnibus eorū cōplicibus generale præliū indixerunt. Quia vero nos (licet insufficientibus meritis) vicē eius tenemus in terris. q̄ nascens ex virgine p cœlicos ciues pacē bonæ voluntatis hominibus nunciauit: & resurgens, & ascensurus in cœlum, pacem legauit discipulis: vt & ipsi eius imitantes exemplum, pacē aliis p̄dicarēt: ne si vētū fuerit ad cōflictū, multis hinc morientibus fiat hæc dissensio īmortalis: ne ēt præter stragē corporū incurrāt insup̄ periculū animarū discretioni tuæ per apostolica scripta mādam⁹, & in virtute obedientiæ sub q̄nātacūq; possum⁹ districtione præcipim⁹, quatenꝰ cū venerabilib. fratrib. nostris Mediola. Archiepiscopo, & Vercellen. Bergomen. Lauden. Brixien. Cremon. Regin. Placentin. & Parmen. Episcopis, quib. sup hoc ēt scribim⁹, p te & alios, quos ad hunc necessarios cognoueris eē tractatū, ad eorū cōcordiā, & pacē intēdas: & vt īminētia mala vitētur, indefessō studio, & solicitudine diligenti p̄cures: ita q̄ apud Deū æternæ retributionis mercedem, & apud nos dignas gratiarū actiones valeas p̄mereri. Si verò desup datū nō fuerit, vt p admonitionem, & exhortationem ipsorū, & tuā impleri valeat, quod mādamus: tū p excōm. potestatū, consulum, & consiliariorum, & principalium fautorum tam Placent. quam Parmen. ipsos Placen. & Parm. ad subeundum iudicium nostrū sufficientissima in manib. tuis hinc inde præstita cautione, vel Parmen. vt burgum ipsum nomine nostro in manibus tuis tenendū assignent restituendū per nos eis, quib. de iure fuerit assignādū, omni occasione, excusatione, dilatione, appellatione, & recusatione cessantibus, nostra fretus auctoritate compellas: & eis insuper cōmineris, q̄ nisi mandatis paruerint Apostolicæ sedis, manus nostras super eis curabimus aggrauare. Quòd si cōpetentiorē modū, dum tractaueris super his cū partib. poteris inuenire, secundū eū p̄cedere nō omittas. Nouit enim Dominus, qui renū, & cordiū est scrutator, q̄ super hoc ex puritate procedimus, non vt alterutri partium cum alterius dispendio placeamus, sed vt officij nostri debitum exequentes, sopiamus dissensionem ipsam concordia, vel iudicio terminem⁹: cū in simili casu reges, & principes (sicut te latere nō credim⁹) ecclesiastica districtione duxerim⁹ cōpellendos. Cū enim inter alias orbis p̄uincias p̄sertim sim⁹ de Lōbardiæ statu soliciti, cōi Lōbardorū vtilitati cōsulere cupimus, & grauaminib. præcauere: ne si (quod absit) inter se processerint ad conflictū, præter alia pericula strages exinde nō modica subsequatur,

Sufficienti vero cautione ab vtraq; parte quòd iudicio, vel mandato nostro pareat, & à Parmen. possessione receptis, si per publicam famam, vel alias legitimè tibi constiterit, Parmen. ipsos possessionem temeritate propria Placentin. per violentiam abstulisse, possessionem ipsam restituas Placentin. cùm id ordo iuris expoſcat: ita tamen quòd priùs tibi sufficienter caueant, vt siquid postmodum propositum fuerit, mandato nostro sint, & iudicio parituri.

Datum Lateran. V. Cal. Maij.

VV. REMEN. ARCHIEPISCOpo Sanctæ Sabinæ Card. vt Comes Flandriæ ab excommunicationis, & interdicti sententia populus eius absoluatur.

CVm ex iniuncto nobis apostolatus officio simus secundum Apostolũ sapientibus, & insipientibus debitores, & omni petenti iustitiam facere teneamur, mirum esse non debet aliquibus, vel molestum, si ad ea corrigenda, quæ noscuntur contra iustitiam attentata, manum apostolicæ correctionis apponi mus, & ad iuris tramitem studemus, sicut conuenit, reuocare. Sanè ad audientiam nostram dilecto filio nobili viro B. Comite Flandrẽ. significãte peruenit, quòd cum olim apud Veronem cum chariſſimo in Christo filio nostro illustri Regi Franciæ quasdam conuentiones iniisset, quas se promisit iuramento interposito seruaturum: quia tamen homines suos inducere non potuit ad obseruationem ipsarum, ab ipso Rege postulauit absolui: qui eum apud Compendium coram multis viris prudentibus, & discretis, ab ipsis denunciauit conuentionibus absolutum. Cùmque postmodum idem Rex instrumentum super conuentionibus ipsis confectum, quod penes se post factam absolutionẽ retinuit, faciſſet felicis recordationis C. prædecessori nostro cum literis testimonialibus præsentari, absolutionis prædictæ non habita mentione, ipse prædecessor noster conuentiones illas auctoritate apostolica confirmauit, & præcepit inuiolabiliter obseruari. Postmodũ verò cum per insinuationẽ præfati Comitis, & virorũ religiosorũ testimoniũ, qui absolutioni factæ interfuisse dicuntur, eidẽ prædecessori nostro de absolutione illa plenius constitisset, ipse præfatum Comitẽ tã à conuentionibus ipsis, sicut eas ipsi memoratus Rex asseritur remisisse, quàm à iuramento super earũ obseruatione præstito, cõfirmatione sedis apostolicæ, seu literis aliis nequaquã obstãtib. reddidit penitùs absolutũ: sicut in rescriptio eiusdẽ absolutionis sigillis dilectorũ filiorũ nostrorũ electi, Præpositi Decani, & Capituli Cameracẽ. & de Gamberon. Sancti Dionysij, Sancti Gilleni, de Crispinio, de Sancto Amãdo, de Sancto Ioanne de Vallencenis, de Asnonio, de Aquicincto, de Marchenis, Sancti Auberti, & Sãcti Sepulchri in Cameraco Abbatũ signato perspeximus cõtineri. Nos etiã (si benè recolimus) rescriptũ conuentionũ ipsarum nobis ex parte regia præsentatũ inspeximus diligẽter, & eas, sicut prædecessor noster cõfirmauerat, auctoritate duximus apostolica cõfirmandas: tibi per scripta nostra mandantes, vt ipsum Comitem ad obseruationem earũ per excõmunicationem psonæ, & interdictũ terræ, cõpellere nõ tardares. Cumque tu postmodum iuxta mandatum vestrum velles ipsum Comitem excommunicare, & terram ipsius interdicto supponere, ipse per nuncios suos asserens literas illas per suppressionem veritatis obtentas, quia in eis absolutionis factæ mentio nõ fiebat, ab interlocutione tua nostrã audientiã appellauit. Cum ergo rescriptũ per suppressionem veritatis, vel expressionem falsitatis obtentũ vigorem habere non debeat firmitatis, fraternitati tuæ per apostolica scripta mãdamus, quatenus si præmissis veritas suffragatur, infra viginti dies post susceptionẽ præsentiũ ipsum Comitem ab excommunicatione, ac terram eius ab interdicto sublato appellationis obstaculo absoluere non postponas: Chariſs. in Christo filio nostro Ph. illustri Francorum Regi ex parte nostra significans, ne id molestum accipiat: cum ex iniuncto nobis seruitutis officio sine personarum acceptione nulli debeamus iustitiæ debitum denegare. Alioquin

quin noueris nos venerabilibus fratribus nostris Ambianen. & Tornacen. Episcopis, & dilecto filio Aquicinctin. Abbati literis nostris distinctius iniunxisse, vt cum eis legitimè constiterit de præmissis, ipsum Comitem ab excommunicatione, & terram eius ab interdicto nullius contradictione, vel appellatione obstante, denuncient penitus absolutos.

Datum Lateran. VI. Cal. Maij.

Scriptũ est sup hoc Ambianẽ. & Tornacẽ. Episcopis, & Aquicinctin. Abbati, ferè in eundem modum vt suprà vsq; ad verbum Absolutos. Nullis literis, harum mentione non habita, &c. Quod si ambo, &c. tu frater Ambianẽ. cũ eorũ altero, &c.

PH. ILLVSTRI REGI FRANcorum ne Comitis Flandriæ absolutionem indigne ferat: cum Pontifex cogatur omnibus iustitiam administrare.

CVm ex iniuncto nobis, &c. ferè in eundem modum, vt suprà vsq; ad verbũ Absolutos. Rogamus igitur magnificentiã regiã, & exhortamur in domino, quatenus te non moueant aliqua tenus, vel perturbẽt, quæ secundũ Deũ & iustitiam super ipso duximus negocio statuenda, quia licet te tanquã charissimum nostrum, & specialem ecclesiæ filium, & Christianissimũ principẽ amplexemur arctius in visceribus charitatis, & tuis, quantum cũ Dño possumus, velimus intẽdere ꝓfectibus, & argumẽtis, in nostri tñ executione officij apparere nolumus cõcedẽte Dño, negligentes, cum illius vicem in terris gerere dignoscamur, q̃ iudicat populos in æquitate, & cuiq; vult suã iustitiã cõseruari.

Datum vt suprà.

VV. REMEN. SANCTÆ SAbinæ Cardinali, & Senonen. Archiepiscopis, Antisiodoren. & Niuernen. Episcopis. Quod quis promisit, vel iuramento asseruit, seruare debet.

SIgnificante nobis dilecto filio nobili viro B. Flandren. comite, ad nostrã noueritis audientiam peruenisse, quòd cũ inter N. Patrẽ ipsius Comitis, & dilectum filiũ nobilẽ virũ Comitem Niuernen. super matrimonijs contrahendis taliter fuerit interpositio iuramento stabilitum, quòd ipse pater Comitis filiã suã I. nomine eidem comiti Niuernen. traderet in vxorem, & ipse filiam suam cũ ad annos nubiles peruenirent, Philippo præfati comitis Flandriæ fratri, vel Hẽrico fratri eius, si fortè prẽmoreretur Philippus, matrimonialiter copularet, & ad complementum ipsius contractus charissimi in Christo filius noster illustris Rex Franciæ ex condicto vnanimi deberet vtrunque compellere: nec non vos illũ per excommun. personæ, & interdictum terræ cogeretis, qui à pacto matrimonij resiliret, sicut in literis eiusdem Regis, & vestris fratres Episcopi dicitur manifestius contineri, idẽ Niuernen. Comes ꝙ tam solenniter factum est, adimplere negligit, & recusat: licèt ei sit ab altera parte super contractu matrimonij plenariè satisfactum. Cùm igitur tanquã vir nobilis, & discretus illęsam debeat famam sui nominis conseruare, vt nõ possit super eo, quod licitè dicitur iurasse, merito reprehendi: ipsum comitem attentè monentes, per litteras nostras mãdauimus, vt iuxta quod iuramento fuit interpositio, compromissum, complere matrimonium, quantum in ipso fuerit, non postponat: vt videatur iuramenta tam à se, quàm hominibus suis exhibita, sicut conuenit obseruare, & ad id exequẽdum quod per se potest laudabilius adimplere, per alium nõ cogatur. Ideoq; fratern. vestræ per apostolica scripta mãdamus, quatenus sæpè dicto comite ab executione mandati nostri cessante, ipsum ad obseruationẽ iuramenti, sicut de iure tenetur, per censuram ecclesiasticã appellatione remota cogatis.

Datum Lateran. V. Cal. Maij.

Scriptum est super hoc Comiti Niuernen.

Super eodem scriptum est Philippo illustri regi Francorũ, ferè in eundẽ modũ, vt supra vsq; ad verb. Appellatione remota, cõpellãt. Quia verò magnificẽtia

tia regia fideles suos ad ea debet exequẽ da inducere, in quibus non offendatur Deꝰ, & fama boni nominis nõ lædatur, rogamus magnificentiam tuam, & exhortamur in Dño, quatenus non impedias, quominus præfatus Comes adimpleat quod iurauit: quia cum eius licitum sit iuramentum, ab obseruatione ipsius non debet retrahi, sed compelli.

Datum vt suprà.

BALDOINO COMITI FLANdriæ, & Mariæ vxori eius. Qua ipsos recipit in protectionem Apostolicam.

APostolica sedes, q̃ disponente dño, cunctorum fidelium mater est generalis, licet oẽs teneatur paterno affectu diligere, in eos tñ vberius gratiã suæ dilectionis effundit, quos ad exhibenda sibi grata deuotionis obsequia inuenit promptiores. Attendentes igitur dilectionis feruorem, q̃ prædecessores vestri ad Rom. ecclesiam habuisse noscuntur, & deuotionem nihilom. q̃ vos ad pſonã nostram habere proponitis, firmo gerimus in proposito voluntatis, pſonas vestras oculo benigniori respicere, & syncerioris dilectionis, & gratiæ brachiis amplexari: ac in his, q̃ à nobis secundum Deum duxeritis requirenda, gratanter vobis assensum apostolicum impertiri. Eapropter volentes vos tanquàm speciales ecclesię filios, pregere, pariter & tueri, pſonas vestras cum omnibus bonis, q̃ in pſentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurũ, &c. vsq; ad verbũ Suscipimus. Auctoritate pſentium districtius inhibentes, ne aliquis sine manifesta, & rationabili causa, in personas vestras excommunicationis, aut in terras vestras interdicti præsumat sententias promulgare. Ad hæc adiicientes statuimus, vt si vox in aliquo præsenseritis aggrauari, liberè vobis liceat sedem apostolicam appellare. Si quis vero post appellationem ad nos legitimè interpositam in vos, vel terras vestras excommunicationis aut interdicti sententias promulgauerit, ipsas decernimus non tenere. Nulli ergo, &c. protectionis, inhibitionis, & institutionis, &c.

Datum Lateran. IIII. Cal. Maij.

THEOBALDO PRESBYTERO Canonico Cameracensi. Qua significat pro ipso in causa præbendæ fuisse iudicatum: eamque sententiam se protecturum.

NE fiant controuersiæ litigantium immortales, si sopitę iudicio quæstiones in antiquæ contentionis scrupulum reducantur: sententias per fratres nostros ex delegatione nostra canonicè promulgatas, Apostolicæ confirmationis pręsidio consueuimus roborare: ne si pateret partibus à lata sententia resiliendi facultas, non litigantes litigia, sed litigia potius fugerent litigantes: dum non nisi eis expirantibus expirarent. Sanè cum inter te, & dilectum filium I. presb. de Landreceis super præbenda Cameracen. ecclesiæ, de qua te felicis record. Cœlestinus Papa prædecessor noster post preces, & mandatum dilectis filis capitulo Cameracẽ. porrecta, & executorem tibi ab ipso cõcessum cassata collatione ipsius præbendæ, dicto presb. facta per capitulum Cameracense, sicut ex literis eius accepimus, curauerat inuestire: & super qua idẽ presb. eam sibi asserens canonicè fuisse collatam, ad venerab. fratrem nostrum Episcopum, & Dilectos filios Decanum, & cantorem Atrebaten. commissionis literas impetrarat: qui cũ postquam iter aggressus fueras ad sedem apostolicam veniendi, causa rei seruandæ in possessionem miserunt, quæstio verteretur: nos tibi, & dilecto filio G. ,pcuratori presb. memorati constitutis in præsentia nostra, dilectum filium Hugonem. tt. Sancti Martini presbyterum Card. concessimus auditorem. Coram quo, cum sup causa ipsa fuisset diutius disceptatum, ipse tenore literarum inspecto, quas pdecessor ipse noster pro te Cameracen. Capitulo, & bonæ memoriæ Decano Remen. transmiserat: & earũ etiã, quas nos circa nostræ promotionis initia, Venerab. fratri nostro Cathalaunen. Episcopo miseramus: intellecto etiam ex literis eiusdem Episcopi, qualiter de mandato nostro in tantum processerat, quod à Capitulo fueras receptus in fratrem, & in corporalem ipsius præbendę

possess-

possessionem inductus. Inspectis insuper literis, quas dictus presb. ad memoratos Episcopum, & Decanum, & Cantorem Atrebaten. à sede apostolica impetrarat. & totius causę meritis, rationibus, & allegationibus intellectis, auctoritate nostra de consilio venerab. fratris nostri N. Albanē. Episcopi, & dilectorū filiorum G. tt. Sanctæ Marię trans Tyberim. & S. tt. Sāctæ Praxedis, presb. Cardinaliū formauit sententiā: & nobis pri⁹ retulit, quā proferret, ac postmodum formatam, & expositā nobis sententiam de mādato nostro promulgans, super eadē præbēda silentium imposuit presbytero memorato, & procuratori eiusdem: & eā tibi per sententiā diffinitiuam adiudicare curauit. Nos igitur sententiā ipsam, sicut per eūdem Car. de mādato nostro lata est, auct. apost. confirmamus, prę̄sentis scripti pagina communimus. Nulli ergo, &c.

Datum. Later. V I I I. Cal. Maij.

N. PRÆPOSITO. N. DECANO, & capitulo Cameracensibus. De eodem Argumento rescribit.

CVm inter dilectos filios Theobaldum concanonicum vestrum, & I. presb. de Landreceis, &c. ferè in eundem modum vt supra vsque ad verbum Curauit. Quam nos postmodum sicut per eundem Car. de mandato nostro lata fuerat, auctoritate curauimus apostolica confirmare. Quo circa discretioni vestræ p apostolica scripta districtè præcipiendo mandamus, quatenus sententiā ipsam studeatis inuiolabiliter obseruare. Alioquin noueritis nos vener. fratri nostro Cathalaunen. Episcopo districtius iniunxisse, vt eam faciat per cēsuram ecclesiasticam appellatione remota, inuiolabiliter obseruari: contradictores tam vos, quàm alios eadem districtione compescens. Nullis literis obstantibus, latę sententię, & confirmationis nostræ tenore tacito, &c.

Datum vt supra.

Scriptum est super hoc Cathalaunen. Episcopo.

N. DECANO, V. CANCELLARIO, & C. Canonico Laudunen. In dubio semper præsumitur pro iudice & pro illius sententia.

SIcut nobis vestris literis intimastis, cum causa, quæ inter Henricū subdiaconum, & Huardum Presb. Sancti Clementis super quinque frumenti modijs vertebatur, qui dicebantur ipsi Henrico per annos singulos exoluendi, ex delegatione nostra vobis commissa fuisset, & partibus in vestra præsentia constitutis, idem Henricus restitutionem sibi fieri postularet, aduersarius se ad hoc non teneri respondit: cum alia vice super hoc coram iudice cōuētus fuerit, & sententialiter absolutus: quòd ostendere voluit duorum testimonio sacerdotum. Ex quorum depositionibus vobis constitit, quod mag. A. ex parte venerab. fratris nostri Episcopi Laudunen. Huard. presb. per iudicium absoluit ad impetitione subdiaconi memorati. Verum quia testimonium ipsorum quasi nudè prolatum fuerat, cum de allegationibus, testibus, & ratione, quæ iudicē mouere solet ad sententiam proferendam, nihil se scire dixissent, variatum fuit inter iuris peritos, è quibus cōsilium postulatis: alijs asserentibus tale testimonium non valere, alijs sententibus quòd valeret: vnde in hac ambiguitate quid tenendum sit, sedem duxistis apostolicam consulendam. Cum autem in plerisque locis, in quibus copia prudentum habetur, id moris existat, quòd causæ, quæ iudicem mouerant, non exprimantur in sententijs proferendis, vobis taliter respondemus: quòd cum ex depositione testium prædicatorum constiterit vobis sententiam à iudice suo fuisse prolatam, propter auctoritatem iudiciariam præsumi debet omnia legitimè processisse.

Cap. Sicut nobis, De sententia & re iudicata.

Datum Lateran. I I. Cal. Aprilis.

MAR.

MAR. EPISCOPO, CASTELlan. ne Clericis præter suam voluntatem in ipsius diœcesi diuinæ officia celebrare aut sacramenta administrare liceat.

FRatrum, & Coepiscoporum nostrorũ postulationibus, quæ rationi consonant, & non deuiant ab honesto, tanto gratius, & libentius assensum apostolicum impertimur, quanto eos ad postulandum quod petitur, non ob proprium commodum, sed ecclesiæ sibi cõmissæ vtilitatẽ induci credimus, & moueri. Ea propter ven. in Christo frater tuis precibus annuentes, auctoritate præsentium districtius inhibemus, ne cui presb. vel alij in quocunque officio constituto, fas sit in tua diœcesi, præter tuũ assensum (quem tamen nolumus malitiosè cuiquam denegari) officia celebrare diuina, ad pœnitentiam recipere confitentes, vel quæcunque sacramenta ecclesiastica exercere, nisi necessitatis articulus id exposcat. Nulli etiam Metropolitano, vel Episcopo liceat in ecclesijs lege tibi diœcesana subiectis, auctoritate propria clericos instituere, vel institutos etiã te inscio, promouere, vel parochianos in tuũ præiudicium tradere sepulturæ. Saluis in omnibus supradictis consuetudinibus approbatis, & tam indulgentijs quàm priuilegijs pontificum Romanorum. Ad hæc vt decimas, quas prædecessores tui hactenus in Romanię partibus instè ac pacificè perceperunt, exigere, ac percipere liberè possis, auctoritate tibi Apostolica indulgemus. Nullis ergo &c. inhibitionis, & concessionis, &c.

Datum Lateran. VI. Cal. Maij.

FERRARIENSI EPISCOPO, an hæresis matrimonium contractum dirimat.

Ca. Quãto de diuortijs.

QVanto te magis nouimus in canonico iure petitum, tãto fraternitatem tuam amplius in Domino commendamus: quod in dubijs quæstionum articulis ad apostolicam sedem recurris: quæ disponente Domino, cũctorum fidelium mater est, & magistra: vt opinio, quã in eis quõdam habueras, dum alios canonici iuris peritiam edoceres, vel corrigatur per sedem Apostolicã, vel probetur. Sanè tua nobis fraternitas suis literis intimauit, quod altero coniugum ad hæresim trãseunte, qui relinquitur ad secunda vota transire desiderat, & filios procreare: quod vtrũ possit de iure fieri, per casdẽ nos literas duxisti consulendos. Nos igitur consultationi tuæ de cõi fratrum nostrorum cõsilio respõdentes distinguimus: licèt quidam prædecessorum nostrorum sensisse aliter videantur: an ex duobus infidelibus alter ad fidem catholicam conuertatur, vel duobus fidelibus alter labatur in hæresim, vel decidat in gentilitatis errorem. Si enim alter infidelium coniugum ad fidem catholicam conuertatur, altero vel nullo modo, vel saltem non absque blasphemia diuini nominis, vel vt eum protrahat ad mortale peccatum ei cohabitare volente, qui relinquitur ad secunda, si voluerit, vota transibit, & in hoc casu intelligimus quod dicit Apostolus. Si infidelis discedit, discedat: frater enim vel soror non est seruituti subiectus in huiusmodi, & canonem etiã, in quo dicitur: quod contumelia creatoris soluit ius matrimonij, circa eum, qui relinquitur. Si verò alter fidelium coniugum, vel labatur in hęresim, vel transeat ad gentilitatis errorẽ, non credimus ꝙ in hoc casu, is, qui relinquitur, viuente altero possit ad secũdas nuptias conuolare: licèt in hoc casu maior appareat contumelia creatoris. Nã, & si matrimoniũ verum quidem inter infideles existat, non tũ est ratũ: inter fideles aũt verũ quidem, & ratum existit: quia sacramentũ fidei, quod semel admissum nũquã amittitur, ratũ efficit coniugij sacramentũ, vt ipsum in coniugibus illo durante perduret. Nec obstat, ꝙ à quibusdam forsan obijcitur, quod infidelis relictus nõ debeat suo iure sine culpa priuari: cũ in multis casibus hoc cõtingat, vt si alter coniugũ incidatur. Per hanc aũt responsionem quorundam malitiæ obuiatur, qui in odium coniugum, vel quando sibi inuicem displicerent, si eas possẽt ĩ tali casu dimittere, simularẽt hęresim,

resim, vt ab ipsa cõiugibus nubentibus resilirent. Per hanc ipsam responsionem illa soluitur quæstio, qua quæritur, vtrũ ad eum, qui vel ab hæresi, vel ab infidelitate reuertitur, is qui permansit in fide redire cogatur.

Datum Lateran. Cal. Maij.

N. AVRELIANEN. EPISCOPO, *vt D. de Corbolio primò vacatura præbenda conferatur.*

PRo dilecto filio D. de Corbolio paupere Subdiacon. nullum adhuc ecclesiasticum beneficium assecuto, ad preces dilecti filij Mag. P. de Corbolio, quẽ syncera diligimus in dño charitate, fraternitati tuæ scripsisse recolimus, vt præbendã ecclesiæ tuæ pro reuerentia Beati Petri, & nostra, sibi liberaliter assignares. Tu verò (vnde valdè miramur) nõ curasti precum nostrarum primitias, & mãdatum apost. adimplere: quin potius antequam idem subdiaconus à te posset obtinere rẽsum, multis fuit expensis, & laboribus fatigatus. Post hæc verò nuncij tui ad sedem apost. accedentes, vt te ab impetitione præfati clerici absoluere curaremus, instãtius postularunt, quod non potuerunt aliquatenus obtinere. Nolentes aũt quod pro Deo de prouisione præfati Subdiac. laudabiliter incepimus relinquere imperfectum, fraternitati tuæ per iterata scripta mandamus, atq; præcipimus, quatenus si qua p̃benda nunc vacat in ecclesia tua, eam sibi non differas assignare: stallum eidem in choro, & locum in capitulo conferendo. Alioquin quam primo vacare contigerit, nostræ donationi præcipimus reseruari, personæ idoneæ conferendã: de qua siquid à te fuerit ordinatum, decernimus non tenere. Dilectis quoq; filijs Decano, & capitulo Aurelianen. deditmus in mandatis, ne aliquem ad institutionem tuam recipiant in canonicum, & in fratrem ad præbendam primitus vacaturam.

Dat. Lateran. IIII. Cal. Maij.

Scriptum est super hoc Decano, & Cap. Aurelianen.

HVGONI NVCERINO EPISCOPO, *vt monasteriũ de Vualdo instauret.*

SIc nos de singularum eccl. statu decet esse solicitos, vt & vtilitatibus cõsulamus ipsarum, & grauaminibus obuiemus: ne creditã nobis solicitudinem postponere præsumamur. Attendentes igitur qualiter monasteriũ de Vualdo, quod ad Rom. ecclesiam nullo pertinet mediante, in spiritualibus dissolutum sit, & in temporalibus diminutum, qualiter etiam à vicinis vndiq; molestetur: ipsum tibi personaliter de fratrum nostrorum consilio committimus, quantũ dominus tibi permiserit restaurandum in tpalibus, & spiritualibus reformandum: facultatem tibi corrigendi, quæ in ea corrigenda fuerint, & statuendi quæ statuenda cognoueris, auctoritate præsentium liberam indulgentes: ita tñ ꝙ ex hoc libertas ipsius monasterij non lædatur. Nulli ergo &c. nostræ concessionis &c.

Dat. Lateran. IIII. nonas Maij.

N. MAGISTRO ET FRATRIBUS *ord. de Calatraua tam præsentibus quàm futuris, secundum ord. Cistercien. fratrum viuentibus. De ipsorum vita & moribus, deque priuilegijs.*

QVoties à nobis petitur &c. vsq; ad verbum Annuimus, & felicis recordã. Alexandri, & Gregorij prædecessorum nostrorum Rom. Pont. vestigijs inhærentes, præfatum locum de Calatraua, & locum de Salua terra, in quo ad seruiendum Deo diuino estis obsequio mancipati, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti pagina communimus. In primis siquidem statuentes, vt institutio, quam Abbas, & fratres Cistercien. vobis in eodem loco morantibus, non vt familiaribus, sed vt veris fratribus fecisse dñr, perpetuis tpibus ibidem inuiolabiliter obseruetur, videlicet, vt militaribus armis accincti contra Sarracenos pro tuitione Christiani populi fideliter dimicetis, Præterea ea, quæ de victu, & vestitu

veſtitu veſtro præfati Abbas & fratres ciſtercien. & vniuerſum cap. eiuſdem ordinis à vobis regulariter obſeruãda ſanxerunt, vobis nihilominus confirmamus: videlicet vt lineis in femorabilib. tñ vobis liceat vti: veſtes quoq; moderatas, honeſtas, & cõmodas ſecundum cõſilium Morimunden. Abbatis, & magiſtri veſtri, cum ſcapulari pro habitu religionis habebitis. Veſtiti, & cĩcti dormietis: & in oratorio, dormitorio, refectorio, & in coquina ſilentium iugiter tenebitis. Cauebitis aũt ne in qualicunque veſte aut ſuperfluitatis argui, aut curioſitatis notari poſſitis. Tribus verò in hebdomada diebus, i. feria tertia, quĩta, & die dñica, cum præcipuis ſolennitatibus vobis carnibus veſci licebit: vno tñ ferculo, & vnius gñis, quantum ad carnes pertinet, contenti eritis, & ad menſam vbiq; ſilẽtium tenebitis. Ab exaltatione quoque Sanctæ crucis, vſq; ad Paſcha tribus diebus, ſ. ſecunda feria, quarta, & ſexta, præter Natale Dñi, Epiphaniam, Hypopanti, & feſtiuitates oĩum Sãctorum, & Apoſtolorum, oẽs qui præſentes domi fuerint, in ſeptimana qualibet ieiunabunt. Qui autem in caſtris militiæ fuerint, pro magiſtri arbitrio ieiunia obſeruabunt. Præterea quaſcunq; poſſeſſiones &c. vſq; ad verbum Vocabulis exprimenda. Calatraua cum pertinentijs ſuis, & quintis & oĩbus pertinentijs ſuis. Caſtellum de Caracui cum oĩb. pert. ſuis. Caſtellum Dolarcus cũ pert. ſuis. Caſtellum de Beneuento cum oĩb. pert. ſuis. Caſtellum de Suffera cũ pert. ſuis. Caſtellum de Malagon cum portaticis, & alijs pert. ſuis. Caſtellum de Gualdaferza cum pert. ſuis. Domũ de Nombroca cũ pert. ſuis, Domos de Toleta cum tendis, molendinis, vineis, terris, & hortis: eccle. S. Romani vltra Tagum cũ pert. ſuis. Domos de Talaueira cum vineis, oliuetis, hortis, molendinis, canalibus, & puteis, & cũ aldeis, & alijs pert. ſuis. Domos de Salamancella cum pert. ſuis. Domos de Macheda cum vineis, hortis, terris, & alijs ptinẽtijs ſuis. Mendeno cum ſuis pertinẽtijs. Sotello cum ſuis pert. Caſtellum de Aſſecha cũ ſuis pert. Caſa ſola cum ſuis pert. Alfondega cum ſuis pert. Figarola cum ſuis pert. Caſtellum de Cyrol cũ ſuis pert. Caſtellum de Sorita cum portaticis, quintis, aldeis, & alijs pert. ſuis, Caſtellũ de Almogera cum portaticis, quintis, aldeis, & alijs pert. ſuis. Balaga cum pert. ſuis. Almonacir cum ſuis pert. Pengia cum ſuis pertinen. Onnon cum pertin. ſuis. Caſas de Collado, de Verniges, & Oua cum pert. ſuis. Medietatem de Moracella cum pert. ſuis, Caſtellum de Cogolludo cum aldeis, & pert. ſuis. Hæreditatem de Mollin. cum domibus ſuis, & cum aldea de Merla, & pert. ſuis. Eccleſiam Sancti Saluatoris de Sotia. Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Villares pardos cum omnibus domibus, aldeis, vineis, & earum pert. Caſtellum de Alcobella cum ſuis pert. Berezoſa cum Baldalbin, eccleſijs, & pert. ſuis. Caſtellum rubeum cum omnibus pert. ſuis. Villam de Valuert cum pert. ſuis. Burgell in Nauarra cum eccleſia, & alijs pert. ſuis. Formella cum pert. ſuis. Hoſpitale de Bellota, cum eccleſia, & pert. ſuis. Domum de Formoſella cum hæreditatibus, & pert. ſuis. Quintanella de Borona cum ſuis pert. Hæreditatem de Aluellos cum domibus, & ſuis pert. Villas de Perros, & canones in campo de Monnio cum ſuis pert. Terradellos ibidem cum ſuis pert. Fontodra iuxta Amaia cum pert. ſuis. Palatia in ripa de Piſorga cum ſuis pert. Medietatem de Auarcha cum eccleſia ipſius loci, & pertin. ſuis. Famuſcu in riuo de Aſageua cum pert. ſuis. Vallorabona in Epiſcopatu Palentin. cum pert. ſuis. Sanctam Mariam dño Echa ſuper riuum de Piſorga, & villam Ramira in Alcordutella, & hæreditates in termino de Courel cum pert. ſuis. Padellam cum eccleſia Sanctæ Mariæ, & pertinentijs ſuis. Rauanal cum eccleſia iuxta Caſtrum Vert. & Val. in ripa de Stola, & nauã cum pert. ſuis. Caſo cum pert. ſuis in Aſturus, cum eccleſia, & pertinen. ſuis. Villeſter iuxta Bamba, pallos in ripa de Doira, & eccleſiã Sanctæ Marię de Zamorra cum pert. ſuis. Pinos in Gallitia & Congeli in Gallitia iuxta Allariz, domum de Allariz, domos de Troncoſo, & minium cum vineis, terris,

ris,& pert.ſuis. Domum de Beneuento ſuper Oruegun cum pert.ſuis. Vannexã dines in terra de Aſtorga cum domib. & pert.ſuis. Eccleſiã de Maiorica cũ domibus,& pert.ſuis. Elperenj iter ciuitatẽ Rodrogo,& Trõchoſo cum oĩb. poſſeſſionibus,& pert.ſuis. Domos de Segobia cũ tẽdis, vineis,& alijs pert.ſuis. Erigerum cũ oĩbus pert.ſuis. In Portugal in ciuitate,q̃ dicitur Eſtora,duos alcazarel,vetus,& nouum cũ oĩ hęreditate Regia,& alijs pert.ſuis. Caſtellum de Gulucce cum pert.ſuis. Domos de Scaren cũ hæreditate Regia de Ortalogon,& pert. ſuis. Caſtellum de Alcanethet,Alpedriz, Benameſi,Iurumenia,Alboſeira,Malfora,& caſas de Vlixbona cum vineis,& alijs pert. ſuis. Cazaraboton,S. Vincentiũ Boluaidi,Oriz. In Aragona Caſtellum de Alcaniz cum villa ſua, aldeis, & alijs pert. ſuis. Medietatem de Maella cum oliuetis,& pert.ſuis. Pomer cũ pert.ſuis. Saluã terrã,Caſtellum de Domniſtõda, S. Syluęſtrum, medietatẽ de Veilozeil, Cõtai,& Enfor lopes. Caſtrum lege Eerraira,Cameles,& Ort.cũ pert.ſuis. Quintanella de Redofreſnos, S.Felicẽ,& Loſbarros cum pert. ſuis, & S.Nicolaum de Lamina,& Sequela cum pert.ſuis. Sanè laborum &c. Liceat quoq; vobis clericos &c. Prohibemus inſup,vt nulli &c. Cùm aũt gñale &c. Liceat ẽt vobis in locis veſtris ſine manifeſto diſpendio vicinarum eccl.oratoria cõſtruere, in quib. fres, & familiæ veſtræ diuinum audire' offĩ,& Chriſtianã habere valeãt ſepulturam. Clerici quoq; ordinis veſtri clericum priorẽ habeant,cui ꝓfeſſionem faciant,reuerentiã,ac ſubiectionẽ impendant. Nihilominus verò ꝓſenti decreto ſancimus,vt ſiqs in aliquem fratrum veſtrorũ,temerarias manus iniecerit, niſi rõnabilis cã obſiſtat,excõm.ſnĩa ſit aſtrictus,& illud ꝓ tutela veſtra tam in ſnĩa, q̃ in pœna ſeruetur,quod ſub Inno.Papa de clericorum tuitione noſcitur inſtitutum. Regulares,& antiquas conſuetudines ordinis veſtri à prædeceſſoribus veſtris, & à vobis hactenus obſeruatas aliqua leuitate mutari, ſeu ẽt poſſeſſiones domorum veſtrarum alienari, niſi de magiſtri prouidentia fiat, cum cõſenſu cap. vel maioris,& ſanioris partis, auctoritate Apo. ꝓhibemus fieri. Prohibemus inſuper, vt infrà fines parochiarũ veſtrarũ, quas à Sarracenis acquiſiſtis, vel in poſterum acquiretis, capellas, vel oratoria,ſeu eccleſias nullus audeat ſine aſſenſu veſtro conſtruere, ſi vos ꝓ neceſſitate populi duxeritis conſtruendas: in quibus cùm conſtructæ fuerint, liceat vobis clericos eligere, & Epõ præſentare: quibus ſi idonei fuerint, Eps curam animarum cõmittat, vt ei de ſpũalibus, vobis autem de tpalibus debeant rñdere. Præterea nouas,& indebitas exactiones ab Archiepiſcopis,Epiſcopis,Archidiaconis,ſeu Decanis,alijs ve eccleſiaſticis, ſæcularibusve perſonis, vobis oĩno fieri ꝓhibemus. Chriſma verò &c. Inhibemus adhuc ne inter dictos &c. Paci quoque &c. Ad hæc libertates &c. Decernimus ergo &c. Salua in oĩbus ſedis Apoſt. auctoritate. Siqua igitur &c.

Datum Lat. per manum Rainaldi domini Papæ notarij Cancellarij vicem agentis. IIII. Cal. Maij, indict. II. incarn. verò dom. anno MCXCIX. Pont. vero Domini Inn. Papæ III. anno II.

CAPITVLO HILDESEMENSI.

vt nouus Hildeſemenſis Epiſcopus eligeretur, reiecto illo, qui propria authoritate ad Herbipolenſem eccleſiam tranſierat.

CVm in negocijs eccleſiaſticis ſtudioſa ſit diſcretio adhibenda, ex inſtitutione Sanctorum patrum, ſumma prouidentia prælationis eccleſiaſticæ diſpoſitioni debetur: & ſiquid in illa contra ea, quę ſunt certis decretorum expreſſa, capitulis, alicuius fuerit auctoritate præſumptum, Romanæ eccleſiæ, quæ inter alias ſortita eſt, à Domino principatum, ſolicitius imminet corrigendum. Et ne Apoſtolicæ ſedis auctoritas ſuper his, quæ contra dignitatem eius attentata noſcuntur, honoris ſui diſpendium patiatur, nos, qui licèt immeriti eius ſumus regimini deputati, debemus omnimodis præcauere. Sanè cum vobis quondam noſtris dediſſemus literis in mandatis,

Vide Ca. Quinto de trãſlatione Epi.

tis, vt quia Hildesemen. olim Episcopus relicta Hildesemensi ecclesia, cui fuerat spirituali cõiugio copulatus, ad Herbipolen. sine auctoritate Rom. Pontificis propria temeritate transiuit, ipsũ redire volentem recipere nullatenus deberetis: idem tale mandatum contra se sentiẽs emanasse, suas ad vos literas destinauit, vt nullatenus procederetis ad electionẽ aliquam faciendam: alioquin omnes ecclesiæ reddit⁹ in tantum distraheret, quòd successor ipsius nec Episcopalem habere poterit sustentationẽ, nec Episcopus nominari. Asseruit ẽt, ꝙ cum eius nuncius à sede Apostolica redijsset, & de literis nostris non feciſſet ei aliquã mentionem, arguebat illas literas falsitatis. Et quia nuncij eius, qui apud sedem apostolicam commorantur, nihil de his intellexerant, pro constanti habebat, ꝙ literæ illæ non ex æquo libramine, sed ex aliquorum suorum æmulorũ inuidia fuerant impetratæ. Nos igitur eius volentes contumaciam reprimere, sicut decet, ne alijs fortè huiusmodi p̃sumptio vergeret in exemplum, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, & districtè præcipimus, quatenꝰ ne ipsa ecclesia diutius maneat viduata pastore, ad electionem canonicè de persona idonea faciendam, sublato cuiuslibet contradictionis, & appellationis obstaculo, procedatis. Nos. n. dilectis filijs N. Corbeien. & N. de Hersued. Abbatibus, & N. Decano Paderbonen. dedimꝰ in mãdatis, vt postquàm ad electionem iuxta mandatum apost. processeritis, vel si iam forsitan processistis, ipsi tam formam electionis, quàm personam electi diligenter examinent: & si eam canonicè, & de persona idonea inuenerint celebratam, ipsam sublato appellationis obstaculo auctoritate nostra non differant confirmare: laicis sub pœna excõmunicationis firmiter inhibentes, ne amplius quàm consensum debitum in electione præsumant aliquatenus vsurpare. Eisdem etiam firmiter auctoritate nostra præcipimus, vt prædictum quõdam Episcopum per districtionem ecclesiasticam compellant, ꝙ bona Hildesemen. Ecclesiæ, quæ per ipsum sunt impedita, nõ differat expedire: & tam vos, quàm ecclesiã vestram ab ipsius, & fautorum suorũ grauamine tueantur. Prouideatis autem, vt taliter quæ mandamus, curetis effectui mancipare, ꝙ non videamini mandati apostolici contemptores, & de inobedientia, per quã fuit primus casus hominis procuratus, argui non possitis.

Datum Lateran. II. nonas Maij.

N. CORBEIEN. N. DE HERSUED. Abbatibus, et N. Decano Paderbornensi. De eodem Argumento.

CVm in negocijs &c. ferè in eũdem modum, vt suprà vsque ad verbum Grauamine tueri curetis. Nullis literis veritati, & iustitiæ, &c. Quod si oẽs &c. Duo vestrum &c.

Datum vt suprà.

CI. LVBVSSEN. EPISCOPO, ex lactiori ordine monastico ad arctiorem transire licet: non contrà.

REferente dilecto filio fratre B. hospitalario nostro est apostolatui relatum, ꝙ cum à tempore iuuentutis suæ, secundum institutiones canonicorum regularium Arrouasien. ecclesiæ Beati Augustini regulam professus fuisset, & in ea vltra decenniũ permanens, sacros ordines vsque ad sacerdotium suscepisset, iuuentute postmodum impellente, curiositate potius, quã religionis amore deuictus, terram hierosolymitan. & alias videre desiderãs, ab Abbate suo nõ tã voluntariã sub eadem conditione licentiã obtinuit, q̃ extortã: vt si bonæ me. Alexandrum Papam prædecessorem nostrũ inueniret in via, cãm itineris sibi exponeret, & iuxta mãdatũ eius vel procederet, vel rediret. Verùm ipse neglecta conditione procedens, suscepit habitum hospitalis: in cuius seruitio vsque ad hæc tpa fideliter laborauit. Sed cũ ordo præmissus districtioris sit obseruantiæ, q̃ secundus, prudenter attendens, ꝙ de laxiore ascendendũ sit ad ordinem arctiorem, nõ aũt de arctiore ad laxiorẽ sit rõne aliqua descẽdẽdũ,

ad

ad se Domino inspirante reuersus, ad bonum redire desiderat, quod dimisit. Cum itaque non mediocriter erret, qui min⁹ bonū maiori bono ꝓponit, fraternitati tuæ per apost. scripta mandamus, quatenus inquisita super præmissis dili gētius veritate, si rem inueneris ita esse, præfato fratri B. licentiam auctoritate Apostolica præbeas ad primum ordinem redeundi.

Datum Lateran. VIII. idus Maij.

R. ANGLIÆ REGI ILLVstr. ne Eboracensem Archiepiscopum opprimat, sed ablata restituat, & benevolè illum tractet.

APostolica sedes vniuersorum Christi fidelium mater, & magistra, nō ab homine, sed Deo potius constituta, tunc veræ matris affectum, & magisterij redolet disciplinam, cùm ad benignitatē gratiæ diligit filios, & discipulos ad iustitiæ dirigit æquitatem. Non enim potest vel dissimulare matrē, vel magisterium qualibet occasione negligere, quæ à Domino in signum dilectionis oues domiticas pascendas in Beato Petro recepit, & ligandi, & soluēdi ab eodem, & in eodem obtinuit potestatem. Ad id autem iuxta pastoralis officij debitum exēquēdum, circa nostrę promōtionis initia regia serenitas per literas, quas penes nos in tuæ serenitatis testimonium reseruamus, efficaciter nos induxit: dum vt benignè tractaremus subditos, & in causis sine personarum acceptione procedere curaremus, nec declinātes ad dextram, nec ad sinistram per easdem literas, & consuluit salubriter, & humiliter postulauit: addens quod sic possemus ceruices sublimiū, & superborum colla calcare. Ex pastoralis igitur officij solicitudine pronocati, & regalis consilij continentiā recolentes, venerabili fratri nostro G. Eboracen. Archiepiscopo ad sedē apostolicam recurrenti nec voluimus, nec debuimus audientiam, vel iustitiam denegare. Conquerebatur n. se per magnificentiam tuam tpalibus sui Archiepiscopatus redditibus destitutum: & ꝙ longo fuerat afflictus exilio: & injuriam totī⁹ cleri mēdicare coactus, supplex, & humilis ꝓponebat. Volētes itaq; ipsū tanquā frem nrum, & ecclesiæ filiū diligere ad gratiā, & te tāquā catholicū principē, & apostolicæ sedis filiū specialē, ad iustitiā dirigere cōseruandam, immò directum potius exhortari: cùm in cōtēptū eius cuius existit minister, & apostolicæ sedis iniuriā, q̄ ipsū in partē solicitudinis euocauit, & tuam ēt (vt prosequamur verum) verecundiā: cuius est frater, redunder, ministrum Dei solicitudinis nostræ consortem, & regali stirpe progenitum mēdicare: serenitatē regiā omni qua possumus affectione rogandam duximus, & monendā: quatenus tam nos q̄ te ipsum ab huius onere difficultatis absoluas, & à labijs liberes detractorum: qui non solum, quæ perperam attentantur, ad detractionem assumunt, sed ēt secundum Prophetam exacuerunt vt gladiū linguas suas: tetenderunt arcum rē amarā, vt sagittent innoxios in occultis. Attendas igitur quanta nos infamia, quanta te detractio sequeretur, si vel iusta petitio exulis nō itroiret in aures nostras, vel te fratris exiliū non moueret, & eūdem Archie. ob reuerentiam apostolicæ sedis, quæ te tanquàm filium diligit specialem: & in hoc, & maiorib. de celsitudinis tuæ syceritate confidit, in plenitudinem gratię regalis admittas, & diligas sicut fratrem, & velut Christi ministrū honores: vt in vno eodemque negocio Deum tibi reddas propitium, consulas apostolicæ sedis honori, tuæ saluti prouideas, & fratri subuenias exulanti. Memor esto salubris cōsilij, quod nobis p tuas literas (vt diximus) præbuisti: & dū secundum illud nos agere recognoscis, quod agimus approbes, & regaliter exequaris: nequi nos iustè in omnibus procedere suggessisti, secundum iustitiam agentibus te opponas, sed taliter ad exhortationem nostram cures cum eodem Archiepiscopo conuenire: quòd iura eius auferre vel minuere minimè videaris: & ipse contra suam, & ecclesiæ non veniat honestatem. Ad id aūt laudabilius & celerius exequendum, vener. fratrem nostrum Rothomagen. Archiepiscopum, & dilectum filiū Abbatē de

Persagnia, de quorum discretione plenè confidimus, duximus deputandos: qui honestum modum pacis inueniant & eũdem Archiepiscopum regiæ benevolentiæ reconciliare studeant, & in tuę serenitatis deuotione, ac obsequio soli dare. Quod si fortè (quod absit) per eos tractatus pacis iuxta votum nostrum, & desiderium non poterit consummari, eũdem Archiepi. ad temporalia restitue re non omittas, nec impedias quominus in spiritualib. creditæ sibi dispensatio- nis officium exequatur: sciturus nos dilecto filio P. Sanctæ Mariæ in via lata diaconoCard. apostolicę sedis legato dedisse firmiter in mãdatis, vt apud te monitis, & exhortationibus diligenter insistat, q̃ eidẽ Archiepiscopo possessiones subtractas, sine dilatione, & difficultate restituas vniuersas: & de prouentibus inde perceptis, & damnis illatis satisfacias competenter. Ita quòd si ipse aliquid serenitati regiæ teneture xoluere, tibi cum integritate persoluat: nisi forsan quod tibi debebatur de ipsius ꝓuẽtibus à te, vel alijs tuo nomine sit perceptum.

Datum Lateran. IIII. Cal. Maij.

Scriptum est super hoc Rothomagẽsi Archiepiscopo, & Abba. de Persagnia fere in eundem modum, vt suprà vsque in finem, & hoc plus. Volumus autem nihilominus, & mandamus, vt literas nostras, quas eidem Regi pro dicto Archiepiscopo destinamus, ipsi præsentetis, & resp̃sum eius curetis dicto Car. per vos, vel per literas vestras plenius intimare. Quòd si ambo, &c. Alter, &c.

Datum vt suprà.

R. ANGLIÆ REGI ILLVSTR. *de eodem Argumento.*

APostolica sedes, &c. vsque in finẽ, & hoc plus. Alioquin cùm serenitatem tuam super hoc semel, & iterum, & rogauerim⁹ efficaciter, & monuerim⁹ diligenter, & si molestius nobis, quam tibi futurum existat, si te occasione qualibet molestemus: quia tamen à prædicto tuæ serenitatis consilio declinare nec volumus, nec debemus, ne culpa tua nobis, & in præsenti ad detractionem, & in futuro imputetur ad pœnam, eidem Cardinali dedimus in mãdatis, vt magnificentiã tuam ad hoc per interdictum totius Eboracensis prouinciæ appellatione remota, compellat. Et si nec sic infrà tempus, qd̃ idẽ legatus tibi statuerit, effeceris, quod mandamus, ex tunc totam Angliam sublato appellationis obstaculo subijciat sẽtentiæ interdicti. Eligas igitur sicut vir prouidus, & discretus in nobis potius matris affectum, quàm magistri experiri rigorem: qui sine multa molestatione nostra te molestare non possumus, & in his etiam salutem tuam solicitè procuram⁹: nec nobis causam, vel occasionem aliqua tenus tribuas, per quam seruorem illum tepescere facias, quo nõ mediocriter sumus ad tuũ ꝓmouendũ honorẽ accẽsi.

Datum vt suprà.

Scriptum est super hoc P. Sanctæ Mariæ in via lata Diacono Cardinali apostolicæ sedis legato.

P. SANCTÆ MARIÆ IN VIA *lata Diac. Card. Apostolicæ sedis legato. Vt quicunque beneficia in Archiepiscopatu Eboracensi contra Archiepiscopi Voluntatem acceperunt, destituantur.*

QVia diuersitatem corporum diuersitas sæpè sequitur animorum, ne plenitudo ecclesiasticæ iurisdictionis in plures dispensata vilesceret, sed in vno potius collata vigeret, apostolicæ sedi Dominus in Beato Petro vniuersarum ecclesiarum, & cunctorum Christi fidelium magisterium contulit, & primatum: quę retenta sibi plenitudine potestatis, ad implendum laudabilius officium pastorale, quod omnibus eam constituit debitricem, multos in partem solicitudinis euocauit, sic suum dispensans onus, & honorem in alios, vt nihil suo iuri subtraheret, nec iurisdictionem suam in aliquo minoraret. Cum autem ex susceptæ auctoritatis officio singulis tanquam singulorum mater iusta petentibus iustitiam nec possit, nec debeat denegare: cum iustitia, & iudicium sit præparatio sedis eius: nos qui ad eius regimen sum⁹

(licet

(licet insufficientes) assumpti, fratribus, & Coepiscopis nostris ad nos clamantibus non possumus in iustitia non adesse, aut quod iustè postulauerint nõ audire: ne si forsan circa exhibendum eis iustitiam fuerimus inuenti remissi, ipsi quoque negligentes inueniantur in reddendis iuribus subditorum, & cõmissam sibi, nostræ solicitudinis partẽ minus laudabiliter exequantur, si (quod absit) nos viderint vel declinare à iure, vel non audire iustitiam postulantes. Hac autem ratione diligenter inducti, venientem ad Apostolicam sedem venerab. fratrem nostrum G. Eboracen. Archiepi. benignè recepimus, & multiplices eius curauim⁹ querelas audire. Conquerebatur autem inter cætera, quod cùm ad eum in Ebora cen. ecclesia, & in alijs ecclesijs suis collatio pertineat præbendarum, tempore suspensionis ipsius, & postmodum ẽt quidam se præter eius auctoritatem in ipsas intruserant: & in hoc & alijs iuri sui non modicum derogarant. Quidam etiam in quasdam Abbatias, diœcesis Eboracẽ. post interpositam ad nos appellationem irrepserant. qui ab eo nec confirmationis munus nec benedictionis gratiam postularunt. Volentes igitur eidem Archiepiscopo per tuæ solicitudinis industriã, prouideri de fratrum nostrorum consilio, discretioni tuæ per apostolica scripta districtè præcipiendo mandamus, quatenus eos, qui præbẽdas, vel dignitates Ebo racen. ecclesiæ, vel aliarum ecclesiarum ad donationem eius spectantes, præter auctoritatem acceperunt ipsius, ad eas re signandas moneas diligentius, & inducas cum eas non possint salua conscientia detinere. Quod si monitis tuis acquiescere fortè noluerint, eos ad id per excõi cationis sententiam, & subtractionem aliorum beneficiorum suorum, non obstante confirmatione à sede Apostolica obtenta sub forma cõi: quæ cõfirmat beneficia, & præbendas, sicut iustè, ac pacificè possidentur appellatione remota cõpellas: nisi forsan aliqui præbendas ipsas vel ex speciali mandato apostolicę sedis, vel auctoritate Lateran. concilij ab Eboracen. capitulo sunt adepti: sic tamen vt tempus suspensionis in sex mẽsibus nullatenus computetur: cùm illa Lateran. concilij constitutio contra negligentes tantum, & desides fuerit promulgata, & tunc si voluerit non tamen valuerit Archiepi. ipse in conferendis præbendis vti propria potestate à qua, & si fuerit sua culpa suspensus, non tamen ad ipsũ cap. ex illa culpa præbendarum erat donatio deuoluta, sed ad illum tempore suspensionis ipsius præbendarum donatio pertinebat: qui præter eius negligentiam, & desidiam poterat præbendas donare. Tẽpus etiam quo ad apostolicam sedem accessit, apud illam permansit, vel recessit ab ipsa infrà sex menses nullatenus computatur. Semestre quoque tempus non à tempore vacationis præbendarum, sed notitiæ potius ipsius Archiepi. & commonitionis ad personam eius à capitulo factę: cùm in priuilegio quod a prædecessore nostro idem capitulum dicitur impetrasse, fiat mentio de commonitione canonica præmittenda, volumus computari. Illud autem omnino friuolum reputamus, si qui fortè se dicant ex donatione regia quasdam ex illis obtinuisse prębendis, quasi regalis sublimitas tempore suspensionis Archiepiscopi præbendas ipsas sua potuerit auctoritate conferre. Abbates autem prædictos si post appellationem ad nos legitimè interpositam confirmationis, & benedictionis beneficium susceperunt, canonicè punias: ne alij eorum exemplo contra prælatos suos supercilium elationis assumant.

Datum vt suprà.

N. ABBATI SANCTI ANdreæ, quod qui viui absolutionem desiderauerunt, sed morte præuenti eam non acceperunt, post mortem absolui ab ecclesia possint.

A Nobis est sæpe quæsitum, vtrùm si aliquis excõicatus, in quo indicia fuerint pœnitentiæ manifesta, nec p eum steterit, quominus recouciliarẽ ecclesiasticæ vnitati, nõ suscepto beneficio absolutionis decesserit, ꝑ absoluto ab ecclesia sit habendus: & vtrũ ꝑ tali recipiẽda fit

Cap. à nobis, de sententia excõi. cat.

eleemosina, & à fidelibus sit orandum. Vt aũt quod intẽdimus per suppositionem exempli apertius exprimamus, quidam presby. & canonic⁹ regularis, sicut per tuas nobis literas intimasti, cùm publica laboraret infamia, ꝙ ad quãdã cõiugatam accederet, maritus mulieris, & consanguinei eius in eũ manus iniecerũt temerè violẽtas: pp quod per Eũm denunciati sunt excõicationis sententiæ subiacere. Verùm ipsi postmodũ ad eũdem Eũm accedentes, præstito in manus eius quod parerent iudicio ecclesię corporaliter iuramento, in mandatis receperũt ab ipso, ꝙ pp hoc apostolico se conspectui præsentarent. Cumque vn⁹ illorum se ad iter accingeret veniendi, à quibusdam suis æmulis est peremptus, & extra cœmiterium ecclesiæ tumulatus. Et licet contra interfectores amici, & consanguinei interfecti grauiter sint commoti, eis tñ omnem rãcorem remitterent, & offensam, dummodo, interfecti cadauer traderetur ecclesiasticæ sepulturæ. Videretur igitur forsan in hoc casu quibusdam, q̃d eũ Sacramentũ non necessitatis articulus, sed contemptus religionis excludat, & iudiciũ ecclesiæ diuinum debebat iudicium imitari, cùm ẽt in interfecto prædicto manifesta pœnitentiæ signa præcesserint: & pp hoc absolutus apud Deum esse credatur: absolutus ẽt ab ecclesia sit habẽdus. Sed è cõtrario cùm ex sola culpa ligetur quis quo ad Deum apud triumphantem ecclesiã, ex sola verò sñia ligetur, quo ad hominem apud ecclesiam militantem: q̃n vinculum culpæ remittitur, absoluitur apud eũ, sed apud hoĩes nõ absoluitur, nisi q̃n vinculum sententiæ relaxatur. Alioquin ecclesiæ absolutio nullatenus necessãria videretur, si in sola cordis contritione, præter sacerdotale officium rigor relaxaretur ecclesiasticæ disciplinæ. Nos igitur consultationi tuæ de cõi fratrũ cõsilio breuiter respondemus, ꝙ iudicium Dei veritati, quę nec fallit, nec fallitur, semper innititur: iudicium aũt ecclesiæ nonnunquam opinionem persequitur: quam & fallere sæpe contingit & falli: pp quod contingit interdum, vt qui ligatus est apud Deum, apud eccl. sit solutus: & qui liber est apud Deũ, eccl. sit sententia innodatus. Vinculum ergo, quo peccator ligatus est apud Deũ, in culpæ remissione dissoluitur. Illud autem, quo ligatus est apud ecclesiam cũ sententia remittitur, relaxatur: quod in suscitatione Lazari sermo Euangelicus manifestat: quem prius Dominus suscitauit, & apostolis præcipit postmodum soluere suscitatum. Vnde quantumcunque prædictus se iuramento præstito, ꝙ ecclesiæ mandato pareret, humiliare curauerit, quantæcunque in eo pœnitentiæ signa præcesserint, quia tamen morte preuentus absolutionis non potuit beneficium obtinere: quamuis apud Deum absolutus fuisse credatur, nondum tamen apud ecclesiam habendus est absolutus. Potest tamen, & debet ei ecclesiæ beneficio subueniri: scilicet, vt cum de ipsius viuentis pœnitentia per euidentia signa constiterit, defuncto ẽt absolutionis beneficium impendatur. Nec obstat quòd ecclesiæ legitur attributa potestas ligandi, & soluendi homines super terram, tanquam non possit soluere, & ligare sub terra sepultos, & quod legitur, ne cõmunicetur mortuo, cui non est communicatum, & viuo: cũ & si communicatum non fuerit, communicandum tamen illi fuisset, quem nõ contẽptus religionis, sed necessitatis articulus impediuit: & in certis casib. à canonibus denotatis, ligasse legatur ecclesia mortuos, & soluisse. Vt autem in vno pariter eodemque negocio, & seruemus rigorem, & mansuetudinem ostendamus, statuimus, vt illius mortui absolutio à sede apostolica requiratur: qui cùm viueret ab Apostolica sede fuerat absoluendus. Aliorum autem absolutionem ex præmissa causa cæteris indulgemus, à quibus cùm viuerent, fuerant absoluendi: Absolutionis autem forma seruetur, vt fiat cum pœnitentiali Psalmo, & tam oratione Dominica quàm alia consueta. Hæredes tamen ipsius ad satisfaciendum pro ipso, si commonitione præmissa noluerint, per districtionem ecclesiasticam compellantur.

Datum Lateran. II. nonas Maij.

NOBILI

NOBILI VIRO L. DE MONTE longo Consobrino nostro. vt inuentum thesaurum conseruet donec Pontifex suam voluntatem declaret.

CVm gratiam nostram, quam tibi potes cognoscere multipliciter fructuosam, vniuersis debeas hominibus anteferre, & neminē quantum pſonam nostram diligere, & vereri, de discretione tua cogimur admirari: qꝑ, sicut dilectus filius G. aurifex Alatrinus in nostra præsentia constitutus asseruit, tu ab eo xj. libras argenti puri, quas filij sui in dotem receperant à quodam homine Montis S. Ioannis, qui thesaurum inuenisse proponitur, abstulisti, & permisisti eum ab alijs taliter molestari, qꝑ coactus est iiij. marchas, & vnam vnciam nūcio dilecti filij nobilis viri Ioannis de Cettan. persoluere, ac totidem marchas Pelagio Alatrin. Mathęo Adenulphi, & Philippo vnam libram, & decem vncias: decem ēt, & nouem vncias cōsuli Alatrin. cùm ignorare non debeas, qꝑ sic inuentꝰ thesaurus dispositioni nostræ debuit reseruari. Inde est, qꝑ discretioni tuæ sub obtentu gratiæ nostræ præcipiendo mandamus, quatenus omni mora, & excusatione postpositis, argentum prædictum qualitercumq; expensum sit, studeas rehabere, ipsumque reserues fideliter, donec nostræ recipias beneplacitum voluntatis. Illos aūt, qui argentum ipsum, habuisse noscuntur, nisi tibi celerius curauerint resignare, auctoritate nostra confidens, & eorum prēsumptionem cum fidelibus studeas, sicut conuenit, castigare: quia sic nostra iurisdictio deperiret, si in patrimonio ecclesiæ, quod nostrum est, alij, præsumptione qualibet occuparent. Illos ēt, qui thesaurum inuenisse noscuntur, ad assignandum illum dispositioni nostræ, quanta potes districtione, compellas: eis ex parte nostra promittens, qꝑ si paruerint humiliter, & deuote, congruè sibi prouidere,

Datum Lat. V. idus Maij.

N. SENONEN. ARCHIEPI scopo, vt Decanus Niuernensis de hæresi suspectus se purgare eāq; abiurare cogat.

INter solicitudines nostras illa debet esse præcipua, vt capiamus vulpeculas, quæ moliuntur vineam domini demoliri, species quidem habentes diuersas, sed caudas admodum colligatas, quia de vanitate conueniunt idipsum. Hi sūt namque caupones, qui aquam vino cō miscent: qui virus draconis in aureo calice Babylonis propinant: qui (iuxta verbum Proph.) Arcum rem amaram intendunt, vt sagittent innoxios in occultis: quorum error serpit vt cancer: ita quòd nisi botrus in flore lædatur, fructum nō solum amarum, sed ēt pestiferum germinabit. Hoc Apost. egregius prędicator in epist. sua prophetico sermone ne describit, & docet omnimodis cuitandos. Cōtra quos sacerdotes tubis argenteis clangere debent, vt conclamante populo arca fœderis prędcēte, muri corruant Hierico, quæ iam fuerat perpetuo anathemate cōdemnata: ita qꝑ siquis ex ea vel regulam auream furari prēsumpserit, cum Achor filio Charmi lapidibus obruatur. Tu ergo sicut vir prouidus, & discretus veri pastoris adīples officiū, & sup grege tibi cōmisso purè, ac plenè solicitudinem pastoralem exerces, dū & legē Christi zelaris, & hæreticorū impugnans erroꝛē, in fautores ipsorū exeris gladiū canonicæ vltionis. Vigillās. n. vigillas super gregetuo, ne relicto veri pastoris ouili, qđ est vnū, oues aberrent post vestigia gregum, qui nō sunt ex eo, temerè abeūtes: vel ne lupꝰ eas rapiat, & dispergat, quas veritas ī eodē ouili sub vno pastore fidei catholicæ couiuit. Inter ēcipuos quidē vineę domini Sabbahot agricolas deputatus, vulpeculas, quas descripsimus, nō pateris eiꝰ speciē demoliri, sed eas vel capere potius satagis, vel fugare. Sanè sicut ex literis tuæ fraternitatis accepimꝰ, cū ad preces vener. frīs nri Altisiodorē. Epi ad vilā, q̄ Charitas dr, acceſſisſes, p̄sentibꝰ eodē & venerabilib. frib⁹ nrīs Niuernē. & Meldē. Epīs, ī vnū feciſti eiusdē villæ populū cōgregari: vbi de hrūcis, & corū dogmatibus inquisitione diligenti habita inter alios, quos sup hæretica prauitate repisti publicè infamatos, Decanum Niuernen. cōi didicisti opinione grauari, & in eo, & per eū non modicū fuisse scandalum

Cap. Inter solicitudines, extra de purgatione canon. ca.

catholicorum animis declaratum. Vnde propter vehementem infamiam, & grauе ſcandalum ipſum ab officio, & beneficio ſuſpendiſti: apud Altiſiodorum ei diē certum aſſignās, quo tuo ſe conſpectui præſentaret, ab obiecto crimine defenſurum. Cumque ſtatuto termino ad tuam p̄ſentiam acceſſiſſet, p̄ſentibus dictis Altiſiodorē. & Niuernen. Epiſcopis, ac pluribus in vtroque iure peritis, cum certus accuſator cōtra eum minimè cōpareret, tu ex officio tuo teſtes tā ꝓ ipſo, q̄ cōtra ipſum recipi, ac diligēter examinari feciſti, & atteſtationes ēt publicari. Cumque poſtmodum ſe non ad cō ceſſum ei diem, tuo ſe conſpectui p̄sētaſſet, cum facultatē ei liberā indulſiſſes, ī teſtes, ac eorum dicta dicendi, ac proponendi ſuas in medium rationes, quibuſdam propoſitis probationibus, & allegationibus tandem renunciāſt. ſuam poſtulauit. Tu verò cum venerab. fratr. noſtris Trecen. ac dictis Altiſiodoren. & Niuernen. Epiſcopis ſecedens in vnum, inſpectis atteſtationibus diligenter, & adhibito plurium conſilio ſapientū, qa crimen cōtra eū liquido ꝓbatum non erat, ipſum nō duxiſti de hæreſi condemnādum. Verùm q̄m ex dictis teſtium multa erat p̄ſumptio cōtra eum, vtpote cùm eſſet manifeſtè ꝓbatū, eū familiaritatem hæreticorū nō ſolum habuiſſe, ſed ēt captaſſe ſciēter, cū publica ēt laboraret infamia, & tantum ſuſcitatū eſſet ſcādalū cōtra ipſum, ꝙ nō poſſet canonica purgatione deleri, nec ipſum abſoluere: nec purgationem, quam obtulerat ab initio, & tūc ēt offerebat, recipere voluiſti, ſed ipſum cum literis tuis ad ſedem duxiſti Apoſtolicam deſtinādum: intelligens ꝙ ex conceſſa nobis plenitudine poteſtatis, citra pœnam canonicam diſpenſare poſſimus, & vltra eam rigorem ſeueritatis augere. Cæterū ei poſtmodū in noſtra p̄ſentia cōſtituto, cōem audiētiā in cōſiſtorio noſtro conceſſimus. vbi ſe multipliciter nixus eſt excuſare: illud p̄ſertim allegans, ꝙ cū nō appareāt accuſatore legitimo purgationem offerret, teſtes cōtra eū nō fuerāt aliquaten⁹ admittendi. Nos igitur literarū ſcientiam, & honeſtatē morū in te pariter attendētes, licet eccleſiaſtica cōſtitutio tales officio tāt̄ vſq; ad purgationē canonicā deceat ſuſpēdēdos: qd̄ tñ ēt eū à bñficio ꝓp immanitatē criminis (vt credim⁹) ſuſpēdiſti, nolum⁹ improbare: nec illud ēt ꝓp cām improbam⁹ eādē, qd̄ licet null⁹ contra eū legitimus accuſator cōpareret, ad detegēdā tñ hui⁹ mortiferæ peſtis, immò peſtiferæ mortis radicē, ex officio tuo fama publica deſerēte, voluiſti plenius inquirere veritatē. Attēdentes autem vulgatā infamiā, graue ſcandalū, & vehemētem ſuſpitionem ex teſtium dictis abortam, q̄ cōtra eūdē Decanū facere videbātur, cū ꝓp eorū qdlibet ei eſſet purgatio iniūgenda, & ſeruātes, & molliētes rigorem, de conſilio fratrū nr̄orū Archiep. ēt & Epor̄ū apud ſedē Apoſtol. exiſtentiū, purgationē quartædecimæ man⁹ ſui ordinis ei duximus indicēdā. Ipsū igitur ad te cum literis apoſtolicis remittētes, vt ibi purgetur, vbi noſcitur infamatus, fraternitati tuæ p̄ Apoſtolica ſcripta mādamus, quatenus aſcitis tecum dicto Niuernen. & venerabili fratre nr̄o Pariſien. Epiſcopis, indictā ei à nobis purgationē accipias. Ita tñ vt qui ad ei⁹ purgationē ꝓceſſerīt cōprobādā, ſint fide catholici, vita ꝓbati: q̄ cōuerſatione, & vitam ipſius, nō tā moderno tpe nouerint, q̄ tā facto. Purgatione verò recepta bñficiū ei reſtituere nō poſtponas, nec cogatur in cleri opprobrium mendicare. In pœnam autem familiaritatis illi⁹, quā cum hæreticis ſcienter habuiſſe dignoſcitur, eum ab officio volumus manere ſuſpenſum, donec ſcandalum ſopiatur: ita tñ vt publicè familiaritatem hæreticorum abiuret. Præcipias inſuper ipſi diſtrictè, vt in prædicta, & alijs villis circūpoſitis ꝓfiteatur, & prædicet fidē catholicā, ac confundat, & deteſtetur hæreticam prauitatem: ſic deinceps vitam ſuam bonis adornans operibus, vt infamia conuertatur in famā, & omne ſcandalum, & ſuſpitio de catholicorum mentibus deleatur. Quod ſi forſan in purgatione defecerit, eum eccleſiaſticæ diſtrictionis mucrone percellas: & ab officio, beneficioq̄ depoſitum ad agendam pœnitentiā ī arctū monaſteriū retrudere ñ omittas.

Datum Lat. nonis Maij.

N. OXO-

N. OXOMEN. EPISCOPO. QVA Reformationem monasteriorum ab ipso introductam Pontifex approbat.

ORdinem religionis plantare, ac fouere plantatum, ex officij nostri debito ꝓuocamur: & sic religiosis locis apostolicum nos cõuenit ꝑbere patrocinij, & fauorem, ꝙ sub regimine, ac gubernatione nr̃a assiduis ꝓficere valeãt incrementis. Intelleximus equidem p scriptum authenticum sigillo tuo, & venerabilis fratris nostri Toletã. Archiepiscopi cõmunitum, ꝙ tu de cõi consensu totius Cap. Oxomen. auctoritate p̃fati Archiepiscopi, consensu ẽt, & consilio chariss. in Chr̃o filij nostri A. regis illustris Castellæ deliberatione prouida statuisti, vt secũdũ p̃ceptum felicis record. Alex. & Lucij Rom. Pont. in Oxomen. ecclesia sint de cætero canonici regulares: nec aliquis in portionariũ, vel sæcularem canonicum recipiatur, deinceps ĩ eadem: q̃dam ẽt alia Cap. statuisti, q̃ in eodem scripto pspeximus cõtineri. Volẽtes igitur, ꝙ à te videtur pia deliberatione statutum, debita firmitate gauderet, constitutiones ipsas, quas possemus restitutiones potius nominare, cum à longis retrò tẽporibus hoc ipsum de Oxomen. ecclesia fuerit (sicut asseris) à Ro. Pontificibus ordinatũ, sicut ipsæ à te rationabiliter factæ sunt, & à tuo receptæ Cap. auctoritate apost. cõfirmamus, & præsentis scripti pagina cõmunimus. Nulli ergo &c.

Datum Lateran. V. idus Maij.

OXOMEN. EPISCOPO. CONcubinarij publici puniantur clanculariis indicatur purgatio.

Cap. Tua nos de cohabitatione clericorum & mulierum.

TVa nos duxit fraternitas cõsulendos, si de clericis publicè concubinas habentibus, qui q̃n conueniuntur à te se esse concubinarios diffitentur, nec apparet contra eos legitimus accusator, credendum sit testimonio bonorum virorum, ĩter quos viuere dignoscuntur. Nos igitur consultationi tuæ taliter respondemus, ꝙ si crimen eorum ita publicũ est, vt merito debeat appellari notorium, in eo casu nec accusator, nec testis est necessarius, cum huiusmodi crimen nulla possit tergiuersatione cælari. Si verò publicũ est, nõ ex euidentia, sed ex fama, in eo casu ad cõdemnationem eorũ sola testimonia non sufficiũt: cum non sit testimoniis, sed testibus iudicandum. Sed si de clericis illis talis habeatur suspitio, vt ex ea scandalum in populo generetur, licet contra ipsos nõ apparuerit accusator, tu tñ eis canonicã pores purgationẽ indicere: q̃ si prẽstare noluerint, vel defecerint in p̃standa, eos canonica poteris aĩaduersione punire.

Datum Lateran. V. idus Maij.

N. VRATIZLAVIEN. EPIscopo. Quatenus excommunicati sint laici, qui clericis violentas manus iniçiunt, & cum excommunicatis communicant.

Ca. Nu per de sentẽ. excõmunicæ tum.

NVper à nobis tua fraternitas requisiuit, quid sit de illis laicis sentiendum, qui clericos violenter sine læsione tamen in custodia detinent publica, vel priuata, vel etiam detrudunt in vincula, vtrũ in canonem sententiæ latę incidãt, vt ipso facto sint vinculo excommunicationis innodati, sicut illi, qui manꝰ in clericos iniçiunt temerè violentas: & vtrum qui nominatim excommunicatis scienter communicant, absolui ab excommunicatione possint, per confessionem à simplici sacerdote, vel Episcopi, seu Archipresbyteri sit ab eis absolutio expetenda: & si post actam pœnitentiam cum illis valeas dispensare, qui & si bigami de iure non sunt, de facto saltem bigami nominantur: eo quòd in sacris ordinibus constituti more nuptiali, secundas in contubernium sibi mulierculas adiunxerunt. Nos igitur inquisitioni tuæ taliter duximus ex ordine respondendum, quòd in primo consultationis articulo non credimus laicos pœnam excommunicationis euadere, quamuis eorum factum corporalis læsio non fuerit subsecuta: citra quam violentiam sæpius circa clericos nequiter perpetratur. In secunda verò quæstione credimus distinguendum, an is, qui nominatim excommunica-

to scienter communicat, in crimine communicet criminoso, ei cõsilium impendendo, auxilium, vel fauorem, aut aliàs in oratione, vel osculo, vel orando secum, aut & comedendo. In primo quidem articulo cùm talis & cõicet crimini, & participet criminoso, ac per hoc, ratione damnati criminis videatur in eũ delinquere, qui damnauit, ab eo vel eius superiore merito delicti tunc erit absolutio requirenda: cùm iuxta canonicas sanctiones facientes, & consentientes pari pœna constringat. In secundo verò casu, à suo Epo, vel proprio sacerdote poterit absolutionis beneficium obtinere. Quamuis enim & tunc non iudicis, sed iuris sententia excõicato cõicans sit ligatus: quia tñ conditor canonum solutionem eius sibi specialiter non retinuit eo ipso concessisse videtur facultatem aliis relaxandi. Is aũt, qui iuxta primũ modum excõicato cõicat, cum iuramento debet absolui. Qui verò iuxta secundum modum illi participat, reconciliari poterit sine iuratoria cautione. Vertũ si difficilè sit ex aliqua iusta causa, quòd ad ipsum excõicatorem absoluendus accedat, concedimus indulgendo, vt præstita iuxta formam ecclesiæ cautione, ꝙ excõicatoris mãdato parebit, à suo absoluatur Epo, vel proprio sacerdote. Tertius, & vltimus in quisitionis articulus videbatur habere nõ modicum quæstionis: qm̃, cũ in matrimonijs contrahẽdis nõ iuris affectus, sed animi destinatio attendatur: vnde illum comitatur infamia, qui duas simul habet vxores, quod partim ad factum conuenit retorqueri, sicut & ꝙ in canone legitur de presbytero, qui non legalibus nuptijs detinetur, eadem censura tales inter bigamos videntur reputandi: licet obuiet ex aduerso, ꝙ opinioni sit veritas præferenda, & ꝙ iuxta prẽmissa, qui nullam vxorem habuit, foret bigamus reputãdus: quod contingeret si quis de facto contraheret cum diuersis, quibus de iure non posset matrimonialiter copulari. Nos autem in hac quæstione taliter respondemus, ꝙ cum huiusmodi clericis, qui quantũ in ipsis fuit, secundas sibi mulieres matrimonialiter coniunxerunt, tanquam cum bigamis non liceat dispensari: licet in veritate bigami non existant, non propter Sacramenti defectum, sed propter affectum intentionis cum opere subsecuto.

Datum Later. XVII. Cal. Iunij.

HISP. DECANO TOLETANO. Qua Decanatũ Toletanũ ipsi confert.

SAcrosãcta Romana ecclesia &c. vsq; ad verbum Suscipimus. Specialiter autem Decanatus Toletanæ ecclesiæ, sicut illum iustè possides, & quietè, deuotioni tuæ auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus. Statuentes, vt si te in aliquo grauari præsenseris, liberè tibi liceat sedem apostolicam appellare. Decernim' ergo &c.

Datum Lat. XVI. Cal. Iunij.

HISP. ARCHIDIACONO DE Colera, qua Cardinalis collationem super Archidiaconatu confirmat.

CVm à nobis petitur &c. vsque ad verbum Assensu. Archidiaconatũ De colera, quem in Segobien. ecclesia dilectus filius G. Sancti Angeli Diaconus Cardinalis dum in partibus Hispaniæ legationis fungeretur officio, cum omni iure, ac pertinentijs suis tuæ tibi contulit intuitu probitatis, sicut illum iuste possides, & quieti, & in eiusdem Card. authentico continetur, deuotioni tuæ auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus. Nulli ergo &c.

Datum Late. XVI. Cal. Iunij.

IOANNI ABBATI SANCTI Michaelis Villæ maioris, eiusque fratribus præsentibus quàm futuris regularem vitam professis in perpetuum. De priuilegiorum suorum confirmatione.

REligiosam vitam eligentibus, &c. vsque ad verbum ordo canonicus, qui

qui secundum Deum, & Beati Augustini regulam atque institutionem Præmonstraten. fratrum in eodem loco, &c. vsque ad verbum Vocabulis. Locum ipsum in quo dicta ecclesia sita est, cum omnibus pertinentijs suis, videlicet Rodam cum omnibus pert. suis. Ecclesiam Sancti Ioannis cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam Sancti Cypriani de patella, cum omnibus pert. suis. & ius, quod habetis in Mafallos. Ius quod habetis in ecclesia Alba. Ecclesiã Sãcti Pauli cum pert. suis, & ecclesiam Sancti Clementis, cum villa quæ dr de Fabar, & ecclesiam Sancti Stephani de ques. Ecclesiam Sanctæ Mariæ de spinosa cũ pert. suis. Ius quod habetis in villa, q̃ dr Sorita, & ius quod habetis in flumine, quod dr Pizorga. Sanè laborum vestrorũ &c. Licet quoq; vobis, &c. Prohibemus insuper vt nulli fratrum, &c. Ad hæc ẽt inhibemus, ne cui Episcopo, &c. Cum autem generale interdictum, &c. Chrisma vero, &c. Prohibemus insuper, vt infra fines, &c. Ad hæc nouas &c. Sepulturam quoq;, &c. Obeũte vero, &c. Decernimus ergo, &c. Salua sedis apostolicæ auctoritate, & diœcesani Episco. canonica iustitia. Si qua igitur, &c.

Datum Lateran. per manum Rainaldi domini Papæ notarij cancellarij vicẽ agentis. XIII. Cal. Iunij, indictione secunda, incarnationis Dominicæ anno. MCXCIX. Pont. vero domini Innocentij Papæ tertij anno secundo.

N. EPISCOPO ABVLENSI. VT Sarraceni de bonis, quæ a Christianis ad colendum receperunt, ecclesiæ parochiali decimas soluant.

EX parte dilectorum filiorum Capituli Abulensis fuit in audientia nostra querimonia recitata, quòd cum homines tuæ diœcesis in castris, & in ipsa ciuitate morantes, de tribus partibus frugum totius agriculturæ suæ, molendinorum etiã, & hortorũ, & ruricolæ de quarta parte parochialibus ecclesiis, à quibus ecclesiastica p̃cipiunt sacramenta, decimas soluere teneantur, licet mini stri ecclesiarum ipsarum ferè nullos habeant redditus p̃ter decimas, vnde valeãt sustentari: domini prædictorum hortorum, & molendinorum ipsa tradunt Sarracenis in graue detrimentum ecclesiarum, & præiudicium excolenda: qui nolunt ecclesiis, sicut olim Christiani solebant, freti potentia, & fauore illorum, à quibus illis excolenda tradũtur, decimas exhibere. Volentes igitur ipsis ecclesiis, & earum ministris super hoc, prout conuenit, prouidere, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus nisi Sarraceni illi ad commonitionem tuam cum ea integritate, qua christiani solebant, prædictas decimas ecclesiis voluerint exhibere, eis facias communionem à christianis super mercimoniis rerum venalium, & aliis penitus denegari: Christianos illos, qui talibus contra formam mandati apostolici communicare præsumpserint, à sua præsumptione per censuram ecclesiasticam appellatione remota compescens.

Datum Lateran. XII. Cal. Iunij.

N. LINCOLNIEN. ET N. Elien. Episcopis. Et N. Abbati Sancti Edmundi. Vt controuersiam inter Archiepiscopum Cantuariẽsem & monasterium ibidem componere studeant.

INter venerab. fratrem nostrum Archiepiscopum, & prædecessores eius ex vna parte, ac dilectos filios Priores, & monachos Cantuarien. ex altera super quibusdam capellis, quas ipsi Archiepiscopi laborarunt in præiudicium partis alterius, sicut monachi proponebant, iandudum grandis, & grauis quæstio pullulauit, pro qua p̃decessores nostros, & nos ipsos sæpius oportuit apostolicas literas destinare. Verũ cũ in ipso negocio, auct. litterarũ nostrarum vsq; adeò p̃cessum sit, vt capella de Lamech diruta sit penitus, & consumpta, p̃fatus Archiepiscopus p̃decessorum suorum volens laudabile p̃positum adimplere, capellam ad honorem glorioſorum martyrum Stephani, & Thomæ, in qua canonicos prebendarios

darios instituerent, de nouo fundare volebat de nra licentia speciali: q̃ sibi per nuncios & procur. suos de cõi iure competere asserebat, contradictione partis alterius non obstante. Cuius indemnitati per idoneam, & sufficientem cautionem poterat prouideri: sed neq; per demolitionẽ capellæ præfatæ de Lamech suum dicebat desiderium retardandum cuius opus ea potissimum rõne fuerat condemnatũ, quòd post denunciationẽ noui operis inhibitionem prædecessorũ nostrum, & appellationẽ ad sedẽ Apost. interpositam fuerat attentatum. Cæterùm pro monachis fuit propositum ex aduerso, q̃ cum mandatum nr̃m ad ipsum Archiepiscopum, & vos directum, circa Exeniorum ecclesiarum, & aliorũ restitutionem adhuc non fuerit adimpletum, nec sopitum scandalum ex ea cã subortum: nec constaret adhuc de præiudicio in posterum auferendo, eadem contradictionis causa durante, non erat præfati Archiepiscopi petitio admittenda. Cùm aũt hæc, & similia fuissẽt vtrinque in nr̃o auditorio allegata, nos volẽtes vtriq; partium pastorali solicitudine prouidere, de cõi fratrum nr̃orum consilio cãm eandem sub ea forma vobis duximus committendam: vt ante oĩa inter ipsos amicabiliter componere laboretis. Quòd si fortè desuper datam non fuerit, vos facta prius restitutione plenaria monachis memoratis eorum quæ ob hanc causam fuere subtracta, iniquitatis super his, quæ præmisimus remoto appellationis obstaculo plenius veritatem, & si de partium voluntate processerit, ad diffinitiuam sententiam procedatis: facientes q̃ decreueritis per censurã ecclesiasticam à partibus inuiolabiliter obseruari. Alioquin gesta omnia in scriptis fideliter redigentes ad nos ea sub litterarum uestrarum testimonio transmittatis: diem assignantes partibus competentem, quo recepturæ snĩam nostro se conspectui repræsentent: ad quem si qua earum venire contempserit, nos nihilominus in causa ipsa quantum de iure poterimus, procedemus. Ad hæc volumus, & mandamus, vt ad locũ ipsum pariter accedentes super statu Cantuarien. ecclesiæ tam interiori quàm exteriori inquiratis, appellatione remota, plenius veritatẽ: & quicquid super his inueneritis, nobis fideliter intimetis, vt per relationem vestrã certiores effecti, quod statuendũ fuerit, statuamus. Nullis literis obstantibus, præter assensum partium, &c. Quòd si oẽs &c. Duo, &c. Datum Lateran. XIIII. Cal. Iunij.

M. ABBATI, ET CONVENTVI de Certesia vt decimas quas hactenus possederunt iure posthac retineant.

CVm à nobis petitur, &c. vsque ad verbum Assensu. Decimas de Certesies de Eggeh. de Torp. & de Chabehan. ad opera vestri monast. deputatas, sicut eas iustè, ac sine controuersia possidetis, auctoritate vobis Apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina cõmunimus. Decernimus ergo, &c.

Dat. Lateran. VIII. Cal. Iunij.

EISDEM. QVOD DE NOVALibus quæ ipsi proprijs manibus sumptibusq; colunt, decimas soluere non teneantur.

EX pastoralis officij debito prouocamur, religiosam vitam eligentibus Apostolicum, &c. Ea propter dilecti in domino filij, &c. vsque ad verb. Suscipimus. Ad hæc vt deuotius pijs operibus insistatis, vobis auctoritate præsentium indulgemus, vt non liceat alicui in vos, vel in monasterium vestrum sine manifesta, & rationabili causa excommunicationis, aut interdicti sententiam promulgare. De noualibus verò quæ proprijs manibus, aut sumptibus colitis, aut de vestrorum animalium nutrimentis, siue de hortis, & virgultis, aut piscationibus vestris, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præsumat, sed eas eleemosynæ, aut pauperibus monasterij vestri, iuxta quòd tu fili Abbas postulasti à nobis, præcepimus assignari. Decernimus ergo, &c.

Datum vt suprà.

VGONI

VGONI ABBATI MONASTERII Sancti Petri de Insula Arben. eiusq; fratribus tam præsentibus quàm futuris monasticam vitam professis in perpetuũ. De confirmatione ipsorum priuilegiorum.

PIæ postulatio voluntatis, &c. vsque ad verbum Ordo monasticus, qui secundum Deũ, & Beati Benedicti regulam, &c. vsque ad verbum Vocabulis. Locum ipsum in quo p̃fata ecclesia sita est, cũ omnibus p̃tinentiis, & appẽdiciis suis, & terminis, qui sic distinguuntur. Primitus à capite maceriæ à monte vsq; ad riuum descendendo, p̃ riuum vsque ad mare, & per mare ad molendina, & ascendendo p̃ montis verticẽ, & eundo per illum vsq; in priora confinia. Ecclesiam Sancti Cypriani cum pertinẽtijs, & appenditiis suis, & terminis, qui sic distinguuntur. Aualle obscura vsq; in vallem de Frasinu, alię tres partes mare circũdant, vna cum manmena omnibusq; scopulis: ad istud promontoriũ, subiacentia, & valles q̃ sunt apud Sanctũ Cyprianum, & aliæ q̃ sunt apud Sanctum Petrum: inter quas salinæ vestræ, & piscariæ consistunt. Sanè noualiũ &c. Liceat quoq;, &c. Prohibem⁹ insuper, &c. Cum aũt generale, &c. Sepulturam quoque, &c. Salua tamen &c. Obeunte vero, &c. Libertates, &c. Decernimus, &c. Salua ap̃l̃ę sedis auctoritate, & dioœsani Ep̃i canonica iustitia. Si qua igit̃, &c.

Datum Lateranen. per manum Rainaldi domini Papæ notarij cãcellarij vicem agentis VIII. Cal. Iunij indictione secunda, incarnationis dominicæ Anno MCXCIX. Pontificatus vero Domini Innocentij Papæ tertij Anno secundo.

N. COMPOSTELLANO Archiepiscopo, & Vniuersis Episcopis in regno Legionen. constitutis. Vt per excommunicationis & interdicti sententiam Rex Legionis & regis Castellæ filia, in gradu prohibito copulati, separentur.

ET si necesse sit, vt scandala veniant, væ tamen est homini illi per quem scandalum venit. Quot enim turbationes, & scandala diebus nostris orbi superueneriat vniuerso, hodiè plus experimur in facto, quàm scriptum reperiamus in libro. Necesse est autem, vt veniant scandala, non solum scilicet ineuitabile, sed & vtile: quoniam in quo defi cit malus, proficit bonus, & aurum in fornace probatur. Inter cætera vero, in quibus scãdalizatur hodie populus christianus, præcipuum est persecutio paganorum: quę tam in oriente, quàm in occidente peccatis exigentibus inualuit vltra modum, contra quam vtrobiq; simile quodammodo putauerũt remedium inuenire: sed quia Deum ante suum nõ proposuere conspectum, quod inuentũ est in remedium, in periculum est conuersum. Sanè in oriente vna duobus fuit incestuosè coniuncta, in occidente vero vnus sibi duas præsumpsit iungere per incestum, & incestui quidem in oriẽte commisso non solum consensus, sed, & auctoritas clericorum ibi consistentium intercessit: sed indetestabili copula in occidente contracta, licet non absque quorundam ecclesiasticorum virorum assensu fuerit forsitan attentata, auctoritas tamen ecclesiastica nullatenus interuenit. Volens autẽ Deus maius peccatum vindicare celerius, & à similibus alios deterrere, tam C. quondam Marchionem, qui N. Reginę Hierosolymitanæ prius adhæserat per incestum gladio, quam Henricum quondam Campaniæ Comitem, qui ei & in culpa quodammodo, & in pœna successit, præcipitio, vtrunq; verò morte impręuisa peremit. Nondum autem in huius iniquitatis auctores in occidente suam exercuit vltionem: sed quanto longanimius sustinet, tanto forsan seuerius vindicabit. Licet autem apostolica sedes quod super hoc fuerat in oriẽte commissum, propter malitiam temporis, & persecutionem vrgentem dissimulare sit visa, ad vindicandum tamen quod in occidẽte fuerat attentatum, rigore canonicæ districtionis est vsa. Nam cum ad bonæ memoriæ C. Papæ prædecessoris nostri audientiã pueniſſet ꝙ Rex Legionen. filiam charissimi in Christo filij nr̃i Portugalliæ Regis illustris incestuosè sibi p̃ sumpserat copulare, tã Regẽ ipsum Portugalliæ, q̃ incestuosè coniunctos excõmunicationis

municationis sentẽtiæ innodauit, & Legionen. ac Portugalliæ regna sententiæ ſuppoſuit interdicti: vnde quod illegitimè factũ fuerat, eſt penit⁹ reuocatũ. Verũ dictus Rex Legion. ad deteriora manum extẽdens, ſicut is de quo dicit ſcriptura: Væ homini illi, qui poſt ſe trahit peccatum quaſi longã reſtem, & impius cũ venerit in profundum vitiorum cõtemnit, filiã chariſſimi in Chriſto filij nri Regis illuſtris Caſtellæ neptẽ, videlicet ꝓpriam impudenter ſibi contra interdictũ eccl'iæ copulare ꝓſũpſit. Qd cũ ad noſtrã notitiam pueniſſet, dilectum filium fratrem Rainerium virum ſcientia, & religione pariter reuerẽdũ, Deo, & hominibus obtentu ſcientiæ, & honeſtatis acceptum, in Hiſpaniã duxim⁹ deſtinãdum: vt iuxta verbum Propheticũ diſſolueret colligationes impietatis: ſolueret faſciculos deprimentes: qui p Dei gratiam ab omni munere manus excuſſit: ita vt quod legitur de ipſo, poſſit verè referri. Non fuit qui ditauerit Abraã. Ipſe igitur cũ in Hiſpaniã pueniſſet, dictũ Regem Legionen. ſemel, & iterũ ex parte noſtra cõmonuit diligenter, vt à tam deteſtabili, & nefanda copula reſiliret: vniuerſis coligationibus diſſolutis, q̃ fuerant pro ipſa copula cõſummanda cõtractæ. Sed cum apud eum nihil prorſus monitis ꝓfeciſſet, certum ei diem aſſignauit, & locum: & cum ipſum etiam vltra terminũ expectaſſet, in eum ſe contumaciter abſentantem iuxta formam mãdati nri excõmunicationis ſententiã ꝓmulgauit, & regnũ Legionen. interdicto generali cõcluſit. In memoratum vero Regẽ Caſtellæ, vel terrã ſuã in nullo ꝓceſſit: cum idem Rex ſe mandatis eius exponeret, & quod reciperet filiã ſuã, ſi ſibi redderetur, ꝓponeret aſſertiue: qd vtrum ex animo fecerit ille plenius nouit, qui ſcrutator eſt cordium, & cognitor ſecretorum. Nup autem venerabiles fratres nri Toletanus Archiepiſcopus, & Epiſcopus Palentinus ex parte ipſius Regis Caſtellę, & ex parte Regis Legionen. venerab. frater noſter Zamorenſis Epiſcopus ad ſedem apoſtolicam accedentes poſtulabãt, vt cum eodem Rege Legion, & filia dicti Regis Caſtellæ deberemus ſuper tam inceſtuoſa copula diſpẽſare: propter quòd niſi ſpecialis illa gratia, quam ad deuotionem dicti Regis Caſtellæ habemus, motum noſtri animi temperaſſet, in ipſos ita curaſſemus ſeueritatem eccleſiaſticã exercere, quòd nulli de cætero tẽporibus noſtris ad nos repudiatas toties, & damnatas petitiones afferrent: cùm ipſi etiam nouerint, quod id ab eodem prædeceſſore noſtro ſæpius poſtulatum fuerit, & ab eo inhibitum, non indultum. Tandem vero intelligentes Archiepiſcop⁹, & Epiſcopi memorati, quòd non ſolum indulgentiam ſuper hoc à nobis, ſed vix etiã poſſet à nobis audientiam impetrare, interdictum in terram dicti Regis Legionen. prolatum, tandem à nobis poſtulauere remitti: aſſerentes ꝙ ex eo triplex toti regno periculum ab hæreticis. Sarracenis, & chriſtianis etiam imminebat. Ab hæreticis quia eum per interdictum ipſum clauſa eſſent in partibus illis ora paſtorum, non poterãt fideles p eos cõtra hæreticos inſtrui, & ad reſiſtendum eis aliquaten⁹ informari: vnde cum ex hoc, tũ quia Rex Legionen. ab eccleſia ſe aſſerẽs aggrauatum, eis minime reſiſtebat, inualeſcebant contra fideles hæretici, & in regno ipſo hæreſes variæ pullulabãt. A Sarracenis, quoniã cum per exhortationes, & remiſſiones eccleſiæ, Hiſpaniarum populus conſueuiſſet ad expugnationem paganorum induci, ceſſante ꝓdicatorum officio, populi etiã deuotio tepeſcebat, quia cum ſe cum principe ſuo, quo ad interdictũ, eidem videret pœne ſubiectũ, à culpa, cui vel tacendo cõſenſerat, forte ſe non credebat immunem: propter quod minus circa debellationem Sarracenorum feruebat, ne decederet in peccato. A catholicis, quia cum clerici laicis ſpiritualia miniſtrare non poſſent, laici clericis temporalia ſubtrahebãt: oblationes, primitias, & decimas detinentes. Vnde eũ clerici ex his ꝓ maiori parte in partib⁹ illis cõſueuerint ſuſtẽtari, eis ſubtractis nõ ſolum mendicare, ſed fodere, & ſeruire iudæis in eccl. & totius chriſtianitatis opprobriũ cogebãtur. Videbatur aũt difficilè petioni eorũ annuere, & ſententiam

tiã ex animo, ordine, & causa latã canonicè, & sine satisfactione congrua relaxare. Ex animo siquidẽ, quia sicut Deus phibet testimonium cõscientiæ nr̃æ, ad hoc non nisi iustitiæ, & honestatis obtẽtu ꝓcessimus: cum ex contrario potius, contra nos oriri ꝓsumptio potuisset, si tã detestabile facinus duximus in patiẽtia tolerandũ. Ex ordine, quia dictus frater R. post cõmonitiones, & dilationes legitimas, tãdẽ districtione pcussit ecclesiastica cõtumacẽ. Ex causa exẽplo diuino, videlicet, & humano. Diuino, quia cùm Dauid in populi numeratione peccasset, dñs in populũ vasa sui furoris effudit: vnde idẽ Dauid dixisse legitur, peccauũ suũ dño confitendo: Ego sum qui peccaui, ego qui iniquè egi. i. q. o. s. q. f. au. ob. f. t. dñe à populo tuo. Humano, cum iã dictus ꝓdecessor nr̃ (vt non lõgè petantur exẽpla) in ꝓdictos Portugallię, & Legionen. reges, & regna ipsorũ ꝓdictas sententias curauerit ꝓmulgare. Esset ĩsuper res mali exẽpli, quia si forsan in alia regna similẽ nos cõtingeret promulgare sententiã, similis à nobis gratia peteretur: q̃ si forsitan negaremus, apud nos esse videretur acceptio psonarum. Ex hoc ẽt de nobis posset apud aliquos oriri suspitio, psumentibus fortè quibusdã, ꝙ ad id moueremur ex causa latẽti. Licet igitur ex causis p̃missis nõ videretur dicta petitio admittẽda, quia tñ vbi multitudo in causa, detrahendũ est, aliquid seueritati: vt maiorib⁹ malis sanãdis in charitas ſncera subueniat: ĩ eo ad petitionẽ ꝓdictorũ Archiepiscopi, & Episcoporũ gratiã de cõi fratrum nostrorũ cõsilio duximus faciendã, ex quo videbãtur impedimẽta expressa superi⁹ ꝓuenire. Relaxauimus ergo nõ totum, sed in vna parte solũmodo interdictũ: nec ppetuò, sed ad tẽpus, quandiu scilicet nobis placuerit, & viderimus expedire: vt ꝓbemus interim spirit⁹, si ex Deo sint, & an (sicut iidẽ Archiepiscopus, & Epi asseuerant) sperata inde vtilitas sequeretur: sic, videlicet, vt in regno ipso diuina celebrẽtur officia: sed decedentium corpora sepulturę ecclesiasticæ nõ tradantur: in quo tñ clericis gratiã facimus specialẽ, in eo videlicet, vt in cœmiterio ecclesiastico, cessante solennitate solita, tumulẽtur. Qd̃ licet aliquib⁹ posset absonũ fortè videri, vt officio restituto sepultura ecclesiastica deneget: quia iuxta canonicas sanctiones, cui cõmuni cauim⁹ viuo, cõicare deberemus & mortuo: rectè tñ intelligentib⁹, nihil ex hoc incõgruitatis occurrit: cũ iuxta Lateranen. ĩstituta cõcilij decedẽtes ex torneamentis & si p pœnitentiã recõcilientur ecclesiæ, christiana tñ sepultura priuentur. Vt autẽ nõ remittere pœnã, sed cõmutare potius videamur, dictũ regẽ Legionen. & memoratã filiã regis Castellæ, ac oẽs principales eorũ cõsiliarios, & fautores excõmunicationis curauimus sententia innodare: mandãtes vt ad quã cunq; ciuitatem, oppidum, vel villam deuenerint, nullus ibidẽ eis præsentib⁹ diuina præsumat officia celebrare. Dicto autẽ regi Castellæ, & chariſſ. in Christo filiæ nostræ reginæ vxori eius dabimus in mãdatis, vt quod stent mandatis nostris iuratoriã exhibeant cautionem: & vel exprimant in iuramento, ꝙ ad dissoluendam tam illegitimam copulã, dẽt operã efficacẽ: vel id nos ei⁹ faciemus p̃stito iuramẽto mãdati: nec credimus, ꝙ sup hoc se aliquatenus nobis exhibeant cõtumaces, cum ꝙ starent mãdatis ecclesiæ, in manib⁹ ꝓdicti fratris R. (sicut ex literis eiusdẽ regis apparet) firmiter ꝓmisissent, & impedissent causam sufficiẽtẽ ad copulã hmõi cõsummandã. Qd̃ si forsan (qd̃ nõ credimus) mandatis nr̃is noluerint obedire, ipsos, & principales eorum cõsiliarios, & fautores excõicari mãdabimus: & quocũq; deuenerint diuina ꝓhibebimus officia celebrari. Vt sic saltẽ ad mãdatũ ecclæ reuertãtur: iuxta quod legitur in Psal. Imple facies. e. i. &. q. n. t. d. Quia verò castra quædã, quæ idem rex Legionen. dictæ filiæ regis Castellę in dotem tradidisse ꝓponitur, ita vt si eam aliqua occasione relinqueret, ipsa caderent in ius eius, impedimentum præstare videntur huiusmodi copulæ dissoluendæ: cũ castra ipsa, non tam ob turpẽ, quàm ob nullam potius causam sint data, vtpote, cum inter eos matrimonium non existat: & ideo nec dos, nec donatio propter dotem, ne ad commo-

Cap. Etsi necesse, De Donationibus inter virũ & vxorem.

commodum ei cedat, quod debet in pœnã eius potius retorqueri, castra ipsa restitui volumus, & ad id puellam ipsam per excommunicationis sententiam coarctari: auctoritate apostolica decernentes, vt si ex tam incestuosa, & damnata copula proles est, vel fuerit quæcunque susceptа, spuria, & illegitima penitus habeatur: q̃ secundum statuta legitima in bonis paternis nulla prors⁹ ratione succedit. Quòd si nec sic p̃dicti rex Legionen. & filia regis Castellæ à se inuicem iuxta mandatũ apostolicũ discedere maturarint, in eos districtionẽ curabimus grauissimam exercere, q̃ ad cautelam p̃sentibus nõ duximus literis explicandã. Ideoq; fraternitati vestræ p apostolica scripta mandamus, & districtè p̃cipim⁹, quatenus factam vobis ab apostolica sede gratiã, gratius ꝓsequẽtes, sic vtamini per missionẽ nostra in celebrandis officiis, vt decedentium corpora, nisi clerici fuerint, tumulare nullatenus p̃sumatis. Si quos aũt post latam in regnũ ipsum sententiam interdicti ante susceptionẽ p̃sentium, diuina inueneritis officia celebrasse, singuli vestrum in sua diœcesi taliũ p̃sumptionẽ auctoritate freti apostolica, sublato appellationis obstaculo, canonica districtione p̃cellant. Si vero aliquis vestrum fratres Epi in hoc deliquit, excepto Salamantin. cuius correctionem sedi Apostolicæ reseruamus, tu frater Archiepiscope aĩaduersione ipsũ canonica non differas castigare. Volumus aũt nihilominus, & districtè vobis p̃cipiendo mandamus, quatenus ad quã cunq; ciuitatẽ, villam, oppidum, vel ecclesiã dictus rex Legionẽ. & supradicta filia regis Castellæ, vel principales fautores, & consiliarij eorũ fortè deuenerint, diuina ibidẽ officia, quandiu ipsi p̃sentes fuerint, nullatenus celebrent. Siquis aũt contra hoc venire p̃sumpserit, diuina eis officia celebrando in ciuitatib⁹, villis, castellis, oppidis, aut ecclesiis, vel vbicunque ipsi p̃sentes extiterint, vos temeritatem ipsorum, appellatione post posita, non differatis canonica districtione ferire.

Datum Lateran. vt suprà.

VV. PRIORI ECCLESIÆ SAgien. eiusque Fratribus tam p̃sentibus, quam futuris regularem vitã profess̃is in perpetuum. De cõfirmatione priuilegiorũ.

QVoties à nobis petitur &c. vsq; ad verbum Ordo canonicus, qui secundum Deum, & Beati Augustini regulam &c. vsque ad verbum Vocabulis. Locum ipsum in quo p̃fata ecclesia sita est, cum omnibus pertinentiis suis, omnes oblationes, quæ ad manus sacerdotum in Sagiensi ecclesia offeruntur, & medietatem Pentecostes, & medietatem omnium legatorum, & confratriæ, & medietatem omnium asportationum quæ ad ecclesiam ipsam proueniunt, vel prouenire debent, his exceptis, auro, serico, & candelis, quæ in die Purificationis Beatæ Mariæ, & in die Cinerũ, & in die Cœnæ dñi offeruntur, q̃ integrè ad Episcopum loci ptinere noscũtur. Bodeuillam cum pertinentiis suis: ecclesiam de Soroudon. ecclesiã de mãso Vuidonis: ecclesiam de Alneto: ecclesiã de Challoci cũ iure Episcopali, excepto diuortio matrimonij: ecclesiã de Alodio cum omnibus decimis: ecclesiã de Corteuesque: ecclesiã de Mesnilberat cum eremitagio: ecclesiam de Bona fide, & illud, quod habetis in ecclesia Sancti Aniani super Spartum, & illud quod habetis in ecclesia Sanctæ Scholasticæ, videlicet de feudo de Esseio: & illud qđ habetis in ecclesia de Taleriis, videlicet de feudo Guillielmi de Plessei. Ecclesiã de Columberiis, ecclesiã de Froc, ecclesiam de Landa de Goul, ecclesiã de Frãcheuillis: eremitagium de Blanchalanda, ecclesiam de Flureio. Apud Cornelium xij. aeras terræ cũ duabus garbis decimæ. In ciuitate Sagien. altare in crucifixo, medietatẽ nundinarũ sanctæ Crucis in Maio. In prætorio Epi Sagien. lx. sol. Cenomanen. In parochia S. Petri de Castallo, duas garbas de feudo Epi. Ab Epo Sagiẽ. xij. ꝓcurationes singulis annis reddẽdas. In Molẽdino de Puchou in anniuersario Frog. Epi. xx. sol. Cenomanẽ. In pago Oximen. ecclesiã de Pinu, ecclesiã de Aueines, ecclesiã de Arenis, ecclesiã de Verceuillis, ecclesiã d Neers, ecclesiam

eccleſiam de Eſtreis, eccleſiam de Condeio ſuper Leiſon. eccleſiam de Toſtis, eccleſiam de Voire. In eccleſia de Nealpha vnum preſbyteratum, & duas garbas decimæ de feudo Vu. Bordõ. apud Eſtias. in pago Humen. eccleſiam de Caſtelleis, eccleſiam Sancti Geruaſij de Meſſeio, eccleſiam de Croſmenil, eccleſiam de Meſnilian, & eremitagium cum omnibus appendicijs ſuis, eccleſiam de Batille, eccleſiam de Meſſheudin, eccleſiam Sancti Martini Laguilon. eccleſiam de Landa, de Loge, eccleſiam de Sãcto Saluatore, eremitagiũ de Mõte Tohard, eccleſiã Sanctæ Margaritæ cum capella Sancti Iacobi de Quarrog. cum omnibus pertinentijs ſuis. In pago Beliſmon. eccleſiam Sancti Iuliani de Merula, eccleſiam de Baruillis, eccleſiam Sancti Ioannis de Foreſta, eccleſiam Sancti Quintini parui. In pago Corbonen. eccleſiam Sancti Quintini de Bago, de Sagien. Hulmen. & Oxomen. Archidiaconibus tertiam partem de circatis, & ſynodis. De Corben. Archidiacon. tertiam partem de ſynodis. De Beliſmen. Archidiacon. tertiã partem de ſynodis. In Epatu Cenomanen. eccleſiam de Banuo. In parochia de Dampere, & de campo Segrei duas partes totiꝰ decimæ de feudo Vu. de Annei: capellã q̃ eſt in grangia veſtra de Bodeuilla, & Meſtruas de Archidiaconatu Beliſmen. In molẽdino Baruillæ decimam, & partem Vu. Cartel militis cum piſcatoria, & quicquid Gaufridus Lemotel in decimis parochiæ de Bauilla, & Sancti Iuliani habebat & duas garbas totiꝰ decimæ Sancti Iuliani cum capella cœmiterij. Redditus Archidiaconatuum vacantiũ, ſicuti habetis, vel habere debetis Archidiaconis viuentibus, & totam decimam de Flureio, eremitagium de Martellaio, & manſuram, quæ eſt de feudo Vu. de Chantapia, & duas garbas de feudo Vu. de Pleſſeio. In parochia S. Germani veteris duas partes decimæ de feudo Guidonis de campo Milonis. in parochia de Meſnillerros duas garbas decimæ de feudo Teoboudorum. in parochia de Gaſpreia duas Garbas decimæ de feudo Hugonis de Franchauilla, & capellam, quæ eſt in Meſſeio. In molẽdino de Peruers illam partẽ, quæ eſt de feudo Gaufridi de Fontibus, Aſtreas quondam canonicorum ſecularium cum omnib. pert. conſuetudinibus, & libertatibus ſuis, & terram Bogarel. In Argẽtonio ſex libras Cenoman. & x. ſol. & vj. denarios. In Faleſia lxv. ſol. Cenoman. in Oximis. cv. ſol. Cenoman. & quinque de Teloneo regis. In Anglia decẽ libratas terræ ĩ manerio regis, videlicet de Bẽtona, ſcilicet Britalmetõ, quæ eſt membrũ ipſius manerij cum omnibus conſuetudinibus, libertatibus, & quietudinibus. In foreſta de Eſcoues paſuagium quitum, & xxij. fagos abſq; aliqua traditione, annuatim qñ volueritis accipiendas. In parochialibus aũt eccleſijs veſtris liceat vobis ꝓprios ſacerdotes eligere, &c. Libertates ꝓterea &c. Decernimus ergo, &c. Salua ſedis apoſtolicæ auctoritate, & diœceſani Epi canonica iuſtitia. Si qua igitur &c.

Datum Lateran. per manum Rainaldi Domini Papæ notarij cancellari vicem agentis VIII. Cal. Iunij, indictione ſecũda. incarnationis dominicæ anno MCXCIX. Pont. verò Domini Innocentij Papæ III. anno ſecundo.

N. TVRONEN. ARCHIEPISCOPO, *quod Archiepiſcopus, poſſit per ſuffraganeũ ipe neceſſitatis conſecrare Epos.*

Cap. Quod ſedẽ. De officio ordinar. vij.

QVòd ſedem Apoſtolicam conſulis ſuper his, quę dubia tibi exiſtunt, gratum gerimus, & aceptum, & tua ex inde fraternitas videtur meritò commẽdanda: cùm lex diuinę cõſtitutionis eandem ſedẽ totius poſuerit orbis terrarum magiſtram: vt quicquid dubitatur ab aliquo, ab ea tandẽ eiuſdem ratio requiratur. Nos ſiquidem decreuiſti ꝓuidè conſulendos, vtrùm ſi fortè aliqua infirmitate, vel alia cauſa iuſta detẽtꝰ, aliquem ſuffraganeorum tuorum cõſecrare non poſſes, alicui coepiſcoporum tuorum vices tuas licitum cõmittere tibi eſſet, & vtrũ electꝰ, qui ꝓ cõſecratione ĩſtaret, ab eo, cui vices tuas taliter cõmiſiſſes, deberet licitè cõſecrari. In quo tale damꝰ tuæ cõſultationi reſponſum, quòd in tali articulo cõſtituto & tuas vices (vt dictum ẽ) committere tibi licet: & conſecrandus

debet

debet munus consecrationis ab eo recipere, cui eas duxeris cõmittendas, dũmodo catholicus habeatur, & impedimentum ex subtractione gratiæ Sedis apostolicæ non obstat.

Datum Lateran. XVI. Cal. Iunij.

EPISCOPO CIVITATIS CAstellanæ, vt ciuitas Castellana ab edicti sententia liberetur.

ACcedentes nuper ad præsentiam nostrã dilecti filij P. Quintaua II. de Conuersan, & M. Aldebr. ex parte populi ciuitatis Castellanæ, electioni factę de nobili viro B. de Fordeuolię, quẽ sine cõscientia nra elegerant in rectorem, publicè renunciare, sicut in mandatis receperant, curauerunt: & idem B. nostro super hoc iurans stare mandato, ei nihilominus renunciare curauit. Vnde suppliciter postularunt, vt cessante causa, p qua subiecta erat ciuitas interdicto, & effectus de medio tolleretur, diuinis officiis eodem populo restitutis. Nos ergo prædictorum ciuium iustis postulationibus annuentes, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus & interdictum denuncies relaxatum, & in ciuitate ipsa fretus auctoritate nostra, diuina liberè officia celebrari facias.

Datum Lateran. IIII. Cal. Iunij.

RAINERIO ABBATI, ET CONuentui S. Petri Eugubini. Quod ipsi monasteriumque ipsorum immediatè sedi apostolicæ sit subiectum.

CVm olim essemus apud Perusium constituti, tu fili Abbas ad nostram pſentiam accessisti, priuilegium bonæ memoriæ Lucij Papæ prædecessoris nostri nobis humiliter repræsentans, & postulans illud suppliciter innouari: quod propter cõtradictionem venerabilis fratris nostri Marci Eugubini Episcopi, qui tunc temporis superuenit, asserẽtis hoc in suum præiudicium redundare, non fuit effectui mancipatum. Cumque alter vestrum de altero in nostro auditorio quæreretur, venerabili fratri nostro Asisinati Episcopo, causam sub ea forma commisimus audiendam, vt vos, & iam dictum Episcopum curaret ad concordiam reuocare. Alioquin audiret vtrinque proposita, & omnia in scriptis redigens, nobis processum negocij fideliter referaret. Qui cũ indulta vobis à sede apostolica priuilegia inspexisset, intellecto quòd monasterium vestrum ad Romanam ecclesiam specialiter ptineret, in causa non duxit vlterius (sicut accepimus) procedendum. Consequenter vero ad venerabilem fratrem nostrum Callen. Episcopum, & dilectũ filium Ar. Abbatem Sanctæ Mariæ Vallis pontis ad postulationem præfati Episcopi Eugubini, literas nostræ fuerunt super mutuis quæstionibus destinatæ. Sed quia pendente iudicio, Ioãnes monachus priuilegia, chartas alias, & thesaurũ monasterij vestri rapuit, te Abbas ad nostram oportuit præsentiam iterũ laborare: vbi literas impetrasti, quòd per excommunicationis sententiã, qui de amissione priuilegij scirent aliquid, cogerentur dicere veritatem. Sed quoniam neq; sic amissa potuisti priuilegia reperire, ad nos denuò es reuersus. Te igitur cũ testibus tuis, & præfati Episcopi Eugubini procuratoribus in nostra pręsentia constitutis, dilecto filio nostro Pand. basilicæ duodecim apostolorum presbytero Cardinali dedimus in mandatis, vt super amissione, ac tenore priuilegiorum testes reciperet diligenter, quos duceres producendos. Qui mandati nostri diligens executor pſentibus præfatis procuratoribus fideliter redegit in scriptis depositiones decem testiũ iuratorum: quorum depositionibus publicatis, iam dicti procuratores ad producendos testes Episcopi, per quos inducto à parte aduersa repellerẽt, indutias postularunt: quas præfixo termino peremptorio sub eo tenore illis duximus concedendas: vt apud apostolicam sedẽ probarent, quæ vellent, vbi onus probationis pars altera subiisset. Cæterum quoniam infra datum terminum, & receptum in producendis testibus defecerunt, nos tam per depositiones testium, quàm per assertiones quorundam fratrum nostrorum liquidò cognoscentes,

talem

talem dicti priuilegij fuisse tenorem, quòd videlicet ipsum cœnobium nullo mediante ad Rom. eccl. pertineret, & q̃ nõ liceret alicui Epõ eidẽ monast. & eius eccl. excõic. indicere, vt fratres illic Dño seruientes ab oĩum potestate liberi, eccl. Rom. libertatis gratia potirentur: & q̃ nulla in eo mentio diœcesani Epi habebatur. Illud ẽt nihilominus attendẽtes, q̃ sicut ex dictis quorundã testium intelleximus euidenter, & pleriq; de nostris fratribus tpe illo præsentib⁹ recolebãt, cũ tu fili Abbas tpe bonæ memoriæ Cœlestini Papæ prædecessoris nostri ad ipsius præsentiam accessisses, ipse inspectis ecclesiæ tuæ priuilegijs, te, licet excõmuni catus ab Eugubino Epo diceretis, tanq̃ non legatum admisit ad osculum: quod præsumitur non fecisse, nisi monasteriũ vestrum cognouisset ad Roma. ecclesiã specialiter pertinere: de cõi fratrum nostrorum consilio pronũciandum decernimus priuilegium illud bonæ memoriæ Lucij Papæ prædecessoris nostri, qđ sine omni reprehensione bullæ, chartæ, vel literæ apparebat, quando fuit nobis ostensum illius fuisse tenoris, cuius per depositiones testium, & assertiones fratrum nostrorum præmisimus extitisse. Decernimus ergo, &c. nostræ pronunciationis, &c.

Datum Lateran. II. Cal. Iunij.

N. ABBATI DE FIRMITATE G. & F. Archidiaconis Cabilonen. Qua ipsis committitur cognitio causæ inter ecclesiam Eduensem, & cœnobium Balmense.

EXpositam nobis Eduen. eccl. accepimus quæstionẽ, quòd cum causam quę inter eam, & Balmen. monasterium vertebatur sup terris, & eccl̃ijs in valle Poliniaci constitutis, Fel. record. C. Papa prædecessor noster venerab. fratri nostro Cabilonen. Episcopo, & dilecto filio B. quondam Abbati de firmitate cõmisisset fine debito terminandam, monachi Balmen. ab ipsis iudicibus appellarũt. Ille verò, qui Abbas eiusdẽ monasterij dicebatur, se simulãs ad prosequẽdam appellationem accedere, semel tantam apostolico se conspectui præsentauit, & sic illicentiatus recessit, de appellatione interposito nullam faciens mentionem. Cumq; post paucos dies eccl̃esię Eduen. nũcius pro appellatione prosequenda transmissus fuisset apud sedẽ apostolicam diutius commoratus, idem pdecessor noster monachos antedictos peremptorie citauit, per literas suas eis sub pœna excommun. iniungens, vt ille qui se gerebat Abbatem cum aliquibus eiusdem monasterij monachis, in festo Beati Lucæ iam secundo præterito ad eius præsentiam accederent sufficientes instructi, Eduen. Eccl̃esiæ plenarie respõdere, & satisfacere sedi apostolicę de cõtẽptu. Ipsi vero, licet iuxta quod eis iniunctum fuerat, non venissent, quidam tamẽ monachorum ad Rom. eccl. accessserunt, quos nuncius Eduen. eccl̃esiæ apud apostolicam sedem inuenit: sed de suo negocio diffidẽtes ante causæ cognitionem, vt magis Eduen. aggrauarẽt eccl̃esiam, recesserunt, ad venerabilem fratrẽ nostrum Bellicen. Epum, & dilectos filios Abbatem de Balerna, & priorem Boni loci per suppressionẽ veritatis ignorante prefato nuncio Eduen. eccl̃esię literas (vt dicitur) reportantes. Postmodum autem cum iam dicto nuncio Eduen. se quidam Balmẽ. monachus obiecisset, & ne posset obtinere literas impediret, eis dilectos filios I. tt. Sancti Stephani in Cœlio monte presb. & G. Sancti Adriani Diacon. Card. concessimus auditores: in quorum præsentia cum super causa illa fuisset aliquandiu litigatũ, & eis scripta, & allegationes ab vtraque partium assignatæ, monachus ipse illicentiatus recessit, & noluit sententiã expectare. Quæ omnia cum ad nostram audiẽtiam peruenissent, nolentes aliquem de fraude sua commodum reportare, ven. fratri nostro Episcopo, & dilecto filio Decano Matisconen. per scripta nostra mandauimus, vt conuocatis ad præsentiam suam partibus, si eis constaret Eduen. eccl̃esiam prædictis terris, & eccl̃esijs à pfatis modo fuisse præter iuris ordinem spoliatã, ipsi ei auctoritate nostra terras ipsas, & eccl̃esias cũ fructibus perceptis ex eis nõ obstãte cõtradictione vel appellatione cuiuslibet

resignarent, prædictis literis non obstantibus, quas ẽt morte præfati prædec. nõi credimus expirasse. Post restitutionẽ vero integrã ablatorũ, & expensarũ, quas canonici Eduen. eccl æ in prosequenda monachorũ appellatione, quã ipsi monachi prosequi non curarũt, se rõnabiliter feciss probarẽt, auditẽt ipsi iudices, si quid emergerit qõnis, & illud fine debito appellatiõe postposita terminarẽt. Quòd si ambo his exequendis interesse nequirẽt, prædictus Epus nihilominus qđ mandauimus adimpleret. Cum aũt, sicut in literis eiusdem Epi perspeximus cõtineri vtraq; partium in eius esset præsentia constituta, & pars Eduen. ecclesiæ iuxta mãdati nostri tenorem restitutionem ablatorum, & expensarũ cũ instantia postularet, Balmẽ. monachi se ad ea nolle rñdere, nec de iure debere asserebãt, eo qđ ad suggestionem falsi à nobis ipsæ literæ fuerant impetratę. Cæterum econtra Eduen. canonici tñdebant, qđ illa falsitatis suggestio principale negociũ, pro quo iã dicti canonici literas impetrarunt, non poterat impedire: & iõ monachorum Balmen. allegatio, in casu ipso non erat aliquatenus admittenda. Et cum prædictus Epus paratus esset in ipso negocio iuste procedere, ac canonice, & nullũ monachis cõtra iustitiã grauamẽ inferre, ipsi pro eo, quia Decanus Eduen. ecclesiæ filius erat fratri Epi memorati, ab examine ipsius nostrã audiẽtiã appellarunt: qui factæ appellationi, licet in literis nostris appellatio esset inhibita, detulit: & octauas natiuitat. Dñi proximo præteritas: terminum appellationi prosequẽdę præfixit. Ad cuius prosecutionem appellationis, licet nuncius Eduen. ecclesiæ accesserit termino cõstituto, pro parte tñ alia nullus prorsus cõparuit rñsalis. Volentes igitur qđ ipsi causæ finis debitus imponatur, nec proroge tur vlterius per fraudem vel insolentiã aliquorũ, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, & districte præcipimus quatenus Eduen. ecclesiã in possessionem terrarum, & ecclesiarũ in valle Poliniaci positarum, quib⁹ eam vobis constiterit per Balmen. monachos præter iuris ordinẽ spoliatã: cum fructibus inde perceptis. nõ obstante contradictione, vel appellatione cuiuslibet, auctoritate apostolica inducatis, à molestatione ipsius super possessione Balmen. monachos per censuram ecclesiasticam cõpescentes. Qui si non potuerint tali districtione compesci, & possessionem eorum præsumpserint impedire, venerabili fratri nostro Bisuntino Archiepiscopo, & suffraganeis ei⁹ ex parte nostra firmiter iniungatis, vt sñam, quam in dictos monachos rationabiliter duxeritis promulgandã, faciant auctoritate nostra suffulti inuiolabiliter obseruari. Volumus ãt nihilominus, & mandamus vt expensas, quas Eduen. ecclesia in prosequẽdis appellationibus à monachis interpositis se rationabiliter feciss probabit, ipsi ecclesia faciatis à Balmen. monasterio cũ integritate persolui: nec eos super q̃stione proprietatis, si litigare voluerint, audiatis, donec iuxta mandati nostri tenorem terras prædictas, & ecclesias restituerint, & expensas. Super quibus omnibus eis penitus appellationis remedium interdicimus: nec à vobis appellationem eorum, si obiecerint, audiri volumus vel admitti. Post factam vero restitutionem integram ablatorum, & expensarum, audiatis si quid emerserit quęstionis, & illud appellatione remota fine debito terminetis. Taliter autem in nostri procedatis executione mandati, quòd solicitudinem vestram debeamus in Dño commendare, nec audiamus super his vlterius quæstionem. Testes autem &c. Nullis literis, &c. Quod si oẽs, &c. Duo vestrũ, &c. Datũ Later. IIII. Kal. Iunij.

CONVENTVI MONASTERII Sancti Leufredi de Cruce Sententia secunda contra primam lata, si ab ea non appelletur, iure tenet.

INter monasteriũ S. Audoeni Rothomagen. & vestrũ super modo eligendi Abbatẽ in dicto monasterio vro iãdudum fuit quæstio agitata: pro qua partibus ad sedem apostolicam accedentibus, venerabilem fratrem nostrum Oct. Episcopum Host. & dilectum filium G. Sancti Georgij ad velum aureum diacon. Cardin. dedimus audi-

tores. In quorum præsentia propositum fuit pro monasterio vestro quòd cum Abbatia ipsa olim pastore vacaret, vos conuenientes in vnũ Riccardũ monachum virum religiosum sc̃dm Beati Benedicti regulam, & eccl'æ libertatem, apostolico ẽt priuilegio roboratam, de gremio ipsius eccleſiæ in Abbatẽ vobis per electionem canonicam assumpsistis: electum ipsum ad benedictionis munus obtinendum, dicœcesano Episcopo præsentãtes: qui per dilectũ filium Gaufridum Abbatẽ præfati monasterij sancti Audoeni prohibit⁹, qđ postulatum fuerat non concessit. Vos ergo videntes vestrum propositum retardari, ne aliquid in præiudicium monasterij vestri fieret, sedem apostolicã appellastis: à qua postmodum ad venerabilem fratrem nr̃um Hẽr. Episcopum, & dilectos filios Hen. cantorem, & R. Archidiac. Baiocen. sub eo tenore per nuncios vestros commissionis literas impetrastis: vt partibus ad suam præsentiam conuocatis, inspecto priuilegio, & rationibus omnibus, quas vtrunq; ducerent proponendas, causam ipsam appellatione remota, concordia, vel iudicio terminarent, nullis literis obstantibus ipsarum mentione non habita à sede apostolica impetratis. Quòd si omnes interesse non possent Episcopus cum eorum altero ea nihilominus exequeretur. Cum igitur partes in præsentia prædictorum Episcopi, & præcentoris Baiocen. constitutæ, Archidiacon. collega ipsorum ex certa causa, & necessaria excusato nõ possent ad cõcordiam reuocari, parte vr̃a volẽte testes suos oĩ exceptione maiores ꝓducere ad probãdã electionẽ canonice celebratã, iuxta tenorem priuilegij bonæ memoriæ Lucij Papæ prędec. nr̃i super electione faciẽda indulti R. monachus procurator dicti Abbatis S. Audoeni. eis ven. fratris nr̃i Rothomagen. Archiepiscopi, Epi Ebroicen & dilecti filij R. Ebroicẽ. archidiac. patẽtes literas p̃sentauit, nec in cã procederẽt inhibentes ꝓ eo qđ sup eiusdẽ discussione mãdatũ se dicebãt apostolicũ recepisse. Verũ qa tenor mãdati literis illis nõ erat insertus, nec procurator, licet sæpius requisitus, originale oñdere voluit, vel rescriptũ, eorũ prohibitione postposita, probationẽ vr̃am oblatã sæpius sup electione canonica decreue rũt pariter admittendã. Sed procurator iam dictus ꝓbationi o buiare contendens in electione p̃missa, monasteriũ S. Audoeni spoliatũ fuisse cuiusdã iuris sui possessione dicebat: quã vsq; ad creationẽ Abbatis illi⁹ loci nouissimi obtinuerat inconcusse: qui de cõgregatione S. Audeoni à monachis de cruce postulatus fuerat, & electus. Eo igitur id ꝓbare volẽte testes vr̃os super electione canonica, ꝓcuratores vero sup spoliatione opposita receperunt: quorũ depositiones cũ post diligentẽ examinationẽ disponerẽt publicare. ad instantiã dicti ꝓcuratoris secũdæ productioni testiũ, qua se dixit foræ cõtentũ, diẽ alterã assignarunt. Cũq; partes ad diẽ, & locũ pariter conuenissent, requisitus procurator ab ipsis iudicib⁹ de testib⁹ producendis, ipse quasitestiũ ptoductioni renunciãs, dilectorũ filiorũ N. de Bellebec, & N. đ Mortuomari Abbatũ, & N. prioris de Bellebec literas eis porrexit, ne ĩ cã procederẽt inhibẽtes. Dicebãt. n. suscepisse mãdatũ primo p̃iudicãs, cui⁹ tenoiẽ è suis literis ad iunxerunt. Cæterũ cũ primi iudices rescripto diligẽter inspecto cognoscerent, illud p falsi suggestionẽ, & veritate tacita impetratũ, cũ in sc̃do mẽtio facta nõ fuerit apostolici priuilegij, vt in primo: ex quo electio sortiebatur p̃cipuã firmitatẽ, & ipsi iudices in sc̃dis literis à monachis S. Audoeni dicerẽtur certa rõne suspecti qđ oñdere nõ potuit ꝓcurator, causis quibusdã suspitionis satis friuolis allegatis, ab eis cõtumaciter nulla expectata ĩterlocutione recessit. Attẽdẽtes igr̃ iudices recusationẽ hmõdi, & allegationẽ dict̨ę suspensionis serã, & superuacuã extitisse, p̃sertim post litẽ inchoatã, & testes vtrinq; productos, q̃ forte ante litis ingressũ colorẽ aliquẽ poterat habuisse: cõsiderantes ẽt idẽ mandatũ nõ plene, sed pfunctorie prioris fecisse mentionẽ, prohibitioni posteriorũ iudicũ, sicut nec priorum acquiescere noluerunt, magis volentes iussionib⁹ mandatis apostolicis obedire, quã inferiorum mandatis indebitam reuerentiam exhibere: mul-

tis, qui aderant, iuris peritis sentientib⁹ cum eisdem. Quòd cum sæpe dictus Abbas san. Audoeni primo ad priores indices literas impetrasset, quarum non habebatur mentio in sedis, carere debebat bñficio vtrarunque, vel si deberet mãdatũ alterũ alteri ꝓualere, primo cẽt parẽdũ potius q̃ secundo, in quo non habebatur mẽtio de priore: cũ nec primũ ab eodẽ Abbati S. Audoeni obtẽtũ de illo faceret mentionẽ, q̃ pars altera impetrarat. Præscriptis itaq; rationibus moti, & vsi cõsilio discretorũ, publicatis ẽt attestationib⁹ partiũ, & earũ rõnibus, & allegationibus subtiliter intellectis, ꝓdictã electionẽ auctoritatẽ mãdati nũ ratam habuerunt, & firmã: super illa molestatione ipsius electi perpetuũ Abbati, & monachis S. Audoeni silentium imponentes: quos condemnarunt ẽt in expẽsis centũ librarũ Andegauen. licet pars altera deducentis vellet factamẽto præfato declarare. Pars igitur vra petebat à nobis factũ delegatorũ iudicũ confirmari, & electo munus bñdictionis impẽdi. Cæterũ pars altera ꝓposuit ex aduerso, sæpe dictũ monasteriũ vestrũ à primordio constructionis suæ, in tantũ ex consensu diœcesani Epi alteri fuisse subiectũ, vt non aliunde assumeretur ibi aliquis in Abbatem, nisi de monasterio S. Audoeni. dummõ in eo posset aliquis idoneus ad hoc reperiri. Correctio quoque monachorũ, & Abbatis de cruce, si negligẽs esset, fuit S. Audoeni Abbatibus reseruata: & ita obtinuit à longis tẽporibus, quorũ memoria non habetur. Et hęc quidem institutio, & vsus ipsi⁹, à bonæ memoriæ Alex. Papa prædecessore nostro proponitur confirmata. Vnde cum quondam monachi S. Leufridi Abbatem quẽdam aliunde, q̃ de Sancti Audoeni gremio elegissent, Abbas Sancti Audoeni hæc comperiẽs appellauit: & per sñiam delegatorum apostolicæ sedis electũ, renũciare oportuit Abbatiæ, qui cum facta professione Abbati S. Audoeni per dies aliquot in ipso monasterio resedisset, per Abbatis cõcessionẽ datus fuit ꝑfatis monachis in Abbatẽ. Cæterũ Abbate nouissimo adhuc monasterium detinente, à quo regio metu compulsus successit ad tẽpus, & monachis se in libertatẽ volentibus vẽdicare, atq; ad electionẽ ꝓcedere insuetã Abbas S. Audoeni hoc ꝓsentiẽs, sedẽ apostol. appellauit, sicut Ric. tunc electus vester in iudicio est cõfessus, adijc. ẽs tũ se primit⁹ appellasse. Verũ sæpe dicti monachi eum eligentes nihilominus in Abbatẽ, ad iã dictos Hen. Epum Baiocen. & collegas suos rescriptum apostolicum impetrarunt: quorũ iudicium, vt suspectũ Abbas S. Audoeni cupiens declinare, ad ꝑfatos Abbatem, & priorem literas reuocatorias impetrauit: qui post inhibitionẽ priorum iudicum, qui eis tenorẽ mãdati apostolici per suas literas intimarunt & postquã procurator Abbatis eis authenticum ꝓsentauit, asserẽtes literas illas per falsi suggestionẽ obtẽtas, quia priuilegij partis aduersæ in eis mentio nõ fiebat, post appellationem quoq; ab eodẽ procuratore interpositã, in cãm nihilominus processerunt: quorum factũ pro monasterio S. Audoeni petebant in irritum reuocari. His igitur, & similib⁹, quæ iã dicti Epus, & Card. nobis, ac fratribus nostris prudenter, ac fideliter retulerunt plenius intellectus: cũ constiterit nobis primam commissionem non fuisse per vltimam reuocatam: tum quia causæ suspitionis in iure positæ friuolæ videbantur, quas etiam tanquam dilatorias ante litis ingressum opponere debuissent: quibus coram delegatis eisdem subeũdo iudicium renunciasse vñr: tum etiam quoniam de priuilegio apostolicæ sedis, & processu negocij, vsque ad publicationes testiũ coram primis iudicib⁹, nihil in secundis literis dicebatur: quod si fuisset expressum obtineri minime potuissent, non obstante sentẽtia, quæ pro monasterio S. Audoeni dicebatur fuisse prolata, quæ tamen nobis ostensa non fuit: cum si prędictis iudicibus fuerit ostensa, ea posthabita contrarium statuissent. Alioquin est q̃ eam obijcientibus imputetur: cum sub prætextu nouorum instrumentorum lites non debeant instaurari: communicato fratrum consilio, factum priorum iudicum ratum, & firmum habemus, & eorum sententia approbãtes, ipsam auctoritate

ctoritate Apostolica confirmamus,& electo à vobis postmodum nos ipsi munus benedictionis, saluo iure diœcesani Episcopi curauim⁹ exhibere. Nulli ergo &c. Confirm. &c.

Datum Lateran. III. nonas Iunij.

BARTHOLOMÆO TVRONEN. Archiepiscopo, eiusque successoribus canonicè substituendis in perpetuum, Quòd Turonensi Archiepiscopo Dolensis Episcopus tanquàm Suffraganeus subesse debeat.

LIcet primum,& præcipuum ecclesiæ fundamẽtum sit vnigenitus Dei filius Iesus Christus, iuxta qđ dicit Apost. Quia fundamentum positum est, præter qđ aliud poni nõ põt,qđ est Christus Iesus: secundum tñ, & secundariũ ecclesiæ fundamentum existit beatissimus apostolus Petrus,ad quem veritas ait: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: qui sicut à Christo petra dictus est Petrus, ita ẽt à Christo capite vocatus est caput,ipso sibi dicẽte. Tu vocaberis cephas, vt p hoc vniuersi fideles agnoscerent quod ad ipsum tanquã ad fundamentum, & caput, maiores debeãt ecclesiarum causæ referri,quatenus ꝙ ipso tanquàm à capite principali fuerit auctoritate statutum,ab ipso tanquã in fundamento stabili firmitate cosistat. Nobis ergo, qui (licet indigni) locum eius in Apostolica sede tenemus,incumbit ex debito pastoralis officij de vniuersali ecclesia scandala tollere, ac iurgia resecare: & tam emergẽtes de qõnum articulos, quã causas ab antiquo tractatas,sed adhuc in antiquæ contentionis scrupulo remanẽtes,iudicialis sententiæ calculo terminare. Inter cæteras verò causas veteres,ac modernas, vetus illa quæstio, qnæ inter Turon. & Dolen. ecclesias vertebatur, ecclesiam non modicũ vsque ad hæc moderna tempora conturbabat: ad quam vel sopiendã concordia, vel iudicio termiãdam, post multas prædecessorum nrorum citatione, nos tandem dilecto filio Ioanne Dolen. electo ad sedem Apostolicam accedente, termino vtrique partiũ à bonæ memoriæ Cœlestino Papa prędecessore nostro præfixo,cũ tu non nisi nũcios minus sufficienter instructos pro sola dilatione petenda misisses, partem citauimus ecclesiæ Turonen. mandantes, vt quicquid de te quocunq; modo cõtingeret,pars eadem per se,vel per procuratores idoneos ad Apostolicam sedem accederet, nostræ dispositionis formam,vel iustitiæ diffinitionis sententiã receptura. Alioquin ex tũc nos ad horum alterum ꝓcedere curaremus. Dicto igitur electo Iuliano, Rodulpho, & Hugone canonicis Dolen. cum litteris de procuratione ipsis super hac causa specialiter ab ecclesia Dolen. concessis, & dilectis filijs Gaufrido cancellario, Senoreto, Ioanne, Ernaudo canonicis Turonen. & Gaufrido de Iouiaco,cum litteris de rati habitione datis eis, tam à te, quàm ecclesia Turonen in nostra præsentia constitutis, frequenter per nos, interdum etiam per fratres nostros audientiam plenam, & benignam indulsimus: & quæ fuerunt hinc inde proposita intelleximus diligenter. Fuit autem propositum ex parte Dolen. ecclesiæ, ꝙ cum eadem ecclesia longissimo tpe fuerit ī possessione metropoliticæ dignitatis, sicut ex gestis quorundam sanctorum,& alijs scriptis apparere dicebat: tandem cum temporibus bonæ memoriæ Nicolai Papæ prædecessoris nostri Festiniano tunc in Archiepiscopũ Dolen. promoto, vsum pallei à sede Apostolica postulasset, licet idem Nicolaus quod petebatur, ei nõ duxerit concedendum: quia litteras Apostolicæ sedis, quas prædecessores eius prædecessoribus ipsius Festiniam in pallei collatione transmiserant, ei non fecerat præsentari: non tamen quod petebatur negauit expressè, sed partes ad suam præsentiam conuocauit: mandãs Erardo tunc Archiepiscopo Turonen. vt ad ipsum suum Legatũ transmitteret: cum quo & Dolen. ecclesia suos nuncios destinaret, vt vtriusque positis coram eo ęqua lance causa librata, quæ esset sedes metropolitica plenè appareret. Scripsit etiam idem Nicolaus, sicut ex authentico ipsius apparet. Salomoni tunc Regi Britannorum, & vxori eius, vt idẽ Festinianus idoneũ mitteret ad Rom. ecclesiam ex ꝓprio clero legatũ: qui scripta fidei catholicæ documẽta

deferret,& eũdẽ Festinianum ita credere,& seruare de cætero iuro firmaret: qđ nisi palleũ ei disposuisset p eũdẽ legatum transmittere, nõ mandasset. Veũ codẽ Nicolao sublato de medio,eũ nuncij Dolen. ecclesiæ ad Apostolicam sedẽ accessissent,bonæ memoriæ Adrianus Papa, eidem Festiniano palleũ cũ priuilegio destinauit:qđ pars Dolen.ecel.p scriptũ authenticũ nõ probauit. Præterea cp tpibus Ioannis VIII. ecclesiæ Dolen. Archiepiscopus præsideret,uixa est pars eadem cõprobare p literas eius, quas Mayn. Archiepo destinauit,& cęteris Epis p Britanniã constitutis. Cæterum cum quidam iuuenis felicis recordationis Gregorij VII. cõsecrandus fuisset à Dolen.ecclesia p̃sentatus, ipse iuuene illo pp minorẽ ætatẽ repulso,I.tituli S. Melani, Abbatẽ ĩ Dolen.Archiepm cõsecrauit:ei,& successoribꝰ. eiꝰ pallei vsum indulgẽs, & mãdãs Epis Britanniæ,vt ei tanq̃ Archiepo reuerentiam,& obediẽtiã exhiberẽt. Quæ qm̃ authenticũ nõ habebat, p Vrb.II. literas voluit edocere: felicis ẽt record. Vr.II.R. Dolen. Archiepo iuramento ab ipso recepto, cp memoratus G. pdecessor ipsius. prædecessori eiusdẽ R.& successoribus eiusdẽ eius vsum pallei cõcessisset,sicut in transcripto literarũ ipsius G. quarum authenticũ se habere intauit,erat expressum: munꝰ pallei ex Apost. sedis liberalitate concessit. Licet ipsi mandasset,vt exhibere se nullatenꝰ recusaret ad discutiẽdã querimoniã, q̃ Tutõ. Archieps de subiectione Dolen. ecclesię,& obediẽtia sibi negata,tã apud ipsũ, q̃ pdecessores eius fecerat sæpe ꝓponi. Idẽ ẽt cũ in literis,quas principib. & populo Dolen. ecclesiæ destinauit, p iustitijs eiusdẽ ecclesiæ duxit Archiepm nominãdũ, sicut p scriptũ authenticũ pars eadem demonstrauit. Piæ quoque memoriæ Paschalis II. Baldrico Dolẽ. Archiepo à Gerardo tunc Engolismen. Epo auctoritate sedis Apostolicæ instituto, palleũ, plenitudinem,s.officij pastoralis indulsit: vt eo secũdũ cõsuetudinẽ pdecessorum suorũ vteretur. Præterea in synodo à bonæ mem. Calixto Papa celebrata Remis, B. Dolen. Archieps cũ duobus suffraganeis suis interfuisse legitur,& ad ipsã prius tãquã Archieps euocatus. Honorius insuper cũ pdictũ G. tunc Engolismen Epm. tanquã legatum suum, & Ap. sedis vicarium destinaret,iter alios legitur B. Archiepo Dolen. scripsisse, vt eum reuerenter susciperet,& ipsi humiliter obediret: qui ẽt B. quatuor suffraganeos habuisse probatur. Ad hæc felicis me. Innocentius Papa prædecessor noster G. Dolen. Archiepm, & suffraganeos eius ad concilium,quod Pisis postea celebrauit, legitur euocasse, & ad querimoniã eius citasse Archiepm Turon. vt super subiectione,quam à Dolen. petebat, institiã ostenderet eccl. Turon.& eidem Dolẽ. de Alaten. diœcesi responderet.In quo etiam pię me. Cœl. eũdem prædecessorẽ suum Innoc. est secutus. Et licet bonæ me. Lucius Papa II. præd. noster contra Dolen. ecclesiam pro Turon.snĩam promulgarit, semper tã Dolen. eccl. in libertatis possessione permansit: cum,sicut in scripto etiam ab aduersa parte inducto perspicitur contineri,concessũ fuerit,vt G. tunc Dolen.Archieps quãdiu ecclesiæ præesset eidem,vsum pallei non amitteret, nec alij, quã Ro. Pont, subiaceret. Idem etiam G. cum ad Capuanæ sedis metropolim aspiraret, in via cũ Turõ. Archiepo dicitur colluisse,nec bene defendisse causam Dolen. eccl. à qua tam corpore, quam animo discedebat,cum statim post sententiam triãfierit ad eccl. Capuã. Oliueriꝰ quoqꝫ successor ipsius electus,eosdem suffraganeos,quos G.præd. eius habuerat, habuit,& ĩ Dolẽ.ecclesia ministrauit,sicut p plures testes fuerat cõprobatũ. Adiecit ẽt pars Dolen.cp processu tpis bonæ me. Eugenius Papa pdecessor nr̃ felicis record.B.Claræuallen.Abbatẽ ad sopiẽdã inter easdem ecclesias cõtrouersiam destinauit:cuius statutũ seruare noluit ecclesia Turo.Cæterũ cũ H. postmodũ Dolen.electus pp illiteraturã suã Apostolico se timeret conspectui p̃sentare, cum cantore,& quatuor alijs canonicis Dolẽ.Andegauis, quasi cũ Turo.cõposituras accessit: & exinde contra prohibitionẽ cãtoris,& alteriꝰ canonici seniꝯ

ris,

ris, cum tribus iunioribus Turonē. adiit ciuitatē: & corruptis aliis tribus canonicis per collationē præbēdarū, & saluo iure Dolen. eccl. iurare inductis, se seruaturos ꝙ oblata eis chartula cōtinebat, à Turonē. Archiepiscopo munus cōsecrationis accepit. Quod aūt idē H. tres iuuenes memoratos corruperit, vni. s. Archidiaconatū, alteri præbendā cōferens, tertio præbendā susceptam de manu laicali confirmans: ꝙ cantor, & socius eius eidē H. ne Turonis accederet, curauerint districtius inhibere: ꝙ iidē iuuenes, saluo Dolē. eccl. iure iurauerūt: ꝙ idē H. adulterinū sigillū habuerit, eadē pars p suos testes sufficiēter asseruit fuisse probatū. Adiectū est ēt, quòd literæ nomine Dolen. Cap. super ipsius H. præsentatione confectæ, veræ non essent: vtpote in qb⁹ nomen præmittebatur Decani: cū Decanus nullū haberet in eadē eccl. personatū, sed cantor primū locū potius obtineret. Idem ēt H. in professione, quā fecit Archiepiscopo Turonen. se non Epm, sed Archiepiscopū nominauit. Cæterum cū idē H. propter prædicta non fuisset à Dolen. receptus, ad Apostolicā sedē accedens, à bonæ memoriæ Adriano Papa prædecessore nostro ab obedientia fuit, quā Turon. Archiepiscopo in consecratione sua promiserat, absolutus. Sed hoc non potuit pars eadē per literas authēticas demonstrare. Cui cū Dolen. eccle. ab eodē Adr. Papa vsum pallei tū ex tenore concordiæ, quā inter se, & Turon. Archiepiscopū factā fuisse confitebatur, tū ex antiqua consuetudine postularet: nuncij verò Turō. ecclesiæ cōpositionē quandam factā per Abbatē de Fontanis, in qua Dolen. eccl. suffraganeis renunciasse dicebant, peterent confirmari, addentes quòd sic fuerat à præfato Lucio Papa prædecessore nostro de fratrū consilio per sententiā diffinitum, parte Dolen. eccl. prædictam cōpositionem, & sententiam non tenere dicente: cū is, qui in Dolen. eccl. tunc prēsultatus gerebat officium, dolū adhibuisset, & fraudē, vt posset qui cū iā ad Capuanam metropolim aspiraret, nihil ad cōmodum Dolen. ecclesiæ allegauit: cū & Dolē. eccl. prēsens in examinatione negocij non fuisset. Idem etiā Adrianus prædictā cōpositionem omnino cassauit, & eam vires cēsuit non habere. Eidem H. pallei vsum indulgens, ac E. tunc Archiepiscopo Turonen. præcipiens, vt aut cū eo super suffraganeis conueniret, aut vsque ad festum sancti Michaelis proximo tunc venturū plenam ei exhibiturus, & recepturus iustitiam apostolico se conspectui præsentaret. Interim aūt ipsum, vel clericos eius excōmunicationis, vel interdicti sententia non prēsumeret aggrauare. Iterū etiā idem Adrianus ad festum Omnium sanctorum citauit partem ecclesiæ Turonen. & eundē H. frequenter in literis suis Archiepiscopum nominauit: quod ex scriptis authenticis pars eadem demōstrauit. Insuper bonæ memoriæ Alexander Papa eundem Adrianum prædecessorem suum postmodum imitatus dictum H. nominauit Archiepiscopum, & te non semel, sed & sæpius, & tandem peremptorio euocauit, vt ad Apostolicā sedem accederes, Roll. tunc Dolen. electo de suffraganeis respōsurus. Asseruit etiam idē Alexander in suis literis, sicut ex earum inspectione patebat, quòd dictus Adrianus p̄decessor ipsius quæstionem illā, quę inter Turon. & Dolen. ecclesias per sententiam terminata fuerat, cœperat retractare. Vnde volēs plenius super causa ipsa cognoscere veritatem, cum vtraq; parte præsente, à Roll. tunc Dolen. electo testes recepisset inductos, & depositiones eorum super quibusdā capitulis admisisset, G. tunc Senonen. H. Baiocen. & Abbati sanctæ Genouefę, & decā. Baiocen. tam testes, quos ipse receperat super quibusdā aliis capitulis audiendos, quā alios ab alterutra partium inducendos, recipiendos, & audiēdos super possessione subiectionis, in qua te tu frater Archiepiscope esse dicebas, vl' libertatis, in qua se idem tueri nitebatur electus super capitulis certis commiserit, quem Lucius etiā successor ipsius in hoc imitatus N. Cenoman. decanum, I. de Veteri ponte Archidiacono Rothomagen. N. Ianuen. præposito Sanctæ Mariæ de Castell. per suas literas idem iniunxit: qui iuxta mandatum apostolicum procedentes receperunt testes super

prædictis capitulis inductos à partibus: & eorũ depositiones redigẽtes in scriptis sub sigillis suis ad sedẽ apostolicã transmiserũt. Ex his ergo cõcludẽs Dolen. ecclesia postulabat, vt cũ in libertatis sẽp possessione fuisset, dictũ electũ Ioan. per dilectũ filiũ nostrũ Ior. tituli sanctæ Pudentianæ presbyterum Cardinalem, tũc apostolicæ sedis legatum auctoritate apostol. cõfirmatũ, cõsecrare Archiepm, & ei vsum pallei cutaremus de solita sedis apostolicæ benignitate conferre. Cæterũ ex parte Turonen. ecclesiæ fuit ad prædicta responsum, q̃ cũ olim tota Britannia fuisset Turonen. ecclesiæ tanq̃ metropoli suæ subiecta, Britannis tandẽ cõspiratibus cõtra regem Francorum, & propriũ sibi constituentibus regẽ, occasione Beati Sansonis, quondã Eboracen. Archiepi, qui dũ in partibus Britanniæ pateretur exiliũ, in Dolen. ecclesia cũ Archiepalib. insignibus ministrarat, Dolen. ecclesia contra Turonen. supercilium elationis assumpsit, Britãnis volentibus sibi nouũ Archiepm, sicut nouũ regẽ creauerant, suscitare. Vnde bonæ memoriæ Nicolaꝰ Papa prædecessor noster Salomoni tunc regi Britanniæ scribens, q̃ omnes Episcopi regni eius suffraganei essent ecclesiæ Turonen. per litteras suas expressit: adiiciens tandem, vt si contẽtiosus agere vellet, ad sedem ap. destinaret: vt quæ esset sedes metropolitica per eius iudiciũ appareret. In alijs ẽt litteris directis eidem Turon. eccl. metropolim esse Dolen. ecclesiæ, sicut ex prædecessorum suorum monimentis, & exemplis priorum patere dicebat, asseruit: & Festiniano Dolen. Antistiti scribens, q̃ Turo. ecclesia metropolis eius esset se competisse, sicut ex litteris eius apparet, descripsit: necessariũ esse adijciens, vt eã Dolen Epi sequerentur: & ipsam in negocijs suis adiuẽt: nec exquirere ipsius iudicium detrectarent, sicut p monimenta prædecessorũ suorũ, & exẽpla priorũ dicebat ostendi. Addito vt idẽ Festinianus se metropolitanũ nullatenus appellaret, quousq; scripta Romanorum Pontificum, quæ in acceptione pallei eius antecessores acceperãt, destinaret: cũ ĩ regestis Siri, & Adriani nullatenus inueniisset, q̃ Bestoualdo, & Iunemeno p̃decessorib. eiusdẽ F. sicut scripserat, vsum pallei concessissent. Præterea Ioannes Papa p̃decessor noster Epis Britanniæ interdixit, ne iuri ecclesiæ Turo. resistirent, super ẽibus quæ Turonen. Archiepiscopus ad suam pertinere metropolim asserebat, donec vtraque partiũ ad apostolicam sedem accederet, vt ibidem eadẽ causa finiretur. Adiiciens q̃d si aliter agerent, se scirent excõicationis sententiæ subiacere, & ab omni ecclesiastico beneficio esse suspensos. Quem piæ record. Leo Papa successor ipsius postmodum imitatus, se in scriptis veterum reperisse asseruit omnes Episcopos Britanniæ Turon. Archiepiscopo subiacere. Adijciens q̃ cũ ad eum in Remen. concilio sup hoc quæstio delata fuisset, statuerat, vt Dolen. pseudo Archiep. cum suis subiectis Rom. cõcilio interesset, nõ solũ super hoc, sed etiã de simonia etiã respõsurus. Quod quia implere cõtempsit, eũ, & omnes Episcopos, qui ei adhęserant, excõicationis suĩa innodauit, sic. s. vt, nec peragerẽt diuinũ offĩm, nec audirẽt, nec ẽt benedicere attentarent. Tãdem vero cũ vtraq; partium super hoc coram se licis record. Gregorio Papa VII. prędnostro diutius litigasset, idem Gregoriꝰ post longã discussionem in Rom. synodo vtraq; parte præsente, & causa non sine multo labore discussa cõtra Dolen. ecclesiã sniam promulgauit: vt nisi fortè Britanni à subiectione eiusdem ecclesiæ se possent authentica sedis Apostolicæ auctoritate tueri, Turonẽ. ecclesiã matrem suã, & metropolim recognoscerent, & eam quã decet metropolitanũ subiectionem, & obedientiam Turonen. Archiepi. exhiberet: vsu pallei tunc Dolen. electo reseruato, sic tamen, vt nullus successor eius ad dignitatem huiusmodi aspiraret, sed tam ipsi, quàm cæteri Episcopi Britanniæ sub Turonen. Archiepiscopi magisterio perpetuo permanerent. Ad quod melius cognoscendum idem Gregorius legatos sedis Apostolicæ in prouinciam destinauit: qui congregato concilio Xanctonis auditis propositis cum Dolen. ecclesia nullum ad suæ defensionis præsidium Apostolicæ sedis priuilegium induxissent, sed quasdam litteras potius sub nomine

Adriani

Adriani Papæ confectas, quas P. Clericus Dolen. antistitis ipso audiente, & tacente in regesto Rom. ecclesiæ se mentitus fuerat reperisse: & quas idem Antistes falsatas eē in verficulo, in quo de datione pallei fiebat mentio, recognouit, qđ Gregorius sub cōditione statuerat. purè tuaue tūt, & simpliciter diffinire: scilicet. vt tā idem Dolen. q̄ cæteri Britannię Episcopi, perpetuam deinceps subiectionem, & obedientiam exhiberent Archiepiscopo Turonen. quod prædictus Dolen. in manu dicti Gregorij Papę post datum iudicium promiserat se facturum: quamuis aūt prædictorū Icānis, Leonis, Gregorij, & legatorū eius pars eadem authentica non haberet, ea tamen authentica esse p bonæ memoriæ Vrb. II. authenticum demonstrauit. Cumq; postmodū R. Dolen. Eps memorati Vrbani Papæ se conspectui præsentasset, iuramēto firmauit, qp prædictus Gregorius præd. eius salua quærimonia Turon. ecclesię, pallei vsum concessarat: sic tū, vt si etiā Dolen. ecclesia in causa succumberet, vsum pallei nihilominus retineret: quod per quasdam litteras eiusdem Gregorij ostendere nitebatur pp̄ qđ Vrbanus ei palliū indulsit. Cæterū cū R. Turon. Archieps ad eius p̄sentiam accessisset, & quod p eūdem Gregorium, & legatos eius diffinitum fuerat, demonstrasset, idem Vrbanus de consensu partium certum terminum partib. assignauit: ad quem siqua partium non veniret, causæ suæ periculum sustineret. Vnde Turo. ad terminum veniente, Dolen. per nuncium verò suum excusationes solummodo prætendente minus legitimas, causa cognita de consilio fratrū suorum sanciuit, vt tā Dolen. quàm cæteri Epi Britanniæ Turonen. ecclesiam suam esse metropolim recognoscerent, & debitam jei reuerentiam exhiberent, nec vllo vlterius tempore post Roll. obitū ad vsum pallei Dolen. Eps aspiraret, sicut in eius authentico perspeximus cōtineri. Idem ēt Vrbanus Epis Britanniæ suam sn̄iam denuncians præcepit, vt Turonen. sicut Archiepiscopo suo in posterum obedirent. Cum aūt postmodū tpe bonæ memoriæ Lucij Papæ secūdi, causa eadem fuisset ad Apostolicæ sedis audientiam procurante Dolen. ecclesia reuocata, ipse vtraque parte præsente, latā ab eodem Vrbano per sn̄iam confirmauit: & Turonen. ecclesiam super Dolen. & aliorū Episcoporū Britannię obedientia p baculū inuestiuit: præcipiens, vt tā Dolen. q̄ cæteri Episcopi Britanniæ Turon. ecclesiæ tanquā propriæ metropol. subijacerent, & ei debitam obedientiam, & reuerentiam exhibere curarent. Hac tū moderatione habita, vt G. tūc Dolen. Episcopus retineret vsum pallei quoad viueret, & Rom. tantum Pontifici subiaceret sed post ipsum null⁹ Dolen Episcopus ad vsū pallei aspiraret, sicut in ostenso nobis ipsius authentico priuilegio cōtinetur. Q̄ui etiā Briocen. & Trecor. Episcopos ab obedientia Dolen. absoluit: & vt Turonen. Archiepiscopo reuerentiā, & obediēnam exhiberent iniunxit: adiciens, qp si mandati essent Apostolici cōtemptores, sn̄iam q̄ Turonen. proferret in eos, ratam haberet, & faceret inuiolabiliter obseruari. Mandans ēt comiti, & baronibus Britanniæ, vt sn̄iæ nullatenus obuiarent, sed eam paterentur executioni mādari. Alioquin ratā haberet sn̄iam, quam Turon. Archiep. in cōtradictorem quemlibet promulgaret. Hanc autem eiusdem Lucij sn̄iam Eugenius, & Anastasius successores ipsius auctoritate Apostolica confirmarunt: & idem Eugenius ratam habuit excommunic sententiam, quam in Dolen & Briocen. clericos E. tunc Turon. Archiepiscopus propter eorum inobedientiam promulgarat. Tandem verò Dolen. ecclesia sententiæ parere coacta, Hugonem tunc electum suum consecrandum per x. Dolen. canonicos, & clericos cum decreto capituli subscriptiones canonicorū omnium continente, absolutione recepta ab Archiepiscopo Turonen. eidem Archiepiscopo præsentauit, & ei professionem fecit, sicut alij suffraganei Archiepiscopo suo facere consueuerunt, aç rediens à clero, & populo Dolen. fuit cum processione receptus. Et licet idem H. postmodū, sicut ab aduersa parte proponitur, pallium, & absolutionem obedientiæ, quam in consecratione sua exhibuerat ecclesiæ Turonen. tacita de latis sententijs veritate, & falsi-

falsitate suggesta. s. q̃ ille, qui tũc Dolen. ecclesiæ p̃sulatus gerebat officium, frandẽ adhibuerat, nec sufficienter partem Dolen. ecclesiæ defenderat, à sede Apostolica impetrasset: redieus tñ eidẽ Archiepo debitã obedientiam exhibere curauit, & se teneri recognouit, eidẽ, ad concilium eius vocatus accessit: & tam ei q̃ I. eiusdem Archiepi Successori obedientiam, sicut suo metropolitano reuerenter impendit, sicut p̃ testes fuerat legitimè comprobatum. Qui cũ tandẽ, quia transgressus fuerat ꝓpriũ iuramẽtum, ab eodem I. fuisset excõicationis vinculo innodatus, tandẽ cæcitate percussus, pœnitens, & de periurio spontè confessus, absolutionis ab eo beneficio impetrato, annulũ ẽt ei resignauit: q̃ totum p̃ testes fuerat comprobatum. Idem quoque Adrianus in literis, quas pars aduersa super pallio eidem H. concesso, inducit, inter cætera protestatur, q̃ quia sup cõtrouersia ꝓpposita, plenã non potuerat cognitionem habere: cũ altera pars in negatione consisteret, & se non habere mãdatum penitus affirmaret, nihil ab eo fuerat sup eodem negocio terminatum. Felicis ẽt recordationis Alex. Papa p̃decessor noster de sẽtentia Lucij, confirmatione Eugenij, & Anastasij, concordia H. & pallio ipsi H. ab Adr. Papa cõcesso habita mentione, Turon. ecclesiæ in Dolen. ius metropolicum reseruauit: mandans Dolen. cap. vt si forsan in personam idoneam conuenisset, eam Turon. Archiepo confirmandam, & consecrãdã, si electionem factã inueniret canonicè, præsentaret, consecraturus ei debitam obedientiã, & reuerentiam secũdũ ecclesiæ consuetudinem exhiberet. Adjiciẽs, q̃ si p̃ legatos sedis Apostolicæ eorum esset electio confirmata & electus ẽt cõsecratus, nihilominus ad eũdẽ Archiepm vocatus, accederet, & ei obedientiam exhiberet. Quòd si forsan ab eo vocatus ad præsẽtiã eius infra tres menses accedere non curaret, ex tũc idem Alex. ipsum ab administratione tpalium, & executione ofñcij, quod post electionem susceperat, suspendebat, sicut per eius authentica patuit manifestè. Nec nocuit, nec nocere potuit ecclesiæ Turon. q̃ idem Alex. forte in fauorem Dolen. electi citauit partes, testes recepit, & alijs recipiendos commisit: cũ non in præiudicium alterius partiũ id intelligatur egisse: præsertim cum tibi ẽt ad Turon. metropolim euocato, Dolen. diœcesis in pulsatione campanarum & causarum delatione detulerit, & Abbas sancti Iacuti, qui est de Dolẽ. dioc. ad concilium tuũ vocat⁹ accesserit, & tibi ẽt curauerit obedientiã exhibere. Nos ergo diligenter auditis, quæ fuerant hinc inde proposita, & rationibus, & allegationib. partiũ cũ instrumẽtis, & attestationib. sufficiẽter inspectis, de fratrũ nr̃orũ, & tam Archiepor̃ũ q̃ Eporum existentium, apud Apostolicã sedẽ cõsilio, petitionẽ Dolẽ. ecclesiæ interlocuti sumus non esse aliquatenus admittendã: cum probatum nõ ẽt Dolẽ. ecclesiã in libertatis possessione, sed Turo. pot⁹ in subiectionis ipsius possessione manere. Ad abũdãtiorẽ aũt cautelã ab eodẽ electo cotñ fratrib. nr̃is q̃siuim⁹, si Dolẽ. eccla iã ꝓbasset, vel adhuc posset ꝓbare dolũ, quẽ p̃fat' G. Dolẽ. Archiep̃s dictus est cõmisisse, p quẽ pars Dolẽ. ecclesiæ remãsisse ꝓpposita fuerat i defensa. Qui respõdit, q̃ dol' ille nec ꝓbatus fuerat, nec poterat comprobari: cũ sæpe dict⁹ G. & qui cũ eo venerãt in Apuliã trãseũtes, nunq̃ postea remearint. Et quãuis cã nõ sup ꝓprietate, super qua sæpe fuerat sentẽtialiter diffinitũ, sed sup possessione tãtũ subiectionis, & libertatis cõmissa sub certa forma fuisset: ad oẽm tñ occasionẽ tollẽdã, liberã eis concessimus facultatem, vt ex his, q̃ acta fuerãt, adhuc summatim de ꝓprietate ꝓponeret, si quid posset rationabiliter allegare. Audientia ergo sibi pp hoc publica in consistorio bis indulta, quia præter præmissa nihil ad commodum partis suæ potuit allegari: cum quasi prænosceret, quod debet in causa succumbere, electioni renũciare voluit in manibus nostris: & à cõmissa sibi & socijs suis à Dolen. capitulo super eadẽ causa ꝓcuratione cessiare. Nos aũt nolẽtes hominũ malitijs ĩdulgere, nec renũciationẽ recipim⁹, nec passi fuim⁹, vt à cõmisso sibi, & socijs suis à Dolen.

Dolen. eccleſia ſuper eadē cauſa procuratoris officio reſileret. Ipſo igitur nihil quòd ad cauſam ſuam faceret poſtmodū proponente, cum ipſum negocium diu quidem cum multa diligentia nos, & fratres noſtri ſufficientiſſimè diſcuſſimus, præmiſſis & aliis multis rationibus per idoneos aduocatos, ab vtraque parte prudenter inductis: quas propter prolixitatem ſuperfluam in hac pagina prætermiſimus annotare: de communi fratrum noſtrorum conſilio, auctoritate Dei omnipotentis, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & noſtra vtraq; parte præſente, prædictas prædeceſſorum noſtrorum ſententias confirmātes, decreuimus, ſtatuimus, & ſancimus, vt Dolē. eccleſia perpetuis ſemper temporibus ſuffraganea plenè ſubiaceat eccleſię Turonen. & debitam ei ſuæ veræ metropoli reuerentiam, & obedientiam cum aliis ſuffraganeis eccleſiæ Turon. impendat: nec vnquā Dolen. Epiſcopus ad pallei vſum aſpiret. Et ne cauſa toties diffinita, de cę tero valeat in contentionis ſcrupulum refricari, ſi qua poſthac inſtrumenta, vel argumēta pro parte Dolen. eccleſiæ poſſent quomodolibet inueniri, nos auctoritate Apoſt. nihil ea penitus valitura cenſemus. Nulli ergo, &c. Diffinitionis, &c. Datum Lateran. per manum Rainaldi domini Papæ notarij Cancellarij vicem agentis, cal. Iunij, indictione ſecunda, incarnationis Dominicę anno MCXCIX. pontificatus vero dñi Innocentij Papæ tertij anno ſecundo.

ARCHIEPISCOPO, ET CAPITULO Turonenſibus. De eodem argumento.

AD conuincendam malitiam, & improbitatem eorum, qui contra rationes, & iura venire nō metuunt, ſedes Apoſtolica conſueuit rigorem, & ſeueritatem aliquoties temperare: vt vincens in bono malum, omnem auferat materiam murmurandi. Hoc enim quidam prædeceſſorum noſtrorū in cauſa, quæ vertebatur inter Turon. & Dolen. eccleſias feciſſe noſcuntur: qui contra res iudicatas, & per ſententias ſedis Apoſtolicę ſæpius diffinitas, Dolen. audientiam in iudicio præſtiterunt, cum contra res iudicatas nullo iuris remedio valeat attentari: ita quòd & iudicis inferioris ſententia, quæ legitima non eſt, appellatione ſuſpenſa, poſtquàm in rem tranſierit iudicatam, vt contra ius litigatoris prolata, retractari de iure nō debet, vt ſic finis litibus imponatur. Nos quoque poſtquā cauſam illam, quę commiſſa fuerat à bonæ memoriæ Alex. & Lucio prædeceſſoribus noſtris inter ipſas eccleſias ſuper poſſeſſione tantum ſubiectionis, & libertatis, rationibus vtriuſque partis, & allegationibus cum inſtrumentis, & atteſtationibus diligenter auditis, & cognitis, p Turonen. cōtra Dolen. canonicè termināuimus, ad abundantiorem cautelam benignā adhuc ipſis Dolen. indulſimus facultatem: vt quoniam in examinatione illius cauſæ multa fuerunt in diuerſis articulis coram nobis, & fratribus noſtris vtrinque de proprietate propoſita, ſummatim non quaſi litem contra priores ſententias cōteſtando, ſed vt ex his, q̄ fuerūt actitata, de proprietate, ſi poſſent, aliquid plenius & efficacius allegarent: per q̄ forte poſſet oſtendi, an aliquid fuerit omiſſum, ſicut ipſi frequentius aſſeruerant, propter quod ipſa Dolen. eccle. in prioribus iudiciis remanſerit aliquatenus indefenſa. Sed cū p̄ter illa, q̄ pl̄ multipliciter allegauerant, nihil poſtea cōmodius allegarēt, nos ex allegationib⁹ ipſis nihil penitus audiētes, q̄ cōtra vires priorū ſententiarū animū nr̄m poſſet, aut deberet aliquo mō mouere, dictas p̄deceſſorū noſtrorū ſnīas, cōfirmauimus. Statuētes vt Dolē. ecc. tanq̄ ſuę veræ metropoli ppetuis ſemp tpib⁹ ſuffraganea plenè ſubiaceat eccl. Turonen. nec vnq̄ Dolē. Eps ad pallij vſum aſpiret. Et ad omnē malitiā cōuincendā decreuimus, vt ne lis toties diffinita poſſet vlterius refricari, ſi qua poſt hæc argumēta, vel inſtrumenta pro parte Dolē. eccl. contingeret inueniri, tanquàm nihil penitus valitura, omni prorſus vtilitate careret. Vt aūt de ordine proceſſus iſtius nulla poſſit in poſterū dubitatio ſuboriri, has vobis literas ipſum proceſſum cōpēdioſius continentes duximus in teſtimoniū cōcedendas. Dat. Lat. IIII. nonas Iun.

REGI-

REGI FRANCORVM, DE EADEM re.

VEntilata diutius, & quasi frustra sępius sopita contentio, quæ inter Turonen & Dolen. ecclesias vertebatur, vsque adeò statum generalis ecclesiæ hactenus molestauit, vt non solum Dolen. doleret ecclesia, & metropolis Turonen. turbaretur, sed prædecessorum nostrorũ aures vtriusque sæpius querela pulsaret, & ipsi frustra quodammodo visi fuerint laborasse. Nam, & si frequenter ad Romanam curiam quęstio ipsa perlata fuisset, & per multos prædecessores nostros non tantum semel sopita, sed sæpe, nihilominus tamen super ea nos oportuit laborare: nec fuit per Dei gratiam labor noster inanis, sed principium nostrum finis est debitus subsecutus. Si quidem cum vtraque partium ad citationem nostram apostolico se cõspectui præsentasset, auditis, quę fuerant hinc inde proposita, rationibus, allegationibus, & attestationibus, & instrumentis partium diligẽter inspectis, de communi fratrum nostrorum consilio sententiam dictauimus pro ecclesia Turonen. auctoritate Apostolica decernẽtes, vt Dolen. ecclesia suffraganea semper existat ecclesiæ Turon. & ei suæ veræ metropoli reuerentiam, honorem, & subiectionem semper impẽdat: nec vllo vnquam tempore ad vsum pallij Episcopus Dolen. aspiret. Ideoque serenitatem regiam monemus, & exhortamur attentius, ac per Apostolica tibi scripta mandamus, quatenus latam à nobis sententiam, quantum in te fuerit, & tu ipse conserues vlterius, & facias ab illis obseruari, eandem ecclesiam Turon. ĩ suis iustitijs, & manutenẽs, & defendẽs.

Datum Lateran. II. Cal. Iunij.

In eundem modum Comitissæ, & A. filio eius, & vniuersis Baronibus Britanniæ, vsque ad verbum Obseruari. Turõ. ecclesiam vestram recognoscẽtes metropolin, & ad eam, in quib. necesse fuerit deuotè & humiliter currentes. Alioquin sententiam, quam in vos propter hoc canonicè tulerit ecclesia Turonen. ratã habebimus, & faciemus auctoritate nostra inuiolabiliter obseruari.

Datum eadem.

In eundem modum clero, & populo Dolen. vsque ad verbum Aspiret. Ideoque vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mãdamus, & districte præcipim⁹, quatenus latæ à nobis sententiæ deuotè, ac sine omni contradictione parentes, Turonen. ecclesiam, videlicet metropolin vestram curetis humiliter reuereri, & ad eam in quibus necesse fuerit, & ius metropolitanum postulat, recurratis. Alioquin sententiam, quam in vos propter hoc canonicè tulerit, ratam habebimus, & faciemus auctoritate nostra inuiolabiliter obseruari.

Datum eadem.

In eundem modum Capitulo Dolen. vsque ad verbum Recurratis. Volumus etiam, & sub eadem sententia districtè præcipimus, quatenus dilectum filium electum vestrum consecrandum, venerabili fratri nostro Turonen. Archiepiscopo omni appellatione, contradictione, & occasione cessantibus, præsentetis: qui ei more suffraganeorum Turonen. eccl. professionem faciat, & obedientiam promittat. Quod nisi infra duos menses, postquàm requisiti fueritis, volueritis adimplere sententiam, quam propter hoc idẽ Archiepiscopus in vos canonicè tulerit, ratam habebimus, & faciemus auctore domino inuiolabiliter obseruari.

In eundem modum Archiepiscopo Rothomagen, & suffraganeis eius, vsque ad verbum Aspiret. Ideoque fraternitati vestræ per Ap scripta mandamus, quatenus latam à nobis sententiam, quantum in vobis fuerit, & vos obseruetis vlterius, & faciatis ab alijs obseruari: nec alicui de Dolen. diœcesi chrisma, vel alia sacramenta ecclesiastica ministretis, nisi de consensu Eccl. Turonen. Sententiam insuper, quam venerabilis frater noster Archiepiscopus Turonen. in dilectos filios electum, & Cap. Dolen. propter contumaciam, seu inobedientiam eorum canonicè tulerit, vsque ad satisfactionem cõgruam per diœceses vestras ratam faciatis, & firmam haberi.

Datum vt suprà.

PRIORI,

PRIORI ET CONVENTVI DE Nostlat. De confirmatione priuilegiorum.

CVm à nobis petitur &c. vsq; ad verbum Assensu. De Felechiurche, de Fedestiam, de Batteleya, & de Vuarnefeld ecclesias, quas monasterio vestro bonæ me. B. Eboracen. Archiepiscopus canonice cõtulit, sicut eas iuste possidetis, ac pacifice possidetis, & in authẽtico ipsius Archiepiscopi plenius continetur, vobis, & per vos monasterio vestro auctoritate apost. confirmamus. & præsentis scripti pagina communimus. Decernimus ergo &c.

Datum Lateran. II. nonas Iulij.

PRIORI, ET CANONICIS de S. Osmundo eiusdem argumenti.

IVstis petentium &c. vsque ad verbum Assensu. Ecclesias d Boulton. de Sudcherchebi, de Rouuelle, & de Felechurche, sicut eas iuste, ac pacifice possidetis, ad exemplar felicis recordationis C. Papę prædecessoris nostri, vobis, & per vos ecclesiæ vestræ, auctoritate apostolica cõfirmamus, & præsentis scripti pagina communimus. Nulli ergo &c.

Datum Lateran. iij. idus Iunij.

MASSILIEN. ET AGGATEN. Episcopis. vt Cœnobium in Arearum insulis instaurationem prudenter suscipiant.

Cap. Cũ Dilecti. De his quę vi & metus causa fiũt.

CVm dilect⁹ filius Abbas de Floreia nuper ad nostram præsentiã accessisset, nobis exposuit diligẽter, & hoc ipsum abbatis insularum, & aliorũ quorundam literæ continebant, quòd in insulis Arearũ fratres Cistercien. quondam fuerant commorati: sed eis in captiuitatem paganorum deductis, quoniam locus mari erat vicinus, illuc se quidam regulares canonici transtulerunt: qui licet iam per annos tringinta canonicorum regularium habitum portauissent, opera tamen contraria regularibus faciebant. Sed ad se domino inspirãte reuersi monasticum ordinem ibidem plantari volebant, secundum Cistercien. instituta, quod etiam diœcesanus Episcop⁹ affectabat. Vnde nos ad Abbatis ipsius instantiam venerabili fratri nostro Arelaten. Archiepiscopo dedimus in mandatis, vt si diœcesani Episcopi, & eorundem fratrum in id ipsum desideria conuenirẽt, Cistercien. monachos institueret in insula memorata, facturus de canonicis quod crederet expedire secundum canonicam honestatem. His igitur literis impetratis, idem Abbas de Floreia reuersus ad propria prius quàm eas ad dictum Archiepiscopum detulisset, cum venerabili fratre nostro Tolonen. Episcopo ad locum memoratum accessit: & omnium fratrum ibidem manentium in tantum obtinuerũt assensum, pariter & fauorem, quòd Abbas insularum claues domus, & seipsum in manib. alterius Abbatis tradidit, professione facta cum quibusdã ex canonicis de Cistercien. ordine in posterum obseruando: quod & quidam canonicorum in manu eiusdem Abbatis de Floreia Sacramento præstito firmauerunt, osculo dato eidem, quòd vsq; in finem in eodem ordine permanerent: aliis promittentibus per iuratoriam cautionem, quòd per se, vel alios contra factum istud de cætero non venirent, iurantibus reliquis, quòd super prouisione sua starẽt arbitrio Episcopi memorati, & nobilis viri G. de Fossa sacristæ, qui aberat assensu probato per testes, quòd postmodum rediens est confessus. Consequenter vero idem Episcopus, & Abbas de Floreia dicto Archiepiscopo Arelaten. per suas literas intimarunt, quòd diœcesanus Episcopus, & canonici memorati translationẽ Cistercien. fratrum illuc fieret vnanimiter appetebãt: quod acceptans Archiepiscopus memoratus, factum eorum auctoritate qua fungebatur apostolica cõfirmauit: vices suas eis in hac parte committẽs, vt quę bene inceperant de instituendo ibi ordine Cistercien. vice ipsius perducerent ad effectum. Cuius mandatis parentes humiliter, & deuote, quæ ipsis iniuncta fuerãt, curauerunt ducere ad effectum: dantes

generali

generali Cisterciē.cap.in mādatis,vt in prædicto loco suū ordinē instituere ꝓcurarēt.Petebatur itaq; ꝓ iā dicto Abbate de Floreia, translationem factā ratam à nobis haberi, & auctoritate sedis Apo.cōfirmari:trāsgressores ēt,& cōtradictores oēs,qui cōtra vota, & iuramēta ꝑstita nitebātur,qđ ab eis factum fuerat impedire,canonica pœna ꝑcelli. Cæterū F.sacrista, P.Vuarardi,& P.Guil.corā venerabili fre nro P.Portuē.Epo,quē ipsis,& parti alteri dedim⁹ auditorē,ꝓcessū negocij aliter ꝓponebāt. Cū.n. ꝑdicto Arelatē.Archiepo cā fuerit à nobis sub forma,q̄ ꝑmisim⁹, delegata,prę fātus Abbas accedēs ad locū cū Epo Tolonē.priusquā literas nostras Archiepo ꝑsentasset, qui iuxta tenorē ipsarum de singulis debebat īquirere diligēter,motu ꝓprio cū socia multitudine insulam occupauit: cōstanter affirmās,ꝙ eis volentib.vel nolētib.loc⁹ idē pura,ac simpliciter à nobis sibi fuerat assignatus. Cūq; se in his grauari sentirēt, Abbate ipsorū eis omne auxiliū denegante,qui cōtra quosdā de canonicis,odiū dicebatur,& ingratitudinē cōcepisse: vnde in ipsorū dispendiū sup munitione armatos ponere nō expauit, amota inde scala,ne facultas esset canonicis ascendendi,sedē Apo. appellarunt. Sed dicti Abbates nrhilominus ab incepta violentia desistentes,cū quosdā ex ipsis nō posset corrūpere pecuniæ sponsione, qđ super his starent mandatis Epi Tol.ꝓ violentiā cogere voluerunt. Cū aūt nec quindecim dierum possent indutias obtinere, quas quidam ex ipsis ad deliberādū plenarie postularāt, iurare cōpulsi fuerūt mādato dicti Episcopi, & G.de Fossa laici,qui eis arduę rupis præcipitium fuerat cōminatus, se super præmissis q̄stionibus parituros. Alij ꝓmiserunt in manu abbatis, probatione sibi annua reseruata,quod regulam Cistercien.obseruarent.Aliqui verò nec iurauerunt, nec promissionem aliquā facere voluerunt. Horū ergo tacita veritate nomina ti Eps,& Abbas de Floreia dicto Archiepisc.suggesserunt,ꝙ diœcesanus Eps, & omnes loci canonici super institutione Cistercien. vnanimiter concordabant: & ita fuit eius confirmatio impetrata. Sed cū paucis diebus elapsis præfati canonici Archiepiscopo cuncta quæ gesta fuerant intimassent, ipse quod in præiudicium eorū factū fuerat,ipsis compatiens reuocauit: restituēs eos ad omnia, quæ habuerāt tpe illo, quo litteræ fuerant impetratę: licet postmodū possessionem eorū ꝑtermisso iuris ordine sequestrarit,cōtradictores omnes excōicationis gladio percellendo. Et cū canonicis ad restitutionē instantib. confessiones,& attestationes vtriusque partis audisset,ad nos duxit ipsum negocium remittendū. Partibus itaque apud sedem Apost.constitutis,canonici spoliati sæpe dictum Abbatem de Floreia multipliciter arguebant. Primò ꝙ literas à nobis per veritatis suppressionē, & expressionem falsitatis studerat impetrare: suppressum. n.fuerat in illis, ꝙ ecclesia de insulis Arearū,ad Ro.eccl.solūmodo ptineret: sicut ipsius priuilegia, quorum ad nos transcripta ꝑfatus Archiēps destinauit,indicāt euidenter. Falsitatis verò suggestio inde perpēditur, ꝙ oēs canonici translationem ordinis cum diœcesano Epo pariter affectabant,quod aliter esse ipsorum contradictio liquido arguebat. Sed neq; sæpe dict⁹ Tolen.Eps diœcesanus erat ipsorū, qui nullo mediante ad Ro.eccl.pertinebāt: vnde ipsius cōsensus in hac parte ꝓ nullo erat penitus reputandus. Secūdo qđ ꝑ vim, & dolum eos seduxit, pariter & coegit, vt quidam eorū votū emitterent, alij iuramenta ꝑstarent.Nos ergo rationibus, & allegationib⁹ partiū ꝓ iā dictū Epm Portuē.qui eas ī scriptis nobis exhibuit pleni⁹ intellectis, quia cōstitit nobis de voto emisso,& prēstito iuro à canonicis Insularū,ꝙ regulā Cistercien.obseruarēt,vel ꝙ ordinationē hmōdi nullaten⁹ impedirēt:cū vtrūq;seruatū nō vergat ī dispēdiū salutis æternę, nolētes viā ꝓiurijs aperiri,nō obstāte violētia,q̄ proponebat illata:cū nō met⁹ mortis continuerit,neq; corporis curciatū: &ió nō debuerat cadere ī cōstātes,nec obsistente dolo,quo se ꝓponebant fuisse seductos,cū talis dol⁹ nō tā ad circūuētionē abbatis,q̄ ad fatuitatē eorum debeat retorqueri

torqueri sup restitutione petita silētiū eis d cōsilio fm nrorū duxim⁹ sniāliter imponendū. Verum qm̄ sæpe dicti Episcopus, & Abbas de Floreia fines mandati per suæ temeritatis audaciam excedentes, quòd per iam dictum Arelaten. Archiepiscopum, cui causa fuerat delegata, fieri debuisset, per se ipsos facere præsumpserunt. Et quia litteræ per suppressionē veritatis, & falsitatis expressionem fuerāt impetratæ, factum ipsorum tanquam minus legitimum per sententiam duximus irritādum. Et quia secundum Apost. instantia nostra quotidiana est, omnium eccle. solicitudo continua, ne occasione præmissæ discordiæ locus idem remaneat destitutus, & delictum personarum in damnum eccl. conuertatur, fraternitati vestræ per ap. scripta mādamus, atque præcip. quat. Deum habentes præ oculis, ad ordinationem ipsius ecclesiæ vice nostra solicitius intendatis: in qua per viros eiusdem ordinis, si fieri poterit, regularium canonicorum professionem, & ordinem volumus reformari. Alioquin ne locus idem remaneat deformatus, per fratres Cistercien. ordinis eundem reformari volumus, & mādamus, correctione prædictorum excessuum nobis in hoc articulo reseruata: ita q̄ si per solicitudinem, & prouidentiam vestram locus idem Cistercien. fuerit assignatus, nullum quo ad ius, p̄prietatis Ecclesiæ Romanæ p̄iudicium generetur: quod in plerisque monasteriis eiusdem ordinis nouimus obseruari. Taliter autem mandatum apostolicum exequamini, vt fraternitatem vestrā de qua plenè confidimus, debeamus meritò commendare. Quòd si præmissum locum Cistercien. duxeritis conferendū canonicis memoratis, in locis idoneis p̄ vos prouideri volumus competenter. Nullis literis &c. Præter assensum partium, &c.

Datum Lateran. IIII. idus Iunij.

EISDEM, DE CONFIRMATIONE Priuilegiorum.

CVm à nobis petitur &c. vsque ad verbum Assensu. Ecclesiam de Cucheuuald. cum capell. de Silton. & de Brudeford, & omnibus aliis pertinentiis suis, sicut eam iustè, ac sine controuersia possidetis, vobis, & per vos ecclesiæ vestræ auctoritate Apostolica confirmamus &c. Decernimus ergo &c.

Datum Lateran. II. idus

M. PRIORI, ET CANONICIS de nouo Burgo. De eodem argumentò.

IVstis petentium &c. vsque ad verbum Assensu. Ecclesiam de Houingham, cum omnibus pertinentiis suis, sicut eam iuste, ac sine controuersia possidetis, ad exemplar felicis recordationis C. Papæ prædecessoris nostri, vobis, & per vos ecclesiæ vestræ auctoritate Apostolica confirmamus, &c. Decernimus ergo &c.

Datum vt suprà.

MAGISTRO, ET FRATRIBVS militiæ templi. Qua sententiam Cardinalis pro ipsis latam confirmat.

CVm ex conquestione vestra iamptridem ad audientiam sedis Apostolicæ peruenisset, quòd canonici Sancti Quintini vobis quasdam subtrahebant de illarum præbendarum oblationibus portiones, quas decedentibus canonicis, seu quocunque modo cedentibus, percipitis annuales, felicis recordationis Lucius Papa prædecessor noster causam ipsam sub hac forma venerabili fratri nostro Atrebaten. Episcopo delegauit: vt inspectis litteris, quas super illis annualibus habebatis, si qua contra ipsarum continentiam subtracta existerent, ea vobis omni appellatione postposita, faceret resignari: & iam dictis canonicis inhiberet districtius, ne quid de prouentibus, quos percipere in ecclesia ipsa debetis, subtrahere aliquo modo præsumerent. Quod si aliquatenus attentarent, ipsos districtione canonica coerceret. Episcopus verò, sicut ex authētico ipsius cognouimus, per authentica vestra cognouit, quòd quocunque modo p̄bendæ illius ecclesiæ de persona ad personam trāsirent, earum annualia in integrum

grum percipere debeatis, & in vsus vestros perpetuò possidere. Canonici verò quasdam obuentiones, quas vocant panem, vinum, capones, & quadragesimã exceperunt: occasione cuiusdam transactionis, quam inter eos, & quendam fratrem vestrum intercessisse coram Sansone bonæ memoriæ Remen. Archiep. affirmabant. Ad quod probandum, licèt testes plurimos induxisseut, vtrum tamen frater ille potestatem, vel auctoritatem habuerit transigendi, vel excipiendi, quod ex parte vestra constantissimè negabatur, probare minimè potuerunt. Episcopus autem licet ex abundanti, nihilominus tres ex vobis bonæ opinionis viros tactis sacrosanctis Euangelijs iurare fecit, prædictum fratrem sic transigendi, vel excipiendi potestatem, vel auctoritatem nullatenus habuisse: nec q̃ literas de ratihabitione habuerit, per dictos testes dictum fuerat, vel probatum. Vnde Episcopus ipse totam integritatẽ ipsorum annualium vobis auctoritate apostolica iudicauit: vos in adiudicatæ rei possessionem inducens: à cuius sententia, licet in cõmissione appellationis fuisset subterfugiũ interdictũ, canonici, tamen nihilominus appellarunt. Cũq; postmodũ iidem fratres ad sedem Apostolicã accessissent, felicis recordationis Vrbanus Papa prædecessor noster bonæ memoriæ Bobon. Sãcti Angeli diacono Cardinali ipsum commisit negocium audiendum, ac postmodum fine debito terminandum. Qui intellecta, & cognita veritate, quòd in commissionis literis appellatio interdicta, nec suam canonici fuerant persecuti, immò ei ex parte ipsorum interposito Sacramento fuerat renunciatum, iam dictam sententiam Episcopi de mandato, & auctoritate apostolica roborauit. Ne igitur sedatum litigium vlterius malignitate aliqua suscitetur, nos Episcopi memorati sententiam, sicut à prædicto Card. de mandato est apostolico confirmata, ad exemplar memorati Vrbani Papæ prædecessoris nostri ratam esse decernimus, & præsentis scripti pagina communimus. Statuẽtes vt nulli omnino hominũ &c.

Datum Lat. idus. Iunij.

P. SANCTÆ MARIÆ IN VIA Lata Diac. Card. apostolicæ sedis legato ex propter vitia quædam corporis Cameracẽs. electus depositur, & eligatur alius, qui doctrina, & moribus præsit.

CVm enormes excessus relinqui nõ debeãt impuniti, ne fortè trahãtur à psũptorib. in exẽplũ, nos qui licet indigni speculatoris offm̃ sup vniuersam ecclesiam exercemus, sũmo debem' studio prouidere, ne quod contra disciplinam ecclesiasticam enormiter attentatur, in confusionem ipsius remaneat segniter ĩcorrectũ: quia quod cõtra leges dissolui meretur. Sanè cũ olim nobis denunciatum fuisset, q̃ H. Cameracen. electus electionis suæ tpe in minoribus esset ordinibus cõstitutus, & q̃ post electionem suã p ven. fratrẽ nostrum Remen. Archiep̃m S. Sabinæ Card. confirmatã, de mãdato ipsius p venerab. frem nostrum Atrebaten. Ep̃m fuerat in acolitum, & subdiaconum ordinatus: & q̃ viduam duxerat in vxorem, de qua filiũ susceperat: qui in p̃positura S. Petri Ducen. ei nullo mediante successit: & q̃ ita incuruus existeret, q̃ de iure non posset aliquatenus p̃moueri: venerabili fratri nr̃o Epo Parisien. dedimus in mãdatis, vt vocatis ad præsentiam suam quos nosceret euocandos, & inquisita tam super præmissis oĩbus, q̃ publica fama diligẽtius veritate, quod inueniret, p suas nobis literas intimaret: mãdauimus ẽt ei, vt Cameracen. capitulo ex parte nostra districtius inhiberet, ne si ẽt dictus electus electioni renũciarent spontaneus, ad nominationem, vel electionẽ p̃cedere attentarent: cũ in eo essent merito puniendi, in quo videbantur taliter deliquisse. Dictio ẽt Atrebaten. Epo dedimus in mandatis, vt huiusmodi veritatem negocij per suas literas nobis intimaret. Cæterũ memoratus Parisien. Episcopus mandati nostri diligens executor, inhibitione facta Cameracen. capitulo iuxta formã Apost. mandati ne ad electionem procederent, etiã si idem elect' voluntate propria resignaret, ipsi' electi cõfessionẽ audiuit, testiũ depositiones recepit, & omnia redacta ĩ scriptis sub sigillo suo ad nostram curauit

præ-

præsentiam destinare: quæ ad maiorem cautelã sub bulla nostra tibi duximus remittenda. Nos igitur cum fratribus nostris super hoc deliberatione habita diligẽti, de ipsorũ cõsilio discretioni tuæ p apostolica scripta mandamus, quatenus cùm, sicut ex literis ipsius Parisien. tibi plenè patebit, per ipsius electi confessionem cõstiterit quòd electionis suæ tempore solam clerici tonsuram habuerat, & ex literis dicti Atrebaten. Episcopi nobis constiterit, quòd ipse eum de mandato dicti Archiepiscopi post confirmationem ipsius in acolitum, & subdiaconum ordinauerit: & sicut ex depositionibus testium patuit, non in ieiuniis quatuor temporũ, sed potius eodem die dominico, cùm etiam idem electus confessus fuerit, quòd de vidua filium suscepisset, qui ei per electionem capituli Sancti Petri Duacen. in præposituram nullo successerat mediante: cùm ex inspectione corporis eius, ipsius sit incuruitas manifesta: & si tanta nõ sit, quin posset sine reprehensionis vitio promoueri, si alia non obstarent: cùm ipse etiam electionis suæ tẽpore fuerit protestatus, quòd quia solam tõsuram habebat, & erat corpore debilis, eligi non poterat nec debebat, cum conscientia dicti Parisien. Episcopi, cui volumus, quia prudenter processit in inquisitione, deferri, memoratum electum, & capitulum Cameracen. ad locum conuocet competentem: & si electus ipse vel venire distulerit, vel veniens infra triduum cedere spõte noluerit, electiones ipsius omni prorsus contradictione, & appellatione cessante denũcies irritam, & inanem. Inhibens districtiùs Capitulo memorato, ne ad electionẽ procedere vlla prorsus occasione præsumant, cùm in eo sint puniendi, in quo peccarunt. Postmodũ verò personam aliquam scientia, & honestate perspicuam, per quam Cameracem. ecclesia in spiritualibus proficere valeat, & intemporalibus reformari, ei appellatione remota præficias in pastorẽ: tam canonicos quàm homines Cameracen. ecclesiæ ad impendẽdam ei reuerentiam, & honorem per cẽsuram ecclesiasticam appelli. remota compellens, & compescens districtione simili resistentes. Dat. Lat. XIII. Cal. Iulij.

ILLVSTRI REGI VNGARIE vt Episcopo Vuatiensi de Abbatiis ex ecclesiæ thesauris satisfaciat.

INter vniuersi orbis prouincias apostolica sedes Regnum Vngariæ speciali quadam prærogatiua dilexerit, ob merita Regum ipsius, ac præcipuè ob feruentis deuotionis constantiam, & inuiolabilis sinceritatis affectum, quem inclytę record. B. Rex Vngariæ pater tuus circa sacrosanctam Rom. ecclesiam matrem suã ferè semper exhibuit ad exaltationem ipsius, augumentum ecclesiarum regni sui, & honorem omnium clericorum, tam humiliter quàm potenter intendens. Nos etiam sperantes quòd in filio paternæ vigeat deuotionis affectus, & tua regia celsitudo sic eidem patri tuo in proposito, sicut in regno, sic in voluntate, sicut in dignitate succedat, ad integritatem regni tui, & tui honoris augumentum efficaciter intendimus hactenus, & adhuc intendere non cessamus: sperantes quòd, & tu eo fortius in nostra, & ecclesiæ Rom. deuotione persistas, quo amplius nostram circa te, ac regnum tuum expertus fueris gratiam, & fauorem fratrum. Verùm quantò sincerius regiæ serenitatis diligimus incrementum, tantò amplius contristamur, siquando ea de tuis actibus ad nostram audientiam perferuntur, quę circa te prouocent diuinæ indignationis offensam, & iniuriam Apostolicæ sedis, & tuæ videantur famæ dispendium redundare. Sanè peruenit ad audientiam nostram, quòd in prima transactæ obseruantiæ quadragesimali hebdomada, quarta feria quatuor temporum circa crepusculum noctis, venerab. fratre nostro Vuatien. Episcopo cum canonicis suis completorium decantante, accedens ad ecclesiã Vuatien. claues sacrarii exhiberi tibi, & Episcopum de ecclesia egredi præcepisti. Cumque ipse positas sibi formidans, insidias, cum ipsa hora ei multæ suspitionis certius ingereret argumentum, obtemperare iussioni regiæ recusaret, hostium sacrarii mandasti violenter infringi: & cùm idem Episcopus, & canonici propter hoc conuersi ad dominum cum lachrimis decantarent: Aspice domine de

sanctuo: & cogita de nobis: tu quasi molestè ferens, quòd diuinum auxilium implorabant, irruës in Episcopum, ipsum à summo gradu, quod est ante altare vsque in pauimentum violentis manibus attraxisti, & pauimento allisum tradidisti, non minus violentis tuorum manibus de ecclesia extrahendum. Ipso igitur de ecclesia violenter ejecto, & relicto quodammodo semiuiuo, fracto sacrarij ostio, & scriniis violatis, thesaurum ecclesiæ occupasti, & patrimonium ciusdem Episcopi, quod domui cuidam religiosæ, quam ipse de nouo fundauerat, cōcesserat inituitu pietatis fecisti motu voluntatis propriæ confiscari. Postmodum verò cùm idem Episcopus propter hoc in ecclesia sua taliter violata, diuina prohibuisset officia celebrari, tu decimas sibi denegari fecisti, ac vetuisti nuncijs eius sub pœna priuationis oculorum, ne regnum tuum egredi attentarent, quasi tacitè prohibens, ne ad Apostolicam sedem accederent, si per his querimoniam delaturi. Quia igitur saluti tuæ cōsulere cupimus, & potius animæ, quàm corpori prouidere, cùm nobis non constiterit de prædictis, serenitatem regiam monemus, & exhortamur in domino, & in remissionem iniungimus peccatorum, per Apost. scripta mandantes, quatenus taliter, quæ prædicta sunt, corrigas per te ipsum, taliter Episcopo satisfacias memorato, immò potius sedis Apostolicæ, quā lægisti: taliter Vuatien. ecclesiæ damna restaures, quod nos ad id seueritatis ecclesiasticæ manum apponere non cogamur. Alioquin quantuncunque personam tuā in domino diligamus, quia tamen potiùs Deo, quàm homini volumus complacere, dissimulare non poterimus, quin in te, & terram tuam exerceamus canonicam vltionem. Certè priorum exempla te potuerant ab huiusmodi reuocare, & à tanta præsumptione tuam debuerant compescere voluntatem. Legisti enim, vel forsan audiuisti: quòd cùm Helyodorus ærarium, quod erat Hierosolymis spoliaret, percussus ab Angelo expirasset, nisi pia ei subuenisset oratio sacerdotis. Baltalar dū spoliato templo vasis sacris in conuiuio vteretur, articulos manus regni sui terminum notauit in pariete depingentis. Pompeius, non quia spoliauit, sed quia intrauit solummodo sancta Sanctorum, de sempet victore victus effectus, commissum in gulo expiauit. Sano igitur ductus consilio per condignæ satisfactionis effectum, tantæ præsumptionis reatum studeas abolere: ne præter canonicæ districtionis rigorem, quem debes meritò formidare, Deus vltionum dominus, qui reddit retributionem superbis, in te, ac regnum tuū iniurias dicti pontificis, immò suas potius grauiter vlciscatur. Datum Lateran. XI. Calendas Iulij.

In eundem ferè modum scriptum est Colocen. Archiepiscopo, vsque ad verbum Cogamur. Ideoque fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, & districtè præcipimus, quatenus regem ipsum ad implendum mandatum Apostolicum salubriter moneas, & tam efficaciter, quàm diligenter inducas. Quòd si nec mandatis nostris, nec monitis tuis acquiescere fortè voluerit, tu cum suffraganeis tuis, si vnquam fieri poterit, id studeas ad honorem Apostolicæ sedis, & nostrum, & tam prædicti Episcopi, quàm ecclesiæ Vuatien. vtiliter emendare. Quòd si per studium, & solicitudinem tuam id fieri fortè non poterit, præsentium tibi auctoritate in virtute obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, vt postpositis is gratia, & timore, solum Deum habens præoculis, sicut de tua discretione confidimus, inquiras de prædictis omnibus diligētius veritatem, & quod inueneris per tuas nobis cures litteras intimare: vt re cognita Apostolicum à nobis procedat edictum, per quod tantæ præsumptionis audacia districtione canonica feriatur. In hoc enim proposuimus experiri, si magis terrenum regem metuas, quàm cœlestem: & an honorem ecclesiæ gratiæ Regi anteponas. Datum vt supra.

ABBATI SANCTAE CRVCIS & sancti Leufredi confessoris, eiusque fratribus tam præsentibus, quàm futuris, regularem vitam professis in perpetuum. De confirmatione priuilegiorum.

Piæ postulatio voluntatis, &c. vsque ad verbum statuentes vt ordo monasticus, qui secundum Deum, & Beati Benedicti regulam in eodem loco institutus, &c.

tus,&c. vsque ad verbum Vocabulis. Locum ipsum in quo ecclesia memorata sita est,cum omnibus adiacentijs,quæ ad eandem ecclesiam pertinent:ex dono Abdui ni quondam Ebroicen. Episcopi, ecclesiã Sancti Petri de Fontanis cum decimis, & manso presbyteri,& alijs,quæ ad eandem ecclesiam pertinent, ecclesiam Sancti Germani de Escardenuilla, cum decimis suis,& triginta solidos solitæ pensionis, ecclesiam Sancti Pauli de cruce cum medietate eiusdem villæ, decimis, & annua pensione quindecim librarum Andegauen. eccl. Sãcti Remigij de Calliaco cum eadem villa,& appenditijs suis, cum decimis, & annua pensione quadraginta sol ecc. de Grouilla cum decimis, & vno manso, eccl. de Vuiuilla cum decimis in toto feudo de Monte forti, excepto dominico Thomæ de planca, & dominico Rog. de Vuiuilla quantum pertinet ad mensam eorum. Ecclesiam de Trunco cum decimis suis in feudo. Galerani de Mara, & vno manso & xx. sol. Andegauen. solitę pẽsionis, ecclesiam de Alpegart cum decimis de feudo Vullielmi de Essarris,& de feudo Hugonis militis, & vno manso, & alijs quatuor hospitibus. Ecclesiam de Campenart cum eadem villula, & pertinentijs suis, & pẽsione solidorum quinque Andegauen. ecclesiam de Mersi cum decimis suis, eccl. de Allega cum decimis suis, eccl. de Cahanijs cum decimi suis, & tribus partibus hospitum. Ecclesiam de Dardeis cum decimis suis, & pensionem x. solidorum Andegauen. Ecclesiam de Venabulis cùm decimis suis, & terris eidem ecclesiæ pertinentibus. Ecclesiam Sancti Albini de Vuallon cum decimis suis. Ecclesiam de Bruolio cum decimis, & pertinen. suis. Eccl. de Sallejo cum decimis, & terris eidem pertinentibus. Ecclesiam de Tonaio cum medietate Altenag. terris, & decimis de feudo Ric. eiusdem villę domini. Eccle. sancti Georgij de Esserra, cum eadem villa, & pertinentijs suis, & xx. sol. Sterlingorum annuæ pensionis. Capellam sanctæ Mariæ in eadem parochia sitam: Eccl. S. Remigij de Besu cum hospitibus, terris, & decimis de feudo Ioan. de Gisorz, & alijs hospitibus,& terris,& nemore Alodiariorum Reg. eccl. Sancti Albini de Besu cum terris ei pertinentibus. Capellam Sanctæ Austrebertæ,cum pertinẽtijs suis. Capellam Sancti Dionysij de Bansicort cum decimis de feudo Osmundi monarij apud Sanctum Eligium. Decimam de feudo Hugonis de Seusei apud Nenuillam. Decimam Vull. de Maudiut apud Luderuillam,de feudo Vulliel. Peler. apud Aamercort. decimam de feudo Matthæi de Gamachijs apud Maneuillam. Duas partes decimarum de feudo Pagani de S. Luciano, & de feudo Orselli, & de feudo Flooldi. In parochia S. Diony. de Formã ecclesiam ipsam cum parte decimarũ. Ecclesiã S. Andreæ de Autulio lo cũ tertia parte decimę & pensione duorũ sol. eleemosinã de insula quæ dr Guerne re,quartam partem oblationum de feria, & de festo S. Christo. de Roilli. Decimã de Heudieruilla, & de Sessenuilla in feudo Autulij. Decimam de Bocleio in feudo Roberti filij Vul. decimam de Mesnilla in feudo Hogonis de Lace, & decima de Buison in feudo Hug. Bigot. Quartam partem decimæ de Autulio. Decimam de feudo Almarici Doesnel apud Vuateuillam. Totam decimam Essarrorum de Louiers de feudo Galerani comitis Melleten. Ex dono Galerani comitis centum Solidos Sterlingorum annuatim reddendos in Dorserta apud Scellentonam, & decimam denariorum suorum de cruce. Ex dono Vullielmi alliacen. medietatem Escardenuillæ in eleemosinam. Decimam quam habetis in in feudo Galterij, Arou de Anesus cùm alijs decimis. Possessiones præterea, terras, vineas, nemora, prata, molendina, furnos, aquas, piscarias, redditus,& alia, quę superius expressa sunt, & quæ à quadraginta annis vsque ad hæc tempora iustè,& sine controuersia tenuistis,& nunc pacificè possidetis. Sanè nouarium,&c. Liceat quoque vobis,&c. Prohibemus insuper vt nulli fratrum,&c. In parochialibus verò ecclesijs,&c Libertates, etiam,&c. Immunitates à Rothomagen. Archiepiscopis, Ebroicen. & alijs Episcopis vobis pia deuotione indultas, & vsque ad hæc tempora sine controuersia conseruatas, ratas habemus, & auctoritate Apostolica confirmamus. Cum au

tem generale interdictum, &c. Sepulturã præterea, &c. Obeunte verò te, &c. Decernimus ergo, &c. Salua sedis Apostolicæ auctoritate, & diœcesani Episcopi canonica iustitia. Si qua igitur &c. Datum Lateran. per manum Rainaldi domini Papæ notarij Acherontin electi Cancellarij vicem agẽtis XIII. Cal. Iulij, indict. secunda, incarnationis Dominicæ anno M CXCIX. Pont. verò domini Innocentii Papæ tertii anno Secundo.

P. SANCTAE MARIAE IN VIA Lata Diacono Cardinali Apostolicæ sedis Legato, & Episcopo Parisien. Vt Niuernensis Abbas hæreticus & depositus, carceribus monasterij includatur.

QVod legimus in Apocalypsi prædictum, ecce nunc videmus impletũ, quia de fumo putei abyssi exierunt locustæ similes equis paratis in prælium, facies quidem habentes humanas, sed caudas similes scorpionum, & aculei sunt in caudis earum: Hi sunt hæretici, qui de puteo cõfusionis egressi, non vt ipsi confusionem euadant, sed vt alios in confusionem inducant, faciem prætendunt humanam, vt seducant incautos, quibus tandem in similitudinem scorpionum damnationis infligunt aculeũ, dum eis iuxta scripturæ sententiam, fel draconis in aureo calice Babylonis propinant. In tantum autem iam eorum excreuit audacia, vt velut equi parentur ad prælium: cùm in aperto suæ falsitatis doctrinam disseminare præsumant: cõtra quos nisi gladius exeratur eccle. disciplinę, vt iam non solum capiantur, sed exterminentur vulpeculæ, quæ veniam domini demoliri moliuntur: verendum existit, ne, quoniam error eorum serpit vt cãcer, pars etiam sincera trahatur. Nuper enim, sicut ex tenore literarum venerabilis fratris nostri Senonen. Archiepiscopi, & relatione dilectorum filiorum R. & B. nunciorum eius nobis innotuit, multa de hæreticis, & eorum sectis in partibus gallicanis, quæ ab huiusmodi fece prorsus olim intactæ manere solebant, increbrescente iam vehementer infamia, cùm idem Archiepiscopus ad Villam quę Charitas appellatur, in qua plurimi dicebantur professores hæreseos delitescere, rogatus à venerabili fratre nostro Attisiodoren. Episcopo, in cuius diœcesi prędicta villa consistit, accessisset perscrutaturus diligentius veritatem, clero, & populo conuocatis post diligentem indagationem præter alios quàm plures, qui erant ibi de hæresi publicè infamati, Rainaldum quondam Abbatem S. Martini Niuernen. comperit huiusmodi contagatione respersum, & publica super hac infamia laborantem. Et quoniam in eo plurimum scandalizabatur & populus, & clerus, de consilio prædictum Antisiodoren. Melden. & Niuernen. Episcoporum qui aderant, & plurium prudentum virorum eum officio, beneficioque suspendit: diem apud Antisiodorum illi præfigens, vbi coram eo fortè si posset se de tanto crimine tueretur. Cumque die præfixa suam coram eodem Archiepiscopo exhibuisset præsentiam, assistentibus prædictis Antisiodoren. & Niueren. Episcopis, multisq; alijs viris discretis, & Prior eccle siæ S. martini de hæresi, adulterio, & vsura, & quibusdam alijs eum intenderet, & paratus esset protinus accusare, ante litis ingressum, licet nullum inferretur ipsi gravamen, sedem apostolicam appellauit: cuius appellationem frustratoriam, quoniam propter infamiam, & publicam notam criminis dictus Archiepiscopus non admisit, & præfatus prior paratus fuit in continenti obiecta probare, spontaneus causam subijt, & obiecta crimina penitus denegauit. Prior autem confestim quosdam ex canonicis suis testes produxit: qui cum à prefatu Archiepo recepti canonicè, ac diligẽter examinati fuissent, & attestationibus, prout debuit fieri, publicatis, ipsi etiam R. postulanti copiam earum sufficienter exhibitis, ei dies esset apud Senon. assignata, vt in concilio suffraganeorum exciperet, si vellet contra testes: & eorum dicta, & suæ defensionis proponeret rationes. Die præfixa, & loco ẽt assignato suis liberè, ac plenariè propositis rationibus interrogatus pluries, si pro se vellet aliquid aliud allegare, probationibus, & allegationibus omnino renuncians, sententiam postulauit, & postmodum sępè dicto Archiepiscopo pariter, cum venerabilibus fratribus nostris Trecen. Antisiodoren. & Niuernẽ. Episcopis, alijs-

alijsque prudentibus viris secretæ deliberationis tractatum habente, aduocatus prædicti R. sine illo ad consilium eorum intrauit: & proposuit ipsam appellationem, quam ante litis ingressum interposuerat, ratam habere, & eam iterum innouare. Cumque postmodum ad ferendam sententiam exeuntes comperissent pro certo, eum clanculò recessisse, dictus aduocatus eius, sicut fecerat in secreto, appellationem denuo publicè innouauit. Vnde memoratus Archiep̃s, quamuis nõ fuisset appellationi huiusmodi deferẽdũ, noluit eum de hæresi condẽnare, pro adulterio tñ, & alijs, quæ in damnationẽ eius erant manifestius diuulgata. Et qm̃ ꝓpter infamiam hæresis, & scandalum, quod in populo fuerat inde subortum, nullatenus etiam ad tempus in administratione abbatiæ sine omnimoda desolatione monasterij poterat tolerari, de communi consilio Coepiscoporum, & aliorum prudentum, qui aderant, ipsum in perpetuum per sententiam diffinitiuam officio priuauit Abbatis: & Canonici Sancti Martini de licentia eius quendam alium elegerunt. Cæterum idem Archiepiscopus attestationes contra eum receptas, nobis transmisit redactas in scriptum: ex quibus duo grauia satis probata esse videntur, videlicet, eum seriò, & assertiuè dixisse disputando, & defendendo hæreticorum errorem, quòd Corpus domini mittitur in secessum: & iuxta verbum Origenis omnes tandem fore saluandos. Allegationes autem, & rationes prædicti R. de quibus sæpe dictus Archiepiscopus in suis litteris fecerat mentionem, nobis per literas, vel per nuncios exponere nõ curauit: propter quod diutius expectauimus, si fortè alij nuncij super hoc instructi plenius aduenirent. Quoniam igitur causam transmisit ad nos minus sufficienter instructam, & ex hoc nobis scrupulus non modicæ dubitationis emersit, maximè cùm sit plena maturitate in tam arduo negocio præcedendum, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus Deum habentes præ oculis, & catholicæ fidei veritatem tam attestationibus, quæ contra prædictum R. nobis transmissæ fuerunt, quas vobis sub bulla nostra transmittimus, quam etiam allegationibus, & rationibus sæpe dicti R. quas coram præfato Archiepiscopo proposuisse proponitur, attentè, ac diligenter inspectis, publica quoque fama nihilominus inquisita, nisi ex eis aliquid perpendere poteritis, quod à ferenda cõdemnationis sententia contra eum merito animum vestrum debeat retardare, sublato cuiuslibet contradictionis, & appellationis obstaculo, vt in eo puniatur, in quo peccauit, ipsum à sacerdotali officio deponatis. Et quoniam metuendum est, ne in laqueum desperationis incidens, & ad perfidorum hæreticorum infidelitatem ex toto conuersus eorum præuaricationibus contaminet gregem intactum retrudi eum in districto monasterio faciatis, & ibi ad agendam pœnitentiam sub arcta custodia detineri: attentius prouisuri, vt ita mandatum apostolicum exequamini, quòd deuotionem vestram de beamus merito commendare. Nullis litteris &c. Harum tenore tacito &c. Quòd si ambo &c. Alter &c. Tu verò filij Card. diligens studium, & operam efficacem impendas, sicut de tua discretione confidimus, vt per diligentiam, & solicitudinem tuam ascitis tecum, quos noueris necessarios, hæretica pranitas extirpetur: & hæretici cùm suis falsis dogmatibus confundantur. Quòd vt melius, & plenius possis efficere, plenam tibi super hoc app. remota, concedimus potestatem.

Datum Lateran. XIII. cal. Iulij.

Abbati S. Mariæ de Canneto, eiusque fratribus tam præsentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. De confirmatione priuilegiorum.

PIAE postulatio voluntatis &c. vsq; ad verbũ Ordo monasticus, qui ſm Deum, & Beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dignoscitur &c. vsque ad verbum Vocabulis. Locum ipsum, in quo præfatum monasterium situm est cùm omnibus pertinentijs suis: ecclesiam Sancti Andreæ Apostoli in insula, quæ vocatur Minerua cum tota insula: ecclesiam Sancti Bartholomæi, quæ est in ciuitate Polam, cum redditibus suis ecclesiam Sancti Laurentij de Campanoso, cum campis, vineis, pa-

scuis, pratis, montibus, vallibus, aquarijs, & omnibus ad eam pertinentibus: ecclesiam Sanctæ Mariæ Bauran. cum omnibus possessionibus suis: & ecclesiam Sancti Blasij Sauinian. cum omnibus pertinentijs, & possessionibus suis: ecclesiam Sanctæ Mariæ Saccian. cum omnibus pertinētijs, & possessionibus suis: ecclesiam Sancti Pauli, & locum Barcilian. cum montibus, vallibus, habitationibus, pascuis, aquarijs, syluis, arboribus fructiferis, & infructiferis, piscarijs, atque ripis ad eundem locum pertinentibus: & Piscariam de Muccla de mezo: locum Valbendonij cum habitationibus, terris cultis, & incultis, arboribus, oliuis, pratis, & omnibus pertinentijs suis: piscariam portus Valbendonij: locum Florian. cum oliuis, terris cultis, & incultis, habitationibus, domibus, curtibus, & omnibus pertinentijs suis: Sancti Georgij, & Sancti Nicolai ecclesias cum omnibus pertinentijs, & possessionibus: locum Philippani cum mansibus, curtibus, pascuis, terris, aquarijs, syluis, campo de puteo, terris Carsæ planæ, & Cisterneolæ: fundum Volasij cum molendino: ecclesiam Sancti Laurentij cum tota valle. turri, curia, gurgo, & omnibus pertinentijs suis: ecclesiam Sancti Leonardi cum horto maiori, & curia, quæ est ante portam monasterij cum omni circuitu suo: terram de Ducende, & terram de Bagnole cum omnibus pertinentiis suis. Sanè noualium &c. Liceat quoque vobis &c. Prohibemus insuper &c. Cum autem generale interdictū &c. Libertates præterea &c. Sepulturam quoque &c. Obeunte verò te &c. Decernimus ergo &c. Salua sedis apostolo. auctoritate, & diœcesani Episcopi canonica iustitia. Siqua verò &c. Datum Lat. per manum Rainaldi Acherun tini Archiepiscopi Cācellarij vicem agentis XI. Cal. Iunij, indictione II. incarnationis do. an. MCXCIX. pōtificatus verò domini Innocentij Papæ III. anno II.

GOSTADIGIN. FVNDATRICI, & fratribus, ac sororibus ecclesiæ Beatæ Mariæ de Rocca maioristæ in loco, qui dicitur Puteus de Chartarijs. De eodem argumento.

CVM à nobis petitur &c. vsq; ad verbum Assen. Ecclesiam ipsam, & personas ibidem diuinis obsequijs mancipatas, cum omnibus bonis, quæ in præsentiarum eadem ecclesia rationabiliter possidet, aut in futurum iustis modis præstante domino poterit adipisci, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & p̄sentis scripti pagina communimus. Ad indicium autē perceptæ huius à sede Apo. protectionis, vnam libram cæræ nobis, nostrisq; succes florib. annis singulis persoluetis. Nulli ergò &c. Datum Lat. Cal. Iulij.

ROMANO ARCHIPRESBYTE. & Clericis Sanctorum Martini, Sergij, & Bacchi tam præsentibus, quam futuris in perpetuum. Eiusdem argumenti cum præcedentibus.

LIcet omnium ecclesiarum sit nobis cura, & solicitudo commissa, illis tamen, quæ in vrbe consistunt, tanto solicitius nos conuenit prouidere, & earum iura illibata seruare, quanto amplius ad iurisdictionem nostram noscuntur specialius pertinere. Ea propter dilecti &c. vsque ad verbum Annuimus. Et præfatam ecclesiam Beatorum martyrum Sergij, & Bacchi, in qua diuino &c. vsque ad verbū Vocabulis. Medietatem arcus triumphalis, qui totus in tribus arcubus constat, de quo vnus de minoribus arcubus propinquior est vestræ ecclesiæ, supra quem vna ex turribus ædificata esse videtur: & medietatem de arcu maiori, qui est in medio cum caminatis iuxta minorem arcum cū introitibus, & exitibus suis, & alijs omnibus suis pertinentijs, quæ sub his finibus concluduntur. A primo latere est altera medietas eiusdem arcus triumphalis iuris hæredū Cimini: à secundo latere est aliud clausturū suprascripti Cimini, & curtis, & via puplica: à tertio latere est curtis ecclesiæ vestræ: & à quarto latere est via publica, quæ pergitante supradictam ecclesiam: sicut in instrumento locationis factæ à bonæ memoriæ Gregorio eiusdē ecclesiæ Diacono Cardinali pleniùs continetur.

tinetur. Ecclesiam Saluatoris de Statera cum pertinentijs suis: ecclesiã sancti Laurentij positam sub Capitolio, cum casis, cryptis, hortis, & omnibus alijs suis pertinentijs. Omnes domos positas in Gallicis, quæ his finibus concluduntur. A duobus lateribus tenet ecclesia vestra: à tertio tenet ecclesia sanctæ Martinæ: à quarto latere via publica, quæ pergit ante dictam ecclesiam. Omnes domos, quæ sunt positæ in regione Piri, cum casalinis, & hortis, & alijs pertinentijs suis, præter vnũ casalinum iuris sancti Sabæ, & vnam domum Pantalei addextratoris: Domum vnam positam in regione sancti Adriani iuxta columnas sancti Ioannis ante portam latinam. Domum vnam positã iuxta domum Ioannis de Asceſa. Quatuor cryptas, cum casalinis ante se, vsque ad viã publicam post ecclesiam Saluatoris de Statera, quas emistis ab hæredibus Petri de Asceſa. Vnum casalinum in regione sancti Theodori in pede Canapariæ: duo casalina iuxta columnam perfectissimam: vnum casalinum iuxta domum Rogerij de Rozo, & iuxta domum Vrb. turrim in casale Barbarian. cum terris, vineis, syluis, pratis, montibus, collibus, pascuis, salictis, arboribus fructiferis, & infructiferis, puteis, fontibus, riuis, ædificijs parietinis, & alijs suis omnibus pertinentijs: quæ infra subscriptos terminos continentur. A primo latere riuus de Luza. & tenimentum hæredum Fulci de Berta, & tenimentum sanctæ Anastasiæ: à secundo latere via publica Ardeatina vsque ad fossatum sancti Nicandri: à tertio latere idem fossatus inter vos, & ecclesiam sanctæ Mariæ de Auentin. & tenimentum sancti Georgij, & quatuor sanctorũ Coronatorum: à quarto latere tenimentum sanctæ Mariæ Maioris, & tenimentum monasterij sanctæ Mariæ in Campo Martis, vsq; ad prædictum riuum Luzan. Quatuor vinealia iuxta Cantarum Alban. terram, quam habetis in territorio Ariciæ supra lacũ de Nemo: duo fila salinarum in Bordanaria, in loco, qui dicitur Caput bouis iuxta filum sancti Panctatij Tenimentum Tusculani vobis, & ecclesiæ sanctæ Mariæ in Portico, à felicis recordationis Cœlestino Papa prædecessore nostro concessum: quod infra hos fines concluditur. A primo latere via Cauon. à secundo latere fossatus, qui ascendit ad columnam felleris vsque in caput pantani: à tertio latere super caput pantani vsque ad limitem maiorẽ, & per eundum limitem vsque ad fossatum Berardi Anagnini: à quarto latere p idem fossatum vsque ad viam Cauonis. Inferioris verò camellariæ parochiam, & eiusdem camellariæ proprietatem: ita q̃ nulla iniuria inferatur habitatoribus ipsius camellariæ. Ab habitatoribis superioris camellarię, hortum quoque sancti Laurentij, siue supra sanctum Laurentium, Terram, quæ quondam fuit oliuetum à caua vsque ad Saluatorem. Terram supra oliuetum vsque ad balneariam, siue vascam. Hortum sancti Sergij, siue post sanctum Sergium, & hortum inter columnas vsque ad Abcidam, & vsque ad custodiam mamortinam: super quibus inter vos, & ecclesiam sancta Mariæ de capitolio quæstio diutiùs fuerat agitata, & ex delegatione felicis memoriæ Cœlestini Papæ prædecessoris nostri per dilectos filios I. tt. sancti Stephani in Cœlio Monte, & Sofr. tt. sanctæ Praxedis presbyteros cardinales amicabili compositione sopita, sicut in scripto eorundem cardinalium exinde confecto pleniùs continetur: vobis, & per vos ecclesiæ vestræ auctoritate apostolica confirmamus. Duas insuper petias vinearum in Viuario infra muros vrbis, & vnam extra portam sancti Pauli in Castannola, & aliam petiam foris portam latinam cum cryptis, torcularibus, & alijs earum pertinentijs vobis nihilominus confirmamus. Decernimus ergò &c. Salua sedis apostolicæ auctoritate. Si qua igitur &c. Datum Lateran. per manum Rainaldi Acheruntini Archiepiscopi cancellarij vicem agentis V I. nonas Iulij, indictione secunda, incarnationis dominicæ anno M C X C I X. pontificatus verò dñi Innocentij Papæ I I I. anno secundo.

PETRO COMPOSTELANO Archiepiscopo. Quod Vlixbonensis & Elborensis Compostellano, non Bracarensi Archiepiscopo subiecti sint.

IN CAVSSA duorum episcoporum videlicet. & Elborensis, quæ in-

ter te, ac venerabilem fratrem nostrum Bracharen. Archiepiscopum vertebatur: cuius examinationem plenariam sola sententia sedi apostolicæ reseruata, felicis recordationis Vrbanus Papa prædecessor noster Vicedomino Brixien. & magistro I. Bergomen. commisit in Hispaniâ destinatis: te corâ ipso Vicedomino, altero iâ collega post citationem defuncto, contra dictum Archiepiscopũ in initio proposuisse cognouimus, q̃ Bracaren. Archiepiscopus post litteras citationis receptas, post appellationẽ, & inhibitionẽ à te interpositas, ne in prædictis episcopatibus aliquid in tuũ piudiciũ attẽtaret, electos illius tẽporis cõsecrauit. Vnde te offensum grauiter quærebaris: vbi à te nihilominus fuit propositum contra ipsum, quòd ante inuasionem barbaricam Vlixbona, & Elbora ciuitates ad Emeriten. metropolim pertinebant: sed ea postmodum captiuata, & ipsæ cùm ea captiuæ fuerunt, donec dignitas eius cum omni iure suo in Compost. eccl. est translata. Dictæ quoque ciuitates Christianorum cultui sunt faciente Domino restitutæ: de quibus vsque ad tempora iam dicti præd. nostri non fuit in dubium reuocatum, quin ad Compost. eccl. pertinerent: licèt rex Portugal. ad suggestionem Bracaren. eccl. ius eccl. Compostel. pluries molestarit: pro cuius prohibitione secundus Elboren. electus in tantum distulit consecrari, quod absque consecratione decessit: cuius successor, & tertius Vlixbonen. electus præfato Rege viuente non fuerunt ab aliquo consecrati. Huius autem violentiam successor filius superauit: cogens Bracaren. Archiepiscopum cogi volentem, vt iam dictos electos, quod pater nunquam fecerat, consecraret. Contra quod ex parte tua prius fuerat ad sedem apostolicam appellatum: à qua commissionem, de qua præmisimus impetraras: proponens coram dicto Vicedomino Brixien. te illos duos Episcopatus possidere, ac possidisse, atque ad tuam ipsos ecclesiam pertinere: petens nihilominus vt Bracaren. Archiepiscopus tibi de illatis iniurijs satisfaceret, & cohiberetur de cetero, ne in prædictis Episcopatibus te liberè vti iurisdictione metropolitica impediret, quos ad ecclesiam tuam indubitatè spectare per apostolicè sedis priuilegia: concilia quoque diuisiones, & historias, & publicâ famam, sicut in causa quatuor episcopatum feceras ostendere nitebaris, parte altera respondente Bracaren. ecclesiam illos duos Episcopatus, & possidere tunc, & ab eo tempore possedisse, quo per gratiam Dei, & virtutem A. Regis Portugalen. duæ Ciuitates prædictæ de manu paganorum fuerant liberatę, atque ad cultum fidei Christianæ per Bracacaren. Archiepiscopi prędicationem reductę: & iure suo sic vsum Archiepiscopatũ Bracaren. asserebat tibi aliquatenus iniuriam non feciſſe. Ex his ergò circa iniuriarum possessionis, & proprietatis articulos, intentionem tuã asserebas esse fundatam, & ad singulos articulos partem alteram respondisse. Ad iniurias quidem & possessionem expresè, ad proprietatem verò latenter, cum iuxta canonicas sanctiones quicquam ad suam cathedrã pertinentia loca lucrari negligunt in catholicam vnitatem, si post tempus canonicum id moniti non effecerint, ad eum, perueniunt, qui poterit ea sua prædicatione lucrari. Porro Bracaren. Archieps respõdebat, quòd cum in præmisso iudicio satisfactio tantùm iniuriarum petita fuisset, & vt cohiberetur Archiepiscopus Bracaren. ne impediret te vti iurisdictione metropolitica in illis duobus Episcopatibus, sicut ex forma libelli conijcitur manifestè: profecto nec proprietatem, nec possessionem ab eo iam petere poteras in præsenti iudicio, præsertim cùm te diceres possessorem: Vnde proprietatem, vel possessionem ab eo petere non valebas, quæ non nisi à possidentibus repetuntur adiungens, quod, & si ad proprietatem, vel possessionem aliquid pertinens à parte sua coram nobis fuerit allegatum, cum ius suum fuerit protestata, non debebat in eius dispendium redundare. Interdictum quoq; uti possidetis, quod in hoc casu locum videbatur habere: cum vtraque partium se possidere diceret, tibi nõ competere proponebat, cùm te, sicut dicebat, nõ probaueris possessorem, nec interdicto illo alius agere valeat quam possessor: in quo ille debet per sententiam obtinere, qui nec vi, nec clã, nec precario ab altero possi-

possidet. Tu verò possessionem ecclesiæ tuæ multipliciter ostẽdere satagebas, tam per conuersiones aduersæ partis, quàm per electorum, & Episcoporum recognitiones, & professiones, & obedientiam eorundem, quàm etiam per executiones Roma. Pontificum, quæ singula tam instrumentis quàm testibus asserebas esse probata. Interrogatus enim in iure G. Bracaren. Archiep̃s proximus antecessor istius, si credebat aliquem prædecessorum suorum hos Epatus alqñ possedisse, tñdit: quidam dicunt sic, quidam non, & ideo nescio quibus credam, & addidit postea, nec inde certus sum, nec incertus: quæ verba in id eum videbantur inducere, vt nullum prædecessorum suorum crederet possedisse. Primus autem post liberationem Vlixbonen. Eps G. nomine, nec non & Aluarus successor ipsius professionem fecerunt in scriptis, & etiam manualem Compostellan. Archiepo, & ei sicut metropolitano suo reuerentiam, & obedientiam impenderunt. Tertius quoque, qui supererat, dum adhuc esset electus, idem cum tota sua ecclesia recognouit: veniens vt confirmationem electionis, & munus consecrationis reciperet ab Archiepo memorato, nisi de medio ferè intineris per prohibitionem Regis sui fuisset ad propria reuocatus: sicut per multos testes asserebas esse probatum. Executiones quoque Ratio pontificum, videlicet Alexandri, Lucij, & Cœlestini, qui possessionem quam te habere, licet cum perturbatione, credebas, declarare voluerunt, demonstrant, quòd te in plenum iurisdictionis vsum inducere curauerunt: facultatem tibi liberam tribuentes suspendendi, excõmunicandi, & electionem cassandi, præcipientes etiam sententias à te latas inuiolabiliter obseruari, sicut in eorundem litteris continetur. Pro iurisdictionis autem executione liberè obtinenda in Elboren. epatu, punitus est Bracaren. Archieps in epatibus Galletiæ tibi per sedem apostolicam assignatis, sicut in litteris bonæ memoriæ Alexandri Papæ cõtineri dicebas. Ex litteris etiã Vlixbonen. Epi, quas ostendebas bullatas, ostendere nitebaris, quòd Elboren. Eps sententiam à te latam in ipsum inceperat obseruare. Bracharen. autem Archiepiscopus respondebat professiones prædictas non esse per testes approbatas, quandam ipsis testibus de ratione temporis impossibilitatem obijciens: asserens etiam quòd per professiones huius modi clàm ignorante Bracaren. Archiepo factas, nõ potuit ecclesia Bracaren. sua possessione priuari: cùm, & quædam earum factæ fuisse probentur, cùm Vlixboñ. Eps exulabat, possessionem suam multò plenius, & efficaciùs satagens comprobare: cùm omnes Epi à liberatione ciuitatũ illarum in illis duobus epatibus per Bracarẽ. Archiepm fuerint consecrati, qui ei tanq̃ suo metropolitano reuerentiam, & obedientiam impenderunt, venientes ad concilia Bracaren. tanquàm proprij suffraganei, & querelas suas coram eodem Archiepiscopo proponentes, sicut per multos testes asserebat, & tuę partis, quędam etiam instrumenta sufficienter esse probatum. Litteras autem bonæ memoriæ Cœlestini Papæ præd. nostri super eodem negocio pro te contra Bracaren. ecclesiam impetratas, in nullo sibi posse præiudicare dicebat: cùm lite pendente fuerint impetratæ, quando non licet etiam supplicare. Tu verò præter præmissa fortius allegabas quòd cùm G. Bracarẽ. Archieps, & M. canonicus, & clericus tuus olim essent in præsentia bonæ memoriæ Alexandri Papæ prędecessoris nostri pariter constituti, eodem M. clerico tuo firmiter proponente, quòd Bracaren. Archiepiscopus plures de suffraganeis tuis, & præcipuè Vlixbonen. & Elboren. Episcopos occupauerat: dictus Atchieps econtra respondens asseruit, quòd præfatos Episcopos nullatenus detineret, nec ab eis obedientiam vel reuerentiam aliquam exigeret, nec etiam qũlibet impediret, quo minus tibi, & ecclesiæ tuæ obediant, & subiectionem impendant. Adiecit etiam quòd cùm nobilis vir Dux Portugalen. ciuitatem Elboren. cepisset, ne in paganismum rediret, instantia eius N. prædecessor suus ibidem Episcopum consecrauit. Sed tamen ab eo nullam obedientiam, vel reuerentiam requisiuit, immò vt ecclesiæ Compostellanę obediret mandauit: qui nondum propter paupertatem, & quia nimium remotus est ad tuam accessit ecclesiam. De alijs verò,

rò epatibus quos idem M. clericus tuus dicebat ad tuam eccleſiã pertinere, dixit q̃ ad eccleſiam ſuã ſpectant, & ſibi iure metropolitico debẽt ſubeſſe: & ſuper hoc priuilegia Rom. Põtificum multa produxit. Cùmq; ab eodem nuncio tuo idem prædeceſſor noſter inſtãtiùs requiſiſſet, ſi qua ex inde priuilegia eccleſia tua haberet, & ipſe aſſeueraſſet ſe id omninò neſcire ſtatuit vt Epi, quos Bracaren. non recognouit, ad te pertinere: aſſerens ad eccleſiam ſuã ipſos ſpectare, ei, & eccleſiæ ſuæ, quouſq; hoc iudicio diffiniretur, obedientiam, & reuerentiam impendant: & ipſe prædictos duos Epiſcopos liberè tibi, & eccleſiæ tuæ obedire permittat. Licet autem Bracaren. Archiepiſcopus contra præ dictas literas allegaret, q̃ illa confeſsio ſibi præiudicare non poterat, cùm in iure facta nõ fuerit. eo q̃ præfatus. M. non procurator, aut reſpõſalis, ſed Canonicus tantum, & clericus in illis litteris appellatur, quia tamen ſæpe dictus Bracaren. Archiepiſcopus illas litteras impetrauit, & eis pro ſe vſus eſt in iudicio, magnumq; de illis commodum acquiſiuit: & tu quod per eũdem M. canonicum, & clericum tuum ſuper hoc factum fuit ratum habes, & approbas. Vnde iam ille nõ poteſt obijcere, q̃ nullus pro parte tua ibi fuerit procurator: nam & quod per falſum procuratorem agitur in iudicio valet vtiq;, ſi poſtea per dominum approbatur: tum etiam prę ſumendum ſit pro facto Roman. pontificis: vnde conijcitur quòd coram Alexandro Papa, qui ſtatutum illud emiſit, lis fuerit conteſtata. Nos attendentes quòd forma petitionis, quam tu in hoc iudicio porrexiſti, eadem eſt cum forma conſtitutionis, quam dictus prædeceſſor noſter Alexand. Papa feciſſe probatur, cum forma quoque aſſertionis, quam Bracaren. Archiepiſcopus coram eodem Alexand. feciſſe dignoſcitur: Super quo teſtes in hoc iudicio producti fuerunt, & atteſtationes etiam publicatæ, necnon, & ſuper ipſis atteſtationibus diſputatum, rationibus, & allegationibus vtriuſque partis diligenter auditis, & cognitis, atteſtationibus quoque, ac inſtrumentis viſis, & intellectis, habito fratrum noſtrorum conſilio de communi deliberatione decernimus, & ſententialiter diffinimus, vt Bracaren. Archiepiſcopus, vel eccleſia Bracaren. nullatenus te, vel eccleſiam Cõpoſtellan. impediat, quominus in prædictis duobus Epiſcopatibus plenè, ac liberè iuriſdictionem metropoliticã valeas exercere. Nulli ergò, &c. Diffinitionis, &c. Datum Lateran. VI. nonas Iulij.

CANTVARIEN. ARCHIEP. vt ſimoniaca labes planè caueatur.

Cap. In tãtum ſimonia.

IN tantùm peccatis exigentibus corda quorundam ſimoniacã prauitas depraua uit vt in exterminiũ canonicę ſanctionis, & eluſionem quodam modo diuini iudicij lucris turpibus inhiantes, ac dicentes in corde ſuo, non eſt Deus, ſimoniam ſub honeſto nomine pallient, quaſi mutato nomine culpa transferatur, & pœna. Verum nec Deus ſecundum apoſtolum irridetur, nec tales Simonis ſectatores, & ſi temporalem in præſenti forſan eludãt, in futuro pœnam effugiant ſempiternam: cum nec honeſtas nominis criminis mali tiam palliabit, nec vox poterit abolere reatum. Sanè peruenit ad audientiam noſtram, quòd cum olim quidam ſuffraganei tui pro chriſmate cõtra canonicas ſanctiones certam accipere conſueuerunt pecuniæ quantitam, metuentes pœnam canonicam, & correctionem tuam eludere cupientes, tempus faciendæ ſolutionis anticipiant, recipientes in media quadrageſima quod recipire conſueuerunt poſt paſcha. Et vt cauſſam accipiendi diſſimulent, nomen etiã variarunt, denarios quos prius chriſmales, ſecundo paſchales, dicebant, conſuetudinem mediæ quadrageſimæ nuncupantes. Quidam verò nec tempus ſolutionis, nec ſolueudorum nomen in aliquo variarunt, veteẽm per omnia cõſuetudinem imitantes. Quia verò expreſsiùs exprimit venditionis ſpeciem, qui prius percipit precium, quam rẽ qui conferat precioſam, quàm qui tempus recipiendæ mercedis diſſimulando diſtulerit, & diſſimulauerit differendo, licet vtrunque in talibus periculoſum exiſtat, cùm gratis ſit gratia conferenda: ne ipſam contingat, & rem, & nomen gratiæ demereri, fraternitati tuę per apoſtolica ſcripta mandamus, & diſtrictè præcipimus, quatenus auctoritate noſtra

fretus,

fretus, & tua taliter exceſſus corrigas ſupradictos: ſuffraganeos tuos, & eorum officiales monitione præmiſſa per cenſuram eccleſiaſticam ſublato appella. obſtaculo, à tam licita exactione compeſcens, quòd ad nos de cætero ſuper hoc querimonia deferri non poſsit: nec aliorum culpa tibi hoc tuæ negligentię meritum imputetur ad pœnam. Eadem quoque auctoritate ſuffultus prauam illam conſuetudinem de tua prouincia ſtudeas abolere: per quam pro eccleſiarum inueſtitura Archidiaconi marcam argenti, minores verò Decan. vaccam albam ſibi dari poſtulant, vel certam ſolui pecuniæ quantitatem. Dat. Lat. VI. cal. Iulij.

Cap. In tãtum ſimonia.

BRACAREN. ARCHIEPISCO. Quod ſententia inter ipſum & eccleſiam Compoſtellanam ipſi, & eccleſiæ ſuæ non præiudicet.

CVm ſimus in ſede iuſtitiæ diſponente domino cõſtituti, quæſtiones, quę perferuntur ad ſedem apoſtolicam terminandæ, ſubtili nos oportet examinatione diſcutere, iuſtoque iudicio diſſinire: quia ſicut eius ſententia non poteſt ab alio retractari, ſic alijs formam tribuit iudicandi. Sanè inter alias controuerſias, quæ inter Compoſtellan. & Bracaren. eccleſias vertebantur, ſuper ſententia quoque lata pro Compoſtellan. metropoli ſuper epiſcopatu Zamoren. non leuis fuit quæſtio ventilata: pro qua te ac venerab. fratre noſtro Compoſtellano Archiepiſc. in noſtra præſentia conſtitutis, quòd idem epiſcopatus ad tuam eccleſiam pertineret ſententiam ſuper eo latam pro compoſtellan. eccleſia, petendo penitùs infirmari, oſtendere nitebaris. Olim enim à paganis capta Valentia ciuitate, Valentin. Eps per terræ Principem impetrauit, vt ad ſuſtentationem ſuam ab Aſtor. ceu. Epiſcopo Zamora, quæ pars erat Aſtoricen. dioceſis cum quibuſdam alijs locis, & terminis ſibi daretur, vbi tanquàm Eps pontificalia cępit officia exercere, obediendo Archiepiſcopo Toletano, cuius extiterat ſuffraganeus, & à quo fuerat conſecratus. Videns aũt hoc Aſtoricen. Epiſcopus, ad quẽ Zamora cum locis prædictis pertinere dicebas, ad Deus dedit presb. Card. tũc apoſtolicę ſedis legatum acceſsit, tam de Archiepiſcopò Toletano, quàm de N. tunc Epiſcopo Zamoren. proponens in eius auditorio quæſtionem: per cuius ſolicitudinem taliter proponebas fuiſſe compoſitum inter partes, quòd dictus Epiſcopus honore Zamoren. eccleſiæ dum viueret vteretur, niſi de auctoritate apoſtolicæ ſedis loco mutato tranſiret ad ſedem aliquam, quæ vacaret: quod ſi contigeret, Zamoren. eccleſia, & campus tauri Aſtoricen. eccleſiæ modis omnibus redderentur alioquin eo defuncto idem penitùs ſeruaretur. Cùm autem in eodem loco multitudo populi excreuiſſet, dictus Toletanus, & Princeps terræ nepos bonæ memoriæ Calixti Papæ præd. noſtri, qui tunc ſedi apoſtolicæ præminebat, rogauerunt eum, vt ſæpè dictum Epiſcopum in Zamoren. præſulem confirmaret: quorum precibus acquieuit: dans eidem Epiſcopo in mandatis, vt interim nulli profeſsionem faceret, nec eccleſiam ſibi comiſſam permitteret alij ſubiugari, donec inſtrueretur ab ipſo, quid eum facere oporteret. Audiẽs autem hoc Archiepiſcopus Toletanus ad apoſtolicã ſedem iuxta tuam aſſertionem acceſsit: vbi de obendientia ſibi à Zamoren. Epiſcopo impendendi litteras (vt dicebas) apoſtolicas impetrauit: qui poſt obitum primi Epiſcopi etiam aliũ ibi Epiſcopum conſecrauit: propter quod tunc Archiepiſcopus Bracaren. ad felicis recordationis N. Papam prædeceſſorem noſtrũ accedens multis argumenis, & rationibus aſſeuerauit, Zamoren. eccleſiam ad Bracaren. metropolim pertinere. Vnde ab eodem citatus fuit Archieps. Toletan. in cuius præſentia vtraq; partium cõſtituta, eorum auditis rationibus, & pleniùs intellectis, de conſilio fratrum prædictam Zamoren. eccleſiam perpetuò ſubiectam eſſe decreuit eccleſiæ Bracarẽ. ſicut in authentico ſententia continetur: & mandans Epiſcopo, clero, & populo Zamoren. vt Bracaren Archiepiſcopo, eiuſque ſucceſſoribus tãquàm metropolitano proprio debitam obedientiam, & reuerentiam exhiberent. Cuius auctoritate ſentẽtiæ à piæ record. eodem Eugenio, Adr. & Alexand. Roma. pontificibus cõfirmatæ, quòd à Braç. Archi-

Archiepiſco. apprehenſa fuerit poſſeſsio corporalis, per depoſitiones teſtium, & reſcripta quæd̃ oſtendere ſatagebas. Conſequenter verò Compoſtellan. Archieps, quia tpe Calixti ſemper tacuerat, vt dicebas, ad eundē Alexandrū accesſit, & veritate tacita cum inſtātia nimia commiſsionem ſatis inſolitam impetrauit, vt Zamoren. Epm ad exhibitionem iuſtitiæ de ſubiectione Zamoren. eccleſiæ, quam ſibi vendicare volebat, pro debito cogeret officij paſtoralis: quamuis enim Bracaren. Archieps tempore patris, & prædeceſſoris ſui Eugenij Papæ per ſententiam eius cõtra Toletan. obtinuit ſubiectionē eccl. Zamoren. Quia tamen poſſeſsionem nõ habuit, & res inter alios acta alijs non pr̃ iudicat, in conſcientia ſua, idem Alexander Papa & conſilio fratrū ſuorum inuenit, q̃ Cõpoſtellanus Archieps conuenire poſſet Epm Zamoren. & Eps deberet ei ſm iuris ordinem reſpondere. Vnde Tiraſonen. Abulen. & Portugalen. Epiſcopis mandando præcepit, vt Epm Zamoren. monere curarent, & ipſius auctoritate cõpellere, quòd de ſubiectione ſuæ eccleſiæ Compoſtellano Archiepiſcopo ſub eorum examine, occaſione, & contradictione ceſſantibus non differret iuſtitiæ plenitudinem exhibere. Bracaren. quoque auctoritate apoſtolica nunciarent, vt ſi ſuæ voluntatis exiſteret, eundem Epiſcopum coram eis ab ipſius Compoſtellani, ſi quo modo de iure poſſet, ſtuderet impetitione tueri: qui ſi à Zamoren. nõ vocatus ad cauſſam duceret appellandum, propter hoc cognitionem, & deciſionem ipſius cauſſæ inter Compoſtellanum, & Zamoren. prætermitti, vel differri nolebat. Si verò Portugallen. exequendis præmiſsis nollet, vel nequiret adeſſe, alij duo ea nihilominus adimplerent. Has ſiquidem litteras commiſsorias de ſuggeſtione falſitatis, iniquitate formæ, ac inæqualitate mandati tu coram nobis arguere ſatagebas. Suggeſſerat enim Cõpoſtellanus Archiepiſcopus, q̃ non habueras poſſeſsionē eccleſiæ Zamoren. quod falſum fuiſſe per atteſtationes oſtendere nitebaris. Mandabatur etiam delegatis iudicibus, vt ſi Bracaren. à Zamoren. non vocatus ad cauſſam duceret appellandum, deciſio cauſſæ nullatenus tardaretur. Quod iniquum admodum prima facie videbatur: cùm quorum intereſt, audiri ſolebant appellantes. Et ſi Portugallen. qui erat ſuffraganeus Bracaren. nollet cauſſæ, vel nõ poſſet adeſſe, alij duo procedere non differrent: quod in ſuffraganeo Compoſtellanæ eccleſiæ nõ mãdabatur aliquatenus obſeruandum, vt ſi in eius abſentia reliqui duo poſſent aliquid diffinire. Contra p̃ceſſum quoq; delegatorum iudicium allegabas, quod cum tres iudices locũ idoneũ partib. cõiter aſsignaſſent, duo ex ipſis ſuffraganeis, ſ. eccleſiæ Cõpoſtellanæ, aliusq; tanquam medius delegatus in abſentia tertij, qui erat ſuffraganeus Bracaren. mutato loco cõi deliberatione prouiſo, alium ferè inacceſsibilem partibus aſsignarent. Qui cum eſſet in ſarracenorum faucibus conſtitutus, & per decem dietas diſtaret ab eccleſia Bracar. propter regnum diſcordias, & alia multa impedimenta illucire non potuit Archieps Bracar. petens per duos de ſocijs ſuis, cum litteris excuſationis ad eoſdem iudices deſtinatos, vt loco mutato alium aſsignarent partibus competentem. Quod cùm facere noluiſſent, ijdem nũcij ſedem apl̃icam appellarunt: ſicut & idem Archieps per ſuas litteras appellabat. Sed ipſi iudices appellatione cõtempta, in cauſſa nihilominus proceſſerunt, Zamoren. eccleſiã per iniquitatem, & colludium (vt dicebas) Compoſt. Archiep̃o aſsignantes. Quorum ſniam aſſerebas multipliciter irritandam, propter manifeſtam ſuſpitionē duorũ iudicium: qui ſine tertio pro loco idoneo inacceſsibilem elegerunt, nec receperunt excuſationes, & appellationem eccl̃æ Bracar. tam arduum negocium in momento temporis decidentes: cùm etiam in cauſsis minimis, dilationes variæ poſtulantibus nõ negentur. Vnde propter hæc, & ſimilia tam coram ipſo Vicedomino prius propoſitam, quàm poſtmodum coram nobis petebas præmiſſam ſententiam infirmari, & conſequenter quicquid ex ea, vel ob eam fuit poſtea ſubſecutum. Cæterũ p̃fatus Compoſtellanus Archieps pro eccleſia ſua factum aliter proponebat, Zamoram ab antiquo partē Epiſcopatus Salamantin. attinens extitiſſe. Cumq; Salamantina

mantina ciuitas post paganorum persecutionem restituta fuisset cultui Christiano, diœcesis illa sicut nunc pertinet ad Episcopum Zamoren. fuit Salamantino Episcopo totaliter restituta. Cuius subiectionem mediantibus Hieronymo, Geraldo, & Munione Salamantinis Episcopis, Compostellana ecclesia facta metropolis noscitur habuisse: quod sicut ipse dicebat, multa documenta fama publica, & recens memoria hominum protestantur. Processu verò temporis in tantùm excreuit in loco eodem hominum multitudo, quòd per studium Regis proprius fuit ibi Episcopus institutus, & ad instantiam regiam, per Toletan. tunc legatum totius Hispaniæ consecratus: qui mandatum à Calixto Papa recepit, sicut est superius prælibatum, quòd nulli professionem faceret, donec super hoc sibi denuò scriberetur: in quo tamen tum pro debito consecrationis impensæ, tum propter legationis officium Toletan. cœpit sibi speciale aliquid vsurpare: qui successorem primi Episcopi similiter consecrauit. Accidit autem quòd tempore illo (prout Compostellanus dicebat) in causa primatiæ condemnatus Bracaren. Archiepiscopo Tolet. compulsus fuit ab Eugenio Papa debitam illi obedientiam recognoscere. Propter quod ei amicabiliter sociatus sperare cœpit, quòd Episcopatum Zamoren. per ipsum posset euincere, ad cuius metropolim non spectabat. Vnde in eiusdem Papæ præsentia propter causam Zamoren. Episcopatus, dictis Archiepiscopis cõstitutis, nil fuit contra Bracaren. à Toletano responsum, quod ipsius propositum impediret, sicut ex tenore sententiæ declaratur. In his autem omnibus defuerat Zamoren. qui de mandato Apostolicæ sedis secundum assertionem Compostellani Archiepiscopi pro libero se gerebat. Vnde in ipsius præiudicium sicut neque aduersus Compostellanam ecclesiã indefensam tunc temporis, & absentem nulla sententia, vel rescriptum impetrari poterat cum effectu: ex qua tamen sententia non fuit possessio acquisita. Cumque postea Bracaren. resiliret ab obedientia Toletani, & ipse suspensus fuit, & ab eius obedientia omnes suffraganei absoluti. Vnde per factum, vel mandatum ipsius possessio spiritualis, & quæ ad sacramenta spectabat, secundum assertionem Compostellani Archiepiscopi non potuit obtineri. Sed cum successor ipsius contra Zamoren. Episcopum executionem sententiæ sæpius postularet, responsum accepit, quòd nisi prius acquieuisset sententiæ de primatia, hoc nullatenus impetraret. Vnde vsque ad tempora bonæ memoriæ Alexandri Papæ remansit negocium in suspenso. In cuius præsentia præsens Compostellanus præsentem Zamoren. compelli petijt, vt dicebat, sibi de subiectione Zamoren. ecclesiæ responderet. Verum quia idem Alexander sententiæ latę ab Eugenio Papa prę sentialiter interfuerat: nec contra factum ipsius venire volebat: rationibus tamen inductus de fratrum consilio, plena tandem deliberatione statuit prout idem Compostellanus dicebat, vt quia res inter alios acta alijs non præiudicat, non obstante priori sententia Zamoren. teneretur de subiectione tua Compostellano Archiepiscopo respondere. Sic ergo sub certa forma, quę superius est expressa, fuit commissio impetrata. Cumq; per litteras ipsius Alexandri non fuisset in causa processum, successor eius Lucius comissionem innouauit eandem: cuius tenore iudices denunciauerunt viua voce Archiepiscopo Bracaren. & duo ex ipsis, Tirasonen. scilicet, & Salamantinus diem, & locum, eidem per litteras intimarunt, tertio rescribente duobus, quòd non poterat interesse, quemadmodum Compostellanus Archiepiscopus referebat. Conuenientibus autem tam duobus prædictis iudicibus, quem partibus ad diem, & locum, neque Bracaren. comparuit, neque eius aliquis responsalis. Et cum Zamoren. iudicibus respondisset, quod ipsum ad defensionem sui vocare nunquam voluerat, nec volebat: ipsi iuxta formam commissionis procedentes in causa, sicut Compostellanus Archiepiscopus proponebat, inspectis rationibus partium, & plenius intellectis, quòd ecclesia Zamoren. de cętero Compostellanæ tanquam suæ metropoli esset subiecta, sententialiter decreuerunt. Cùm autem ab Vrbano Lucij

cij succeſſore latæ ſententiæ confirmatio deteretur, propter contradictionem Bracaren. Archiepiſcopi non potuit obtineri: non quòd ſuper ipſo Epiſcopatu poſſeſſionem, vel proprietatem eius petendo, Compoſtellanam eccleſiam contineret, ſed ſuper ſola ſententia confirmanda, vel infirmando in ea, ſicut exiſteret infirmandum, litteras ad Brixien. Vicedominum, quem pro hac cauſſa, & alijs, quæ inter Cõpoſtellanam, & Bracaren. eccleſias vertebantur, deſtinauerat, in Hiſpaniam, impetrauit. Ipſe verò inter alia ſuper poſſeſſione Zamoren. Epiſcopatus, & lata ſententia ſuper ipſo duabus vicibus multos teſtes productos ab Archiepiſcopo Bracaren. recepit, quiete proprietate dixit, neminem eorum ſcire aliquid (vt credebat) Verùm ſi quis inde aliquid diceret, iuri ſuo renunciare nolebat, quamuis Compoſtellanus Archiepiſcopus teſtes præfatos, non ſuper poſſeſſione Lamoren. Epiſcopatus, ſed ſuper ſententia tantum diceret admittendos. Super qua ſola commiſſio à parte altera impetrata: & in receptione ſuorum teſtium de Zamoren. Epiſcopatus poſſeſſione, non fuerat in forma iuramenti expreſſum aliquid, vt dicebat. Et quoniam dictus delegatus vſque ad ſententiam diffinitiuam procedens, geſta omnia ſub ſigillo ſuo ad ſedem Apoſtolicam deſtinauit: prætaxatam ſententiam tanquam canonicè latam confirmari à nobis Compoſtellan. Archiepiſcopus requirebat: non obſtante quòd contra commiſſionem de falſi ſuggeſtione, vel alijs fuerat intentatum: cum nec ante ſententiam obiectũ fuerit, nec ſi veritas illa fuiſſet expreſſa, commiſſionem nullatenus impediſſet: nec Bracaren. intererat appellare, cum ſibi per ea non fieret præiudicium, quæ inter alios agebantur: ſicut nec vltimâ clauſulam litterarum, quæ à forma communi, & ſolita non ſenſu, ſed verbis tantummodo diſcrepabat. Nos ergò rationibus, & allegationibus, atteſtationibus quoq; ac inſtrumentis vtriuſque partis diligenter auditis, & intellectis, viſis, & cognitis poſt longam diſcuſſionem, & examinationem perfectam, de communi fratrum noſtrorum conſilio decernendo pronunciamus, & pronunciando decernimus, ſententiam illam in nullo prorſus obſiſtere tibi, vel eccleſiæ Bracaren. Nulli ergò &c. Diffinitionis &c.

Datum Lateran. III. nonas Iulij.

MARTINO BRACAREN. Archiepiſcopo quæ concordiam inter ipſum & Compoſtellanum Archiepiſcopum initiam confirmat.

SAepè contingit ex contentionibus litigantium, quòd in tantum ſe partes laboribus aggrauant, & expenſis, vt non ſolum quæ vincitur, ſed quæ vincit, tandem peniteat litigaſſe. Nos ergò, qui ſolicitudine paſtorali ſingulorum tenemur grauaminibus præcauere: ne præ multitudine, ac magnitudine quæſtionum, quæ inter te, ac venerabilem fratrem noſtrum Compoſtellanum Archiepiſcopum vertebantur, importabile vobis grauamen incumberet: ſuper quæſtione de vſu crucis aliquandiu ventilata, vos ad concordiam duximus inuitandos: qui noſtris acquieſcẽtes conſilijs, in hunc modum concorditer conueniſtis, vt vterque per prouinciam alterius vniuerſam, crucem ante ſe faciat ſine contradictione deferri. Volentes igitur vt hæc forma concordiæ noſtro mediante ſtudio procurata inter vos, & ſucceſſores veſtros inuiolabiliter obſeruetur, eam auctoritate ſedis Apoſtolicæ confirmamus: ſtatuentes, vt nulli omnino hominum &c.

Datum Lateran. II. nonas Iulij.

In eundem modum Petro Compoſtellano Archiepiſcopo.

PRAEPOSITO SANCTI Seuerini, Decano, & L. Canonico maioris eccleſiæ in Euphurdia. Promiſſiones & conſtitutiones iuri repugnantes non valere.

TRanſmiſſam nobis dilecti filij H. magiſtri ſcholarum Vuirſeburgen. recepimus quæſtionem, quòd Canonici S. Ioannis contra Turonen. ſtatuta concilij, ſtipendia quatuor clericorum perſonis ſexdecim aſſignarunt: ea conditione adiecta, vt quatuor tandiu eſſent ſtipendio vno contenti, donec tot morerentur, quòd quilibet poſſet integrum beneficium obtine-

obtinere: quòd dilecti filij nostri P. tituli sanctæ Ceciliæ, & Ioannes tituli sancti Stephani in Cœlio Monte presbyteri Cardinales, tunc in partibus illis legationis officium exercentes, sicut decuit, irritarunt. Ijdem quoque canonici præbendam vnam Vn. & A. clericis sub eo tenore dederunt, vt alter succederet proximo morienti. Cùm itaque successorium edictum à sanctuario domini sit exclusum, nec illa sint in clericis sustinenda, quæ ipsæ quoque leges reprobant sæculares, discretioni vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus præfatis donationibus, & concessionibus tanquam iuri contrarijs, penitùs irritatis, præfatos canonicos ad faciendam ordinationem canonicam, & de personis idoneis monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellatis. Quòd si omnes &c. Duo &c. Datum Lateranen. V. nonas Iulij.

ERMILINDAE ABBATISSAE Monasterij Sanctæ Mariæ Aquilegien. eiusq; sororibus tam Præsentibus, quàm futuris regularem vitam professis in perpetuum. De confirmatione priuilegiorum.

PRudentibus virginibus &c. vsque adverbum Vocabulis. Locum ipsum, in quo præfatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentijs suis. Præterea specialiter prouentus decimarum de insula tam olei, quàm aliarum rerum omnium, quas illustris memoriæ Engelbertus Comes de Goriza, à Tergestin. ecclesia in feudum habuit, & in manibus bonæ recordationis Vlrici Patriarchæ tunc apostolicæ sedis legati resignauit, sicut eas recolendæ memoriæ quondam Tergestinus Episcopus monasterio vestro rationabiliter contulit, & prædictus Aquilegien. Patriarcha confirmauit: & vos sine controuersia possidetis, nos denuò ad instar felicis recordationis præcessorum nostrorum Alexandri, Lucij, Vrbani, & Cœlestini Romanorum pontificum secundum compositionem, quæ facta est propter controuersiam, quæ inter bonæ recordationis Aldigerum Iustinopolitanum Episcopum, & vestram ecclesiam super præfatis decimis postea vertebatur, sicut ex vtriusque partis consensu in præsentia felicis memoriæ Gotifredi Aquilegien. Patriarchę terminatum esse, eiusque scripto confirmatum fuisse dignoscitur, vobis, & per vos monasterio vestro in perpetuum auctoritate apostolica confirmamus. Decernimus ergò &c. Saluæ sedis apostolicæ auctoritate, & diœcesani Episcopi canonica institia. Si qua igitur &c. Datum Lateranen. per manum Rainaldi Acheruntini Archiepiscopi cancellarij vicem agentis VIII. idus Iulij, indictione secunda, incarnationis dominicæ anno MDXCIX pontificatus verò domini Innocentij Papæ III. anno II.

ABBATI, ET CONVENTVI Sanctæ Crucis de Vualthan. Eiusdem Argumenti.

IVstis petentium &c. vsque ad verbum Assensu. Institutiones ecclesiarum de Nesinges, & de Netlesuuille factas vobis, & concessas per Archidiaconum, cùm sedes Episcopalis vacaret, subsstituto Episcopo concessionem ipsius postmodum approbante: quæ vtique ecclesiæ in fundis vestris constructæ sunt, & in quibus patronatum antea habebatis, sicut cædem institutiones vobis instè concessæ sunt, & vos ipsis hactenus rationabiliter, ac pacificè vsi estis, saluo tamen iure canonico diœcesani Episcopi, sicut hucusque solitus est habere, ad exemplar bonæ memoriæ C. Papę prędecessoris nostri, auctoritate apostolica confirmamus & prę. §. pag. communis. Nulli ergò &c.

Datum Lateran. nonis Iulij.

ABBATI, ET FRATRIBVS Ecclesię Sanctę Crucis de Vualthan. De eadem re.

LIcet ex iniunctę nobis administrationis officio vniuersas ecclesias oculo debeamus benigniori respicere, & earum tranquillitati, & paci studio intendere pietatis: circa prouisionem tamen illarum, quę ad ius Beati Petri nullo mediante pertinent, eò maiorem diligentiã habere nos conuenit, quò specialius ad nostrum regimẽ pertinere noscũtur. Ea propter dilecti

in

in domino filij vestris iustis postulationibus clementes annuimus, & felicis recordationis Clementis Papæ prædecessoris nostri vestigijs inhærentes, ecclesiam vestram, in qua diuino mancipati estis obsequio, quæ Beati Petri iuris existit, sub ipsius, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti pagina communimus. In primis siquidem statuentes, vt ordo canonicus, qui secundum Deum, & Beati Augustini regulam in eadem ecclesia noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Statuimus autem, vt quascunque possessiones, quæcunque bona eadem ecclesia impræsentiarum iustè, & canonicè possidet, aut in futurum iustis modis præstante domino, poterit adipisci, vobis & ecclesiæ vestræ firma & illibata permaneant. Statuentes insuper, vt quicunque in eius ecclesiæ fuerit Abbatem electus, postquàm munus benedictionis receperit, se non alienaturum bona ipsius ecclesiæ iuramento promittat, sicut tu fili Abbas fecisse dignosceris, cùm à bonæ memoriæ Lucio Papa prædecessore nostro benedictionis gratiam recepisti. Sanè cùm possessionum vestrarum ecclesiæ, quarum vobis præsentatio competit decedente pastore vacauerint, vos presbiteros, qui in eis ministrent, diœcesano Episcopo præsentetis, qui eis in spiritualibus, vobis autem in temporalibus debeant respondere. Interdicimus insuper, & auctoritate apostolica prohibemus, ne aliquis in ecclesias vestras indebitas exactiones, vel grauamina contra statuta Romano. Pontificum, & præcipuè. Lateranen. concilij, exercere præsumat. Cùm verò generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clausis ianuis, excommunicatis, & interdictis exclusis, non pulsatis campanis, suppressa voce diuina officia celebrare. Nulli ergo, &c. protectionis, confirmationis, constitutionis, & prohibitionis, &c.

Datum Lateran. VI. idus Iulij.

CRIM. PLACENTINO ELECTO *quæ electionem ipsius confirmat.*

ACcedentes ad præsentiam nostram dilecti filij Hugo Vicedominus maioris ecclesiæ, magister Alb. sancti Antonini canonicus, & Alb. prior sancti Sauini Placentin. cum litteris dilectorum filiorum Archidiaconi, cleri, & populi Placentini sua nobis relatione monstrarunt: & hoc ipsum præmissæ litteræ continebant, quòd defuncto bonæ memoriæ Episcopo Placentino, clerici eiusdem ciuitatis conuenientes in vnum, & de substituendo pastore longum tractatum habentes: tandem faciente illo, qui diuisa congregata, & congregata conseruat, in te vota sua vnanimiter contulerunt: suppliciter postulantes, vt electionem de te canonicè factam ratam habentes eam curaremus auctoritate apostolica confirmare. Nos ergò volentes de forma electionis fieri certiores, sicut moris est approbati, de processu ipsius per venerab. fratrem nostrum I. Albanen. Episcopum, & dilectum filium I. tt. sanctæ Priscæ presbyterum, & G. sanctæ Mariæ in Aquiro diac. Card. inquiri fecimus diligenter: & tam per examinationem nunciorum ipsorum, quàm ex decreti tenore nobis exhibiti cognouimus euidenter electionem canonicam extitisse. Verùm quoniã in huiusmodi duo tanquàm potissima requiruntur, quòd scilicet electio sit, & idonea sit electi persona: quorum primùm eligentium factum, secundum autem electi meritum respicit: & ob hoc duplex sit examinatio necessaria, electionis videlicet & electi: licet per examinationem præmissam de forma electionis canonicæ redditi fuerimus certiores, tuam tamen personam velut absentem examinare nequiuimus. Cæterùm quia quorundam fratrum nostrorum assertio, qui te plenius cognouerunt, super vita, pariter, & scientia laudabile tibi testimoniũ perhibebat: & hoc ipsum præsumi poterat euidenter ex eo quòd in ordine Cistercien. & ad prioratus officium, & ad Abbatiæ regimen assumptus fuisti, & in vtroque laudabiliter cõuersatus: nos tam tuæ personæ quàm ecclesiæ Placentinæ ampliorem volentes gratiam exhibere de consilio fratrum nostrorum electionem ipsam, sicut canonicè facta est, approbantes, eam duximus auctoritate apostolica confirmandam: confidentes in domino, & in potentia virtutis eius quòd cum honoris augmento, virtutum tibi dabi-

dabitur diuinitus incrementum : quibus potenter adiutus, feliciter maiora procures, qui minoribus actenus laudabiliter insudasti. Et quoniam Episcopale onus pariter & honorem non duxisti absque nostra licentia transeundum, ne gregi dominico diu desit cura pastoris discretioni tuæ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus : ad regimen ecclesiæ Placentinæ, tanquam sponsæ tibi diuinitus præparatę securus accedens, auctoritate apostolica præmunitus, circa vtilitatem cleri, & populi tibi commissi, solicitudinem vigilanter impendas, & operā efficacem : vt sub regimine tuo plus per Deum, quàm per hominem, sicut creditur, procurato, præfata ecclesia, quam prędecessoris tui obitus ad vesperam contristauit, de promotione tua lætitia matutina recepta, spiritualibus, & temporalibus proficiat institutis.

Datum Lateranen. V. idus Iulij.

Scriptum est super hoc in eundem ferè modum clero, & populo Placentin. vsque ad verbum Institutis. Quocirca vniuersitati vestrę per apostolica scripta præcipiēdo mandamus, quatenus eidem electo tanquam patri, & pastori animarum vestrarum, debitam obedientiam, & reuerentiam impendentes, tam circa spiritualia, quàm etiam temporalia sibi pareatis humiliter, & deuotè, recipientes firmiter, & tenentes ipsius salutaria monita, & prędecepta, vt subsidio vestrę deuotionis aditus, diuina prędecedente gratia, & sequente ad honorem Dei, salutem suam vtilitatem vestram, & profectus ecclesię Placentinę, iniunctum sibi officium valeat feliciter consummare.

Datum vt suprà.

ALDIGERIO DECANO, ET Canonicis Aquilegien. deciditur controuersia Decani & Capituli Aquilegiensis contra suum Prępositum, & imponitur Præposito perpetuum silentium.

ORta nuper inter vos, & dilectum filium Poponem præpositum Aquilegien. super administratione possessionum Aquilegien. ecclesię ad Canonicos pertinentium contentione non parua, cū propter hoc vtraq; partium ad nostram præsentiam accessisset, nos vobis, & ipsi præposito dilectus filium nostrum S. tt. sanctæ Praxedis presbyt. Cardinalem cōcessimus auditorem. coram quo fuit ex Præpositi parte præpositum, quòd vacanta præpositura ecclesiæ Aquilegien. vos eum absentem in præpositum purè, ac simpliciter elegistis, & electionem venerab. fratris nostri Aquilegien. Patriarchæ secundum consuetudinem præsentantes, postulabatis eam secundum tenorem cuiusdam transcripti, quod sumptum esse dicebatis, ex priuilegio Ol. bonæ memoriæ Aquilegien. Ecclesiæ Patriarchæ auctoritate metropolitica confirmari. Cumque ipse deliberatione præmissa requisisset à vobis, vtrùm iustè in Præpositum fuisset electus, vobis respondentibus electionem fuisse de ipso canonicè celebratam, se purè recipere quod sibi iustè offerebatur adiecit, tenoris eiusdem priuilegij, & prædecessorum canonicorum status ignarus. Requisitus autem postmodum, vt vobis iuramento caueret, ne vos vltra id, quod in priuilegio prædictæ Patriarchæ continebatur, aliquatenus molestaret: quod id simoniacum esset asseruit, renunciationi vobis faciendæ renuncians: & se negans super hoc cautionem vobis aliquam præstiturum. Deinde Patriarcha prædictus electionem ipsius simpliciter confirmauit: & præcepit ei locum secundum prædecessorum suorum consuetudinem assignari. Accepto verò postmodum à ministerialibus suis, quod ad eum de iure præpositurę administratio pertineret, ad villas eccl. Aquilegien. accessit, & officiales eum in præpositum humiliter receperunt, iuramentum ei super fideli villicatione præstantes. Cumque postmodum regressus Aquilegiam sibi vellet administrationem cellarij vendicare, quasi possessionem eius perseram, quia clausum erat cellarium, apprehendit : propter quod postmodum quidam vestrum, & ipse cum eis ad nostram audientiam appellarunt, appellatione ab vtraque parte denuò postmodum innouata. Cæterùm cùm vtraque partium in Patriarchæ fuisset præsentia constituta, licet patriarchæ quærenti, si cō

tra vos aliquid vellet proponere, quòd nihil proponeret, respondisset, sed paratus esset potius respondere, quia esse se in administrationis possessione credebat: nuncius vester ab impetitione ipsius vos postulauit absolui: & vos postmodum præposito regresso Aquilegiam, vetuistis, ne vos aliquatenus aggrauaret, & super hoc ad eiusdem patriarchiæ audientiam appelastis: qui patriarcha cùm præpositum vellet inducere, ne administrationi se aliquatenus immisceret, ipse ad nostram audientiam vocem appellationis emisit: vnde dictam administrationem sibi dari, sicut antecessores sui eam habuerant, postulabat. Verum ad hoc fuit ex parte vestra responsum quòd Ol. quondam Aquilegien. ecclesiæ patriarcha, volens necessitati canonicorum, & ipsius ecclesiæ consulere honestati, auctoritate felicis recordationis Alexandri Papæ prædecessoris nostri, & legationis, qua fungebatur, & sua, in eadem ecclesia communem vitam instituit, & prouentus ecclesiarum, & prædiorum, quæ prius ad præposituram spectauerant, necnon, & obedientiarum redigi statuit in vsus communes, præposito omni prorsus iurisdictione, potestate, ac vtilitate in eisdem bonis sublata: cui tamen vassallos ministeriales, & ipsorum beneficia reseruauit, sicut in ipsius priuilegio continetur. Hanc autem ipsius Patriarchę institutionem, & possessionem prædictorum bonæ memoriæ Lucius Papa prædecessor noster auctoritate vobis apostolica confirmauit. Postmodum verò cùm G. secundum formam priuilegij memorati electus fuisset in præpositum, & etiam confirmatus, quosdam canonicorum præcibus, quosdam verò terroribus adeò circumuenit, N. magistro scholarum, à consanguineis eiusdem G. præpositi iurare coacto, ꝙ se ipsi super administratione non opponeret obtinenda, quòd administrationē ipsi salua institutione prædicta, & confirmatione ipsius personaliter commiserunt: sic tamen quòd in administratione non prædecessorum suorum sequeretur exempla, sed præfixam sibi à Capitulo formam potius obseruaret: ꝙ idem præpositus se fideliter impleturum fide data in manu patriarchæ firmauit. Eo verò viam vniuersæ carnis ingresso, ad petitionem patriarchiæ ipsius dictum P. secundum formam institutionis prædictæ in præpositum elegistis, & electione cum institutionis transcripto patriarchæ postmodum præsentata, & in præsentia ipsius P. lecta, & exposita in teutonico idiomate diligenter, idem P. requisitus à patriarcha, si secundum formam eiusdem rescripti electionem recipere vellet, secessit in partem, & institutionis tenore perlecto, per venerab. fratrem nostrum Episcopū Concordien. respondit, quòd cùm esset patrimonio diues, & ecclesiasticis beneficijs abundaret, de præpositura ipsa nomē volebat solummodo, & honorē: adijciēs per se ipsum, ꝙ propositurā recipere volebat ꝫm institutiones prædictæ tenorem, & secundum hoc ab eodem patriarcha de propositura fuit postmodum inuestitus. Deinde verò licet institutionis auctoritate prædictæ administrationem, & possessionem prædictorum omniū haberetis, ea tamen ad maiorem cautelam de patriarchæ, qui nunc residet, manibus suscepistis: qui etiam institutionem communis vitæ ante litem motam suo priuilegio roborauit. Veniens verò præpositus Aquilegiam, postulauit à vobis, vt beneficium ei aliquod cōferretis: & cum ad respondendum certum terminum statuisset eidem, possessiones vestras inuadere voluit, & officiales vestros contra formā iuramenti vobis præstiti, iurare coegit: propter quod prouisor vester ad sedem apostolicam appellauit: eodem prouisore possessiones retinente, vt prius, & administrationis officiū exercente. Verum præpositus ad cellarium vestrū cum armatis accedens, ipsum frustra nixus est occupare: ac cū iterum ecclesiā intrasset armatus, ex parte vestra fuit ad nostram audientiā appellatū. Tandē verò idē præpositus ad memoratū patriarcham accedens, & appellationi, & inuasioni, q̄ fecerat, in manibus renunciauit ipsius. Cùm aūt idē patriarcha ex delegatione dilecti filij nostri S. tt. Sanctę Praxedis presb. Card. tūc apostolicę sedis legati, partes ad suā præsentiā conuocasset, & dixisset eidē Præposito, vt opponeret si quid aduersus vos q̄-

stionis

ſtionis haberet: eo reſpondente, q̃ nihil contra vos proponere vellet, ſed paratus eſſet, potiùs proponentibus reſpondere: vos ab impetitione ipſius poſtulaſtis abſolui, & ne poſſeſsiones veſtras inuaderet, ad ſedẽ apoſtolicã appellaſtis. Quòd autẽ hæc ſibi obeſſe non poſſent: pars præpoſiti nixa eſt multiplici ratione monſtrare aſſerẽs inſtitutionẽ illã Ol. patriarchæ in ipſius non debere præiudiciũ retorqueri: cùm obtenta fuerit contra ius commune, conſuetudinem eccleſiæ Aquilegien. & inſtitutionem patriarchæ Poponis, & in præpoſituræ læſionem enormem facta fuerit præpoſitura vacante. Contra ius cõmune, quia ex iure communi procedit, vt præpoſitus bona eccleſiæ, cuius eſt præpoſitus, adminiſtret. Contra conſuetudinem Aquillegien. eccleſiæ, quoniam per centum annos, & vltrò præpoſitus adminiſtrationem bonorum eius habuerat, à tẽpore videlicet Patriarchæ Poponis vſque ad tempus Olrici. In enormem læſionem præpoſituræ ipſius, quia per ipſam ius præpoſituræ vſque adeò fuerat decurtatum, vt non niſi nomen, & onus relictum præpoſito videatur. Præterea ſi etiam inſtitutio memorata teneret, iuri præpoſiti non obeſſet: cum per ipſam non fuerit præpoſito adminiſtratio expreſsè ſublata & poſt eam prædeceſſor ipſius vſque ad hęc tempora adminiſtrationem habuiſſe probetur. Nec nocet nec nocere poteſt, quòd in eadem inſtitutione ſubiungitur, præpoſito omni iuriſdictione, poteſtate, & vtilitate ſublata, cùm dictus L. prædeceſſor noſter illud in confirmationis ſuæ litteris nõ apponat. Cùm enim ipſe in confirmatione ſua, quædam minuat, vt de duplici portione in veſtitu conferenda decano, & magiſtro ſcholarum, quædam addat, vt de his, quę pro veſtitu canonicis conferẽda fuerint, per manum vnius, vel plurium qui ad hoc ordinati fuerint, conferendis: quædam corrigat, vt ſuper veſtimẽtis præſentibus & abſentibus pariter impendendis: vbi addidit, ſi ex rationabili cauſa defuerint, ſi quid in eadem inſtitutione reperiatur, de quo mentio in eiuſdem Lucij confirmatione non fiat, id intelligitur probatur. Aut enim capitulum illud ei cum alijs expreſſum fuerat, aut doloſè ſupreſſum: ſi expreſſum fuit, & illud idem prædeceſſor noſter noluit confirmare, intelligitur reprobaſſe: q̃ ſi ſuppreſſum fuerat, confirmatio eadẽ probabitur fuiſſe ſurrepta: quod ſi ſuppreſsũ fuerat, confirmatione de iure præpoſiti nihil penitùs exprimatur. Præterea in eadem inſtitutione adminiſtratio non aufertur præpoſito, ſed iuriſdictio vtilitas, & poteſtas. Quòd ſanè intelligẽdum eſt, vt canonicorum vtilitati proficiat, & iura præpoſiti non offendat: ſic videlicet, vt nõ liceat præpoſito cõtra tenorem inſtitutionis eiuſdem extra commune refectorium miniſtrare fratribus alimẽta, vel præpoſituræ prouentus (ſicut prius) ſuis vſibus applicare. Vnde vos verba illa contra præpoſitum minus ſufficere cognoſcẽtes, inſtitutionem prædictam vobis feciſtis per Patriarcham, qui nunc reſidet, innouari, & apponi in capitulo memorato: propoſito omni iuriſdictione, poteſtate vtilitate, & diſpoſitione ſublata: & quaſi conſcij quòd adminiſtrationis vobis officium præſumpſeratis indebitè vſurpare, inſtitutioni patriarchæ prædictę vbi habebat, vt omnia bona, quæ de depoſitura, de eccleſijs videlicet, & prædijs, & obedientijs prouenirent, redigerentur in vſus communes, vtilitati veſtrę omnimodis profutura, diſpoſitioni feciſtis apponi. Fuit etiam ex eadem parte adiectũ, quòd præpoſitus ipſe quicquid ei fuiſſet electionis ſuę tempore ſub quacunq; forma propoſitum, quod ſibi iuſtè offerebatur, ſe recipere ſimpliciter, & purè reſpondit. Nec adiecit ſecundum formam inſtitutionis prędictæ, immò cum poſtmodum quæreretur ab eo, vt caueret, ne quid ſibi vltra formam inſtitutionis prędictæ aliquatenus vendicaret: quod non caueret aſſeruit, quia id ſimoniacam ſaperet prauitatem. Nec nocuit, quòd in prima reſponſione ſua non contradixit expreſſa: cùm ſciret ius ſuum vbique durare: nec adhuc plenè noſſet tenorem inſtitutionis eiuſdem, vtporè qui in Aquilegien. eccleſia nunquam fuerat conuerſatus. Ex reſponſione quoque facta per Concordien. Epiſcopum, qui reſponderat, eum ex præpoſitura nõ quærere, niſi nomen ſolummodo, & honorẽ: nullum

iuri suo asserit præiudicium generari: cùm in hoc nomen dignitatis intellexerit, & administrationis honorem. Adiecit etiam vos esse quodammodo de simonia confessos: cùm ipsum in Præpositum secundum formam institutionis prædictæ, vt seruaret videlicet quod continebatur in ea, vos elegisse dixistis: cùm huiusmodi conditio simoniacam sapiat prauitatem. Cæterùm pars vestra rationes inductas taliter suis rõnibus repellebãt: asserens quòd prædicta institutio & tenuerat & tenebat: cùm vtilitatem communem, & ecclesiæ respiceret honestatem: & memoratus Ol. Patriarcha in ea, & auctoritate legationis, & metropolitica vsus fuerit potestate, & de totius Aquilegien. Cap. eadem fuerit instituta consensu: nec oberat quòd consummata fuerat præpositura vacante: cùm viuente adhuc priore Præposito sæpius fuerit de ipsa tractatum, & successor ipsius tanquam canonicus faciendæ: iam factæ verò factus ipse Præpositus suum expressè præstitisset assensum: cùm & ante electionem, & confirmationem ipsius per annum, & plus, & pòst per septem menses, & amplius in plena, & pacifica possessione iuxta ipsius institutionis formam liberè fuissetis, donec eidem administrationem non tanquam Præposito, sed tanquam canonico personaliter commisistis, sicut per testes fuerat legitimè comprobatum. Per illa etiam verba, scilicet omni iurisdictione, potestate, & vtilitate sublata, omnem administrationem sublatam præposito decebatis: cùm in iurisdictione statuendi auctoritas in potestate ministrandi facultas, & in vtilitate conuertendi (sicut prius] in suos vsus præposituræ prouentus ei fuerit licentia denegata. Sic enim in talibus potestas accipitur, secundum canonicas sanctiones: vt cùm dicitur quòd omnes res ecclesiæ in Episcopi potestate consistant, & ad eius dispositionem pertineant: sic etiam & secundum constitutiones legales, bona pupilli dicuntur esse in potestate tutoris. Cumque consuetudo sit optima legum interpres, qualis illorum verborum fuerit intellectus ex eò, quòd continuè subsecutum est declaratur. Statim enim Capitulum (vt dictum est,) sine contradictione cœpit administrare ante electionem G. substituti Præpositi per annum, & plus, & post electionem & confirmationem ipsius per septem mẽses, & amplius administrans, immò ex tunc administrare nũquam cessauit: cùm G. Præpositus non ratione præposituræ, sed ex commissione Capituli ministrarit, sicut per testes sufficienter fuerat comprobatum: & is vtiq; possideat, cuius nomine possidetur. Adiecistis etiam, quòd si prædicta institutis non teneret, idem tamen Præpositut sibi nihilominus præiudicium irrogarat: cùm secundum formam institutionis eiusdẽ, electionem [sicut per testes probatum fuerat) recepisset, & nihil aliud nisi nomen & honorem ex prępositurę officio postularet. nec oberat, quòd in confirmatione dicti Lucij prædecessoris nostri de iurisdictione, potestate, & vtilitate sublata, prępositio nihil expressum extiterat: cùm non semper quòd simpliciter est suppressum, intelligi debeat reprobatum: immò fortius id exprimi soleat, quod approbatis cæteris reprobatur: cùm non minor in reprobatione, quàm in approbatione sit solennitas requirenda. Nec fuerit simoniacum, si eum secundum formam sæpè dictæ institutionis in præpositum elegistis cùm determinatio illa non conditionem denotet, sed modi, vel status sit potiùs expressiua. Nos igitur his, & alijs diligenter auditis, per Cardinalem eundem quæ fuerant hinc inde proposita, & diligentius intellectis, de fratrum nostrorum consilio ab impeditione præpositi memorati sententialiter ecclesiam, & Capitulum Aquilegien. absoluimus: eidem præposito super hoc perpetuum silentiũ imponentes. Decernimus ergò &c. Diffinitionis &c. Datum Lateranen. VII. idus Iulij.

CANTVARIEN. ARCHIEPIscopo. vt ecclesijs parochialibus iuste decimę persoluantur.

PEruenit ad audientiam nostram, quòd multi in dioœcesi tua decimas suas integras, vel duas partes ipsarum non illis ecclesijs, in quarum parochijs habitant, vel vbi prædia habent, & à quibus ecclesiastica præcipiunt Sacramenta persoluũt: sed eas alijs pro sua distribunt voluntate. Cùm igit inconueniens esse videatur, & à

tione

ratione dissimile, vt ecclesiæ, quę spiritualia seminant, metere non debeant à suis parochianis temporalia, & habere, fraternitati tuæ auctoritate præsentium indulgemus, vt liceat tibi super hoc non obst. contradictione, vel appellatione cuiuslibet seu cõsuetudine hactenus obseruata, quod canonicũ fuerit ordinare, & facere quod statueris per cẽsurã eccl. firmiter obseruari. Nulli ergò &c. cõfirmationis &c.

Datum Lateran. II. nonas Iulij.

EIDEM. VT ONERA ET PENsiones ecclesiis impositæ rescindantur.

QVAE in derogationem Sanctorum canonum attentantur, tantò potius infringi volumus, & carere robore firmitatis, quantò auctoritas vniuersalis ecclesiæ, cui (licet immeriti (præsidemus, ad id nos prouocat, & inducit. Significasti nobis siquidẽ, quòd plures sunt in Cantuarien. diœcesi qui contra iuris canonici sanctionem nouas pensiones ecclesijs quibusdam imposuerunt; & veteres temeritate præsumpserunt culpabili augmentare. Cùm igitur id in contemptum ecclesiasticę institutionis redundet, fraternitati tuæ auctoritate præsentium indulgemus, vt liceat, tibi pensiones de nouo impositas, in irritum reuocare, & in statum priorem appellatione remota reducere augumentas. Nulli ergò &c.

Datum Lateran. VI. cal. Iulij.

SIMONI ARCHIDIACONO Vuellen.

IVstis petentium desiderijs &c. vsque aduerbum Suscipimus. Specialiter autem Archidiaconatum Vuellen. cùm ecclesia de Iuuis, & ecclesia de Subrent. ad ipsum Archidiaconatum pertinẽtibus, sicut ea iustè possidetis &c. Nulli ergò &c. Datum vt suprà.

EPISCOPO TVDEN. DECAno Zamoren. et priori Sancti Hysidori Legionem. Quà ijs cõmisit cognitionem causæ Episcopi Aurien. & Abbatis atque monasterij Cellæ nouæ.

CONtrouersiam. quæ inter venerabilẽ fratrem nostrum Episcopum Aurien. ex una parte, & Abbatem, & conuentum Cellæ nouę ex altera vertebatur super libertate, ac subiectione ipsius monasterij, & sententijs excommunicationis, & suspensionis in Abbatem prolatis, & in monasterium interdicti, venerabili fratri nostro Lucen. Episcopo, & dilectis filijs Abbati de Melon. & P. Ioãnis Archidiaconi Astoricen. cõmisisse recolimus fine debito terminandam, qui cùm eis de causæ meritis constitisset, ad diffinitiuam sententiam processerunt: adiudicantes subiectionem monasterij ecclesiæ Aurien. Abbatem verò, & monasterium ab Episcopi sententijs absoluentes: quemadmodum ex ipsorum authentico nobis exhito demonstratur: quam idem Episcopus petebat auctoritate sedis apostolicæ confirmari. Verùm ex parte dictorum Abbatis, & monachorum fuit propositum ex aduerso, ipsam sententiam nullius esse momenti, tanquam post appellationem prolatam, & à suspectis iudicibus, & super articulo, de quo lis non fuit contestata: contra eandem quoque alia quædam coram vobis expressius designanda, nihilominus eorundem nuncius apponebat. Quia verò nobis non constitit de præmissis, causam ipsam discretioni vestrę de Assensu partium duximus committendam: per apostolica scripta præcipiendo mandantes, quatenus de prędicta sententia cognoscentes, si eam inueneritis rationabiliter fuisse prolatam, confirmantes ipsam faciatis auctoritate nostra, remoto appellationis obstaculo, firmiter obseruari. Alioquin ex integro de causa cognoscentes, iuxta formam prioris cõmissionis quòd canonicum fuerit, statuatis appellatione remota: cogentes partes per censuram ecclesiasticam &c. Nullis litteris obstantibus præter assensum partium &c. Quòd si omnes &c. Duo, &c. Dat. Lat. V. idus Iulij.

ABBATI, ET CONVENTVI de Vualthen. vt ad suas ecclesias ipsi clericos idoneos præsentent, & nulli alij ordinentur.

CVm vos ecclesia vestra, in qua estis de nouę plantationis origine, & assumptione religionis Dei obsequio man

cipari, de gratia sedis apostolicæ tanquã speciales filij specialibus meueris priuilegis honorari: prouidere volumus, ne in his, qui de iure, & dudum obseruata consuetudine obtinetis, iniustæ vexationis dispendium subeatis. Vt itaque religio, quæ in ecclesia vestra laudabili noscitur inchoata principio, bonis secundum Deũ progressibus amplietur: & vos à matre vestra ecclesia Romana iura vestra sentiatis illibata seruari, ad exemplar bonæ memoriæ Cœlestini Papę prędecessoris nostri, præsentibus litteris vobis duximus indulgendum: ne in in ecclesijs ad præsentationem, & ordinationem vestram spectantibus, aliqui clerici nisi a vobis præsentati fuerint, ordinentur: vel ad earũ regimen præter assensum vestrum & conuentiam admittantur. Si uerò contra hæc ausu temerario aliqui uenire præsumpserint, & iura vobis debita sibi vsurpare tentauerint, factum, & præsumptionem eorũ viribus carere decernimus: & per vos auctoritate apostolica, qui taliter intrusi fuerint, concedimus amoueri: nisi fortè (quod absit) repræsentationem, & ordinationem earum constiterit vos malitiosè differe. Nulli ergò &c. indulgentię nrę &c. Datum Lat. III. nonas Iulij.

EIVSDEM. NE VISITATORES magno numero veniant ad ecclesias, vt ipsis graues existant.

AD notitiam apostolatus nostri peruenisse noueritis, quòd Archidiaconi, & officiales eorum contra statuta Lateran. concilij ad ecclesias vestras maiore, quàm debeant numero euectionis accedunt, & alijs eas grauaminibus indebitè opprimentes, ita graues in procurationibus suis existunt, quod nonnunquam longi temporis victum breuis hora cõsumat. Ea propter ne de cætero talia prefati Archidiaconi, vel officiales eorum attentare præsumant, ad exemplar bonæ memorię Cœlest. Papæ prædecessoris nostri, auctoritate præsentium districtius inhibemus. Et si ab huiusmodi grauaminibus non duxerint abstinẽdũ liceat vobis receptiones rex actiones, & curationes indebitas denegare. Quòd si pp hoc interdicti vel excõicationis sñia in clericos, vel ecclesias vestras temerè iaculari pſumpserint, idulgemus vobis vt eã non teneamini, vt potè latã cõtra sedis Apostol. statuta, seruare. Nulli ergò &c. inhibitionis, & indulgentiæ nostræ &c. Datum vt suprà.

EISDEM. DE CONFIRMATIONE priuilegiorum.

INcumbit nobis ex debito pastoralis officij &c. vsque ad verbum Annuimus: Et præfatum monasterium, quod specialiter Beati Petri iuris existit, in quo diuino mancipati estis obsequio, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti pagina communimus. Libertates præterea, & immunitates, antiquas, & rationabiles consuetudines monasterio vestro per priuilegia Romanorum Pontificum, & scripta regum, & principum præuia ratione concessas, & hactenus obseruatas, ratas habemus, & eas perpetuis tpibus illibatas: pmanere sancimus. Decernimus ergo &c. Protectionis, & cõcessionis, &c. Dat. Latera. nonis Iulij.

EISDEM. DE EODEM ARGV.

FEruor religionis, & deuotionis vestrę nos monet propensiùs, & inducit, vt præter commune debitum petitiones vestras, quæ rationi conueniunt, debeamus libenter admittere: & vtilitati monasterij vestri, quòd ad iurisdictionem Beati Petri, & nostram specialiter pertinet, pastorali solicitudine prouidere. Ea propter &c. vsque ad verbum Assensu. Auctoritate vobis apostolica indulgemus q. si Episcopi, in quorum diœcesi ecclesias parochiales habetis, in fata concesserint, & ecclesias vestras interim vacare contigerit, capellani in ipsis instituendi, ne ordinationes ecclesiarum inutiliter differãtur, ad præsentationem vestrã ab eo, qui sede vacante vices Episcopi debet de iure supplere, sine contradictione qualibet admittantur: qui vobis de temporalibus, Episcopis, vel eorum officialibus de spiritualibus debeant respondere. Adijcimus etiam quòd sicut rationabili consilio, & prouidentia capituli vestri ecclesiam de Vuindesores ad cellarium: & ecclesiam de Alricheseia, & ecclesiam de Herford, & ecclesiam de Nesinges ad vestimenta fratrum vestrorum inuenienda. Ecclesias verò de Epinges, & de Vudeford, & de Necclesuuelle, & de Luchẽton,

ad vsus

ad vsus sacristiæ vestræ de Assensu diœcesani Episcopi assignastis, ita vobis, vestrisque successoribus in perpetuum permaneant ad hos vsus. Et ne imposterum hæc assignatio vestra possit, vel debeat in aliquo mutilari, ipsam auctoritate apostolica confirmamus, & præs. &c. Decernimus ergò &c. Concessionis, & confirmationis &c. Datum Later. VI. idus Iulij.

FRATRI R. APOSTOLICAE SEdis legato quæ creat ipsum legatum Apostolicum, & hortatur vt ipsum magistratum diligenter administret.

LIcet solitæ solitudinis locum affectes, fugans, vel fugiens potiùs tumultus sæcularium potestatum, vt Rachelis fouearis amplexu, & in lege diuina iugiter mediteris, sedens secus pedes domini cum Maria, cùm tamen in lege mandatorum ipsius legeris, quòd obedientia præferenda sit victimis, & proximum diligere debeas, vt te ipsum, nec potes, nec debes sic viuere soli tibi, vt vel recedas ab obedientia præsidentis, vel proximorum salutem negligere videaris, sed à contemplatione Mariæ ad actionem Marthæ teneris saltem ex obedientiæ virtute descēdere: vt in Lia Rachelis sterilitatem tua prædicatione fœcundes: dum quòd in solicitudinis: & claustri silentio didicisti, iuxta mandatum Euangelicum prædicaueris super tecta, & talenta tibi credita erogaueris ad vsuras. Nos autem, qui (licet immeriti) vices eius tenemus in terris, qui discipulis suis officium prædicationis iniunxit: Ite (inquiens) in orbem vniuersum, prędicate Euangelium omni creaturæ, plenè de tua conscientia, & religione confisi, plenæ tibi legationis officium per Ebredunen. Aquen. Arelaten. & Narbonen. prouincias duximus committendū: corrigendi, & statuendi tam in monasteriis, quàm aliis ecclesiis, quæ correctione, vel institutione cognoueris indigere, audiendi, & decidendi, vel etiam committēdi causas, & absoluendi eos, qui ob violentam manuum iniectionem in clericos vinculo sunt excommunicationis astricti, si ex iniectione tali vel enormis læsio, vel homicidium non fuerit subsecutum, confutandi hæreticos, & cogendi eos redire ad catholicæ fidei vnitatem, & plenæ legationis officium super his, & aliis exequendi, & percellendi pœna canonica cōtumaces, indulgētes tibi auctoritate Apostolica libera facultatem. Nulli ergò &c. concessionis &c. Datum Lateran. IIII. idus Iulij.

ARELATEN. ARCHIEPISCOPO & suffraganeis eius vt illum legatum reuerenter & benignè tractent: eidemq; auxilio & consilio sint.

IS, cuius omnes viæ misericordia sunt, & veritas testante Psalmista, cuius omnia verba doctrinam sapiunt salutarem, cuius opus exemplum nobis vitæ sanctioris ostendit, licet solo verbo virtutis suæ possit, & poterit vniuersa: vtpotè qui dixit, & facta sunt, mandauit & creata sunt, operarios tamen in vineam suam, & messem induxit, & præter sacrum duodenarium discipulorum numerum, quibus potestatem ligandi contulit, & soluendi, alios septuaginta duos elegit, & binos illos ad prædicandum direxit, indulta eis calcandi super scorpiones, & regulos potestate: nobis relinquens exemplum, vt vestigia eius quantum fragilitas humana permittit, in debitę humilitatis deuotione sequamur. Hoc sanè Apostolica sedes, quæ cūctarum ecclesiarum à Domino in Beato Petro magisterium obtinuit, & primatum, assiduè meditatione reuolens multos in partem creditæ solicitudinis euocauit, vt diuersis mundi de partibus per eorum præsentiam ipsius absentia suppleretur: & defectum vnius multorum releuaret affectus: quorū solicitudo diligens, & solicita diligētia expeditius in singulis prouincijs, & eradicaret noxia, & profutura plantaret. Nos etiā qui (licet immeriti) vicem Christi tenemus in terris, nostram insufficientiam attendentes, quorum mentem diuersę diuersarum ecclesiarum iugiter necessitates vrgent: quorum corpus assidui cōquerentium clamores affligunt, præter eos, quibus pars est solicitudinis nostrę commissa: cùm necessitas exigit, vel requirit vtilitas, in diuersas prouincias legatos à nostro latere destinamus: quibus tātò amplius credatur à subditis, quātò specialius eis Apostolicę sedis au-

ctoritas delegatur. Dilectum itaque filiũ nostrum fratrem Rainerium virum vitæ probatæ,ac cõuersationis honestæ,Deo & hominibus, obtentu suæ religionis acceptum:cuius scientiam, & industriam in similibus iam sumus experti: commisso ei plenę legationis officio ad partes vestras duximus destinandum: vt euellat,quæ euellenda cognouerit,& plantet, quæ plantatoris cognouerit officio indigere. Specialiter autem, & præcipuè ad confutandam hæreticam pranitatem assurgat, & scorpionum illorum aculeos omnipotentis Dei virtute reprimat, & conculcet:qui virus draconis in aureo calice Babylonis propinant: habentes,secundum Apostolum,speciem pietatis,virtutem autem eius pænitus abnegantes: quorum principium religionem palliat,medium non docet, sed seducit indoctos,finis perpetuum interitum comminatur:qui etiam secundum Euangelicam veritatem, ad nos veniunt in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces Monemus igitur fraternitatem vestram, & exhortamur in domino, ac per Apostolica vobis scripta districtè præcipiendo mandamus, quatenus eundem legatum sicut personam vestram recipientes, humiliter, & deuotè, quę ipse inter vos statuẽda duxerit,seu etiam corrigẽda,recipiatis humiliter,& inuiolabiliter obseruetis: præsertim autem contra hæreticos taliter ipsi curetis adesse, vt per solicitudinem vestram, & diligentiam eius vobis cooperãtibus de partibus vestris gens extirpetur iniqua,& confutata hæreticorum perfidia,doctrina præualeat salutaris: & falsis dogmatibus reprobatis viuat,& inualescat apud vos veritas in ęternum. Datum Late.nonis Iulij.

In eundem modum Narbon. Archiepiscopo,& suffraganeis eius.

In eundem modum Aquen. Archiepiscopo,& suffraganeis eius.

In eundẽ modum Ebredunen. Archiepiscopo,& suffragan. eius.

DECANO ET CAPITVLO AQVILEGIEN. vt præpositum suum spoliatum restituant.

CONstitutus in præsentia nostra dilectus filius P. ecclesiæ vestræ ꝓpositus sua nobis cõquestione monstrauit, ꝙ vos ipsum villa de Dranis,quæ est inter beneficia vassallorum, ad ipsum ratione præposituræ de iure spectante, sicut in priuilegiis vestris perspeximus contineri,prætermisso iuris ordine contra institiam spoliastis, eam ven.fratri nostro Patriarchæ, vestro motu propriæ voluntatis in dicti præpositi præiudicium assignantes. Cùm itaque non sit alicui consulendum cum alterius detrimento, vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, & districtè præcipimus,quatenus præfatam villam, cùm omnibus pertinentiis suis, & fructibus inde perceptis, & omni integritate in qua tempore donationis extitit, memorato præposito restituere non tardetis famulos quoque à suis prædecessoribus infeudatos, quominus dictus præpositus instituere possit,& etiam infeudare, prout ad ipsum de iure pertinet,impedire minimè præsumatis. Alioquin dilecto filio G. Tergestino erecto præcipiendo mandauimus,vt ipse vos ad ea,quæ præmisimus prout iustum fuerit, per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellat. Nullis litteris,&c. Datum Lateran. IIII. idus Iulij.

POPON. CANONICO FRISAGEN. vt præbendæ suæ fructus percipiat.

CVm de consuetudine Frisagen. ecclesiæ fructus præbendæ tuæ proponaris hactenus, sicut & alij canonici faciunt, liberè præcepisse,nolentes vt super his iuri tuo processu temporis præiudicium generetur, vt eos de cætero sicut fecisti hactenus percipere valeas,& habere:non obstante siquid in absentia tua factum est in præiudicium tuum contra priorem consuetudinem ecclesiæ memoratæ,auctoritate tibi præsentium indulgemus. Nulli ergo,&c. Datum Lateran. II. idus Iulij.

ABBATI, ET CONVENTVI DE Vualthan.

CVm à nobis petitur &c. vsque ad verbum Assensu. Ius quod habetis in ecclesia de Scerninges,sicut illud iustè,& canonicè possidetis,auctoritate vobis Apostolica

stolica cõfirmamus,& præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergò, &c.
Datum Lateranen. XVI. Cal. Iulij.

EISDEM.

IVstis petentium,&c. vsque ad verbum Assensum. Ecclesiam de Lamburn. quàm ex concessione diœcesani Episopi obtinetis, sicut illam iustè, ac pacificè possidetis, & in authentico scripto diœcesani Episcopi confecto exinde plenius continetur,vobis, & per vos monasterio vestro auctoritate Apostolica confirmamus,& præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, &c. Datum vt suprà.

CVM à nobis petitur, &c. vsque ad verbum Assen. ecclesiam de Vurengle vobis à venerab. fratre nostro Lincolnien. Episopo concessam, sicut eam iustè,& Canonicè possidetis,&c. Nulli ergò, &c. Datum Lateran. XVII. cal. Iulij.

IVstis petentium, &c. vsque ad verbum Assen. ecclesiam Sancti Andreæ de Geiste, ecclesiam omnium Sanctorum de Geistetorp,Ius,quòd habetis in ecclesia Sancti Petri de Vudenorton. sicut ea iustè ac pacificè possidetis, & in authentico scripto diœcesani Episcopi confecto exinde plenius continetur, vobis, & per vos monasterio vestro auctoritate Apostolica confirmamus,&c. Nulli ergo &c.
Dat. Lat. XVI. Calendas Iulij.

ARCHIEPI. CANTVARIEN. de Cireſia, & de Cireſtria Abbatibus. Vt Abbatem S. Crucis legitimę conſtitutioni per Pontificem Maximum approbatę obedire cogant.

AD audientiam Apostolatus nostri noueritis peruenisse, quod cùm olim tam à dilecto filio Abbate Sãctæ Crucis de Vualthan. quàm capitulo suo communi consilio fuerit ordinatum, pecuniã eorum integrè in vno marsupio congregari,& seruari per duos vel tres Canonicos ad hoc per eosdem Abbatem,& capitulum voluntate vnanimi deputatos, qui in præsentia ipsius Abbatis,& dilectorum filiorum Prioris, & Subprioris,nec non,& trium aliorum de senioribus per eundem Abbatem,& capitulum electorum,singulis tribus mensibus de prædicta pecunia redderent rationem: constitutione ipsa postmodum à sede Apostolica confirmata, sæpè dictus Abbas capituli sui non requisito assensu,& custodes eligit,& computationem solus recipit propria voluntate. Vnde nos eidem Abbati per scripta nostra mandauimus, vt constitutionem ipsam studeat, sicut sine prauitate facta est, inuiolabiliter obseruare:ne vtilitatem ecclesiæ videatur in aliquo impedire: Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus si sæpe dictus Abbas iuxta mandatum nostrum cõstitutionem prædictam obseruare neglexerit, vos eum ad obseruationem eiusdẽ auctoritatem præsentium per censuram ecclesiasticam,sicut iustum fuerit appellatione remota cogatis. Quòd si omnes, &c. tu frater Archiepiscope &c. Datum Lat. nonis Iulij.

CANTVARIEN. ARCHIEPISCOpo, & Epiſcopo Roffen. Vt hic nominatos monachos ab iniurijs defendant.

SIcut dilecti filij Abbas, & conuentus de Vualthan. nobis significare curarũt, quidam quos vobis propriis nominibus designabunt, libertatem eis,& monasterio eorum ab Apostolica sede concessam præsumptuosa temeritate infringunt,ipsis alia damna grauia, & iniurias irrogando. Ideoque fraternitati vestrę per Apostolica scripta mandamus, quatenus eorundẽ molestatores iniustos,vt ab ipsorum grauamine,& indebita infestatione quiescãt, permittentes eos pacificè frui libertate sibi ab Apostolica sede concessa, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellatis. Nullis litteris,&c. Quòd si ambo,&c. alter,&c. Datum Lateran. XVI. cal Iulij.

ABBATI, ET CONVENTVI de Vualthan.

IVstis petentium, &c. vsque ad verbum Assen. ecclesiam de Badburgeham,quã ex concessione diœcesani Episcopi obtinetis,

netis, sicut illam iustè ac pacificè possidetis, & in authentico scripto eiusdem Episcopi confecto exinde pleniùs continetur vobis & per vos monasterio vestro auctoritate Apostolica, &c. Nulli ergò, &c.

Datum Lateran. nonis Iulij.

PETRO COMPOSTELLANO

Archiepiscopo. Vt inter ecclesiam Compostellanam & Bracarensem inita transactio obseruetur.

LIcet vnum sit corpus ecclesiæ in quo Christus est caput, & vniuersi fideles sunt membra, ille tamen, qui à Christo Petra dictus est Petrus, etiam à Christo capite vocatus est caput, ipso testante qui ait. Tu vocaberis Cephas: quod secundum vnam interpretationem exponitur Caput: quia sicut plenitudo sensuũ abundat in capite, ad cętera verò membra pars aliqua plenitudinis deriuatur, ita cæteri vocati sunt in partem solicitudinis, solus autem Petrus assumptus est in plenitudinem potestatis: ad quem velut ad caput maioris ecclesiæ causſæ nón tam constitutione canonica, quàm institutione diuina meritò referuntur: inter quas illa non minima reputatur, quæ inter Compostellanam, & Bracaren. ecclesias super quatuòr Episcopatibus, videlicet Colimbrien. Lamecen. Visen. & Egitanien. ex delegatione sedis Apostolicæ longo fuit tempore sub diuersis iudicibus vẽtilata: quam nos auctore domino te frater Archiepiscopo Compostellan. & venerab. fratri nostro M. Bracaren. Archiepisco. pro diffinitione huius causæ præsentibus exacta diligentia curauimus terminare. Petebas siquidem à dicto Bracaren. Archiepiscopo quatuor præfatos Episcopatus asserens, eos ad compostellanam ecclesiam iure metropolitico pertinere. Tuã autem intentationem fundare multipliciter nitebaris, per priuilegia, per concilia, per historias, per diuisiones, per famam, & per sententiam. Volens enim apostolica sedes compostellanam ecclesiam pro reuerentia Beati Iacobi Apostoli, cuius venerandum corpus in ea conditũ requiescit, speciali priuilegio decorare, dignitatem Emeriten. metropolis, quæ peccatis exigentibus à longis retrò tẽporibus vsq; nunc barbarica tenetur feritate captiua, eidem ecclesiæ cũ integritate Lusitaniæ prouinciæ liberali concessione donauit: sicut priuilegia felicis mem. Calixti Papę prædecessoris nostri liquidò protestantur tres desuffraganeis Episcopatibus exprimens nominatim, videlicet: Colimbrien. Salamantin. & Abulen. qui soli tunc in confessione christiani nominis permanebant Cæteros autem generali donatione concludens. Hos aũt Episcopatus de quibus quęstio vertebatur, ad Emeriten. ptinuisse metropolim p Emeriten. nitebaris consilium demonstrare: in quo xij. Epi, qui conuenerant, se omnes esse de Lutisinia prouincia profitentur, dicentes in primo capitulo: conuenientibus nobis omnibus Lusianię prouinciæ Episcopis, &c. qui post vniuersa statuta consilij, omnes cum suo metropolitano subscribũt, tam ex nomine sedium quàm etiam ex nomine personarum. Inter quos Colimbrien. Egitanien. & Lamecen. expressè subscribunt. In octauo quoque capitulo eiusdem concilij continetur, q̃ supplicante Sanctæ memoriæ Orontio Episcopo Rex Recessundus inductus est, vt reduceret, atq; restauraret Episcopos huius prouinciæ Lusitaniæ, ad suæ prouinciæ nomen, atq; consilium, & sic demum secundum canonicas regulas decreto synodico, iudicij formula & suæ clementiæ confirmatione ad nomen prouinciæ, suamq; metropolim sunt reducti: quibus verbis indubitanter exprimi asserebas, q̃ hi quatuor Episcopatus, qui vsq; tunc fuerant sub nomine prouinciæ Galleciæ, per sententiam sunt reducti synodicam: quorum vnus videlicet ex reductis exprimitur fuisse Selua Egitanien. Episcopus, qui est vnus de dẽ quatuor: quos omnes eadem quæstio apprehendit, & ad maiorem expressionem in subscriptionibus post metropolitan. Selua primus cũ tali adiectione subscribit. Ego Selua Egitanien. Episcopus pertinens ad metropolim Emeriten. vna cum Archiepiscopo meò proficio, subscribo, & quisq; sequentiũ dicit, ita similiter subscribo, intelligens totũ cũ verbo, idest pertinẽs, ad Emeriten. metropolim. Isydorus aũt in chronicis de Gothis titulo de Sueuis testatur,

tur, quòd Remismundus ad Lusitaniam transijt, Colimbriam pace deceptam diripit, Vlixbona quoque ab eo occupatur: per quod videtur ostendi, quòd tam Colimbria, quàm Vlixbona consistit in Lusitania. Plinius quoque narrat in libro secundo naturalis historiæ circa finem, quòd Durius è maximis Hispaniæ fluminibus iuxta Numantiam lapsus, dein Lusitanos à Gallecis disterminat: per q̃ apertè monstratur, quòd cùm quatuor Episcopatus prædicti sint vltra Durium, non in Gallecia, sed in Lusitania sunt prouincia constituti. Diuisiones etiam multas produxisti d[illegible] (vt asseris) non suspectis [illegible] bitas sub testim[illegible] tici[illegible]

limbrien. quàm tres alios Episcopatus ad metropolim respicere Bracaren. In tantùm enim Paschali Papæ, qui priuilegia super redintegratione prædictorum Episcopatuum ecclesiæ Bracaren. concessit, constitisse videtur hos Episcopatus ad eandem Bracaren. Ecclesiam pertinere: quod ipse in litteris, quas direxit Gunsaluo Colimbrien. Episcopo, manifestè testatur: quod constat Coli[illegible] ecclesiam in Bracaren. prouin[illegible] tineri. Vnde quia [illegible] piscopus ad mar[illegible] brien. Episcop[illegible] sit P[illegible]



petuum eccle[illegible] ne quoque, quàm eo tempore in pr[illegible] tis Episcopatibus ecclesia Bracaren. habebat: quorum alterum per priuilegia, reliquum verò per testes & instrumenta sufficienter ostendere satagebat. Expressum autem erat in illis falsum in eo, quòd Colimbrien. Episcopatus dicebatur ad Emeritam pertinere: cùm idem Bracaren. multis rõnibus astruere niteretur, tam Co

tes doctorum, ecclesiam[illegible] potest negocium terminare. Diuisiones etiam, quas pro se pars tua induxit, inualidas asserebat: tum quia longè plures, & euidentiores diuisiones pro sua sunt parte productę tum etiam quòd in eodem quaterno quę contra sæpe dictum Bracaren. Archiepiscopum produxisti, Lucen. concilium est inuen-

netis, sicut illam iustè ac pacificè possidetis, & in authentico scripto eiusdem Episcopi confecto exinde plenius continetur vobis & per vos monasterio vestro auctoritate Apostolica, &c. Nulli ergò, &c.

Datum Lateran. nonis Iulij.

PETRO COMPOSTELLANO

Archiepiscopo. Vt inter ecclesiam Compostellanam & Bracarensem inita transactio obseruetur.

LIcet vnum sit corpus ecclesiæ in quo Christus est caput, & vniuersi fideles s[illegible]mbra, ille tamen, qui à Chri[illegible]sto [illegible]us est Petrus, etiam à Chri[illegible]sto [illegible]is est caput, ipso testante c[illegible]eris Cephas: quod se-cun[illegible]etationem expo-nitu[illegible]itudo sensuũ abu[illegible] bra[illegible] cæt[illegible]nis, ple[illegible] ad [illegible] con[illegible] ne, illa[illegible] Co[illegible] sup[illegible] Co[illegible] nie[illegible] go [illegible] tila[illegible] ter[illegible] ner[illegible] pisc[illegible] tibus[illegible] nare. Archi[illegible] patus[illegible] cleſia[illegible] auter[illegible] ter ni[illegible] per h[illegible] & pe[illegible] lica se[illegible] reuer[illegible] vener[illegible]rpus in ea conditu requie scit, speciali priuilegio decorare, dignitatem Emeriten. metropolis, quæ peccatis exigentibus à longis retrò tẽporibus vsq; nunc barbarica tenetur feritate captiua, eidem ecclesiæ cũ integritate Lusitaniæ prouinciæ liberali concessione donauit: sicut priuilegia felicis mem. Calixti Papę prædecessoris nostri liquidò protestantur tres desuffraganeis Episcopatibus exprimens nominatim, videlicet: Colimbrien. Salamantin. & Abulen. qui soli tunc in confessione christiani nominis permanebant Cæteros autem generali donatione concludens. Hos aũt Episcopatus de quibus quęstio vertebatur, ad Emeriten. ptinuisse metropolim p Emeriten. nitebaris consilium demonstrare: in quo xij. Epi, qui conuenerant, se omnes esse de Lutisinia prouincia profitentur, dicentes in primo capitulo: conuenientibus nobis omnibus Lusianię prouinciæ Episcopis, &c. qui post vni[illegible]ersa statuta consilij, omnes cum [illegible]irano subscribũt, tam ex no[illegible]etiam ex nomine per [illegible]en. Egita-[illegible]unt.

[illegible]no, & quinq; [illegible]egia similiter subscribo, intelligens totũ cũ verbo, idest pertinęs, ad Emeriten. metropolim. Isydorus aũt in chronicis de Gothis titulo de Sueuis testatur,

tur, quòd Remismundus ad Lusitaniam transijt, Colimbriam pace decepta diripit, Vlixbona quoque ab eo occupatur: per quod videtur ostendi, quòd tam Colimbria, quàm Vlixbona consistit in Lusitania. Plinius quoque narrat in libro secundo naturalis historiæ circa finem, quòd Durius è maximis Hispaniæ fluminibus iuxta Numantiam lapsus, dein Lusitanos à Gallecis disterminat: per q. apertè monstratur, quòd cùm quatuor Episcopatus prædicti sint vltra Durium, non in Gallecia, sed in Lusitania sunt prouincia constituti. Diuisiones etiam multas produxisti de locis (vt asseris) non suspectis assumptas, & exhibitas sub testimonijs, & sigillis authenticis: quæ non connumerant hos quatuor Episcopatus inter Emeriten. ecclesiæ suffraganeos, & eosdem ipsi metropoli euidenter assignant. Per testes etiam ab aduersa parte productos ostendere voluisti, quòd publica fama testatur hos Episcopatus ad Emeritam spectauisse. Felicis quoque memoriæ Cœlestin. Papa prædecessor noster cùm in minori ordine constitutus, legationis officio in Hispania fungeretur, de hac caussa cognoscens, pro compostellana ecclesia contra Bracaren. sententiam promulgauit, sicut per multos testes tu ipse nixus es comprobare. Verùm ex aduerso dictus Bracaren. Archiepiscopus rationes huiusmodi friuolas asseuerans, nixus est eas multipliciter infirmare proponens quòd priuilegia donationis per suppressionem veritatis, & falsitatis expressionem à Calixto Papa fuere surrepta. Suppressum est enim verùm in illis de duobus præcedentibus priuilegijs, quæ Felicis recordationis Pascalis Papa super redintegratione ipsorum Episcopatuum concesserat, in perpetuum ecclesiæ Bracaren. De possessione quoque, quàm eo tempore in præfatis Episcopatibus ecclesia Bracaren. habebat: quorum alterum per priuilegia, reliquum verò per testes & instrumenta sufficienter ostendere satagebat. Expressum autem erat in illis falsum in eo, quòd Colimbrien. Episcopatus dicebatur ad Emeritam pertinere: cùm idem Bracaren. multis rõnibus astruere niteretur, tam Colimbrien. quàm tres alios Episcopatus ad metropolim respicere Bracaren. In tantùm enim Paschali Papę, qui priuilegia super redintegratione prædictorum Episcopatuum ecclesiæ Bracaren. concessit, constitisse videtur hos Episcopatus ad eandem Bracaren. Ecclesiam pertinere: quod ipse in litteris, quas direxit Gunsaluo Colimbrien. Episcopo, manifestè testatur: quod constat Colimbrien. ecclesiam in Bracaren. prouinciæ catalogo contineri. Vnde quia Toletanus Archiepiscopus ad mandatum ipsius Colimbrien. Episcopum non restituerat ecclesiæ Bracaren. priuauit ipsum legationis officio: vt Bracaren. Archiepiscopus liberiùs in prouincia sua iustitiam exerceret. Emeriten. verò concilium non esse authenticum, multipliciter asserebat: tum quia non inuenitur in aliquo authentico libro inter alia concilia contineri: tum quia nec constructionem, nec sensum, nec latinitatem in plerisque locis continere probatur: tum etiam quia contra canonicas sanctiones, & apostolicæ sedis primatum aliquid videtur in eo esse statutum contra Episcopum, qui non venerit ad concilium, vt videlicet à metropolitano debeat in cella retrudi. Per vndecimum quoque Toletanum concilium, quod constat authenticum, nitebatur illud Emeriten. concilium improbare ratione temporis, quod in vtroque reperitur expressum: cùm simul vtrunque stare non possit, obijciens contra illud nonnullas alias rationes. Historias autem inductas sanè, ac veraciter intellectas nihil ad propositum valere dicebat, sicut & per quasdam alias historias ostendere nitebatur: cùm & iudex ecclesiasticus ad gentiles præsertim historias non debet se conuertere, quando per constitutiones canonicas, vel scripta Romanorum Pontificum, aut sacras auctoritates doctorum, ecclesiasticum potest negocium terminare. Diuisiones etiam, quas pro se pars tua induxit, inualidas asserebat: tum quia longè plures, & euidentiores diuisiones pro sua sunt parte productę tum etiam quòd in eodem quaterno quę contra sæpe dictum Bracaren. Archiepiscopum produxisti, Lucen. concilium est inuen-

inuentum: in quo Episcoparum Galleciæ fuit facta diuisio, per quam Episcopatus de quibus agitur, ad Galleciam prouinciam pertinere monstrantur. Famam verò dicebat contra se nullatenus esse probatam: sed nec sententiam præfati legati alicuius fuisse momenti, cum in scriptis non inueniatur fuisse redacta: quamuis super tanto dicatur negocio fuisse prolata: vnde nec nomen sententia habere meretur, nec obstat si fortè dicatur, quòd fuerit amissa: quia qui casum allegat: debet casum probare. Testes autem qui de ipsa loquuntur sententia inter se omnino discordant, & in dicto, & in tempore, & in loco. Præterea cùm talis sententia non intelligatur super proprietate fuisse prolata: quia præsumi non debet, vt apost. sedis legatus tam arduum negociũ, & difficile velut, indiscussum subitò diffinierit: cùm etiam pars tua postea litteras apostolicas impetrarit, quibus districtè præcipiebatur Archiepiscopo Bracaren. vt hos Episcopatus Compostellano Archiepiscopo restitueret: & facta restitutione, si super hoc agere vellet ordine posset iudiciario experiri. Patet quòd illa sententia super possessione duntaxat, causa contumaciæ fuit lata, quòd ipsi testes magis dicere comprobantur. Vnde cùm Bracaren. ecclesia se postea iudicio præsentauerit, & causa postmodum fuerit ab apostolica sede commissa, mora purgata talis sententia expirauit. His, alijsque rationibus intentionem tuæ partis multipliciter elidere nitebatur: vnde licet auctore non probante, is, qui conuenitur, & si nihil præstiterit, absoluatur, ad ostendendam tamen euidentiùs suæ partis iustitiam, hos Episcopatus ad Bracaren. metropolim pertinere satagebat ostendere, per priuilegia videlicet, & concilia, & confessiones, & diuisiones, præscriptiones, & instrumẽta. Si enim priuilegia priuilegijs conferantur, sua dicebat priuilegia debere præferri, cùm & plura sint numero, x. videlicet Rom. Pontificum. Inter quæ post tria priuilegia Paschalis secundi est, & priuilegium Calixti Papæ: qui nominatim hos Episcopatus redintegrauit, & confirmauit ecclesiæ Bracatẽ. Quorum videlicet priuilegiorum septem sunt redintegrationis, & confirmationis. Tria verò sequentia videlicet Eugenij, & Adriani, & Alexandri: sunt etiam concessionis perpetuæ, per quæ totum videtur negocium diffiniri. In secundo verò Bracaren. concilio, de quo non dubitatur quin sit authenticum, continetur expressum, quòd Episcopi Galleciæ cum suis metropolitanis ad illud concilium conuenerunt, & in eorum numeratione isti quatuor continentur: qui post statuta concilij cum alijs Çoepiscopis tam ex nomine personarum, quàm ex nomine sedium ex presse subscribunt. Vnde liquidò patere dicebat, quòd & Galleciæ sunt prouinciæ, & ad metropolim pertinent Bracaren: Confessus es etiam tu ipse frequenter in iure, quòd omnes Episcopi, qui primo Bracaren. consilio affuerunt, indubitanter pertinent ad metropolim Bracaren. Sed per quoddam Capitulum secundi consilij Bracaren. apertè probatur, quòd hi qui quatuor interfuerunt primo concilio Bracaren. cùm ad secundum concilium Bracaren. conueniſſe dicantur Episcopi, tam ex Lucen. synodo, quàm etiam Bracaren. & inter eos, qui ex Bracaren. synodo conueniſſe dicuntur, isti quatuor nominantur. Porrò secundum Bracaren. concilium non præcessit Bracaren. synodus, nisi prima. Constat ergò, quòd isti quatuor fuerunt in prima synodo Bracaren. Vnde videtur colligi manifestè, quòd isti quatuor iuxta præmissam confessionem tuam indubitanter pertinent ad ecclesiam Bracaren. Scriptura quoque Lucen. concilij, quæ continetur in libro à tua parte producto, indicat hos quatuor Episcopatus secundum diuisionem quàm facis, ad Bracaren. metropolim pertinere: quàm etiam diuisionem tres Romani pontifices dicuntur in priuilegijs Bracaren. ecclesiæ confirmasse: Pluralitatis quoque ratio, secundum quam dicitur, quia prævalet sententia plurimorum, diuisiones suas, quæ longè plures sunt numero, præfert diuisionibus partis tuæ. Sed & ratione temporum ei perpetuum silentium imponere nitebatur: cùm à primo Bracaren. cõcilio vsque ad Emeriten. concilium per spacium centum, & septem annorum

hos

hos quatuor Episcopatus Bracaren. Ecclesia deberet possediſſe. A tempore quoque Paschalis secundi, qui hos Episcopatus redintegrauit ecclesiæ Bracaren. vsque ad tempora trium iudicum, quibus hæc causſa fuit primò commissa, præscriptionis tempus constat fuisse completũ: per quòd Ecclesia Bracaren. hos Episcopatus iuxta suam assertionem inconcusse possedit. Rescripta quoq; Paschalis transmissa Toletano Archiepiscopo, & Episcopo Colimbrien. de quibus est superiùs prælibatum, idipsum (vt asserit) euidenter ostendunt. Porrò tu respondebas, quòd post latam pro te ab Apostolicæ sedis Legato sententiam, iam non tenebaris ad has, aut alias rationes, quæ contra rei iudicatæ auctoritatem inducebantur aliquid respondere: nisi quòd sine præiudicio tuo, licet ex abundanti satisfacere sustinebas, asserens possessionem Bracaren. ecclesiæ per testes nõ esse probatam: cùm quidam testium ad probationem inueniantur inutiles, alij verò probentur mendaces. Litteræ quoque Paschalis, quibus eandem possessionem astruere satagebat, contrarium potiùs astruere videbantur. Sed & priuilegia Pasch. eiusdem, quæ suæ concessionis priuilegium præcesserũt in multis reprehensibilia denotabas: primò secundum formam, & in bulla, & in scriptura, secundò iuxta continentiam, & in enumeratione sedium, & in falsitate suggestionum. Persona quoque, quæ illa priuilegia, videlicet secundum, & tertium impetrauit, merito suæ prauitatis reddidit illa suspecta Mauritius scilicet, qui postea fuit Hæresiarcha in Apo. sedem intrusus: qui qualis extiterit, litteræ Gelasij Papæ missæ ad Viennen. Archiepiscopum apertè depingunt. Præterea contra rei iudicatæ auctoritatem impetrata sunt illa rescripta, sicut probatur per Emeriten. concilium: in quo per decretum synodicum, & iudicij formulam, secundum canonicas regulas illi Episcopi videtur fuisse reducti: Postremò dicti Legati sententia lata est contra ipsa: quibus si tunc fuerunt exhibita, derogatum est per sententiam. Si autem exhibita non fuerunt occasione instrumentorum nouiter repertorum, auctoritas rei iudicatæ non potest vlteriùs attentari. Tua verò priuilegia multipliciter asserebas omni suspitione carere: quorum veritas cõstat ex Apo. sedis archiuiis: in cuius regestis fideliter continentur, quæ aduersæ partis priuilegiis comparata certa debent ratione præferri: quia tua sunt priuilegia donationis certa, & absoluta: sua verò sunt priuilegia confirmationis, seu redintegrationis, conditionalia tantùm, & respectiua. Nec oportebat in tuis priuilegiis fieri mentionem suorum præcedentium: quibus nihil iuris acquirebatur, quòd istis posset obsistere: cùm & alias nullius debeant reputari momenti. Nam inter scripturas, quæ parilitatis aliquid habere videntur, scilicet in litteris commissoriis, inuenitur hoc obseruari. Secundum verò Bracaren. consilium, quòd in superficie tantum dicebas tibi posse aliquatenus obuiare, fideliter intellectum asserebas tibi nepuaquam obsistere: cùm illa verba, quibus Episcopi Galleciæ dicebantur ad aliud concilium conueniſſe, notarij tantùm, seu compilatoris extiterint, quæ non habent auctoritatem concilij, cùm in toto concilio nihil inueniatur statutum, vel factum omnino, quod ad recognitionem pertineat, vt isti sunt de Gallecia, vel ad metropolitanum Galleciæ quoquo modo pertineant. Respondebas etiam aliter, quòd quia Rex Galleciæ, vt ex veteribus constare dicebas historiis, occupauerat de prouincia Lusitaniæ has quatuor ciuitates, ad eas sui regni nomen extenderat, vt per quandam æquiuocationem totum etiam regnum Gallecię diceretur: & ita non secundum limitationem prouinciæ, sed secundum occupationem regni, dicti sunt illi, Episcopi de Gallecia, quòd inde maximè comprobari dicebas: quia postquam illa regnorum scissura, quæ huic nominationi causſam præstiterat, est sublata, reductæ sunt hæ ciuitates ad suę nomen prouinciæ: vt iam non Galleciæ, sed Lusitaniæ nominentur, sicut apertè probari dicebas ex sequenti posteà Emeriten. concilio, in quo dicuntur ad prouinciæ suæ nomen reducti Nec ex eo probantur ad Bracaren. metropolim pertinere: quia interfuerunt concilio Bracaren. vel etiam

sub-

subscripserunt: cùm constet Narbonen sis per multa tempora venisse ad con cilia Toletana: nec tamen Toletana metropolis aliquid iuris habuit in eccle sia Narbonen. sed mandato regum illa fiebant: quod magis violentum, quàm iustum præsumitur extitisse. Prædictam verò confessionem, qua recognouisti in iure omnes Episcopos, qui interfuerunt primo concilio Bracaren. indubitanter ad Bracaren. metropolim pertinere, in nullo tibi posse præiudicare dicebas: quia siue concilium intelligantur personæ, siue statuta, stare non potest, quòd ad secundum Bracaren. concilium Episcopi tam de Lucen. quàm de Bracaren. concilio, conuenissent: sed per illam enormitatem, quæ statuta fuit in suo Lucen. concilio mandauerat Rex propter dilationem prouinciæ, vt sex Episcopatuum sui regni Pontifices facerent concilium apud Lucum, & sex alij apud Bracaram. Et ideo dicebantur sex ad vnum concilium, & sex ad aliud pertinere, & de vtroque concilio apud Bracaram, quasi de vtraque concilij assignatione venisse. Cuiusmodi significationem nominis approbari dicebas ex epistola, quam Martinus Bracaren. Archiepiscopus ex certa scientia dirigit ad Episcopos Lucen. concilij, non quòd tunc celebraretur ibi ad consilium, cùm idem M. legatur illo consilio affuisse: sed ad Episcopos, qui tenebantur ex prædicto regis mandato, temporibus suis illuc ad consilium conuenire. Emeriten. verò concilium authenticum esse multis rationibus astruebas: tum quia cum alijs concilijs continetur in libro, qui corpus canonicum appellatur, quem Alexand. Papa per interlocutionum authenticum approbauit: tum quia de ipso concilio sumptum est illud Capitulum, Priscis quidem canonibus, quod continetur in corpore Decretorũ. Vnde respon dens ad rõnes præmissas, quæ contra hoc cõcilium sunt obiectæ: omnes quasi friuolas ostendere nitebaris. Diuisiones autem, quæ pro Bracaren. ecclesia sunt productæ, omnes de locis sibi subiectis, & ideo suspectis proponebas assumptas, in quorum armaria propter hanc causam facilè potuerunt corruptæ submitti. Tuæ verò diuisiones omnes sunt secundum statum antiquum, vel locis non tibi, sed sibi subiectis assumptæ. Vnde amplius illis contra se credi debet, vel de remotis prouincijs, apud quas non extitit causa corruptionis, vel suspitionis prædicta quas etiam protulisti sub testimonijs, & sigillis authenticis, quibus & canones. & veteres scripturas concordare dicebas Præscriptiones autem, ex quibus etiam aduersus verum dominũ competit actio, nedum quòd exceptio competat præsidentibus, multis rationibus annullabas: asserens quòd Bracaren. ecclesia in prædictis Episcopatibus nullam possessionem obtinuit, & ideo nihil in eis omnino præscripsit. Deinde si possessionem aliquam habuisset, sententia quæ super his lata probatur, ex Emeriten. concilio vim præcedentis præscriptionis penitus vacuasset. Sequentis verò præscriptionis effectum præfati Legati sententia penitus interrupit. Ipse verò Archiepiscopus Bracaren. contra reductionem Episcoporum, quæ dicitur in Emeriten. concilio decreto synodico, & iudicij formula facta fuisse multipliciter allegabat. Primò quia synodus illa, cuius auctoritate dicitur facta fuisse reductio, nequaquam apparet, nec scitur à quibus, vel vbi, quando, vel quare fuerit celebrata, vtrum generalis, an prouincialis extiterit: & vtrum auctoritate Roma. pontificis, an alicuius tantum Archiepiscopi fuerit ordinata. Deinde si mentio fiat in aliquo documento de alio, nihil ex secundo probabitur documento, nisi & primum, de quo mentio facta fuerat, proferatur. Præterea cùm. secundum concilium Bracaren. præcesserit Emeriten. concilium, & celebrius habeatur, vt de quo plura sunt assumpta Capitula in corpore decretorum, patet profectò, quòd illud debet isti præferri nec illi per istud potest in aliquo derogari, sicut cautum habetur in canone: quia quoties in gestis conciliorum discors sententia inuenitur, illud est præferendum, cuius antiquior, & potior extat auctoritas. Rursus non probantur vllatenus isti quatuor Episcopi fuisse reducti, sed de solo Selua Egitanien.

tanien. Episcopo dicitur, quòd vnus fuerit de reductis: & ipse solus in subscriptione profitetur expressè, se ad Emeriten. metropolim pertinere: quamuis & ipse Selua Egitanien. Episcopus non intelligatur vnus de reductis ad Emeritanam metropolim, sed potiùs ad diœcesim propriam, sicut ex eodem Capitulo Emeriten. concilij comprobari dicebat: in quo de illo dicitur, quòd ad debitam diœcesim rediit. Cùm igitur synodus illa minimè proferatur, cuius iudicio, & decreto in Emeriten. concilio dicuntur reducti, patet quòd illa reductio per Emeriten. concilium non probatur. Ad hæc respondebas, quòd maior est auctoritas approbati concilij, quàm vnius solummodo documenti: & ideo dubitari non debet, quin verùm sit quod asseritur ab Episcopis in concilio congregatis: à quibus asseritur illa reductio facta fuisse decreto synodico, iudicij formula secundum canonicas regulas, sicut & dicitur in primo concilio Bracaren. quòd Thuribius notarius à Papa Leone ad synodum Galleciæ missus fuit: nec tamen illa synodus inuenitur: & in primo concilio Toletan. mentio fit de statutis Lusitanorum Episcoporum: & tamen non inuenitur synodus, in qua illa fuerit constituta. Moyses quoque in libro Numeri mentionem facit de libro bellorum domini, qui tamen nusquàm appareat, & tamen creditur ita fuisse, sicut Moyses narrat in illo volumine contineri. Auctoritas autem alicuius concilij non ex eo solo maior existit, quòd extat antiquior, sed quòd potior. Alioquin Bracaren. concilium Lateran. concilio præferretur, sed illorum duorum conciliorum par extat auctoritas: cùm prouinciale fuerit vtrunque, & ambo dicantur pariter ab Apostolica sede recepta. Cùm autem inter Episcopos Emeriten. concilij tantùm hi quatuor inueniantur, inter Episcopos Galleciæ nominati, sicut dicitur in secundo concilio Bracaren. patet quod de his quatuor debet intelligi, quòd ad nomen prouinciæ sunt reducti: quia non possunt intelligi fuisse reducti, nisi qui fuerunt abducti. Vnde facta reductione in tertio concilio Bracaren. quod secutum est Emeriten. concil. nullum istorum quatuor legitur extitisse. Postquàm igitur hæc, & alia fuerunt vtrinque prudenter, ac subtiliter allegata, quorum multa propter prolixitatem superfluam, in hac pagina prætermisimus annotare, partes ad amicabilem compositionem induximus diligenter: quæ tandem per Dei gratiam nostra solicitudine mediante, ad hanc compositionis formam libera voluntate venerunt, vt de quatuor prædictis Episcopatibus duo assignarentur Compostellan. metropoli, & duo relinquerentur metropoli Bracaren. Nos autem habito super hoc cum fratribus nostris diligenti tractatu, compositionem ipsam duximus approbandam, intelligentes eam æquitati canonicæ concordare. Cum enim Visen. Episcopus cum Episcopis Galleciæ interfuerit secundo concilio Bracaren. & Emeriten. concilio non affuerit, in quo plenus suffraganeorum numerus Emeriten. metropolis legitur affuisse. vnde nec potest vnus de reductis intelligi: cùm etiam inter alios suffraganeos Bracaren. ecclesiæ in suis priuilegiis numeretur. In priuilegiis autem Cõpostellan. ecclesiæ Visen. Episcopus nullatenus habeatur, sæpè dictum Archiepiscopum Bracaren. nomine Bracaren. Ecclesiæ ab impetitione tua, nomine Compostellanę ecclesiæ, super eodem episcopatu duximus absoluendum: tibi super hoc perpetuum silentiuum imponente. Lamecen. autem & Egitanien. Episcopatus, quos ad Emeriten. pertinuisse metropolim certis didicimus rationibus, & validis argumentis, de consilio fratrum nostrorum adiudicauimus Compostellanæ metropoli: ipsum Bracaren. Archiepiscopum super illis nomimine Bracaren. ecclesiæ condemnantes: Episcopatum autem Colimbrien. licet eisdem rationibus cognouerimus ad Emeritam spectauisse: quia tamen Irien. Episcopatus auctoritate sedis Apostolicæ subtractus est ecclesiæ Bracaren. & sede mutata, pro Beati Iacobi reuerentia totus concessus est Compostellæ, in recompensationem ipsi Archiepiscopo, & ecclesiæ Bracaren. concessimus perpetuò retinen-

nendum. In tantum autem illa forma compositionis tibi complacuit, quòd pro bono pacis liti cessisti, & petitione renunciauisti omnino, super duabus ecclesijs videlicet sancti Fructuosi, & sancti Victoris, & medietate Bracaræ cum pertinentijs suis omnibus, de quibus cum alijs fuit facta commissio, refutans quicquid iuris in illis habuisti vel potuisti habere: renuncians quoque sententiæ, quæ super eis pro Compostellana ecclesia cõtra Bracaren. fuerat promulgata: super qua coram nobis aliquandiu fuerat litigatum. Nulli ergo, &c. diffinitionis, absolutionis & concessionis, &c.

Datum Lateranen.

In eundem ferè modùm scriptum est Bracaren. Archiepiscopo.

BRACAREN. ARCHIEPISCOPO eiusdem argumenti.

QValiter veteres, sed non inuenta vsque ad nostra tẽpora quæstiones inter Compostellanam, & tuam ecclesias tam prædecessorum nostrorum, quàm nostris etiam temporibus diutius agitatas non sine multa solicitudine, ac labore nos, & fratres nostri exacta diligentia curauerimus terminare, tua fraternitas, quæ omnibus præsentialiter interfuit, non ignorat: & hoc ipsum ex rescriptis apostolicis rei processum pleniùs continentibus liquidò declaratur. Volentes autem, vt apostolicæ sedis sententiæ perpetuam obtineant firmitatem, & quòd lites extinctæ in recidiuam contentionem, vlterius non resurgant, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus statutis apostolicæ sedis obediens humiliter, & deuotè, quæ à nobis ad perpetuam pacem prædictarum ecclesiarum sunt sine personarum acceptione salubriter instituta, de cætero studeas irrefragabiliter obseruare, Venerabiles fratres nostros Vlixbonen. Elborẽn. & Lamecen. Episcopos, & eorum ecclesias, & dilectos filios clerum, ac populum per Egitanien. diœcesim constitutos, Compostellano Archiepiscopo, & eius ecclesiæ, sicut à nobis est ordinatum, obedire sine qualibet difficultate dimittens: quos tu & venerab. frater noster Colombrien. Episcopus in nostra, & fratrum nostrorum præsentia, sicut bene nouisti ab obedientiæ vestræ vinculo absoluistis: & nos eosdem à vestræ obedientiæ debito auctoritate apostolica reddimus absolutos. Prouideas igitur ne per potentiam regiam, vel alia qualibet machinatione impediatur Episcopi memorati, & prædicti clerus, & populi obedientiam secundum sententiam, & præceptum nostrum eidem Compostellano Archiepiscopo, vt prædiximus exhibere. Alioquin quòd à sanctæ recordationis Alexandro Papa prędecessore nostrò de obedientia Compostellano Archiepiscopo, ab Episcopis Galletiæ impendenda dignoscitur olim fuisse statutum: verendum est tibi, ne nos ipsi ratum habeamus, & firmum, & faciamus auctore domino inuiolabiliter obseruari, tantoq; culpam inobedientiæ curabimus grauiùs castigare, quantò in contemptum apostolicæ sedis, & personæ nostræ specialiter huiusmodi rebellio amplius redundaret.

Datum Lateran. IIII. idus Iulij.

In eundem modum scriptum est Colimbrien. Episcopo.

VLIXBONEN. ELBOREN. ET Lamecen. Episcopis, & clero, & populo Egitanien. De eadem re.

ANtiquas controuersias, & difficiles inter Compostellanam & Bracaren. ecclesias, tam prædecessorum nostrorum, quam nostris etiam temporibus agitatas, sicut vestra fraternitas non ignorat, non sine labore multo nos, & fratres nostri exacta diligentia, per auxilium diuinæ gratiæ curauimus terminare: quemadmodum in rescriptis apostolicis processum causarum plenius continentibus, perpendere poteritis euidenter. Volentes autem vt Apostolicæ sedis, &c. vsque ad verbum Obseruare, Venerab. fratri nostro P. Compostellano Archiepiscopo eiusq; successoribus tanquam metropolitano vestro, sicut alij suffraganei sui faciunt, obedientiam, & reuerentiam debitam

bitâ impendentes. Alioquin sententiâ, quâ idem Archiepſ in vos rõnabiliter tulerit auctore domino ratam, & firmam habebimus, & faciemus inuiolabiliter obſeruari. Vt autem quæ præmiſimus liberiùs adimplere poſsitis, venerab. fratres noſtri Bracaren. Archiepiſcopus, & Epiſcopus Colimbrien. vos coram nobis, & fratribus noſtris ab omni obedientiæ ſuæ vinculo abſoluerunt. Nos etiam ab ipſorum obedientiæ debita auctoritate apoſtolica vos reddimus abſolutos.

Datum Lateran. IIII. idus Iulij.

Scriptum eſt ſuper hoc ſingulariter ſingulis nominatis Epiſcopis, & clero, & populo per eorum diœceſes conſtitutis.

LVCEN. ASTORICEN. MINdonien. Aurien. & Tuden. Epiſcopis.

ANtiquas controuerſias, &c. vſque ad verbum Reſurgant. Fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus apud venerab. fratrem noſtrum Archiepiſco. Braaren. & chariſi. in Chriſto filium noſtrum Portugal. Regem illuſtrem partes veſtras efficaciter interponere procuretis, vt ſtatutis apo. ſe. &c. vſque ad verbum Obſeruare. Venerab. fratres noſtros Vlixbonen. Elboren. & Lamecen. Epiſcopos, & eorum eccleſias, &c. ferè in eundem modum vt ſuprà vſque ad verbum Dimittentes. Alioquin quòd à ſanctæ recordationis Alexandro Papa, &c. ferè vt ſuprà vſque ad verbum Redundaret. Et quoniam nuncius, vt accepimus non facilè reperitur, qui litteras apoſtolicas vel Compoſtellan. Archiepiſcopi audeat ſuper his in regnum Portugallen. deferre, ſub eadem diſtrictione vobis iniungimus, vt litteras noſtras. & ipſius Archiepiſcopi Compoſtellani, quibus ſuper hoc miſſæ fuerint occaſione, & excuſatione ceſſante, ſine dilatione qualibet tam diu fideliter tranſmittatis: cùm ab eodem compoſtellano ſimul omnes, vel ſeorſum ſinguli fueritis requiſiti, donec idem Archiepiſcopus prædictorum quatuor epiſcopatuum poſſeſsionem pacificam fuerit aſſecutus. Si verò, quod non credimus, præceptum noſtrum non fuerit adimpletum, volumus, & mandamus, vt cùm fueritis Compoſtellanam eccleſiam requiſiti, veritatem ſuper his nobis ſignificare veſtris litteris procuretis.

Datum vt ſuprà.

ARCHIEPISCOPO. ET CAPItulo Compoſtellano.

CVm dilectus filius A. ciuis Anagninus tutor, & curator nepotum ſuorum, filiorum quondam. G. ciuis Anagnini à te frater Archiepiſcope apud ſedem apoſtolicam permanente, nonaginta marabutinorum vncias repeteret nomine pupillorum, Dilecti filij concanonici veſtri, ei pro bono pacis quadraginta malachinos per manus dilecti filij Mar. capellani, & ſubdiaconi noſtri dederunt. Ipſe verò coram nobis omni iuri renunciauit, quod aduerſus Compoſtellanam eccleſiam pupillis competeret memoratis. Ne autem quod in præſentia noſtra factum eſt, vlteriùs in dubium reuocetur, præſentes vobis litteras in factę reſignationis teſtimonium duximus concedendas.

Datum Lateran. II. idus Iulij.

MART. BRACAREN. ARCHIEpiſcopo. datas à Rege Bracarenſi eccleſiæ decimas confirmat.

CVm à nobis petitur, &c. vſque ad verbum Effectum. Sanè ſignificaſti nobis in noſtra præſentia conſtitutus, quòd cùm chariſs. in Chriſto filius noſter Portugaliæ Rex illuſtriſsimus quaſdam poſſeſsiones dilectis filijs fratribus militiæ templi conceſſerit, receptis ab eis in permutationem duobus caſtris, ſcilicet Mugatorio, & Petraſroias: quæ idem fratres habuerant in diœceſi Bracaren. Rex ipſe tertiam partem decimarum quas dicti fratres prius perceperant in eccleſijs caſtrorum ipſorum, pietatis intuitu concedi fecit eccleſiæ Bracaren. Nos igitur tuis precibus annuentes, decimas ipſas, ſicut legitimè conceſſæ ſunt ec-

cleſię Bracaren & tu eas iuſtè poſsides,& quæ tibi, & per te ipſi Bracaten. eccleſiæ auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti pagina communimus. Nulli ergò,&c. noſtrę confirmationis,&c.

Datum Lateran. III. idus Iulij.

Iola de Sant.º Emeritopoli

PETRO COMPOSTELLANO ARchiepiſcopo eiuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis. in perpetuum. Vt eccleſia Compoſtellana poſthac metropolitana habeatur, deq; illius excellentia & priuilegijs.

IN eminenti Apoſtolicę ſedis ſpecula diſponente domino conſtituti,&c. uſque ad verbum Aſſen. ad exemplar prędeceſſorum noſtrorum Felicis record. Calixti, Anaſtaſij, Alexandri, & Lucij Rom. pōtif. Compoſtellan. Beati Iacobi eccleſiam, cuius in eo venerandiſsimum corpus eſt poſitum, Apoſtolicæ ſedis priuilegio communimus,& ob ipſius à Deo electi Apoſtoli reuerentiam, Archiepiſcopalis cathedræ dignitatem, quam opulentiſsima quondam, & famoſi nominis Emeritana ciuitas, prius quàm peccatis, exigentibus ab impia Sarracenorum tyrannide poſsideretur, habuiſſe dignoſcitur,prędictis ſcripti pagina in perpetuum confirmamus. Statuentes, vt eadem Emeritana Ciuitas,ſi ad poteſtatem Chriſtianorum domino donante redierit,Epiſcopum habeat: qui Compoſtellano Archiepiſcopo ſicut metropolitano ſuo debeat perpetuò ſubiacere. Omnē quoque pontificalis officij plenitudinem,quam ipſius Emeritanæ eccleſiæ Antiſtites antiquitùs habuerunt, Compoſtellanus præſul eccleſiæ integrè ſemper obtineat & quietè. Suffraganei verò Epiſcopi Emeritan. metropoli, qui per Luſitaniam prouinciam,vel modò ſedes proprias obtinent, vel in futurum per domini miſericordiam obtinuerint, Salaman. videlicet, Abulen. Caurien. Ciuitaten. Placentin. Pacen. Oxonoben. & præterea Lamecen. & Egitanien. nec non Vlixbonen. & Elboren. ſicut in noſtris ſententiis continetur : Compoſtellano Archiepiſcopo cuius conſecratio ad Rom. tantum eccleſiam ſpectat, obedientiam, & reuerentiam tanquàm proprio metropolitano prorſus exhibeant. Ipſe autem illos conſecrandi, ad ſua concilio conuocandi, cum ipſis etiam eccleſiaſticæ negocia terminandi, & eorum eccleſias diſponendi, auctoritate ſedis Apoſtolicæ liberam omnino habeat facultatem. Prohibemus autem, vt nulli canonicorum eiuſdem eccleſiæ Beati Iacobi, qui ad aliarum eccleſiarum prælationem aſſumpti ſunt, vel in poſterum aſſumentur, honorem vel præbendam, ſeu canonicatum in ipſa eccleſia liceat retinere, ſed alia idonea perſona in loco ipſius ſubrogetur, quæ ipſi eccleſiæ deſeruiat, & eiuſdem beneficium ſortiatur. Illum etiam cenſum, qui vota dicitur, quem Hiſpanorum Catholici Reges ex ſingulis boum paribus à flumine Piſorga vſque ad Mare occidentale, & per totam Luſitaniam prouinciam, atque etiam in Toleto, & Tranſferram annuatim perſoluen. pro ſalute totius terræ liberaliter ſtatuerunt, eidem eccleſiæ confirmamus,& omnimodo interdicimus, vt nulli fas vnquam ſit eū ipſi eccleſiæ qualibet occaſione ſubtrahere. Obeunte verò te, &c. Præterea quaſcunque poſſeſsiones, &c. vſque ad verbum, Vocabulis. Ciuitatem ipſam Compoſtellam cum Cauto ſuo, cum eccleſiis, & monaſteriis infra eam, uel eius territorium conſtitutis,cum omni iure tam diœceſano quàm regali, & cum terminis totius Epiſcop. videlicet cum Archipresbyteratibus de Morracio, & de inter Ambos pontes de montibus vtriuſque, de Taberiolis, & de Ciria, de Pilonio & de inſula Laonij, de vtroque Coronato, & de Dormian. & Superaddo, & Aranga, & monte Iaurino quomodo diuiditur,cum Parrega de Pruciis, & de Biſauciis,cum tota interiacente diœceſi, à caſtello Sancti Pelagij de Luco vſque Tranſancos: monaſterio quoque omnia, & conuentuales, ſeu alias eccleſias, infra hos terminos conſtitutas, cum omni iure parochiali,& quæ intra regalia Beati Iacobi continentur, cum omni ſeu patronatus, ſeu alio iure, quod ad regem pertineat, videlicet monaſterium ſancti

Ei-

Pelagij de ante altaria monasterium sancti Martini de foris, ecclesiam sanctæ Maria de Sara, monasterium sanctæ Mariæ de Canogio, monasterium sancti Petri de Foris, monasterium sancti Iusti de Luania, monasterium de superaddo, de Aziuario de Codeseda, de Mosonzo, de Ciniis de Monte ferro, de Borgondo, de Nogaria, de Solandres, de Calauario, de de Siauia, de Riuomalo, de Moriame, de Ozon, de Sauarde, de portu Orij, de Nometi, de Ciuitio, de Briuiis, de Meeis, de Dormian, de Calago, de Podio, de Lerze, de Armentaria, de Harcos, & monasterium sancti Ioānis de Cauea, sancti Christophori, sancti Vereximi, Sancti Georgij, sancti Thomæ, de Pimario, & sancti Iacobi de Ermello. Præterea regalem capellaniam, & cancellariam, quam bonæ memoriæ Alfonsus Illustris. Hispaniæ Rex Ecclesiæ vestræ concesit, & scripti sui pagina roborauit Castrum quoque quod vocatur Honestum & Iriam cum seruis, & omnibus appendiciis suis, Castrum, quod vocatur Sancta Maria de Lanceata, cum ecclesiis, & omnibus pertinentiis suis. Castrum, quod vocatur Ciria cum ecclesiis, & omnibus pertinentiis suis. Castrum quod dicitur Cito facta, cum eccl. & omnibus pertinentiis suis. Castrum quod dicitur Cathobadi cum pertinen. suis. Castrum Darauum, cum villis, & ecclesiis, & omnibus pert. suis. Castrum quod dicitur Luparia cum ecc. & pert. suis. Territor. quod vocatur Amaea cum omnibus possessionibus, quas ibi habetis. Pistomarcos cum seruis, & possession. quas in eo habetis. Bisetium cum seruis, quos ibi habetis, Dubriam cum possessionibus, quas ibi habetis. Lanias cum pert. suis. Lucrosam cum seruis, & pert. suis. Montanos cum eccl. & possessionibus, quas ibi habetis. Coronatum cum possessionibus, quas ibi habetis. Ventosam cum insula de Laonio. Montes, quos quandoque Suarius Friolæ à vestra ecclesia tenuit, cum altera medietate integros. Burgum de Ponte veteri cum pertinentiis suis: Taueiriolos cum ecclesiis, & possessionibus, quas ibi habetis. Ripam Vliæ cum ecclesiis, & possessionibus, quas ibi habetis: Deciam cum possessionibus, & ecclesiis regalibus, & omnibus pertinentiis suis: terram de Superaddo integram cum pertinentiis suis. In eadem Decia monasterium sancti Laurentij de Carbonario, quod ecclesiæ Compostellanæ secundum ius patronatus ad iudicatum est per sententiam dilecti filij nostri G.S. Angeli Diaconi Cardinalis tunc apostolicæ sedis Legati. Medietatem Burgi de Faro cum pedagio nauium, & iure fisci. Villas de Ceeia in Nemancos, & de Oca in Bregantin. de Leiloio, in Scia de Auegundo Piaueladegio, Liure, & de Ruiis in Endis, de Toure in Pruciis cū cautis ecclesiis, & pertinentiis suis, & alias ecclesias, seu possessiones, quas iure proprietatis extra fines regalium vestrorum per eundem Episcopatum habetis. In Episcopatu quoque Mindunien. ecclesiam sancti Laurentij de arbore cū Cauto, quod dicitur villa de Maures, & villam Petri cum ecclesia sua, & ecclesias de Riuo auerso, & sanctæ Eolaliæ altæ, & de Radigosa, sanctæ Mariæ de Turre, & sancti Martini de Palatiis cum omnibus pertinentiis suis. In Episcopatu Lucen. villas de Recelli, & de Cesa. In Episcopatu Aurien. villas de Amarante, de Iouin, & de Vite, & de Villari regis, & medietatem Souti de Parata. Episcopatu Tuden. Cautum, quod dicitur de Molis cum omnibus ecclesiis intra ipsum contentis, monasterium de Cela, & villas de Lazorio, Baldranes, Lamala, & Nugaria. In Episcopatu Bracaren. villas de Cornelian. cum ecclesiis suis, & Moaci, & Gandufi, cum montibus, exitibus, & pertinentiis suis. In valle Carceris hospitale, quod dicitur Anglorum cum ecclesia sua, & aliam ecclesiam, quæ ipsi ex eadem parte superiacet: & villas de Tabladelo, & de Parata. In Episcopatu Astoricen. villas de Cacauell. cum ecclesia sua, & de Caruallial, & ecclesiam sancti Iacobi de Requeixo, de Sanabria. In episcopatu Legionen. domos, quæ fuerunt Archidiaconi Thomæ. In ipsa ciuitate villam de Ledigos, cum ecclesia sua, & partem villæ de Furones, cum omni iure, quod habetis in ecclesia. In ripa Estolæ, villam Alexis, & viliam Leandri

dri cum ecclesijs suis, & iuxta monasterium sancti Facundi villam Cerame. In episcopatu Palentin. ecclesiam sancti Michaelis de Vallouria, & villam dictam Sauugelo de Raaces cum pertinẽtijs suis, & omni iure regali, sicut Alphonsus illustrissimus Castellanorum rex ecclesiæ Beati Iacobi eam donasse dignoscitur. In episcopatu Oueten. in villa Olerxida omnes ecclesias, & in Beneuento ecclesiam sanctæ Mariæ de Ventosa. In Asturijs ecclesias sancti Ioannis de Cerreda, & villam Armillum cum hospitali, quod est in Strata cum montibus, & omnibus pertinentijs suis. In episcopatu Zamoren. villas, & ecclesias de Arquilinis, & de Arcos, & ecclesiam sancti Iacobi Zamora: villas de Palatijs, & de Spino, & de Aldeola cum ecclesijs suis: In Episcopatu Salamantin. villam de Munigno, Asnar cum ecclesijs suis, & villam, quæ dicitur Ecla, & villam Bilue-stre cum iure regali, & ecclesiam sancti Martini de Ledesma, & alias ecclesias, vel possessiones, quas in prædictis episcopatibus habetis. In Episcopatu Caurien. Castrum quod dicitur Attalaia Pelagij, videlicet cum terminis suis, & ecclesiam de Granata, quæ dicitur sancti Iacobi cum domibus, & piscarijs, & alijs possessionibus, quas ibi acquisistis: ecclesias quoque, & possessiones, quas in Vasconia, & in Italia, & in alijs partibus orbis per diuersos episcopatus habetis. Decernimus ergò &c. Salua in omnibus apostolicæ sedis auctoritate. Si qua igitur &c. Datum Lateranen. per manum Rainaldi Acheruntini Archiepiscopi cancellarij vicem agentis, secundo idus Iulij, indictione secunda: incarnationis dominicæ anno MCXCIX. Pont. verò domini Innocentij Papæ III. anno II.

MARTINO BRACAREN. Archiepiscopo. Quod sententiam Portugallensis Episcopi in caussa decimarum confirmet.

CVm à nobis petitur &c. vsque ad verbum assensu. Sententiam à venerabili fratre nostro Portugallen. Episcopo, & dilecto filio I. Cantore Tuden. à venerabili fratre nostro Tuden. Episcopo delegato in caussa, quæ inter te, & Abbatem de castro suprà decimis Bracantiæ vertebatur, apostolicæ sedis auctoritate prolatam, sicut rationabiliter lata est, nec legitima appellatione suspensa, auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus. Decernimus ergò &c.

Datum Lateran. XVI. Cal. Augusti.

VNIVERSIS CHRISTI FIDElibus tam in vrbe Meten. quàm eius diœcesi constitutis. Quòd rudiores laici de scripturis sacris temerè iudicare, priuatim conuenire, & concionari, sacerdotes & ecclesiam continere non debeant.

CVm ex iniuncto nobis apostolatus officio facti simus secundum Apostolum sapientibus, & insipientibus debitores, pro vniuersorum salute nos oportet esse solicitos, vt & malos retrahamus à vitijs, & bonos in virtutibus foueamus: tunc autem opus est discretione maiori, cùm vitia sub specie virtutum occultè subintrant, & angelus Sathanæ se in angelum lucis simulatè transformat. Sanè significauit nobis venerabilis frater noster Metensis Episcopus per litteras suas, quòd tam in diœcesi, quàm vrbe Meten. laicorum, & mulierum multitudo non modica tracta quodam modo desiderio scripturarum, euangelia, epistolas Pauli, psalterium, moralia Iob, & plures alios libros sibi fecit in Gallico sermone transferri. Translationi huiusmodi adeò libenter, vtinam autem & prudenter intendens, vt secretis conuentionibus talia inter se laici, & mulieres eructare præsumant, & sibi inuicem prædicare: qui etiam aspernantur eorum consortium, qui se similibus non immiscent, & à se reputant alienos: qui aures, & animos talibus non apponunt. Quos cùm aliqui parochialium sacerdotum super his corripere voluissent, ipsi eis in faciem restiterunt: conantes rationes inducere de scripturis, quòd ab his non deberent aliquatenus prohiberi. Quidam etiam ex eis simplicitatem sacerdotum suorum

fasti-

fastidiunt: & cùm ipsis per eos verbum salutis proponitur, se meliùs habere in libellis suis, & prudentiùs se posse id eloqui, submurmurant in occulto. Licet autem desiderium intelligendi diuinas scipturas, & secundum eas studium adhortandi reprehendendum non sit, sed potiùs commendandum, in eo tamen apparent meritò arguendi, quòd tales occulta conuenticula celebrant, officium sibi prædicationis vsurpant, sacerdotum simplicitatem eludunt, & eorum consortium aspernantur, qui talibus non inhærent. Deus enim lux vera, quæ omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat in tantum odit opera tenebrarum, vt apostolos suos in mundum vniuersum prædicaturos euangelium omni creaturæ missurus, eis apertè præcepit dicens: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta: per hoc manifestè denuncians, quòd euangelica prædicatio non in occultis conuenticulis, sicut hæretici faciunt, sed in ecclesijs iuxta morem catholicum est publicè proponenda. Nam iuxta testimonium veritatis, omnis qui malè agit, odit lucē: & ad lucem non venit, ne eius opera arguantur. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta: propter quod cum pontifex interogasset Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius, respondit: Ego palam locutus sum mundo: ego semper docui in synagoga, & in templo quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Porrò si quis obijciat, quòd iuxta præceptum dominicum non est sanctum dandum canibus, nec margaritæ mittendæ sunt ante porcos, cum & Christus ipse non omnibus quidem, sed solis Apostolis dixerit: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cęteris autem in parabolis: intelligat canes, & porcos non eos esse, qui sanctum gratanter accipiunt, & margaritas libenter acceptant: sed illos, qui sanctum dilacerant, & margaritas contemnunt: quales sunt qui euangelica verba, & ecclesiastica sacramenta, non vt catholici venerantur, sed abominantur potiùs vt hæretici, oblatrantes semper, & blasphemantes: quos Paulus Apostolus post primam, & secundam commonitionem docet esse vitandos. Arcana verò fidei sacramenta non sunt passim omnibus exponenda: cùm non passim ab omnibus possint intelligi, sed eis tantùm, qui ea fideli possunt concipere intellectu: propter quod simplicioribus inquit apostolus: Quasi paruul. in Christo lac potum dedi vobis, non escam. Maiorum est enim solidus cibus, sicut alijs ipse dicebat: Sapientiam loquimur inter perfectos, inter vos autem nihil iudicaui me scire nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum: Tanta est enim diuinæ scipturæ profunditas, vt non solùm simplices, & illiterati, sed etiam prudentes, & docti non plenè sufficiant ad ipsius intelligentiam indagandam, propter quod dicit scriptura: Quia multi defecerunt scrutantes scrutinium. Vnde rectè fuit olim in lege diuina statutum, vt bestia, quæ montem tetigerit, lapidetur: ne videlicet simplex aliquis, & indoctus præsumat ad sublimitatem scripturæ sacræ pertingere, vel eam alijs prædicare. scriptum est enim: Altiora te ne quæsieris. propter quod dicit Apostolus: Non plus sapere quàm oporteat sapere, sed sapere ad sobrietatem. Sicut enim multa sunt membra corporis, omnia verò membra non eundem actum habent, ita multi sunt ordines in ecclesia, sed nō omnes idem habent officium: quia secundum Apostolum: Alios quidem dominus dedit Apostolos, alios Prophetas, alios autem doctores, &c. Cum igitur doctorum ordo sit quasi prȩcipuus in ecclesia, non debet sibi quisquam indifferenter prædicationis officium vsurpare: nam secundum Apostolum: Quomodo prædicabunt nisi mittantur: & veritas ipsa præcepit apostolis: Rogate dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. Quod si fortè quis argute respondeat, quia tales inuisibiliter mittuntur à Deo: & si non visibiliter mittantur ab homine, cum inuisibiliter missio multo sit dignior, quàm visibilis, & diuina longe melior, quàm humana. Vnde Ioannes Baptista non legitur mis-

sus ab homine, sed à Deo, sicut euãgelista testatur: quia fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Potest, & debet vtiq; ratione præuia responderi, quòd cùm interior illa missio sit occulta, non sufficit cuiquam nudè tantùm asserere, quòd ipse sit missus à Deo, cùm hoc quilibet hæreticus asseueret: sed oportet vt astruat illam inuisibilem missionem per operationem miraculi, vel per scripturæ testimonium speciale. Vnde cùm dominus vellet mittere Moysem in Aegyptum ad filios Israel, vt crederetur ei quòd mitteretur ab ipso, dedit ei signũ, vt conuerteret virgam in colubrum, & colubrum iterum reformaret in virgam Ioannes quoque Baptista suæ missionis speciale testimonium protulit de scriptura, respondens sacerdotibus, & leuitis qui missi fuerant ad interrogandum quis esset, & quare baptizandi sibi officium assumpsisset: Ego vox clamantis in deserto; dirigite viam domini: sicut dixit Isaias propheta. Non ergò credendum ei, qui se dicit missum à Deo, cùm non sit missus ab homine, nisi de se speciale proferat testimonium de scripturis, vel euidens miraculum operetur. Nam & de his, qui missi leguntur à Deo, euangelista testatur. Quod ipsi profecti prædicabant vbique domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Licet autem scientia valde sit necessaria sacerdotibus ad doctrinam, quia iuxta verbum propheticum: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirunt ex ore eius; non est tamen simplicibus sacerdotibus etiam à scholasticis detrahendum, cùm in eis sacerdotale ministerium debeat honorari: propter quod dominus in lege præcepit. Dijs non detrahes, sacerdotes intelligẽs: qui propter excellentiam ordinis, & officij dignitatem, deorum nomine nuncupantur. Iuxta quod alibi dicit de seruo volente apud dominum remanere, vt dominus offerat eũ dijs. Cùm enim iuxta verbum apostoli, seruus suo domino stet, aut cadat, profecto sacerdos ab Episcopo, cuius est correctioni subiectus, debet in mansuetudinis spiritu castigari, non autem à populo, cuius est correctioni præpositus, in spiritu superbiæ reprehendi: cùm iuxta præceptum dominicum pater, & mater non debeant maledici, sed potiùs honorari: quod de spirituali patre multo fortiùs debet intelligi, quàm carnali. Nec quisquam suæ præsumptionis audaciam illo defendat exemplo, quòd asina legitur reprehẽdisse prophetam, vel quòd dominus ait: Quis ex vobis arguet me de peccato: & si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: cùm aliud sit fratrem in se peccantem occultè corripere: quod vtique quisque tenetur efficere se cundum regulam euangelicam. In quo casu sanè potest intelligi, quòd Balaam fuit correptus ab asina: & aliud est, patrem suum etiam deliquentem reprehendere manifestè, ac præcipuè fatuum pro simplici appellare, quod vtique nulli licet secundum euangelicam veritatem. Nam qui etiam fratri suo dixerit fatue, reus erit gehennæ. Rursus aliud est, quod prælatus se sponte de sua confisus innocentia, subditorum accusationi supponit. In quo casu præmissum domini verbum debet intelligi & aliud est, quòd subditus non tam animo corripiendi, quàm detrahendi exurgit temerarius in prælatum, cùm eum potius maneat necessitas obsequendi. Quòd si fortè necessitas postularit, vt sacerdos tanquàm inutilis, aut indignus, à cura gregis debeat remoueri, agendum est ordinatè apud Episcopum, ad cuius officium tam institutio, quàm destitutio sacerdotum noscitur pertinere. Illud autem tanquàm de supercilio phariſæorum procedens: debet ab omnibus aspernari: quòd tanquàm ipsi soli sint iusti, cæteros aspernantur: cùm & hactenus ab initio nascentis ecclesiæ multi fuerint viri sancti: qui nec tales fuisse leguntur, nec talibus adhæsisse, cùm de nouo tales surrexisse legantur: qui nisi contenti sint doceri potius, quàm docere: ad illos forsitan pertinebunt, quibus dominus ait: Nolite fieri plures magistri. Nos ergò filij, quia paterno vos affectu diligimus, ne sub prætextu veritatis in foueam decidatis erroris, & sub specie virtutum in laqueum vitiorum: vniuersitatem vestram rogamus attentiùs,

tiùs, monemus, & exhortamur in domino, in remissionem vobis peccatorum iniugentes, quatenus ab his, quæ superiùs reprehensibilia denotauimus, & linguam, & animum reuocetis, fidem catholicam, & regulam ecclesiasticam obseruantes, ne vos verbis fallacibus circũuiniri, vel etiã circũuenire contingat: quia nisi correctionem nostram, & admonitionem paternam receperitis humiliter, & deuotè, nos post oleum infundemus & vinum, seuèritatem ecclesiasticam apponentes: vt qui noluerunt obedire spontanei, discant acquiescere vel inuiti.

Datum Lateran.

EPISCOPO, ET CAPITVLO metensibus, de eodem Argumento.

SIcut ecclesiarum prælatis incumbit ad capiendas vulpes paruulas, quę demoliri vineam Domini miliuntur, prudenter, & diligenter, & diligenter intendere, sic est eis summopere præcauendum, ne ante messem zizania collingantur, ne forsan (quod absit) cum eis etiam triticum euellarur. Sanè sicut non debet hæretica pranitas tolerari, sic eneruari non debet religiosa simplicitas, ne vel patientia nostra hæreticis audaciam subministret, vel simplices impatientia multa confundat, vt nobis diruptis conuertantur in arcum peruersum, & in hæreticos de simplicibus commutentur. Sanè significasti nobis per litteras tuas frater Episcope, quòd tam in diœcesi, quàm Vrbe Meten. &c vt suprà. vsque ad verbum in occulto. Quia verò indubijs non est de facili sententia proferenda, cùm quòd vel ijdem errent in fide, vel à doctrina discrepent salutari, nobis per tuas litteras frater Episcope non duxeris exprimendum: cum opinionem, & vitam eorum penitùs ignoremus, qui sacras scripturas taliter transtulerunt aut eorum qui docent taliter. iam translatas: quorum neutrum potest fieri sine scientia litterarum, licet in his arguendi meritò videantur quòd occulta conuenticula celebrant, officium sibi &c. vsque ad verbum. Non in hærent. Discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus atque præcipimus quatenus eos commonere diligentiùs studeatis rationibus, & exhortationibus innitentes, vt ab his, in quibus apparent reprehensione notabiles, omnino desistant: nec officium sibi vendicent alienum. Inquiratis etiam solicitè veritatem, quis fuerit auctor translationis illius quæ intentio transferentis, quæ fides vtentium, quæ causa docendi si sedem apostolicam, & catholicam ecclesiam venerentur, vt super his, & alijs, quæ necessaria sunt ad indagandam pleniùs veritatem, per litteras vestras sufficienter instructi, quid statui debeat, meliùs intelligere valeamus. Reuocandi autem eos, & conuincendi secundum scripturas super his, quæ reprehensibilia denotauimus, viam vobis in litteris, quas communiter illis dirigimus, aperimus. Datum Lateran IIII. idus Iulij.

ARCHIEPISCOPO, DECANO, & capitulo Compostellan. Quæ concordiam quandã auctoritate Apostolica confirmat.

EA, quæ concordia, vel iudicio &c. vsque ad verbum Assensu. Ad exemplar felicis recordationis Alexandri Papæ prædecessoris nostri concordiam, quæ inter vos, & Vu. Vicecomitem, & G. filium eius Vercellen. ciues, super hospitali, & ecclesia sancti Iacobi de Cassina, mediante venerabili fratri nostro Taurinen. Episcopo, & dilecto filio Hard. Mediolanen. Ecclesiæ canonico facta dignoscitur, sicut de beneplacito vtriusque partis stabilita est, & tuo, frater Archiepiscope, subsequente assensu firmata: & hinc inde susceptа, & hactenus obseruata, auctoritate vobis apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus. Statuentes vt sicut in authentico scripto ipsius transactionis habetur post decessum prædicti G. & Iacobi fratris eius, nullum ius siue fundationis, seu aduocationis, aut cuiuslibet alterius rei, quisquam de cognatione eorum in prędicta ecclesia, vel hospitali valeat vendicare: sed in potestate, & regimine Compostellan. ecclesiæ, sine iniuria Vercellen. Episcopi remaneant absolutè. Prętera refutationem

quam super iure fundationis, & aduocationis, vel alteriùs cuiuslibet rei quòd sibi quocunque modo competere videbatur, in præfata ecclesia, siue hospitali, præfatus Vu. pro se & hæredibus suis per instrumentum publicum spontaneè fecit, ratam decernimus permanere. Nulli ergò &c. confirmationis, & constitutionis &c.

Datum vt suprà

PETRO COMPOSTELLANO archiepiscopo: vt Abbas & monasterium de Antealtaria Compostellano Episcopo subiectum sit.

CVm olim esses in felicis recordationis Alexandri Papæ prædecessoris nostri præsentia constitutus cum Abbate de Antealtaria, varias querelas contra eum priùs in præsentia quorundam Cardinalium, quibus caussa commissa fuerat audienda, & postmodum in ipsius adiutorio proponebas, asserens quòd prædictum monasterium quo ad ius patronatus, tibi, & Compostellan. ecclesiæ subtrahere voluisset, alium eiusdem monasterij nominando patronum: sed & ipse Abbas aliqua contra te, ac fratres tuos se dicebat habere. Tandem cum ad compositionem per eundem prædecessorem nostrum moniti fuissetis, elegit ipse Abbas potiùs, quæ ad pacem erant, quàm disceptatione contendere, & coram eò publicè recognouit præscriptum monasterium ecclesiæ Compostellanen. diœcesano simul, & terretorij iure subiectum: vtpotè quòd non solum in cœmiterio, verùm etiam in parietibus, præscriptæ ecclesiæ noscitur esse constructum vt per ecclesiam ad monasterium transitus sine aliquo interstitio habeatur: & tu, & fratres tui in processionibus ad cœmiterium pertinentibus per claustrum monasterij transeatis. Interrogatus autem Abbas respondit in solo ecclesiæ Compostellanen. fundatum, eamque solam ius in eo patronatus habere. Ne igitur quod eidem Alexandro de confessione Abbaris in iudicio facta innotuit, vlteriùs in recidiuæ contentionis scrupulum reducatur, idem monasterium, sicut Abbas recognouit, ad exemplar eiusdem prædecessoris nostri decernimus ecclesiæ tuæ diœcesano, & terretorij, ac patronatus iure perpetuo subiacere, ipsumque tibi, & ecclesiæ tuæ auctoritate apostolica cõfirmamus. Nulli, ergò &c. constitutionis, & confirmationis &c.

Datum Lateran. VII. idus Iulij.

PETRO COMPOSTELLAN. Archiepiscopo: vt rusticos Legionenses vota persoluere cogat. de Voto B. Iacob. Laici apud Seculares conuenien.

CVm sit regula iuris, qua dicitur, vt actor forum rei sequatur, preces ex parte tua nobis super hoc obtinendo porrectas, libenter admittimus, quòd tam canonicæ, quàm legali consonat æquitati: maxime cùm, id quod petis, in fauorem beati Iacobi, & Compostellanæ ecclesiæ debeat adimpleri. Innotuit siquidem nobis, quòd quidam laici rustici de Regno illustrissimo regis Legionem. super votis beato Iacobo persoluendis, nolunt in præsentia ipsius regis, qui ordinarius iudex eorum existit, quando conueniuntur aliquatenus respondere. Vnde petitioni tuæ gratum præstando assensum, ad exemplar felicis recordationis Cœlestini Papæ prædecessoris nostri, fraternitati tuæ præsenti pagina indulgemus, vt tibi liceat rusticos ipsos tanquàm votorum debitores sub examine prædicti Regis: quando quidem tibi alias eorundem votorum solutio debita denegatur, super eisdem votis remoto cuiuslibet appellationis, vel contradictionis obstaculo conuenire. Decernimus ergò &c.

Datum Lateranen. III. idus Iulij

TOLETAN. ET BRACAREN. Archiepiscopis, & suffraganeis eorum Orien. & Legionen. Episcopis. De eodem Argumento.

QVerelam venerabilis fratris nostri P. Archiepiscopi Compostellan. accepimus, q̃ eius ecclesiæ ad mandatum etiam apostolicum sæpius iteratum, vota Beati Iacobi à parochianis viris non facit is, sicut debentur, exolui. Quoniam igitur ad seruanda iura præscriptæ ecclesiæ

cleſię non decet vos exiſtere negligentes, fraternitati veſtrę per Apoſtolica ſcripta mandamus, atque præcipimus, quatenus memorato Archiepiſcopo, & eccleſiæ ſuæ preſcripta vota à parochianis veſtris, vt debentur, ſolui de cætero faciatis. Alioquin venerabilibus fratribus noſtris Zamoren. & Salamantin. Epiſcopus datum noueritis in mandatis, vt parochianos veſtros ad vota illa ſoluenda, ſublato appellationis obſtaculo eccl. diſtrictione compellant. Vos itaque ſententiam, quam iidem Epiſcopi, vel eorum alter in eos propter hoc rationabiliter tulerint, vſque ad dignam ſatisfactionem denunciari faciatis, & inuiolabiliter obſeruetis.

Datum Lateran. II. Idus Iulij.

Scriptum eſt ſuper hoc Zamoren. & Salamantin Epiſcopis.

MAGISTRIS, ET FRATRIBVS, Spatarijs, & religioſis per Hiſpanias conſtitutis. Vt cenſum eccleſiæ Compoſtellanæ debitum ſoluant. nec retineant aliena, qui propria reliquerunt.

AD audientiam apoſtolatus noſtri trãſmiſſa conqueſtione eccleſiæ Comſtellan. peruenit, quòd cùm per totam ferè Hiſpaniam auctoritate principum, & prælatorum fauore, etiam clerici, & populi eccleſiæ Beati Iacobi ob reuerentiam ipſius Apoſtoli cenſus quidam certus, qui vota dicitur, de ſingulis partibus boum antiquitus fuerit conſtitutus, plerique veſtrum de terris veſtris, & hominum veſtrorum eundem cenſum præſcriptæ eccleſiæ pro ſua tantùm voluntate ſoluere contradicunt. Verùm quia valdè periculoſum eſt quibuſlibet aliena tenere, nedum viris religioſis, qui perfectionis amore propria dimiſerunt, per Apoſtolica vobis ſcripta mandamus, quatenus cenſum ipſum, ſecundum quod antiquitus ſtatutus eſt, eidem eccleſię cum integritate ſoluatis. Cæterùm ſi (quod non credimus) mandatum Apoſtolicum in hac parte duxeritis cõtemnendum, noueritis nos venerabilibus fratribus noſtris Salaman. & Zamoren. Epiſcopis mandauiſſe, vt ad id per interdicti, & excommunicationis ſententiam, ſublata appellationis difficultate, ſicut viſum fuerit, vos compellant.

Datum Lateran. VI. idus Iulij.

Scriptum eſt ſuper hoc eiſdem Epiſcopis.

CAPITVLO BALNEARIE. NE ex monachis quicquam reſtituatur, & de pœna ſimoniacorum.

OLim ad inſtantiam Vu. presbyteri conquerentis, quòd eccleſia, quã ei de conſenſu veſtro, Prior veſter ſub annua penſione conceſſerat, & quam ipſe animabilis multis ditauerat, abſtuliſſet, & extendiſſet manum ad perſonam pariter, & res eius aſtringens cum ferreis vinculis ad ſedem Apoſtolicam appellantem, cauſam ipſam venerabili fratri noſtro Meſſanen. Archiepiſcopo meminimus cõ miſiſſe. Cùm autem ad citationem ipſius (ſicut ex litteris eius accepimus) partes in ipſius eſſent præſentia conſtitutæ, dictus presbyter ea, quæ Priori in eccleſiæ receptione contulerat, Prior verò, quę ipſi presbytero pro concordia dederat, ſibi reſtitui poſtulabat: Cumque poſtmodum idem presbyter & ſua ſibi reſtitui, & de violentia irrogata iuſtitiam fieri poſtularet, Prior ipſum conuerſum, ac profeſſum ſuum eſſe aſſeruit, & ad id probandum quoſdam teſtes induxit: quorum depoſitiones Priore poſtmodum appellante, idem Archiepiſcopus ſub ſuis nobis litteris deſtinauit. Tranſcriptum etiam quoddam conceſſionis, quam idem Prior dicto presbytero ſuper eccleſia de Caſtro nouo cum omnibus eius pertinentiis concedebat tali tenore: quòd eam in domibus, hortis, & vineis augumentaret, & ſexaginta porcos, pullum vnum equinum, mulam vnam, & quadringentos tarenos offerret. Cæterum cùm dictus frater Vu. propter hoc ad noſtram præſentiam acceſsiſſet, Prior verò non procuratorem idoneum, ſed nuncium minus ſufficientem ſolummodo deſtinaſſet, nos venerabili fratri noſtro Montis Regalis

galis Archiepiscopo, & P. tunc Regiæ Capellæ canonico subdiacono nostro dedimus in mandatis, vt dictum Priorem in expensas legitimas condemnantes, inter partes, si fieri posset, concordiam reformarent. Alioqui auditis quæ proponerentur hinc inde, & rationibus partium plenius intellectis, ita vt nihil restare, nisi sententia, videretur: gesta omnia redacta in scriptis sub sigillis suis ad nostram præsentiam destinarent: statuentes partibus terminum competentem, quo præsentarent se nostro conspectui sententiam recepturæ. Licet autem (sicut idem Archiepiscopus nobis per suas litteras intimauit) coniudex ipsius antequam partes vocarentur ad causſam, viam fuerit vniuersæ carnis ingressus, ipse nihilominus de consensu partium in causſa processit, & Priore in expensas, quas idem presbyter in via fecerat, condemnato, conquestionem eiusdem presbyteri super spoliatione, captione, ac detentione sua, & Prioris excusationem audiuit: ac super conuersione, & susceptione habitus ipsius presbyteri ex parte Prioris inductos mandauit recipi, & audiri. Licet idem presbyter contra id, quòd prius promiserat, receptioni eorum noluerint interesse, fuerunt etiam pro eodem presbytero quidam ad testimonium aduocati: qui non iurati deposuerunt presbyterum ipsum fuisse carceri mancipatum. Verùm cùm postmodum idem presbyter, & frater Io. canonicus Balneariæ procurator ad hanc causſam specialiter constitutus, ad nostram præsentiam cum eiusdem Archiepiscopi litteris accessissent, nos eis dilectum filium nostrum G. sanctæ Mariæ diaconum Cardinalem concessimus auditorem: qui cùm omnia, quæ coram eo recitata fuerant, ad nostram præsentiam retulisset, nos intelligentes sufficienter fuisse probatum per testes ipsum in domo Balneariæ fecisse professionem, suscepisse habitum, & portasse, ipsum esse professum eiusdem ecclesiæ per sententiam diffiniuimus, & ab impetitione ipsius super his, quæ sibi restitui postulabat, sententialiter absoluimus ecclesiam memoratam. Adijcientes, vt quia pro ecclesia de Castro nouo, sicut ex assertione ipsius, & concessione Prioris patuit, reatum contraxerat simoniæ, ad eam de cætero nullatenus reuertatur. Quia verò Prior vester non minus, immò magis in hoc deliquisse videtur, volumus, & mandamus, vt vsque ad Festum omnium sanctorum nostro se conspectui repræsentet: rationem nobis super cõtractu simoniaco redditurus. Nulli ergò &c. diffinitionis, & absolutionis &c.

Datum Lateran. XIIII. Cal. Augusti.

Cap. cum non liceat. De prescriptionibus.

BRACAREN. ARCHIEPISCOPO: vt concordiam inter ecclesiam Compostellanam & Bracaren. initam seruet.

COntrouersiam quatuor Episcopatuũ Colimbrien. videlicet, Visen. Egitanien. & Lamecen. inter Compostellan. & Bracaren. ecclesias diutius agitatã, nõ sine multo labore nuper curauimus exacta diligentia terminare: sicut ex authentico sententiæ liquidò declaratur. In qua re causſa quoque quinque Episcopatuum Galletiæ scilicet, Tuden. Aurien. Mindunien. Lucen. & Astoricen. qui à bonæ memoriæ Alexandro Papa prædecessore nostro venerabili fratri nostro P. Compostellan. Archiepiscopo pro illis fuerant assignati, terminata dignoscitur, cum principali quæstione sopita, & accessoria per consequentiam sit sublata. Vt autem super hoc nulla imposterum dubietas oriatur, fraternitati tuæ auctoritate præsentium duximus concedendum, vt super præfatis Episcopatibus Galletiæ indubitanter pertinentibus ad metropolim Bracaren. propter ea, quæ hactenus gesta sunt, non valeas de cætero conueniri. Præsentibus quoque litteris duximus annotandum, quòd præfatus Compostellanus Archiepiscopatus sui nomine præmissis Episcopatibus Colimbrien. scilicet, Visen. Tuden. Aurien. Mindunien. Lucen. & Astoricen. Ecclesijs etiam Sancti Victoris, & Sancti Fructuosi cum omnibus pertinentijs suis, & medietati Bracaren. renunciauit in perpetuum in præsentia nostra, & fratrum nostrorum, super quibus

quibus fuerat à partibus litigatum.
Datum Lateran. XIII. cal. Augusti.

VIMANEN. DE COSTA, ET de Sancto Tornaco Prioribus: vt Archiepiscopo Bracarensi obediant.

Cap. cum non liceat. De præscriptionibus.

CVm non liceat à capite membra recedere, non sufficimus admirari, quòd sicut referente venerabili fratre nostro Bracaren. Archiepiscopo, nostris est auribus intimatum. Licet ecclesiæ vestræ in ipsius sint diœcesi constitutæ, vos tamen nullum exemptionis priuilegium prætendentes: obedire sibi tanquam Episcopo vestro contumaciter recusatis. Cùm igitur crimen Ariolandi sit repugnare, & scelus idolatriæ nolle acquiescere, sustinere nolentes quòd subditi prælatis suis non obediant, vt tenentur, de communi fratrum consilio per apostolica vobis scripta mandamus, & in virtute obedientiæ districtè præcipimus, quatenus præfato Archiepiscopo, & ecclesiæ Bracaren. obedientiam, & reuerentiam debitam, sicut alij clerici suæ diœcesis faciunt, de cætero sine contradictione qualibet impendatis: præscriptione temporis non obstante. Alioquin sententiam, quam idem in vos, vel ecclesias vestras propter hoc rationabiliter tulerit ratam habebimus, & faciemus auctore domino inuiolabiliter obseruari.
Datum Lateran. XII. Calendas Augusti.

PORTVGALLEN. ET LAMACEN. Episcopis. & Abbati de Burio. Vt Archiepiscopo Bracarensi Priorem Sancti Martini de castro obedire cogant.

INtimante venerabili fratre nostro Bracaren. Archiepiscopo, nostris est auribus intimatum, quòd dilectus filius Prior Sancti Martini de Castro, occasione cuiusdam priuilegij, quod pendente lite de nouo eodem. Archiepiscopo ignorante à bonæ memoriæ Cœlestino Papa prædecessore nostro dicitur impetratum, obedientiam consuetam, & reuerentiam debitam denegat exhibere. Cùm igitur de iure naturali procedat, & hoc ipsum in Euangelio Dominus manifestet, quòd, quæcunque volumus vt faciant nobis homines, & nos eadem eis facere debeamus: sicut nobis ab alijs debitum honorem impendi, sic & fratribus, & coepiscopis nostris à subditis deferri volentes eidem Priori de communi fratrum nostrorum consilio per scripta nostra præcipiendo mandamus, vt non obstante huiusmodi priuilegio, neque commissione ad te frater Episcope, & prius Episcopum Lamecen. & dilectum filium Priorem Ecclesiolæ postea impetrata, præfato Archiepiscopo, & ecclesiæ Bracaren. de cætero sine cõtradictione qualibet sicut alij prælati suæ diœcesis faciunt, humiliter obedire procuret. Quocirca discretioni vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus, si prædictus Prior mandato nostro parere noluerit, vos eum ad id veritate cognita per censuram ecclesiasticam sine appellationis obstaculo compellatis. Quòd si omnes &c.
Datum vt suprà.

EXONIEN. PORTVGALLEN. & Placentin. Episcopis: vt causam Compostellani & Bracaren. Archiepiscopi super ecclesia Zamarensi cognoscant.

CVm olim inter Toletanam & Bracarensem ecclesias super Zamoren. Episcopatu, quem tunc Toletanus Archiepiscopus (vt dicitur) possidebat, quæstio verteretur, felicis recordationis Eugenius Papa prædecessor noster nec Compostellan. Archiepiscopo, nec Episcopo Zamoren. citato, nec denunciatione aliqua, sicut venerabilis frater noster Compostellanus Archiepiscopus asseruerat, super hoc facta eisdem, sententiam pro Bracaren. ecclesia promulgauit, scribens Episcopo, clero, & populo Zamoren. vt ei, ecclesiæ Bracaren. tanquam suæ metropoli humiliter obedirent, ac postmodum possessionem ipsius Bracaren. Archiepiscopus, sicut nobis ex parte sua fuit propositum est adeptus. Postmodum verò idem Compostellanus Archiepiscopus primò à bonæ memoriæ Alexandro Papa, ac demum à Lucio prædecessoribus nostris ad delegatos iudices contra Zamor.

Episco-

Episcoporum, qui tunc se iuxta eiusdem Archiepiscopi assertionem habebat, pro libito litteras impetrauit: qui pro eo diffinitiuam sententiam protulerunt: cuius inquisitionem felicis recordationis Vrbanus Papa prædecessor noster commisit ad petitionem venerabilis fratris nostri Bracaren. Archiepiscopi faciendam. Nuper autem cùm idem Compostellanus, & idem Bracaren. Archiepiscopi propter hanc, & alias causas, quas habebant ad inuicem ad nostram præsentiam accessissent, & super his fuisset ab eis aliquandiu disceptatum: de consilio fratrum nostrorum sententiando decreuimus, vt illa sententia in nullo prorsus obsisteret Archiepiscopo, vel Ecclesiæ Bracaren. Ideoque fraternitati vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus siue aduersus eundē Compostellanum, siue aduersus venerabilem fratrem nostrum Zamoren. Episcopum, vel etiam aduersus vtrunque super hoc agere voluerit Archiepiscopus Bracaren. denunciatione tamen facta priùs à vobis Compostellano, vt si voluerit Zamoren. Episcopum tueatur. Si Bracaren. Zamoren. maluerit conuenire, vos ad locum congruum accedentes, ad quem partes suos possint testes inducere. & de fama diligentius inquirentes, partibus conuocatis, & ipsius causæ meritis per earum assertionem plenius intellectis, ad sententiam ap. po. procedatis, facientes &c. Testes cogantur. Quòd si omnes &c. tu frater Oxomen. &c. ita quòd si alterum vestrum fratres Portugallen. & Placentin. decedere forte contigerit, liceat metropolitano suo in locum decedentis, quem voluerit ex suis suffraganeis subrogare.

Datum vt supra.

CLERICIS SANCTI GRISOgoni tam præsentibus, quam futuris canonicè substituendis in perpetuum. De confirmatione Priuilegiorum.

EA, quę à prędecessoribus nostris Romanis Pontificibus ratione prędia statuuntur, tantò volumus firmius obseruari, quantò de maturiori videntur consilio processisse: ne imposterum alicuius valeant temeritate turbari, apostolico sunt munimine fulcienda. Sanè cum bonæ memorię Ioannes Crema ecclesię vestrę presbyter Cardinalis in præsentia felicis recordationis Calixti Papę prędecessoris nostri aduersus clericos S. Saluatoris de Curte suam deposuisset querelā, pro eo videlicet, quòd tam ei, quàm ecclesię vestræ debitam obedientiam subtraxissent, & iura parochialia denegarent, idem prędecessor noster vtraq; parte ad suam præsentiam euocata, & rationibus vtriusque diligenter auditis, & cognitis, inspectis etiam priuilegijs bonę memorię tam Ioannis XV. Papæ, quòd supradictā ecclesiam Sancti Saluatoris de Curte in fundo ecclesię vestræ sub censu annuo constitutam monstrabat, quàm Vrbani II. In quo euidenter diffinitum agnouit, vt clerici prędictæ ecclesię Sancti Saluatoris essent in canonica subiectione, & facerent vobis, & ecclesiæ vestræ obedientiam, & deberent scrutinium, baptisma, capitulum, processiones, & clericorum ordinationes vobis, & ecclesiæ vestrę, sicut proprio titulo exhibere: quæ idem Cardinalis ad tuitionem suę causę in medium producebat, fratrum suorum habito consilio per sententiam diffiniuit, prefatam ecclesiam Sancti Saluatoris debere in prędictis omnibus vestrę ecclesię respondere: quam videlicet sententiam bonę memorię Innocentius, & Lucius Papa Secundus post modum confirmarunt, sicut in eorum vidimus priuilegijs contineri. Cumque postmodum prędicti clerici eandem nollent sententiam obseruare, bonę memorię Guido ecclesię vestrę Sancti Grisogoni presbyter Cardinalis in præsentia felicis memorię Adrianæ Papę anno eius primò suam deposuit quęstionem: qui auditis, & cognitis, quę proponebantur hinc inde, & inspectis priuilegijs bonę recordationis tam Vrbani, quam Calixti Romanorum pontificum: & qualiter hanc eandem controuersiam, cum in suis temporibus inter ipsas ecclesias emersisset, diffinierit, controuersię ipsi debitum finem imposuit: & eorum sententias priuilegij sui pagina confirmauit: & clericos illius ecclesię vobis, vestrisque successoribus,

ribus, & ecclesiæ vestræ Beati Grisogoni parochialia iura, sicut proprio titulo exhibere decreuit. Postmodum autem quinto anno pontificatus eiusdem Bonadies presbyter Cardinalis ecclesiæ vestræ, cui prædicti clerici Sancti saluatoris tanquam contumaces, & rebelles, subiectionem, & obedientiam facere noluerunt: accessit ad eundem Pontificem prædecessorem nostrum Adrianum, & coram eo de illis suam deposuit quæstionem. Qui cùm eandem causam cognoscendam bonæ memoriæ Bernardo Portuen. Episcopo commisisset: idem Episcopus prædecessoris nostri Calixti sententia diligenter inspecta, de mandato eiusdem pronunciauit, eandem sententiam à dictis clericis Sancti Saluatoris debere inuiolabiliter obseruari: sententiam ipsam proferens, sicut in authentico scripto per manum Scriniarij exinde facto continetur expresè: qua ad exhibitionē iuris parochialis Ioannem Oeconomum prædictæ ecclesiæ, & omnes eiusdem ecclesiæ clericos condemnauit, videlicet in scrutinio, baptismate, capitulo processione, & clericorum ordinatione: & præfatum titulum ecclesiæ vestræ Sancti Grisogoni ad omne ius parochiale restituit, sicut in priuilegijs vestræ ecclesiæ continetur. Cæterùm cùm tempore felicis recordationis Alexandri Papæ III. fæpæ dicti clerici contumaces existerent, & rebelles, nec latæ sententiæ vellent aliqua ratione parere, ad instantiam clericorum tunc ecclesiæ vestrę eos ad suam præsentiam euocauit: qui coram eo proponere curauerunt, quòd sententia illa non neberet aliqua ratione tenere, pro eo quod interposita fuerat appellatione suspensa, & etiam lata contra libertatem ecclesiæ suæ per priuilegium apostolicæ sedis indultam: in quo videlicet priuilegio continebatur expressum, quòd ecclesia sancti Saluatoris de Curte nulli alij, nisi Romanæ ecclesiæ subiaceret. Quod quidem priuilegium (sicut in publico instrumento per manum Scriniari exinde facto habetur) ab Oeconomo ecclesiæ vestræ in controuersia illa, quæ actitata est coram prædicto Bernardo Episcopo Portuen. & alia similiter priuilegia, quæ pro libertate suæ ecclesiæ pertendebant, sunt falsitate penitus confutata: tum quia recens iunctura, & in collatura euidentiùs apparebat, & multa in se mendacia continebant: tum quia nullis alijs temporibus visa sunt, vel exhibita. Auditis itaque, & cognitis vtriusque partis rationibus, & priuilegijs prædecessorum nostrorum Romanorum pontificum diligenter inspectis, habito fratrum suorum consilio, prædicti Episcopi sententiam confirmauit & perpetuis temporibus firmam manere sanciuit: quam etiam felicis recordationis Lucius Papa III. prædecessor noster ratam habuit: cùm duo ex clericis Saluatoris, quos ad suam propter hoc præsentiam euocarat, coram eo confessi fuissent, sententiam fuisse prolatam, eandem se seruasse, ac seruare firmiter velle asserentes. Nos igitur eorundem prædecessorum nostrorum Ioannis, Vrbani, Calixti, Honorij, Innocentij, Lucij, Adriani, & Alexandri vestigijs inhærentes, eandem sententiam auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus. Vobis etiam, vestrisque successoribus, & per vos eidem ecclesiæ vestrę Sancti Grisogoni in perpetuum confirmamus ecclesias, & capellas, quæ infra eiusdem Beati Grisogoni parochiam continentur, videlice sępè dictam ecclesiam Sancti Saluatoris de Curte: quæ etiam Felix aquilæ nuncupatur: ecclesiam Sanctæ Bonosæ, ecclesiam Sanctæ Agathæ cum pertinentijs earum: ecclesiam Sancti Stephani, quæ vtroque iure, parochiali videlicet, & proprietatis ad vestram dignoscitur ecclesiam pertinere: vt quicquid dignitatis, quicquid reuerentiæ, quicquid parochialis iuris matrix ecclesia in suis habet ecclesijs, & capellis, hoc vos in istis per Dei gratiam habeatis, tam in ordinationibus clericorum per easdem ecclesias collocandorum, siue ad ecclesiasticos ordines promouendorum, quam in scrutinijs, baptismatibus, processionibus, capitulis, & in criminalium quæ publica sunt iudicijs. Nullus ergò Episcopus, nullus Cardinalis, nullus Abbas, nullus Archipresbyter in prædicti Beato Grisogoni titulo in capellis, & terre-

terretorijs earum parochialia sibi iura audeat vendicare: nec Abbatum alicui facultas sit parochianos vestros, nisi fortè ab eis deliberatum sit, in suis ecclesijs sepelire. Quòd si viuentes adhuc religionis intuitu apud eos sepeliri deliberauerint, cùm vestra quoque præsentia, salua matricis ecclesiæ iustitia tumulentur: ad hæc adijcientes vobis, vestrisq; successoribus, & per vos ecclesiæ vestræ perpetuo confirmamus: ecclesiam Sancti Iuliani cum domibus, cellis, cryptis, hortis, vineis, & arenarijs suis, cum terris cultis, vel incultis, syluis, pantanis, & pratis suis, cum suis aquimolis, in riuo, qui vocatur Arton: quæ quidem ecclesia sita est iuxta Castrum, quod vocatur de Guid. Casale de Maliana cùm turri, vineis, argis cultis, & incultis, pratis, syluis, aquis, & aquarum decursibus. Vineas, quas in Marcello, in Rosario, & in pratis Papæ possidetis, cum pratis, & alijs pertinentijs suis: vineas etiam, & terras in Virgine: molam, quam in flumine Tyberis habetis, & quartam partem alterius molę: Casale in campo de Merulis, terras in Marcello, terras in Ventrebublo, cum alijs omnibus, quæ impręsentarium iustè, & canonicè possidetis, vel in futurum largiente domino poteritis adipisci. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat honores, & bona fatæ ecclesiæ vendere in feudum dare, aut ab eadem ecclesia modis quibuslibet alienare, ipsam ecclesiam temerè perturbare &c. Salua sedis apostolicæ auctoritate. Si qua igitur &c.

Datum Lateranen per manum Rinaldi Acheruntini Archiepiscopi Cancellarij vicem agentis X. cal. Augusti, indictione secunda: incarnationis dominicæ anno MCXCIX. pont. verò domini Innocentij Papæ III. anno II.

AIMERICO ABBATI CADVnien. vt reformatio illic edita, & à Legato Apostolico probata seruetur.

INter cæteras solicitudines, quæ nobis ex officio creditæ seruitutis incumbunt, animum nostrum solicitior cura perurget. cùm eos, qui terrenas illecebras sumendo habitum regularem deberent penitus abdicasse, & obsequijs efficacius diuinis insistere: audimus esse inquinamentis malitiæ, ac dissolutionis vitiis irretitos, & ad eorum correctionē tardium efficax, & promptam voluntatem nos conuenit adhibere. Nimirum cùm per insinuationem tuam ad apostolatus nostri audientiam peruenisset, zelo Dei conscientiam tuam, sicut credimus, excitante, quòd ab antiquo Abbatia Cadunien. non solum pastorem de ordine Cistercien. suscepit, sed etiam habitum, & obseruantiam regularem: per quam tam in temporalibus quam spiritualibus olim cœlestium donorum profecerat incrementis: & tandem per quosdam indisciplinatos filios voluntatis propriæ sectatores, qui ceruices suas indomitas ab illo iugo suaui, & salutari minus licenter excutere præsumpserunt, ad tantæ dissolutionis miseriam peccatis exigentibus iā deuenit vt à malitia inhabitantium in ea, sicut etiam ex testimonio plurimorum didicimus, defectum minaretur pariter, & ruinam: propter hoc bonæ memoriæ A. Pictauen. & venerabili fratri nostro R. Petragoricen. & Episcopis, & dilecto filio Arnaldo filio Arnaldo Archidiacono Petagoricen. præcipiendo mandauimus, vt ad locum pariter accedentes, quicquid corrigendum inuenirent tam in capite, quàm in membris, & auctoritate freti apostolica solum Deum habentes præ oculis, præuia ratione corrigerent, & fratres ipsos diligentius commonentes, vt redirent ad ordinem Cistercien. à quo formam religionis sumpserunt, procederent ad emendationem ipsius loci tam in capite, quàm in membris, prout expedire viderent: & quod statuerent, per censuram ecclesiasticam facerent firmiter obseruari. Conspirationes etiam, & vitiū proprietatis penitus extirpari, & fratres, quos morientes in eo cōtingeret vitio deprehendi, Christiana sepultura carere. Adiectū fuit ēt q; si prædicti tres iudices interesse non possent, reliqui duo præmissa exequi non differrent. Vnde prædicti Episcopus, & Archidiaconus Petragoricen. sicut tenor litterarum suarū nobis plenius in ti-

Intimauit, cùm dictus Episcopus Pictauen. iam esset morte præuentus, ad tuum monasterium accedentes, & intelligentes per famam publicam fratres eiusdem monasterij tam in proprijs habèdis, quam in dissolutione vitæ suæ grauiter diffamatos, & eosdem propter nimiam dissolutionem, in qua erant nimium obstinati, & admonitionem penitus contemnebant, ad debitum religionis statum nullatenus aliter, nisi per ordinem Cistercien. posse reduci, astantibus plurimis discretis viris tam clericis, quàm baronibus, ad quos locus ille ratione fundationis dignoscitur pertinere, ipsum monasterium Cadunien. decreuerunt ad Cistercien. ordinem reducendum: & ipsum cum omnibus Abbatijs suis, Abbatiæ Pontiniacen. præsente ipso G. Pontiniacen. Abbate in perpetuum submiserunt: & quod ab eis statutum est, & decretum, dilectus filius noster P. Sanctæ Mariæ in via lata diaconus Cardinalis, apostolicæ sedis Legatus, sicut nobis per suas litteras innotuit auctoritate suæ legationis postmodum confirmauit. Nos igitur tuis iustis postulationibus grato, & pio concurrentes assensu, quòd ab ipsis iudicibus, & prædicto Cardinali prouida deliberatione factum est, ratum, & firmum habentes, auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus. Statuentes in prædicto monasterio tuo, & alijs ei subiectis Cistercien. ordinem futuris temporibus inuiolabiliter obseruandum: & eadem Pontiniacen. Abbatiæ, sicut est superiùs prælibatum, perpetuò deinceps fore subiecta. Decerni mus ergo &c. confirmationis: & constitutionis &n.

Datum Lateran. X. Cal. Augusti.

EVRDEGALEN. ARCHIEPIscopo, Agennen. & Pictauen. Episcopis. De eodem argumento.

INter cæteras soli citudines &c. vsque ad verbum Fore subiecta. Quocirca fraternitati vestræ per apost. scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus in monasterio Cadunien. & alijs Abbatijs, quæ sunt illi subiectæ, sub obedientia Pontiniacen. Abbatis per censuram ecclesiasticam, sublato cuiuslibet contradictionis & appellationis obstaculo, Cisterciea. ordineu seruari, sine refragatione aliqua faciatis. Et quoniam Abbas Faesien. per Abbatem Gundonien. quosdam Cadunien. monachos se in locum ante dicti Aimerici Cadunien. Abbatis intrusit, & eo cassato, & excommunicatione promulgata tam in ipsum, quàm in Abbatem Gundonien. & complices eorum Geraldus de la costa cãtor Cadunien. ipsam abbatiam per intrusionem similiter occupauit: qui licet cassatus fuerit auctoritate apostolicæ sedis, & cum fautoribus suis excommunicationis vinculo innodatus, sæpe dicto Aimerico Cadunien. Abbate in corporalem possessionem Abbatiæ suæ reducto, eandem abbatiam per laicalem potentiam adhuc violenter nititur detinere: volumus nihilominus, & mandamus, vt iuxta sententiam in eos rationabiliter, latam, faciatis ipsos, & vniuersos fautores eorum sicut excommunicatos, vsque ad condignam satisfactionem ab omnibus arctiùs euitari. Nullis litteris obstantibus: harum tenore tacito. Quòd si omnes &c.

Datum Lateran. VI. calendas Augusti.

ASISINATI EPISCOPO, ET Abbati Sancti Petri Perusini. vt Archipresbytero purgationem canonicam super symonia indicat.

CVm ciuitatem Perusinam inter alias, quæ Beati Petri iuris existunt, speciali diligamus affectu, & vtilitati cleri, & populi velimus solicitiùs imminere, quæ inter eos scandalum generant, de medio tollere cupimus & ea fouere, per quæ pax inter eos valeat conseruari. Sanè sicut ex litteris venerabilis fratris nostri Episcopi, & dilectorum filiorum cleri, & populi Perusinorum nobis innotuit ex discordia illa, quæ inter Archipresbyterum, & Hermannum canonicum est exorta, super eo, quod dictus Hermannus intendebat de simonia, & dilapidatione præfatum archipresbiterum accusare, concepto iam, & recepto libello tota ferè ciuitas est cõmota: & si ea de medio tolleretur, grata inde posset ipsi ciuitati

tran-

tranquillitas prouenire. Nos ergò prędictorum Episcopi, & cleri, & populi precibus inclinati, iam dicto Hermanno. qui (sicut suis nobis litteris intimauit) sponte vult à præfati Archiepresbyteri accusatione desistere, abolitionem duximus indulgendam, eum ab obseruatione nostri iudicij absoluentes. Ipsum Archipresbiterum, qui etiam suis litteris purgationem canonicam obtulit, licet ei de rigore canonum septima sui ordinis manus esset purgatio indicenda: tertia manu duntaxàt innocentiam suam purgari misericorditer indulgemus super crimine simoniæ: ita duntaxàt, vt inter eos nullum omnino colludium intercedat: quod vtique si foret admissum, grauissimè puniremus. Volentes autem etiam in hac parte prædictis archipresbytero, & canonico misericordiâ exhibere, ne ad nos accedendo fatigarentur laboribus, & expensis, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus gratiam eis impensam in publicum proponentes, purgationem ab ipso Archipresbytero iuxta quòd præmissum est, publicè recipere procuretis: vt ex hoc mala fama quiescat, quę aures respersérat populares. Quia verò dilapidationis vitium propter enorme damnum ecclesię remanere nolumus indiscussum: per apostolica vobis scripta mandamus, quatenus appellatione remota inquiratis super eo diligẽtiſsimè veritatem: & quod inueneritis vestris nobis litteris intimetis vt per inquisitionem vestram sufficienter instructi, melius procedere valeamus.

Datum vt suprà.

ANDREAE ACHERVNTINO archidiacono qua ipſe. Archidiaconatum cum omni iure tribuit.

SAcrosancta Romana ecclesia &c. vsq; ad verbum Suscipimus. Specialiter autem Archidiaconatum Acheruntinæ ecclesię cum omni iure, libertate, ac dignitate, qua ipsum prædecessores tui hactenus habui habuisse noscuntur, sicut illum iustè possides, & quietè, deuotioni tuæ auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus. Decernimus ergò &c. protectionis, & confirmationis &c.

Datum Lateran.

VERONEN. PRAESBYTERO capellano Sancti Michaelis de Trouald. Quod ipsos recipiat sub protectionem Apostolicam.

EX parte tua, & nobilium virorum Opitingorum, & Cadulingorum patronorum ecclesiæ Sancti michaelis de Trouald, fuit à nobis precum instantia postulatum, vt ecclesiam ipsam, quam ecclesiæ Romanæ censualem facere volebatis, sub protectione apostolicę sedis, & nostra recipere deberemus. Nos igitur tuis, præmissorum nobilium precibus inclinati, eandem ecclesiam sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus: & presentis scripti pagina communimus. Ad iudicium autem huius ab apostolica sede protectionis obtentæ, Bizantius vnus nobis, nostrisque successoribus annis singulis persoluetur. Decernimus ergò &c. protectionis &c.

Datum Lateran. II. cal. Augusti.

SVFFRAGANEIS ACHERVNtinæ ecclesiæ; quod ipsorum Arhiepiscopus breui ad idipsos sit venturus: & si Pontifex illibenter eum dimittit.

QVantum honoris & gratiæ vobis cõsecratione venerabilis fratris nostri R. Acheruntini Archiepiscopi, & in concessione pallei facta eidem, duximus exhibendum vestra (sicut credimus) fraternitas satis intelligit per seipsam. Non enim in hoc vel vtilitatem nostram, vel ipsius Archiepiscopi, commodum, sed necessitatem ecclesiæ vestræ duximus potius attendendam, cùm non modicum, obsequijs nostris ex eius absentia si ad uos accesserit, subtrahatur: & ipse licet promotus videatur in ordinem, in eo tamen intelligitur minoratus, quòd à latere matris, circa quam lõgo tempore laudabiliter deseruiuit, ad filiæ transfertur amplexus: in qua, & si solicitudinem exercere debeat pastoralem, non tamẽ minus ei oneris ex hoc proueniet, quàm honoris. Intelligentes autem ne-

necessitatem ecclesiæ Acherunt. quę communi cum vicinis eccl. grauatur excidio, & bonæ memoriæ N. quondam Archiepiscopi Acheruntini exilium sola deplorat, redacta in solitudinem, & diminutionem conuersa: quæ prius commissos sibi populos tam verbo, quam exemplo minuebat, pariter, & monebat, inter eiusdem regionis ecclesias inclyta quodammodo, & præcellens cùm non inueniſlet consolatorem ex omnibus charis suis, dictum Archiepiscopum probatum vita, litteratura pollentem, honestate præclarum, potentem in opere, & sermone regimini eius duximus deputandum: subtrahentes non modicum commoditatibus nostris, vt ipsius ecclesiæ possemus necessitatibus subuenire: ac sperantes quod per salubrem doctrinam ipsius, sic in spiritualibus proficiat institutis, quòd in tẽporalibus etiam per accuratam eius solicitudinem conualescat. Gratis igitur, & humiliter factam vobis gratiam attendẽtes, ne videamini exhibitæ vobis benignitatis ingrati, fraternitati vestrę per Apostolica scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus ad eum sicut patrem, & pastorem vestrum pium geratis deuotionis respectum: & licet propter inclementiam aeris, & tempus impacatũ obsequiis nostris detentus, nondum ad gerendam eiusdem ecclesiæ solicitudinem, & difficultatem itineris, & viarum discrimina fuerit subire permissus, nihilominus tamẽ procuratorem, & officiales ipsius sicut ipsum recipere, ac de vniuersis iustitiis eius ipsis curetis plenariè respondere: quoniã auctore domino vos in proximo, visitabit. Sicut enim gratum habebimus, si ei curaueritis in omnibus humiliter, & deuotè deferre, sic non poterimus æquanimiter sustinere, si inobedientes ei fueritis, & rebelles.

Datum vt suprà.

CAPITVLO ANGLONEN. VT suum Archiepiscopum reuerenter excipiant, atq; benignè tractent.

QVantum honoris, &c. vt supra vsq; ad verbum Conualescat. Cùm igitur ipsum non solùm in his, in quibus eius honorauimus decessorem, verùm etiam in maioribus disposuerimus honorare, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, & districtè præcipimus, quatenus præter id, quod ei tanquam metropolitano vestro reuerentiam tenemini debitam exhibere, de vniuersis iustitiis Episcopalibus plenè respondere curetis, donec de prouisione ecclesiæ vestræ aliud statuamus. Procuratorem etiam, & officiales ipsius sicut ipsum recipere, ac de vniuersis iustitiis eius, ipsis curetis plenariè respondere. Sciturí quòd non possemus in patienra sustinere, si mandatis nostris præsumereis contumaciter refragari. Noueritis etiam, venerabilibus fratribus nostris Cupersanẽ. & Grauinen. Episcopis dedisse firmiter in mandatis, vt personaliter ad vestram ecclesiam accedentes, & litteras nostras vobis assignent, & vos ad id, monitione p̃missa, per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellant. Ita quòd si ambo, &c. alter eorum, &c.

Datum Lateran. IIII. nonas Augusti.

Scriptum est illis Episcopis super hoc.

ACHERVNTINO ARCHIEPIscopo. vt affidationes hominum, pro consuetudine illius loci recipiat.

PRobata in multis apud nos tuæ synceritas bonitatis inductione nos excitat speciali, vt præter commune debitum, quo vniuersis tenemur ecclesiis, ecclesię tuæ commodis, & augumentis ratione personæ specialiter intendamus. Ea propter venerabilis in Christo frater p. t. gratam con. in auctoritate tibi præsentium indulgemus, vt homines, qui se tibi, vel ecclesiæ tuæ recomendare voluerint, quod secundum terræ consuetudinem, affidatio nuncupatur: cùm in pluribus partibus parochiæ tuæ ius istud ecclesia Acheruntina, ex antiqua consuetudine, & priuilegiis regum obtineat, tibi recipere liceat, & absque contradictione cuiuslibet retinere. Decernimus ergo, &c. concessionis, &c.

Datum Lateran. IIII. calen. Augusti.

CAPITVLO, ET VNIVERSIS clericis de Matera. ne a quoquam ad iudicium seculare trahantur.

ORdinis clericalis immunitas eo est libertatis priuilegio insignita, vt cùm suos iudices habeat, sub quibus possit, & debeat conueniri, à sæculari iudicio penitus sit exempta: quæ nimirum nullis publicarum functionum oneribus obligata, iugum sæcularis effugit seruitutis. Vnde vt vos sub regimine venerabilis fratris nostri Rainaldi Archiepiscopi vestri, cuius synceritas bonitatis apud nos approbata in multis ad prouisionem vestram specialiter nos astringit, liberiores positis domino militare, atque sub eo amplioris libertatis beneficio vos, & iura vestra tueri, auctoritate præsentium districtiùs inhibemus, ne aliquis ad iudicium sæculare vos trahere aliqua temeritate præsumat, aut publicis exactionibus, & angarijs fatigare: cùm etiam super hoc principalis iussio (sicut dicitur) emanarit. Decernimus ergo, &c. inhibitionibus, &c.

Datum Lateran. II. cal. Augusti.

In eundem modum vniuersis clericis, per Acheruntinam diœc. cõstitutis.

VNIVERSO POPVLO DE MATERA. vt à cleri iniurijs abstineant.

CVm esse vos ecclesiæ filios non negetis, aut liberam esse dicetis ecclesiam, aut vos non negabitis esse seruos, vtpote nati fueritis, ex ancilla, cùm conditionem matris sequatur filius, secundum legitimas Sanctiones. Peruenit autem ad audientiam nostram, quòd vos ecclesias publicis exactionibus, & angarijs aggrauatis, & clericos ad forum interdum trahitis sæculare. Quia verò id in ecclesiasticæ redundat libertatis iniuriam, vniuersitati vestræ per apostolica scripta mandamus, & districtè præcipimus, quatenus ab vniuersis ecclesiarum grauaminibus desistatis, nec super possessionibus, aut alijs contra consuetudinem, & specialem etiam concessionem eis indultam, trahatis clericos ad iudicium sæculare: cùm secundum verbum apostoli, suo domino stet, aut cadat. Alioquin sententiam quam venerabilis frater noster R. Archiepiscopus vester per se, vel procuratorem suum, in aliquos propter hæc rationabiliter tulerit nos ratam habebimus, & volumus vsque ad satisfactionem congruam inuiolabiliter obseruari. Datum vt suprà.

ACHERVNTINO ARCHIEPISCOPO vt ecclesias Petri de Matera ad mẽsam Archiepiscopi Acherũtini restituatur.

AD audientiam apostolatus nostri peruenit, quòd cùm ecclesia Sancti Petri de Matera, quæ ad mensam dignoscitur Acheruntinæ ecclesiæ pertinere, à bonæ memoriæ R. & P. Acheruntinæ ecclesiæ Archiepiscopis fuisset quibusdam minus licitè infeudata, felicis recordationis P. eiusdem ecclesiæ Archiepiscopus ad venerabilem fratrem nostrum Potentin. Episcopum super hoc commissionis litteras à sede apostolica impetrauit, qui personaliter ad locum accedens, ecclesiam ipsam mensæ Acheruntinæ restitui sententialiter iudicauit. Nos igitur sententiam, ipsa sicut rationabiliter lata est, nec legitima appellatione suspensa, ratam habentes, & firmam auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus. Nulli ergo &c.

Datum Lateran. VI. idus Augusti.

EIDEM. VT DECIME ECCLESIJS integrè persoluantur.

CVM de latere nostro fueris in Archiepiscopum Acheruntinum assumptus, tam tequàm Acheruntin. ecclesiam specialiter honorare disponimus, in his præsertim, quæ iustitiam sapiunt, & continent æquitatem. Sanè significasti nobis in nostra præsentia constitutus, quòd cùm in quibusdam locis tuæ diœcesis integrè quondam decimæ soluerentur, dum prædia, de quibus decimæ prouenichant, essent in sæcularium potestate: postquam possessionum ipsarum do-

Cap. Sicut nobis de sententia excõmunicat.

dominium ad religiosos quosdam, seu ecclesiasticos viros deuenit, cultores earum, quia decimas ipsis religiosis, seu ecclesiasticis viris exhibent terragij ratione, decimas ecclesiis non persoluunt Præterea homines de Matera, licet decimas integrè non persoluant, eas tamen, quas soluunt, pro motu voluntatis propriæ diuidentes, quandam partem ecclesiis, quandam pauperibus, quandam suis patrinis impendunt: per quod tam tuo, quàm ecclesiarum iuri non modicùm derogatur. Ea propter venerab. in Christo frater tuis iustis precibus annuentes, vt cultores possessionum, de quibus decimæ ecclesiis constitutis in diœcesi tua debentur, ad ipsas non obstante eo, quod pro terratico soluunt, cum integritate reddendas: & vt homines de Matera eas de cætero aliter diuidere, vel distribuere non præsumant, sed ipsas ecclesiis quibus debent, sine diminutione persoluant, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellere valeas, liberam tibi concedimus auctoritate Apostolica facultatem. Ad hæc auctoritate tibi præsentium indulgemus, vt possessiones spectantes ad mensam tuam alienatas illicitè, legitimè tibi liceat reuocare. Præterea concessiones ecclesiarum, & præbendarum non vacantium à prædecessoribus tuis factas contra statuta Lateranen. concilij præter Apostolicæ sedis mandatum, præsentium auctoritate cassamus: concessa tibi libera facultate testamentum de bonis ecclesiæ Acheruntinæ, à prædecessore tuo factum contra canonicas sanctiones, auctorilate Apostolica reuocādi. Nulli ergo, &c. Concess. & cessationis &c.

Dat. Lat. VI. idus Augusti.

ASISINATI EPISCOPO. QVOD excommunicati absolutionis litteras exhibere teneantur.

Cap. Sicut nobis de sententia excōmunicat.

SIcut nobis tuis litteris intimasti, cùm aliquos tuæ diœcesis clericos, vel laicos culpis suis exigentibus excom. suppo-nis, ipsi postmodum ad re nulla satisfactione præmissa, sine testimonialibus litteris redeuntes, dicunt se absol. beneficium recepisse: quibus si credi debeat in hac parte, per nos instrui suppliciter postulastis, cum propter causam huiusmodi sicut dicis, tuæ sententiæ è subditis contemnantur. Nolentes itaque malitiis hominum indulgere, fraternitati tuæ taliter respondemus: quòd nisi excommunicati à te super absolutione sua litteras nostras, vel illius, cui vices nostras in hac parte commisimus, reportarint, aut alio modo legitimo de illorum tibi absolutione constiterit, tu eorum absolutioni fide nō habita, ipsos pro excōmunicatis, vt prius, habeas, & facias euitari.

Datum Later. II. idus Augusti.

ARCHIEPISCOPIS, EPISCOPIS, Comitibus, Baronibus, Ciuibus, & vniuerso populo in regno Sicilię constitutis. De absolutione Marcoualdi, qui Siciliam oppresserat, ideoq; excommunicatus erat.

AD reconciliationem, & receptionem Marcoualdi, & debitum officij pastoralis, quo tenemur omnes ad viam rectitudinis reuocare, ac redeuntes recipere nos induxit, & optata regni tranquillitas inuitauit: vt simul & humiliaremus hostem, & humiliatum, & pœnitentem eius reciperemus exemplo, qui non vult mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur, & viuat: qui Cananæam, & Publicanum non solùm vocauit ad pœnitentiam, sed & traxit. Vt autem super modo reconciliationis ipsius non posit ab aliquo dubitari, formam excommunicationis, & præceptionis præsentibus duximus litteris explicādam Forma excōmunicationis hæc fuit.

Excommunicamus, & anathematizamus ex parte Dei omnipotentis, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate, & nostra, Marcoualdum, & omnes fautores eius tam Teutonicos, quàm Latinos: specialiter Diopuldum, Othonem, Siffredum, & Othonem de Lauian, Hermannum, & Castellanum Sorellæ, qui principaliter adhærent Marcoualdo, quia cùm idem Marcoualdus à dilectis filiis nostris Cardinali Sancti Laurentij in Lucina, & Tituli Sanctæ Priscæ Presbyteris, Cardinalibus, Apostolicæ

sedis Legatis commonitus fuerit, vt ab ecclesiarum, & villarum incendio, & vastatione cessaret, quæ in eorum oculis committebat, & exercitum dimitteret, cuius occasione tota ferè Marchia vastabatur, eorum monitis non satisfecit: propter quod ab eis excommunicatus fuit: & quia iuramentum multoties nobis præstitum violare, ac patrimonium ecclesiæ inuadere, ac detinere præsumpsit: & nunc Regnum Siciliæ, quod ad ius, & proprietatem Beati Petri pertinere dignoscitur, cuius Balium cum regis tutela Illustris memoriæ C. Imperatrix nobis testamento reliquit, infestat, & innititur occupare. Omnes autem, qui ei fidelitatis, vel societatis iuramento tenentur, denunciamus penitus absolutos. Si quis autem clericus cuiuscunque dignitatis, & ordinis officia ecclesiastica, vel sacramenta diuina ei, vel sequacibus suis ministrare præsumeret, sciat se dignitatis, & ordinis periculum incurrisse. Item excommunicamus I. quondam electum Sanctæ Seueriné: qui eidem Marcoaldo adhærens, administrationem Salernitanæ ecclesiæ de ipsius manu recepit. Forma receptionis hæc fuit: Iurauit Marcoaldus publicè sine pacto quoliber, & tenore super crucem, Euangelia, quòd super omnibus, pro quibus excommunicatus existit, sine fraude mandatis nostris obediet vniuersis, quæ sibi per nos, vel nuncios, aut litteras nostras duxerimus facienda. Tenor verò mandati Apostolici fuit talis: Mandatum est ei sub debito præstiti iuramenti, vt à Balio Regni, inuasione quoque, ac molestatione ipsius per se, ac suos omnino desistat: nes ipsum, aut patrimonium Beati Petri per se, vel alium vllo modo molestet: vniuersa, quæ de regno per se, vel suos inuasit, quæ detinentur ab ipso, restituat, & ab omni prorsus obligatione absoluat. Quæ verò detinentur ab aliis, pro posse suo restitui faciat bona fide. Super his autem, quæ nec ab ipso, nec suis habentur, vtpote super damnis, & iniuriis illatis præsertim nobis, & monasterio Casinen. satisfaciat competentur, secundum dispositionem nostram, & proprias facultates. In clericos de cætero, & viros ecclesiasticos manus nec iniiciat, nec iniici faciat violentas. Cardinales, & Legatos Apostolicæ sedis nec spoliet, nec spoliari, nec capi faciat, aut etiam obsideri, nisi forsan impugnatus ab eis, in defensionem propiam id facere cogeretur: non quòd id tunc ei licere dicamus, sed quia hoc ei non interdicimus ex debito iuramenti. Accedens igitur Marcoaldus Verulas ad præsentiam venerabilis fratris nostri O. Ostien. Episcopi, & dilectorum filiorum G. tituli Sanctæ Mariæ trans Tyberim presbyteri, & H. Sancti Eustachij Diaconi, Cardinalium, Legatorum Apostolicę sedis iuxta modum expressum superius, publicè iuramentum exhibuit: & secundum ecclesiæ formam beneficio absolutionis obtento, mandatum sub eodem tenore recepit, & se promisit fideliter impleturum. Quòd autem ei nihil super terra illa mandauimus, quàm antequam nunc vltimò regnum intraret, ex concessione fuerat Imperatoris adeptus, nullatenus admiremini: cùm propter eam non fuerit excommunicatione notatus. De ipsa tamen dante domino ad nostrum, & charissimi in Christo filij nostri F. Siciliæ Regis Illustris honorem vobis scientibus vtiliter disponemus. Nullus igitur vos omnino seducat, nullus aliquatenus blandiatur, quòd secundum aliam formam idem Marcoaldus iuramentum præstiterit, aut aliter fuerit receptus à nobis: nec turbentur in aliquo corda vestra, sed potius solidentur: cùm si seruauerit quod ei est sub debito præstiti iuramenti mandatum, ad statum totius regni, & tranquillitatem vestram sit non modicum prouenturum. Si autem (quod non credimus) non seruarit, nihil ut auctoritati nostræ detractum, sed eius sit potius potentia diminuta: & tam ex inclementia temporis, quàm ex forma mandati, quam facimus, absoluti fautores eius iugiter ad propria reuertantur. Nos quoque non solùm pro commissis excessibus, verùm etiã pro reatu periurij eum, & fautores ipsius, si forte cõtra factum, & receptum mandatum veniret, in eandem excom. sententiam reducere curaremus: & esset contra eum manus nostra ex virtute diuina validior, quàm fuisset.

ſet. Inſpiret autē eis qui vult omnes homines ſaluos fieri, & neminem vult perire: vt ita fideliter mandatum noſtrum obſeruet, vt nec Creatorem offendat, nec nos oporteat contra eum grauiùs commoueri. Monemus igitur vniuerſitatem veſtram, ac per apoſtolica vobis ſcripta mādamus, quatenus circa deuotionem apoſtolicæ ſedis, & eiuſdem Regis fidelitatem ex hoc feruentiores effecti, ea, quæ honorem ipſius, quietem veſtram, & ſtatum regni reſpiciunt, ſolicitè procuretis: ab omnibus vobis præcauentis inſidiis, ne per ſecuritatem, aut fraudem aliquid vobis ſiniſtri valeat euenire. Nos enim, dante domino, nec regi, nec regno, nec vobis ipſis aliqua occaſione deerimus, ſed ea curabimus promouere, quæ totius regni reſpicient incrementum.

NOBILI VIRO MARCOVALDO Imperij Seneſcalco quod mediocrem pro tot facinoribus pœnam ſuſceperit: & vt ad Pontificem libere nunc veniat.

SI multitudinem, & magnitudinem exceſſuum tuorū inſpicias, & circa te māſuetudinem, & benignitatem Apoſtolicæ ſedis attendas, mandatum noſtrum non ſolùm iſtum intelliges, ſed & piū. Creditur enim à multis religioſis viris, & magnis, quòd pro tot, & tantis exceſsibus, quos cum tuis fautoribus perpetraſti, ſatisfactio condigna non eſſet, ſi etiam iuſſus transfretare fuiſſes in defenſionem terræ natiuitatis dominicæ permanſurus. Cùm autem nos non peccatorum tuorum magnitudinem attendentes, ſed inſpicientes potius ſolitam manſuetudinem Apoſtolicę ſedis, ea tibi dederimus in mandatis, quæ ad vitandum æternum interitum deberes facere per te ipſum, non debes aliquid in contrarium poſtulare, cùm id noueris in animæ tuæ perniciem conuertendum. Quid enim prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ autem ſuæ detrimentum patiatur? Licet enim ad reconciliationem tuam nos regni tranquillitas inuitarit, amplius tamen debitum paſtoralis officij nos induxit, quo tenemur terrantes ad viam rectitudinis reuocare. Plus igitur lucrum animæ tuæ, quàm terræ facere cupientes, cùm ſpiritualia tēporalibus à nobis præſertim ſint meritò præponenda, ſalutem animæ tuæ potius, quàm corporis attendentes, ſuper eo, quòd poſtulaſti à nobis per litteras tuas, vt mandatum tibi à venerabili fratre noſtro O. Hoſtien. Epiſcopo, & dilectis filiis G. tituli Sanctæ Mariæ trans Tyberim presbytero, & H. Sancti Euſtachij Diacono Cardinali factum, vt à Balio regni, & inuaſione, ac moleſtatione ceſſares, curaremus miſericorditer tēperare, te modo cum Deo nequiuimus exaudidire. Miramur autem, quòd poſt factum, & receptum mandatum te Balium, & procuratorem regni ſcribere non vereris: quanquam in litteris, quas nobis miſiſti, id ſub quodam inuolucro curaueris palliare. Monemus igitur nobilitatem tuam, & exhortamur in domino, ac per Apoſtolica ſcripta ſub debito præſtiti iuramenti mandamus, quatenus neceſsitatem in virtutem conuertens, à Balio regni inuaſione, ac moleſtatione deſiſtas. Cætera ſub eadem tibi diſtrictione mandata nihilominus ſeruaturus: cùm ipſa rerum experientia te certificare debuerit, quòd Balium regni non poteris obtinere: pro quo tuus hactenus non profecit obtinendo conatus. Quia verò ſicut ūdem Epiſcopus, & Cardinalis ſua nobis relatione monſtrarunt, quædam nobis exponere velles, quæ nuncio, nec litteris credere voluiſti, gratum habemus, ſi ad præſentiam noſtram accedas, & ea efficias, quæ idem Epiſcopus per ſuas litteras plenius intimabit. Nos enim cùm per litteras tuas de aduentu tuo certificati fuerimus, ſecurum tibi faciemus præſtari ducatum.

PETRO COMPOSTELLANO Archiepiſcopo. Quod Epiſcopi abſoluant eos qui manus in Clericos iniecerunt, niſi ſit enormis læſio.

AD noſtram noueris audientiam peruenisſe, quòd in diœceſi tua manus iniicientes in clericos violentas, cùm à ſede Apoſtolica nimium ſint remoti, pro-

pter ætatem, & infirmitatem illuc nonnunquam vix accedere valent absolutionis beneficium petituri. Vt autem excommunicatos huiusmodi ad nos non valentes propter impedimenta, quæ præmisimus proficisci, & mulieres clericos verberantes absoluere tibi liceat in diœcesi tua, fraternitati tuæ auctoritate præsentium indulgemus: nisi fortè ipsorum excessus ita grauis fuerit, & enormis, quòd propter hoc censura sit sedis Apostolicæ requirenda. Nulli ergò &c, nostræ concessionis &c.

Datum Lateran.

PETRO ARCHIEPISCOPO, ET Cap. Compostellan.

IVstis petentium desideriis &c. vsque ad verbum Assensu. Sententiam dilecti filij nostri G. Sancti Angeli Cardinalis tunc Apostolicæ sedis Legati prolatam, super votis Beati Iacobi aduersus P. Abbatem, & monasterium Cellæ Nouæ, sicut rationabiliter lata est, nec legitima appellatione suspensa, ratam habentes auctoritate Apost. confirmamus &c Nulli ergò &c. confirmationis &c.

PRIORI, ET CAPITVLO SAREN.

CVm à nobis petitur &c. vsque ad verbum Assensu. Monasterium de Iunquaria, & ius, quod illustris memoriæ A. quondam Hispaniarum Imperator vobis concessit, in eo cum iure patronatus concessio vobis à militibus patronis ipsius, sicut ea iustè, ac pacifice possidetis, vobis, & per vos ecclesiæ vestræ auctoritate apostolica confirmamus.

Datum Lateran. II. nonas Augusti.

ABBATI GEMBLACEN. PRO quo aliquid datur ad superiorem electionem confirmet, ipso id prohibente non committit symonia.

Cap. Sicut tuis litteris extra de symonia.

SIcut nobis tuis litteris intimasti, cùm in Gemblacen. Ecclesia fueris à tenera nutritus ætate, monachus factus ibidem in ætate matura, consequenter promotus fuisti ad regimen Ecclesiæ Florinen. Verùm Abbate Gemblacen. de medio pòst sublato, Gemblacen. ecclesiam, quæ prius tanquam filium te habuerat inscium, & absentem in patrem, & pastorem per electionem te canonicam nominauit. Et quoniam pastore carebat Leodien. ecclesiam cathedralis postquam per dies aliquot moram feceras in ecclesia Gemblacen. ad Colonien. ecclesiam, quę tua est metropolis proficiscens, ipsius auctoritate in Gemblacen. in ecclesia interim ministrasti. Cæterùm postquàm in Leodien. ecclesia fuit Episcopus institutus, is à te requisitus electionem de te factam noluit confirmare: aliud non prætendens, nisi quòd minori loco translatus fueras ad maiorem. Verùm cùm hæc tibi fieri pro extorquenda pecunia comperisses, sub interminatione anathematis vetuisti, ne pro facto huiusmodi aliqua pecunia offerretur. Et cum quidam de fratribus timorem Dei præ oculis non habentes, interuentu numerum ad ipsius Abbatiæ regimen aspirarent, seniores in ecclesia quod malum imminens, non nisi malo posset deprimi prænidentes, te inconsulto, & penitus ignorante contra excommunicationis à te factæ sententiam venientes, promiserunt pecuniam, & etiam exoluerunt, sicut tibi postmodum est relatum: & sic ab Episcopo inunitatus institutionem libere accepisti ab eo, quemadmodum æstimabas. Super his ergo nos duxit tua discretio consulendos, si propter promissionem incognitam, & prohibitam, quemadmodum est præmissum, tibi peccati macula infligatur, vel si de promissione nunc tibi cognita, tu cum fratribus, qui fecerunt eam, debeas pœnitere: cùm inhærere nolueris simoniacæ prauitati, paratus pro grege domini subire laborem, vel quamuis te conscientia non accuset à suscepto regimine, si decreuerimus abstinere. Quamuis autem secundum sacrorum canonum instituta etiam paruuli, qui cupiditate parêtum ecclesias per pecuniam sunt adepti, eas dimittere teneantur: quia tamen longè diuersum est, non præbere consensum, & expressè in aliquid prohibere, taliter tibi duximus respondendum: quoniam ex eo, quòd contra prohibitionem

nem,& voluntatem tuam,à qua postmodum minimè recessisti,aliquis te penitùs ignorante promisit pecuniam,& exoluit præsertim cùm is nulla tibi esset consanguinitate coniũctus,nihil tibi ad culpam, vel pœnam credimus imputari,nisi fortè postea consenseris pecuniam soluendo promissam, aut etiam reddẽdo solutam. Alioquin contingeret, quod alicuius factum insidias inimico parantis ei damno sum existerret,cui penitùs displiceret : & sic aliquis de fraude sua commodum reportaret. Illos autem,qui dederunt pecuniam, vel etiam receperunt in tantùm, constat esse culpabiles : quòd si excessus eorum esset ecclesiæ manifestus quæ non iudicat de occultis,pœna essent canonica feriendi.

Datum Lateran. II. idus Augusti.

6. *ARCHIDIACONO, CANTORI, & magistro scholarum Tornacensibus. Qua controuersiam inter hic nominatos, super prabenda Insulana definit.*

CVm venissent ad Apostol. sedem dilecti filij magister C. Subdiaconus, & P. presbyter pro controuersia, quam habebant ad inuicem super præbenda ecclesiæ Insulan. nos eis dilectum filium nostrum G. sancti Georgij Diaconum Cardinalem concessimus auditorem:coram quo dictus magister C. proponere procurauit , quòd cùm olim à bonæ memoriæ C. Papa prædecessore nostro ad Præpositum ecclesiæ Insulan: pro obtinenda in eadem ecclesia præbenda litteras impetrasset , Præpositus indulgentiam obtinuit ab eodem , ne infra biennium aliquem in ecclesiis suis recipere cogeretur . Iterùm verò idem magister ad eundem Præpositum ipsius præd. nostri litteras reportauit,vt elapso biennio præbendam ei conferret in eccl. Insul. interim tamen ei stallum in choro , & locum in cap. assignaret, & de quotidianis stipendiis idem mag.cum canonicis perciperet portionem, ven. fratri nostro Atrebaten. Episcopo, & dilectis filiis Vtsi Campi,& Longi pontis Abbatibus super hoc executoribus delegatis:qui cùm vellet in negocio ipso procedere , præpositus coram eis post secundam citationem apparens, mandatum cum mandatore asseruit expirasse, & ad sedem Apostolicam appellauit. Cumque postmodum idem magister ad sedem Apostolicam accessisset, nos ad litteraturam ipsius, qui scholas dicebatur in artibus Parisiis habuisse, pium habentes respectum, eidem præposito dedimus in mandatis, quod cùm idem magister (sicut proponebatur) oriundus de villa Insulana, aliquandiu in scholarum regimine deseruisset,& ad præsentationem ipsius ecclesiæ fuisset in subdiaconum ordinatus, in beneficio competenti quod ad eius donationem spectaret, in eadem ipsi ecclesia prouideret. Dilectis etiam filiis Decano, & Cantori , & magistro F. canonico Remen. dedimus in mandatis, vt super hoc mandatum Apostolicum exequi procurarent. Deinde verò iidem executores, sicut ex litteris eorum accepimus, cùm in ecclesia Insulana prębenda dimidia vacauisset, magistrum ipsum inuestiendum , ad præpositum destinarunt: qui ei beneficium quoddam non ecclesiasticum,sed quod posset laico etiam assignari , temporale videlicet , & incertum litteraturæ , & honestati eiusdem magistri non competens : quod etiam tunc temporis non vacabat, eidem curauit offerri. Ipsi verò eundem magistrum vacuum à præposito redeuntem, & iuxta onus eidem præbendæ annexum, in ordinem sacerdotij promoueri paratum,de prædicta dimidia curarunt auctoritate Apostolica inuestire . Post inuestituram verò præpositus ipsi dicto magistro per nuncium suum quindecim librarum reddidus fecit offerri : quos quia recipere noluit, nuncius præpositi ad sedem apostolicam appellauit: Executores insuper eundem magistrum ad Insulanum capitulum destinantes , ei stallum in choro, & locum in capitulo assignari fecerunt ; & canonici eum in fratrem suum,& canonicum cum solita solennitate receptum, ad possessionem admiserunt eiusdem beneficij corporalem. Verùm dictus presb. proposuit ex aduerso , quòd olim præbẽda quędam instituta fuerat in ecclesia Insulana ,non nisi presbytero conferen-

da: qui ad honorem Beatæ Virginis diuina diebus singulis celebraret. Verùm prædecessor memoratus vni presbytero esse nimis onerosum attendens, diuina singulis diebus celebrare, præbendam ipsam diuisit in duas: quas duobus diaconibus assignauit, iuramento firmantibus, quòd in proximis quatuor temporibus ad presbyterij ordinem conuolarent. Sed ne ad consequentiam traheretur, statutum est a præposito, & canonicis, & sub pœna excommunicationis inhibitum ne beneficia ipsa conferentur alijs, nisi presbyteris iam promotis. Vnde cum dicta dimidia vacauisset, sæpè dictus præpositus eam ad preces capituli sui dicto presbytero, qui ad præsentationem eorum fuerat in presby. ordinatus, concessit, & eidem magistro paratus fuit in competenti beneficio, videlicet quindecim librarum redditibus prouidere. Super quo idem præpositus ad prædictos executores R. men. per nuncium suum dicitur litteras impetrasse. Præterea cùm biennium à tempore obtentæ indulgentiæ, tunc temporis non fuisset elapsum, præpositum ad eum recipiendum in ecclesiam Insulanam proposuit non teneri, cùm super hoc fuisset indulgentia impetrata. Cæterùm magister C. indulgentiam ipsam sibi non obesse respondit: cùm de ipsa etiam in litteris nostris mentio facta fuisset. Præterea ex quibusdam ab aduersa parte inductis, nixus est comprobare, quod prædicta præbenda aliquando etiam fuerat alijs quàm presbyteris assignata. Cùm enim diceretur in litteris ipsis, quod secundum antiquam, & magis vsitatam consuetudinem eccl. Insulanæ præbenda ipsa esset presbytero conferenda, vsitatum etiam esse dicebat, vt alijs conferretur. cùm etiam dicere, quod aliquid inusitato magis vsitatum fuerit, sit absurdum. Cum autem Cardi. prædictus quæ coram eo proposita fuerant, in nostra, & fratrum nostrorum audientia fideliter retulisset, nos causam ipsam vestro examini duximus committendam, discretioni vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandantes, quatenus nisi vobis sufficienter constiterit per præpositum, & capitulum Insulanum fuisse concorditer institutum, & sub pœna excommunicationis inhibitum, & hactenus obseruatum, ne prædictæ præbendæ alijs, quàm presbyteris conferrentur, super prædicta dimidia dicto presbytero silentium imponatis: facientes per censuram ecclesiasticam apre. eundem magistrum plena, & pacifica ipsius possessione gaudere. Quia verò presbyter ipse ad præsentationem præpositi, & capituli Insulan. fuit in presbyterum ordinatus, volumus nihilominus, & mandamus, quatenus prædictos XV. librarum redditus ei assignari mandetis, donec ei per præpositum ipsius ecclesiæ fuerit in beneficio competenti prouisum. Alioquin si de prædictis constiterit, super ipsa prædicto magistro, cum non fuerit beneficium ipsi competens, silentium imponentes, eam ipsi presbytero per sententiam appellatione postposita adiudicare curetis, & faciatis per censuram ecclesiasticam eius pacifica possess. gaudere. Verùm ne dictus magister laboris, quem veniendo ad apostolicam sedem sustinuit, mercede frustretur, ei faciatis prædictos quindecim librarum redditus à præposito monitione præmissa, sublato appellationis, & dilationis obstaculo per censuram ecclesiasticam assignari præbendam, quæ primò vacabit in ecclesia Insulana, donationi nostræ reseruari mundantes personæ idoneæ conferendam: de qua si quid aliud fuerit ordinatum, nos illud irritum decernimus, & inane. Nullis litteris obst præter assensum part. Quod si omnes, &c.

Datum Lateran III. idus Augusti.

CLERO, ET POPVLO REGINIS. Vt Archiepiscopo, suo per Pontificem confirmato obediant.

CVM dilectus filius noster G. sanctæ Mariæ in porticu diac. Card. cui vices nostras tam super Balio regni quàm officio legationis commiseramus, apud Mediolan. pro ipsius Regni negocijs moraretur: dilecti filij canonici Regin. eidem obiter bonæ mem. Regin. Archiepiscopi tam per litteras, quam per suos conca-

concanonicos nunciarunt. Postmodum autem ad propria reuertentes, & conuenientes in vnum, inuocata spiritus sancti gratia, vota sua in ven. fratrem nostrum I. tunc Regin. Archidiac. contulerunt, eundem sibi vnanimiter eligentes in patrem suum pariter, & pastorem. Cumque ad prædicti Card. præsentiã accessissent, vt ab eo tam assensum, quàm confirmationem etiam obtinerent, ipse assensum eis regia vice concedens, & electionem examinans, cùm eandem inuenisset canonicè, & de persona idonea celebratam, auct. apostolica confirmauit. Cæterùm Card. prædictus periculà viarum diligenter attendens, ne dicti electi consecratio nimium differretur, venerab. fratribus nostris vniuersis Episcopis Regin. ecclesiæ suffraganeis dedit auct. apostolica in mandatis, vt eidem munus consecrationis impenderent, palleum à nobis, videlicet pontificalis officij plenitudinem, postmodum recepturo. In quibus prædictus Card. ei gratiam fecisse dignoscitur: cùm idem Archiepiscopus, & pro duobus mittere, & propter duo ad nostram præsentiam accedere debuisset. Mittere quidem pro assensu, & confirm. pariter impetrandis. Accedere verò propter munus consecrationis, & donum palei obtinenda. Inter cætera namque priuilegia, quæ sibi sedes apostolica reseruauit, vnum est, & non minimum, quòd Patriarchæ, Primates, & Metropolitani pro recipiendo palleo, pontificalis videlicet officij plenitudine, ad eam tanquam ad magistram, & matrem debent habere recursum. Cùm ergò idem Archiepiscopus primò per nuncios, & tandem per se ipsum nuper ad sedem apostolicam accedentem pro palleo institisset, nos attendentes, quòd ex gratia, quam prædictus ei fecerat Card. deuotionem se nobis, & Romanæ eccl. deberet in posterum exhibere, fratrum nostrorum habito consilio diligenti, palleum ipsi de Beati Petri corpore sumptum, pontificalis videlicet officij plenitudinem, duximus concedendum. Nos igitur ipsum ad propria cum plenitudine nostræ gratiæ remittentes, vniuersitati vestræ per apostolica scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus eius salubria monita, & mandata recipiatis humiliter, & eadem irrefragabiliter obseruatis.

Datum Latera. XVII. Cal. Septemb.

CONSVLIBVS, ET POPVLO Aretenis. ne castrum, ex mandato Pontificis, obiniuriam Hostiensis Episcopi diruturn, restaurent.

QVantus in persona ven. fratris nostri O. Ostien. Episcopi, apud castrum montis sanctæ Mariæ in diuinæ maiestatis offensam, iniuriam apostolicæ sedis, & cleri totius opprobrium fuerit commissus excessus, vestra discretio non ignorat. Qualiter etiam in titulum memoriæ sempiternæ, castrum ipsum de mandato nostro funditus sit euersum, ad vestram nolumus notitiam peruenisse. Verùm sicut nostris est auribus intimatum, vos Castrum ipsum reædificare intenditis, & memoriam vindicati excessus in reædificatione ipsius penitùs abolere: quod si fieret, in iniuriam apostolicæ sedis, & nostram perpetuò redundaret. Quia verò de vestra discretione non credimus, quòd Rom. ecclesiam lædere de conscientia certa velitis, vniuersitatem vestram monemus & exhortamur attentiùs, ac per apostolica vobis scripta mãdamus, quatenus castrum ipsum nec vos reædificetis vlteriùs, nec reedificari ab alijs permittatis. Alioquin quantuncunque nobis molestum existeret, vos in aliquo molestare, id non possemus in patientia tolerare.

LIT-

LITTERAE VV. REGIS DIOclię atque Dalmatię ad Dominum Papam Quibus & se & regnum suum Pontifici comendat, & hortatur, vt ad Vngariæ regem de expellendis hęreticis litteras det.

BEatissimo, atque sanctissimo Patri, & Domino Innocentio, Dei gratia sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ summo Pontifici, & vniuersali Papæ, Vu. eadem gratia Dioclię atque Dalmatiæ Rex salutē, & deuotionis affectum. Venientibus ad nostram præsentiam Domino Ioanne Capellano, & Domino S. religionis, & diseretis sanctæ Catholicæ, & apostolicæ sedis legati, amodo iocundati sumus, quia sicut solis splendor in virtute sua radians totum orbem videtur illustrare, ita illorum sancta, & salubri prædicatione totum regnum nostrum creditur fore illustratum. Vnde meritò dicimus: visitauit nos oriens ex alto. Illorum itaque probitate, & scientia nos informati, Deo & paternitati vestræ innumeras grates rependere curamus: quia tales ad nos misistis, quales in voto semper habuimus susciendos, diuino munere præditos, quia omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est. Præsentatis igitur litteris vestris, intellexeximus quia postulationibus nostris apostolatus vestri beatitudo misericorditer acquieuit. Vnde nos cum magna animi deuotione præcepimus, vt per totum regnum nostrum omnia, quæ secundum Deum sunt, ordinent, & confirment. Quæ autem contraria sunt, iuxta illud propheticum euellant, & destruant. Accedentes itaque ad locum, vbi antiquitus concilium celebrari solitum fuit, sanctam Synodum celebrare studuerunt, de vitijs in virtutibus subtiliter differentes. In communi Deo, & beatissimæ Mariæ perpetuæ virgini, & Beato Petro Apostolorum principi, nec non, & apostolatui vestro laudum præconia persoluentes. Interea nouerit paternitas vestra, quia augustali stemmate vndique insignimur, & quod gloriosius, & beatius est, vestri generosi sanguinis affinitatem habere cognouimus. Igitur innotescimus, quia in voto habuimus nunc legatos nostros ad pedes beatitudinis vestræ transmittere. Sed quia terram illam turbatam esse audiuimus, facere non potuimus: quia vestris legatis vbique debita reuerentia exhibetur: sed nostri dum illuc ire voluerint, cum magna honoris magnificentia, damna forsitan, & exitium patientur. Sed dum opportunum, aut congruum tempus affuerit, honorificentiùs: faciemus: qui sanctæ exhortationis vestræ verba perferant, quæ dulciora nobis sunt super mel, & fauum. Siquidem sperantes, & certum tenentes, quia ex quo Vicarius Domini nostri Iesu Christi existis, ipse per te nobis aditum regni cœlestis aperire dignetur. Et quia nullo in hoc sæculo indigemus, multum rogamus, vt pro nobis peccatoribus preces ad Dominum fundatis. Demum verò paternitatem vestram nolumus latere, quia hæresis non modica in terra Regis Vngariæ, videlicet Bessina, pullulare videtur, in tantùm quòd peccatis exigentibus, ipse Bacilinus cum vxore sua, & cum sorore sua, qui fuit defuncti Mirosclauichemensi, & cum pluribus consanguineis suis seductus, plusquam decem millia Christianorum in eandem hæresim introduxit. Vnde Rex Vngariæ exacerbatus illos ad vestram præsentiam compulit venire à vobis examinandos. Illi autem simulatis litteris redierunt, dicentes, à vobis concessam sibi legem. Vnde rogamus, vt regi Vngariæ suggeratis, vt eos à regno suo euellat, tanquam zizania à tritico.

LITTERAE B. MAGNI IVpani totius seruię. Quibus se pontifici offert atque commendat.

INNOCENTIO Dei gratia summo Pontifici, & vniuersali Papę Rom. ecclesiæ Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli S. eadem gratia, & sancta oratione vestra Magnus Iupanus totius Seruiæ salutem, tanquam patri suo spirituali. Litteras sanctitatis vestræ recepimus, & benè intelleximus: & quæ venerabiles legati vestri scilicet I. capellanus, & Simon subdiaconus, tam in litteris, quā

in ore

in ore eorum narrauerunt nobis. Gratulamur itaq; magnæ sanctitati vestræ, quia non tradidisti nos in obliuionem filios tuos, sed recordatus es de nobis. Nos autem semper consideramus in vestigia sanctæ Roma. ecclesiæ sicut bonæ memoriæ Pater meus, & præceptum sanctæ Roma. ecclesiæ semper custodire, & in proximo legatos nostros vellemus transmittere ad sanctitatem vestram. Nos autem locuti sumus dictis venerabilibus tuis legatis, quoniam ipsi cum ore eorum narrabunt sanctitati vestræ eloquia mea.

LITTERE IOANNIS DIOCLIEN. & Antibaren. Archiepiscopi. Quibus gratias agit pro transmisso pallio, & qui d legati Apostolici in corrigendis moribus effecerint declarat.

SAnctissimo Patri: & domino Innocentio Dei gratia summo Pont. Ioannes Dioclien. & Antibaren. ecclesiæ humilis minister tam debitam, quam deuotam obedientiam, Gratias vberes refero sanctissimę paternitati vestrę de honore pallij, & pontificalis officij plenitudine, quam mihi per dominum Ioannem, & dominum Simonen. familiares, & legatos vestros concedere dignati estis. Ego autem omni tempore vitæ meæ ad deuotionem vestram, & fidelitatem, & sanctæ Romanæ ecclesiæ promptum habeo animum modis omnibus, & paratum. Notum siquidem facio sanctitati vestræ, quòd præfati legati vestri ea, quæ corrigenda, & ordinanda fuerunt, ita cum prudentia, & honestate per Dei gratiam ad honorem vestrum, & sanctæ Romanæ ecclesiæ tractauerunt, quòd dominus Rex, & totus populus eorum opera commendantes, ad pedes vestræ sanctitatis effecti sunt modis omnibus promptiores. Ego verò in proximo nuncios meos ad pedes vestræ sanctitatis transmittam: qui deuotionem meam paternitati vestrę pleniùs declarabunt.

IN nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Nos Ioannes Capellanus, & Simon Subdiaconus domini Innocentij Papę tertij, apostolicę sedis legati, ad euellenda noxia de agro dominico, & virtutum plantaria vtiliter inserenda, videntes multa in clero, & populo Dalmacię, & Dioclię corrigenda, de sanctorum patrum concilijs decreta præsentia duximus innouanda. In primis itaque decernimus, vt nullus Episcopus aliquem ad sacros ordines per pecuniam promouere, seu ecclesiastica beneficia alicui, precio interueniente, concedere præsumat. Cùm enim dominus præceperit apostolis, gratis accepistis, gratis date, & spiritus sancti gratia venalis esse non possit, quæ in sacris confertur ordinibus graui puniendus est pœna, qui spiritus sancti dona venalia exponere non veretur. Quocirca præsenti Decreto statuimus, vt quicunque Episcopus hoc agere conuictus fuerit, omnia ecclesiastica careat dignitate: & sine spe restitutionis tam ille, qui dederit, quàm ille, qui scienter sacros ordines pecunia interuenicnte receperit, perpetuò deponatur.

CVM domini sacerdotes, & hi, qui sacro altari deseruiunt, continenter viuere debeant, iuxta illud: Mundamini qui fertis vasa domini, in partibus Dalmatiæ, atque Diocletiæ sacerdotes & vxores habere, & ecclesias tenere dicuntur. Quocirca præsenti Decreto statuimus, vt sacerdotes, & diacones ante susceptum officium, nisi eorum coniuges in manu Episcopi votum fecerint continentiæ, vxores habentes cum ipsis maneat, & ecclesias dimittant: non enim possunt secundum ordinem Romanę ecclesiæ manentes in coniugio, nisi defunctis vxoribus, aut continentiam vouentibus, si digni inuenti fuerint, ad sacerdotium promoueri. Illi verò, qui post susceptum sacerdotij, vel diaconatus honorem, adulteras potiùs, quàm vxores accepisse probantur: nisi eas dimiserint, & dignam egerint pœnitentiam ab officio, & beneficio ecclesiastico fiant penitùs alieni. Prohibemus etiam, ne aliquis Episcopus, nisi in quatuor temporibus iuxta Sanctorum Patrum constitutionem, aliquem ad sacros ordines promouere præsumat: solus enim Romanus Pontifex dominicis diebus subdiaconos ordinare potest. Cùm autè Episcopus ordina-

tionem

tionem fecerit, non nisi vnum ordinem à subdiacono & suprà conferre presumat. Ordinatus autem in subdiaconum, ad minus per annum in eodem officio deseruiat, & diaconus similiter faciat. Quicunque autem episcopus contra hoc venire præsumpserit, tandiu à conferendis ordinibus abstineat, donec à Romano Pontifice misericordiam consequatur.

QVONIAM secundum gradus, & ordines personarum beneficia ecclesiastica in domo Domini, secundum sanctorum Patrum constitutionem distributa noscuntur: decernimus vt decimæ seu oblationes fidelium tam pro viuis, quàm pro defunctis, in quatuor partibus diuidantur: quarum vna sit Episcopi, alia ecclesiarum, tertia pauperum, quarta clericorum. Portionem quidem pauperum Episcopus administret portionem verò ecclesiarum Archipresbyter conseruet: & ex mandato Episcopi in vsibus ecclesiæ fideliter expendat. Quicunque autem clericorum contra hoc venire præsumpserit, sua portione priuetur.

DISTRICTIVS inhibemus, ne aliquis sacerdos filij sui, vel filiæ spiritualis priuatam confessionem alicui reuelare præsumat. Quod si facere conuictus fuerit, officio, & beneficio ecclesiastico perpetuò spolietur. Idem dicimus de quolibet clerico, qui de homicidio, adulterio, periurio, falso testimonio publicè accusatus fuerit conuictus.

CVM terrenarum potestatum nuncijs, siue ministris honor exhibeatur ab omnibus, multò magis ministris Dei honor à laicis exhibendus est, à quibus eis non solùm diuina celebrantur officia, verùm etiam sacrum baptisma, & Corpus Domini, & pœnitentia, & cætera ecclesiastica sacramenta iugiter ministrantur. Quapropter iuxta Decretum domini Innocentij Papæ II. districtiùs inibemus, ne aliquis in personam Episcopi, siue sacerdotis, vel cuiuslibet clerici vel religiosi viri, violentas manus injecere præsumat. Quicunque autem hoc attentauerit, tandiu excommunicatus maneat donec de tanta præsumptione satisfacturus, apostolico se conspectui repræsentet: vel ab eius Legato præstita congrua satisfactione, absolutionis beneficium consequatur. Similiter sub excommunicatione prohibemus, ne aliquis laicus clericum ad peregrina iudicia trahere præsumat, veluti candentis ferri, vel aquæ, vel cuiuslibet alterius iudicij. Non enim pertinet ad laicum clericum iudicare. Si autem clericus peccauerit, ab Archiepiscopo, vel Episcopo, vel etiam prælato suo, aut Roma. Pontifice, si necesse fuerit, iudicetur.

CVM sacrosancta Romana ecclesia quæ mater est omnium ecclesiarum, & magistra, decreuerit, vt nullus Christianus vsque ad septimum consanguinitatis gradum coniugium contrahere præsumat, graue nimis est, & diuini dignum animaduersione iudicij, quod in partibus Dalmatiæ, ac Diocliæ à multis factum in veritate comperimus, vt homines Dei timorem non habentes, cum consanguineis in quarto, & quinto gradu, vel infra, contra sanctorum patrum constitutionem, coniugia contrahere non formident: Quapropter præsenti decreto statuimus, vt quicunque in quarto gradu præsertim, vel infra coniugium habere conuincitur, nisi ad mandatum ecclesiæ satisfecerit, & à suæ consanguinitatis incesta coniunctione recesserit, tandiu maneat excommunicatus, & ab omnibus ecclesiæ sacramentis separatus, donec à nefaria copula separetur, & ad mandatum ecclesiæ satisfaciat.

Item præcipimus, vt clerici rasuram, & tonsuram teneant clericalem. Qui autem hoc non fecerit, ab Episcopo districtione canonica compellatur.

CVM duæ sint in terris potestates à Domino constitutæ, spiritualis videlicet, & sæcularis: & vna de spiritualibus, & ecclesiasticis, altera vel sæcularibus habeat iudicare, graue committit peccatum quicunque laicus vel ecclesias donare, vel ecclesiasticas personas iudicare præsumit. Quocirca præsenti Decreto statuimus auctoritate Dei omnipotentis, & beatorum

forum Apostolorum Petri,& Pauli, & domini Papæ Innocentij, vt quicunque clericus de manu laica ecclesiam, vel ecclesiastica beneficia receperit, tam qui dederit,quàm qui receperit, tandiu excommunicationis vinculo teneatur astrictus, donec ad mandatum ecclesiæ plenariè satisfaciat: & quod contra sacros canones factum fuerit, irritum habeatur, & vacuum. Illos autem laicos, qui ante constitutionem istam ecclesias donauerunt, vel in ecclesiasticas personas manus iniecerunt violentas, volumus per Episcopos tertiò commoneri: & nisi pœnitentiam egerint competentem, eadem sententia teneantur astricti.

EXCOMMVNICAMVS omnes illos, qui thesauros ecclesiarum iniustè detinent, donec restituant: & eos qui latinos detinent in seruitute, nisi recepta pecunia, quam dederunt, eos pristinę restituant libertati.

ITEM excommunicamus omnes illos, qui proptias dimiserunt vxores, vel de cætero dimiserint sine iudicio ecclesię, donec ad ipsas reuertantur.

PROHIBEMVS etiam, vt filij presbyterorum, & qui de legitimo non sunt nati matrimonio, ad sacros ordines non accedant.

SIMILITER prohibemus, vt nullus ordinetur in sacerdotem, nisi trigesimum expleuerit annum.

Ego frater Ioannes domini Papæ Capellanus,apostolicæ sedis Legatus scripsi, & subscripsi.

Ego frater Simon domini Papæ Subdiaconus,apostolicæ sedis Legatus subscripsi.

Ego Ioannes Dioclien. & Antibaren. Archiepiscopus subscripsi.

Ego Dominicus Archipresbyter Arbanen. subscripsi.

Ego Petrus Scuarinen. Episcopus subscripsi.

Ego Ioannes Polatinen. Episcopus subscripsi.

Ego Petrus Aruastinen. Episcopus subscripsi.

Ego Dominicus Soacinen. Episcopus subscripsi.

Ego Natalis Dulcinen. Episcopus subscripsi.

Ego Theodorus Sareanen. Episcopus subscripsi.

COMITIBVS, BARONIBVS, ciuibus, & vniuerso populo in regno Siciliæ cõstitutis. Qualiter regni hostis Marcoaldus absolutus sit, & quomodo sese erga illum gerere debeant.

EXoptata regni tranquillitas, & debitum officij pastoralis, quo tenemur singulos ad viam rectitudinis reuocare, nos ad Marcoaldi receptionem induxit: ne si pœnitentem, sicut videbatur, & exponentem se mandatis nostris super omnibus, pro quibus fuerat excommunicatione notatus, recipere negaremus,non Christi Vicarij videremur,vel successores apostolorum principis,sed inexorabiles potiùs nostrarum iniuriarum vltores. Licet autem modum receptionis ipsius per alias vobis duxerimus litteras exponendum, ne tamen idem Marcoaldus aliqua nos calliditate seducat, idem adhuc audientiæ vestræ duximus inculcandum. Iuramenti tenor hic fuit: Iurauit Marcoaldus publicè &c. ferè in eundem modum vt suprà, vsque ad verbum debito iuramenti. In tantùm autem in primis idem Marcoaldus mandatum nostrum humiliter, & deuotè recepit, vt super iuramento exhibito, & mandato recepto, suas nobis in testimonium litteras destinarit, quas apud nos adhuc in testimonium suæ confusionis habemus: sed ad vomitum rediens, & volens adhuc in stercore suo computrescere, vt iumentum, nobis post absolutionem quasdam litteras destinauit: in quarum salutationis alloquio fraudem eius intelleximus manifestè, in eo, quod in salutatione ipsa perspeximus contineri sic: Marcoaldus Imperij Senescalcus &c. Et in alijs sic erat expressum: Marcoaldus Imperij Senescalcus, & id quod est, tanquã nec ex toto supprimeret, nec exprimeret manifestè, quod regni Balius, & procurator existeret. Supplicauit autem nobis per litteras ipsas, vt ad tempus mandatum

datum, quod ei feceramus per venerabilem fratrem nostrum O. Hostien. Episcopum, & dilectum filium G. tituli sanctæ Mariæ Trans Tyberim presbyterum, & H. sancti Eustachij Diaconos Cardinales, vt à Balio regni, & molestatione cessaret, curaremus misericorditer temperare. Sed nos id intelligentes in honoris nostri dispendium, detrimentum regni, & petentis animæ periculum redundare, non solùm non concessimus quod petebat, sed denuo ei sub debito præstiti iuramenti mandauimus, commonitionem canonicâ præmittentes, vt à prædictis de cætero penitùs abstineret. Postmodùm verò idem Marcoual. quasdam nobis litteras destinauit: in quibus in manifestum sui periurij argumentum se Balium, & procuratorem regni Siciliæ non erubuit nominare. Scribens etiam fratribus nostris, quòd mandata, quæ sibi fecimus, nec pro Deo, nec pro homine obseruaret. Hos igitur fraudem eius, & versutias attendentes, qui putauit nos fallere, sed potiùs se decepit, propter omnia, quę fuerant in forma excommunicationis prioris expressa: & quia multoties contra nos, & Romanam Ecclesiam periurij reatum incurrit, & mandata seruare contempsit: facta sibi sub debito præstiti iuramenti, ipsum tanquàm periurum, sacrilegum, incendiarium, perfidum, sceleratum, & inuasorem ex parte Dei omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: auctoritate quoque beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & nostra excommunicamus, anathematizamus, maledicimus, & damnamus: mandantes, vt quicunque sibi de cætero auxilium præstiterit, vel fauorem, quicunque etiam ipsi, vel exercitui eius victualia, vestes, naues, arma, vel alia, quæ ad commodum eorum pertineant, ausi fuerint ministrare, eadem cum eo maneant sententia innodati. Siquis autem clericus cuiuscunque dignitatis, vel ordinis, diuina eis præsumpserit officia celebrare, se sui ordinis, & honoris nouerit periculum incurrisse. Mandamus etiam sub debito præstiti iuramenti omnibus de exercitu eius, qui ad mandatum ecclesiæ redierunt, vt quam citius poterint, ab ipso recedant, nec ad eum, quandiu in sua pertinacia perdurauerit, reuertantur: nec consilium ei præbeant in aliquo, vel fauorem. Erit etiam, dante domino, manus nostra validior contra eum, quem publicum infamat periurium, & reddit inconstantia multa suspectum: ne de cætero, vel promissionibus eius, vel iuramento credatur, qui fidem super crucem, & euangelia publicè præstitam, non erubuit infra vnius hebdomadæ spacium violare; quia cùm nobis iuramentum fidei non seruauerit, quomodo vobis promissionem aliquam obseruaret. Monemus igitur nobilitatem vestram, & exhortamur attentius, ac per apostolica vobis scripta mandamus, quatenus in deuotione nostra, & fidelitate charissimi in Christo filij nostri F. Siciliæ Regis illustris. fideliter persistentes, à prædicto Marcoualdo, & fautoribus eius vobis caueatis, & regno qui sanguinem vestrum sitiunt, & inducere vos nituntur in perpetuam seruitutem: ne per insidias, vel fraudem aliquid valeat machinari: nec credatis mendacijs eius, si fortè se aliter à nobis receptum esse confingat, aut nos in regno iurisdictionem sibi aliquam concessisse, sed ad defensionem regni viriliter assurgatis: quia virtus ipsius, per Dei gratiam, iam est plenè penitùs annullata. Nos enim, dante domino, nec vobis, nec regno aliqua deerimus ratione.

ANTIBAREN. ARCHIEPISCOPO. *Qualiter Soacensis Episcopus, homicidij reus, tractandus esset.*

CVM accessisset nuper ad apostolicam sedem venerabilis frater noster B. Soacen Episcopus super eo, quod dicebatur de homicidij crimine infamatus, coram nobis, & fratribus nostris misericordiam sedis apostolicæ supplicitèr implorabat. Cùm autem nobis de facti serie non constaret, de processu ipsius à dilectis filij I. Capellano, & S. subdiacono nostris, qui rei veritatem plenius cognouerunt, dum in partibus Diocliæ Legationis officio fungerentur, inquisiuimus diligenter, ex quorum assertio-

sertione tenuimus, quòd cum ingressi prouinciam Dalmatiæ superioris fuissent à maiore parte cleri, & populi Soacen. de retu homicidij dilectum inuenerunt Episcopum infamatum. Cùm autem ad ipsius ecclesiam accessissent, in præsentia eius cleri, & populi Soacen. infra missarum solennia quidam de ciuibus S. nomine libellum ipsis accusationis porrexit, asserens se testibus probaturũ, quòd Episcopus reus esset homicidij perpetrati. Episcopus verò per instrumentum purgationis oblatum, quo iurasse cum duobus Episcopis dicebatur, se nec fecisse homicidium illud, nec fieri præcepisse, innocentiam suam ostendere satagebat: quod tam tua, quàm illorum Episcoporum assertione, qui compurgatores fuisse dicebantur, falsum penitùs repererunt: cum nullum à compurgatoribus exhibitum fuerit iuramentum: vnde causam ipsam vt populi scandalum sedaretur, duxerunt iuris ordine pertractandam: & per receptionem testium productorum in concilio apud Antibarum congregato, voluerunt per confessionem ipsius intelligere plenius veritatem: cuius fuit tale responsum: quòd nec fecerat, neque præceperat fieri homicidium perpetratum. & tam accusatores, quàm testes inimicos suos existere capitales: & cum homicidium illud à T. & I. presbyteris assereret perpetratum, obiectum fuit ei ab accusatore prædicto, quòd præscriptum T. in presbyterum ordinarat: in quo se confessus est peccauisse. Verùm cùm dicti Legati pariter pertractarent super his quæ coram eis fuerant actitata, die sequenti mitram eis, & anulum in tua, & Episcopotum præsentia, qui conuenerant ad concilium, resignauit: quæ ab eisdem post aliquot dies repetijt: asserens se ob hoc velle ad sedem apostolicam proficisci: cui & aduersarijs pariter datis dimissorijs, certus fuit à iam dictis Legatis terminus assignatus. Cæterùm inter alia, quæ dictus Episcopus in nostra, & fratrum nostrorum præsentia recognouit, confessus est, & non negauit, se præfatum T. in presbyterum ordinasse, postquam ipsum reatum homicidij audierat, & crediderat commisisse. Cuius factum cum familiaris esset ipsius, non poterat penitùs ignorare. Cùm ergò secundum Apostolum Episcopus bonum testimonium debeat & ab his qui sunt intus, & ab his, qui sunt foris, habere, qui ad curam positus aliorum, in se ipso debet ostendere, qualiter alios in domo domini oporteat conuersari: nec perferens memorandi criminis labem lucidam gerat sacerdotij dignitatem: nos attendentes quod satius sit domino in inferiori ministerio deseruire, quàm graduum sublimitatem appetere cum scandalo aliorum Episcopum ipsum monuimus diligenter, vt postquam Episcopalia insignia resignarat, citra pontificale fastigium creatori suo deuotum impenderet ammodò famulatum, quod in humilitatis spiritu, & contrito animo visus est acceptasse. Vnde ipsius propositum dignis laudibus commendamus. Cæterùm quoniam non sine nostro, & cleri posset opprobrio mendicare, cum de prouisione ipsius propter locorum incertitudinem deliberare prouidè non possemus, ad petitionem ipsius fraternitati tuæ duximus apostolicas litteras destinare, præcipiendo mandantes, quatenus de Soacen. Episcopatus prouentibus ei competenter in necessarijs facias prouideri: ne pro defectu temporalium rerum propositum eius valeat impediri. Et quoniam quidam coram te proprijs nominibus designandi eum dicuntur rebus proprijs contra iustitiam spoliasse, alij verò manus in eum sacrilegas iniecisse, volumus, & mandamus, vt si rem ita inueneritis se habere, & primos ad ablata reddenda in integrum appellatione remota compellas, & alios excommunicatos publicè nuncies, & sicut excommunicatos tandiu facias euitari, donec passo iniuriam s. c. &c. t. t. l. a. s. a. u. a. Datum Lateran. VII. idus Septembris.

CAN-

CANTVARIEN. ARCHIEpiscopo vt abusum quendam in processionibus corrigat.

CVM bona sint coram Deo, & hominibus secundum Apostolum prouidenda, episcopis, qui successores, Apostolorum existunt, & lux mundi, & sal terræ veritatis testimonio perhibentur, est summopere attendendum, vt via regia incedentes, nec declinantes ad dexteram, vel sinistram, neque conscientiam propter famam, neque tamen pro conscientia derelinquant, sed sic inter ea irreprensibiliter gradiantur, quod nec impij apud Deum, qui videt in corde, nec crudeles apud homines, qui vident in facie iudicentur. Sanè conquerentibus dilectis filijs monachis Cantuarien. nostris est auribus intimatum, quòd te præsente in processionibus, quæ in ecclesia ipsa solenniter celebrantur, quandoq. præcedunt, quandoque sequuntur, inter te, ipsosque monachos, quasi separantes caput à membris clerici sæculares: eorundem insuper stalla in choro contra consuetudinem coartantes. Ex hoc autem dignitati Cantuarien. ecclesiæ plurimum detrahitur, & honori, & scandalum (sicut dicitur) generatur in cordibus infirmorum, ac quies Deo famulantium perturbatur, & deuotio deperit popularis, dum in eodem collegio diuersæ professionis, & habitus cernuntur homines sociari: quorum alij vestiuntur vilibus, alij. preciosis, quidam velatis incedunt capitibus, alij denudatis. Cùm igitur sit incongruum, vt in vno, & eodem officio professio dispar existat, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus circa ea, quæ præmisimus corrigenda solicitudinem adhibeas pastoralem: vt & scandalum tollatur de medio, propter quod multa sunt sæpiùs omittenda, sicut iam alia vice tibi recolimus intimasse, atque in Cantuarien. ecclesia regimini tuo commissa, quæ celebrem locum obtinet inter ecclesias Anglicanas, nihil reprehensione dignum occurrat, vnde ad alias religionis, & honestatis exemplum conuenit deriuari. Tunc enim melius, sicut tua fraternitas non ignorat subditos tuos corrigere poteris, & ad frugem reducere meliorem: cùm in capite nihil inuentum fuerit, quod meritò debeat reprehendi.

Datum Lateran. idibus Septembris.

NOBILI VIRO R. COMITI LICIÆ. Quod illum recipiat sub protectionem Apostolicam.

DEuotionis, & fidei puritatem, quam erga nos, & Roma. ecclesiam matrem tuam, ac regiæ sublimatis coronam habere dignosceris diligentiùs attendentes, petitionibus tuis libenter annuimus, & eas quantum cum Deo, & honestate nostra possumus, gratanti animo promouemus. Ea propter dilecte in domino fili tuis iustis precibus grat. conc. assensum personam tuam cum omnibus bonis quæ impræsentiarum rationabiliter possides, specialiter autem Licij comitatum, aut in futurum iustis modis Deo propitio poteris adipisci, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti pagina communimus. Nulli ergò, &c.

TARVISINO EPISCOPO. NE Clerici comam nutriant, aut habitu laico vtantur.

SIgnificasti nobis per litteras tuas, quòd quidam clerici tuæ diœcesis, licet ecclesiastica beneficia sint adepti, comam nutriunt, quidam etiam incedunt in habitu laicali, laici quoque ascribi volentes militiæ clericali, cùm à te promoueri non possint, cum litteris archidiaconi tui ad Episcopos vicinos accedunt, & ab eis se faciunt ordinari. Volentes igitur huiusmodi excessibus obuiare, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus clericos, qui comam nutriunt, & incendunt in habitu laicali, nisi, ad commonitionem tuam depositam comam, & clericalem seruauerint tam in vestibus, quàm in aliis honestatem, vsque ad correctionem idoneã, à beneficiorũ suorũ perceptiõe, sublato appellationis obstaculo, nostra, & tua fretus auctoritate suspendas. Interdicas aũt archid. tuo, ne sine cõscien-

scientia, & auctoritate tua concedat suas litteras promouēdis: & eis etiam districtè prohibeas, ne ad ordines taliter audeant conuolare. Quòd si cōtra prohibitionem tuam venire præsumpserint, executionem eis ordinum susceptorum taliter interdicas. Datum Lateran. XV. Cal. Octobris.

FRed. Dei gratia Rex Siciliæ, ducatus Apuliæ, & principatus Capuæ, hominibus de Monteflascone fidelibus suis salutem, & dilectionem. Cùm charissimi in Christo Patris nostri domini Innoc. summi Pont. & ecclesiæ Rom. circa nos, & regnum nostrum, non modica iugiter beneficia sentiamus, in quibus possumus, grata sibi volumus filialis deuotionis vicissitudine respondere: & tam regaliter, quàm humiliter eius implere beneplacitum voluntatis. Gaudemus autem, quod (sicut accepimus) ad fidelitatem matris vestræ, & ipsius summi Pontificis humili curastis deuotione redire, & in ea fideliter, & firmiter permanetis. Ne autem de iuramento, quod nobis præstitisse dicimini, in posterū dubitetis, præsentes vobis duximus litteras destinandas, quibus, & affectum nostrum exprimimus, dum id gratum scribimus nos habere, & tanquam ecclesiæ filij, vos ad fidelitatem eius regaliter exhortamur: monentes vt sic in ea persistere procuretis, vt non ex temeraria leuitate, sed ex deliberatione discreta, potiùs ad id videamini processisse.

Datum Panor. XXII. men. Iunij, secundæ Indictionis.

CAPITVLO PENNEN. QVOD ipsorum electus Episcopus, quia ante confirmationem ministrarat, priuatus sit.

Ca. Qua liter. de electiõe.

QValiter post obitum bonæ memoriæ Pennen. Episcopi, ecclesia vestra vacante, receptis priùs super electione facienda litteris nostris, Primicerium vestrum vobis elegeritis in pastorem, vos tanquam auctores electionis ipsius plenius cognouistis. Verùm quoniam electus à vobis, ante confirmationem obtentam, administrationi Episcopatus se irreuerenter immiscuit, & tam à clericis, quàm à laicis iuramenta recepit, non attendens quòd secundum Apostolum, nemo sibi debeat honorem assumere, sed qui vocatur à Deo tanquàm Aaron, nec donum scientiæ, Pontifici conueniens, fuerat assecutus, cùm iuxta verbum dominicum, qui fecerit, & docuerit, magnus vocetur in regno cœlorum. Postquàm nobis eundem præsentastis electum, sufficienti examinatione præmissa, communicato fratrum consilio, electionem de ipso factam, exigente iustitia, duximus irritandam, quicquid ob eam, vel ex ea secutum est, denunciantes penitùs non tenere. Ne autem gregi dominico diu desit cura pastoris, & ex defectu ipsius, ecclesia vestra incurrat dispendium, & iacturam, vniuersitati vestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus conuenientes in vnum, sicut moris est, & spiritus sancti gratia inuocata, virum idoneum, & qui vita, & scientia sit sufficiens Pontificali oneri, & honori, post receptionem præsentium infra mensem, in patrem, & pastorem animarum vestrarum, per electionem vobis canonicam, assumentes, electum ipsum nobis postea præsentetis, à nobis, vt dignum fuerit, viceregia petituri consensum, & confirmationem auctoritate Apostolica recepturi. Alioquin aliquos ex vobis ad præsentiam nostram, ex parte omnium transmitti volumus, & mandamus secundum assignationem nostram, pastorem idoneum recepturos.

Datum Lateran. XI. Cal. Octobr.

FESVLANO EPISCOPO. QVA ipsi cognitio causæ hic expressè committitur.

CVM ex conquestione dilectorum filiorum fratrum Camaldulen. dudum ad nostram notitiam peruenisset, quòd prætextu cuiusdam chartæ, quam Prior eorum, ipsis nescientibus, fecisse proponitur, filij R. de Gall in. Castrum Castilionis sibi contendierent cum eius curia vendicare, atque Camaldulen. heremum ex hoc multipliciter prægrauarent, nos ven. fratri nostri Aretin. Episcopo de-

po dedimus in mandatis, vt nisi præfati nobiles possessiones easdem, fratribus ipsis restituerent, quemadmodum tenebātur, ipse ad hoc eos per censuram ecclesiasticam cogeret, appellatione remota, iustitia mediante. Verùm sicut idem nobis Episcopus suis litteris intimauit, postquam prædicti nobiles ab ipso vocati nostras litteras transcripserunt, vtraque partium præfixo termino in eius præsentia constituta, & priore Camaldulen. plenè factum narrante, vnus eorum videlicet ad obiecta respondit: & post multa prouocantes, & recusantes Episcopum, scripturam sibi sub trium nominibus porrexerunt. qua eum tanquam patronum Camaldulen. heremi dicebant esse suspectum: & ne tempore præcipuè messium eos sub suo cogeret examine litigare, sedem apostol. appellarunt. Sed eis die sequenti reuersis, & renunciantibus non recusationi, quam fecerant, sed appellationi duntaxat, Episcopus partibus alium terminum assignauit: in quo dum de recusatione contenderent coram ipso: potestas Aretin. superueniens, & iudicium illud ad se pertinere proponens, ne in causa procederet, interdixit, & ad nostram audientiam appellauit. Nos igitur deliberatione super hoc habita diligenti, fraternitati tuæ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus causam inter prædictum nobilem, & fratres Camaldulen. non obstante contradictione, vel appellatione cuiusquam audias, & decidas: cogens partes per censuram ecclesiasticam, &c. Taliter autem Deum habens præ oculis, omni gratia, & timore postpositis, in ipsa causa procedas, quòd zelum iustitiæ videaris habere, nosq; tuæ solicitudinis studium de beamus merito commendare. Nullis litteris veritati, & iustitiæ, &c. Datum Lateranen. IX. cal. Octobris Pontifi. nostri anno secundo.

PANORMITAN. MONTIS regalis, & Messanen. Archiepiscopis, & Episcopo Troian. regni Siciliæ cancellario, & nobili viro B. de Lucy. Vt de regni bonis alienata reflituant.

IN quot, & quantis vobis duxerimus deferendum, vos per experientiam operis credimus didicisse. Cùm licet regni Balium nobis fuerit ex inclytæ recordationis C. Imperatricis testamento relictum, vos tamen administrationem eius ferè totam liberè permiserimus exercere, sperantes, quòd & vos ad honorem apostolicæ sedis, & nostrum, salutem regis, & statum regni specialiùs intendere debeatis. Iamdudum autem audiuimus, quòd vos multa de dominio Regis diuersis personis in beneficium assignastis, propter quod contra vos graue scandalū est subortum, & ad nos etiam per plurium litteras, & nuncios, & fama publica clamante delatum. Ne autem id de cætero vel ad culpam nobis, vel vobis imputetur ad pœnam, præsertim cum distractiones huiusmodi fieri ad preces vestras, litteris curauerimus apostolicis inhibere, discretionem vestram monemus, & exhortamur attentius, ac per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus ea, quæ minus vtiliter distraxistis, studeatis vtiliter reuocare, manus vestras de cætero ab huiusmodi compescentes: ne nos licet inuitos statuere aliud compellatis. Pecuniam autem, pro qua dilectum filium M. Campsorem nostrum direximus, ei soluere non tardetis: quoniam tam eam, quàm aliam pro reprimendis regni hostibus, dante domino, studebimus vtiliter erogare. Ad hæc super custodia regis, & regni, volumus & mandamus vos efficaciter intendere, ac solicitè vigilare.

Datum Late. V. cal. Octobris.

MAGDEBVRGEN. ARCHIEpiscopo, & de Burgelim, & de cella sanctæ Mariæ Abbatibus. Vt diuortij inter Ducem Bohemiæ & vxoris suæ causam, Pontifici perscribant.

EX

EX conquestione nobilis mulieris A. nobis innotuit, quòd cùm dilectus filius Dux Bohemiæ illam duxisset legitimè in vxorem, & ipsam viginti annis, & amplius velut vxorem legitimam pertractasset, filiis, & filiabus ex ea susceptis, & eandem, suadente humani generis inimico, à suo consortio separauit: & N. Pragen. Episcopus conuocato quorundam prælatorum concilio in quodam monasterio ad petitionem, & mandatum ipsius Ducis, ipsa volente ad eos accedere, vt suas coram eis proponeret rationes, militibus eiusdem Ducis prohibentibus, ei bis, vel ter ingressum ex parte illius, appellatione ad sedem Apost. interposita, sententiam inter eos diuortij non est veritus promulgare: ac demum ipse Dux quandam aliam, videlicet sororem charissimi in Christo filij nostri Illustriss. Regis Vngariæ superduxit. Quoniam igitur hæc salua conscientia præterire non possumus indiscussa, cùm secundum Apostolum simus omnibus debitores, discretioni vestræ per Apost. scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus vocatis ad præsentiam vestram, quos propter hoc noueritis esse vocandos, inquiratis diligentiùs veritatem: & quicquid inueneritis, nobis per litteras vestras intimare minimè differatis, vt ex vestra relatione sufficienter instructi, liberiùs in ipso negocio, prout ad nostrum officium pertinet, procedere valeamus.

Nullis litteris, &c.

HIEROSOLYMITANO PAtriarchæ Lidden. Episcopo, Hierosolymitani hospitalis, & militiæ templi Magistris. Vt collectam transmissamq; eleemosynam fideliter distribuant: & statum terræ Sanctæ rescribant.

TAM ex litteris nostris, quàm relatione multorum propositum, quòd de subuentione terræ orientalis assumpsimus, vobis iam credimus patuisse: quæ licet propter guerras & discordias, quæ peccatis exigentibus fortius, & frequentius solito pullulant in populo Christiano, aliquandiu differatur, non tamen vobis debet fiducialm spei ratæ vtilitatis auferre: cùm, & siquidem audito quòd cum Sarracenis treugas inissetis, ad tempus aliquantum tepuerint, nos non tepeamus in aliquo, sed proposito potius insistamus: quamuis propter impedimenta prædicta nec possibilitas voluntati plenè respondeat, nec affectus in omnibus concludat effectum. Quid autem super hoc à nobis, & fratribus nostris, his præsertim quos ad hoc duximus specialiter deputandos, actum existat, & qualiter sit processum, discretionem vestram non credimus ignorare: cùm per diuersas prouincias, & litteras direxerimus, & Legatos ad exhortandos populos ad subsidium vestrum, & ecclesiarum Prælatos, ad id mandauerimus ecclesiastica districtione compelli. Apostolorum igitur vestigiis inhærentes, qui collectas faciebant in gentibus, vt fratribus in Hierusalem indigentibus subuenirent, nauim expensis propriis fieri fecimus, & frumento collecto ex fidelium eleemosynis onerari: quod per dilectos filios Raymundum Hierosolymitani hospitalis, & M. militiæ templi fratres, & I. monachum duximus destinandum: qui de concilio vestro illud magis indigentibus gratis distribuant, & discretè. Speramus enim quòd armis orationum, & eleemosynarum adiuti, cùm fuerit datum ab illo, qui fortium artus infirmat, & manus humilium docet ad bellum: qui non in numerositate bellantiu, sed in multitudine miserationum suarũ saluos facit, de sua misericordia confidentes, id obtinebimus, quòd alias non potuimus hactenus obtinere. Credimus etiam, quòd principibus, & populis Christianis optata tranquillitate concessa, expectatum in Christo subsidium sentietis. Ideoque discretionem vestram monemus, & exhortamur attentiùs, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus ad distribuendam gratis prædictam eleemosynam indigentibus, discretæ prouisionis aciem extendatis, & statum Hierosolymitanæ prouinciæ nobis per litteras vestras frequenter, & veraciter intimetis. Sicut enim expedit, vt ueri nobis rumores sæpiùs exponantur, sic est vtile, vt hi supprimantur penitus, qui mixturam sapiunt falsitatis.

CAPITVLO CAPVANO. VT MATURE nouum Episcopum eligant, non diu expectatis his, qui longiùs aberant.

CVm inter vniuersas metropoles, Capuana sit Apostolicæ sedi vicinior, ad prouisionem ipsius specialiùs aspiramus, talem ipsi personam præfigi cupientes, quæ, sicut alios metropolitanos loci vicinitate, sic & deuotionis affectu præcellat: per quam & ipsa metropolis, tam in spiritualibus, quàm temporalibus optatum suscipiat incrementum. Intelleximus autem per dilectos filios L. & P. canonicos vestros, & litteras, quas ad sedem Apostolicam detulerunt, quòd ad decanum, & alios concanonicos vestros Panormi manentes, cùm ex eorum parte vobis fuisset per litteras intimatum, vt ecclesiæ Capuanæ damna pensantes, sic tractaretis super electione substituendi pastoris, quòd nullum deberetis in eorum absentia nominare, quendam socium vestrum cum litteris destinastis, duodecim dierum terminum assignantes, infra quem, post receptionem litterarum vestrarum, iter arriperent redeundi: quamuis ecclesiastica consuetudo non exigat, vt ad electionē pastoris, canonici rā remoti vocentur: & illi præcipuè, qui longè antequam vos metropolitani vestri obitum præsentialiter cognouerunt, quorū aliqui post eius decessum, ad Capuanā ecclesiā sunt reuersi. Quia verò mora longior in electionibus est valde suspecta, immò sæpe damnosa, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus inuocata Spiritus Sancti gratia, personam idoneam per electionem canonicam concorditer assumatis ad regimen ecclesiæ Capuanæ: consequenter ad nostram præsentiam nuncios idoneos transmissuri, per quos à nobis vice regia postuletis assensum, & Apostolicæ confirmationis gratiam requiratis, attentiùs prouisuri, vt eo discretionis, & Charitatis studio procedatis, quòd nec in electione vitium, nec in electo defectus valeat inueniri. Alioquin & factum electioni reuocaremus in irritum, & personas eligentium puniremus.

VNIVERSIS CHRISTI FIDELIBUS in Saxonia, & Vuestfalia constitutis. Vt Liuonienſem Episcopum, clerum, & ecclesiam contra Paganos defendant.

SICVT ecclesiasticæ læsionis censura compelli non patitur ad credendum inuitos: sic sponte credentibus Apostolica sedes, quæ mater est omnium generalis, munimen suæ protectionis indulget, & fideles ad defensionem eorum salubribus monitis exhortatur: ne si nuper conuersis negatum fuerit defensionis auxilium, vel in primos reuertantur errores, vel eos saltem pœniteat credidisse. Accepimus enim quòd cum bonæ memoriæ M. Episcopus Liuonien. fuisset prouinciam Liuonien. ingressus, in verbo domini laxans prædicationis suæ retia in capturam, inter populos Barbaros, qui honorem Deo debitum animalibus brutis, arboribus frondosis, aquis limpidis, virentibus herbis, & spiritibus immundis impendunt, vsque adeò domino concedente profecit, vt multos à suis erroribus reuocatos, ad agnitionem produceret veritatis, & sacri baptismatis vnda renatos, doctrinis salutaribus informaret. Verùm inimicus homo, qui tanquàm leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, inuidens conuersioni eorum, pariter & saluti, persecutionem paganorum circumadiacentium in eos iniquis suggestionibus excitauit, cupientiū eos delere de terra, & de partibus illis Christiani nominis memoriam abolere. Ne igitur nostræ negligentiæ valeat imputari, si hi, qui iam crediderunt, retrò cogantur abire, ne præsumant aliqui fidem nostram recipere, si illi, qui iam receperunt, à paganorum incursibus remanserint indefensi, vniuersitatem vestram monemus, & exhortamur attentiùs, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus nisi pagani circa Liuonien. ecclesiam constituti, cum Christianis treugas inire voluerint, & initas obseruarint, ad defensionem Christianorū, qui sunt in partibus illis, potenter, & viriliter in nomine Dei exercituum assurgatis. Nos autem omnibus de partibus vestris, qui Sanctorum limina visitare voluerunt,

uerunt, præsentium auctoritate concedimus, vt inuoti commuttatione emissi, in defensionē Liuonien. ecclesię, ad partes illas, pro reuerentia nominis christiani, procedant. Omnes si quidem, qui ad defendendam Liuionen. ecclesiam, & christianos in illis partibus constitutos diuino zelo succensi duxerint transeundum, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & eis apostolici patrocinij beneficium impertimur.

Datum Lateran. III. nonas Octobris.

In eundem modum vniuersis Christi fidelibus in Sclauia constitutis.

In eundem modum vniuersis Christi fidelibus trans Alpiam constitutis.

CIVITATEN. EPISCOPO, BAronibus, Militibus, & vniuerso populo in comitatu Ciuitatens. constitutis. Vt Theatino præfecto obediant & obsequantur.

CVm defensio vestra, pariter & tutela specialiter ad nos, non solū ex solicitudine pastoralis officij, verùm etiam Balij ratione pertineat, præter id etiam, quòd regnum Sicilię ad ius, & proprietatem apost. sedis dignoscitur pertinere, ne ab aliquo sustinere possitis molestiam, vel grauamen, paterna duximus solicitudine prouidendum. Inde est, quòd dilecto filio nobili viro R. comiti Theatino viro vtique prouido, & prudenti nostris dedimus litteris in mandatis, vt ipse, qui vicinitate vobis ad defensionem, & tuitionem melius potest intendere, vos protegat, & defendat: nec permittat vobis grauamen aliquod irrogari. Quocirca vniuersitati vestræ per apostolica scripta mandamus, & districtè præcipimus, quatenus eidem nomine regio tanquam procurarori vestro à nobis super hoc constituto, de cætero intendentes in omnibus necessitatibus vestris eius consilium, & auxilium requiratis.

Datum Lateran. VII. idus Octobris.

CAPITVLO FVNDANO VT reiecta electione vitiosa, & illegitima, dilectum & probum legitimæ ætate præditum eligant Episcopum.

CAssata olim electione Ioannis de Pastina, quem vobis elegeratis in pastorem, tam propter electionis vitium, quàm electi defectum, vobis dedimus in mandatis, vt conueniretis in personam idoneam, pariter & honestam. Sed vos in vestra diutiùs contumacia persistentes, cassatam electionem nitebamini denuò innouare. Nos autem, licet potuisse mus consulere per nos ipsos ecclesiæ tandiu viduatæ pastore, adhuc tamen vos ad electionis concordiam curauimus inuitare. Tandem cùm nihil apud vos proficere videremus, vobis dedimus in mandatis, vt infra certum terminum ad nostram præsentiam veniretis Episcopum recepturi. Venerabili etiam fratri nostro Terranicen. Episcopo mandasse meminimus, vt nisi vos mandatum apostolicum impleretis, in vos tam officij, quàm beneficij suspensionis sententiam promolgaret. Cæterùm vos adhuc contra vetita venientes, dilectum filium P. Primicerium vestrum adhuc acolitum, cum iam nullum vobis liceret eligere, in Episcopum elegistis. Quamuis autem personam eiusdem Primicerij ad maiora etiam reputemus idoneam, vt potè cuius scientiam, & conuersationem olim in scholis intelleximus pleniùs per nos ipsos, quia tamen propter defectum ordinis, & contra interdictum apostolicum est electus, electionem ipsius, velut contra Sanctiones canonicas attentatam, de fratrum nostrorum concilio duximus irritandam. Quia igitur vos non ad recepiendum Episcopum iuxta mandatum nostrum, sed ad repræsentandam nobis electionem, quam feceratis, ad sedem apost. accessistis, & ex hoc non impleuisse mandatum nostrum, sed illud probamini potius fuisse transgressi, dicto Terracinē Episcopo dedimus in mandatis, vt ita in vos secūdum formam priorum litterarum procedat sicut cōtra vos, si non accessisletis ad Romanam ecclesiam, fuerat processurus.

Datum Lateran. V. Idus Octobris.

Illi scriptum est super hoc.

ABBATI DE VVALCHENRIETH. vt Gerlacus monachus qui indicem sibi præfidit, à celebratione missarum arceatur.

ACcedens ad præsentiam nostram Gerlacus monachus tui monasterij, humili nobis insinuatione monstrauit, quòd cum missarum officia celebraret, animi negligentia faciente, verba canonis frequenter inordinatè protulit: propter quod ipsa verba, & quædam, quæ Presbyter in ipso Sacramento dominici Corporis secundum ecclesiasticam constitutionem diligenti cura debet peragere, aliquoties iterauit: vnde vehementi dolore commotus, sibi summitatem digiti sinistrę manus, qui index dicitur, amputauit. Nos autem ei præcipimus, vt à missarum celebratione deinceps abstineat: concedentes eidem, vt iniunctam sibi pœnitentiam peragens, de indulgentia nostra possit in aliis officiis ministrare, ipsumque tibi duximus remittendum, per Apostolica scripta mandantes, quatenus eum fraterna studeas charitate tractare.

Datum Lateran. II. idus Octobris.

EPISCOPO, DECANO, ET CAPITULO Pictauen. Vt N. Cameræ Apostolicę scriptorem in canonicum recipiant.

SI debita solicitudine pensaretis, quid honoris, & reuerentiæ Romanæ ecclesiæ debeatis, cui si non obediretur, nulla vobis reuerentia poterit exhiberi, & quò modo vos in vestris petitionibus curauerit exaudire, in exequendis illis, quæ vobis iniungit, nequaquam vos exhiberetis difficiles, vel rebelles: vnde cum tempus aduenerit opportunum, vestra duritia nos plenius informabit, qualiter in postulationibus vestris communibus, vel priuatis, debeatis nos benignos, vel propitios, inuenire. Veruntamen si vigeret in vobis deuotionis affectus, & discretionis acumen, possetis in pluribus cognouisse, non esse vtile, vel fructuosum ecclesiis, mandatis Apostolicis temeritate qualibet reluctari. Vos autem filij canonici nihil horum intelligentiæ spiritu capientes, mandatum Apostolicum, quod tam à felicis memoriæ C. Papa prædecessore nostro, quàm à nobis ipsis postmodum pro dilecto filio Vu. Cameræ nostræ scriptore canonicando in vestra ecclesia emanauit, contempsistis hactenus adimplere. Sanè cum venerabilis frater noster Episcopus, & dilectus filius Archidiaconus Engolismen. sicut ex litteris ipsorũ accepimus, eundẽ Vu. de mandato eiusdẽ prædecessoris nostri canonicum instituissent in ecclesia Pictauen. procuratori suo locum in choro eius nomine assignantes, omnes cõtradictores eadem auctoritate nunciarũt excõmunicationis sententia detineri, nobis postmodum approbantibus quod factum fuerat ab eisdẽ. Cumque bonæ memoriæ A. quondam Episcopus Pictauen. in nostra præsentia ipsum scriptorem in fratrem & canonicum eiusdem ecclesiæ recepisset, eidem Episcopo viua voce deinde verò dilectis filiis Decano, Cantori, & I. Morel. canonico Xanctonen. nostris litteris districtè dedimus in mandatis, vt eum canonicam ipsam facerent plenè, ac pacificè possidere: contradictores, & rebelles per districtionem ecclesiasticam compescentes. Nos etiam irritantes, si quid eo non admisso priùs in elusionem mandati nostri foret ab aliquo attentatum, eisdem iniunximus, vt vobis districtius inhiberent, ne præsumeretis in aliqua canonicorũ ordinatione procedere, donec de ipso madatum nostrum esset plenius adimpletum. Iidem autem executores, sicut ex eorum litteris perpẽdimus manifestè, cùm post tertiam, & quartam etiam commonitionẽ nihil possent apud vos cõmonendo proficere, vestram suppositionem ecclesiam interdicto, & personas omniũ receptioni eius contradicentium excommunicationis vinculo innodantes, vtrãq; præceperunt sententiam firmiter obseruari: inhibentes districtius, ne ante receptionem sæpè dicti scriptoris aliquos præsumereris in vestra ecclesia ordinare. Interea verò cum dilecti filij N. Subdiaconus, I. Arnaudi, & P. de Laudun. canonici, & nuncij ecclesiæ vestræ ipsum in canonicum, & in fratrem in nostra præsentia recepissent, & nos vobis iniuxissemus districtè, vt eum recipere minimè

mè differretis, procuratori eius stallum in choro, & locum in capitulo cum plenitudine honoris canonici assignantes. Licet vobis fuissemus grauiter comminati, quòd si illa vice vestra non posset duritia emolliri, manus nostras in vos curaremus duriùs aggrauare: vos hæc omnia pro nihilo reputantes, non solùm id efficere noluistis, verum etiam diuina officia in interdicta ecclesia celebrare: & vt contumacia vestra manifestiùs appareret, duos canonicos, post inhibitionem ex parte nostra factam, in eadem ecclesia in elusionem mandati nostri instituere præsumpsistis. Nos igitur hęc in patientia nolentes vlterius sustinere, ne contumacibus, & rebellibus contradicendi, & reluctandi materiam præbeamus, cùm in obedientia secundum Propheram, idololatriæ comparetur, per apostolica vobis scripta mandamus, & in virtute obedientiæ districtè præcipimus, quatenus eundem scriptorem, omni contradictione, dilatione, & appellatione sepositâ, in fratrem vestrum, & canonicum admittentes, procuratori eius stallum in choro, & locum in Cap. cum plenitudine honoris canonici assignetis: ne solitæ dilationis obstaculum prætendatis, propter quod eius institutio differatur. Alioquin noueritis nos venerabili fratri nostro Archiepiscopo, & dilecto filio cancellario Turonen. districtè, & in virtute obedientiæ, nostris litteris iniunxisse, vt nisi infra viginti dies post commonitionem ipsorum, prædictum scriptorem nostrum, iuxta formam mandati nostri receperitis in canonicum, & in fratrem: te frater Episcope, si fortè (quod non credimus) reluctari præsumpseritis, cum etiam non fis vritus celebrare in ecclesia interdicta veritate super hoc cognita denuncient esse suspensum, & vos filij canonici excommunicationis vinculo non differant innodare: cessantes penitus quicquid de institutione canonicorum ipsorum in elusionem mandati nostri, per vos nosciturattentatum: eosdem excommunicationis vinculo innodantes, & expoliantes beneficijs, si qua habent, si pro canonicis Pictauen. præsumpserint se habere. Eisdem etiam dedimus in mandatis, vt tam interdictum ecclesiæ Pictauen. quàm vtranque sententiam tandiu, inuiolabiliter appellatione remota, faciant obseruari, donec mandatum nostrum fuerit adimpletum: & cum testimonio sigillarum litterarum pro satisfactione nobis præstanda, nuncios idoneos ad nostram præsentiam duxeritis transmittendos.

Datum Lateran X. cal. Octobris.

Illis scriptum est super hoc.

BRACAREN. ARCHIEPISCOPO, & priori ecclesiolæ, & F. Menendi de monacho Alcobatia Vt controuersiam Episcopi Colimbrienſis, contra templarios diiudicent.

REferente Ven. fratre nostro Colimbrien. Episcopo apud sedem apostolicam constituto nostris est auribus intimatum, quòd cum quæstio dudum inter Colimbrien. ecclesiam, & templarios agitata super ecclesijs de Palumbario, Rodina, & Ega, ex conquestione ipsius Colimbrien. ecclesiæ, ad felicis recordationis Lucij Papæ prædecessoris nostri audientiam peruenisset, bonæ memoriæ C. Bracaren. Archiepiscopo, & F. Portugalen. Episcopo, eam commisit fine canonico terminandam: vt si dicti templarij ad eorum præsentiam non accederent, aut eorum iudicio contemnerent obedire, absque appellationis diffugio in eosdem seueritatem canonicam exercerent. Cum autem iudices ipsi partes tandem edicto peremptorio citauissent, templarij obtentu appellationis in prima citatione ad sedem apostolicam interpositæ, licet in commissorijs litteris remedium esset appellationis sublatum, ad diē peremptorium nec venerunt, nec pro se miserunt aliquem responsalem: quos infra certum tempus coram se iuri stare mandarunt. Alioquin iura Episcopalia in dictis ecclesijs adiudicarunt Colimbrien. ecclesiæ iudices antedicti: & nisi eorū sententia pareretur, tā ecclesias, quā earum parochianos supposuerunt ecclesiastico interdicto christiana sepultura etiam interdicta. Consequenter verò templariorū nuncius à bonæ memoriæ Vrbano Papa prædecessore nostro, sub ea forma cōmissionis

sionis litteras impetrauit, vt ante ingressum causæ, à templarijs sufficienti cautione recepta, quòd super his iuri parerēt delegati soluerent interdictum, & si alterutra pars duceret appellandum, vsque ad diffinitiuam sententiam procedentes, gesta omnia transmitterent sigillorum suorum munimine roborata, & diem partibus assignarent, quo venirent ad sedem apostolicam sententiam recepturæ. Ex quarum nimirum litterarum tenore non fuit processum: quoniam pars, quæ rescriptum impetrauerat, illud iudicibus non ostendit. Vnde in ecclesijs memoratis interdictum postea non extitit relaxatum, quod templarij, sicut dicitur, non seruarunt. Cumque processu temporis dilectus filius noster G. Sancti Angeli diac. Card. in Hispaniæ partibus legationis officio fungeretur, Episcopo, & Archidiacono Vlixbonen. suis dedit litteris in mandatis, vt aut causam eandem sine debito terminarent, vel sententias à prioribus iudicibus promulgatas, vice sua ratas habentes, quæ continebantur in eis, facerent à partibus firmiter obseruari. Sed responsalibus ecclesiæ Colimbrien. ad diem peremptorium venientibus coram eis, & templarijs, sicut priùs fecerant, venire contemnentibus, vel mittere responsalem, iudices latas à prioribus sententias confirmarunt, ne scilicet diuina celebrarentur officia in ecclesijs ante dictis, neque sepelirentur in eis corpora defunctorum, nec primitiæ decimæ, vel mortuaria, militiæ templi fratribus soluerentur: excommunicationi subdentes, qui contra hoc facere attentarent. Sed dicti fratres in sua contumacia nequiter permanentes, obseruare præfatas sententias penitus contradicunt. De Venerab. quoque fratribus nostris Lamecen. Vlixbonen. & Visen. Episcopis ecclesiæ Colimbrien: afflictæ afflictionem addentibus, quorum primus ecclesias supradictas, alter ecclesiam de Thomar. in Colimbrien. diœcesi constitutam, tertius verò ecclesias de Larena præsumpsit, spreta prohibitione Colimbrien. ecclesiæ, consecrare. Memoratus Colimbrien. Episcopus grauem in auditorio nostro proposuit quæstionem, obnixè deposcens, vt tam iplorum, quàm aliorum prædictorum excessus animaduersione vellemus canonica castigare: per quos sæpe dicta Colimbrien. ecclesia enormem sustinuerat læsionem. Nos igitur ab ipsius clamoribus, qui apud nos, sicut vestra nouit discretio moram fecerat longiorem, auditum auertere non valentes, & de prolatis delegatorum sententijs, quantum patuit per authentica scripta, certiores effecti, sed vtrum obseruare fuerint ignorantes, quamuis iam dictus Colimbrien. Episcopus eas constanter assereret non seruatas, discretioni vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus solum Deum habentes præ oculis, gratia quoque ac timore postpositis, inquirentes super his, quæ præmissa sunt, diligentiùs veritatem, si iam dictis delegatorum sententijs auctoritate postmodum apostolica minimè relaxatis, inueneritis paritum non fuisse, templarios in legitimis expensis vestræ discretionis arbitrio moderandis factis ob hanc causam, Colimbrien. ecclesiam condemnetis: ad quarum præstationem eos per excommunicationis sententiam, appellatione remota, cogi volumus, & mandamus à quibus sufficienti cautione recepta, quòd coram vobis iuri parebunt, interdicto soluto audiatis causam, & eam, appellatione cessante, fine canonico decidatis. Si verò nominati fratres præmissam præstare noluerint cautionem, vos sublato cuiuslibet contradictionis, & appellationis obstaculo, in possessionem earundem ecclesiarum causa rei seruandæ Colimbrien. mittatis ecclesiam, & tueamini per districtionem ecclesiasticam introductā. Sacerdotes quoque, & alios clericos, quos in illis ecclesijs interdictis inueneritis officia celebrasse diuina, excommunicationis gladio percellatis, & tandiu faciatis sicut excommunicatos arctius euitari, donec cum vestrarum testimonio litterarum nostro se conspectui præsentarint. Episcopos autem prædictos, si iuxta quod superius est expressum, ecclesias illas inueneritis temerè consecrasse, appellatione cessante à pontificali officio suspendatis. Sic autem in præmissis articulis iuxta rescripti nostri continentiam,

non

non obstante rescripto aliquo, veritate tacita per subreptionem lite pendente, à sede apostolica impetrato, fideliter, ac prudenter appellatione post posita procedatis: nec processum causæ impediat, si super hoc se dixerint, certum nuncium ad nostram præsentiam transmisisse: quòd protractas diutiùs controuersias, per vestram gaudeamus solicitudinem terminatas. Testes, &c. cogantur. Quòd si omnes, &c. tu frater Archiepiscope cum eorum altero.

Datum Lateran. II. idus Octobris.

ARCHIEPISCOPIS. EPISCOPIS, Abbatibus, Prioribus. & vniuerso clero in regno Francię constitutis. Vt Regem suum hortentur, Vt Apostolicis mandatis obtemperet. & repudiata, pellice, legitimam vxorem recipiat.

ANxiatur in nobis ex amaritudine spiritus, & cor nostrum præ dolore turbatur, dum in causa matrimonij charissimi in Christo filij nostri Philippi Francorum Regis Illustris. declinare ad sinistram, vel dextram pertimescimus, ne videamur plus homini deferre, quàm Deo, & rursus regia via in regem ipsum procedere molestamur: cùm in eo propter prærogatiuam dilectionis, & gratiæ, nos ipsos reputemus offendi. Monet enim, & mouet nos vehementiùs contra eum, & debitum pastoralis officij, & fortiùs Finehes zelantis legem domini notum vobis exemplum inducit: sed angit nos plurimum, & retrahit aliquantum gratia specialis, quam ad eundem regem habemus, & quam non solùm circa ipsum, sed circa totum regnum Francorum opportunitate concessa proposuimus exhibere. Reducente enim ad mentem, & infra nos ipsos sæpius reuolentes beneficia, nobis olim in ipso regno scholasticis insistentibus disciplinis impensa, & à Deo donum scientiæ quantæcunque collatum, præter debitum officij pactoralis, quo sumus singulis debitores, nos tam regi, quàm regno specialiter teneri fatemur, & non solùm à regis grauaminibus, quantum licet manum retrahimus, sed ad honorem ipsius, & regni eius augumentum ardentius aspiramus. Cæterum attendentes quòd nos dominus (licet immeritos) in sede iustitiæ collocauerit, & Vicarios sui, & apostolorum Principis constituerit successores, ne videamur acceptorum beneficiorum ingrati, si ei, qui nos de puluere susceitatos inter principes, immo supra principes sedere voluit, & de principibus iudicare hominem præferamus, ne sine causa etiam accepisse dicamur ligandi, & soluendi per Beati Petri merita potestatem dissimulare non possumus, quin exhibeamus iustit. postu. & errantes ad rectitudinis tramitem reuocemus, ferrum etiam apponentes vulneribus, quæ fomentorum non sentiunt medicinâ. Considerantes præterea, quòd salus animæ præferenda sit corporis voluptati, & vtilitati, quàm voluntati potius deferendum, cùm multa beneficia præstentur inuitis, ne vel odisse filium, si virgæ parcamus, vel ægro videamur causam interitus præstitisse, si vulneribus fotis oleo, vinum super infundere differamus, saluti regis ipsius consulere disposuimus, & honori: credentes quòd quantuncunque contra nos, immò licet iniustè forsitan moueatur, ad mentem tamen reuersus, cùm remedium senserit medicinę, tantò nobis reddetur, & apostolicę sedi deuotior, quātò in corrigēdo excessu, per quem Deum sibi reddit offensum, per quem excusandas excusationes in peccatis, & in contemnendis ecclesię sacramentis factus est alijs prǫuaticationis exemplum: per quem etiam fama eius est apud bonos, ne dicamus penitus, plurimum offuscata, maiorem in nos ex charitate fuerit seueritatem expertus. Ecce enim Dux Bohemię sicut accepimus, ipsius secutus exemplum, svxore relicta legitima, simili modo adulteram superinducere non expauit: sed alij principes, & priuatę personę iudaizare dando libellum repudij suis vxoribus sunt parati, nisi principijs citius occurratur. Licet enim bonę memorię C. Papa prędecessor noster sententiam illam diuortij quin potius illius ludibrij fabulam, de fratrum concilio duxerit penitus irritandam, diligenter eum admonens, & frequenter, vt prędictam Reginam reciperet in gratiam coniugalem: ipse tamen prauo vsus concilio, post inhibitiones multipli-

tiplices, in grauem contemptum ecclesiæ aliam super inducere non expauit. Nos autem volentes olim Regem ipsum tractare in spiritu lenitatis, & eum ad tramitem rectitudinis salubribus monitis reuocare, ipsum circa nostræ promotionis initia, per venerabilem fratrem nostrum Parisien. Episcopum fecimus commoneri, & postmodum per litteras nostras diligenter induximus, vt, superinducta de finibus regni Frãcorum amota, Reginam reciperet memoratam, quam à se duxerat irrationabiliter amouendam: iuris ei licentiã nõ negantes quominus facta prius restitutione audiremus, & exaudiremus, si quid duceret rationabiliter proponendum. Cur enim non potius eligat, quod iustum est, & honestum, & declinet quod iniquum est & damnosum? vt si fortè desuper datum nõ fuerit, quòd prędictam Reginam retinere velit in gratia coniugali, remota ea, quam contra interdictum ecclesię superduxit, & recepta illa, quàm à se contra iuris ordinem separauit ex tunc, si de iustitia, & veritate confidit, & ista iudicio dimittatur, si fuerit, dimittenda, & illa si reducenda fuerit, reducatur: ne, si secus agi contigerit, & animæ periculum prædictus Rex incurrat per adulterium quod committit, & in genere suo scandalum ponat, cùm proles si qua fuerit hoc modo suscepta, non debeat censeri legitima, sed spuria potius iudicari. Licet autem nondum super hoc monitis nostris paruerit, & mandatis, ne tamen salutem ipsius negligere videamur, si quod incepimus, relinquerimus imperfectum, adhuc eum per dilectum filium nostrum P. Sanctæ Mariæ in via lata diac. Card. apostolicæ sedis legatum ad hoc ipsum mandauimus commoneri: dantes eidem legato firmiter in mandatis, vt nisi Rex ipse monitis nostris, & eius aurem curauerit facilem adhibere, & ipse adhuc ei forsitam voluerit super interdicto generali deferre, tam Regi, quàm superinductæ ac eorum familijs præter pœnitentias morientium, omni prorsus appellatione remota, interdicat omnia diuina officia, & ecclesiastica Sacramenta, & vbicunque præsentes fuerint eis præsentibus præter baptisma paruulorum, & pœnitentias morientium, tam sacramentu diuina, quàm ecclesiastica prohibeat officia celebrari. Ideoque vniuersitati vestræ per apostolica scripta mãdamus, & ex parte Dei omnipotentis, patris, & filij, & spiritus Sancti, auctoritate quoque Beatorum Apostolorum Petri, ac Pauli, & nostra in virtute obedientiæ districtè præcipimus, quatenus sententiam, quam idem Card. in Regem, super inductam, & eorum familias vel in regnum etiam duxerit proferendam, & vos sublato cuiuslibet appellationis obstaculo firmiter obseruetis, & faciatis ab alijs inuiolabiliter obseruari Si quis enim cuiuscunque dignitatis, vel ordinis eis post interdictum nostrum vel officia celebrare diuina, vec ecclesiastica præsumpserit inpendere Sacramenta, se nouerit ipsius dignitatis, & ordinis periculum incursurum. Cum enim ex hoc quæramus solicitè salutem regis ipsius, & amplius eum, quàm ipse se diligat, diligamus, vt pote quem nos in domino diligimus ad salutem, ipse se in animæ suæ perniciem diligit contra Deum, non timemus, si quod pro ueritate, ac iustitia contra nos scandalum oriatur: quoniam si Deus nobiscum, quis contra nos? nec poterit aduersus nos aliquorum machinatio prævalere, quia veritas, & iustitia nos defendent. Cùm autem de prærogatiua scientiæ, ac honestatis vestræ non modicùm confidamus, ne præter spem omnium eis comparare possitis, de quibus dicitur. Canes muti non valentes latrare: cùm hactenus libertas ecclesiastica maximè viguerit in regno Francorum, volumus, & mandamus, vt vos fratres Archiepiscopi, & Episcopi, & vos filij Abbates apud ipsum eundem Regem exhortationibus assiduis insistatis, quatenus effectum nostrum attendentes, qui licet salutem solicitè quæramus ipsius, eum tamen molestamus inuit, eligat parere potius monitis nostris, immo diuinis, quàm seueritatem ecclesiasticam experiri: cùm si nec sic potuerit reuocari, ne plaga remaneat incurra, seueritatem ecclesiasticam proposuerimus districtiùs exercere. Tanto autem his exequendis solici-

solicitius intendatis, quanto apud multos fama vestra est non modicum aggrauata, quod mediantibus quibusdam vestrum tantus sit perpetratus excessus. Quod si ad tempus omnissum sit hactenus, non tamen est omnino dimissum, quin possit, & debeat aduersus eos, si negligentes fuerint retorqueri.

Scriptum est autē super hoc prædicto Cardinali apostolicę sedis legato.

ARCHIEPISCOPO HIDRVNTINO & Episcopo Licien. Qua committitur illi causa Archiepiscopi Tarentini, contra ecclesiam S. Mariæ de Galeso.

SIgnificauit nobis venerabilis frater noster A. Tarentinus Archiepiscopus, quòd cùm ecclesia Sanctæ Mariæ de Galeso, sita prope ciuitatem Tarentinam, ecclesiæ Tarentinæ parochiali iure subiecta esset, R. Logotheta Tarentinus in præiudicium iuris ecclesiæ Tarentinæ, quæ per nimium parochialibus terminis angustatur, à sæde apost. rescriptum exemptionis obtinuit: occasione cuius, dictus Archiepiscopus non solùm ecclesia illa, sed quibusdam alijs capellis, iniustè se asserit destitutum. Quia verò apostolica sedes ab vniuersis ecclesijs iniurias tenetur repellere, non inferre, mandamus vobis, præcipientes, quatenus ad locum ipsum pariter accedentes, si vobis ita esse constiterit, non obstante memorato rescripto per subreptionem obtento, eandem ecclesiam cum prædictis capellis fore subiectam, sicut primò fuerat Tarentinæ ecclesiæ, sublato appellationis obstaculo, auctoritate apostolica decernatis, facientes quod decreueritis per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari.

Datum Lateran. IIII. cal. Nouembris.

N. DE LACV. N. DE HERMENrod. & N. de Heisterbach. Abbatibus. Qua ipsis committitur causa & lis super præpositura Colonien.

CVM pro controuersia maioris præpositurę Colonien. quę vertitur inter dilectum filium T. præpositum Sanctorum Apostolorum ex vna parte, & E. præpositum Sancti Georgij in Colonia ex altera, dilecti filij T. canonicus Sancti Gereonis, & H. sacerdos, procuratores prædicti præpositi. Sanctorum Apostolorum, & G. maioris ecclesiæ, & E. Sancti Seuerini canonici procuratores præfati præpositi Sancti Georgij ad sedem apostolicam accessissent, & vtriusque partis nobis litteras præsentassent, nil aliud postmodum de ipso negocio in conspectu nostro proponere curauerunt: sed post repræsentationem litterarum, secundò ad nostram præsentiam accedentes, vnanimiter postulauerunt à nobis vt causam ipsam vobis committere deberemus. Nos igitur ad petitionē ipsorum causam vobis committentes eandem, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis ad præsentiam vestram partibus audiatis quæ fuerint hinc inde proposita: & si fuerit de voluntate ipsarum, vt ad diffinitiuam sententiam procedatis vos solum Deum habentes præ oculis, omni gratia, odio, vel timore postpositis causam ipsam appellatione remota, fine canonico terminetis. Si verò in hoc partes noluerint consentire, vt per vos diffinitiua sententia proferatur, vos nihilominus vsque ad sententiæ calculum sublato cuiuslibet contradictionis, & appellationis obstaculo procedentes, allegationes, & gesta omnia vtriusque partis sigillorum vestrorum munimine roborata, nobis dirigere procuretis: terminum competentem partibus præfigentes, quo receptura sententiam nostro se debeant conspectui præsentare: ad quem si qua partium fortè venire contempserit, nos nihilominus in ipso negocio procedemus. Nullis litteris obstantibus præter assensum partium &c. Quòd si omnes &c. Duo vestrum &c.

Datum Lateran. III. nonas. Nouemb.

VNIVERSIS. AD QVOS LITTERÆ istæ peruerint. De facultatibus. Archiepiscopi Tarentini, legati Apostolici.

VNiuersitatem vestram volumus non latere, quòd nos venerabilis fratris nostri Tarentini Archiepiscopi fidem & prudentiā attendentes, ipsum vna cum nun-

nuncijs nostris alijs ad succursum,& dispositionem regni Sicilię destinamus,dantes ei liberam potestatem, vt illis,qui cũ eo ad obsequium nostrum, & ecclesiæ Romanæ processerint,& fideliter,ac deuotè perstiterint beneficia,& prędmia condigna retribuat: & si quid damni acciderit in equis vel armis(quod absit)integrè studeat resarcire.

Datum Lateran. VIII. idus Nouembris.

CONRADO MAGVNTINO Archiepiscopo. Episcopo Sabinen. Vt beneficia, per Hildesemensem Episcopum in diœcesi Herbipolensi collata,ipsi alijs conferre liceat:priori nulla collatione non obstante.

INter excessus alios animaduersione dignissimos suo loco & tempore auctore Domino puniendos, illud est etiam nostro apostolatui referatum, quòd C. quondam Hildesemen. Episcopus Herbipolen. ecclesiam ausu propriæ temeritatis vsurpans, in eius diœcesi nonnullis beneficia conferre præsumpsit, in contemptum apostolicæ sedis, & ipsius Herbipolen. ecclesiæ detrimentum. Nos igitur quod ab ipso factum est in hac parte denuuciantes irritum, & inane: quia deuotionem tuam sumus in multis experti, vt beneficia ipsa personis idoneis appellatione remota valeas assignare, auctoritate tibi præsentium indulgemus: firmiter inhibentes, ne vel illis qui de manu eius beneficia receperunt, uel alijs, qui ei iam excommunicatos participare non sunt ueriti, uel etiam obedire,tanquam indignis hmõi beneficia conferre præsumas. Nulli ergo &c.

Datum Latera. V. calendas Nouembris.

CASTELLAN. PERVSIL CLVsin. & Eugnain. Episcopis,& dilectis filijs Abbatibus,Prioribus,& alijs ecclesiarum prælatis in eorum diœcesibus constitutis Vt legatum Apostolicum reuerenter excipiãt

APOSTOLICA sedes, quæ disponente domino inter omnes ecclesias obtinet principatum, alios vocauit in partem solicitudinis,retenta sibi plenitudine potestatis, vtquoniã Rom. Pontifex.pro defectu conditionis humanæ, per seipsum omnia expedire non potest, iuuetur subsidijs aliorum quibus vices suas committit, ad exemplum domini,& magistri, qui discipulos suos per mundum vniuersum transmisit, salutem nostram in medio terræ personalitet operatus. Sanè cùm nos, & fratres nostros propter curam. & solicitudinem apostolici patrimonij, ab occupationibus varijs, quas pro statu ecclesiarum omnium indesinenter subimus, sæpius nos contigerit euocari,nolentes sicut nec velle debemus, temporalia spiritualibus anteferre,de concilio fratrum nostrorum viam elegimus tutiorem: quia & curam temporalium non intelligimus, & spiritualem, sicut conuenit,præferimus dignitatem, dilectum filium nostrum G. Sancti Georgij ad velum aureum diaconum, Cardinalem apostolicæ sedis legatum virum vtique prouidum, & prudentem, & honestate morum, & generositate natalium commẽdandum,quem inter fratres nostros speciali charitate diligimus,ad ea quę prędmisimus exequenda duximus assumendum,concessa nihilominus potestate, vt in ecclesijs,& parochijs vestro regimini deputatis, euellat, & destruat. edificet,& plantet:quę in eis euellenda,& destruenda:ædificanda occurrerint, & plantanda. Quocircà vniuersitati vestrę per apostolica scripta prędcipiendo mandamus quatenus ipsum tanquam honorabile mẽbrum ecclesię, & legatum apo. sedis recipientes humiliter, & deuotè, ipsius salubria monita,& statuta & vos ipsi diligenter seruetis,& à subditis vestris faciatis efficaciter obseruari. Nos enim sententiam quam in rebelles,& contumaces,rationabiliter duxerit promulgandam, ratam habebimus,& faciemus,auctore domino,firmitatẽ debitam obtinere.

Datum. Lateran. idus Octobris.

Scriptum est super hoc in eundem modum Spoletan. Fulginat. Assisinat. Nucerinen. Reatinen. Narinien.

CONSVLIBVS, ET POPVLO sutrinis. De eodem argumento,quo præcedenti Epistola,præcipit.

CVm tractet solitum,immò plus solito multis

multis, & magnis simus negocij occupati quæ per nos ipsos facere non valemus, per alios cogimur adimplere. Sanè inter alias occupationes, & solicitudines nostras curam, & prouisionem apostolici patrimonij non modicas reputamus, tam ad spiritualem iurisdictionem nostram spectantis, quàm etiam temporalem. Vnde nobis posset non immerito imputari, si super ordinatione ipsius essemus tepidi, vel remissi: qui cunctorum fidelium solicitudinem gerimus pastoralem. Nouimus enim (quod tristes, & dolentes referimus) quoniam in eo multi quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi quærentes, & abutentes per insolentiam sedis ap. patientia, pacem perturbant, corrumpunt iustitiam, stratam violant, & terram offendunt, vnde nobis, & vobis non modicum derogatur. Cum igitur super his, quæ præmisimus emendandis cum fratribus nostris tractatum habuerimus diligentem, de ipsorum concilio dilectum filium nostrum G. S. Georgij ad velum aureum Diaconum Cardinalem, virum nobilem, & prudentem, quem inter alios fratres nostros speciali diligimus charitate, operi tam vtili, & necessario deputantes, vt melius, & facilius iniunctum sibi officium valeat exercere, dilectum filium P. præfectum vrbis, virum nobilem, & potentem sibi duximus adiungendum: quibus dedimus in mandatis, vt stratam custodiant, pacem procurent, iustitiam faciant, & terram defendant: alia quoque nihilominus operentur, quæ ad honorem Dei, profectum ecclesiæ, vtilitatem vestram, & aliorum nostrorum fidelium nouerint pertinere. Vt autem dominium sedis apostolicæ quæ de se verè dicere potest: Iugum meum suaue est, & onus meum leue, diebus nostris dulcedinem non deponat, & nulli fiat penitus odiosum, eis viua voce præcepimus, vt vos diligant, & honorent: nullum sine causa lædentes, vel contra iustitiam aggrauantes, sed à vobis potius iniquitatem, & violentiam satagant propulsare. Vnde quoties necessitas postulauerit, ad eos vice nostra pro iustitia consequenda, vel alijs expediendis negocijs poteritis habere recursum. Et vt melius quæ ad pacem, & vtilitatem vestram à nobis, & fratribus nostris sunt salubriter ordinata, perduci valeant ad effectum, vniuersitatem vestram monemus attentiùs, & hortamur in domino, per apostolica scripta præcipiendo mandantes, quatenus ipsis vice nostra, immo nobis in ipsis intendentes humiliter, & deuotè, quòd super præmissis articulis, & alijs emergentibus negocijs vtiliter duxerint statuendum, saluo in omnibus apostolicæ sedis mandato, teneatis firmiter, & seruetis, de vniuersis iustitijs, & rationibus ecclesiæ Romanę sibi plenariè respondentes.

In eundem modum consulibus, & populo Nepesinis.

In eundem modum consulibus, & populo Oritanis.

In eundē modū Amelię. Castellan.

In eundem modum Tudertin Assisinatibus.

In eundē modū Perusin. Fulginat.

In eundem modum Spol. Narnien. reatin populo ciuitatis Castellanæ.

Tuscan. Vetrallen. Balneo regem Centumcellen. Vrbeuetan. Cornetan.

MAGDEBVRGEN. EPISCOPO suffraganeis eius, vt Hildesemensis Episcopus, quòd Herbipolensem ecclesiam temerè propria auctoritate occuparat, publicè excommunicatus nuncietur.

CVM sine capite nulla possint membra subsistere, si quispiam impune posset apo. sedis priuilegia violare, nulla cæteris ecclesijs de suis priuilegijs fiducia remaneret. Verum inter cætera priuilegia, quæ primatum apost. sedis ostendūt, illud non modicum reputatur, quòd depositiones, cessiones, & translationes Episcoporum fieri sine speciali auctoritate Rom. Pont. interdicit. Hoc autē C. quondam Hildesemen. Episcopus non attendens, licentia nostra non solum non obtenta, sed nec etiam expetita, Herbipolen. eccl. occupauit, præsumēs ad eam propria temeritate transire: cùm per illam non possit indulgentiam excusari, quam à

bonæ

bonæ mem. C. Papa prædeceſſore noſtro ſe aſſerit impetraſſe : quæ potius impetranti turpem ambitionis notam ingeſſit vt ſi videlicet eum ad maiorē dignitatē contingeret inuitari, eam ſibi liceret aſſumere, dummodo, nihil ei de ſtatutis canonicis obuiaret. Licet enim ei videatur indultum, vt inuitatus maiorē poſſit aſſumere dignitatem, per hanc tamen indulgentiam ad parē ſibi tranſire non licuit, cùm longè facilius in vno caſu, quā in alio diſpenſetur. Præterea cùm & poſtulatio, ſicut electio, examinari debeat diligenter, antequam per eum, cui facienda fuerat, examinata fuiſſet, non debebat vlla ratione tranſire : cùm non ſolū examinationem poſtulationis, ſed ipſius quoque perſonæ videatur tenor indulgētiæ reſeruaſſe., ſtatim ſubiungens dummodo nihil appareat, quod tibi de canonicis obuiet inſtitutis. Licet autem tantæ præſumptionis exceſſus ad aures noſtras, publica referente fama, veniſſet, diſtulimus tamen procedere contra ipſum, donec litteras eius recepimus : in quibus ſe nobis Herbipolen. Epiſcopum appellabat. Vnde poſtmodum præſumptionē ipſius debita volentes animaduerſione punire, vobis & alijs Archiepiſcopis, & Epiſcopis in Teutonia conſtitutis diſtrictè præcipimus, vt cùm factum huiuſmodi non poſſet in partibus veſtris non eſſe notorium, niſi dictus C. infra viginti dies poſt ſuſceptionem litterarum noſtrarum Herbipolen. eccl. adminiſtratione ceſſaret, cum excommunicatum auct. noſtra non differretis publicè nunciare, & excōmunicationem eius faceretis pulſatis cāp. & candelis accenſis, feſtiuis diebus & dominicis innouari. Tu autem Magdeburgen. in eum, iuxtà tenorem mandati apoſtolici, ſicut accepimus, proceſſiſti. & alij etiam (ſicut credimus) proceſſerūt. Quāuis autem in manifeſtis non ſit ordo iudiciarius requirendus, & ipſe videretur cōfeſſus de crimine, cùm in litteris ad nos directis ſe præſumpſiſſet Herbipolen. Epiſcopum nominare, nos tamen ad euitandam omnem malitiam, in litteris noſtris commonitionem canonicam duximus præmittendam: & eum poſtmodum etiā ad bonum obedientiæ reuocare volentes, ipſi non præmiſſa ſalutatione mandauimus, vt omni excuſatione ceſſante, ſi apud nos vellet gratiam inuenire, mandatum apoſtolicum adimpleret. Quia verò nec ſic ei vexatio præbuit intellectum, quin eo fortius in ſua pertinacia perduraret quo ampliùs nos videbat de ſua correctione ſolicitos, cùm poſtquam alius de mandato noſtro fuit in Epiſcopū Hildeſemen. electus, ſe ipſe præſumeret Hildeſemen. Epiſcopum nominare, apoſtolicæ ſedis iniuriam diſſimulare nolentes, ipſum in feſto Principis Apoſtolorum proximè præterito, præſentibus nuncijs eius, inter miſſarum ſolennia excommunicatum publicè nunciauimus, & mandauimus ab omnibus euitari. Ideoque vniuerſitati veſtræ p apoſtolica ſcripta mandamus, & diſtrictè præcipimus, quatenus latam in eundem C. à nobis excommunicationis ſententiam publicantes, ipſum ſingulis diebus dominicis, & feſtiuis, pulſatis campanis, & candelis accenſis, denuncietis excommunicatum, & ab omnibus, tanquam contemptorem apoſtolicè iuſſionis arctius euitandum, donec, ſi deſuper datum fuerit, abſolutionis gratiā mereatur. veſtris nobis litteris intimantes ſi fortè ſententiam noſtram contemnens, diuina præſumpſerit officia celebrare.

In eundem ferè modum Capitulo, & Suffraganeis eccl. Magun.

In eundem modum Herbipolen. Capitulo.

In eundem ferè modum Treueren. & ſuffraganeis eius.

NOBILI VIRO B. COMITI Laureti. & Cuperſan. Magiſtro Iuſtitiario Apuliæ, & Terræ laboris. Vt promiſſionibus ſuis ſatisfaciat; & pacem initam conſeruet.

IAM olim firmiter propoſuimus, ecce & nunc ſumus in executione propoſiti, aliquem à latere noſtro ad regni partes dirigere cum ſubſidio oppotuno, vt excludantur, & penitus repellantur ab eo tam regni, quam eccleſiæ inimici : & pax reformetur in regno, & iuſtitia conſeruetur.

tur. Quia verò in præsentia dilecti filij I. tituli Sancti Stephani in Cœlio Monte presbyteri Cardinalis, & Philippi notarij nostri exercitum iuraueristi, sicut eorum nobis relatio patefecit. Volentes te tanquam virum nobilem, & eggregium ad id esse solicitum, & paratum, discretioni tuę per apostolica scripta mandamus, quatenus te ad eundem cum Legato nostro, contra inimicos regni, & ecclesiæ ita honorificè præpares, ac viriliter accingaris, quòd fidelitas, & dilectio, quam ad charissimum in Christo filium nostrum F. Siciliæ regem illustrem & deuotio, quam ad Romanam ecclesiam te habere proponis, eluceseat in opere: & proinde ipsum regem, & nos ipsos ad dilectionem tuam reddere valeas promptiores. Præterea cùm super omnibus quæstionibus, quæ inter te, & dilectos filios nobiles viros G. & M. Comites de Manuplell. prædictis Cardinali, & Notario stare mandato nostro iuraueris: & ipsi etiam ex parte sua se simili astrinxerint iuramento, sicut iam tibi scripsisse recolimus: ita iterato tibi duximus sub debito iuramenti, præsentibus litteris, iniungendum, vt treugas initas coram prædicto Cardinali inuiolabiliter obseruare procures, donec per Legatum nostrum, cui vices nostras tam in spiritualibns, quàm in temporalibus committimus exequendas: qui est ad partes ipsas in proximo accessurus, super quæstionibus, quæ inter te, & ipsos Comites vertuntur, mandatum ex parte nostra recipias: quod tam à te, quam ab ipsis volumus sine refragatione seruari: saluo nimirum, si quid aliud super hoc vtilitate, vel necessitate pensata duxerimus statuendum. Nos enim ipsis Comitibus consimiles litteras duximus destinandas, volentes (sicut conuenit) vtriusque partis indemnitatibus præcauere.

EDVEN. EPISCOPO, VT IVdæis recens baptisatis benevolentia exibeatur.

AD prouisionem P. quondam Iudæi latoris præsentium ad fidem Christi nuper, eodem inspirante, conuersi per litteras apost. & mandatum te recolimus inuitasse: sed quod ea penitùs obaudieris eiusdem labor indicat iteratus, sicut decuit: non attendens quòd personis huiusmodi, ne propter opprobrium paupertatis, quod nó cõsueuerunt equanimiter sustinere, post iudaicã perfidiam derelictam retrò aspicere compellantur, ab vniuersis sit fidelibus propensiùs succurrendum: nedum Episcopali præditis dignitate, quorum debet esse propositum indigentibus subuenire, teque in hac parte illa saltem ratione oportuit existere proniorẽ, quòd pro eodem P. tuas nobis preces, & litteras destinasti. Nisi autem specialis gratia, quam ad personam tuam habuimus, & habemus, motum nostri animi mitigasset, pro contemptu mandati præmissi, priùs ad te districta vltio q̃ iterata monitio peruenisset: cùm satis appareat qualem in alijs te geris virtutibus quandoquidem in operibus pietatis, quæ secundum Apostolum promissionem habet vitæ, quæ nunc est, & futuræ, te negligis, vel contemnis ad mandatum apost. exercere, Ne igitur præfatus P. prouisionis apo. solatio defraudetur, aut tua negligentia remaneat in sopore, fraternitati tuæ per apo. scripta præcipiendo mandamus, quatenus eius paupertati taliter studeas prouidere, quòd prędictus P. ac M. filia sua, quæ cum eo vnda baptismatis est renata, per tuæ liberalitatis gratiam victus, & vestitus necessaria sę gaudeant congruè, sine dilatione qualibet assecutos: faciens nihilominus, vt quod eis propter necessitates suas duxeris, quemadmodum præmissum est, assignandum, valeant sine perturbatione qualibet, cùm Deus hilarem datorem diligat, obtinere. Alioquin noueris nos venerab. fratri nostro Episcopo, & dilecto filio Abbati sancti Martini Niuernen. præcipiendo mandasse, vt si mandatum, nostrum neglexeris adimplere, ipsi te ad ea, quæ præmisimus, exequenda per districtionem ecclesiasticam omni contradictione, & appellatione remota, compellant.

Datum Lateranen. nonis Nouembris.

POTESTATI, CONSVLIBVS, & iustitiarijs viterbien. vt concordiam cum Romanis initam conseruent.

SIcut per alias litteras vobis intimasse meminimus, ex discordia, quæ inter vos, & Romanos peccatis exigentibus est suborta, grauia timemus pericula prouenturæ, quæ præuidentes olim, & ab ipsis vobis præcauere volentes, primò per dilectum filium G. Centij nobilem ciuem Romanum apostolici patrimonij rectorem, in Thuscia, secundò per dilectum filium G. Archipresby. sancti Angeli Subdiac. nostrum: tertiò per venerabilem fratrem nostrum O. Ostien. Episcopum vos fecimus diligentissimè commoneri, vt nostro super hoc consilio crederetis: quod quale fuerit, non estis obliti. Tandem cùm tu fili Potestas cum quibusdam ciuium ad nostram præsentiam accessisses, licet multa essemus debilitate grauati, te tamen, & ipsos ad idem efficaciter, quantum in nobis fuerat, duximus inducendos, sed in his omnibus non fuimus exauditi: Quamuis autem postmodum receptio Biturclani fuerit prorogata, non tamen potuit penitùs impediri, quin reciperetur à Romanis, & eorum committeretur potentiæ protegendum. Debueratis autem, & vos nobiscum mala huiusmodi præuidere nec tantùm vires vestras inspicere, sed inimicorum etiam potentiam intueri: cùm non sit tutum committere vos fortunæ. Verendum est autem nobis, & vobis, ne duritia vestra, qui nobis credere noluistis, & culpa nostra, quam ex eo contraxisse videmur, quòd querelas hominum de Biturclano ad nos clamantium ab oppressionibus vestris, & ad fidelitatem nostram redire volentium, non curauimus exaudire, plus fortè vobis, quàm expedierit, deferre volentes, nos, & vos in grauem necessitatem induxerint, quam vitare de facili non possimus. Romani siquidem, sicut quidam ex vobis, qui nuper ad nostram venerunt præsentiam, super hoc nouerunt plenius veritatem à nobis, & petebant, & petunt instanter, vt vel vos à molestatione hominum de Biturclano compesceremus, iuxta debitum officij pastoralis, vel cogeremus ad iustitiam in nostra præsentia exhibendam: quod qua cunque peteretur intentione, quia nos de manifestis iudicamus, dominus autem iudicat de occultis, non videmus qua possemus ratione negare: licet cum eisdem nuncijs vestris, & alijs super hoc diutiùs tractassemus. Cùm enim secundum verbum apostoli sapientibus simus, & insipientibus debitores, & omni petenti teneamur iustiam exhibere, id præsertim debemus efficere, cùm fideles nostri de nostris fidelibus conqueruntur: propter quod dictum Subdiaconum, & dilectum filium Hugonem Panetiarium nostrum ad vos duximus destinandos: vniuersitati vestrę per apostolica scripta mandantes, quatenus ea, quæ possunt ex hoc facto pericula prouenire diligentiùs attendentes, nostro vos committeretis iudicio vel mandato. Vos autem aliud quàm expectaremus nobis dedistis responsum, scilicet quòd vsque ad quintam feriam proximè præteritam expectaretis venerab. fratrem nostrum Episcopum, Vulterranum de ipsius nobis consilio responsuri. Iudicet ergò dominus inter nos, & vos: qui nec monitis, nec mãdatis nostris toties requisiti parere volẽtes nos, & uos, in grauẽ necessitatem, quam euitare non possumus induxistis. Cùm igitur de cætero contemptum nostrum non possimus æquanimiter sustinere, nisi vsq; ad proximum diem dominicum, vel iudicium nostrum subieritis, vel mandato apostolico, quod vobis potiùs credimus expedire, duxeritis exponẽdos, cautionem sufficientissimam exhibentes, ex tunc vos nouerit excommunicationis vinculo innodatos. Nos etiam vniuersis fidelibus nostris dabimus in mandatis, vt non solùm vobis assistere non præsumant, sed ad edomandam contumaciam vestram potenter, & viriliter procedant in subsidium Romanorum.

IN

INNOCENTIO SANCTISSIMO Papæ Ro. & in Christo Domino dilecto fratri nostro. De primatu & prærogatiua ecclesiæ Romanæ.

IOannes diuina misericordia Constantinopolitanus Archiepiscopus, nouæ Romæ patriarcha, amorem, & pacem à domino nostro Iesu Christo, & Saluatore nostro. Scriptum à tua sanctitate per prudentissimos Legatos Albertum Subdiac. & Albertinum notarium nostræ humilitati directum, quàm gaudenter suscepimus, & quod in eo continebatur diligentiùs rimatus, impossibile habuimus, quomodo non omnino tuam laudaremus sanctitatem, pro vestro diuino zelo, & ignito proposito, de nostrùm, & vestrum, secundum fidem vnione: cùm, & hęc nostram humilitatem tuæ virtutis constantia, & tua digni pontificatus, diligentia nos clarè docuerint. Et quid enim de pluribus faciet quisquam nobis traditam ex patribus, & longo iam tempore de pia confessione traditionem, quam Christus quidem cõmunis doctor, & prædicator Christianorum populis suis tradidit vocibus: hunc autem videntes, & discipuli, & eorum ex tunc successores sancti Spiritus inspiratione illuminati, & ab eo docti, suis scriptis docentes ampliauerunt, sic nostra humilitas non modicè lætata est, super tuæ sanctitatis pro diuini cultus solicita cura. Quod autem mihi in tuæ sanctitatis scripto non modicam superinduxit ambiguitatem, non abscondam. Nam & pro miro habeo, quomodo vnam, & vniuersalẽ Romanorum vocasti ecclesiam, vt quasi iam diuisam in species quasdam specialissimas, & hæc vno existente grege, ouilium Christi nobis quodammodo pastoribus sub eo constitutis, pastorum principe, communique doctore. Et quomodo erit, quòd apud vos Romanorum ecclesia mater (vt dixisti) communis aliarum ecclesiarum, & secundum quas aliquas rationes, & per quas vnquam causas quæro addiscere dubitans. Quod autem mihi, & plus extendit ambiguitatem, dicam, & indulge mihi sacerrime Papa, si nunc primò hunc patriarchalem sacrum thronum me ascendentem, nondum de tali hac dubitatione diligentem solutionem addiscere accidit. Audiens enim quis in psalmis Dauid dicentem; Mater Syon, dicet homo, & homo natus est in ea: secundum verùm vtique verbi, & iustitię æquitatem, Hierosolymitanam ecclesiam matrem aliarum ecclesiarum nominabit, prærogantem secundum fidem tam tempore, quàm & dignitate. In ea enim vtique, vt nouissimus omnium Christus, & natus est secundum carnem, & conuersatus: & docens atque prædicans, nostram fuit salutem nouissimè per crucem, pro nobis mortem sustinens, lapidem in quo corpus huius fuit sepultum, depositum ibi reliquit. Clarè vtique signum suæ in terris conuersationis, ibi Christo discipuli occurrentes credidere runt, hunc filium Deo, & Patri consubstantialem esse: quamuis perfectam humanam naturam indutus, sibi secundum substantiam homo tantùm in superficie videbatur: inde Christi mirabilium fons emanauit, & inde, vt ex quodam principio alij quidam exorti sunt diuina fluentes fluuij, & vniuersum orbem irrigantes, riuos etiam ecclesiæ, quæ apud vos est, replẽtes. Igitur nunquid ob hæc, & alia talia, quis Hierosolymitanam ecclesiam, matrem omnium dicet ecclesiarum? aut non prærornatam prædicationem audisti Pauli à Hierusalem: Clarè debes inciPi, dicit enim, & vsque ad Liricum prædicare Euangelium. Hæc quidem dicet, quis audiens ecclesiam, quæ apud vos est, generalem, & vniuersalem nominatam. Ego verò lætanter addiscam causam, & acceptabo eam sine contradictione rationem habentem. Reprehensionem autem à tua sanctitate nobis superinductam silere nequeo, vt scindentibus quasi vnam, & desuper contextam Christi vestem, & sic à vobis vsque nunc & discissis: dicente enim in Euangelijs saluatore Christo, de modo essentiæ sancti Spiritus ei consubstantialis, qui ex patre procedit: & duas has subsistantiales proprietates dicente, de sui ipsius, & spiritus generatione dico, & processione, & sibi quidem: de paterna substantia testanti ineffabilem omnibus, & ignotam generationem: sancto verò spiritui ex eadem paterna substantia processionem insensibilem, &

hanc omnibus, & patribus in Nicæam concurrentibus, immutabiliter sic ex patre Spiritus processionem ampliantibus, ex tunc vniuersi orbis synodis sacro symbolo, & doctrinę nil apponentibus: in quibus, & quidam tunc pontificalem thronum veteris Romæ gubernantes, per se ipsos interfuere: in quibusdam verò, & quidam alij vestrum locum tenentes, vestris tunc pontificibus acceptantibus, & quæ confirmata fuerunt, & ea rata per proprias confessiones habentibus, & dæmoni credendi constitutionem. Hac quoque fide vsq;, & ad nos sine aliqua interruptione perueniente, quid nos oporteat facere, non parum est hæsitandum in ambiguitatem, atque discessionem non paruam incidere, donec de hoc quęstio soluatur. Quæro nunc hinc addiscere cauſſam, quæ diuisa est, & indiuisibilis vestis Christi. Potentem autem nostrum moderatorem tua noscat sanctitas, à se ipso prosilientem ad omnem boni notitiam, & maximè ad religionis cultum; omnia enim, quibus ornatur verè homo Dei, & quæcunque diui uinitùs coronatum ornant Imperatorem. Hæc omnia Deus ei donauit, & vt breuiter Imperatoris ostendam maiestatem, ose hunc præ omnibus eius anteceſſoribus eius Imperatorem benignum, & patientem, simulatque strenuum: cuius tam spiritualia, quàm & corporalia benigna, si dicere inciperem, mensuram excederet verbum, necnon & epistolæ modum.

PATRIARCHAE CONSTANTInopolitano quæ ad præcedentem epistolam respondet.

APostolicæ sedis primatus, quem non homo, sed Deus, immò veriùs Deus homo constituit, multis quidem, & euangelicis, & apostolicis testimonijs comprobatur: à quibus postmodum constitutiones canonicæ processerant, concorditer asserentes, sacrosanctam Romanam ecclesiam in Beato Petro Apostolorum principe consecratam, quasi magistram, & matrem cæteris præminere. Hic enim cùm interroganti domino, quem homines esse dicerent filium hominis, aliis referentibus opiniones aliorum, ipse velut inter cæteros primus, eum esse Christum Dei viui filium respondisset, audire promeruit: Tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo ecclesiam meam: & post pauca: tibi dabo claues regni cœlorum. Nam licet primum, & præcipuum Ecclesiæ fundamentum sit vnigenitus Dei filius Iesus Christus, iuxta quod dicit Apostolus: quia fundamentum positum est, prętter quod aliud poni non potest, quod est Christus Iesus, secundum tamen, & secundarium ecclesiæ fundamentum est Petrus: etsi non tempore primus, auctoritate tamen præcipuus inter cæteros, de quibus Paulus Apostolus inquit: Iam nō estis hospites, & aduenę, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei superædificati supra fundamentum ap. & proph quos, & fundamenta esse in montibus sanctis, Da uid Propheta testatur. Huius etiam primatum veritas per se ipsam expressit, cùm inquit ad eum: Tu vocaberis cephas, quod etsi Petrus interpretetur, caput tamen exponitur, sicut caput inter cætera membra corporis, velut in quo viget plenitudo sensuum, obtinet principatum, sic & Petrus inter Apostolos, & successores ipsius inter vniuersos ecclesiarum prælatos prærogatiua præcellerent dignitatis, vocatis sic cæteris in partem solicitudinis, vt nihil eis de potestatis plenitudine deperiret. Huic dominus oues suas pascendas, vocabulo tertio repetito, commisit, vt alienus à grege dominico censeatur: qui eum etiam in successoribus suis noluerit habere pastorem. Non enim inter has, & illas oues distinxit, sed simpliciter inquit. Pasce oues meas, vt omnes omnino intelligantur ei esse commissæ. Iacobus enim frater Domini, qui videbatur esse columna Hierosolymitana sola contentus, vt ibi semen fratris prærmortui susciteret, vbi fuerat crucifixus., Petro non solùm vniuersam ecclesiam, sed totum reliquit sæculum gubernandum: quod ex eo etiam euidenter apparet, quia cum dominus apparuisset in littore discipulis nauigantibus, sciens Petrus quod Dominus est, se misit in Mare, ac aliis nauigio venientibus, ipse sine beneficio nauis ad Dominum festinauit. Cùm enim Mare mundum designet, iuxta verbum

Psal-

Psalmistæ dicentis: Hoc mare magnum & spatiosum, illic reptilia, quorum non est numerus, per hoc quod Petrus se misit in mare priuilegium expresit pontificij singularis: per quod vniuersum orbem susceperat gubernandum, cæteris apostoli vt vehiculo nauis contentis: cùm nullis eorum vniuersus fuerit orbis commissus, sed singulis singulæ prouinciæ, vel ecclesiæ potiùs deputatæ. Iterùm etiam vt se vnicum Christi vicarium designaret, ad dominum super aquas maris mirabiliter ambulantem, & ipse super aquas maris mirabiliter ambulauit: Nam cùm aquæ multæ, sint populi multi, congregationesque aquarum, sint mariâ, per hoc, quod Petrus super aquas maris incessit, super vniuersos populos se potestatem accepisse monstrauit: pro eo dominus se orasse fatetur, inquiens in articulo passionis: Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos: ex hoc innuens manifestè, quòd successoris ipsius à fide catholica nullo vnquam tempore deuiarēt, sed reuocarent magis alios, & confirmarent etiam hæsitantes: per hoc sic ei confirmandi alios potestatem indulgens, vt alijs necessitatem imponeret obsequendi: quod & tunc Petrus agere cœpit, quando quibusdam ex discipulis abeuntibus retrò, & durus est hic sermo dicentibus: cùm dixisset Iesus ad duodecim? Nunquid & vos vultis abire? solus ipse respondit pro cæteris: Domine verba vitæ æternæ habes, & ad quem ibimus? Huic præterea dictum in euangelio, & audisti sæpiùs, & legisti: Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Quod si omnibus etiam apostolis simul dictum esse reperias, non tamen alijs sine ipso, sed ipsi sine alijs attributum esse cognosces, ligandi, & soluendi à domino facultatem, vt quod non alij sine ipso, ipse sine alijs posset ex priuilegio sibi collato à domino, & concessa plenitudine potestatis. Ad quod nimirum videtur illud non incongruè pertinere, quòd ipse solus legitur interrogasse Iesum: Si peccauerit in me frater meus dimittam ei vsque septies? & ei soli Iesus legitur respondisse: Non dico tibi vsque septies, sed vsq; septuagesies septies. Quia profectò septenarius vniuersitatis est numerus, eo quòd omne tempus septenario dierum numero noscitur cōprehendi. Septenarius ergò numerus in seipsum multiplicatus, in hoc loco significat vniuersorum vniuersa peccata: quia solus Petrus potest non, solùm omnia, sed omnium crimina relaxare. Demum post passionem suam dominus Petro dixisse legitur: Tu me sequere: quod vtique non tam de sequela perferendæ passionis, quàm creditæ dispensationis debet intelligi: cùm & Andreas, & quidam alij præter Petrum, sicut dominus, fuerint crucifixi, sed solum Petrum sustinuit sibi dominus, & in officio vicariū, & in magisterio successorem. Vnde post assensionem domini, Petrus velut successor ipsius regere cœpit ecclesiam, ad complendum duodenarium discipulorum numerum, loco Iudæ præuaricatoris ex verbis Prophetæ alium instituens, & faciens subrogari: & recepto paracleto, discipulos non musto repletos, sed spiritus sancti gratia illustratos, ex verbis Ioelis apertiùs comprobauit. Hic pœnitentiam agere iussit, & baptizari credentes. Hic inter discipulos curando claudum, primus fuit miraculum operatus: & in Ananiam, & Saphiram vxorem ipsius tanquàm primus, & præcipuus inter eos, quia mentiti fuerant spiritui sancto, mortis sententiam promulgauit. Hic simoniacæ pestis radicem contra primitiuam ecclesiam pullulantem apostolica falce succidit: solus in Simonem magnum sniam dānationis promulgans, licet non ei soli, sed omnib. cōiter pecuniā obtulisset. Ipse præterea cùm in eum mentis cecidisset excessus, vidit cœlum apertum: & descendens vas quoddam, velut linteum magnum quatuor initijs in terram de cœlo submitti, quòd omnia quadrupedia, & serpentia terræ, ac cœli volatilia continebat. Et cum facta esset vox dicens ad eum: Surge Petre, macta, & manduca, respondit: Absit domine quia nunquam immunda, & communia manducaui: & vox ad eum est facta secundò: Quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris: per quòd innuitur manifestè, q; Petrus prælatus fuerit populis vniuer-

sis: cùm vas illud orbem, & vniuersitas cõtentorum in eo vniuersas significet tam Iudeorum, quàm gentium nationes. Qui licet postmodum ex reuelatione diuina, ab Antiochia fuerit translatus ad vrbem, non tamen concessum sibi primatum deseruit, sed secum potiùs cathedræ transtulit principatum: cùm dominus eum nullatenus minorare voluerit, quem Romæ præuiderat martyrio coronandum. Sanè cùm ipse postmodum, immò dominus potiùs, qui se in eo pati asseruit: Venio (inquit ad eum) Romam iterum crucifigi. Romanam ecclesiam suo sanguine consecrasset, primatum cathedræ successori reliquit, totam in eo transferens plenitudinem potestatis. Pro patre siquidem nati sunt ei filij, quos dominus principes super omnem terram cõstituit. Sanè cum per natiui Petri ecclesia figuretur, tunc Petrus iuxta præceptum dominicum nauim duxit in altum, laxans prædicationis retia in capturam: cùm ibi posuit ecclesię principatum, vbi vigebat sæcularis potentiæ altitudo, & imperialis monarchia residebat: cui ferè singulæ nationes, sicut flumina mari tributa soluebant certis temporibus constituta. Ipse quidem primus Iudæos, ipse quoque primus gentiles post ascensionem Christi conuertit ad fidem, vt super vtrosque fideles se primatum accepisse monstraret. Cùm ipso die Pentecostes ad verbum exhortationis ipsius, circiter tria millia Iudeorum baptismi recepe rint sacramentum, ac deinde Cornelium Centurionem, & suos quasi primitias gentium ad reuelationem angelicam baptizarit. Cùm autem inter Apostolos ad consultationẽ credentium magna fieret conquisitio, vtrum oportet circumcidi fideles & legem Mosaicam obseruari, Petrus principali fretus auctoritate respondit: Quid tentatis Deum, imponere iugum super ceruicem discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus? Cuius sententiam subsecutus, apostolicum super ipsa quæstione decretum, Iacobus promulgauit. Paulus etiam postquam abijt in Arabiam, & iterum redijt in Damascum, deinde post tres annos venit Hierosolymam, vt Petrum videret, cum eo euangelium, quod in gentibus prædicauerat collaturus: ne fortè in vacuum curreret, aut etiam cucurrisset. Cui etiam singularis apostolatus priuilegium recognoscens, antonomasicè scribit de illo. Qui operatus est Petro in Apostolatu operatus est mihi inter gentes. Vt autem quem dominus cæteris præfecit priuilegio dignitatis, præ cæteris quoque virtutis priuilegio decoraret, tantam ei contulit potestatem, quòd ad vmbram eius sanabantur infirmi, vt in eo intelligatur esse completum, quod dominus dixerat: Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. Hæc autem non idcirco præmisimus, vt nos, qui ei (licet indigni) successimus in Apostolatus officio, extraneos ambulare velimus in magnis, aut super nos in mirabilibus exaltare, cùm à domino dictum esse nouerimus: Omnis, qui se humiliat exaltabitur, & qui se exaltat humiliabitur. Vnde cùm inter discipulos eius quæstio de maioritate fuisset exorta, respondit: Qui maior est inter vos, erit omnium seruus: & qui præcessor tanquam ministrator, seipsum in exemplo proponens, quia filius hominis non venit ministrari, sed ministrare: propter quod & ipse Petrus aiebat: Non quasi dominantis in clero, sed forma gregi facti ex animo, nam & alia dicit scriptura: Quanto maiores, humiliate in omnibus: & iterum principem te constituere noli extolli: esto in illis quasi vnus ex illis: Deus enim superbis resistit, humilibus autẽ dat gratiam. Sed quia per hæc & alia, sicut credimus, quæ tuanon debet fraternitas ignorare, apostolicæ sedis magisterium recognoscens, eam super quibusdam dubitationum articulis consulere decreuisti: quod vtique gratum gerimus, & acceptum, & tuam exinde prudentiam commendamus: non quod existimemus nos quasi sufficientes ex nobis, sed nostra sufficientia est ex Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat: qui linguas infantium facit desertas, & aperit ora mutorũ. Quęsiuisti etenim dubitans, & addiscere voles, qua ratione Romanam ecclesiam vnam, & vniuersalem in nostris litteris vocauerimus, velut in quasdã species specialissimas iam diuisam cùm & vnus sit pastor, & vnum ouile: licet

sub

sub vno pastorum principe Christo, plures sint constituti pastores. Nos autē inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd ecclesia duabus de causis vniuersalis uocatur: intelligentia nanque dictorum, ex causis assumenda dicendi: cùm non res sermoni, sed rei sit sermo subiectus. Dicitur enim uniuersalis ecclesia, quæ de uniuersis cōstat ecclesiis, quę græco vocabulo catholica nominatur: & secundum hanc acceptionem vocabuli, ecclesia Romana nō est vniuersalis ecclesia, sed pars vniuersalis ecclesiæ: prima videlicet, & præcipua veluti caput in corpore, quoniam in ea plenitudo potestatis existit: ad cæteros autē pars aliqua plenitudinis deriuatur. Et dicitur vniuersalis ecclesia illa una, quæ sub se continet ecclesias uniuersas. Et secundum hanc nomnis rationem Romana tātùm ecclesia vniuersalis nuncupatur, quoniam ipsa sola singularis priuilegio dignitatis cæteris est prelata: sicut & Deus vniuersalis Dominus appellatur: non quasi iā diuisus in species, aut specialissimas, aut etiam subalternas, sed quoniam vniuersa sub eius dominio continentur. Est enim vna generalis ecclesia, de qua veritas inquit ad Petrū: Tu es Petrus, & super hanc petrā ædificabo ecclesiam meam: & sunt multæ particulares ecclesię, de quibus Apostolus ait: Instantia mea quotidiana solicitudo omnium ecclesiarum, ex omnibus vna constitit, tanquam ex particularibus generalis, & vna præeminet omnibus: quoniam cùm vnum sit corpus ecclesiæ, de quo dicit Apostolus: Omnes vnum corpus sumus in Christo, illa velut caput cæteris membris excellit. Quęsiuisti etiā, & te asseruisti non modicùm dubitare, cupiens addiscere causam, quam acceptabis sine contradictione rationem habentē: cùm Dauid de Hierusalē dicat in psalmis: Mater Syon dicet homo, & homo factus est in ea vtpote in qua Christus dignatus est conuersari, prædicare pariter, & docere, ac nostram operari salutem, in ea nostræ ponens fidei fundamenta: propter quod mater debet meritò nūcupari, cùm ex ea doctrina processerit salutaris. Cur mater omnium ecclesiarum ecclesia Romana dicatur, quæ ab Hierosolymitana ecclesia orthodoxę fidei sacramenta recepit: cùm Apostolus etiam inquiēs se usq; ad Illiricum euāgelium prædicasse, quod quasi à Hierusalem inceperit euidenter ostendat. Licet autem ex præmissis intelligatur & huic inquisitioni respōsum, cùm ecclesia Romana mater dicatur, non ratione temporis, sed ratione potiùs dignitatis. Nam, & si secundum Ioannem Andreas prius venerit ad fidem, quàm Petrus, prælatus est tamen Petrus Andreæ, cum & in Apostolorum cathalogo semper primus quasi præcipuus præmittatur: nō quòd Petrus sit prior tempore, sed potior dignitate. Ad omnem tamen dubietatem tollendam tua fraternitas debet distinguere, secundum diuersas nominis rationes inter Romanam, & Hierosolymitanam ecclesiam, quòd illa dicenda sit mater fidei: quoniam ab ea sacramenta fidei processerunt: ista verò dicenda sit mater fidelium, quoniam priuilegio dignitatis vniuersis fidelibus est prælata: sicut etiam synagoga dicitur mater ecclesiæ, quoniam & ipsa præcesit ecclesiam, & ecclesia processit ab ipsa, iuxta quod eadem dicit in canticis: Filij matris meę pugnauere aduersum me: rursumque paululum cùm pertransissem, inueni quē diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ. Nihilominus tamen ecclesia mater est generalis, quæ noua semper fœtu fœcunda concipit, parit, & nutrit: concipit catechizando, quos instruit: parit baptizādo, quos abluit: nutrit communicando, quos reficit: de qua propheta dicit in psalmo: Habitare facit sterilem in domo matrem filiorum lætantē. Et alius item propheta: Leua (inquit) in circuitu oculos tuos, & vide, omnes isti congregati sunt, venere tibi, fili tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere consurgent. Gaudemus autem non modicùm, & vtinam in te, ac super te nostrum gaudium impleatur, quòd apostolatus nostri solicitudinem super vnione Latinorum, & Græcorum ecclesiæ commendasti, pro diuino zelo, & ignito proposito, quæ nos expresisti habere in tuarum serie literarum, super qua etiam imp. nobis celsitudo rescripsit, quòd (vt verbis eius vtamur) nostræ sanctitatis est secundum prę-

cedentes synodales operationes pro requisitis dogmatibus, synodalem conuentionem fieri dispensare, & nostra sic sancti tate faciẽte, sanctissima quæ apud nos est ecclesia, non ad cõuentum tardabit. Licet autẽ, sicut ex prædictis apparet, eccl. Ro. non tam cõstitutione synodochica, quàm diuina, caput, & mater omnium eccl. existat: & ideo nec pro disparitate rituum, nec dogmatum diuersitate differre debueris, quin nobis, sicut tuo capiti secundum antiquum, & canonicum statum benigniùs, & deuotiùs obedires, cùm certa non sint pro dubiis relinquenda, nos tamẽ pro multis necessitatibus eccl. dispositimus, auctore domino, generale conuocare concilũ, & synodalem celebrare conuentum: ad quem si vocatus à nobis iuxta ipsius Imp. promissionem occurreris, cùm hæc sint dogmata, quæ nostris litteris requisiuimus: vt scilicet membrum ad caput & ad matrem filia reuertatur, eccl. Ro. reuerentiam, & obedientiam debitam impensurus: te sicut fratrem charis. & præcipuum membrum ecclesiæ benignè, ac hilariter admittemus: de cæteris auct. sedis Apost. ac sacri approbatione concilij, cum tuo, & aliorum fratrum nostrorum concilio, quæ statuenda fuerint, statuentes. Alioquin cùm scandalum ecclesiæ non debeamus vlteriùs sustinere, qui de area domini zizania debemus, & paleas exufflare, dissimulare non poterimus, quin in ipso concilio, si desuper datum fuerit, in hoc negocio de fratrum nostrorum concilio procedamus. Monemus igitur fraternitatem tuam, & exhortamur in domino, & per apostolica tibi scripta mandamus, quatenus per te, vel si forte iusta ꝓpeditus occasione nequiueris, per procuratores idoneos, & aliquos de maioribus ecclesiarũ prælatis, statuto tempore ad concilium vocatus accedas, Apostolicæ sedi reuerentiã, & obedientiam, secundum statum canonum præstiturus: ne si secus actum fuerit (quod non credimus) tam in Imp. ipsum, qui potest, si voluerit, efficere quod mandamus, quàm in te, & Græcorum eccl. procedere compellamur. Super cæteris autẽ dilectum filium I. capellanum, & familiarem nostrum, Apostolicæ sedis Legatum, virum prouidum, & discretum nobis, & fratribus nostris, obtentu suæ religionis, & honestatis acceptum, ad imperialem excellentiam duximus destinandum: monentes, & exhortantes attentiùs, quatenus cum, sicut Legatum Apostolicæ sedis, benignè recipias, & honores. & ea sine dubitatione qualibet credas, quæ tibi ex parte nostra duxerit proponenda.

Datum Lateran. II. idus Nouembris.

ALEXIVS IN CHRISTO DEO fidelis Imperator diuinitus Coronatus, sublimis potens, excelsus semper Augustus, moderator Romanorum Commanus. De reuerentia & officio suo erga Romanam ecclesiam, ac de recuperanda terra sancta.

INnocentio sanctissimo Papæ Romano honorem concedentem, vt patri spirituali, & votum orationum eius. Per prudentissimos Legatos tuæ sanctitatis Albertum Subdiaconum, & notarium Albertinum meo directum Imperio, tuæ sanctitatis scriptum ei oblatum fuit, atque perlectum: & quod quidem de Imperij mei coram Deo humilitate, ac exaltatione ex humilitate procedenti, per tale scriptum paterne meum monuisti imperium, & acceptauit nostra Maiestas, & in Deo confidit, quòd & ipsa in sua gloriabitur humilitate: quia & ipsa directa fuit, & ex nunc dirigi sperat, atque orat. Nec enim nostra tranquillitas prophetæ Dauid verbis credere non potest: nunc quidem humiliatus sum, & saluauit me, ad Deum dicentis: Nunc autem cor contritum, & humiliatum non despicere Deum. Nec etiam inefficaciter nostra serenitas parabolam Euangelij de humilitate auscultauit. Descensionem enim Domini, & saluatoris nostri Iesu Christi à cœlis, & vsque ad ipsum infernum, vbi nostra ponet sublimitas. Propter hæc igitur omnia quàm valde Imperium nostrum humiliter sapere amplectitur: & in ipsius humilitate Deum eius non recordari nullo modo credit. Quoniam verò de humiliter sapere, in tuæ sanctitatis admonitionis verbo, & quædam scintilla.

illa passionis humilitati contraria sublatebat: hoc quidem alius fortè non immolestum sentiret. Quid enim? quod sanctitas tua voluit tam docendo, quàm & increpando nostræ induci magnificentiæ? vt nec à se ipsa, nec etim à diuinis, & nostris scripturis bonum intelligere, vel addiscere valenti: neque zelum pro domini eò sepulchro, & ex proprio suo corde æstuantem portanti pro misericordia, quã circa Christianos habet accensum, & exarsum, & vt flamma materiem cõbustibilẽ ipsam cremantem: & vt vermis eius ossa corrodentem. Propter quæ & secundum perfectum Prophetam Oziam dicere est: Et consolatio abscondita est ab oculis meis. Igitur etsi alij talia tuę sanctitatis verba vt in tranquilla placuere, tamen imperio meo & hæc firma, & amabilia ad vnum, & solũ respicienti, quòd Deo placitum, & tuam mentem conijcienti: quoniam non ex elara sapere, sed ex cura, quã pro dominico habet sepulchro, talia scribere induxit. Nam & ipsum imperium meũ tali zelo ferutns his similia, quę magni Pauli non diffidit, & ipsum, & anathema quidem à Christo esse pro fratribus meis Christianis non orat. Veruntamen propriam suam liberratem dominici sepulchri liberationi libenter supponeret, & non solum imperiali altitudini, & maximarum diuitiarum potentiæ, multorumque hominum potestati, qualia, & quanta nulli hodie superstitum principũ subiacent, sed & ipsi propriæ vitæ pro liberatione dominici sepulchri de manu impiorum præiudicaret. Sed quoniã non in multitudine exercitus, nec in diuitiarum grauedine meum confidit imperiũ, sed diuitias, voluntates, & dispensationes imitari apud se iudicauit: iudicia verò Dei, vt ex visis, & operatis conijci potest, Deum nondum nostris peccatis placatum esse demonstrant: nec nostra despexisse delicta, propter quæ & saltare in sanctis illis locis agarenis permisit, & per longum iam tempus, & vsque nunc à prophnis, & immundis pedibus conculcari sancta illa sustinet, vt videatur nunc à Deo perfici, quæ de Hierusalem dicta sunt per Zachariam: Ponam Hierusalem lapidem conculcatum in omnibus gentibus, omnis eam conculcans, illudens, illudetur: & congregabuntur in ea omnes gentes terræ: & percutiam omnem equũ in stupore, & omnem ascensorem eius in desipentia: super domum autem Iudæ aperiam oculos meos, & omnes equos populorum percutiam in cœcitate. Ob hæc & multum promptum imperiũ meũ seipsum coercet, & impetens cohibet. Timet enim ne sic ante tempus faciens, & tali operæ secundum suum desiderium se apponens, verba Oziæ vt à Deo loquentis audiat: Sibi regnauerunt, & non per me dominati sunt, nec etiam me cognouerunt. Diligenter enim meum credit Imperium, quòd ℔m Deum nobis ambulantibus, & quæ Christi sunt, pro beneplacito Christi vlcisci festinantibus, nõ solum millenarijs exercitus multitudinibus indigebimus, nec etiam ineuacuabilium thesaurorum euacuatione, sed parua pars exercitus est, & modica pecunia cito totum perficere poterit. Hoc ex Ezechiele Regis Hierusalem me docet lachrima. Centum octoginta milia Assiriorum cum Duce Rampsaki Hierusalem obsidentium, vna nocte per euangelicam virtutem interficiens: & Rampsaki ad Deũ blasphemiam, nec non & Scracheri eum mittentis elationem in luctum conuertẽs. Hoc & trecenti sugedeor proni bibentes, & sub vnius lampadis solius lumine omnia millia alienigenarum conuertentes. Sanctissimi etiam Moysi manus ad Deũ eleuatas, & à duobus sacerdotibus sustentatas, & Amalec vertentes, & septẽ sacerdotum Iesu naue tubas sono tantum muros Ierico subuertentes, meum omittit imperium: ne & contra hodie tam sacerdotes, quam & milites currere videantur, talia nostris peccatis exigentibus miracula non operari valentes. Quod enim non ℔m Deum nobis cogitationes, quæ pro Deo sunt, sed oribus consentientes, cordibus dissentimus, & labijs osculantes, animo ad inuicem diuidi volumus: ob hoc non prosperi nobis pro dominico gressus sepulchro. Non enim tua ignorat sanctitas, quantam subuersionem, quantamque occisionem nobilissimus quidẽ Rex Alemaniæ Federicus imperij mei superinduxit regionib. sacramẽtis ridigissimis se al-

ligans, pacificè & sine pugna terras imperij mei pertransire iurans: & sic imperium meũ sine aliquo impedimento intrans, & omne in eo pessimũ operans, & Christianos vt impios expugnauit: Et hinc,& à via,qua ipse proposuerat ire exclusus, & insperatè fluuio, & vetularum vado submersus est. Quomodo igitur imperium meũ sic non bene circa Romaniam sentientibus adiuuare debebat, & cum eius via ambulare? Tamen quamuis sic mala meo imperio illi retribuere, tamen imperium meum eis mala retribuere noluit, integram, quã ad dominicum sepulchrum habet, reuerentiam sibi conseruans. Omnium enim necessariorum allationem ipsis ex regionibus imperij mei, & per seipsos eis acquirere permisit, & ipsum eis administrauit,& nunquàm eis defecit, necessariorum copia circa inimicos crucis hos armans. Non igitur inculpabilem tua causetur sanctitas, sed contra illos suam vertat increpationem: qui pro Christo, quasi laborare ostendentes,contraria diuinis operantur voluntatibus. Quare igitur pro dominico sepulchro ad bellum,meum usque nunc distulit imperium, sufficienter hæc tuæ sanctitati respondit imperiũ. Det autem Deus p̃ tuas sanctas orationes nostræ potentię trãquillitati,ſm imperij mei cor, finem pro dominico sepulchro,conatui apponi tempore congruo. De unione autem ecclesiarũ non longam responsionem tuæ sanctitatis discretioni facit, quia leuissima est unio,pro ut meo uidetur imperio, si humanis uoluntatibus ex nobis deficientibus, uoluntas Dei tantũ in nobis est mediatrix. Nã ecclesia, quæ uniuersalis una est,& non est diuisa, sub uno pastore pro nobis suum sanguinem effundenti Christo ordinata,quamuis ab alijs,& alijs,quę per partes sunt ecclesiæ, dispensentur, & agantur: quibus secundum uoluntates,& scientias eas agentium,& fides confirmatur, uel mouetur. Et hodierni ecclesiarũ throni, & honores à mundanis principibus, & non aliunde ipsis aduenere. Si igitur ecclesiarum prælati omnem carnalẽ prudentiam suam expulerint, soli autem sancto spiritui perscrutationem exquisitorum dogmatum imposuerint,impossibile est de facili solutionem dubiorũ non non persequi, & distantia peruenire ad unionem,& pacem litigantia. Si uerò propria sua uoluntate fuerint superati, operatio contrarij spiritus patenter, & inconiungibile discissis, & immixtibile diuisis sequetur. Quemadmodum enim solis radij omnibus omnes æqualiter effunduntur. Si verò quis sub tecteo quodã corpore absconditur, huic & sole benè lucente non splendens, nec lucens erit dies: sic purè,& sine passione intellectus,quæ Dei sunt requirentibus veritatis lumen,à sancto spiritu lucet,& orthodoxæ fidei lumẽ ipsos illuminat, non spiritualiter autem spiritualia requirentibus, veritatis inuentio fit incomprehensibilis:non enim complectuntur incõplexibilia, nec miscentur incõmixtibilia. Tuæ igitur sanctitatis est ſm præcedentes synodales operationes pro requisitis dogmatibus, synodalẽ conuentionẽ fieri dispensare,& tua sic sanctitate faciente, sanctissima, quæ apud nos est ecclesia,non ad conuentũ tardabit. Et hoc quod de negocijs in scripto tuæ sanctitatis meo imperio directo declaratis. De secretioribus aũt à prædictis legatis meo imperio dictis, secretius responderi tuę sanctitati præceptum est,præsenti homini imperij mei venetico Ioã. Georgio: cui & tua credat sanctitas in oĩbus, quæ ipse dixerit ei, vt ex parte imperij mei. Noscat ẽt tua sanctitas, qm̃ quàm magnè delectatum est imperium meum, in tuæ sanctitatis prudentissimorum legatorum prudentia,quàm plurimum etiam,& eorum sapientiam,& pro tuę sanctitatis honore certamen acceptauit,simul atq; laudauit. Sciat autem tua sanctitas, quoniã prout, & sui legati diligenter nouerunt, quòd & homines de melioribus suæ curiæ debeat mittere, & cum ipsa sentire amicabiliter. Ob viæ aũt difficultatem, ac infidelitatem non potuit sic facere, & ob hoc præsentem item hominem suum veneticum Ioannem Georgium ad te transmisit fidelem existentem, & ipsum imperio meo anulo,& solo per hunc amicabiliter sentiens tecum. Det autem Deus secundum intentionem imperij mei,cum tua sanctitate sentire amicabiliter.

Mense Februarij, die, indictione ij.

ALE-

ALEXIO ILLVSTRI CONstantinopolitano Imperatori. Qua Imperatoria ad præcedentem epistolam respondet.

MVltæ nobis attulit exultationis affectum, quòd sicut ex litteris excellentiæ imperialis accepimus, legatos, & litteras nostras recepit humiliter imperatoria celsitudo, & ad ea quæ super ecclesiæ vnitate nos scripsisse meminimus, & si nó omnino sufficienter, & euidenter, benignè tamen, & deuotè respondit: & exhortationes, & commonitiones nostras suum rescripsit imperium acceptasse. His enim, à quo secundum apostolum est omnis potestas, scrutator scilicet renũ, & cordium Iesus Christus, qui habet cor principum in manu sua, qui aperit, & nemo claudit, aures tuæ serenitatis aperuit: & eum tibi deuotionis spiritum inspirauit, vt quæ per nos, licet insufficientes Vicarios suos & immeritos apostolorum principis successores, imperiali magnificentiæ litteris fuerant exarata, & audires humiliter, & benigniùs acceptares: licet super subuentione terræ orientali hactenus non impensa, magnificentiam tuam nos credideris increpasse, cùm tamen id non increpando scripserimus, sed potiùs commonendo, quamuis increpationis alloquium à pontificali non sit officio alienum, iuxta quod Paulus ad Timotheum scribens aiebat: Prædica verbum, insta importunè, opportunè, argue, obsecra, increpa, in omni patientia, & doctrina. Miramur autem, quod imperialis prudentia pro recuperatione terræ sanctæ nondum esse laborandum visa est suis litteris innuisse: quia, sicut ex detentione ipsius terræ poterat euidenter agnosci, nondum dominus peccatis nostris fuerat complacatus, qui non in multitudine, nec in arcu, sed in virtute sua saluos facit de sua misericordia confidentes. Times enim, sicut tuæ litteræ continebant, ne si tempus à Deo eiusdem terræ liberationi præuisum, imperialis serenitas voluerit præuenire, se frustra laborasse deploret, & increpetur à domino per prophetam dicentem: Sibi regnauerunt, & non per me: dominati sunt, nec me nouerunt. Verùm, vt non tam ad reprehensionem, quàm instructionem loquamur, si diligenter consideres. & inspicias veritatem, longè aliter intelliges sentiendum. Bonorum enim omnium dator, qui reddet vnicuique secũdum opera sua, cui seruitia coacta non placent, liberum homini concesit arbitrium, vt super his, in quibus humanum possit inuenire remedium, dominum non tentaret: scriptum est enim: Non tentabis dominum Deum tuum. Est igitur in tanta necessitate populi Christiani, vel potiùs Iesu Christi tã tibi, quàm vniuersis sacri baptismatis vnda renatis libero vtendum arbitrio, & subueniendum exuli crucifixo: ne si redemptionis eiusdem terræ tempus ignotum hominibus expectare volueris, & nihil agere per te ipsum, sed vniuersa relinquere dispositioni diuinæ, sepulchrum dominicum à Sarracenorum manibus, prẽter tuę subuentionis auxilium liberetur, & inde per negligentiam imperialis magnificentia diuinam incurrat offensam, vnde per solicitudinem suam. gratiam domini poterat promereri. Nunquid enim sensum Domini cognouisti? nũquid consiliarius eius es? Vt certus de dispositione diuina tunc primùm arma moueas in Paganos, & ad liberationem Hierosolymitanæ prouincię accingaris, cùm dominus miserereri disposuerit populi Christiani, & hæreditatem suam de Sarracenorum manibus liberare. Nonne legisti de altitudine diuitiarum, sapientiæ, & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Sanè si diuinæ mentis arcana præscires, & liberationem sepulcri dominici occultè reuelationis oculo prẽuideres nũquid tibi meritoriũ esset, tunc primùm in terræ sanctæ subsidium proficisci, quasi velles Dominum in suæ dispositionis exe cutione iuuare, quæ per te nec impediri posset, nec etiam prorogari? Qui hoc sentiunt, dicere compellentur, despuisse Prophetas, qui eos pœnitentiam agere prædicabant, quorum peccatum ex eorum contemptu Deus præuiderat aggrauandum. Vt cùm Moyses iussus à Deo monuerit Pharahonem, vt dimitteret populum induratum, sic tamen cor eius, vt populum dimittere nollet, est flagellatus, Non erit etiam secundum opinionem talium, vel desistendum à vitijs, vel virtu-

virtutibus insistendum, sed standum potiùs dispositioni diuinæ: quæ damnandos præuidit singulos, aut saluandos. Legit, sicut credimus, imperialis excellentia, vel audiuit, quòd propter peccatum Israelitici populi, quadraginta dies, quibus debuerat terram repromissam intrare in annos totidem Dominus commutauit & econtrario ad contritionem, & lachrymas Ezechiæ, vitam eius inter quinos annos extendit. Ex quo potest plenè perpendi, quòd & tempus possit persecutionis Sarracenicæ breuiare, qui in Euangelio de Antichristi pſecutione locutus adiecit: Nisi breuiati fuissent dies illius, salua non fuisset omnis caro. Præterea inter cæteras arcanas, & inscrutabiles causſas inuasionis, & detentionis terrę orientalis, hanc etiam Dominus sua forsan miseratione præuidit: vt multi relictis parentibus, & amicis, immò etiam omnibus, quæ habebant, Christũ assumpto salutifere crucis signo, sequentes in defensione terræ ipsius martyrio coronentur, & inde triumphans ecclesia lętetur, & augeatur in cœlis. Vnde militans dolere, ac minorari videtur in terris. Nolumus autem iu huiusmodi rebus amplius immorari, cùm rectè attendentibus, & inspicientibus diligenter veritas pateat per se ipsam. Imperialis autem cellitudinis erit, sic de cætero Christo exuli subuenire, vt & obloquentium detractionem euitet, & in vltimę discussionis examine illud euangelicum contra se audire non possit: Hospes fui, & non collegistis me, infirmus, & in carcere, & non venistis ad me. Gaudemus autem quod super ecclesiæ vnione, pro qua imperatorię magnificentię specialiter litteras nostras direximus, & legatos, sicut ex litteris tuis accepimus, promptum videris habere affectũ, & ad consumãdum quod scripsimus, intendere diligenter. Rescripsisti enim per litteras tuas (vt tuis verbis vtamur) q̃ nostræ sanctitatis est secundum prędecedentes synodales operationes, pro requisitis dogmatibus synodalẽ conuentionem fieri dispensare, & nostra sic sanctitate faciente sanctissima, quę apud vos est ecclesia, non ad cõuentum tardabit. Licet autẽ apostolica sedes non tam constitutione synodochica, quàm diuina caput, & matertomnium ecclesiarum existat, sicut ex tenore litterarum, quas venerabili fratri nostro Patriarchę Cõstantinopolitano direximus, & quarum tibi destinamus exemplar, celsitudini tuæ pleniùs poterit apparere. Ideoque Pat. prædictus nec pro disparitate rituum, nec dogmatum diuersitate differre debuerit, quin nobis sicut sno capiti secundum antiquum, & canonicum statum benigniùs, & deuotiùs obediret, cùm certa non sint pro dubijs relinquenda. Nos tamen pro multis necessitatibus ecclesiasticis dispositis, auctore domino, generale conuocare concilium, & synodalem celebrare conuentum: ad quem si vocatus à nobis iuxta tuam promissionem occurrerit, cùm hæc sint dogmata, quæ nostris litteris requisiuimus, vt scilicet membrum ad caput, & ad matrem filia reuertatur ecclesię Romanæ reuerentiam, & obedientiam debitam impensurus, eum sicut fratrem charissimum, & præcipuum membrum ecclesię benignè, ac hilariter admittemus. De cæteris auctoritate sedis apostolicæ, ac sacri approbatione concilij cum suo, & aliorum fratrum nostrorum consilio, quæ statuenda fuerint statuentes. Alioquin, cùm scandalum ecclesiæ non debeamus vlterius sustinere, qui de area domini zizania debemus, & paleas exufflare, dissimulare non poterimus, quin in ipso concilio, si de super datum fuerit, in hoc negocio de fratrum nostrorum consilio procedamus. Mouemus igitur magnificentiam tuam, & exhortamur attentiùs, & in remissionem iungimus peccatorum, quatenus sic efficias, vt idem Patriarcha per se, vel si forte iusta præpeditus occasione nequiuerit, per procuratores idoneos, & aliquos de maioribus ecclesiarũ prælatis statuto tempore ad concilium vocatus accedat, apostolicæ sedi obedientiam, & reuerentiam secundum statum canonicum præstiturus: ne si secus actum fuerit (quod non credimus) tam in te, qui potes, si volueris efficere quod mandamus, quam in eum & ecclesiam Græcorum procedere compellamur: Super cæteris autem dilectum filium I. capellanũ, & familiarem nostrum apostolicæ sedis legatum, virum, prouidum, & discretum nobis, & fratribus nostris

stris obtentu suæ religionis, & honestatis acceptum, ac tuæ serenitati deuotum, ad imperialem excellentiam duximus destinandum: monentes, & exhortantes attentiùs, quatenus cum sicut legatum apostolicæ sedis benigne recipias, & honores: & ea sine dubitatione qualibet credas, quæ tibi ex parte nostra duxerit proponenda: sciturus pro certo quòd si nostris volueris conciliis acquiescere, graui tempestate sedata, grata tibi poterit tranquillitas prouenire. Datum Lateran. idibus. Nouembris.

L. VICARIO NOSTRO APVD Constantinopolim. ne Sacramentum confirmationis ab aliis, quàm à sacerdotibus administretur.

QVanto de benignitate sedis Apostolicæ locum obtines celsiorem, tanto tibi est solicitius procurandum, vt in talem exhibeas in agendis, non declinans ad dexteram, vel ad siniſtram, quòd non minus re, quàm nomine vices Apostolicas gerere videaris. Peruenit sanè ad audientiam nostram, quòd quidam simplices sacerdotes apud Constantinopolim ea sacramẽta præsumunt fidelibus exhibere, quæ ab Apostolorum tempore ritè fuerunt solis pontificibus reseruata: vt est sacramentum confirmationis, quod chrismando renatos soli debent Episcopi per manus impositionem conferre, ad excusandas excusationes in peccatis, & sui erroris fomentum solam consuetudinem prætendentes: cùm diuturnitas temporis peccata non minuat, seu augumentet: quæ tanto grauiora existunt, quanto infelicẽ animam diutius detinent alligatam. Volentes igitur hæc, & alia, quæ oculos diuinæ maiestatis offendunt, de agro dominico extirpari, discretioni tuæ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus omnibus latinis presbyteris apud Cõstantinop. cõstitutis districtè prohibeas, ne talia de cætero sua temeritate præsumãt: quæ licet non sint à fidelibus contemnenda, tutius tamen est ea sine periculo ex necessitate, quæ legem non habet, omittere, quàm vt ab his, quibus ea conferre non licet ex temeritate, quæ lege damnatur, nõ sine graui periculo inaniter conferantur: cùm vmbra quædam ostendatur in opere, veritas autem non subeat in effectu. Alios quoque subiectos tuos, & ab illicitis reuocare satagas, & ad faciẽda bona verbo, & exẽplo pariter inuitare: quibus quales pro te litteras destinemus, ex rescripti nostri serie perpenderet poteris euidenter. Datum Lateran. XVI. cal. Decembris.

OMNIBVS LATINIS TAM CLERICIS, quam laicis apud Constantinopolim constitutis. Vt legato Apostolico obtemperãt.

QVam magnum sit bonum obedientiæ, quantumque ab omnibus fidelibus appetẽdũ, ex contrario eius euidenter apparet: cùm teste propheta peccatum ariolandi sit rapugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere, sitque in illos grauiter vindicatum, qui schisma in populo facientes inobedientes extitere suis superioribus & rebelles. Ad huius aũt virtutis eminentiam nullus attingere poterit subditorum, nisi prælatis suis curauerit humiliter obedire. Sanè quoniam præsentiam suam non potest Romanus Pontifex omnibus exhibere, dilecto filio Magistro L. cuius virtutes, & merita plenius cognouistis, vices suas apud Constantinopolim duxit sedes Apostolica committendas, vt absens corpore præsens spiritu per ipsum, quem tanto deputauit oneri, & honori, vos tanquam membra sibi capiti firmiter couniret. Vt igitur ei, qui factus est Deo Patri obediens usque ad mortẽ, per obedientiã placere possitis, monemus vniuersitatem vestram, & attentiùs exhortamur in dño, per apostolica scripta præcipiendo mandantes, quatenus pro reuerentia Beati Petri, & nostra præfato magistro vnanimiter intẽdentes, salutaria ipsius monita, & præcepta teneatis firmiter, & seruetis, scituri q̃ nos illi cõcessimus, vt quia cõmunis deposcit vtilitas, nõ obstante rescripto, si quod à bonæ memoriæ C. Papa prædecessore nostro proponitur impetratũ, ad eũ quoties necesse fuerit, liberè appelletur: & ipse causas super quibus ad eũ fuerit appellatũ, canonico fine decidat: enormes etiã, & graues excessus per censuram ecclesiasticã corrigat, & castiget. Circa, quem cùm sine vestra non posset iniuria mendicare, in subsidiis etiam corporalibus conferendis, qui vobis spiritualia subministret, vos esse conuenit liberales: vt de bo-

de bonis, vobis à Deo collatis eidem in vita, & morte hilariter conferentes, orationum illius sitis participes, qui Vicarius noster existit. Et per hæc, & alia bona, quę in terris, domino inspirante feceritis, ad æterna gaudia peruenire possitis.

Datum Lateran. XVI. cal. Decembris.

PRIORI, ET FRATRIBVS sanctæ crucis. Quæ citantur ad audiēdam sententiam inter ipsos & Colimbriensem Episcopum.

PRo quęstionibus grauibus & diuersis quas venerabilis frater noster Colimbriē. Epus aduersus vos & quosdam alios religiosos habere dignoscitur longo tēpore iam elapso fuit apud Romanā ecclesiā constitutus sperans per censurā sedis apostolicæ finem, litibus imponendum. Sed ecce desiderium eius facientibus vobis impræsentiarum, duci non potuit ad effectū: cùm in absentia partis alterius, quātūcunq; nobis graue fuerit, & molestū, ad diffinitiuā sententiā non duximus procedendū. Quamuis autē tantā inobedientiam vestram graui possemus animaduersione punire, volentes tamen regia via semper incedere, non declinantes ad dextram vel sinistram, vniuersitati vestræ in virtute obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, quatenus omni contradictione, & appellatione cessante vsque ad festum omnium sanctorum proximè futurū per uos ipsos vel per sufficientes & idoneos responsales ad nostram præsentiam accedatis, super priuilegijs omnibus & libertatibus, quæ à Romanis pontificibus, vel à Michaele quódā Colim. Epo vos habere proponitis, & super alijs quæstionibus aduersum vos à Colimb. ecclesia intentatis diffinitiuam sententiam recepturi. Et vt veritas faciliùs reueletur authentica, & originalia cū bullis suis nobis sub præmissa districtione, ad eundē terminū exhiberi præcipimus per eosdē. Interim autem vobis, sicut & alteri parti licebit si volueritis aliud ab his, quæ fecistis hactenus, allegare pariter, & probare coram dilectis filijs N. de Alcobatia, & N. de Seiza Abbatibus, & Fer. Menandi monacho Alcobatiæ, sedis apostolicæ delegatis qbus super hoc nostras litteras destinamus. Sanè præfixum vobis terminū peremptoriū assignamus: ad quem si uenire, vel mittere, sicut præmissum est cōtempseritis, nos nihilominus in caussa ipsa, quantum de iure poterimus, procedemus.

Datum Latera. VIII cal. Decembris.

N. DE ALCOBATIA, N. DE Seiza abbatibus et F. Menādi monacho Alcobatiæ. Vt in eadē causa, de qua Epistola præcedenti agitur, testes recipiant, & rei gestę veritatem ad Pontificem remittant.

QVID scribamus N. Priori & fratribus Sanctæ Crucis super cōtrouersijs grauibus, & diuersis, quæ inter ipsos & Colim. ecclesiam agitatur, ex litteris apostolicis patentibus, eis directis, perpendere poteritis euidenter: quas per solicitudinem vestrā ipsis omni contradictione & appellatione cessantibus exhiberi volumus, & iubemus. Quamuis autem coram vobis, quibus examinationē negocij sub certa forma recolimus cōmissse, testes vtrinq; producti fuerint, & recepti: quia tamen de caussa nō cōstitit nobis ad plenū, per apostolica vobis scripta districtè præcipiēdo mādamus, quatenus receptis adhuc alijs testibus partium si de ipsarū processerit voluntate, si quos super priuilegijs, libertatibus, vel alijs articulis duxerint producēdos & vsq; ad diffinitiuā sententiam, remoto appellationis obstaculo procedētes, gesta omnia nobis, suo sigillorum testimonio per vestrum fidelem nuncium trāsmittatis ad festum omnium Sanctorum proximè futurum, diem peremptorium assignantes, quo recepturæ sententiam per se, vel per procuratores idoneos nostro se conspectui repræsentēt: ad quē si qua earū venire cōtempserit, nos nihilominus, quantum de potestate rimus, procedemus. Testes &c. per censuram ecclesiasticam cogantur. Quod si omnes &c. Duo vestrum &c.

Datum vt suprà VIII. cal. Decembris.

ARCHIEPISCOPO MAGVNtino, Episcopo Sabinen. vt ab iniusto & illicito iuramento Canonici Herbipolenses absoluantur.

OFficium creditæ nobis administrationis exposcit, vt non solùm corrigamus ea, quæ perperam fuerint attētata verùm etiam illos qui contra ecclesiasticam hone-

honestatem,& Sanctorum patrum constitutiones temeritatem suam non metuũt exercere,ne impunitas nocentium pariat delinquentes, animaduersione debita puniamus. Ad audientiam siquidem apostolatus nostri peruenit, quòd C. quondam Hildemen. Episcopus cùm Herbipolen. ecclesiam temerè occupasset, inter alia, quæ nimia temeritate ductus nequiter attentaui,à canonicis eiusdem Herbipolen. ecclesiæ exegit, vt post eius obitum familiæ suæ duo millia marcharum se promitterent soluturos, & ab eis iuramentũ obtinuit, quòd antequam illæ marchæ soluerentur illis, quibus ipse persolui mandaret, successori eius nullatenus obedirẽt. Subsequenter etiam suggerens eis, quòd pro successione Herbipolen. Episcopatus, quidam conspirassent in mortem illius,similiter postulauit ab eis,vt eidem eligerẽt successorem:cuius petitioni canonici annuentes,ad electionem huiusmodi faciẽdam, sex de suis confratribus elegerunt: qui cùm Monasterienſem Episcopum eligissent,præfatus C. fecit canonicos ipsos tactis sacrosanctis Euangelijs iuramento firmare, quòd electioni iam dictæ nullo vnquã tempore obuiarent. Quoniam igitur tam enormem præsumptionem nec possumus, nec debemus sub dissimulatione transire, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus atque præcipimus, quatenus si præmissis veritas suffragatur, omni contradictione,& appellatione post posita, auctoritate nostra, prædicta iuramenta tanquam illicita denuncies non tenere:& illis, quos tibi constiterit taliter iurauisse, de illicitis iuramentis condignã pœnitentiam, & satisfactionem iniungas. Siqui verò contra formam huius mandati nostri tibi duxerint resistendum, eos ecclesiastica seueritate percellere non omittas. Datum Lat. VIII. cal. Decembris.

LITTERAE FIDELITER INterpretatæ de Armenico in Latinum, quas catholicus Armeniorum domino Papæ Innocentio destinauit. Quagratias agit Pontifici pro coronatione Regis, & promisso Legato Archiepiscopo Moguntino:et suam confessionem ædit.

VObis, qui estis caput post Christũ consecrari ab eo,& caput catholicę ecclesiæ Romanæ matris omnium ecclesiarum, adeò prudentes, & Sancti, quòd debetis esse in loco apostolorum sublimis Papa,& vobis sanctis Archiepiscopis,Episcopis, Cardinalibus,Presbyteris, Clericis,& omnibus, qui sunt de vestra sancta ecclesia, salutẽ, & fraternitatem. Pax Dei sit inter vos Gregorius homo Iesu Christi per gratiam Dei catholicus totius Ecclesiæ Armeniorum, filius vestræ sanctæ ecclesiæ, quæ est fundamentum legis totius Christianitatis: Sciatis quòd nos Archiepiscopi, Episcopi,presbyteri,& clericĩ oramus Iesum Christũ, qui est caput omniũ nostrũ,vt seruet vos,& vestros ab omnibus malis:quia cũ vos, qui estis caput, estis incolumes,nos qui sumus corpus,bene valebimus per vestrã benedictionem. Noueritis dñe, q̃ ad nos venit nobilis,sapiens, & sublimis Archiepiscopus Magun tinus, qui nobis attulit ex parte Dei, & ex parte sublimitatis ecclesiæ Romanæ, & ex parte magni Imperatoris Romanorum sublimem coronam, & coronauit Regem nostrũ Leonem, & nobis reddidit coronã, quã nos perdidimus à longo tempore:vnde nos fuimus elongati à vobis, & nos recepimus eam libenter, & cũ magno gaudio:& inclinamus, & regratiamus Deo,& S. Roma. ecclesię,& alto Imperatori Romanorum. Sciatis domine, q̃ ipse nobis monstrauit vestra præcepta, & nos ea multum libenter audiuimus, & libenter volumus legem, & fraternitatẽ sublimis ecclesiæ Roma. quæ est mater omnium ecclesiarum: & nos solebamus eã habere,& nunc eam habemus, & libenter volumus esse ad vestrum mandatum: & firmiter sunt ad mandatum:& vestrum omnes Archiepiscopi, Episcopi, & omnis clerus nostræ ecclesiæ, qui sunt in multis tetris, & sunt multi per Dei gratiam. Et nos rogamus vos,vt oretis Deum pro nobis, quia nos sumus in corde draconis, & in medio inimicorum crucis, & inter eos, qui sunt naturaliter inimici nostri. Et nos vos rogamus per Deum, quatenus nobis mittatis tale adiutorium,& tale consiliũ, quòd nos possimus conseruare honorem Dei,& christianitatis, & vestrum. Quia postquã nos sumus vestri,& vos estis memores nostri, efficiatis tantum erga nos, quòd

quòd nos gratias referamus Deo, qui nos redemit sanguine suo: & quòd gratiam agamus S. cruci domini nostri, qui fecit totum mundum. Iesus Christus defendat vos, & omnes vestros ab omni malo, & nobis det vestram benedictionem.

GREGORIO CATHOLICO ARmeniorum. Qua ad Epistolam præcedentem respondetur: deque primatu sedis Apostolicæ disseritur.

EX eo te radicatum in fide catholica, & esse catholicum non tam nomine, quàm merito experimur: quòd apostolicæ sedis magisteriũ recognoscẽs, eam ecclesiarũ oĩum matrem, & nos caput vniuersorum fidelium confiteris, sicut ex tuarum nobis innotuit serie litterarũ. Nosti etenim priuilegiũ Petri, q̃ sibi dominus vniuersas oues suas pascendas, vocabulo tertio repetitio, cõmisit: Pasce (inquiens) oues meas, & super vniuersos ei ligandi, & soluendi contulit potestatem, dicens ad eum: Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solueris super terrã, erit solutũ & in cœlis. Nosti etiam prærogatiuã apostolicæ sedis, quæ per merita Beati Petri, & si non tempore, auctoritate tamen inter Apostolos primi, non constitutione syndochia, sed diuina inter omnes ecclesias magisterium obtinuit, & primatũ: fundamẽta super immobili fundamento, de quo, Paulus inquit apostolus: Fundamentum positum est, præter quod aliud poni non potest, quod est Christus Iesus, de quo veritas in Euangelio inquit ad Petrum: Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduersus eam. Petrus siquidem post Christum potest intelligi pastor vnus, & eccl. vniuersalis, ouile vnum: de quibus dñs in Euangelio protestatur: Alias, dicens, oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnũ ouile, & vnus pastor. Sanè lapis ille angularis, quẽ reprobauerunt ædificantes, factus post modum in caput anguli, faciens vtraque vnũ, Iudeorũ populos, & gẽtiũ nationes in vnitate Christianæ fidei conuiuit, ecclesiam ex vtriusque constituens, non habentẽ maculã, neque rugã: quę ne post ascensionem eius secaretur in partes, & ne vnitũ in eius fide diuideretur ouile, vni cõmisit Apostolorũ principi gubernandã: quem solũ sibi dñs & in officio vicarium, & in magisterio cõstituit successorem. Hoc autẽ tua fraternitas diligenter attẽdens, ac sciens q̃ fm apostolum omnes vnũ corpus sumus in Christo, singuli aũt alter alterius mẽbra, nos, quos dñs (licet immeritos) vicarios suos esse voluit, & apostolorum principis successores, caput ecclesiæ confiteris, & te ac fratres, & Coepiscopos tuos partem nostri corporis recognoscis: sciens q̃ sicut palmes non põt fructum facere à semetipso, nisi manserit in vite, sic & mẽbrum & sensu caret, & actu, si non in corporis permanserit vnitate. Gaudemus ergo non modicùm, q̃ in fide catholica perseuerãs, circa nos piæ geris deuotionis affectum, & filiũ te esse apostolicæ sedis innuis, dũ eam esse matrem omniũ protestaris, recognoscens à nobis magisterium ecclesiasticæ disciplinæ: quam & si receptam longo tẽpore prius, ex parte tamen p̃ ven. fr. nostrum Maguntinum Archiepiscopum, Episcopum Sabinen. vnum ex septẽ Episcopis, qui nobis in ecclesia Rom. collaterales existunt, susceptisse te gaudes, & desideras obseruare. Fuit autem, & est magnum tuæ deuotionis iudiciũ, quod eundem Archiepiscopum magnificè recepisti, & curasti non modicum honorare, sicut & tuæ litteræ continebant, & ipsius nobis relatio patefecit. Monemus igitur fraternitatem tuam, & exhortamur in domino, ac per apost. tibi scripta mandamus, quatenus in deuotione sedis apostolicæ firmiter perseueres, & in lege domini die mediteris, & nocte: quæ sanè doctrinæ congruunt, prædicans: & quæ prædicaueris, quantum dñs permittit, adimplens vt in te nec opera verbis, nec verba operibus contradicant. Eũo circa subiectos magister, vt doceas vt corrigas pater: mater vt foueas, doceas minus doctos, superbos corrigas, humiles foueas, & deuotos: iustitiã misericordia temperans, & æquitatem in iudicio non relinquens. Super subuentione verò Hierosolimitanæ Prouinciæ nosse te volumus, quòd iam per Dei gratiam ad cõmonitionem nostram multi

crucis-

crucis signaculū receperunt. & plures dño dante recipiēt in defensionem orientalis prouinciæ opportuno tempore trāsituri. Iam etiā duo ex fratribus nostris de manibus nostris viuificæ crucis assumpsere vexillum, exercitum domini præcessuri. Confide igitur, & esto robustus: quia citius forsitan, quàm credatur oriētalis prouincia subsidium sentiēt expectatum.

Datum Lateran. IX Cal. Decembris.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO patri & Domino Innocentio Dei gratia Summo Pōt. & vniuersali Papæ tanto, & tali honore digniß De suo erga veram religionem, & sedem Apostolicam amore, & quod petat auxilium contra Saracenos.

LEo per eandem, & Romani Imperij gratiam rex omnium Armeniorum cum salutatione se ipsum, & quicquid potest. Gloria, laus, & honor omnipotenti Deo, qui vos tantum, & talem pastorē ecclesiæ suæ præesse voluit vestris bonis meritis exigentibus, & tam fructuosam, & firmam fabricam super fundamentū apostolorū, componere, & tantū lumen super candelabrum positum toto orbi terrarum ad salutem totius christianitatis effundere dignatus est. In vestri vero luminis gratia salutaribus monitis reuerēd patris nostri Archiepi Magun. instructi, & informati omne regnum nobis à Deo cōmissum amplissimum, & spatiosum, & omnes Armenios huc illuc in remotis partib⁹ diffusos, ad vnitatē Sanctæ Romanæ ecclesiæ, diuina inspirante clemētia reuocare cupimus, & exoptamus. Ad hæc calamitates, miserias, paupertates, & imbecillitatem regni Syriæ, & nostri per seipsum prædictum Maguntinum (quia difficilior labor erat scripto retexrere) pictati vestræ patefacimus. Ipse verò per singula rei veritatem vobis explicabit: in cuius notitiam ista non prætenière. Hanc vtique contritionem & collisionem in valle destituti lachrymarum, iam diu sustinuimus, quod de cætero sine spe subsidij, & auxilij vestri sustinere nequim⁹. Verùm quia zelus domus Dei repescere nō debet in cordibus tam vestro, quàm nostro, non vt personam instruentis geramus, eiusdem domus decorem diligere, pro eadem domo murum nos oportet opponere, vt impetus, quod super eam faciunt inimici crucis, cooperante Dei gratia collectis in vnum animi viribus resistendo excludamus. Hinc est, quòd vestram flexis genibus imploramus pietatem, quatenus lachrymabilibus domini Maguntini precibus, & nostris diuino intuitu aures misericordiæ porrigatis: & miserijs christianitatis compatientes, subsidium christianissimum nobis accurē do mittatis antequam irremeabile (quod absit) incurramus diluuium: imò cū Dei, vestro auxilio euaginato ense de Hur chaldeorum & persecutione Pharaonis liberari, possimus. Datum Tharsis, anno ab incarnatione domini MCXCIX. mense Maio, die vigesima tertia.

LEONI ILLVSTRI REGI ARmeniorum. Qua Armeniorum Regi ad epistolam præcedentem respondetur.

IS, ecclesiam suam congregatam ex gentibus non habentem maculam neque rugam super gentes, & regna constituit, is extendit palmites eius vsque ad mare, vsque ad terminos terræ ipsius propagines dilauit: cuius est terra, & plenitudo eius. orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in ea. Ipse etiā Rom. eccl. ecclesiam nō solùm vniuersis fidelibus prætulit, sed super cæteras etiam ecclesias exaltauit. vt cæteræ ab ea nō tam viuendi normā, & morū sumerēt disciplinā, sed & fidei etiā catholicæ documēta reciperēt, & eius seruarent humiliter instituta. In Petro enim apostolorū principe cui excellētius alijs dominus ligandi, & soluendi contulit potestatem, dicens ad eū: Quod cūque ligaueris super terrā, erit ligatū & in cœlis: & quodcūque solueris super terrā, erit solutū & in cęlis: Eccl. Rom. sedes eius, & sessores ipsius Rom. pontifices successores Petri, & Vicarij Iesu Christi sibi inuicem per successiuas varietates temporum singulariter succedentes, super ecclesijs omnibus, & cunctis ecclesiarum prælatis, immo etiam fidelibus vniuersis à domino primatum, & magisterium acceperunt: vocatis sic cæteris in partem solicitudinis, ut apud eos plenitudo residēat potestati. Non enim in Petro, & cum Petro singulare illud priuilegium expirauit, t quod successoribus eius futuris,

turis, vsque in finem mundi dominus in ipso concessit: sed præter vitæ sanctitatē, & miraculorum virtutes par est in omnibus iurisdictio successorum: quos etsi diuersis temporibus, eidem tamen sedi, & eadem auctoritate dominus voluit præsidere. Gaudemus autē, ꝙ tu sicut princeps catholicus apostolicæ sedis priuilegiū recognoscens, venerabilem fratrem nostrū Maguntinum Archiepiscopum, Episcopū Sabinensem vnum ex septem Episcopis, qui nobis in ecclesia Romana collaterales existunt, benignè ac hilariter recepisti, & non solùm per eum institutis salutaribus, es instructus, quibus iuxta continentiam litterarum tuarum, totum regnum tuum licet amplissimum desideres informari, & vniuersos Armenos ad ecclesiæ Romanæ gremium reuocare, sed ad honorem, & gloriam apostolicæ sedis, quā constitutam esse nouisti super gentes, & regna, diadema regni recepisti de manib. eius, & eum curasti deuotè, ac humiliter honorare: & nos ꝑ ipsum, & litteras tuas ad orientali terræ subsidium inuitasti. Ei ergo, à quo est omne datum optimum, & oē donum perfectum, qui habet corda principum in manu sua, quas possum gratias referentes, qui tibi tantæ humilitatis animum inspirauit, rogamus seren. regiā, & exhortamur in domino, ac per apostolica tibi scripta mandamus, quat. in timore domini, & apostolicæ sedis deuotione persistens, ad expugnandam barbariem paganorum, & vindicandam iniuriam crucifixi, tanto potentius, & efficacius studeas imminere, quanto fraudes, & versutias hostium vicimus positus meliùs cognouisti: nō in exercitus multitudine, aut virtute, se de ipsius potius miseratione cōfidens, qui docet manus ad prælium, & digitos mouet ad bellum, qui arcus fortiū superat, & robore accingit infirmos. Iam enim per Dei gratiā ad commonitionem nostram, multi crucis signaculum receperunt, & plures domino dante recipient in defensionem orientalis Prouinciæ, opportuno tempore transituri. Iam etiam duo ex fratribus nostris de manibus nostris viuificæ crucis assumpsere vexillum, exercitum domini præcessuri. Confide igitur, & esto rubustus, quia citius forsitan, quam credatur, Orientalis Prouincia subsidium sentiet expectatum.

Datum Late. VIII. cal. Decembris.

NOBILIBVS VIRIS COMITIbus, Baronibus, ciuibus, & vniuersis per Siciliam constitutis. Vt Marcoualdum tyrannum, & Saracenorum socios opprimant.

QVòd futura sint nouissima Marcoualdi (quantum in eo fuerit) peiora prioribus, ꝙ non solum contra regnū Siciliæ, sed vniuersum ferè coniuraverit populum christianū, ꝙ factus sit contra vos alius Saladinus, nequitia eius testimoniū perhibet veritati, licet nulla veritas sit in eo. Egressus enim olim homo ille iniquus, vel potius immundus spiritus Siciliā, & totū regnū, cum non inueniret in Marchia requiem, sed obsidione hostiū sæpiùs vallaretur reuertar (inquit) in domum, regnum videlicet, quod exiui, & assumens secum alios spiritus nequiores, Diopuldum, s. fratrem, & fautores ipsius ante tempus redijt vos torquere: ac reliquias transmigerationis, & desolationis prioris, immo totius regni excidium innouare. Disposuit siquidē, sicut quondam, diruere muros Vrbiū, immo redigere ciuitates in villas, captiuare nobiles, torquere, ac mutilare potentes, spoliare diuites, pauperes flagellare, trucidare corā patribus filios, & adulterari coniuges ante viros, ꝑ vim violare virgines, & gladio perimere repugnantes. Non credatis hæc nobis, nisi fueritis talia iam perpessi, nisi nobiles vestri, ante quorum faciem terra tremere videbat, longo macerati exilio, facti sunt tandē mēbrorū mutilatione deformes, nisi quidā viri, & mulieres, immò ēt (quod dolētes dicimus) sacerdotes in mare precipitati fuerint, quidā flammis adusti, multi quoq; liquenti sagimine concremati. Nos aūt olim eius malitiā prouidentes, & malū vincere volentes in bono, cū se vniuersis mādatis nostris exponeret, vt tēptaremus spiritum, si esset ex Deo, sicut sæpe ꝑ litteras nostras vobis meminimus intimasse, recepto ab eo ꝑ quosdā fratrū nostrorū publicè super crucē, & Euangelia iuramento, ꝙ super oibus, pro quibus excommunicatus fuerat, mandatis apostolicis sine cōtradictione qualibet obediret,

fecimus

fecimus eum à uinculo excommunicatio nis absoluti:& inter cętera præcipi absoluto,ut penitus à Balio regni,& molestatione cessaret: quod se scripsit postmodum, nec pro Deo,nec pro homine seruaturū. Licet quò sub prædicta forma iurauerit, prius per suas nobis litteras intimasset, quas apud nos in certum infidelitatis eius indicium in testimonium reseruamus. Cæterum nos fraudes eius, & uersutias attendentes, ipsum cum vniuersis fautoribus suis,nominatim autem Diopuldo,& fratribus eius Odone de Luian,Vullielmo crasso, & sequacibus, & fautorib.eius excommunicationis curauimus uinculo iunodare, & vniuersos à iuramento fidelitatis, societatis, uel hominis ei præstiti absoluentes,omnem terrā, ad quam ipse,uel aliquis de principalib. fautoribus eius deuenerit, sententiæ subiecimus interdicti:& mandauimus prædictos omnes per fratres, & Coepiscopos nostros,& alios ecclesiarum prælatos singulis diebus dominicis,& festiuis excommunicatos publicè nunciari. Dictus uerò Marcoualdus à simili sibi quęrens auxiliū à pyrata prædo,& raptor, à marino non iam Latrunculo,sed latrone Vullielmum crassum,quem ei tam pęna,quàm facinus coequabat,asciuit·& quasi non sufficeret ei,ꝙ charissimus in Christo filius noster F. Siciliæ Rex illustris.suo fuerat patrimonio, spoliatus, nisi eum faceret etiam matris possessione priuari, sicut ex nobis transcripto litterarum, quas Phy. mittebat,innotuit.Siciliā est ingressus, & non regni,sed Regis etiam oblitus beneficiorum patris,qui eum erexit de puluere,& de stercore suscitanit: excidium meditatur,quasi suis dicens fautoribus: Hic est hæres,uenite occidamus eum, & habebimus hæreditatem ipsius:Si nobis non creditis,operibus credite.In ipso nanque ingressu suo quibusdam Sarracenis confederatus,eorum sibi contra Regem,& christianos conuocauit auxilium:& vt eorum animos ad stragem nostrorum amplius excitaret,& sitim augeret eorum, iam ipsorum fauces christiano sanguine cruentauit: & mulieres christianas captas per uioleutiam, eorum exposuit uolun tati. Quem igitur, & si non pueri *Regis*, Regis Regum causſa non moueat, & non tangat iniuria crucifixi? quis non insurgat in illum, qui contra omnes insurgit, & inimicis crucis se iungit,ut fidem crucis euacuet, & factus infideli deterior,infidelibus nititur subiugare fideles:Zelum igitur diuinæ legisha bentes cum Phinehe festinetis accingi,vt Iudęū diuertentem ad Madianitam,cum ea uno unius ictu gladii feriatis, & regni Sicilię defendatis honorem, quem defensuros uos fidei religione firmastis: licet enim Sarraceni,si in fidelitate prędicti Regis permāserint,diligere, ac manutenere uelimus,& bonas eis consuetudines adaugere,sustinere tñ nec uolumus, nec debemus,ut cum Marcoualdo regni excidium machinętur.Monemus igitur vniuersita tē uestrā, & exhortamur in dño, & in remiss.uobis iniungimus peccatorum,qtūs in d. Marcoualdū inimicum Dei, & eccl. persecutorem Regis,indè solūmodo fortiorem hostem Christianæ religionis, unde familiaris est inimicus, in nomine domini exercituum potenter, & utiliter assurgatis, non timentes ante faciem eius:quoniam ex quo recessit a domino, inuenient multa mala,quoniam & dominus ab ipso recessit, nec derelinquet ulterius uirgam peccatoris super sortem iustorum. Nos enim attendentes per fidiam Marcoualdi, qui cum non potuerit cum christianis hactenus præualere,cum Sarracenis,ut prælibauimus, nititur opprimere christianos, uniuersis procedētibus contra eos in hac nequitia perdurantes, illam concedimus ueniam peccatorum, quam in defensionem terræ orientalis transfretantibus indulgemus. Per Siciliam enim subueniri poterit facilius terræ sanctæ: quę si (quod absit)in Sarracenorum, potentiam deueniret,nulla de cętero recuperationi Hierosolymitanæ prouinciæ fiducia remaneret. Nos autem dilectum filium C. tt. S. Laurentij in Lucina presb.Card.apost. sedis leg. & uenerab. fratres nostros Neap. & Tarent. Archiepiscopos in regni subsidium cum copioso exercitu destinamus. Mementote igitur opprobrii totius re

gni, quòd uobis à cunctis gentibus expro bratur, scilicet, ꝙ citius totum regnum fuerit occupatum, quàm una soleat ciui tas occupari. Quid ergo dicetur de seruo, cum de domino id dicatur? Etitis enim de cætero nisi fideliter persistatis, & resistatis potenter, opprobrium hominum, & abiectio plebis, & ludibrium gentium, & fabula populorum. Datum Lateran. VIII. Cal. Decembris.

PIPIONI CLERICO

CVm à nobis petitur, &c. usque ad uerbum Assensu. Personam tuam cum omnibus bonis tam ecclesiasticis, quàm mundanis &c. usque ad uerbum Suscipimus. Specialiter autem præbendam Sancti Georgii de Canaceto, sicut eam iustè possides, & quietè auctoritate tibi apostolica confirmamus, &c. Nulli ergo, &c.

In eundem modum pro Azone Subdiacono super eccl. sia Sancti Syluestri de Roncalia.

N. de Lucedio, & N. Sancti Saluatoris Abbatibus Papiensibus. Vt monasterium S. Columbani instaurent.

IAm sæpius nostrum pulsauit auditum, ꝙ monasterium Sancti Columbani Bobien. & in spiritualibus usque adeò sit collapsum, & in temporalibus etiam diminutum, ꝙ nisi per auxilium diuinæ gratiæ, nostræque solicitudinis interuentu, uix speretur ipsius reparatio prouentura. Et quoniam instantia nostra quotidiana est secundum apostolum omnium ecclesiarum solicitudo continua nec omnes possumus personaliter uisitare maiorib. occupati, nostras uobis uices in hac parte duximus committendas, conceſſa uobis plenaria potestate corrigendi tam in capite, quàm in membris, quæ fuerint corrigenda: & puniendi per censuras ecclesiasticas, si quis uobis contumaces extiterint, & rebelles. Quocirca discretioni uestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus ad dictum cœnobium pariter accedentes, super statu ipsius inquiratis plenius ueritatem: & Deum habentes pro oculis, siue personarum acceptione quicquid ibidem inueneritis corrigendū requisito consilio uenerab. fratris nostri Episcopi Bobien. nostra freti auctoritate, remoto appell. obstaculo, corrigatis: cuius electum si minus utilem inueneritis ad regimen Abbatiæ, sine prejudicio tam Episcopi, quàm etiam monasterii eius resignatione recepta, talem ibidem pastorem per electionem canonicam instituere procuretis, qui & prodesse noueritis & præesse: attentius prouisuri, ut mādatum apostolicum taliter exequamini, ꝙ solicitudo uestra debeat in domino commendari. Datum Lateran.

Bobien. Episcopo. De libertate Monasterii S. Columbani.

ACcedens ad apostolicam sedem dilectus Sancti Columbani Bobien. de te in auditorio nostro grauiter est conquestus, ꝙ cùm monasterium sibi cōmissum à tempore Beati Gregorij ad Romanam ecclesiam usque ad moderna tempora pleno iure spectauerit, tu occasione cuiusdam sententiæ, à felicis recordationis Eugenio Papa prædecessore nostro, contra monasterium ipsum per Abbatis illius temporis imperitiam, uel fraudem fuisti an promulgatæ, quàm bonæ memoriæ S. Papa successor ipsius postea confirmauit, Bobien. ecclesiæ Abbatiam ipsam niteris subiugare: de cuius possessionibus, & redditibus, cùm Episcopium, & canonica ditata sint pariter, & dotata, non uidebatur consonum rationi, ut cum iactura temporali ad Romanam ecclesiam nullo pertinuerat mediante, postquam ibi factus fuit Episcopus, multitudine fidelium excrescente, subiectum fieret ecclesiæ Bobien. Post hanc autem diuisionem monasterium idem, sicut priùs fuerat, proponebatur in libertate pristina permanssisse: in quam non sine multis molestiis, & damnis in numeris per Bobien. Episcopos irrogatis, Abbates, qui pro tempore fuerant, se usque ad hæc tempora uendicarunt. Petebat igitur idem electus monasterium ipsum in sua libertate, ac speciali apostolicæ sedis subiectione seruari: & ipsius renunciatione recepta, qui se proponebat

ponebat in sufficientem ad regimen abbatiæ, eidem cœnobio de Pastore idoneo prouideri : uel si fortè iudicaretur idoneus, sibi munus benedictionis conferri: & sicut de antecessore ipsius factum fuerat, per Romanam ecclesiam benedici, quemadmodum ex litteris authenticis apparebat. Sanè præmissis obiectionibus dilectus filius N. nuncius tuus, licet præsens affuerit, nihil uoluit respondere ob alia, quæ sequuntur : se asserens ad nostrã præsentiam destinatum: quamuis uenerabilis frater noster Vercellen. Episcopus olim ecclesiæ Bobien. electus, multa pro ipsa studuerit allegare. Cùm enim præfatum monasterium de multa, quæ in eo religionis uiguit obseruantia, iam ad tantã sit dissolutionem ordinis monastici deuolutum, quòd vix in Abbate, ac monachis aliquod ualeat religionis uestigium inueniri: tu, quoniam idem monasterũ tuę sollicitudini est cõmissum, electo dedisti etiam in uirtute obedientiæ, quam tibi præstiterat manualẽ. sæpius in mandatis, ut in claustro à uesperis precedentis diei, donec die sequenti missarum solennia finirentur, silentiũ seruaretur : fratres in refectorio ab esu carnium abstinerẽt, cibos religioni aptos, non sine lectione sacræ scripturæ, cum silentio comesuri: & dimissis singularibus cameris, in dormitorio pariter recubarent. Ipse uerò, qui ordinẽ presbyterii non susceperat, clericos non præsumeret tonsurare. Cæterùm, quoniã in præmissis post multas cõmonitiones, & preces superbè nimis tibi obedire contempsit, excommunicationi eum in cœna domini subiecisti, si usque ad octauas resurrectionis sequentis, tuam non implesset super his omnibus iussionẽ : sed neque sic electus ipse obedientiam debitã recognouit, sed in sua obstinatione perdurans, excõicatiõis sententiã a uenerabili fratre nostro Ianuen. Archiepiscopo ẽt confirmatã sicut ex ipsius litteris colligit euidẽter, nõ obseruat. Vnde idẽ clericus tuo nomine postulauit, quatenus eãdem sentẽtiam confirmãtes, per clerũ, & populũ Bobien. faceremus ipsam usque ad satisfactionẽ congruã custodiri: auctoritate tibi apostolica indulgẽtes, ut, si usque ad certũ terminũ ad tuã obedientiam nõ rediret, ex tunc tibi liceret eum ab abbatiæ officio remouere, & alium in ea idoneum ordinare: eidem etiã electo, ac monachis daremus firmiter in mandatis, sit in præmissis præceptis, & aliis regularib. & honestis, tibi tãquã suo Põtifici obediẽt: alioquin sentẽtiã, q̃ ferres in eos, ratã haberemus, & faceremus firmiter obseruari. Sanè super his, quæ præmisimus, tractatum habuimus diligẽtẽ, quibusdã asserentibus ex præfata sententia, ecclesiæ Romanæ ptæiudiciũ generarũ: cũ idẽ p̃decessor noster quasi ex certa sciẽtia ipsius, monasteriũ speciale Bobien. ecclesiæ decreuerit subiacere : cũ coram eo super libertate ipsius fuerit allegatũ, nõnullis in contrariũ sentiẽtib. eandem sententiã in nullo apostolicæ sedi præiudicare debere : cùm eũ ex officii debito, & iuris necessitate, super quæstione, de qua cognouerat, oportuerit iudicare : nec res iudicata illis obesse poterat, inter quos non extitit iudicatum. Cùm igitur deferendi fraternitati tuæ, quantum cum Deo possumus, uoluntatem, & propositum habeamus, in absentia partis tuæ super subiectione, uel libertate monasterii, ad præsens, nec statuendum aliquid duximus, nec mutandum, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus, si munimentum aliquod habes, per quod dictum cœnobium ex concessione sedis apostolicæ, tuo doceatur Episcopio fuisse subiectũ, usque ad dominicam, qua cantatur: Lætare Hierusalem, illud nobis non differas per proprium nuncium destinare, vt intellecta plenius ueritate Bobien. Ecclesiam in sua iustitia tueamur. Alioquin, quoniam etsi suam uelimus iustitiam ecclesiæ Bobien. seruare, iura tamen apostolicæ sedis habita, custodire satagimus, & inuasa recuperare teneamur, communicato consilio ex tunc in ipso negocio, quemadmodum diuinis nobis motus ingesserit procedemus. Sanè renunciationem ipsius electi, ne iuris tui ex eadispendium aliquod sustinere, cum in possessione dicaris subiectionis ipsius monasterii constitutus, non duximus admittendam : sed dilectis filiis N. de

Lucio, & N. Saluatoris, Papien. Abbatibus: quibus correctionem commisimus monasterii, tam in capite, quàm in membris concessa eisdem nihilominus potestate, rebelles per cēsuram ecclesiasticam coercēdi, dedimus in mādatis, ut ad locū pariter accedentes, vna cum tuo concilio utilitatibus antè dicti cœnobij studeant imminere: ita ꝙ si electū inutilem inuenerint ad regimen Abbatiæ, sine præiudicio tuo, ipsius resignatione recepta, talē ibi per electionem canonicam præfici faciant in pastorem, qui pręesse nouerit, pariter & prodesse. Datum Lateran. cal. Decembris.

Centio subdiacono, & notario nostro, rectori, iudicibus, consulibus, & populo Benenentan. De pœna illius, qui consulem interemit.

CVm impunitas scelerum parere consueuerit audaciam delinquendi, sic malefactorum excessus animaduersione sunt debita puniendi: ut ipsi pœniteant de commissis, & cæteri, qui audierint, suā a consimilibus metu pœnæ retrahant uoluntatem. Licet enim ex apostolicæ seruitutis officio solicitudo nobis immineat generalis, de illis tamen, qui spiritualiter & temporaliter nostræ sunt iurisdictioni subiectis, nos oportet solicitius cogitare, quatenus sub nostro regimine boni digna recipiant præmia meritorum, & malos debitę ꝙ Ger. filius Roffridi ciuis Beneuētanus diabolico inebriatus ueneno, Dei, & nostro timore postposito, & honore Beneuentanæ Ciuitatis abiecto, Iacobum de Sculdasio, dum consulatus fungeretur officio, interfecit: & pater, ac frater interfectoris, qui tam atroci sceleri personaliter interfuisse dicuntur, licet in præsentia uestra se nostro iurauerint conspectui præsentare: ad nos tamen (sicut credimus) non uenerunt, immotam prædictus homicidia, quàm ipsi in ciuitate Beneuētana non metuunt (sicut audiuimus) commorari. Volētes igitur, ut malefactorem prædictum, & fautores ipsius debita pœna percellat, & ciuitas Beneuentana simile in posterum ualeat euitare iacturam præsentium auctoritate statuimus, ut memoratus homicida de cætero Beneuent. ciuitatem non audeat introire, nec hæreditatis paternæ percipiat aliquam portionem, immo pars eius, si patrem prærnori fortè contigerit, ad opus curiæ reseruetur: nec unquam in eadem ciuitate prævaleat aliquod officium gerere dignitatis, nisi fortè fuerit illi concessum ex indulgentia sedis apo. generali. Hoc etiam idem futuris temporibus decernimus obseruandum de illis, qui iudices, consules, regalen. uel alios ministeriales curiæ vulnerare, aut interficere qualibet temeritate præsumant: patrē autem & fratrem homicidæ iam dicti, tandiu extra ciuitatem uestram præcipimus permanere, donec ad presentiam nostram accedans: & ad uos cum litterarum nostrarum testimonio reuertantur: saluo nihilominus apostolicæ sedis mandato, si quid super hoc fuerit seuerius statuendum. Nulli ergo &c. Hanc paginā nostræ const.

Vniuersis Sarracenis in Sicilia constitutis in Deuotione nostra, & fidelitate regia permanere. Ne contra uerum Siciliæ Regem, Marcoualdo adhereant.

CVM uos audiuimus, & gaudemus in ritu uestro seruasse hactenus, & adhuc seruare rigorem, vt fidem dominis uestris iuxta morem uestrum exhibitam seruaueritis, & seruetis illæsam, nec eam duxeritis aliquando uiolandam: quod in facto Marcoualdi optamus manifestiùs experiri, ut vos nec promissionibus allicere possit, nec minis, aut uiolentia deterrere, quin in fidelitate charissimi in Christo filii nostri F. Siciliæ regis illustris. fideliter persistatis, ipsius Marcoualdi resistatis conatibus uiriliter, & potenter. Illa etenim in temporalibus discretione uigetis, ut & bona discernentes à malis, & à bonis etiam meliora despectis, & abiectis pessimis, optima quælibet, eligatis.

Nostis

Nostis siquidem (sicut credimus) exaudi tu mansuetudinem ap. sedis, quæ sic superbis resistit, ut humilibus, & subiectis det gratiam: nostis & per experientiam tyrannidem Marc. quæ his solis parcit, quibus nocere non potest: sed sæuit tãto fortius in subiectos, quantò se amplius in eius curauerint humiliare conspectu, retribuens mala pro bonis, & odium pro dilectione rependens, sicut ex eius patet operibus manifestè. Scitis etenim qualiter eos, quorum uocatione olim cum domino suo regnum intrauerat, quorum proditione occupauerat regni arces immo etiam totum regnum, non solùm omnibus bonis fecerit spoliari, sed animaduertens etiam in personas, eos in exilium destinauerit, & tandem fecerit mutilari. Audistis etiam, & uidistis immanitatem ipsius qualiter sacerdotes, & alios præcipitarit in mare, qualiter multos flammis exusserit, qualiter omnes, & singulos flagellarit. Intelligere quidem uos credimus, & pro firmo tenere, quòd si christianis eius oculus non pepercit, non parceret etiam Sarracenis, in quos tanto sæuiret libellus, quanta se maius crederet obsequium præstare Deo, effundendo sanguinem paganorum. Qui enim in dominum suum, & domini sui filium, qui eum de puluere suscitauit, & erexit de stercore, coniurauit, & eum materna nititur possessione priuare, mali gnaretur seuerius in alienigenas, immo in alterius ritus, & obseruantiæ disparis nationes, quarum sanguine suas sitit inebriare sagittas, & gladium cruentare: & qui contra salutem animæ suæ christianorum diripit spolia: si contra uos uel uiolentia, uel astutia præualeret: ad suum uos subsidium uanis promissionibus inuitando, diuitias uestras penitus exhauriret, & suis dare in prædam. Sanè nec iuramentum uobis, nec promissiones aliquas obseruaret, qui iuramentum nobis publicè præstitum non seruauit. intelligẽtes igitur intelligite ueritatem, & solita progenitorum uestrorum, & uestra fidelitatis constantia permanentes, non subiiciatis uos, & uestros posteros iugo eius: quod etsi uideretur in initio leue, collatũ gestãtium in fine confringeret: & uel nullus, vel inutilis esset piæ locus, postquam cancer uitalib. irrepsisset. Cogitare debetis, q̃ cùm contra Sarracenos multi iam coniurauerint principes occidentis, & multa populi multitudo assumptocrucis signaculo, in proximo disposuerit transfretare: si uos contra christianos Marcoualdo, & Marcoualdum uobis contra regem puerum cõtingeret adhęrere, in uos arma cõuerterẽt: & Marcoualdus cùm uires eorum sustinere non posset, ipsos animos uolens, uel inuitus sanguine uestro placaret, & uitam suam redimeret morte uestra. Monemus igitur V. uestrã, consulimus, & hortamur, per ap. uobis scripta districtè præcio mand. quat. in hoc progenitorum uestrorum constantiam imitantes, nec ingrati beneficiorũ, quæ uobis reges Siciliæ contulerunt: ac tendentes etiam mansuetudinem ap. sedis, quæ uos non solum manutenere uult in bonis consuetudinibus, sed augere in deuotione nostra, & fidelitate regia persistatis. nec credatis promissionibus, & fallacis Marcoualdi, qui ad hoc solum promittit, ut fallat, ad hoc fallit, ut uos possit suæ tyrannidi subiugare. Nos autem in defensionem uestram, & expugnationem ipsius, dilectum filium C. tituli Sancti Laurentii in Lucina presbyterum Cardinalem, & uenerabiles fratres nostros Neapolitanum, & Tarentinum Archiepiscopos, & dilectos filios nobilis uiros Ia. Marescalcum, & O. de Palumbria consanguineos nostros, in regnum dirigimus cum exercitu copioso: ante cuius conspectum Marcoualdus subsistere, dante domino, non ualebit, sed cũ uniuersis sequacibus, & fautoribus suis irreparabiliter conteretur. Dedimus autẽ eidem legato, & omnibus nunciis nostris districtus in præceptis, ut uos manuteneant, & defendant, & in bonis curent consuetudinibus adaugere. Dat. Lat.

Niuernen. Episcopo. De absolutione sacerdotis qui hostibus indicarat hominem, quem illi laqueo strangularunt.

PErueniit ad audiẽtiam nostram I. sacerdote de Naiz in ordine Cistercien. nouitio intimante, ꝙ cùm adhuc esset in habitu sæculari, quidam seruiẽtes, quo quidam homo, quem quærebant, abijsset, ab eo cum instantia quæsiuerũt: qui cùm ad quid eum quærerent, ignoraret, illic eum esse respondit: ad quem locum illi protinus venientes, nec eum inueniẽtes ibidẽ, postea inuentum alibi patibulo suspẽderunt. Verùm, quia eum aliquantulum cõscientia remordebat, bonæ memoriæ H. Bituricen. Archiepiscopo, qualiter factũ fuerat, intimauit: qui eum à missæ celebratione prohibuit, donec vteretur concilio saniori. Nunc autem, quoniam ad ordinem Cistercien. se transtulit, à nobis misericordiam postulat, & requirit. Cùm igitur præfatus sacerdos in hoc commendãdus existat, ꝙ à nobis duxit concilium requirendum, quia bonarum mentium est ibi culpam agnoscere, ubi culpa non est: fraternitati tuæ per apost. scripta mandamus, quatenus inquiras de prẽmissis diligentiùs ueritatem, & si rem inueneris taliter se habere, cùm ex hoc præfatus sacerdos dignoscatur nullius culpæ maculam contraxisse, auctoritate nostra dei licẽtiam celebrandi. Datum Lateran.

Veronen. Episcopo Rom. Ecclesiæ Cardinali. vt pertinaces hæretici puniantur, & resipiscere uolẽtibus gremium ecclesiæ non præcludatur.

LIcet in agro patrisfamilias Euangelici zizania sæpe pullulent inter messes, & uineam domini Sabaoth interdum nitatur tinea demoliri, sic tamen prudẽs agricola, uinitorque discretus salubre debet remedium inuenire: ne vel triticum euellatur inter zizania, uel indeiectione tinea uinea corrumpatur. Similiter etiam (licet ad abolendam hæreticam prauitatem in uigilare debeat solicitudo pastoris) solicitè tamen debet attendere, ne vel damnet innoxios, uel nocentes absoluat. Accepimus autem, quòd auctoritate litterarũ nostrarum, quas dilectis filijs nostris Archipresbyteris, & canonicis ecclesiæ tuæ contra Gazaros Arnaldistas, pauperes de Ludun. & Humiliatos, qui nõdum redierunt ad mandatum apostolicæ sedis, & hęreticos vniuersos direximus: dictus archipræsbyter tam contra Humiliatos, quàm vniuersos hæreticos sine distinctiõe, quã posueramus in litteris nostris, excommunicationis sententiam promulgauit: cuius occasione sententiæ, nõnulli quosdã, qui licet inuiti, a populo Humiliati dicuntur licet nullam hæresim, sed fidem, sicut dicitur sapiant orthodoxam: & in humilitate cordis, & corporis studeant domino famulari: qui etiam in manibus tuis stare mandatis ecclesiæ iurauerunt, euitant, & eis tanquam excommunicatis communicare, sicut hactenus, non præsumunt. Quia uerò non est nostræ intentionis innoxios cum nocentibus condemnare, fraternitati tuę per apostolica scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus tales ad tuam præsentiam conuoces, & inquiras tam ab aliis de uita, & conuersatione ipsorum, quam ab eis de articulis fidei, & aliis, quæ uideris inquirenda: & si nihil senserint, quod sapiat hæreticam prauitatem, eos catholicos esse denũcies & prædictam sententiam non teneri. Quòd si forsan aliquid contra fidem sapiant orthodoxam, & parati fuerint ab errore discedere, ac mandatis apostolicis obedire, recepto ab eis iuxta formam ecclesiæ iuramento, quod solet a talibus exhiberi, beneficium eis absolutionis impendas: mandans eisdem sub debito iuramenti præstiti, ut errorem, quem approbauerant, publicè improbent, & in aliis studeant pro uiribus confutare: de cætero etiam fidem orthodoxam seruent, & sedem apostolicam uenerentur. Datum Lateran. VIII. idus Decembris.

B. Pistorien. Episcopo. Qualiter decimæ persoluendæ sint.

A Nobis tua fraternitas requisiuit, utrũ ab aliis decimas exigere debeas, qui possessiones dãt, uel recipiunt ad afflictũ, cùm alij se conentur per alios excusare, quo

quominus cogantur ad decimas persoluẽ das: quid ẽt sit de mulieribus in episcopatu tuo præsbyteris in capellis sub conuersationis specie cohabitantibus faciendum, unde infamia irrogatur ordini clericorum. Cùm igitur quilibet decimas soluere teneatur, nisi a præstatione ipsarum specialiter sit exemptus, fraternitati tuæ duximus respondendum: quòd a dantibus possessiones, & accipientibus ad affectum, defructibus, quos percipiunt, decimæ sunt soluendę, nisi ab eis aliquid ostẽ datur, quare ab huiusmodi sint immunes. Cum clericis quoque non permittas mulierculas habitare, nisi fortè de illis personis existant, in quibus naturale fœdus nihil permittit sæui criminis æstimari. Datum Lateran. IIII. nonas Decembris.

Leglennen. Episcopo. Quod non facile excommunicari possit.

CVm facti simus, secundum apostolũ, sapientibus, & insipiẽtibus debitores, honori fratrum, & coepiscoporum nostrorum, quas apostolica sedes in partem solicitudinis euocauit, tantò abundãtius deferre uolumus, & optamus, quanto propter eminentiam dignitatis à nobis, & aliis sunt propensiùs honorandi: ea propter uenerabilis in Christo frater tuis iustis petitionibus inclinati, præsenti pagina tibi duximus indulgendum, ne quis piam prælatorum, nisi pro manifesta, & rationabili caussa, excõmunicationis, uel suspensionis in te, quẽ nos (licet indigni) propriis manibus consecrauimus, sententiam ualeat promulgare. Nulli ergo &c. Datum Lateran. XII. cal. Decembris.

Leglennen. Episcopo. Vt iniuste spoliatus Archidiaconus restituatur.

SIcut nostro est apostolatui relatum inter alia multa, & grauia, quę H. fugitiuus monachus, Cantuarien. excommunicatus, & maledictus, in præiudicium ecclesiæ Leglenen. & animæ suę perniciem nequiter attentauit, post execrationem suam, dilectum filium ecclesiæ tuæ archidiaconum in tantum metu suspensionis illato coegit, eum exire de ipsa ecclesia non permittens, quod ipsum archidiaconatus officium, uellet nollet, oportuit resignare: in cuius locum alius quidã fuit uiolenter intrusus. Cùm igitur idem monachus tanquam fur, & latro non per ostium sit ingressus nec aliquid de rebus episcopi, quod inuasit, per eum de iure conferri ualeat, uel disponi, omnibus ordinationibus, & dispositionibus factis ab eo penitus irritatis, ut de præmisso archidiaconatu, & aliis dignitatibus & officiis canonicè ualeas, appellatione remota, tãquam proprius pontifex ordinare, quod ab eodem intruso factum est, non obstante, liberam tibi appellatione remota tribuimus auctoritate præsentium facultatem. Nulli ergo, &c. Datum Lateran. VII. idus Decembris.

Vlixbonen. & Colimbrien. Episcopis. Non facile qualiscunque metus & uis votum rescindit.

INsinuante V. nobili muliere, nostro est apostolatui relatum, quòd dudum puella, & in annis teneris constituta M. Sancij accepit in uirum, qui ab inimicis crucis Christi fuit paruo post tempore interfectus: post cuius obitum, a quibusdam curialibus fuit Regi Legionen. pro relictæ copula supplicatum: quod cùm ad consanguineorum eius notitiam deueniisset, ut maritum acciperet ei sub obtestatione regia suggesserunt. Ipsa uerò quòd tunc nollet nubere protestante, consilium accepit ab eis, q̃ uotum emitteret castitatis. Hoc autem in manibus cuiusdã de fratribus sancti Augustini, eo fecit adiecto tenore, ut in domo propria, cum omni sua substantia remaneret. Sanè in eiusdem ordinis habitu biennio post permansit: licet id se inuitam fecisse asserat, & coactum tam metu regio quàm parentum. Posthæc eidem Regi, quod fecerat, indicauit quod approbans, uetuit, nequis, ea nolente, domum intraret ipsius, uel exinde aliquid asportaret. Interim uerò tempore

Cap. Insinuante extra qui clerici uel uouẽtes

modico elabente. P. curialis regias litteras secum portans, & F. Ferdinandi, dictę mulieris domum intrantes, ut ipse P. vi saltem eam duceret in uxorem, accepe runt ab ipsa, quòd si eam idem P. duceret ipsius manibus interiret. Posthæc uerò dimissis domo, & omnibus, quæ habebat in domo cuiusdam Iudæi per tres, in ecclesia uerò sanctæ Mariæ de Veiga per sex latuit septimanas: ita quòd exinde propter necessitates humanas etiam egredi non auderet: ădem se coactam uidēs, & omnibus destitutam, & attendens nihilominus, quod inuita uotum emiserit, eo dimisso de parentum consilio P. Michaelis publicè fuit matrimonialiter copulata, de qua quatuor sustulit filios tēpore procedente. Verùm quia salutem animæ omnibus deīderat anteferre, ac meruens, quòd huiusmodi coniunctio licita non existat, quid super his tenere debeat, edoceri nīso nostro suppliciter pōstulauit. Nos ergò attēdētes, q̄ in emissio neuoti, q̄d præcessit, nulla uel modica coactio affuisset, quàm patientia, & perseuerantia sequentis temporis penitus profugauit, & quòd sequens coniunctio potius iniqua fuit, & uiolenter extorta, fraternitati uestræ per apost. scripta mandamus, quatenus inquisita diligentius ueritate, si præmissis ueritas suffragatur, præfatam fœminam ad malè dimissum religionis habitum resumendum, & seruandum, quod uouit, monere, ac inducere procuretis, & si opus fuerit, per censuram ecclesiasticam coercere. Quòd si ambo, alter uestrum, &c. Datum Lat. cal. Decembris.

Mannen. Episcopo Archidiacono Bangoren. & Priori de Insula Glannauo. Ne ante septennium sponsalia contrahantur, nec subarratio, desponsatio que ualeant.

POstulauit à nobis dilectus filius, uir nobilis R. Princeps Norualiæ, ut de concessione nostra, sibi liceret filiam dilecti filii Principis insularum subarratam ab ipso accipere in uxorem, non obstante q̄ patruo eius eadem infra nubiles annos extitit desponsata: cùm tamen à neutro traducta fuisset. Verùm quoniam nobis constare non potuit: cuius ætatis puella tempore subarrationis, uel desponsationis extiterit, & cui antea fuerit puta nepoti, uel patruo desponsata: cùm secundum diuersitates factorum iura etiam sint diuersa, in huiusmodi certum non potuimus dare responsum, quoniam iuxta canonicas sanctiones in rebus ambiguis, non est absolutum iudicium proferendum. Volentes autem, quantum cum Deo possumus, iustas postulationes præfati Principis sine difficultate qualibet exaudire, inquisitionem eorum, quę premissimus sub certa forma, examini uestro diximus committendam, quid iuris sit in singulis articulis supponentes. Quo circa discretioni uestrę per apostolica scripta mandamus, quatenus uocatis ad præsentiam uestram, quos uideritis euocandos, solicitè inquiratis, utrum puella septennium non attigerit, quando subarrata extit à nepote, uel patruo desponsata. In utroque nanque istorum casuum, quia tam subarratio, quàm desponsatio de iure non tenuit, quæ non potest septennium præuenire, quod factum est è patruo primo uel postea non obstante, nisi aliud quid impediat, puella eadem legitimè contrahere poterit cū nepote. Si uero tam subarrationis, quàm desponsationis tempore septennis extitit, uel maioris ætatis, cùm ex tūc incipiant placere sponsalia, si præcessit desponsatio patrui, non potuit contrahere cum nepote: quoniam secundū traditiones, & obseruantias regulares, nullus potest sponsam consanguinei sui accipere in uxorem: & hi duo casus non ad imparia iudicantur. Si autem subarratio facta cum nepote præcessit, quod secutum fuit postea non tenente, cùm per secundum factum non potuerit primum dissolui, quod quantum ad sponsalia sortitum fuerit firmitatem, uolentibus, personis principalibus, matrimonium inter eas poterit consummari. Si uero nepos eam ante septennium subarrauit, & patruus in septennio, uel post septennium desponsauit eandem, nepos

eam

eam p.p rationem præmissam ducere nō poterit in uxorem, sin uice uersa eam sibi legitimè poterit copulare, pro iis, quæ piæmissimus memorię cōmēdatis, cū de facto uobis constiterit, de iure nō poteritis dubitare. Vos ergo app. remota secundum præmissas distinctiones, in iunctum uobis curetis negocium diffinire. Quòd si omnes, &c. Tu frater Episcope cum eorum altero. Dat. Lat. 8. cal. Decemb.

Abbati, & conuentui S. Mariæ de Prato de Leicestre. Vt pauperem quendam, ex Iudæo Christianum, alant.

QVanto populus Iudaicæ cæcitatis superficiem diuinarum scripturarum attendens, & negligens puritatem medullę quæ doctrinę spiritualis se continet intellectū, dānabilius in sua cōtumacia perdurauit, & se ipsos adhuc inuolui permittunt, in baratro tenebrarum, tanto his qui tenent, & amplectuntur fidei ueritatem, & desiderant propagationem nominis Christiani, amplius est in domino congaudendum: si qui gratia sancti Spiritus illustrati, abrenunciato errore Iudaico, à tenebris se conuertunt ad lucem, & fidem recipiunt Christianam: & attenta est solicitudine prouidendum, ne inter alios Christi fideles inedia depriman tur: cum plerique horum pro indigentia necessariarum rerum, post receptum baptismum, in confusionem non modi cam inducantur, ita ut plærunque faciente illorum auaritia, qui cùm ipsi abundent, Christum pauperem respicere dedignantur, retro cogantur abire. Hinc est, quòd cùm dilectus filius R. lator præsentium, ad commonitionem cuiusdā nobilis uiri spretis, & postpositis omni no diuitiis, quas habebat, Christum potius sequi uolens, quàm in luto diuitiarum putrescere, baptismi receperit sacramentum, & nunc præfato nobili uiro uiam uniuersæ carnis ingresso, qui sufficienter ei necessaria ministrabat, ita paupertate grauetur, ut non habeat unde uitæ sustentationem possit habere, per uos ipsius necessitati prouideri uolentes, discretioni uestræ per apostolica scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus ob reuerentiam illius per quē ipse lucem ueritatis accepit, taliter ei necessaria ministretis, quòd in uictu, & uestitu conuenienter sit ei prouisum. Scitis pro certo, quòd grauiter, & molestè ferremus, nec possemus sub dissimulatione transire; si mandatum nostrum, quod opus continet in se pietatis, relinquere tis aliquatenus imperfectum. Datum Lateran. nonis Decembris.

Cistercien. Morimunden. & de Crista Abbatibus. Vt cum Metensi Episcopo de hæresi suffectos examinent.

EA est in fouendis uirtutibus, & uitiis extirpandis à prælatis ecclesiarum seruanda discretio, & circunspectio adhibenda, ne uel internascentium densitate spinarum, enormiter frumenta lędantur, uel insuper seminatorum zizaniorū euulsione triticū euellatur. In abscidēdis etiā & curandis corporib. infirmorū, sic oculi diligentia p̄cedere debet manus officiū, & ferrū digitis prœuenire: ne si cauterium adhibeat incautè, nō iam partes infirmas non sanet, quàm sanas infirmet: quod tā to diligentius in mētis languorib. est seruandum, quanto animā nouimus corpore digniorem, & spiritualia carnalib. præponenda. Hoc autē intra nos ipsos diligē tius attendētes, cùm olim uenerabilis frater noster Meten. Episcopus per suas nobis litteras intimasset, q̄ tā in dioecesi. q̄ in urbe Meten. laicorū, & mulierū nō modica multitudo Gallicæ cuidā translationi diuinorū librorū intendēs, secretis cōuenticulis etiam inter se inuicē erudtare præsumerēt, aliorū aspernantes cōsortiū, & in faciē redarguent. b. presbyteris resistē tes, quorū simplicitatē fastidiū in suę trāslationis peritia cōfidētes, nō protinus ad uindictā nos res accēdit īcognita, sed uniuersi tam in Vrbe, q̄ in Meten. dioecesi cōstitutis, sub eo tenore litteras curauimus apostolicas destinare: qui uobis ex transcripti earū poterit inspectiōe patere. Ei dē insuper episcopo, & capitulo Metē. dedimus in mandatis, ut inquirerent solicitè ueritatem, quis fuerit auctor translationis

tionis illius, quæ intentio transferentis: quæ fides utentium: quæ causſa docendi: ſi utentes ipſa, uenerarentur apoſtolicam ſedem, & catholicam eccleſiam honorarent: ut ſuper his, & aliis, quæ neceſſaria ſunt ad indagandam plenius ueritatem, per eorum litteras ſufficienter inſtructi, pleniùs intelligeremus, & planiùs, quid ſuper his ſtatui oporteret. Nuper autem idem Epiſcopus per ſuas nobis litteras intimauit, quòd quidam eorum, quos notabiles prioribus litteris denotarat, mãdatis recuſant apoſtolicis obedire: quibuſdam eorum clanculo, quibuſdam uerò iam publicè obediendum eſſe dicentibus ſoli Deo: ab occultis etiam conuenticulis non ceſſantes, officium prædicationis occultè, licet à nullo mittantur, prohibiti etiam ſibi non metuunt uſurpare: aſpernantes ſibi diſſimiles, & translationi eidem uſque adeò inſiſtentes, ut ſe nec epiſcopo, nec metropolitan. ſuo, nec nobis ipſis aſſerant parituros, ſi eam decreuerimus abolendam. Licet autem tales in eo reprehendi meritò uideantur, quòd occulta conuenticula celebrant, officium prædicationis uſurpant, ſimplicitatem deſpiciunt ſacerdotum, & eorum conſortia, qui dictam translationem non recipiunt, aſpernantur. Nequid tamen ſubitò facere uideamur, diſcretioni veſtræ (de qua plenè confidimus) per apoſtolica ſcripta mandamus, atque præcipimus, quatenus ad ciuitatem Meten. pariter accedentes, cum eodem Epiſcopo conuocetis coram uobis talia ſapientes, & adhærentes translationi prædictæ & ſi fieri poterit, quæ in eis reprehenſibilia fuerint, auctoritate freti apoſtolica, ſublato appellationis obſtaculo, corrigatis. Quòd ſi correctionem ueſtram recipere fortè noluerint, inquiratis ſuper capitulis illis, quæ in litteris, quas Epiſcopo miſeramus expreſſa ſuiſſe, ſuperius uobis expreſſimus, & aliis etiam diligentius ueritatem, & ꝙ inueneritis per nuncium ueſtrum, & litteras plenius intimetis, ut per uos certiores effecti, prout procedendum fuerit, procedamus.

Cum enim in hoc uniuerſalis eccleſiæ uertatur negocium, & agatur cauſſa fidei Chriſtianę ad exequendum apoſtolicæ ſedis mandatum cum ſumma diligentia, & cautela, uos ſtudioſos, & prõptos eſſe uolumus, & mandamus. Ad hæc M. Criſpinum, presbyterum, & R. ſocium eius, ſi ſuper his, quæ dictus Epiſcopus eis duxerit opponenda, inueneritis eſſe reos, ipſos appellatione remota canonicè puniatis. Alioquin eundem Epiſcopũ ad remittendam pœnam, ſiquam eis forſan inflixit, cum nihil contra eum, uel clerum, in noſtra propoſuerint audientia, monitione præmiſſa, diſtrictione qua conuenit, remoto appellationis obſtaculo cogere non tardetis. Quòd ſi omnes &c. Duo ueſtrum. Datum Lateran. 5. idus Decembris.

Neapolitan. Archiepiſcopo & C. Sancti Laurentii in Lucina Presbytero, Card. Apoſtolicæ ſedis legato. Vt contra Beneuentanum Archiepiſcopum inquirant.

NIhil eſt penè, quod magis debeat formidare prælatus, quàm uitium negligentię: quia ſi iuxta teſtimonium ueritatis, de omni uerbo otioſo in die iudicio redditurus eſt rationem, quantò magis de omni bono neglecto, cùm eum ẽr, qui opus Dei agit negligenter, ſcripturæ diuinæ ſententia maledicat. Heli nanque ſacerdos licet in ſe bonus exiſteret, quia tamen filiorum exceſſus efficaciter non corripuit, & in ſe pariter, & in ipſis animaduerſionis diuinæ uindictã excepit, dum filiis eius in bello peremptis, ipſe de ſella corruens, confractis ceruicibus expirauit. Ad corrigendos ergo ſubditorum exceſſus, tanto diligentius debet prælatus aſſurgere, quanto damnabilius correctionem eorum negligeret: contra quos (ut de notoriis exceſſibus taceatur) & ſi tribus modis procedere poſſit, per accuſationem videlicet, denunciationem, & inquiſitionem ipſorum, ut tamen in omnibus diligens adhibeatur cautela, ſicut accuſationem legitima procedere debet in ſcripto, ſic & denunciationem caritatiua commonitio, & inquiſitionem cla-

moſa

mosa debet insinuatio præuenire. Descendam (inquit dominus) & uidebo utrum clamorem, qui venit ad me, opere iam compleuerint. Tunc enim clamor peruenit ad prælatum, cum per publicam famam, aut insinuationem frequentem subditorum, sibi referuntur excessus: & tunc debet descendere, & uidere, id est, mittere, & inquirere, utrum clamorem ueritas comitetur. Nam iuxta canonicas sanctiones, siquid de quocunque clerico ad aures prælati peruenerit, quòd eum iustè possit offendere, non facilè credere debet, nec ad uindictam eum res accendere debet incognita, sed diligenter est ueritas perscrutanda, ut si rei populi qualitas, districta ultio culpam feriat delinquentis. Cùm ergo de uenerabili fratre nostro Beneuentano archiepiscopo, quod dolentes referimus, eadem nobis relata fuissent, quæ à pontificali honestate nimium dissonabant propter frequentem clamorem multorum, ad inquirendum de ipsis plenius fuimus excitati: ne dissimulatio negligentiæ uitium inducere uideretur, Ipse nanque, sicut fuit nobis expositum, post multas, & graues culpas nequiter commissas ab eo, domum hospitalis ad susceptionem pauperum, & infirmorum, olim à prædecessoribus suis rerum opulentia præmunitam, ciuilis belli socius, & magister effectus, fecit nequiter demoliri: de cuius uidelicet hospitalis prouentibus, tertia portio ecclesiæ Beati Bartholomæi perpetuò debebatur: Occasione cuiusdam equitaturæ suę à Vu Guarna canonico eiusdem ecclesiæ sibi redditæ sine freno, per satellites suos seditionem fecit in populo: ex qua suborto prælio, quod præcepit inuocato diabolo inchoari, plures tam clerici, quàm laici interfecti fuerunt. Cumque quoddam castrum Hugonis de Feniculo, post destructionem terræ ipsius, integrum remansisset, idem populum concitauit: cum quo in ipsum castrum insurgens, illud cum non nullis mulieribus, & pueris incendio deuastauit. Molendinum, uineas, & alia multa ad suam ecclesiam spectantia destrui omnino permisit, cocum suũ propria manu percutiens interfecit: rusticum quendam hostiliter insecutus, pro eo quod puerum in ulnis deferens, importunè pro confirmatione illius instabat, suoque clerico resistebat, ab eo uiolenter impulsus ita uulnerari præcepit, quòd uitam illius uulneris occasione finiuit, Beneficia ecclesiastica minus canonicè, iuxta suæ uoluntatis arbitrium, dispensare præsumit. Sacerdotes, & clericos absque caussa rationabili officiis, & beneficiis destitutos non prius restituit, quàm cupiditati eius recepta pecunia satisfiat. Augumentationi possessionum, & ornamentorum ecclesiæ suæ non solum, ut tenebatur ex officio, non intendit, uerum etiam adeò in spiritualibus, & temporalibus eam læsit, ut consilio destituta, & prauorum pedibus iaceat conculcata. Cum autem hæc, & alia per quosdam ecclesiæ suæ canonicos nobis denunciata fuissent, contra quos tamen multa, ut eos à denunciatione repelleret, opponebat, nos officii nostri debitum prosequentes, de communi fratrum consilio, uobis inquisitionem eorum duximus committendam, per apostolica uobis scripta præcipiendo mandantes, quatenus ad locum congruum utrique parti securum pariter accedentes, sine personarum acceptione, Deum habentes præoculis, super his inquiratis appellatione remota, nostra freti auctoritate diligentissimè ueritatem: & quod inueneritis, sub testimonio litterarum uestrarum nobis fideliter intimetis, ut per inquisitionem uestram sufficienter instructi, melius in ipso negocio procedere ualeamus.

Capitulo Chelcoen ne in alios quam donata sunt usus bona ecclesiæ suæ conferantur.

CVm monasterium uestrum speciali ter Beati Petri iuris existat, & ad nostram iurisdictionem mediante pertineat. & tutelam, paci, & tranquillitati uestræ solicitius nos conuenit prouidere, & in quibus salua conscientia possumus, petitiones uestras libentius debemus, & uolumus exaudire. Dilecto nanq; filio

filio nostro H. monacho uestro referente accepimus, quòd Abbates, qui pro tempore in uestro monasterio administrant ecclesias, quæ illi monasterii ad sustentationem fratrum, & hospitum susceptionem ac pauperum concessæ sunt canonicè, & collatæ, in dispendium uestrum quibusdã personis conferunt, & assignant: pro quibus illarum prouentus sustentationi fratrum, & pauperum indebitè subtrahuntur. Vnde quoniam indignum est admodum, & absurdum, ut fratrum, ac pauperum stipendia per aliquorum præsumptionem eis illicitè subtrahi debeant, quorum sunt usibus deputata, ad exemplar felicis recordationis Lucij Papæ prædecessoris nostri, præsentium auctoritate statuimus, & firmiter prohibemus, ut nullus de cætero ecclesias uestras aliquibus conferre præsumat, per quos ipsorum prouentus ad alium usum transferri debeant, nisi ad eum, pro quo piis desideriis ac deuotione laudabili uestro monasterio sunt concessæ. Nulli ergo &c. hanc paginam nostræ constitutionis, & inhibitionis &c. Datum Lateran. III. calen. Decembris.

Episcopis, & aliis ecclesiarum Prælatis per regnum Scotiæ constitutis. Vt omnes ab iniuria monasterii Chelcoen. abstineant.

LIcet vniuersa loca religiosa ex commissi nobis officii debito fouere, & diligere debeamus, illorum tamen prosectibus specialem nos oportet curam impendere quæ ad iurisdictionem Beati Petri, & nostram noscuntur, nullo mediante, spectare. Inde siquidem est, quòd nos libertates, & iura monasterii Chelcoen, & ea maximè, quæ ipsi ab apostolica sede indulta sunt, integra uolentes, & illæsa seruare, felicis recordationis Lucii Papæ prædecessoris nostri uestigiis inhærentes, uniuersitati uestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus nullus uestrum. In Abbatem, & fratres prætaxati monasterii excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententiam audeat promulgare. Cùm autem sententia in parochia nos alterius ab aliquo uestrũ prolata de iure non teneat, multò minus illa, quę in speciales ecclesiæ Romanæ filios, qui scilicet nulli, nisi Romano Pontifici sunt subiecti, profertur, debet ab aliis obseruari. Quod si aliquis uestrum attentare præsumpserit, eius in hac parte factum nullas vires obtineat, sed irritum potiùs, & vacuum habeatur. Nos enim vniuersa, quæ pronominato Abbati, & fratribus, vel monasterio ipsorum apostolicæ sedis priuilegiis indulta nascuntur, firma volumus, & inconcussa teneri, & eadem à vobis inuiolabiliter præcipimus obseruari. Statuimus etiam, vt cùm ad aliqua ecclesiastica sacramenta in præliata ecclesia impendenda fueritis quandolibet euocati, ad hoc exequendum celeriter accedatis, nec ibidem ali quod ius propterea uendicetis. Datum Lateran. cal. Decembris.

Stephano Abbati, et Conuentui Sancti Siluestri. Quod laici nullam in res, bona, vel personas ecclesiasticas iurisdictionem habeant.

ECclesia sanctæ Mariæ in via lata contra I. de Atteia, qui quasdam possessiones ipsius dicebatur contra iusti tiam detinere, mouit tempore B. Carosomi dicti senatoris sub L. iudice quæstionem. In ipso autem iudicio præfato I. de Atteia sindicus monasterii uestri astitit, & ab eo testes producti quidam de monachis extiterunt. Iudex verò auditis rationibus partium pro eodem Ioanne absolutionis sententiam promulgauit: à cuius sententia pars altera vocem appellationis emisit. Super hæc igitur quæstione suborta, proponente parte victrice, quòd non potuerit appellari, cùm dictus L. non vt iudex, sed tanquàm arbiter fuisset electus, victa è contrario asserente, quoniam cum arbitrio fuerit contradictum, quòd partes non nisi metu pœnæ constringit, quæ præmisso arbitrio non fuerat comprehensa, meritò potuit appellari, & fortiùs, si iuditium extitisset. De hoc igitur ad iam dictum B. Carosomi, quęstione per lata, causam appellationis S. primicerio iudicum

delle

delegauit,in cuius prẽsentia partibus cõ stitutis dictus Ioannes de Atteia pro posuit se cõuenirẽdũ non esse, cùm non posset id, qđ pars altera requirebat, sed monasteriũ sancti Syluestri possidẽs rẽ petiram. Dictus autem B. Carosomi quoniã statutum quoddã emiserat, à po pulo Romano approbatũ,pariter &acce ptũ,qđ si qs post litẽ cõtestatã, rem à se petiram transferret in alium, daretur possessio petitori,& alter fieret de posses sore petitor:& idem I. post litem conte statam rem ipsam in monasteriũ trans ferre prẽsumpsi, possessionem rei petitæ assignauit ecclesiæ memoratæ. Verùm quoniam dictus I.de possessionibus ipsis monasterio S. Syluestri annuam reddi derat pẽsionem,adiecit,ut hoc ipsum ab ecclesia sanctæ Mariæ fieret, donec proprietate fundi cognosceretur: sed solutio, quæ fiere pensionis ecclesiæ sanctæ Mariæ in uia lata, in iu re suo pe nitùs non noceret.Hanc autem possessio nem ecclesiæ sanctæ Mariæ vsque ad tempora Ioannes Petri Leonis senatoris urbis inconcussè possedit: qui supplica tione monasterii vestri clemẽter admis sa, R.iudici causam commisit eãdem, qui auditis hinc inde propositis,pro mo nasterio ipso sententiam promulgauit, reuocans quod præfatus B. Carosomi statuerat contra ipsum. Per quam sanè sentẽtiam, quoniam ecclesia sanctæ Ma riæ se læsam enormiter querebatur, & ipsa senatori supplicauit prædicto, qui causam commisit R.indici cognoscen dam.Et quoniam eius iurisdictio erat in proximo desitura, supplicatum fuit ob eandem causa successoribus eius sena toribus iam electis,& ab eis causa ipsa eidem iudici delegata Iudex verò ex ve teris,&nouorum pariter senatorum dele gatione cognoscens, quod a iam dicto B.statutum fuerat,approbãs, ecclesię san ctę Mariæ possessionem restituit ante di ctam: & cùm nouem consiliarios ha beret senatus, per octo ipsorum execu tioni fuit sententia demandata,sed unus ex iis, qui & nepos erat Abbatis sancti Syluestri,quorundam senatorum fauore suffultus, ecclesiæ sanctæ Mariæ pos sessionem violenter ablatam,monasterio tribuit nominato. Ex hoc ergò rixa crescente vsque ad armorum strepitum est processum. Ne verò deterius quid contingeret,bonæ memoriæ C.Papa prę decessor noster, totum negocium ad suam solicitudinem reuocauit Et quo niam tempus colligendorum fructuum imminebat, fructus præcepit apud colonos in sequestro deponi:circa quos, si qua partium violentiam inferre præ sumeret, causæ suæ dispendium patere tur: venerabilibus fratribus nostris.P.Por tuen. & I. nunc Albanen. tunc verò Tusculan.Episcopis tituli sancti Clemen tis,& dilecto filio nostro G. sancti An geli diacono Card. causam commit tens eadem. In quorum præsentia partibus constitutis, pro ecclesia sanctæ Mariæ fuit contra monasterium vestrum obiectum.quòd uiolentiam pars vestra commiserat in fructibus sequestrandi: & cùm super hoc testes fuissent utrin que producti quia violentia liquidò pro bata nõ fuit,& in dimidio ruglo hordei dicebatur admissa: Abbate nihilomi nus prohibente,ne delictum personæ re dũdaret in damnum ecclesię, facta hor dei restitutione prouisum est,vt ad quæ stionem possessionis fieret in causa pro cessus:de qua coram eisdem productis te stibus,& attestationibus publicatis, fuit diutiùs disceptatum. Consequenter ve ro post decessum præfati prædecessoris nostri,partibus in nostra præsentia con stitutis, ecclesia Beatæ Mariæ possessio nem,qua fuerat prætermisso iuris ordi ne spoliata, sibi restitui postulabat. Et quoniam alii Senatorum sententiã pro monasterio, alii latam pro ecclesia pro cessu tẽporis confirmarãt, nos quicquid ab eis factũ fuit, postquàm dictus prædecessor noster ad curiã suã idẽ negociũ reuocauit,de cõsilio fratrũ nostrorũ irri tum decreuimus,& inane. Cũ ergo nobis cõstiterit, & ex ipsa cõfessione partiũ te nuerimus,q vnus cõsiliariorũ contra sen tẽtiã,de voluntate octo executioni man datam de facto, quia de iure non poterat,veniens ecclesiã ipsam possessio ne sua spoliauerit violenter. & nihil

ominus

ominus attendentes, quòd etiam iniusto possessori uiolenter electo, restitutionis sit beneficio succurrendum, spoliatam ecclesiam in eo statu decreuimus reponendam, in quo fuerat tempore uiolentiæ perpetratæ. Verùm quoniam præfatam possessionem post restitutionem factam ab I. de Atteia, monasterium alii locationis titulo assignarat, neq; restituere poterat ecclesiæ spoliatę, loco illius tantundē possessionum æquiualentium, secundum arbitrium dilectorum filiorum I. Tineosi capellani, & P. hostiarij nostrum eidem Ecclesiæ fecimus assignari: quæ, quoniam alii fuerant iure pignoris obligatæ, à creditoribus eas fecimus liberari, qui nobis instrumentum pignoris postea resignarunt. Et quia sæpe fatum monasterium uestrum se querebatur à præmisso B. Carosomi contra iustitiam spoliatum, & ipsum per officium nostrum restitui suppliciter postulabat, quod statutum eius nullius valoris extiterit multipliciter asseuerans: sæpè fatus enim B. cum seipsum intruserit in senatoriam dignitatem, nec apostolicę sedis fauorem habuerit, ad quam institutio pertinet Senatorum, statutum nō potuit emittere, quod ualeret: qui etiam, si fuisset legitimè institutus, ipsius statutum quamuis sibi subiectos, ecclesias tamen nullatenus obligaret, præsertim cum iuri ciuili esset aduersum, quòd aliam pœnam litigiosas res transferentibus statuit imponendam. Illa distinctione inter contrahentes adhibita, vt si quis sciens ad donationes, uēditiones, seu alios contractus accesserit, non solùm redimere rem compellitur, etiam precium eius amittit, non vt lucro cedat alienanti, à quo etiam alia tāta quantitas est fisci iuribus inferenda, sin autem ignorans rem litigiosam emerit, vel per aliam speciem contractus acceperit, tunc alienatione rei facta irrita, precium eius cum alia tertia parte recipiet, instrumentis etiam nullam uim obtinentibus, quæ super contractibus huiusmodi statuuntur. Verum eos, qui dotis nomine, vel ante nuptias donationis, transactionis, uel diuisionis rerum hæreditariarum factæ, vel per legati, uel fideicommissi causam huiusmodi deferint, uel acceperint, à præmissis pœnis eadem constitutio excipit nominatim. Quòd si etiam obligare posset ecclesias, monasterium in illa constitutione ne quaquam inciderat: cùm ante dictus I. nullam in illud penitùs possessionem transtulisset, qui tanquàm colonus terras illas tenuerat, & eas non suo, sed monasterij nomine possidebat: quod etiam si fecisset, quoniam prius conuentus à monasterio, quàm ab ecclesia fuerat & p arbitrium, & nihilominus iure trāsactionis, per quam citra pœnam litigiosi contractus, res potest in alium lite contestata transferri, res restituit antedictas, in statutum præmissum nullatenus incidisset: quin potiùs, etsi contra illud fecisset statutum, quoniam nec conuentū, nec confessum in iudicio, uel conuictum possessione sua monasterium fuerat spoliatum, instanter eam sibi restitui postulabat, quam ex nulla, vel saltem in iusta causa pars altera detinebat. Has autem rationes œconomus sanctę Marię nitebatur multifariam infirmare. Quamuis enim dictus B. circa prælationis suæ primordia gratiam sedis apostolicæ non habuerit: quia tamen ab ea fuit tempore procedente receptus, & ratihabitio retrotrahitur, perinde habendus erat, tanquàm ab initio legitimè fuerit institutus: qui tanquàm alienus iudex nō poterat à monasterio cuitari, cùm nec nouum sit, nec insolitum, quòd vbi clerici sunt, auctor, & reus causas ciuiles in vibe coram iudicibus per sedem apostolicam institutis, ex delegatione Senatorum ab ea iurisdictionem habentium prosequantur. Vnde nec in alieno foro intelligūtur, sed in proprio Rom. pontificis litigare, cuius auctoritate fortiri uidentur effectum, quę ab huiusmodi Senatoribus, vel iudicibus statuuntur. Quòd si forū senatorium fuisset monasterio penitùs alienum, quia, tamen œcouomos dicti monasterii sub I. iudice à præfato B. inter ecclesiam sanctæ Mariæ, & dictū I. de Atteia delegato ipsi I. astitit, & cum in iure defendit, iudiciū eius non potuit vlterius declinare. Statutum

tum autē ipsius B. de quo sæpiùs est prę missum,& quod non iuri aduersum, sed consonum potius existebat, cùm etiam in iure canonico caueatur, quod res litigio posita non sit in personam aliam transferenda, non ad possessores solos, sed etiam ad illos dicebat extendi, qui tenore saltem detentionis cuiusquam poterant conueniri: quales constat esse colonos etiam temporale: perpetui nanque utilem saltem possessionem habentes, & conueniri possunt,& in alium transferre,quod habent: sicut l. fecerat ante dictus, cuius factum neq; præmissum arbitrium poterat, nec transactio excusare: cum in dolum,& fraudem fuerint attentata. Iudex uanque,in quem fuit a partibus compromissum, consanguineus ipsius I. & infeudatus monasterii dicitur extitisse:nihilque fecisse in publicum, sed omnia in secreto: quamuis in star iudiciorum sint arbitria introducta. Coegit quoque partes ad transigendum, sicut ex rescripto transactionis apparet: & cum de transactione non fuerit commissum,quæ non est necessitatis, sed liberæ potius uoluntatis, dolo quasi ex perspicuis insidiis iam probato,trāsactionem inefficacem penitus asserebat. Illa quoque ratione dicebat ecclesia petitionem monasterii repellēdam: ꝙ cùm possessionem ipsam sine dolo, & culpa sua obtinuerit auctoritate Prætoris, & per hoc ius sibi fuerit acquisitum, monasterium uestrum super possessorio audiri ulterius non debebat, cui parata erat in petitorio respondere.His ergò,& similibus in nostra, & fratrū nostrorum præsentia prudenter a partib.allegatis: nos attendētes, ꝙ laicis etiam religiosis super ecclesiis,& personis ecclesiasticis nulla sit attributa potestas,quos obsequēdi manet necessitas,non auctoritas impetrandi,à quibus,si quid motu proprio statutum fuerit,quod ecclesiarum respiciat etiam cōmodum, & fauorem, nullius firmitatis existit, nisi ab ecclesia fuerit approbatū: vnde statutum Basilii,de non alienandis prædiis rusticis,uel vrbanis ministeriis,& ornamentis ecclesiarum,illa reprobatum fuit potissimum ratione,quod auctorita te Romani Pontificis non fuit roboratū: ne in exemplum transeat similia præsumenti, quod à sæpe dicto B. factum fuerat in præiudicium monasterii, non conuenti, nec confessi etiam, uel conuicti prorsus in itritum reuocantes, possessiones easdem restituendas sibi sententialiter diffinimus, nec ipsas,quæ in locum, & ius illarum,quas ab I. di Atteia, ecclesia sanctæ Mariæ patierat successernnt: interim alienare ualeat prohibentes: ut si ecclesia sanctæ Mariæ, uel de uitio litigiosi cōtractus,uel de proprietate forsitā uoluerit expediri:ne si obtinuerit in iudicio,in uanum laboret, monasterio minimè possidente, sit, quod euincere ualeat,& habere. Datum Lateran. V. Cal. Decembris.

Scriptum est super hoc in eundem modum Clericis sanctæ Mariæ in uia lata.

Oldeberto Subdiacono nostro præposito Sancti Gaudentii Nouarien. Vt habeat iurisdictionem in suos fratres.

AD hoc in domo domini statuta fuisse noscuntur officia prælatorum,ut ipsi speculatores soliciti existentes excessus puniant subditorū,& de agro domini zizania colligant ad comburendum, & triticum in ipsius horreis studeant cōgregare. Vt igitur commissum tibi præpositurę officium utilius prosequi ualeas,de uotionis tuæ auctoritate duximus præsentium indulgendum, ut liceat tibi excessus fratrum tuorum,secundum Deum & iustitiam,non obstante appellatione, siqua forsan fuerit factam in elusionem ecclesiasticæ disciplinæ,corrigere, & eos bonis actibus informare. Nulli ergo, &c. hanc paginam nostræ concessionis, &c. Datum Lateran. Idibus Decembris.

Vercellensi episcopo. Excommunicati nec eligere possint,nec elegi.

AD audientiam nostram te significante peruenit,quòd cum Casale sancti Euasii,quod ad ius, & dominium pertinet ecclesiæ Vercellen. propter multas, & enor

& enormes iniurias, quas habitatores ipsius Casalis eidem ecclesiæ intulerunt, iã dudum sit interdicto suppositum, & maiores eiusdem loci excommunicationis sententia innodati, clerici Casalis eiusdē quosdam scholares qui cum aliis sunt ecclesiastico in interdicto suppositi, in fratres, & clericos elegerunt. Quia uerò quibus ecclesiastica sunt officia interdicta, dum tales existunt eligi non debent ad ecclesiastica beneficia, cum officiorum in tuitu beneficia conferantur, fraternitati tuæ, si præmissis ueritas suffragatur, cassã di electionem huiusmodi, non obstante cõtradictione, uel appellatione qualibet, liberam tibi concedimus auctoritate apostolica facultatem. Propterea, quia, sicut tua nobis insinuatio patefecit, quidam miles de melioribus ipsius loci tibi fideliter astitit in persecutione, quam tibi, & ecclesiæ tuæ alii faciebant, propter quod incurrit odium uicinorum, damna plurima est perpessus: cuius filio scholari scilicet bonæ indolis, ut testaris, in ecclesia Casalen. desideras prouidere: uolentes quantum cum Deo possumus tuæ fraternitati deferre, ut scholarem ipsum in ecclesia memorata, sublato contradictionis & appellationis obstaculo instituere ualeas, auctoritate tibi præsentium indulgemus. Datum Latera. III. idus Decembris.

Vercellensi Episcopo. ut decimæ veræ & iustæ ab omnibus persoluatur.

TVa nobis fraternitas intimauit, quod quidam laici tuæ diœcesis, & alii plures episcopatuum adiacentium decimas ecclesiis, & clericis tuis, peruersis machinationibus subtrahere moliuntur: & conceptę peruersitatis audaciam non curant satisfactione debita emendare. Quidam enim ex eis semen, & sumptus, qui fuerint in agricultura primitus deducendos, & de residuo impendenda esse decimam asseuerant, alii verò de portione fructuũ, quam a colonis accipiũt, partem decimæ separantes, eam cãpellanis suis, uel aliis clericis, seu ecclesiis etiam pauperibus cõferunt, uel in usus alios pro sua uoluntate conuertunt: nõnulli clericorum uitam tanquàm abominabilem detestantes, decimas eis ob hoc subtrahere non uerẽtur. Quidam insuper asserentes se possessiones, & omnia iura sua cum omni honore atque districto per imperialem concessionem adeptos, decimas sub huiusmodi generalitate detinere præsumũt. Occasione præterea ueteris decimationis, quam asserunt sibi concessam aliqui decimas nouarum sibi non metuunt usurpare. Verùm si ab eo, à quo bona cuncta procedunt, assertores huiusmodi debitum respectum haberent, ius ecclesiasticum diminuere non contenderent, nec decimas (quæ tributa sunt egentium animarum) presumerent detinere. Cùm enim Deus, cuius est terra, & plenitudo eius orbis terrarum, & uniuersi, qui habitant in ea, deterioris conditionis esse non debeat, quàm dominus temporalis cuius statutum debitum de terris, quas exhibet aliis excolendas, non quidem deductis sumptibus, aut semine separato necessarium esse dignoscitur, cum integritate persolui, nimis profectò uidetur iniquum, si decimæ, quas Deus in signum uniuersalis dominij sibi reddi præcepit, suas esse decimas, & primitias asseuerans, occasione prẽmissa, uel excogitata magis fraude diminui fortè ualerent. Cumque Deo debita sit solutio decimarum, in tantum, ut ad eas clericis exhibendas, quib. eas ipse pro suo cultu concessit. Laici si moniti fortè noluerint ecclesiastica sint districtione cogendi, prætextu nequitiæ clericorum nequeunt eas aliis, nisi quibus ex mandato diuino debẽtur, pro suæ uoluntatis arbitrio erogare: cùm nulli sit licitum aliena cuicunque concedere, præter domini uoluntatem: quanquam per solicitudinem officii pastoralis clerici sint a sua nequitia coercendi. Et cùm de cunctis omnino prouentibus decimæ sint reddendæ, sicut colonus de parte fructuum, quæ sibi remanet ratione culturæ, sic & dominus de portione, quam percipit ratione terræ, decimã reddere sine diminutione tenetur. Portò cùm laicis nullã sit de spiritualib. reb. concedendi, uel disponẽdi attributa facultas, imperialis concessio, quantũcunque generaliter fiat, neminem potest a solutione decima

decimarum eximere, quæ diuina consti tutione debentur, nec occasione decima tionis antiquę, licet in feudum concessa, decimæ sunt noualium usurpandæ: cum in talib. non sit extendenda licentia, sed potius restringenda. Quoniam igitur pa tinolumus nec debemus, ut ecclesiarum, & clericorum iura præsumptione quali bet minuantur, fraternitati tuę auctorita te præsentium indulgemus, quatenus omnes, qui ratione personarum, aut etiã prædiorum, decimas ecclesiis, & clericis tuæ diœcesis exhibere tenentur, ad eas cũ integritate reddendas, sub appellationis diffinitione, auctoritate apostolica, per excommunicationis, uel interdicti sentẽ tiam compellendi liberam habeas facul tatem. Præterea ut clericos tuæ diœcesis, de quib. fuerint in auditorio tuo quere la proposita de decimis antedictis & fru ctib. perceptis ex eis, ad plenam sub tuo examine iustitiam faciendam compelle re ualeas, non obstante appellationis ob iectu in elusionem ecclesiasticæ disci plinæ, deuotioni tuæ præsentis scripti pagi na duximus indulgendum. Decernimus ergò, &c. hanc paginam nostræ conces sionis, &c.

Cantuarien. Archiepiscopo, Episcopo Londoniẽ. & magistro Hu. de Sumercote, canonico Lincolniẽ. De pœna illius, qui in Iudicem apostolicum, Abbatem, manus uiolentas iecit.

Dilectus filius magister B. clericus in nostra præsentia constitutus sua no bis conquestione monstrauit, qp cum caussa, quæ inter ipsum, & R. clericum uertitur super uicaria ecclesiæ de Hemin ton. qua fuerat contra iustitiam spolia tus, a bonæ memoriæ C. Papa prædeces sore nostro dilectis filiis N. Forden. Abba ti, Archidiacono Dorsete, & Magistro T. canonico Vuellen. sicut iidem iudices suis nobis litteris intimarunt, commissa fuisset, & pro ipso magistro B. sententia promulgata, idem R. clericus in annis et nunc minorib. constitutus (prout in eisdẽ continetur litteris) procurauit, quòd ad dictos iudices præceptum regium ema naret, ne mandatum apostolicum adim plerint: sed ipsi magis placere Deo, quã hominibus cupientes, id facere noluerũt qua propter tã iudices, quã magister an tedictus reb. propriis iussi sunt spoliari: sed pater præfati R. & ecclesiam incastel lare præsumpsit, & quo minus præfatus Forden. Abbas sententiam auctoritate apostolicam promulgatam executioni mandaret, per uiolentiam impedire, quã adhuc detinere dicitur occupatam: & qđ grauius est, ipse, ac pater eius manus in dictum Abbatem fecerunt iniici uiolen tas: qua propter in eos fuit ab eisdem iu dicib. excommunicationis sententia pro mulgata. Processu uero temporis idem R. ad dilectos filios Abbatem de Garrera, & coniudices suos, sæpè dicto magistro B. certa rõne suspectos cũ ad eos sine pe riculo mortis accedere non ualeret, litte tas impetrauit: per quas asserens litteras falsas fuisse antedictis iudicib. destinatas (quas nobis exhibitas in nullo inuenimus esse culpabiles) quod ab eis legitimè fa ctũ fuerat, nitebantur in irritũ reuocare. Licet autẽ falsitatis uitium acerrimè per sequamur, ne tamen ex hoc pœna innocẽ tib. infligatur, discretioni uestræ per apo stolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus omni contradictione, & appel latione cessante, memoratam sententiam exequi minimè postponatis. Contradi ctores (siqui fuerint) uel rebelles, ut a sua presumptione desistant, per excommuni cationis sententiam compescentes: in ir ritum etiam reducentes, quicquid obten tu prædictarũ litterarum ad dictos Abba tem de Garrera, & eius cõiudices directa rũ, in præiudicium sæpè dicti magistri B. ueneritis immutatũ. Illos uero, qui ma nus in dictum Abbatẽ temerarias iniece runt, uel etiã iniici pceperũt tãdiu excõi catos publicè nuncietis, & faciatis ab om nibus arctius cuitari, donec passo iniuriã satisfecerint competenter &c. vsque Ab soluendi. Sic autem diligenter, quæ præ misimus exequi studeatis, qp uigilãtiã ue strã possimus ppea cõmendare: nec sup his ad nos ulterius quæstio perferatur. Quod si fieret, graue nobis existeret, & molestũ. Quòd si oẽs, &c. Duo uestrũ &c.

Adriano Vltrajectinen Episcopo. A sententia & re iudicata non appellatur quidem, sed iudex suspectus semper recusari potest.

QVoniam ea, quæ per ordinem iudicialis examinis rationabiliter sunt decisa, nulla debent temeritate rescindi, sed perpetuæ stabilitatis robore cõfirmari. præsentium litterarum auctoritate statuimus, ut si aliquod scriptum cõtra sententiam, quæ contra Flandren. sacerdotes qui positi sunt in terra sancti Michaelis, quondam decimali super iure parochiali pro relata est, per surreptionem apparet impetratum, uiribus careas, & tuis imposterum non obsistat: illud quoque decernimus, & per præsentes tibi litteras indulgemus, ut si uenerabilis frater noster N. Strigonien. Archiepiscopus, uel Gibinien præpositus, aut ipsi Flandren. præsbyteri, præter conscientiam tuam, & procuratoris tui, in grauamen tuum iudices aliquos impetrauerint, quos uel habeas aduersarios, uel manifeste possis probare suspectos, ad recusandum illos liceat tibi sedem apostolicam appellare etiam si in commissionis literis appellationis sit remedium intercluſum Datum Lateran. 19. cal. Ianuarii.

Clero, militibus, & populo Capuanis. Vt legatũ Apostolicum, & belli duces, atque exercitum Pontificum digne recipiant, & adiuuent.

INter innumeras solicitudines nostras, quantum ad occupationes mundanas, illam quasi præcipuam reputamus, quã de prouisione Regni Siciliæ concepimus & tenemus: cum præter debitum officii pastoralis, & iure dominii, & ratione Balii dignoscatur ad nos eius prouisio specialiter pertinere. Vt autem propositum nostrum euidentius prodeat in effectũ licet hactenus non sine multis anxietatibus, & expensis, tam spiritualiter, quàm temporaliter ad defensionem eius intendimus diligenter, & per dei gratiã profecerimus: ecce nunc ad contritionem hostium, & defensionem fidelium ad exercendam iustitiam, & pacem seruandam, uices nostras, quas per nos ipsos nõdum possumus præsentialiter exercere, dilecto filio nostro C. tituli sancti Laurentii in Lucina, presbytero Cardinali, uiro nobili, prouido, & honesto, quem inter fratres nostros speciali charitate diligimus, duximus committendas: quas ut melius possit implere, uenerabiles fratres nostros Napolitan. & Tarentin. Archiepiscopos (quorum fidẽ, & discretionem in multis sumus experti, & qui constitutiones, & cõsuetudines Regni plenius agnouerũt) & dilectos filios, Iacobum Marescalcum nostrũ, & Odonẽ de Palumbaria, uiros nobiles, & prudentes, linea nobis consanguinitatis astrictos, ei super executione Balii duximus adiungendos: cum eis, & per eos necessarium destinantes auxilium, & præsidium opportunum, sperantes in eo qui non deserit sperantes in se; quòd dũ modo studeatis eis, sicut debetis intendere, fructum facient exoptatum. Quia uero per opera potius, quam per uerba, uos ad deuotionem sedis apostolicæ, & delitatem regiæ celsitudinis, nec non & regni defensionem amplius inducere dispositumus, & fortius confirmare, remota prolixitate sermonum, cum tempus agendi sit potius, quam loquendi, uniuersitatem uestram monemus attentius, & sub debito iuramenti, quod nobis præstitistis de Balio, districtè præcipimus, quatenus eis, sicut Vicariis nostris plenissimè intendatis, ita quod uestro studio suffragãte, per eorum industriam tempestate sedata, diu desiderata tranquillitas reducatur. Vt autem temporalis potestas per spiritualem auctoritatem efficacius adiuuetur, cum simul omnibus uices Balii committamus, prædicto Cardinali etiam legationis officium per totum Regnum Siciliæ duximus concedendum uolentes pariter, & mandantes, ut quicquid omnes simul, aut aliqui, uel aliquis eorum cum ipso super administratione temporali statuerit, ad honorem, & profectum apostolicæ sedis, & regiæ celsitudinis recipiatur ab omnibus, & seruetur. Quicquid autem ipse super administratione temporali decreuerit, plenam obtineat firmitatem. Datum Lateran.

In eun

In eundem modum Archiepiscopo, clero, Militibus, & populo Tranen.
Archiepiscopo, clero, Militibus, & populo Cusentinis.
Episcopo, clero, militibus, & populo Melfien.
Episcopo, clero, militibus, & populo Florentin.
Episcopo, clero, militibus, & populo Cupersanen.
Clero militibus, & populo Casalis noui.
Clero militibus, & populo Sancti Seueri.
Episcopo, clero, militibus, & populo Ciuitaten.
Episcopo, clero, militibus, & populo Polimanen.
Clero, militibus, & populo de Baroli.
Episcopo, clero, militibus, & populo Treuentin.
Archiepiscopo, clero, militibus, & populo Acherontin.
Episcopo, clero, militibus, & populo Salpen.
Episcopo, clero, militibus, & populo Theatin.
Episcopo, clero, militibus, & populo Bitetten.
Episcopo, clero, militibus, & populo Asculan.
Archiepiscopo, clero, Baronibus, militibus, & populo Hydrontin.
Episcopo, clero, militibus, & populo Iuuenacien.
Episcopo, clero, militibus, & populo Botentin.
Episcopo, clero, militibus, & populo Licien.
Episopo, clero, militibus, & populo Licien.
Episcopo, clero, militibus, & populo Riuellen.
Episcopo, clero, militib & populo Auersan.
Episcopo, clero, militibus, & populo Vestan.
Clero, militib. & populo de Fogia.
Episcopo, clero, militib. & populo Rapollen.
Archiepiscopo, clero, militib. & populo Baren.
Clero, militibus, & populo Tarentin.
Clero, militib. & populo Montis Corbin.
Archiepiscopo, clero, militib. & populo Regin.
Episcopo, clero militib. & populo Manturanen.
Episcopo, clero, militibus, & populo Monopolitan.
Episcopo, clero, militib. & populo Venusin.
Episcopo, clero, militib. & populo Potentin.
Clero, militib. & populo Brudusin.
Episcopo, clero, militib. & populo Baianen.
Clero, militib. & populo Alarinen.
Episcopo, militib. & populo Surrentin.
Episcopo, clero, militib. & populo Policastren.
Episcopo, clero, militib. & populo Neocastren.
Episcopo, clero militib. & populo Auellinen.
Clero, militibus, & populo Neapolitan.
Episcopo, militib. & populo Termulan.
Archiepiscopo, clero, militib. & populo Sipontin.
Episcopo clero, militib. & populo Scalen.
Clero, militib. & populo Troian.
Episcopo, clero, militib. & populo Cassanen.
Clero, militib. & populo Gargan.
Comitib Baronib. Iustitiariis, & uniuersis populis per Regnum Siciliæ constitutis.
Archiepiscopis, Episcopis, & cæteris ecclesiarū prælatis, & uniuersis clericis per Regnum Siciliæ constitutis.

Canonicis Brundusinis, & vniuerso clero Brundusinæ diœcesis. Vt electo suo, qui se apud Pontificem de obiectu, criminib. purgarat, obtemperet.

NVncios vestros, & literas filii canonici sæpe recepimus, per quas uenerabili fratri nostro N. electo uestro multa, & grauia obiecta fuerunt propter quod ipsum aliquanto tempore apud sedē apostolicam detinuimus: expectantes si forte aliquis, qui uellet prosequi accusationes aduersus eum propositas, compareret: cumque post diutinam expectationē nullus apparuisset nostra præsentia, qui contra ipsum in accusatione procederet licet quosdam uestrum acceperimus usq; Beneuentum uenisse, sed propter uiarū discrimina non potuisse transire: & ipse de iniusta electione sua coram nobis pluries querimoniam replicasset, & in locum suum restitui postularet instanter: tandē pro eo dilecti filii Capitulum, & vniuersus clerus Horitan. suas nobis litteras destinarunt, ipsum uelut Episcopum suum remitti postulantes ad ecclesiā Horitan. cum plenitudine potestatis: & nobis eriā humiliter supplicarunt, ut daremus in mandatis eidem, q̄ dignitates, & iura Ecclesiæ Horitan. illibata conseruans in ea chrisma conficiat, & clericorum ordinationes, necnon & solennes festiuitates ibidem non postponat alterna uicissitudine celebrare. In qua petitione Horitanę ecclesiæ nequaquam duximus annuendū immo eam prorsus decreuimus repellendam, cum statum possessionis ecclesię Brundusinæ sine cognitione nolimus per alicuius astutiam immutari. Verum quoniam querelas præfati electi sæpius iteratas nequiuimus surdis auribus pertransire, tam ei, quam ecclesiæ Brundusinæ, q̄ ut iustitię tenor expostulat, prouidere uolentes, uniuersitati uestrę per apostolica scripta mandamus, quatenus, eo reducto in eum statum, in quo erat, quando recessit ab ecclesia Brundusin. ei, aut procuratori suo de pontificalibus iustitiis plene respondere curetis, & ipsi, tanquam pastori uestro, deuote, atque humiliter obedire: ut cum destitutus ante restitutionē iuxta legitimas, & canonicas sanctiones accusari non debeat, ne status tam ecclesiæ, quam personæ sine periculo diutius maneat suspensio, restitutione præmissa, siquis uoluerit, & ualuerit in accusationē ipsius rectè procedat: super quo tam uobis, quam ipsi dominicam, qua cantatur, Lętare Hierusalem, proximè uenturam terminum assignamus. Noueritis autem nos uenerabili fratri nostro Cupersanen. Episcopo in mandatis dedisse, ut si uos iuxta mandatum nostrum ei nolueritis obedire, uos ad hoc per censuram ecclesiasticam, appellatione remota cōpellat. Datum Lateran. 16. cal. Ianuarii.

Illi scriptum est super hoc.

Scriptum etiam super hoc Capitulo, & clero Horitan.

NVNCIOS &c. usque ad uerbum Obedire. Ideoque uniuersitati uestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus ei iura pontificalia, debitam etiam reuerentiam, & obedientiam, sicut prælato uestro, exhibere minimè postponatis. Noueritis autē nos &c. ut supra. Datū ut supra.

MAGISTRO HENRICO ARCHIdiacono Clusiensi.

IVstis petentium desideriis &c. usq; ad uerbum Assensu. Personam tuam cum omnibus bonis tam ecclesiasticis, quam mundanis &c. usque ad uerbum Suscipimus. Specialiter autem Archidiaconatū Clusien. cum omnibus pertinentiis suis, sicut illum iustè possides, & quietè, deuotioni tuæ auctoritate apostolica cōfirmamus &c. Nulli ergo &c. Siquis autem &c. Datum Lateran. 18. cal. Ianuarii.

HILARIO ARCHIDIACONO DE QVIZ.

CVm a nobis petitur, quod iustum est, &c. Archidiaconatum de Quiz, cum omnibus pertinentiis suis, sicut ipsum iustè possides, & quietè, &c. ut supra. Nulli ergo, &c.

MAGISTRO HENRICO CANONICO Ecclesiæ Sancti Michaelis Vltrasyuanen.

CVm a nobis petitur &c. usque ad uerbum. Præbendam ecclesiæ Sancti Michaelis

Michaelis Vltrasyluanen. cum omnib. pertinentiis suis, sicut eam iustè, & quietè possidet, auctoritate tibi apostolica confirmamus, & presentis scripti patrocinio cõmunim°. Nulli ergo &c. Siquis autẽ &c. Datum Laterani. 18. cal Ianuarii.

Illustri Regi Francorum. Vt Regi Hierosolymitano contra Sarracenos auxilia mittat: & Græcorũ Imperatori scribat, vt ab infestatione contra Christianos bellis abstineat.

NVper ad nos charissimus in Christo filius noster A. Rex Hierosolymitanorum illustriss. suos cum litteris nuncios destinauit: per quos miserias, & necessitates terræ orientalis, quæ grauiores, & plures sunt solito, nobis exposuit, & festinatum subsidium postulauit. Cum enim pauci sint ibi ad custodiam terræ relicti, quæ ferè nũc tota peccatis exigẽtib. est uirib. & uiris spoliata, nisi eis fuerit citò subuentum, tam terræ, quam populi periculum formidatur, quod ex discordia Sarracenorum, qui se ipsos impugnant, uidetur dominus hactenus misericorditer impediisse. Si uerò antequam redeant ad cõcordiam, congruũ subsidium mitteretur speratur pro certo, quòd facile posset hoc tempore Hierosolymitana prouincia liberari. Sinautem prius redierint ad concordiam, quàm subsidium destinetur timetur ab omnibus, quòd residuum terræ de facili debeant obtinere. Monemus igitur serenitatem regiam, & exhortamur in domino, & in remissionem iniungimus peccatorum, quatenus, sicut christianissimus princeps, cuius obsequium Iesus Christus in tanta necessitate requirit, ad subsidium terræ sanctæ diligenter, ac potenter intendens, uniuersos crucesignatos de terra tua transfretare non solum moneas, sed compellas: & tu ipse ad defensionem terræ ipsius competentem in expensis tuis dirigas numerum bellatorum, quasi decimas saltem Christo persoluens, ita quòd ex hoc diuinam gratiam possis plenius promereri. Quòd si forsan multitudo in breui transfretare non poterit aliquot saltem milites armis, equis, & aliis bene muniti quàm citius dirigantur: qui in eius defensione usque ad aliorum aduentum humiliter, & deuotè persistant, & eam ab incursu hostiũ tueatur. Considera fili charissimi cõsidera diligenter, q̃ si rex aliquis tẽporalis de terra suę dominationis ejectus, in captiuitatẽ forsitã deuenerit, nisi uasalli eius p̃ liberatione regia nõ solũ res suas exponerẽt, sed p̃sonas, nõne cũ restitueret̃ pristinæ libertati, & acciperet tẽpus iustitiam iudicãdi infideles eos, & p̃ditores regios, & uelut læsæ maiestatis reos dãnabiles reputaret, & quosdã eorũ dãnaret suspẽdio, quosdã mucrone feriret, & excogitaret etiã mortis hactenus in excogitata tormẽta, quib. malos malè perderet, & in bona eorum fidelẽs aliquos subrogaret? Nõne similiter Iesus Christus rex regũ, & dominus dominantium, cuius te seruum esse non negas, qui & corpus, & animam tibi contulit, qui te suo sanguine precioso redemit, qui regnum tibi concessit, qui & uiuere tibi contulit, & moueri, & vniuersa, quæ habes, bona donauit: cum nihil habeas, quod de ipsius munere non acceperis, de ingratitudinis uitio, & uelut infidelitatis crimine te damnaret, si ei ejecto de terra, quam precio sui sanguinis comparauit, & a Sarracenis in salutiferæ crucis ligno quasi captiuo detento, negligeres subuenire? Cum etiam, si quondam ei tam in te, quàm in tuis potenter subueneris, quia tamen nondum est liberatus & omnia bona, quæ habes, ipsius possideas dono collata, in districto nouissimę discussionis examine, quando reddet unicuique secundum opera sua, te coram eo non posses aliquatenus excusare, nisi ei curaueris in tantæ necessitatis articulo subuenire. Mittimus autem ad te nunciũ, regis, ipsius, qui serenitati tuæ plenius orientalis prouinciæ necessitates exponat, & te reddat de omnibus certiorem. Quia vero Constãtinopolitanus Imperator aduersus eundem regem procedere occasione Cipri minatur, vel dirigere cõtra eum exercitum copiosum, & vires eiusdem regis non suppetant ad defensionem Hierosolymitanæ prouinciæ, nedum quòd eidem Imperatori valeat obuiare, volumus nihilominus,

& monemus, quatenus eidem Imp. litteras tuas sub eo tenore transmittas, ut in hoc articulo tempestatis, & necessitate totius populi christiani nō molestet regem eundem, cui deberet potius subuenire. Addas etiam, & si super hoc preces tuas duxerit audiendas, apud nos precibus instare curabis, ut ei faciamus iustitiam exhiberi: & tu nihilominus partes tuas efficaciter interponas. Nos etiam ad eūdem Impetatorem propter hoc specialiter curauimus nuncium destinare.

In eundem ferè modum scriptum est super hoc illustri Regi Anglorum.

Reuerendo in Christo Patri, & Domino Innocentio Dei gratia summo Pontifici, & vniuersali Papæ tanto, talique honore dignissimo. Vt sua auctoritate Apostolica ipsum, nepotemque suum adiuuet, tueatur atq; defendat.

LEo per eundem, & Romani Imp. gratiam Rex Armenicorum Romanæ ecclesiæ honorem, & excellentiam pro posse promouens, grata seruitia, & pedum oscula. Quoniam sedes apostolica omnium pœne pulsantium necessitatibus occurrit, ab omnibus filiis pro defensione domus Israel labores, & sudores patientibus, tanquam ad maternæ uiscera consolationis concurritur, ut ab ea lac paruulis, solidus cibus ablatis pro necessitate ministretur cuiusque: unde nos in remotis partibus ab inimicis circumuallati, pro honore Sanctæ Romanę ecclesiæ totiusque christianitatis contra barbaricas nationes contendentes, ad pedes sanctitatis uestræ recurrimus, rogantes, & deprecantes, ut secūdum iuris tenorem precibus, & petitionibus nostris aures misericordiæ porrigere dignemini. Restat utique ut causſæ nostræ seriem per singula paternitati uestræ patefaciamus. Credimus enim uestram non latere notitiam, Raymundum filium illustriss. principis Antiochię, maiorem natu Alizam neptē nostram, diuina disponente clementia, sibi in uxorem duxisse. & ex ea filium nomine Rupinum genuisse, quem in honore Dei uenerabilis Maguntinus Archiepiscopus baptizauit. Contigit nempe peccatis exigentibus (quod dolendo dicimus) ipsum Raymundum uiam uniuersæ carnis ingredi: sed ante decessum, dum in sua bona erat memoriam, patrem suum nobilissimum principem rogauit, ut ius hæreditarium sibi pertinens unico filio suo reseruaret. cuius preces illustriss. princeps non tradens obliuioni, nepotem suū Rupinum filium Elidis neptis nostræ coram se adduci fecit: & circumastantibus omnibus Baronibus, & quàm pluribus aliis ad hoc specialiter conuocatis, manifestauit, & confirmauit prætaxatum Raymundum suum in plena curia esse hæredem legitimum: dehinc conuersus ad nepotem suum, similiter coram omnibus circumastantibus, affirmauit ipsum iure hæreditario sibi debere succedere. Vnde in sua memoria, & sua bona uoluntate ab omnibus hominibus suis ligiis, tactis sacrosanctis Euangeliis, & cruce dominica, eidem nepoti suo iurari, & ligium hominum fieri fecit salua tamen fidelitate sua quoad uixerit. Posthæc ipsum puerū de Antiochia, & toto principali munitū. Vnde ad audientiæ uestrę pietatem transcriptum mittimus: ac etiam de causſa pristinæ amicitię inter nos, & principem, diuina mediante clementia, sunt renouatę: ueteresque inimicitię, per quas patrię ruinam, & personarum, & rerum iactura formidabamus, post terga sunt repositæ. His ita peractis, ecce Comes Tripol. magister, & conuentus templi, magister, & conuentus hospitalis Antiochiam uenerunt, nos, & terram nostram expugnare, & pro posse lædere præmeditati. Contra quorum nequissimam præsumptionem de Deo confidentes, qui nunquam in se sperantes deserit, collectis animi uiribus uiriliter resistēdo, nos murum opposuimus, atque in hunc modum per tres menses huc, illuc deducentes, & blandis uerbis tētantes, a seruitio, & defensione domus Israel nos remouerunt. Et dum tantis excessibus suis ad regni nostri defensionē opportunitatem non haberemus, quædā incurimus damna, metis, & finibus nostris a Barbaris irrogata. Post hæc uidentes, & dolentes, Deo defendente, nos minimè

nimè lædere posse, habito concilio cum Communia, dominum principem B. (proh dolor) excluſere, & tã cõtumeliis minarũ, quã iniuriis detractorũ exaſpera uerunt. Exulato itaque principe, quidã ficti amici Comitis, & precio, & preci bus ipſi comiti alligati, populum Antio chiæ veneno ſono inſtinctu ſuo ſubuer terunt, dicẽtes Comitẽ eſſe legitimum hæredẽ principis, quod nefas eſt prędica re. Sic autẽ cõtra dominũ ſuũ fractis legi timis ſacramẽtis, calcaneum erigentes, non ſperauerunt expugnaſſe, & non mo dicum læſiſſe. Super quibus ad Romanã appellauimus audientiam, ad exequen dum, & recipiendum iuſtitiam ſub iu ris, & æquitatoris amatore, quod Antio cheni omnino neglexerunt. In his tẽpla rii, hoſpitalarii à rationis tramite non diſſentientes, præmiſſa mala poſtpoſue runt, & nobiſcum pacem inierunt. Po ſtea congregato exercitu noſtro, tandiu laborauimus inuigilãtes, quo ad vſque principem in principali ſede ſua ſedere, & in ciuitatem ſuam honorificè recipi cognouimus. Ad hęc prẽſentium latorẽ R. de Margat. nomine fidelem, & di lectũ noſtrum militem ad pedes ſanctita tis veſtræ dirigimus: rogantes, & depre cantes, ut eum noſtri contemplatione in cunctis agendis noſtris recõmendatum habeatis, & quicquid ex parte noſtra di xerit, tã de negotiis & pſecutionib. totius patriæ, quã de noſtris credere nõ dubite tis. Igitur veſtrã ſuppliciter, & flexo genu expoſcimus clemẽtiã, quatenus ante ſub merſionem Syriæ, periclitanti manũ ſubſi dii porrigere feſtinetis, & cauſam nepotis principis, & noſtri, iuxta iuris tenorẽ exe cutioni mancipare non differatis, quate nus ea, quæ ex aduerſaria parte minus iu ſtè pullulant, apoſtolica falce ſiat reſeca ta: & pars noſtra de pietate veſtra con fidens, per Dei, & veſtrum auxilium dele ctibiles exitus matutini, & veſpere gau deant reperiſſe. Cupimus præterea, & exo ptamus, ut extenſis in cœlum manib. & fu ſis ĩ mõte precib. uincatur Amalech, qua tenus poſt multa flagella filiorũ Iſrael, arca Dei liberata tempore ſacerdotij veſtri reuertatur in Sylo, vbi populus pa cificas hoſtias poſſit immolare, & pro offenſionib. ſuis ſacrificio cõtriti cordis Deum placare. Mittat etiam Saluator, & propugnator noſter dd. fidelẽ in auxi lium noſtrum, qui numeroſa Phili ſtinorum pręputia circuncidat, & in ſortẽ Iſraeliticę plebis abducat: quatenus hæc terrena Hieruſalem non ſeruiat vt an cilla cum filiis ſuis, ſed ſupernam, quæ libera eſt, imitetur: cuius ciues ſunt non tantùm, qui in hac valle lachrymarum peregrinantur, ſed etiam hi, qui ad ſu pernæ viſionis pacẽ pertinere merẽtur. De cætero commendamus ſolitudini ve ſtræ reliquias Syriæ, quæ quotidie veſtrũ expectant, & interpellant ſubſidium.

Leoni Illuſtri Regi Armenia quæ ad præ cedentem Epiſtolam reſpondet: Legatos ſe miſſu rum, qui cauſam cognoſcant, vt ex æquo, & bono decidatur.

EI, à quo eſt omne datum optimum, & omne donum perfectum, qui corda principum habet in manu ſua, & à qno eſt omnis poteſtas, quas poſſu mus gratiarum referimus actiones quòd te vſque adeò in deuotione apoſtoli cæ ſedis radicauit, vt non ſolùm in ſpiritualibus, ſed in temporalibus etiam ad auxilium eccleſiæ Rom. recur ras & in tuendis iuſtitiis tuis, per ap pellationem interpoſitam, opem eius implores. Veniens enim ad apoſto licam ſedem dilectus filius nobilis vir Rob. de Margato Miles nuncius tuus plenè nobilis expoſuit tuæ deuotionis affectum, & regiæ ſerenitatis litteras no bis obtulit, continentes, quòd cùm R. pri mogentitus quondam filius nobilis vi ri R. principis Antiocheni A. neptem tuam duxerit in vxorem, ex ea maſcula prole ſuſcepta, dum ageret in extremis eidem principi ſupplicauit, vt ſucceſſio nẽ, quę ipſi iure hęreditario cõpetebat, Rupino vnico eius filio cõſeruaret, qui poſt mortẽ filijnõ immemor precũ eius, cõuocatis ligiis hominibus ſuis, ꝙ dictus Raymundus legitimus fuiſſet hæres ip ſius, & poſt mortẽ eius Rupinus prędicti Raymũdi filius ipſius prĩcipis legitimus

hæres, esset, publicè recognouit: & ei ab uniuersis hominibus suis salua fidelitate, quam ei tenentur, dum uixerit, ligium fecit homagium exhiberi. deinde quoque prædictum Rupinum de ciuitate Antiochia, & toto principatu Antiochien. tenendo post eius obitum, salua dote I. uxoris ipsius, & omnibus donis quæ fecerat, & in posterum est facturus, & dum uixerit totius principatus dominio tibi saluo sanciuit: & cum Raymundi patris nomine appellauit, sicut in litteris ad nos à te transmissis, prospeximus contineri. Cæterum nobilis uir Comes Tripolitanus filius principis memorati molestè ferens se patria hæreditate priuari, cum dilectis filiis Hierosolymitan. hospital. & militiæ templi magistris te uoluit molestare: sed quod aduersum te prœualere nõ posset inspiciens, conuersus in principẽ fauore Antiochen. communiæ, filius patrem exclusit, & domino suo contumelias præsumpsit, & iniurias irrogare. Interea etiam quidam amici Tripolitani Comitis corrupti precio, & precibus circumuenti, Comitem ipsum legitimum hæredem principis asserentes, falsis suggestionib. obtinuerunt à populo, ut ab iurato quodammodo iuramento priori, eidem Comiti hominium exhiberent: propter quod ad sedem apostolicam regia serenitas appellauit: & templariis, & hospitalariis ad cor redeuntibus, principẽ in sede restituit principali. Licet autem, quantum Deo possumus, tuæ uelimus serenitati deferre, quia tamen in dubiis certum nec uolumus, nec debemus proferre iudicium, cum etsi etiam nobis de ueritate constaret, in absentia tamen partis alterius nondum, incœpto iudicio, ad sentẽtiam procedere non possemus, causam ipsam legatorum nostrorũ, qui dante domino in proximo transfretabunt, examini duximus reseruandam: quibus & uerbis, & scriptis dabimus firmiter in mandatis, ut ipsam diligenter examinent, & sine personarum acceptione, præuia ratione decidant: nolentes causam delegare, iudicib. qui alterutri partium, & tuæ presertim esse possent de ratione suspecti. Rogamus igitur celsitudinem tuam, & exhortamur attentius, ac per apostolica tibi scripta mãdamus quatenus communem causam priuatæ prę ponẽs, & propriis, commodis negotium præferens crucifixi, quantum in te fuerit pacem ad uniuersos christianos obseruãs, ad defendendam hæreditatem domini, & expugnandam barbariem Sarraceno rum potenter intendas, nec ob hoc aduersus Comitem, uel alium bellum moueas, præsertim uiuente principe: qui, sicut in eiusdem litteris continetur, sic nepotem tuum de principatus successione sagiuit, ut sibi proprietatem, & dominium quo ad uiueret, retineret. Cum autem ad partes illas legati nostri peruenerint, causam tuam non armis, sed legib. non gladio uindice, sed iustitia iudice prosequaris. Nos enim eidem Comiti per apostolica scripta mandamus, ut causa ipsa in suo statu manente, nihil in præiudicium iuris alterius attentare præsumat, sed legatorũ nostrorũ, quib. cognitionẽ, & diffinitionem ipsius duximus committendam, expectet aduentum. Ad hæc dilectum filium nuntium tuum serenitati regiæ propensius commendamus, ut de charo eum habeas de cætero charioré. Præterea serenitati tuę gratiarum referimus actiones, quòd nos per eundem nuncium tuum magnificã, ac liberaliter uisitasti. Datum Lateran. 16. cal. Ianuarii.

Pagano, & Arroni comitibus, & uniuersis aliis Baronibus, militibus, & populo in regno christi in Christo filii nostri Leonis illustriss. Regis Armeniæ constituis. Vt cum suo rege contra Sarracenos fortiter se gerant.

Etsi modernis temporibus apostolicę sedis receperitis instituta, secundum ea domino in puritate cordis, ac corporis seruientes, is tamen, qui matutinos, & uespertinos operarios uineę sue singulorũ denariorum mercede remunerat, faciens nouissimos primos, & primos nouissimos brauium uobis largietur æternum, si catholicam ecclesiam sponsam ueri Salomonis, sub cuius capite secũdum quod ipsa ptotestatur in canticis canticorum: leua eius, & dextra eius ipsam iugiter amplexatur, fueritis humiliter uenerati: & usque

usque adeò uos zelus domus domini comederit, ut ad vindicandam iniuriam crucifixi, & templum, & hæreditatem eius de paganorum manibus liberandam, & res exposueritis, & personas, Christum vobis uitam, & mortem lucrum cum apostolo reputantes. Gaudemus autem, quòd etsi noua sitis ecclesiæ Romanę plantatio nouitas tamen in uobis uirtutis operatur augumentum, & usque adeò uos reddit in fide feruentes, ut tanto feruentiores in Christianorum omnium, immo Christi auxilium assurgatis, quanto estis uicinio res hostibus, & ex uicinitate melius, & scitis, vultis eorum conatibus obuiare. Nos autem de chariss. in Christo filii nostri Armenię Regis Illustriss. synceritate, ac uestra deuotione confisi, ei ad uetitionem dilecti filii, nobilis uiri R. militis nuncii eius in nostræ dilectionis indicium uexillum Beati Petri dirigimus: quo in hostes crucis duntaxat utatur, & eorum superbiam suffragantibus apostolorum principis meritis, domino concedente conculcet. Monemus igitur vniuersitatem uestram, & exhortamur in domino, & in remissionem uobis iniungimus peccatorũ, quatenus ad liberandum funiculum hæreditatis dominicæ de manibus paganorum, & eorum refrenandam audaciam, & barbariem edomandam cum eodem Rege uestro, sicut bene cœpistis, & potẽter, & uiriliter intendatis, ut eius sitis remissionis participes, quam de Dei omnipotẽtis, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, & omnibus transfretantib. indulgemus, Datũ Lateran. 16. cal. Ianuarii.

In eundem ferè modum nobilibus uiris Hug. de Tubaria, Rodulpho, & Ottoni fratribus.

Illustri Regi Armeniæ. Quod ipsi transmittat uexillum Beati Petri, quo contra Crucis inimicos utatur.

ET tibi congaudemus, & nobis, immo etiam vniuerso populo christiano, q̃ eum tibi dominus inspirauit affectum, ut apostolicæ sedis institutа deuotè recipere, & præcepta fideliter obseruares, & contra inimicos crucis propositum illud assumeres, ut in eos uindicare cupias iniuriam crucifixi, & hæreditatem eius de ipsorum manibus liberare. Nos igitur de tuæ deuotionis synceritate confisi, ad petitionem dilecti filii Roberti de Margat militis nuncii tui, in nostræ dilectionis inditiũ, uexillũ Beati Petri tuę sereni tati dirigimus, quo in hostes crucis duntaxat utaris, & eorum studeas contumaciam cum Dei auxilio, suffragantib. apostolorum principis meritis refrenare. Datum lateran. 16. cal. Ianuarii.

Vniuerso Populo Castellan. Ciuitatis. Quod petitum ab ipsis Rectorem, iis concedat.

DIlectos filios nobiles uiros, nunciosve stros ad sedem apostolicam ueniẽtes benignè recepimus, dilectũ filium nobilẽ uirum I. præfecti concedi uobis postulantes humiliter in rectorem. Cum igitur tã de ipsius, quàm eius patris industria non modicum confidamus, ut pote cui uniuersum ferè apostolicæ sedis patrimoniũ in partibus ipsis duximus committendũ, petitionem uestram libenter admisimus, & eum uobis in rectorem duximus concedendum, dummodo communiter ab uniuersitate populi postuletur. Datum Lateran. 11. cal. Ianuarii.

Patriarchæ Hierosolymitan. & Tyrensi Archiepiscopo, & Aconen. Episcopo. Vt iniustè latam excommunicationis sententiam rescindant: temerèque excommunicantem Episcopum puniant.

CVm olim uenerabilis frater noster Tyberiaden. Episcopus suam nostro triũ misisset apostolatui quæstionem, quod dilecti filii magister, & fratres Militiæ tẽpli mille trecentos bisantios, & alia quædam bona Tyberiaden. ecclesiæ, quæ prædecessor ipsius apud quosdam fratres tẽpli deposuerat, detinerent, & ei reddere denegarent, ipsis per scripta nostra mandauimus, ut eidẽ Episcopo depositũ illud si præmissis suffragaretur veritas, nõ ponerent resignare: uenerabilib. fratrib. nostris Sydonien. & Blibien. Episcopis dãtes firmiter in mandatis, vt ipsi eos adhuc ueritate cognita, per censuram ecclesiasticam

sticam compeliere non tardarent. Verũ sicut prædicti Magister, & fratres Militię templi tam per litteras suas, quàm per quosdam fratrum suorum, quos ad nostram præsentiam direxerunt, non sine multo dolore nobis intimare curarunt, præfatus Sidonien sis Episcopus commissionis nostræ tenorem trãsgrediens, cùm ipsi de terra Antiochiæ, ubi pro guerra, quæ erat inter dilectos filios nobilem virum principem Antiochienfem, & dominum Alapię fuerant aliquandiu commorati, redirent, & quadam die martis applicuissent ad Ciuitatem Tyrensem, eis sequentem diem Iouis terminum assignauit: quo in eius præsentia præfato Tyberiadensi Episcopo accederent, de depositorespõsuri. Quia verò pro aliis negociis imminẽtibus præfatus Magister diei præfixę non poterat interesse, duos de fratribus suis, uiros idoneos pro eodem negocio dereliquit: qui ad diem statutam coram eodem Episcopo uenientes dixerunt, se paratos esse prælato Tyberiadensi Episcopo, si contra eos uellet proponere iuxta tenorem mandati apostolici, respõdere: & licet præfatus Bibliẽsis Episcopus coniudex suus absens existeret, ipsi tamẽ uolebant firmiter obseruare sententiam, quam idem Sydonien sis Episcopus, audi tis utriusque partis rationib. supereadem causa, duceret legitimè promulgandam. Hoc autem audito, idem Episcopus modestia pontificali neglecta, suo absente coniudice, nullis auditis rationib. in multorum præsentia dixit in impetu: nisi uos usque ad proximam diem dominicam supra dictos bisantios reddideritis, auctoritate Dei patris, & omnium Sanctorum, Magistrum uestrum, & omnes fratres domus templi citra, & ultra mare, nec non & participes. atque amicos eiusdem uinculo excommunicationis in nodo. Cęterùm cùm sequenti sexta feria prænominati duo fratres, qui apud Tyrum pro caussa prędicta remanserant. cum festinatione adiissent Acon, & quę gesta erant per antedictum Episcopum per ordinem enarrassent, ipse Magister cum fratribus ad te, frater Patriarcha, continuò accesserunt, & te cùm de illo negocio diligẽtius pertractantes, de tuo tandem consilio cũ prędicto Tyberiadẽsi Episcopo amicabiliter curauerunt componere, ad maius scãdalum euitandum: sed prędictus Sydonien sis Episcopus sequenti die dominica, post compositionem peractam ecclesiam Sanctę Crucis Tyrensem ingressus, post generalem processionem coram omni clero, & populo qui astabat, accensis candelis, ipsum Magistrum nominatim, & omnes fratres templi citra, & ultra mare nec non, & amicos, & participes domus sententia excommunicationis astrinxit. Quòd fratres postmodum audientes tantam illatam eis iniuriam, sic ad animum reuocarunt, q̃ ferè assumpte religionis prępositum relinquere voluerunt, & relicta Hierosolymitana prouincia, dispone bant ad propria remeare, sed in eo tandem ponentes fiduciam, cui promiserant toto uitæ suæ tẽpore deseruire, suasione tam tua, quam aliorum uirorum prudentium, ad ipsius terræ custodiam remanserunt, à nobis uindictam de illata eis iniuria postulantes: Verùm cùm non sibi soli caussa eadem fuerit expressum, quòd si ambo interesse non possent, alter nihilominus mandatum apostolicum adimpleret, non poterat sine illo procedere ad illam, uel aliam sententiam proferendam. Item & si ei uices suas in hac parte coniudex alius commisisset, uel etiam partes spontaneæ, post commissionem nostram suum subiissent examen, ipse tamen non debuit sine caussę cognitione procedere, præsertim cum in forma commissionis contineretur expressum, quòd si præmissis suffragaretur ueritas, Magistrum, & fratres ad restitutionem depositi, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellere non tardarent, & ipsi fratres, qui apud Tyrum pro negocio remanserant prælibato sententiam eiusdem Episcopi, quam auditis partis rationibus duceret legitimè promulgandam, tunc demum sedixerint seruaturos. Pręterea cum multi fratrum militiæ templi tam circa, quam ultra mare consistant, qui super ipso depositi sunt penitus sine culpa, profecto talis excommunicatio non solum indiscreta fuit, sed etiam effrenata: qua ligare

gare uoluit innocentes, & nos etiam, ac fratres nostros iuxta formam uerborum uisus est includisse, qui sumos eiusdem domus participes, & amici. Rursus post quam controuersia sæpe dicta amicabili fuerat compositione sopita, deuiauit omnino, & etiam aduersario per suas litteras prohibente processit ad sententiam proferendam: cum boni iudicis sit lites minuere, non augere. Ad hæc cum prædicti fratres assidue multis laboribus, & periculis se oppunãt pro seruitio Iesu Christi, si etiã magister, aut procuratores iuuẽti fuissent culpabiles, non tamen fuissent ita generaliter omnes excommunicationis sententia feriendi. Cùm igitur, si præmissa veritate nituntur, sæpe dictus Episcopus uel de grandi fatuitate, uel de grui malignitate sit animaduersione debita castigandus, fraternitati uestræ per apostolica scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus inquisita diligentius ueritate, si uobis constiterit eundem Episcopum (ut prædictum est) præfatam sententiam protulisse, uos cum auctoritate nostra sublato collationis obstaculo, ab executione pontificalis officii tandiu faciatis manere suspensum, donec à nobis indulgentiam consequatur: ut qui fuit stultus in culpa sapiens efficiatur in pœna. Quòd si forte seruato intris ordine præuia ratione processit, quos uobis constiterit excommunicationis sententiæ subiacere, secundum formam ecclesiæ absoluatis: in ipso postmodum negocio legitimè processuri. Testes &c. Quòd si omnes &c. Duo uestrum &c. Datum Late. 18. calend. Ianuarii.

Clero, & populo ciuitaten. ut comitem Theatinum in custodem suum recipiant.

PEr apostolicas litteras uobis dudum rescripsimus mandauisse, vt N quondam Ciuitaten. Comite sublato de medio nobili uiro R. Comiti Theatino intendere tis de custodia comitatus, qui propter potentiam, & quoniam uicinus est uobis, comitatum ipsius, & homines eius potenter poterat defensare. Post hæc autem, sicut ex litteris uestris intellexim⁹, per nũcios uestros, quos ad Panormita. curiam destinastis, mandatum sub nomine regio recepistis, ut nobili uiro P. de Celano sororio regii cancellarii, tãquam uestro comiti iuraretis: unde quid super his facien dum esset uobis, non immerito dubitastis. Cùm igitur, sicut uestra uniuersitas non ignorat, & regis tutela, & regni Balium ad nos de iure pertineat, & dispositioni nostræ, uos & alii iuraueritis obedire, deuotioni uestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus quatenus non obstante mandato contrario, quod non debet aliquatenus contraire, cũ nos uices regias exequamur, secundum quod uobis per alias litteras dedimus in mandatis, iam dicto Comiti Theatino de custodia comitatus unanimiter intendatis: quia licet præfatum nobilem P. uideli cet Celanen. syncero diligamus, ad custodiam tamen, & defensionem uestram hoc tempore prænominatum comitem Theatin. necessarium credimus, & idoneum reputamus. Datum III. cal. Ianuarii.

Illustri regi Armeniorum ut castrũ Gaston tam plurib⁹ restituat.

CVm ad uindictã malefactorum, laudẽ uerò bonorum materialem acceperis gladium, non in domesticos fidei, sed hostes crucis potius exerendum, & nuper per Dei Gratiam instituta receperis apostolicæ sedis, & promiseris obseruare: nõ credimus, quòd in exaudiendis precibus nostris te uelis difficilem exhibere, præsertim cum id petimus, quod ad pacem pertinet, & respicit honestatem, & cum christianorum commodo in sarracenorum dispendium redundabit. Ad audientiam siquidem apostolatos nostri peruenit, quòd cum castrum, quod Gaston dicitur, ad domum militiæ templi de iure pertineat & fratres eiusdem domus illud olim possederint sine lite tempore inuasionis terræ orientalis ipsum Sarraceni per uiolentiam occuparunt, quod cum dimisissent postmodum metu regum qui ad partes transfretauerant transmarinas, tu illud habitatore uacuum, & custode intrasti, & quasi liberatum de manibus paganorum

orum adhuc detines uelut tuum. Cum ue dilecti filii magister, & fratres Militiæ templi cum nunciis venerabilis fratris nostris Patriarchæ,& illustriss. principis Antiochen. Tripolitan. Comitis, & totius Antiochen. communiæ supplicassent,vt castrum ipsum templariis resignare :tu Patriarcham ipsum, principem ad communiæ colloquium citauisti,promittens per nuncios & litteras tuas, quòd super facto castelli secundum eorum consilium procedere non tardares : quod non solùm cùm ad colloquium ventum esset,noluisti iuxta tenorum facte promissionis implere:imo (sicut dicitur)quorundam seductus consilio,quòd illud in grauamen Antiochiæ retineres (quod vix credimus)respondisti. Cumque post modum nuncius tuus ad Rom. ecclesiam accessisset castrum ipsum Milonis quondam auunculi tui fuisse proposuit,& te illud de Sarracenorum manibus liberasse,ac respondisse fratribus super hoc,quòd ipsis coram nobis iustitiã exhiberes : propter quod idem nuncius supplicabat , vt nihil contra te non cõmonitum statuere curaremus. Cum igitur nostræ intẽtionis existat,te sicut charissimum ecclesiæ filium,& regem catholicum honorare,cum & credamus,quòd simplices preces nostras velis efficaciter exaudire , serenitatẽ regiã rogamus, monemus & exhortamur in domino , quatenus diuinæ retributionis obtentu ob reuerẽtiam apostolicæ sedis,& nostram, castrum ipsum fratribus Militię templi sine difficultate restituas, & permittas, ab eis pacificè possideri,nec eos super ipso,uel aliis ad eos pertinentibus inquietes. Nos.n. si super ipso castro,vel aliis ad uersus eos aliquid proponere volueris quæstionis,in præsentia nostra,vel legatorum nostrorum,qui dante domino in ꝓximo transfretabunt, tibi faciemus iustitię plenitudinem exhiberi , dummodo super his,quę ipsi duxerint proponẽda, paratus sis eis facere rationem.

Priori Sancti Victoris , Magistris L. Bononiẽ Et Vberto Mutinen. Canonicis. De criminibus & purgatione Abbatis Pomposiani.

LIcet Heli summus sacerdos in se ipso bonus existeret,quia tamen filiorũ excessus efficaciter nõ corripuit,& in se pariter:& in ipsis animaduersionis eius in bello peremptis,ipse de sella corruẽs cõfractis ceruicibus expirauit .Ad corrigendos ergo subditorum excessus tanto diligentius debet Prælatus assurgere , quãto damnabilius correctionem eorũ negligeret:cõtra quos(vt de notoriis excessibus taceatur)etsi tribus modis ꝓcedere possit , per accusationem videlicet denunciationem , & inquisitionem ipsorum : vt tamen in omnibus diligens adhibeat cautela,sicut accusationem legitima prę cedere debet inscriptio , sic & denunciationem charitatiua correctio, inquisitionẽ clamosa debet insinuatio præuenire. Descendam (inquit dominus) & videbo vtrum clamorem,qui venit ad me opere iam cõpleuerint . Tunc enim clamor peruenit ad Prælatum , cum per publicum famam,aut insinuationem frequentem ubi totũ sibi referuntur excessus,& tunc debet descendere,& videre,id est , mittere,& inquirere,vtrum clamorẽ ueritatẽ comitetur.Nam iuxta canonicas sanctiones,siquid de quocunque clerico ad aures Prelati peruenerit,quod eũ iustè possit offendere, non facilè credere debet, nec ad vindictam eum res accendere debet incognita , sed coram ecclesiæ suæ senioribus diligenter est ueritas perscrutanda, vt si rei poposcerit qualitas,canonica districtio culpã feriat delinquentis non tanquam idem ipse sit auctor, & iudex,sed quasi fama deferẽte , vel denunciante clamore, officii sui debitum exequatur: eo semper adhibito moderamine,vt iuxta formã iudici,sententiæ quoque,forma dictetur.Cùm igitur de Abbate Pomposian. ea nobis frequenter insinuata fuissent,quę ab honestate regulari nimium dissonabant , inquisitionem eorum viris prudentibus cõmisimus faciẽdam , qui cũ minimè processissent ad iteratum sæpe clamorem, de communi fa-

trum

trum nostrorum consilio citauimus ad
presentiam nostram Abbatem, & mona
chos, ut per nos ipsos causſa morbi ple
niùs inquisita plagam ipsam melius cura
remus. Eis igitur ad nostram præsentiam
accedentib. quidam ex monachis nobis
ipsum abbatem de simonia, periurio, di
lapidatione, ac in sufficientia detulerunt
contra quos cũ idem Abbas exciperet, ꝙ
denunciationem huiusmodi fraterna cor
rectio secũdum regulam Euangelicã nõ
præcesserat, & iidẽ constanter assererent,
quòd correctionem huiusmodi præmi
sissent. Licet ad id probandum duorum
monachorum iuramenta fuissent exhi
bita, quia tamen super hocipso, nec dum
contendere desistebant, nos, ut prædi
ximus, frequentibus clamoribus excitati,
ex officio nostro maluimus inquirere de
præmissis : omnes omnino monachos,
qui uel cum ipso, uel contra ipsum Abba
tem accesserant, iuramenti uinculo astrin
gentes, ut de propositis plenè quam sci
rent, exponerent ueritatem : quorum
depositionis in scriptis redactæ cum pu
blicatæ fuissent, superiùs cœperunt mul
tipliciter disputare. Quia uero tum
ex assertione monachorum, tum ex
Abbatis confessione cognouimus, ꝙ
idem Abbas non modicam summam pe
cuniæ relictam ab N. prædecessore suo
totam expenderat, & in alia summa ma
iori monasterium obligarat, nos eum iux
ta canonicas, & legitimas sanctiones pro
pter has, & alias presumptiones, quasi
de dilapidatione suspectum, ab admini
stratione abbatię duximus suspendendũ.
Et quia per testes simonia multis modis
contra ipsum Abbatem uidebatur esse
probata, ipse contra testes multas exce
ptiones opposuit: super quibus multipli
citer fuit utrinque disputatum: aliis asse
rentibus in crimine simonię, sicut
& in crimine lęsę maiestatis, omnes
indifferenter tam infames, quam crimi
nosos non solum ad accusandum, sed ad
testificandum etiam admittendos :
cum ad instar publici criminis, & lę
sę maiest. procedat accusatio simonię,
multis super hoc, & legibus, & canonibus
allegatis. Aliis è contrario respondentibus, quòd licet hæc duo crimina, quantum ad accusationem quasi paria iudicentur, differunt tamen in multis, cum & alia pœna pro uno, & alia pro altero inferatur, & inter personas accusatorum & testium sit utique distinguendum : cum non per accusatores sed testes crimina comprobentur, multis nihilominus super hoc & rationibus, & argumentis inductis. Ne uerò uel innocentię puritas confusa succumberet, uel simonię pra uitas effugeret impunita, nos æquitate pensata, nec omnes exceptiones contrate stes oppositas duximus admittendas, nec repellendas duximus uniuersas, sed illas duntaxat probandas admisimus, quæ forte probatæ non de zelo iustitiæ, sed de malignitatis fomite procedere uideretur conspirationes scilicet, & inimicitias capitales. Cęteras autem exceptiones oppositas, ut furti, & adulterii propter immanitatem hæresis simoniacę, ad cuius comparationem omnia crimina quasi pro nihilo reputantur, duximus repeliendas: quoniam, & si fidem testium debilitarẽt in aliquo, non tamen euacuarent ex toto præsertim cùm alia contigerit admiscula suffragari. Ad probãdas ergo exceptiones admissas, Abbas quoddam protulit instrumentum, adquod reprobandum cũ testes fuissent ex altera parte producti, facultatem sibi petiit indulgeri: ut in partibus suis instrumentum huiusmodi comprobaret. Cùm ergo iudicantem oporteat cuncta rimari, discretioni uestræ, de qua plenam fiduciã obtinemus, per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus intra sex hebdomadas post susceptionem præsentium probationes, quas Abbas, uel procurator ipsius ad probandũ solũmodo instrumentũ, cuius rescriptũ uobis sub bulla nostra trãsmittimus, uel reprobandũ pars altera duxerit exhibendas, diligenti studio recipere procuretis, sub testimonio litterarum ue strarum, inclusas eas nobis fideliter destinãtes: attẽtiùs ꝓuisuri, vt via regia ꝓcedẽtes, nõ ad sinistrã, nec ad dexterã declinetis. Quòd si oẽs &c. Duo uestrum &c. Datum Lat. IIII. nonas Decembris.

Rosa

Rosanen. Archiepiscopo. qua ipsi ad certas quæstiones respondet.

QVod super his articulis, qui tibi aliquam dubitationem inducunt, nostrum ducis consilium requirendum, & ad ea exequenda, quæ officium postulant pastorale, apostolicæ sedis procuras auxilium inuocare, solicitudinem tuam dignis in domino laudibus commendamus, & postulationibus tuis grato animo respondemus. Significasti siquidem nobis, quod in diœcesi tua, pater & filius, matrem & filiam, duo cognati duas cognatas, auunculus, & nepos duas sorores ducunt in coniuges: & mater, & uxor simul baptizant puerum alienum: quidam præterea tuæ diœcesis infra tertium, & septimum gradum consanguinitatis se contingentes, matrimonia ad inuicē contrahunt, hoc sibi licere de antiqua cōsuetudine asserētes. Quidam etiam sacerdotes latini habent in suis domibus concubinas, & nonnulli aliquas sibi non metuunt desponsare: & cùm earum aliqua mortua fuerit, uel ab aliquo sacerdotum eiecta, confestim aliam introducunt, & in ignominiam clericalis ordinis taliter permanent uxorati. Item Abbates, & sacerdotes tuæ diœcesis ad synodum tuam uenire renuunt conuocati, dicentes ueniendi ad synodum consuetudinem non habere: & sic iurisdictionem tuam tam in his, quam in aliis contemnentes, de rationibus tuis tibi, sicut tenentur, negligunt respondere. Et cum ad monasteria uis accedere, sicut ad tuum dignoscitur officium pertinere, uel sacerdotes super prædictis excessibus animaduersione debita castigare, ipsi appellationis obstaculum interponunt, vt tuam taliter effugiāt disciplinam. Ad hæc capellani Castelli Rosanē. aliquando matrimonia non coniungenda cōiungere, & alia non diuidenda diuidere non verentur: licet ipsi non debeant de matrimoniis iudicare. Super eo igitur, quòd pater, & filius cum matre, & filia. & duo cognati cum duabus cognatis, auunculus, & nepos cum duabus sororibus contrahunt matrimonia, taliter tibi duximus respondēdum: quòd licet omnes cōsanguinei viri sint affines vxoris, & omnes consanguinei vxoris affines sint viri, inter consanguineos tamen viri, & cōsanguineos vxoris ex eorundem viri videlicet, & vxoris coniugio, nulla prorsus affinitas est contracta, propter quam inter eos matrimoniū debeat impediri. Quamuis etiā vir, & vxor alienū puerū teneant in baptismo, nulla tamen inter eosdē uirū, & vxorem contrahitur cōpaternitas, cùm una caro sint per copulam cōiugalē: & ideo reddere sibi debitū minimè prohibētur. Itē cū in sacris canonibus gradus sint consanguinitatis distincti, & per eosdem inhibitum, ut nullus infra septimum gradum cōsanguinitatis linea attingentem, sibi audeat in matrimonium copulare, ne infra gradus eosdem contrahantur, debes publicè inhibere, & præsumptores ecclesiastica districtione punire: non obstante consuetudine, quæ dicenda est potius corruptela. Cùm autem sacerdotes latini nullas sibi possint matrimonialiter copulare, nec illis habere liceat concubinas, vt latinos præsbyteros tuæ diœcesis, qui à te commoniti à sua noluerint præsumptione desistere, per suspensionem officiorum, & beneficiorum subtractionem ad id cō pellere valeas, liberam tibi concedimus auctoritate apostolica facultatem. Similiter etiam Abbates, & sacerdotes diœcesana tibi lege subiectos, qui ad tuam contemnunt synodum venire vocati, dum modo in ipsa synodo non ducas aliquid statuēdum, quod fortè canonicis obuiet institutis, per censurā ecclesiasticam ad synodum ipsam uenire compellas, & debitam tibi reuerentiam, & obedientiam exhibere. Capellanis præterea castelli Rosanen. firmiter sub qua conuenit districtione prohibeas, ne (sicut non debent) super confirmandis uel dimittendis matrimoniis, exerceant aliquam potestatem. Quòd si fortè contumaces extiterint, canonica eos poteris seuerita te punire. Cùm autem appellatio sit inuenta non in diffugium oppri mentium, sed in refugium oppressorum, auctoritate tibi præsentium

indulgemus, vt iuxta formã præmissam procedere valeas, non obstante appellationis obiectu, si qua forsan fuerit interposita in exclusionem eccl. disciplinæ. Nulli ergò, &c. liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, &c. Datum vt suprà I I. calen. Ianuarij.

A VICEDOMINO FIRMANO QVOD si aliquot præfecturas cõmittat.

CVm deuotionis affectum, quẽ habes ad apostolicam sedem, & nos ipsos, sicut p̃ legatos nostros, quos in Marchiã misimus, nostro est apostolatui referatum, in operis exhibitione monstraueris, & pro ecclesiæ seruitio multis te exposueris laboribus, & expensis, fidelitati, ac deuotioni tuæ grata cupimus vicissitudine respondere, & petitionibus tuis quantum cum Deo possumus, assensum gratanter apostolicum impertiri. Volentes igitur te ad nostrum seruitium reddere promptiorem, castrum Montis sanctæ Mariæ cũ curtib. Montis sancti Petri, Mõtis Rodaldi, sancti Ioannis, Podii de petra, Pertetariæ, Pontarioli, Montis gariuini, Carlassalis, & Peratiæ ad ipsa castra hactenus pertinẽtibus tibi duximus, donec nobis, aut successoribus placuerit, saluis cẽsibus, & procurationibus, committendum, ita tamen quòd ea omnia ad fidelitatem, & mandatum ecclesiæ conserues integra, & illæsa, nec de eis aliquid alienare præsumas.

MAGISTRO GVIDONI ARCHI presbytero plebis de cuitate.

CVm a nobis petitur, &c. usque ad uerum Suscipimus. Specialiter autẽ Archipresbyteratũ ipsũ, sicut ipsũ iustè possides, & quietè, auctoritate tibi apostolica cõfirmamus, &c. Dat. Lat. I I. Cale. Ianuarii.

In eundem modum pro G. clerico. Specialiter autem beneficium quod habes in ecclesia sancti Mauritii, &c. ut suprà. Datum ut suprà.

ABBATI SANCTI VOLDARICI Nscholastico, & Ncustodi Augustensibus. Vt dolus, fraus, illi non prosit, qui aliquod se a sede apostolica falso impetrasse mentitur.

AD nostrã dudum noueritis audiẽtiam peruenisse, quòd cum dilectus filius Hermãnus clericus in ecclesia de Loerch canonicè fuerit institutus, & corporalem possessionem per annum, & amplius habuerit in quiete, ab Alberto con canonico suo fuit postea beneficio ipso, & eius obuentionibus usque ad viginti marchas ualentibus uiolẽtiam spoliatus, in quem diœcesanus episcopus, quoniam super his in præsentia sua iuri parere contempsit exc. sn̄iam promulgauit, quã per annũ, & amplius indurata facie sustinuit, & cõtẽpsit: unde cũ ex hoc clericus spoliatus ablatorũ restitutionem obtinere non posset, ad ap. sedem accedens, nostras aduen. fratrem nostrum episcop. & dilectos filios præpositum, & Decanum Augustenses litteras reportauit, ut prædictam excommunicationis sententiam sicut rationabiliter lata erat, facerent auctoritate nostra usq; ad condignam satisfactionem inuiolabiliter obseruari: quod, sicut ipsi suis nobis litteris intimarunt, fideliter adimplerunt: unde illorum deuotionem in domino commendamus. Consequenter uerò præfatus A. ad præsentiã nostram accedens, ueritate tacita premissorum, & p̃ canonicus esset ecclesiæ memoratæ, ad uos commissionem simplicem impetrauit. ut causam, quæ inter Al. & Hermannũ clericos uertebatur super præbendam in Loerch, curaretis fine debito terminare. Idem etiam Albertus in reditu constitutus apud castrum S. Petri aduersariũ suũ obuium habuit ad nos denuo uenientem, ad cuius denunciationem redire contempsit, in præsentia nostra exhibiturus, & recepturus iustitiæ cõplementum, cuncta se asserens, quæ uoluerat impetrasse. Nolentes igitur aliquẽ de dolo suo commodum reportare, discretioni uestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus inquisita super præmissis diligentius ueritate, non obstante commissione ad nos per subreptionem obtenta,

obtenta, cùm mendax precator carere debeat impetratis, sæpè dictũ A. in eandẽ excõmunicationis sententiã reducatis sa cientes eam pulsatis campanis, & accen sis candelis vsq; ad condignã satisfactio nem appellatione remota inuiolabiliter obseruari: vt exẽplo eius alij discãt à simi libus abstinere. Nullis literis obstan tibus harum mentione non habita. &c. Quòd si omnes, &c. Duo vestrum, &c.

Nobili Viro Ioannitio. Vt Legatum Apostolicum reuerenter excipiat, & fideliter cum eo, necessariis de rebus loquatur.

RESpexit dominus humilitatem tuã, & deuotionem quam ergaRomanam ecclesiam cognoscens, hactenus habuisse, & te inter tumultus bellicos, & guerra rum discrimina non solùm potenter defendit, sed etiã mitabiliter, & misericor diter dilatauit. Nos autem audito quòd de nobili vibis Romæ prosapia progeni tores tui originem traxerint, & tu ab eis & sanguinis generositatem cõtraxeris, & synceræ deuotionis affectum, quem ad apostolicam sedem geris quasi hæredita rio iure, iampridem te proposuimus lit teris, & nunciis uisitare: Sed variis eccle siæ solicitudinibus detenti, hactenus nõ potuimus nostrum propositum adim plere. Nunc verò interalias solicitudines nostras, hanc etiam assumendam duxi mus, immò consummandam potiùs ian dudum assumptam, vt per legatos, & lit teras nostras te in laudabili foueamus p posito, & deuotione sedis apostolicæ so lidemus. Dilectũ itaque filium nostrum Dominicum archipresb. Græcorum de Brunduſio ad te personaliter destinãtes, monemus nobilitatem tuam, & exhorta mur in domino, ac per apostolica tibi re scripta mandamus, quatenus ipsum hu militer, & deuotè recipiens, honorificè, ac benignè pertractes, & per eum pleniùs nobis tuam deuotionem exponas. Cùm enim plenè nobis per ipsum de synceri tate tui propositi, & deuotionis affectu constiterit, ad te proposuimus maiores nuncios, vel legatos potiùs destinare: qui tam te, quàm tuos in apostolicæ sedis dilectione confirment, & te de be neuolentia nostra efficiant certiorem.

Præposito, & Fratribus Sancti Stephani in Brolio Vt Al: Marcellinum in suum collegam recipiant.

CVm pro dilecto filio Al. Marcellino subdiacono nostro preces vobis missi semus, apostolicas, & præceptum, vt ip sum in fratrem vestrum, & canonicum recipere deberetis, titulati ecclesiæ vestrę hoc in suum præiudicium fieri asseren tes, ne procederetur in illius executionẽ mãdati, nostrã (sicut audiuimus) audiẽtiã appellarunt. Posteaverò cũ dilectus filius H. qui se canonicum ipsius ecclesiæ asse rebat, propter hoc ad nostram præsentiã accessisset, proposuit coram nobis, quòd cùm tam ipse, quàm socii sui diu eccle siæ illi obsequium impendissent, nec ad huc essent ab ea beneficia cõsecuti, indi gnum erat penitùs & absurdum, si in per ceptione beneficiis eis alius præferretur. Quia igitur mãdatum, quod pro eodem subdiacono emanauit, debita volumus executione compleri: titulatis ipsis volẽ tes nihilominus paterna solicitudine p uidere, per apostolica vobis scripta man damus, atque præcipimus, quatenus eun dem subdiaconũ, prout in mãdatis apo stolicis recepistis sublato cuiuslibet con tradictionis, & appellationis obstaculo recipiatis in canonicum, & in fratrem, stallum ei in Choro, & locum in Capitu lo assignantes, reseruata vobis de beni gnitate sedis apostolicæ libertate, vt de beneficiis, quæ in ecclesia vestra vacaue rint, canonicè disponatis: prouisuri tamẽ attentiùs, ne ipsius subdiaconi malitiosè prouisio differatur. Si verò (quod nõ cre dimus) mãdatum nostrum nolueritis ad implere, nouerit is nos dilecto filio Gui scardo de Arsag. canonico Mediolanen. in mandatis dedisse, vt vos ad ea, quę præ misimus, exequenda per censuram ec clesiasticã appellatiõe remota cõpellat. Datum Lateran. IIII. idus Ianuarij.

Illi scriptum est super hoc.

CISTER

Cisterc. Clarevallen. Pontiniacen. De Feritate, & vniuersis Abbatibus Cisstercien. ordinis. Vt quinquagesimam bonorum suorum partem in vsus belli Turci conferant.

NOuit is, qui nihil ignorāt, cui nil absconditum, nil est clausum, in cuius oculis omnia nuda sunt, & aperta, & qui renes, & corda scrutatur, & domos, & personas uestras tanto puriore affectione diligimus, & syncerioris charitatis, non tam brachijs, quam uisceribus amplexamur, quanto religionis uestræ flagrantia nos maioris suauitatis odore respersit, ut pote qui facti estis odor uitæ in uitam his, qui diligunt nomen Dei. Sedentes enim sedetis secus pedes domini, audientes uerbum eius humiliter cū Maria, & Marthæ solicitudinem piis orationibus adiunatis, cum Moise orantes in monte, ut nos cum Iosue hostes Israelitici populi præsertim inuisibiles expugnemus. Affligitis etiam corpora uestra uigiliis quasi continuis, & assiduis ieiunijs maceratis: uacatis operibus charitatis, cōtenti paucis, ut plura pauperib. ministretis, egentes in uobis, & in alijs abundantes, tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Thesaurizatis enim thesauros in cœlo, ubi nec erugo, nec tinea demolitur, credentes apostolo, quòd non habetis manentem Ciuitatem in terris, sed futuram inquiritis, uestra enim conuersatio est in cælis. Creditis enim, & pro certo tenetis quod audistis in euangelio, & legistis: Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, & ideo temporalia ministratis alijs, ut sempiterna recipiatis ab ipso. Sed nunquid non uerius est, uel æquè uerū quod Christo facitis, ipsi facitis? Nunquid dominus in se non acceptabit obsequium, quod acceptat in seruo? Nunquid non legistis qualiter Christus tempore passionis eorum repressérit scandalum, qui dicebant: Potuit hoc unguentum uenundari plusquā trecentis denarijs, & dari pauperib. dicēs ad eos: Pauperes semper habebitis uobiscū, me autem non semper habebitis? Nūquid non uerum est uerbum eius, ut paupetes nē semper habeatis uobiscum, quibus cū uelitis benefacere ualeatis? Ipsa autē nō semper habebitis peregrinū, exulē, & ejectū, nec forsan de cætero ei poteritis in tantæ necessitatis articulo subuenire. Ecce etenim stat ad ostiū uestrū, & pulsat. Aperite celeriter illi iā, non tam alijs pro ipso, quam ipsi pro uobis grata subsidia porrigentes. Ejectus enim de terra natiuitatis, & resurrectionis suæ, de qua dicit in psalmo: Hæreditas mea præclara est mihi, & quasi captiuus detentus in cruce, quæ secundum apostolum est gloria nostra, clamat ad omnes, clamat ad singulos: exurgite in adiutoriū mihi, mihi exuli, & profugo subuenite, retribuētes saltē modicū mihi q̄ vob. uniuersa cōcessimus hoc dicimus tanq̄ eius omnipotētię derogemus cū eius uolūtati nihil possit omnino resistere, sed ut succursū huiusmodi demonstremus sibi quasi ꝓpriè proprium exhiberi. Monemus igitur uniuersitatē uestrā, & exhortamur in dño. & in remissionē vobis iniungimus peccatorū, quatenus ne sitis aliquib. ꝓditionis occasio, ne maius scādalū in ecclesia generitis, ne clericis, & laicis nō subueniē di terræ orientalis præbeatis exēplum, immo ut Christo subueniatis exuli, & qui rursus in membris suis crucifigit, crucifixo, & alios ad eius subsidium animetis, tollētes materiā scādali, quod ex hoc cōtra uestrū ordinē est subortū, aliquā certā, & cōperētē summā, quam nos merito acceprare possimus, sine dilatione qualibet per uestras nobis litteras exprimatis in terræ sanctæ subsidium, si oblationem uestram probauerimus conuertendam, uel saltē quinquagesimā partē omnium reddituū, & prouentuū uestrorū, ꝑstimatione habita diligēti collectā fideliter in unū locū, sub aliquorū episcoporū testimonio consignetis. Alioquin, ne si uos ceruices uestras excusseritis ab hoc iugo, illicitum reputent alij, eleemosynas pauperum in stipendia conuertere bellatorū, & patrimonium Christi effusione sanguinis defensare. Ne cæteri etiam scādalizentur in uobis, si quinquagesimā

propter hoc nolueritis exhibere, cum ab ei quadragesimam exigamus: & nos præter aliud subsidiū, quod nobis dominus inspirabit, decimam statuerimus exhibere, præter indignationem diuinam, & in obedientiæ culpam, quam propter hoc incurretis, suspendemus priuilegia uestra, & vniuersis ecclesiarum prælatis dabimus in mandatis, ut uobis non deferant eorum obtentu, sed eis nō obstanti bus, à uobis iura sua tā in decimis, quàm aliis plenè de cæteto consequātur. Quòd si nec sic uolueritis obedire, experiemur in uos vtrum in Cistercien. fratres plenā iurisdictionem, sicut in aliis habeamus. Datum Lateran. 5. Calen. Ianuarii.

In eundem modum N. Prēmōstraten. & vniuersis Abbatib. Præmonstraten. ordinis. Nouitis, qui nihil ignoratis, &c. usq; ad uerbum Episcoporum testimonio cō signetis. Datum nonis Ianuarii.

Archiepiscopo Magdeburgen. Et Suffraganeis eius, Abbatibus, primibus, Decanis, Archidiaconis & vniuersis clericis tam subditis, quàm prælatis in Magdeburgen. Prouincia constitutis. Vt Christianos in oriente pecunia & viris contra Saracenos adiuuent.

GRaues orientalis terræ miserias, & necessitates urgentes, iam potius peccatis exigentib. deflere cogimur, quàm referre, cum ad eum statum (si status tamē dicēdus est casus, quod dolētes dicimus) cadē terra deuenerit, ut nisi citius ipsius fuerit necessitati succursum, & occursum conatibus paganorum, pauci Christiani, qui defensioni hereditatis domini, & crucifixi obsequiis deuouerunt, hostiles sagittas sui sanguinis effusione inebriaturi credantur, & paganorum gladios suis iugulis placaturi, reliquiis desolationis illi⁹ terræ sine spe humani subsidii perdendis totaliter, & ab hostib. occupandis, cū de partib. illis penè omnes iam redierint peregrini. Id autem hactenus dominus Iesus Christus, ut probaret adhuc fortius fidem nostiam, & intelligeret plenius qui sunt eius, misericorditer impediuit, manus eorum in ipsos conuertens, & eos inter se multiformiter discordātes permittens ad inuicem desæuire, ut Christianis interim ad ipsius terræ subsidium excitatis, facilior daretur facultas recuperandi perdita, & de hostib. triumphandi. Recepimus enim literas uenerabilium fratrū nostrorum N. Antiochen. & Hierosolymitan. Patriarcharum, Archiepiscoporū etiam, & episcoporū utrius prouincię, si militer & charissimorū in Christo filiorū nostrorū A. Hierosolymitanorū, & L. Armenorū Regum illustrium, & dilectorum filiorū Magistrorum Hierosolymitan. hospitalis, & militiæ templi, aliorumq; multorum ipsius terræ necessitates, & miserias plenius exponentes, & postulantes subsidium diutius expectatum, cum plus ibi sperent dante domino, paucos hoc tē pore propter Sarracenorum discordiam profuturos, quàm hactenus copiosus exercitus profuisset. Adiectum est etiam, ꝙ cum iam inter Sarracenos de pace tractetur, si priùs quām subueniatur Hierosolymitan. prouinciæ inter eos fuerit concordia reformata, nisi deus solus resistat, cum sit uiris, & uirib. penè penitus destituta, nō erit qui eorum possit uiolētiam cohibere. Nos ergò cum fratrib. nostris, ascitis etiam episcopis, & aliis uiris religiosis apud sedem apostolicam existentibus, de ipsius terræ subuentione tractantes, ne uideremur onera grauia humeris imponere subditorum, quę digito etiam mouere nollemus, dicentes tantū, & aut nihil, aut modicum facientes, ut a nobis ad uos, & à uobis ad laicos benefaciendi deriuetur exemplum, eius exemplo, qui cœpit facere, & docere, decimam partē omnium reddituum, & prouentuum nostrorum curauimus subuentioni orientalis prouinciæ deputare, subtrahentes nō modicum necessitatib. nostris quib. cū grauiores sint solito, & ob hoc exigant grauiores expensas, nostræ nō sufficiunt facultates, ut ei, & si nihil largiremur de proprio, modicum saltē retribueremus de suo, qui nobis sua miseratione tribuit uniuersa. Et ut non solum in reb. uerum etiam in personis necessarium terræ sanctę subsidium destinemus, Dilectos filios S. titul. sanctæ Praxedis præsbyterum, & P. sanctæ Mariæ in uia lata Diaconū Cardinales,

dinales, quibus iam pridem imposuimus signum crucis, illuc proposuimus destinare: qui exercitū domini, vices nostras exequendo, præcedant: & ad eos tanquàm ad unum caput uniuersi recurrant. Verùm quia id quasi modicum, immò uerè modicum ad tot necessitates ipsius prouinciæ sufficere nullatenus reputamus, uniuer. uestrę per ap. scripta mand. & ex parte Dei omnipotentis in uirtute S. spiritus, sub interminatione diuini iudicii districtè præcipimus, quatenus singuli uestrum saltem quadrag partem omnium ecclesiasticorum redditoum, & prouētuū suorum, prius tamen deductis usuris, quarum solutio uitari non possit, in subsidiū terræ sanctæ conuertant, omnibus clericis tam subditis, quàm prælatis, qui quadragesimam ipsam sponte, ac fideliter soluerint, de Dei omnipotentis misericordia, ac beatorum apostolorum Petri, & Pauli auctoritate confisi, quartam partē iniunctæ sibi pœnitentiæ relaxātes, dum modo nulla fraus intercedat, & pia deuotio suffragetur. Sciat autem se culpabiliter durum, & durè culpabilē, qui tantillum subsidium in tāta necessitate creatori. & redemptori suo negauerit exhibere, à quo corpus, & anima & uniuersa bona, quæ habet, accepit, & nos, qui (licet īdigni) uices eius exercemus in terris huius culpæ duriti tā nullaten' dissimulare possemus. Nec aliquo modo credatis, per hoc indispēdium uestrum legem uobis imponere intendamus, ut à uobis imposterum quadragesima quasi debita, uel consuetudinaria exigatur, immò nullum uobis ex hoc præiudicium uolumus generari: qui tantæ necessitatis articulum nobis, & uobis superuenisse dolemus, & quòd similis de cætero nō contingat, optamus. Volumus etiam, & nihilominus uobis præcipiendo mandamus, quatenus uos fratre Archiepiscope, & Episcopi in metropolitam. ecclesia, uel si hoc ibi fieri propter hostilitatem, uel aliud euidens impedimentum non poterit, in duobus, uel tribus locis Magdeburgen. prouinciæ sine dilatione conuenire curetis, & inter uos iuxta formam mandati apostolici de ipsius terræ subuētione tractare, & post reuersionem suam quilibet uestrum in sua diœcesi, concilium conuocet sine mora: auctoritate nostra præcipiens Abbatibus, & prioribus tam exemptis, quàm aliis archidiac. & decanis, & uniuersis omnino clericis in eiusdē diœcesi constitutis, vt iusta æstimatione prouētus, & redditus suos taxent, & infra tres menses post factam eis denunciationem, quadragesimam partem valoris eorum sub ipsius episcopi testimonio, & aliquos religiosorū virorum adhibiti, nihilominus ad cautelam quibus laicis fidelibus, & discretis in locū idoneum eiusdem diœcesis non differant consignare, quod & nos uobis fratres Archiepiscope, & Episcopi sub eadem districtionem mandamus. Ab hac autem generalitate monachos Cistercien. Præmonstraten. canonicos, hæremitas Grandimonten. & Cartusien. excipimus: quibus super hoc māda tum iniungimus speciale. Nolumus autē, ut hi, qui redditus suos, & prouentus diligenter æstimare curauerint, præmisse transgressionem districtionis id curiāt, si quid non ex certa scientia, sed ignoranter potius quadragesimæ fortè subtraxerint, dum tamen postquàm recognouerint defectum suum, quod minus soluerint plenariè, recōpensent. Siquis autem (quod absit) quadragesimæ taliter persolucndæ aliquid ex certa scientia subtraxerit, cū dignè satisfecerit, ab huius transgressionis debito penitus sit immunis. Nec miretur quisquā, aut etiā moueat, quòd hoc sub tanta districtione præcipimus, cum summa necessitas id exposcat: nam etsi uoluntarium esse debeat diuinę seruitutis obsequium, legimus tamen in euangelio de inuitatis ad nuptias, dominum præcepisse, ut cōpellerētur intrare. Mādamus præterea, vt uos fratres Archiepiscope, & Episcopi quadragesimā ipsam per uestras diœceses instāter exactam, & collectam, fideliter faciatis iuxta prędictā formā in tuto loco deponi, sūmā omniū per uestras litteras, & speciales nuncios nobis quā citiùs fieri poterit, expressuri. Ad hæc in singulis ecclesiis truncum concauum poni præcipimus tribus clauibus cōsignatū, prima penes Episcopū,

secunda penes ecclesiæ sacerdotem, tertia per aliquē religiosum, laicum conseruādis, & in ea fideles quilibet iuxta quod eorum mentibus dominus inspirauerit suas eleemosynas deponere in remissionem suorum peccaminum moneantur, & in omnibus ecclesiis semel in hebdomada pro remissione peccatorum, & præsertim offertorium, missa publicè decantetur. Concedimus autem uobis fratres Archiepiscope, & Episcopi, ut circa eos, q de bonis suis terræ sanctæ uoluerint sub uenire, de discretorum uirorum consilio, qualitate personarum, & rerum facultate pensatis, ac considerato nihilominus de uotionis affectu, opus iniunctæ pœnitentiæ commutare possitis in opus eleemosynæ faciendæ.

Volumus insuper, ut adhibitis uobis, ubi poterunt inueniri, duobus fratribus, uno Hierosolymitani hospitalis, & alio Militiæ templi, aliisque religiosis laicis, & discretis, militibus, uel aliis bellatoribus, qui signum dominicæ crucis assumpserint, si in suis non poterunt sumptibus transfretare, congrua de eadem summa stipendia ministretis, sufficienti ab eis cautione recepta, quòd in defensione Terræ Orientalis per annum, uel amplius iuxta quantitatem subsidii commorentur, & si (quod absit) in uia decesserint, susceptum subsidium non in alios usus conuertant, sed reddant potiùs in stipendia bellatorum, qui etiam cum redierint, non prius absoluantur à præstita cautione, quàm litteras regis, uel patriarchæ, aut Hierosolymitani hospitalis, aut Militiæ templi magistri, aut etiam legati nostri uobis exhibuerint, de mora ipsorum testimonium perhibentes. Quia uerò summæ necessitas exigit, & cōmunis requirit utilitas, ut populus christianus nō solum in rebus, sed etiam in personis cōtra Paganos, in succuersum terræ sanctæ, sine dilatione succurrat, fraternitati uestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus ad exhortandos, & inducendos fideles per uos ipsos, & alios uiros idoneos, prudenter, & diligenter insistetis, ut qui sufficientes fuerint ad bellum domini præliandum, in nomine domini Sabaoth signum crucis assumant.

Alii uero iuxta suarum sufficientiam facultatum pias eleemosynas largiantur. Nos enim de Dei misericordia, & beatorum apostolorum Petri, & Pauli auctoritate cōfisi, ex illa, quam nobis Deus (licet indignis) ligandi, & soluendi contulit potestate omnibus, qui laborem huius itineris in personis propriis subierint, & expēsis plenam peccatorum suorum, de quibus cordis, & oris egerint pœnitentiam, ueniam indulgemus, & in retributionem iustorum salutis ęternę pollicemur augmentū. Eis autem, qui non in personis propriis illuc accesserint, sed in suis tantū expensis iuxta facultatē, & qualitatē suam uiros idoneos destinauerint, illic per annum moraturos ad minus, & illis similiter, qui licet in alienis expensis, in propriis tamen personis assumptæ peregrinationis laborem impleuerint, plenam suorum ueniam concedimus peccatorū. Huius quoque remissionis uolumus esse participes iuxta quantitatem subsidii, & deuotionis affectum omnes, qui ad subuentionem ipsius terræ de bonis suis congruè ministrabunt: personas insuper ipsorum, & bona eorum, ex quo crucem susceperint, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, nec non & sub archiepiscoporum, & omnium prælatorum ecclesiæ Dei defensione consistant: statuentes, ut donec de ipsorum obitu, uel reditu certissimè cognoscatur, integra maneant, & quieta consistant. Quòd si quisquam contra præsumpserit, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescatur. Si qui uerò proficiscentium illuc ad præstandas usuras iutamento tenentur astricti, uos fraties Archiepiscope, & Episcopi per uestras diœceses creditores eorum, sublato appellationis obstaculo, eadem districtione cogatis, ut eos à sacramento penitùs absoluentes, ab usurarum ulteriùs exactione desistant. Quòd si quisquam creditorum eos ad solutionem cogerit usuratum, cum ad restitutionē earum

subla

ſublato appellationis obſtaculo diſtri ctione ſimili compellatis. Iudæos uero ad remittendas ipſis uſuras, per ſæculare compelli præcipimus poteſtatem: & do nec eas remiſerint, ab uniuerſis Chriſti fidelib. tam in mercimoniis, quàm aliis, per excommunicationis ſententiam eis iubemus communionem omnimodam denegari. Horum autem uos fratres Ar chiepiſcopi, & Epiſcopi ſingulos in ſuis diœceſibus executores eſſe uolumus, & mandamus, quæ tam diligenter, & fideli ter exequamini, ut in diſtricto nouiſſimę diſcuſſionis examine, cum aſtabitis ante tribunal Chriſti, dignam debeatis redde re rationem Datum Lat. 2. cal. Ianuarii.

In eundem modum ſcriptum eſt per totam Alema niam.

In eundem modum ſcriptum eſt per Thuſciam.

In eundem modum ſcriptum eſt per Lombardiam.

In eundem modum ſcriptum eſt per regnum Fran ciæ, per regnum Angliæ per regnum Vngariæ.

In eundem modum ſcriptum eſt per Sclauoniam, per Hyberniam, per regnum Scotiæ.

Vniuerſis Chriſti Fidelibus per Vienen. prouin ciam conſtitutis eiuſdem argumenti cum duabus præcedentibus.

NIſi nobis dictum a domino per Pro phetam, & in Propheta ſciremus Cla ma, neceſſes, quaſi tuba exalta uocē tuā: niſi ad paſtorale crederemus officium ꝑ tinere, quod inquit Apoſt. Iuſta oppor tunè, importunè, argue, obſecra, increpa: niſi gregis dominici nobis eſſet cura cō miſſa poſſemus nunc tandem a clamore deſiſtere, cum etſi tuba exhortationis no ſtræ ſæpe ſonum dederit, non incertum exhortando populum chriſtianum ad terrę S. ſuccurſum, paucos tamen adhuc ad bellandum bellum domini excitarit. Quia uerò maior inſtat neceſſitas, quàm vnquam inſtiterit, ut ipſi terræ celeriter ſuccurratur, & de ſuccurſu ſperatur ma ior, quàm unquam prouenerit, utilitas prouentura, clamamus ad uos, & pro il lo clamamus, qui uoce magna clamando ſpiritum pro uobis emiſit in cruce, ſa ctus obediens uſque ad mortem, mortē autem crucis, ut uos ab æternæ mortis eriperet cruciatu: qui clamat etiam per ſe ipſum, & dicit: Si quis uult poſt me ue nire, abneget ſemet ipſum, & tollat cru cem ſuam. & ſequatur me. Recepimus enim litteras uenerabilium fratrum no ſtrum Antiochen. & Hieroſolimitan. Pa triarcharum, Archiepiſcoporum etiam, & Epiſcoporum utriuſque prouinciæ, & chariſſimorū in Chriſto filiorū noſtrorū A. Hieroſolymorū, & L. Armeniorū regū illuſtrium, ſimiliter & magiſtrorum Hie ſolymitani hoſpitalis, & Militiæ templi, quib. nobis expoſuerint neceſſitates, & miſerias terræ ſanctæ: aſſerentes inter alia, ꝙ cum hactenus dominus per diſcor diam Sarracenorum, qui ſe ipſos impu gnant, orientali prouincię pepercisſet, & iam nunc inter eos de pace tractetur, ſi prius quam redeant ad concordiam con gruum ſubſidiū mitteret, ſperāt pro cer to, ꝙ facile poſſet hoc tempore orienta lis prouincia liberari. Si autem prius re dierint ad cōcordiā, quā ſubſidiū deſtine tur, timeē ab omnib. ꝙ reſiduū terræ Sar raceni de facili valeāt obtinere: cum pere grinis ad propria iā reuerſis terra reman ſerit & uiris, & virib. deſtituta. Monemus igitur vniuerſitatē veſtrā, & exhortamur in domino, & in remiſſionē uobis iniūgi mus peccatorū, quatenus ante oculos cor dis habentes exiliū crucifixi, qui potētes ſunt prælium domini prælіari, & crucē, & arma capeſſant. Qui uerò nō ſunt habi les ad pugnādum in expenſis ſuis ſecun dum proprias facultates, aliquos dirigāt bellatores: nec ſit qui ſe ab huius obſe quio ſubuentionis excuſet, qnin aliquid ſaltem modicū propter hoc deuotè, ac li bēter impendat, niſi qui ęternæ uoluerit eſſe remunerationis immunis. Quicūque enim eū erubuerit corā hominib. & ipſe illū corā Angelis erubeſcet. Poteſtis. n. & ꝑ palis in captiuitatē forſitan deueniret, debetis cōſidetare uobiſcū, ꝙ ſi rex aliqs niſi uaſalli eius ꝑ liberatiōe regia nō ſo lū res exponerēt, ſed ꝑſonas, nōne cūreſti tueret priſtine libertati, & acciperet ꝑs iuſtitiā iudicādi, proditores eos regios, & quaſi perfidos, & infideles dam nabiles iudicaret, excogitaret mor tis hactenus inexcogitata tormenta,

quib. malos malè perderet, & in eorũ bona fideles aliquos subrogaret? Nõne similiter dominus Iesus Christus Rex regum, & dominus dominantiũ, & qui corpus, & animam uobis contulit, qui uos sanguine precioso redemit, de ingratitudinis uitio, & uelut infidelitatis crimine uos damnabit, si ei electo de terra, quam precio sui sanguinis comparauit, & quasi captiuo in salutiferæ crucis ligno detẽto neglexeritis subuenire? Sanè cum nihil possit omnipotenti resistere, quia tamen fideles suos temporaliter probare disponit in opere, quos ęternaliter in prędestinatione cognouit, præter arcanum diuini iudicii, quod nulli mortalium datum est posse scrutari, fortè misericors Deus, cũ iam superabundasset iniquitas refrigescẽte charitate multorum, uoluit fidelib. suis occasionem præstare salutis. immo salutationis causſam præbere: ut qui omnia pro ipso dimitterent, ipsum omnia in omnib. inuenirent. Cum enim Hierusalem ciuitas illa terrestris, secundum interpretationem uocabuli pacis uisio nuncupetur, & ipsa uix vnquam, uel modico tempore pacem potueris obtinere, promissio pacis ad illam Hierusalem nos profecto transmittit, quæ sursũ est mater nostra, in qua pax Dei, quę exuperat omnem sensum, abundat. Ad hanc itaque noui sub nouo tempore Machabæi, qui pro paternis legib. & sancta ciuitate, sanctas utique pugnas exercent, cum uicti putantur, uictores ascendunt ineffabil. gloria coronandi, quam militib. suis rex gloriæ præparauit. Cæterum ne uideremus onera grauia humeris imponere subditorum, quæ digito nostro mouere nollemus, cum fratrib. nostris de terræ subuentione tractantes, decimam partẽ prouentuum, & reddituum nostrorũ ad eius subsidium duximus deputandã: Legatos nostros illuc dante domino in proximo transmissuri, qui exercitum domini in humilitate præcedant, & ad eos tã quam ad unum caput uniuersi recurrãt. Venerabilibus fratrib. nostris Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filiis Abbatibus, priorib. archidiaconis, & decanis, & aliis ecclesiarum prælatis, immo etiam clericis uniuersis in uirtute sancti spiritus, & sub diuini iudicii obtestatiõe mãdamus, ut saltem quadragesimam partẽ ecclesiasticorum reddituum, & prouentuum suorum æstimatione habita diligẽti, in subuentione orientalis prouinciæ non differant erogare. Ad hæc in singulis ecclesiis truncum concauum poni præcipimus, trib. clauib. consignatum, una penes Episcopum, secunda penes præsbyterum ecclesiæ, tertia per aliquem religiosum laicum conseruandis: in quib. fideles quilibet deponere suas eleemosynas in remissione suorum criminum moneantur, & in singulis ecclesiis semel in hebdomada pro remissione peccatorum præsertim offerentium missa publicè decantetur. Concedimus etiam Archiepiscopis, & Episcopis, ut circa eos, qui de bonis suis terræ sãctæ uoluerint subuenire, de discretorum uirorum consilio, qualitate personarum, & rerum facultate pensatis, & considerato nihilominus deuotionis affectu, opus iniunctæ pœnitentię commutare possint in opus eleemosynę faciendæ. Ne autem clerici uel laici in hoc frustra se doleant aggrauari, sed iam nunc de sua sint quodammodo mercede securi, de Dei omnipotentis misericordia, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli auctoritate confisi, ex illa, quam nobis Deus (licet indignis) ligandi, & soluẽdi contulit potestate, omnib. qui laborẽ huius itineris in personis propriis subierint, & expensis, plenam suorum peccatorum, de quibus cordis, & oris egerint pœnitentiam, ueniam indulgemus, & in retributionem iustorum salutis æternæ pollicemur augumentum. Eis autem, qui non in personis propriis illuc accesserint sed in suis tantum expensis iuxta facultatem, & qualitatem suam, uiros idoneos destinarint illic per annum moraturos ad minus, & illis similiter, qui licet in alienis expensis, in propriis tamen personis assumptæ peregrinationis laborem impleuerint, plenam suorum concedimus ueniam peccatorum. Huius quoque remissionis uolumus esse participes iuxta quantitatem subsidii, & deuotionis affectum, mnes, qui ad subuẽtionem ipsius

terræ

terræ de bonis suis congruè ministrabūt. Personas quoque ipsorum, & bona, ex quo crucem suscepserint, sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus nec nō & sub Archiepiscoporum, & omnium Prælatorum ecclesię Dei defensione consistant: statuentes ut donec de ipsorū obitu, uel reditu certissimè cognoscatur, in tegra maneant, & quieta cōsistāt. Quòd si quisquam contra præsumpserit, per cē suram ecclesiasticam appellatione post posita compescatur. Si qui uero profici scentium illuc ad præstandas usuras iuramento tenentur astricti, creditores eorū per ecclesiarum prælatos, ut remittant eis præstitum iuramentum, & ab usurarum exactione desistant, eadem præcipimus districtione compelli. Quòd si quisquam creditorum eos ad solutione coegerit usurarum, eum ad restitutionem earum simili cogi animaduersione mandamus: Iudæos uero ad remittendas ipsis usuras per sæcularem compelli præcipimus potestatem: & donec eas remiserint, ab vniuersis Christi fidelibus, tam in mercimoniis, quàm aliis, per excommunicationis sententiam eis iubemus communionem omnimodam denegari. Datum Later. 2. non Ianuarii.

In eundem modum scriptum est super hoc vniuersis Christi fidelibus per supradicta Regna, & Prouincias constitutis.

Abbatibus, Prioribus, & vniuersis exemptarū ecclesiarum prælatis, in Mediolan. prouincia constitutis. Vt quadragesimam omnium bonorum suorum ad sacr im bellum conferant.

FOrmam apostolicę constitutionis nuper salubriter editam pro subsidio terræ sanctę, ex communib. litteris, quas in singulas Prouincias destinamus, intelligere poteritis euidenter. Monemus igitur discretionem uestram, & exhortamur in domino & per apostolica scripta in virtute Sancti Spiritus, sub diuini iudicij obtestatione præcipiendo mandamus, quatenus ad citationem diœcesanorum Episcoporum, quàm per eos, non sua, sed nostra fieri auctoritate mandamus, deuotè, ac humiliter accedentes, iuxta formā in litteris nostris expressam, quadragesimam saltem omnium ecclesiasticorum prouentuum, & reddituum uestrorum in terræ sanctæ subsidium conuertatis: ut eius sitis remissionis participes, quā propter hoc aliis indulgemus. Alioquin contemptum nostrum, immo redēptoris in uos tanto seuerius curabimus uindicare, quanto specialius uos diligimus, & in charitatis operibus alios uolumus præuenire. Datum Lateran. 3. cal. Ianuarii.

Scriptum est super hoc in eundem modum vniuersis Abbatibus, Prioribus, & exemptarum ecclesiarū prælatis in supradictis prouinciis cōstitutis.

Tyren. Archiep. et Epis. Sydon. qua ipsis caussa partium hic nominatorum in petitorio decidenda committitur.

CVm S. quondam Prior S. Michaelis, & A. canonicus Tripolit. Nuncii eccl. Trip. & N. & P. Nuncii dilectorum filiorum fratrum hospitalis Hieros. pro quæstione, quæ uertebatur inter ipsos super ecclesia de Nesins, & decimis eius, ac trib. Casalib. quæ occasione litterarum bonæ memoriæ C. Papæ, prædecessoris nostris ab hospitalariis occupata temerè dicebātur, ad nostram dudum præsentiam accessissent, postquā in præsentia uenerabilis fratris nostri N. Portuen. episc. & dilect. filiorum G. tit. S. Mariæ transtyberim presbyteri, & G. S. Angeli Diaconi Card. quos partib. dedimus auditores, ab eis fuit diutius litigatum, & nos utrinque proposita ex fideli ratione Card. prędictorum intelleximus diligenter de fratrum nostrorū consilio Tripolit. ecclesiam in eum statū possessionum decreuimus integrè reducendam, quam ante habuerāt, quàm per uenerabilem fratrem nostrum N. Nazar. Archiepisc. & dilectum filium N. Abbatē mōtis Olueti, directa a uenerabili fratre nostro Patr. Hier. prætextu mandati iam d. prædecess. nostri, præmissarum rerum possess. ipsis hospital. adiudicata fuisset, quib. dedimus in præceptis, ut iuxta q erat snīarum a nobis possess. rerum superius expressarum, cū integritate fructuū ab eorpe perceptorum, ex eis ipsi eccles. Trip. cōtrad. occasione, & ap. ces. pacificè

resignarent, nec ei supereadē possessione uiolentiam, uel iniuriam aliquam p̄sumerent irrogare, ne propter hoc in causa proprietatis. propter rebellionē suam iacturam incurrerēt grauiorē. uobis quo q̄ recolimus mādauisse, ut si ultra mensem possessionem illam contra sententiā nostram p̄sumerent detinere, prædictā ecclesiam de Nefins cū omnib. antedictis curaretis Tripol. ecclesiæ assignare, eam q̄ue in corporalē possessionem inducere prædictorum, contradictores quoslibet, aut nostræ sentētię obuiantes, per seueritatē ecclesiasticam appellationem post posita compescendo. Nullius litteris obstantibus p̄ter assensum partiū, &c. Cùm autem p̄dicti fratres, & sicut accepimus, super possessione sententiæ latæ obedierint humiliter, & deuotè, per quā nullum eis super possessione sententiæ latæ obedierint humiliter, & deuotè, per quam nullum eis super quæstione proprietatis præiudicium generatur, cum nihil cōmune habeat proprietas cum possessione, iuxta legitimas sanctiones, cauſam proprietatis ad petitionē prædictorum fratrum, uestro duximus examinis committendam, per apostolica scripta p̄cipiendo mandantes, quatenus uocatis ad præsentiam uestram, qui fuerint uocandi, & auditis, & plenius intellectis quæ in iudicio petitorio duxerint proponenda, quod iustum fuerit appellatione postposita statuatis, facientes, &c. appellatione remota. Nullis &c.

Q ò d si ambo &c.

Abbati Sāctæ Mariæ de Ferraria, eiusque fratribus tam p̄sentibus, quàm futuris, regularem vitam profess̄is in perpetuum. Quòd sub protectionem Apostolicam ipsos recipiat.

REligiosam uitam eligentibus apostolicum conuenit adesse p̄sidiū, &c. usque ad uerbum Annuimus. Et præfatā ecclesiam S. Mariæ de Ferraria, quam in fundo à nobili uiro Ricardo quondā comite de Sangro pia uobis donatione concesso, ad diuinum obsequium construxistis: sed & cambium, quod fecistis cū bonæ memoriæ Matthæo q. Cap. Archiep. & ecclesia Cap. a quib. recepistis duas ecclesias dirutas. i. ecclesiā S. Martini, in qua Cist. ordinē statuistis, & S. Heliç cum omnib. enimētis earū: sicut habetis in publico instrumēto suo, in ius, & proprietatē B. Petri, & sacrosc. R. eccl. ad instar felicis recordationis Lucii, Clemētis, & Cœlestini prædecessorū nostrorū Rom Pont. suscipimus, & præsentis scripti priuilegio cōmunimus: Statuētes ut quascūque possessiones, quęcūque bona eadē ecclesia in p̄sentiarū iustè, & canonicè possidet, &c. usq; ad uerb. illibata p̄maneāt. In quib. hæc propriis duximus exprimenda uocabulis. p̄dia quæ cōtulit uobis illustris memoriæ Vu. q. Rex Siciliæ, scilicet startiā de Cornillan. startiam de Palmēto, & Iardinū Galerani: startiā S. Stephani, & Pantanelli, & Riui Iannulli, & Foreſtelle, S. Petri Lacuſcin. usum pascuarū, & omniū syluarū in toto tenimēto Varran. startiā de Perticella in eodem tenimēto: startiā de Fraxo, & pedis montis, quam dedit uobis Tancredus illustriss. Siciliæ Rex in tenimento Teani: tenimenta quæ habetis intramōtes, & in omnib. partib. suis, & quicquid habetis in Varr. prædiū, q̄ cōtulit vobis Ioānes notarius iuxta flumē Vlturni, & quicquid uobis contulit Hug. de Prata, q̄cquid in territorio habetis S. Angeli de Rabaccanina, & omnia pascua in tertis eiusdem Hugonis, & quod habetis in Cātuliſca: pascua, quæ habetis in Alifia, in tenimento Calui in prato rotūdo, & in Dalfian. Castelli maris. fundum de sylua plana, quem habetis ex dono Gismundi, Tesram, q̄nam uobis contulit nobilis mulier Mathia, & prædictus Hug. in flumine Lethæ, ubi habetis in castro Mastradi, rationes omues, quas habetis in Neapolim: Limātam, quæ dicitur Perditam, quam dedit vobis nobilis uir Goffridus de Montefusculo: Tenimentū, q̄d cōtulit uobis Comes Vu. de Caserta, in tenimento Telesiæ, quod fuit Ioannis militis Bassi. Molendinum, quod contulit uobis comes Rog. de Molisio in Hyſernia, & pascua per totam terram suā: Molendinum de Pentomis, q̄nod dedit uobis Malgerius forellus, & quicquid habetis in Mi nian. in monte Rodon. in petra, in Marcian.

cian. & in S.Germ. domos, apothecam, & terras, quas Ioannes Ricardi dedit uobis in Capua, & domos, quas dedit uobis Petrus Alifiæ, & quas dedit uobis Ioan. Cãcarrus in eadem Ciuitate: Tenimentum, quòd dedit vobis Philippus de Busson. in Sueſſ. pro anima uxoris ſuæ, & libertates, quas habetis per regnum de plateatico, paſſagio, & herbatico. Sanè laborum ueſtrorũ, quos ꝑpriis manib. uel sũptib. colitis, tã de terris cultis, q̃ incultis, ſiue de ueſtrorũ animaliũ nutrimẽtis, nullius a uobis decimas exigere, uel extorquere præſumat. Liceat quoque uobis clericos, uel laicos liberos &c. uſq; adverbũ retinere. Prohibemus in ſuper ne uilli fratrũ ueſtrorũ poſt factã in eodem loco profeſſionẽ, &c. uſq; ad uerbũ Retinere. Quòd ſiqs fr tè eos retinere præſumpſerit, &c. Paci quoq; & tranquillitati ueſtræ paterna in poſterũ ſolicitudine ꝓuideri uolẽtes, &c. uſq; ad uerbum audeat exercere. Illud in ſuper auct. apoſt. prohibemus, ne infra dimidiam leugam, prope abbatiã ueſtriã aliqua de nouo habitatio fiat, de qua uobis debeat ſeruatæ hactenus libertatis, & pacis aliquod præiudicium generari. Ordinationes etiam monachorum ueſtrorũ a diœceſan. ſuſcipietis Epiſc. ſiquidem catholicus fuerit, & gratiã, atque cõmunionem apoſt. ſedis habuerit, & gratis, & abſque prauitate aliqua uoluerit exhibere: Alioquin liceat uobis à quocũq; malueritis cath. Epiſ ſuſcipere: qui noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatur impendat. Decernimus ergo, &c. uſq; ad uerbũ Profutura. Salua ſedis apoſt. auct. Si quis igitur &c. cunctis autem, &c. Dat. Lat. per manum Rayn. Acherunt. Archiep Canc. nicem agentis, 14. cal. Febr. Indictione 3. incarn. dom. Anno 1198. Pontif. uero d. Innocentii. Papæ 3. Anno ſecundo.

Epiſcopo Paduano, l't Magiſtro G. primam vacaturam præbendam aſſignet.

CVm in eccleſia Dei, & officia beneficiis ſint officia deputata, & oneri honor annexus, & onus honori, eccleſiaſticis debet gaudere ſtipendiis, qui eccleſiaſticis officiis ſunt aſcripti: ne contra legis ueteris inhibitionem os boui trituranti claudatur, aut contra uerbum apoſtoli aliquis ſuis cogatur ſtipendiis militare; ſi qui altari deſeruit, nõ deẽ uiuere de altari. Sanè in examinatiõe cauſſæ, q̃ olim cum dilecto filio magiſtro G. qui nobis, ac fratrib. noſtris litteraturę, ac bonitatis ſuæ meritis eſt acceptus, olim habueras, & ab eo intelleximus eſſe propoſitũ, & N. procuratore tuo, & nũcio nõ negatum, ipſum de aſſenſu tuo in canon. eccl. Pad. fuiſſe receptũ, & a te poſtmodũ in ſubdiaconũ ordinatum, in eo duntaxat exiſtente ui quæſtionis, quòd propter inueſcituram, quę tibi de antiqua conſuetudine cõpetebat, præbẽdã de canonicoꝝ manib. recepiſſet. Licet autem ipſe per ſentẽtiã delegatorũ iudicũ ab eadẽ cauſſa ceciderit, & ſatis ſufficiat ad correctionẽ ipſius, quòd in eo punitus eſt, in quo uiſus eſt deliquiſſe, ut miſericordiã in nobis inueniat, qui hactenus iuſtitiã eſt expertus, quamuis ex eo ꝙ in eadẽ eccleſia certus beneficiorũ eſt numerus per ſedẽ apoſt. confirmatus, & nullũ beneficiũ uacet in ea, immo ſicut dicitur, tres ad unũ contra ſtatuta Turonen. conſilii ſint admiſſi, non ſtatim precibus eius condeſcendere ualeamus, quia tamẽ abſonum eſt non modicum, & ludigaum, ut canonicus, & ſubdiaconus eccleſiæ Paduan. ipſius remaneat beneficio deſtitutus, fraternitatæm tuam monemus, & exhortamur in domino, & per apoſtolica ſcripta præcipiendo monemus, & exhortamur in domino, & per apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus cum hi, qui poſt eum recepti ſunt ad officium, non debeant eum in beneficio præuenire, nullum inueſcias de beneficio eccleſiæ Paduan. priuſquam eidem ſicut uni ex aliis integrũ fuerit bñficiũ aſſignatũ, dilectis etiã filiis Archipræsb. & canonicis eiuſdẽ eccleſię ꝑ noſtras litteras inhibemus, ne aliquẽ ad bñficiũ pri' admittãt, q̃ eide magiſtro, iuxta ꝙ ꝑmiſimus, fuerit ſatisfactũ: decernẽter irritũ, & inane, ſiq̃d a te, uel ipſius cõtra hoc fuerit attẽtatũ. Quia uerò nõ minus idẽ Archip. & canonici ꝓter inneſtiturã tuã eidẽ G. præbẽdã cõferẽdo peccarunt, quam ipſe

reci

recipiẽdo deliquit, ne vnus puniri videatur pro omnibus, sed omnes puniantur in uno, ipsis per apostolica scripta præcipiendo mãdamus, vt ei præbendam, quę tantum residentibus de cõmuni confertur, sicut vni ex aliis de communibus, & manualia beneficia post susceptionẽ præsentium nõ differant assignate, ad quod cos, si (quod non credimus) parere noluerint, per venerabilem fratrem nostrũ N. Gradensem Patriarcham, cõtradictione, & appellatione cessante, ecclesiastica mãdamus districtione compelli.

Illis scriptum est super hoc, & Patriarchæ scriptum est super hoc.

Magistro Ioanni Subdiacono, & notario nostro Quòd sententiam pro ipso latam confirmet.

COllato tibi quondãper manus nostras Archidiaconatus officio, quem olim habuerat V. quondam Archidiaconus, & canonicus Paduanus, cùm in ecclesia Paduan. nulla tunc temporis diceretur vacare præbenda, donationi nostræ reseruauimus proximè vacaturam, decernentes irritum, & inane, si quis de ea quicquam contra tenorem mandati apostolici præsumeret attentare. Cumque postmodum inter venerabilem nostrum, Paduanum Episcopum, & magistrum G. canonicum ecclesiæ Paduan. super præbenda eiusdem ecclesiæ propter hoc quæstio mota fuisset, quòd idem G. præbendam præter inuestituram Episcopi, de Paduanorum canonicorũ manib. accepisset, nos primò causam ipsam Ferrarien. Episcopo, secũdò venerabili fratri nostro Episcopo Veron. sanctæ Romanę ecclesiæ Card. ac eandem post sententiã à Ferrarien. prolatã, venerabilibus fratribus nostris Castellan. & Clugiẽ. Episcopis cõmisisse meminimus. Cumque postmodum eiusdem Episcopi procurator, & dictus magister G. propter hoc ad sedem apost. accessissent, causa ipsa coram dil. filio P. tituli S. Ceciliæ præsbytero Card. quem eis cõcessimus auditorem, diutiùs ventilata, & fideliter nobis per Card. eundẽ, quę proposita fuerant, hinc inde relatis. cassata quoque sententia ab eodẽ Episcopo Ferrarien. prolata, causam eandẽ dilectis filiis L. Priori, & V. canonico S. Mariæ ad carceres sub certa forma cõmisimus terminandã: sic uidelicet, ut eodẽ G. reducto in statum, in quo fuerat sua non prolata, cùm nobis ex ipsius cõfessione facta coram eodem Card. constaret, quòd inuestitura præbendarum ad eundem Episcopum pertineret, & idẽ G. præter inuestituram ipsius, prædictam præbẽdã de canonicorũ manibus accepisset, ipsum eadẽ sublato appellationis, & cõtradictionis obstaculo spoliarent: & assignationem à canonicis factam denunciarent irritam, & inanem: nisi forsan infra mensem post receptionem litterarum constaret eisdem, Episcopum Paduanum post possessionem præbendæ ipsi G. à canonicis assignatam, suum super assignatione à canonicis facta eidẽ expressisse consensum, Præterea minus indecẽs attendẽtes, quòd simplex canonicus, quã archidiac, & canonicus præbẽda careret, cum & idẽ G. ea se præbenda reddidisset indignum, quam temerè præsumpserat occupare, eisdem iudicib. dedimus in mandatis, ut non obstãte mandato, quòd à bonæ me. C. Papa prędecessore, p nostro eodem G. factum fuerat, de beneficio vacaturo eundem Episcopum cõmonerent, vt cãdem prębendam tibi, vel nuncio tuo, non obstante appell. vel contradictione cuius libet assignaret: quod si nõ faceret, ipsi hoc nihilominus sublato appell. obstaculo ad implerent. Delegati verò iudices iuxta formam mandati apo. procedẽtes, cum eidẽ G. restitutionis beneficiũ impendissent, sex clericos, & tres laicos productos ab eo ad testimonium admiserunt. Sed quia Episcopũ assignationi sibi à canonicis factæ suum expressisse cõsensum, infra statutum terminũ non probauit, licet idẽ G. ad sedẽ apost. appellasset, iam elapso termino plures se asserens ad testimoniũ p ducturũ, qa tamẽ in litteris nostris appellationis erat obstaculũ patribus de negatum, ipsi contra eum se per contumaciam absentantem, sententiam protulerunt, præbenda eum spoliantes eadẽ, & assignationem à canonicis factam decernẽtes irritam, & inanem. Postmodum verò ad commonitionem eorũ procurato

rem

rem tuum de eadem præbenda d. Episc. inuestiuit,& licet sæpe d. G. ad nostram postmodum præsentiam accessisset,tamē contra prolatam sniam, & inuestituram procuratori tuo factam, nihil penitus postulauit. Nos igitur sententiam ipsam,sic ut ab eisdem iudicib. rationabiliter lata est,nec legitima appellatione suspensa, ratam habemus, & auctoritate apost. cō firmamus scripti patrocinio communi mus. Nulli ergò &c.

Archidiacono,et capitulo Capuanis. Varia de electione & postulatione prælatorum disseret.

CVm olim nobis de obitu bonæ mem. Archiepiscopi Capuani tam per uestras literas, quam nuncios constitisset, uolentes, prout officii nostri solicitudo deposcit,in pastorem prouideri celerius eccl.uiduatæ, uobis dedimus in mandatis, ut electionem canonicam de perso na idonea faceretis:perquam in spiritualibus,& temporalibus Capuana ecclesia posset congruè gubernari. Vos autē mandatū nostrum susc ipientes humiliter, & deuote,statuto die in metropol. ecclesia conuenistis:& cum ad tractandum de facienda electione in Cap.sederetis, tu filii Archidiacone hymnum ad inuocandam spiritus S.gratiam incepisses, dilectus filius M Archid. Theat. canonicus Capuanus silentium indicens,sic ait : Dominus Papa,ut faceremus canonicam electionē præcepit,& ego ne fiat,nisi canonica, interdico,& ad ipsum uocem appellationis emitto,Cumque à quibusdam uestrū quæsitum fuisset ab Archidiacono memorato, quid intelligeret per canonicā electionem,respōdit:ut secundum decreta canonica nullus in episcopum de aliena eligeretur ecclesia, dū in propria posset idoneus inueniri : & sic aliquantulo facto tumultu,cum tu fili Archidiacone hymnum iterum incepisses , ipse Archidiac. Theatinus cum quibusdam complicibus suis chorum exiuit,& cepit in quodam angulo ecclesiæ commorari, & uos hymnum in choro solenniter compleuistis.Sed cum post inuocatam spiritus S. gratiam foret de electione tractandum, unum præsbyterum,& vnum Diaconū, & alium acolitum uicem gerentem subdiaconi,qui etiam est Cancellarius eccl. Capuan.ut vota singulorum seriatim perquirerent,elegistis:qui uniuersorum perquirentes diligentius uoluntates , uos omnes qui ad eligendum in Cap. remansistis inuenerunt in electione concordes: dilectum filium R. subdiac. & *L.* capell. nostrum , filium dilecti filii nobilis uiri P.Comitis Calanen. vnanimiter nominātes.Demum uerò prædictum Archid. & qui cum eo exierant,per quosdam de uestris admonere curastis,ut ad electionem accederent faciendam:sed cum ipsi uenire penitus recusantes , & diceret idem Archid. ꝙ non ei feceratis tantum honoris,& gratiæ,ꝙ uobiscū uellet in electione facienda persistere, uos publicata electione uestra cantastis : Te Deum laudamus , & pulsari fecistis cum solennitate campanas : ut quod per uos factum fuerat,innotesceret ciuitati : ad quarum sonitum cumvniuersus populus ad ecclesia aduenisset,& audissent qualiter à vobis electio fuerat celebrata,factum uestrum communiter approbarunt : & quidam eorum,ut archidiac. & alios , qui ab electione discordabant , ad concordiam reuocarent,multipliciter instituerunt . Verum ipse Archidiaconus,ut proponitur, se tunc ipsi electioni minimè consentire sed in nostra præsentia suum assensum ipsi uelle præstare respondit:quod etiam sicut dicitur,sæpè, ac sæpius in multorū presentia replicauit. Tu uerò filii Archidiacone cum multis de canonicis Capuanis decretum electionis afferens eliganium subscriptionis roboratum , ad nostram præsentiam accessiū,& cum apud nos fuisseris, aliquando commorati,tres canonici Capuani ꝑ parte aduersa , post aliquot dies nostros fe conspectui præsentarunt.Vobis igitur,& ipsis in nostra, & fratrum nostrorum præsentia constitutis, utrique partium præcepimus dicere ueritatem , & quantum quidem erat in narratione facti , usque ad exitum archidiaconi prædicti de choro,neutra partium discordabat . Dicebant tamen clerici antedicti , ꝙ multi , qui exierant cum

Archid.

Archid. minis, & terroribus fuerat inducti electioni à vobis postmodum factæ consentire. Cumque tam à vobis, quàm cleri cis illis q̃siuerimus diligenter, quot erant clerici Capuani, qui electioni debuerant interesse, inuenti non fuistis in responsione discordes, sed tam vos, quàm ipsi certũ super hoc numerum designastis: & cũ quę reremus solicitè quot exierant cũ Archidiac. Theatino, cũ appellationem oppo suit, interpositæ appellationi fauentes, licet in hoc à vobis præfati tres clericis discordarent, quod scilicet xij. uel. xiij. ad plus de canonicis ab electione facta proponerent dissentire, & vos eos esse. 5. ant. 6. solummodo diceretis: secundum tamen expressum à vobis, & ipsis canonicorum numerum tres partes, & amplius erant in electiones concordes: si etiã pro dictorum clericorũ assertio vera esset, ꝙ scilicet. xiij. canonici dissentirent. Quanquam autem, vt prædiximus, diligenter inquisiuimus publicè ueritatem, ne tamẽ aliqua videremur omittere, de quibus fides nobis erat plenior exhibenda, ꝑ quosdam de fratribus nostris sigillatim vos, & ipsos clericos examinari præcipimus, vt quisque vestrum coram ipsis pleniùs, & securiùs exponeret voluntatem: qui non aliud, quàm ante propositum fuerat, inuenerunt. Interrogati verò clerici antedicti, qui quosdam canonicorum dixerant minis, & terroribus ad consentiendũ inductos, si viderunt aliquibus quam libet coactionem inferri, taliter responderũt, quòd post factam electionem adiuerunt quosdam de canonicis aliis cõminantes & dicẽtes: De ciuitate trecẽti vocentur armati, & tũc apparebit, quis electioni nostræ noluerit consentire. Sed licet hoc dictum fuerit, non viderunt tamen propter hoc cum armis aliquem ueniẽtem, uel ipsis coactionem aliquam intulisse. Cùm autem ex utriusque partis assertione constaret interpositam fuisse appellationem canonicam; quando ne fieret electio nisi canonica, secuudum mãdati nostri tenorem, ad nostram fuit audientiam appellatum, uideri poterat, quòd posteam medio tempore nihil debuerit innouari, unde talis electio iudicãda erat irrita, & inanis, utpote post appellationem canoni cè interpositam attentata, sed è contra cũ appellatum fuisset, nõ vt nulla fieret canonica, si factum electionis fuit canonicè subsecutum, non vtique contra formam appellationis huiusmodi, sed magis secũdum eam uidebatur esse processum, & ideo licet post appellationem, non tamẽ contra fuit eadem electo celebrata: propter qnod non erat aliquatenus irritãda. Nam cũ duæ partes, & amplius electioni consenserint & consentiant, licet cautũ reperiatur in canone, ut tunc altera eligatur ecclesia, cum nullus in propria fuerit repertus idoneus, quia tamẽ hoc in fauorem introductum est clericorum, & cuique licet renunciare iuri, quod pro se noscitur introductum, uos qui duæ partes eratis, & amplius, cùm quod duæ partes capituli faciunt, totum facere doceatur, in hac parte iuri, quod pro uobis facere uidebatur, renunciare potuistis, & electionem de persona alterius ecclesiæ celebrare, præsertim cum illud decretum locum uideatur habere, quando clericis renitentibus, & inuitis alicuius uiolentiam potestatis, extraneus ingeritur ex aduerso: propter quod sequitur in decreto, ut sit facultas clericis renitendi, si se uiderint prægrauari: & quos ingeri sibi uiderint ex aduerso, non timeant refutare. Præterea cum sedes apost. caput omnium eccl. existat, & Ro. Pont. iudex sit ordinarius singulorum quãdo de ipsa quis assumitur in prælatum alterius, ei posse obijci nõ uidetur propter capitis priuilegium, quod obtinet plenitudinem potestatis, quod de alia ecclesia eligatur, cum à capite membra reputari non debeant aliena. Item cũ post appellationem emissam, non ut non fieret electio, quia talis appellatio nulla foret, sed ut fieret canonica, dictus Arch. Thea. cum suis fautoribus chorũ exijsset, & uos illos, ut in interessent, electioni faciendæ uobiscum curassetis solicitè reuocare, quoniam ad electionem faciendam accedere noluerunt, alienos se fuisse uidentur: propter quod electioni à uobis concorditer celebratæ de iure non posse contradicere uidebantur: præsertim cum idem Archidiac. postea requisitus respõderit,

derit, q̄ in p̄sentia nostra uellet suum ei præbere consensum, & ideo cum secū dum statuta Lat. cōsilio, appellatione remota, sem per id debeat præualere, quòd à pluri bus, & sanioribus fuerit ordinatum, nisi forte à paucioribus, & inferioribus ali qui rationabile obiectum fuerit, & osten sum, à uobis celebrata electio, tanquàm à maiori, & sanori parte, non obstāte cō tradictione, uel appellatione paucorū, debebat, & poterat rationabiliter confir mari, cū id, quod obiectū extitit, & osten sum, rationibus præmissis appareat ratio nabile non fuisse. His taliter allegatis, quanquam contra personā illius, quā elegistis, nihil unq̄ dictum fuerit, uel obiectum, quia tamen uerbum apostoli dicentis. Nemini citò manum imponas, debemus attendere diligēter ad ea, quę circa personam inquirenda fuerant, duximus ex officio nostro (sicut decuit) procedendum. Et quidem cum tria sint in persona electi p̄cipuè requireda, videlicet ætas legitima, morum honestas, & litteratura sufficiens: licet de honestate morum tanquàm ei, qui nobiscum est, aliquandiu laudabiliter conuersatus, possimus ipsi laudabile testimonium perhibere. Illius quoque litteraturæ, licet non eminētis, tamen conuenientis, existat, ut pro defectu scientiæ (sicut plenius intelleximus ab his, qui eam melius cognouerunt) ab electione non deberet excludi, de legitima tamen ætate plenè scire non potuimus ueritatē, de qua nec uos (ut accepimus) aliquid cogitastis cum à multis cuius ætatis existeret, curauerimus indagare, à nemine unquam audiuimus, q̄ annū ætatis trigesimum attigisset. Cum autem secundum prædicti statuta concilii nullus debeat in episcopum eligi, qui trigesimum ætatis nō gerit annum: licet senectus uenerabilis sit, non diuturna, nec annorum numero computata, sed cani hominis sint sensus eius, & ætas senectutis uita immaculata, quia tamen post illa tria, quę Salomō asserit difficilia, quatrum quasi reputet impossibile, uiam uidelicet uiri in adolescētia sua tanquàm inuestigari non possit, nos ecclesiæ pariter, & personæ prouidere uolētes, & tam rationes, quàm canones obseruare, habito super hoc cum fratribus nostris diligenti tractatu, quia propositum uestrum prouidum intelleximus, & ideo propter urgentem necessitatē, & euidentē utilitatem ecclesiæ Capuanę, quam in hac parte potius approbamus, uolumus ipsum firmiter perdurare, præfatum sub diaconum nostrum, de communi fratrū nostrorum consilio, uobis in procurato rē cōcedimus, liberam administrationem etiam in spiritualibus, quàm in temporalibus cōmittentes. Quapp discretioni uestrę per apost. scripta mandamus, atq; p̄cipimus, quatenꝰ eū suscipiētes humiliter, & deuotè ipsi curetis plenariè de spiritualib. & temporalib. respondere, ut & ipse profectum, & honorem ecclesię Capuanę ualeat studiosiùs procurare, & dilectionē, quā uos ad eum habere proponitis, in exhibitione operis experiri. Speramus enim in domino, quòd sicut ei dedimus in mandatis, taliter in commissa sibi procuratione proficiet, q̄ sibi salutē, uobis utilitatē, & nobis cōparabit honorē.

Datum Lateran.

Bambergen. Episcopo, Et Magistro Præpositino scholastico Maguntino. Quod absque Romani Pontificis auctoritate Episcopi ab una ecclesia ad aliam transferri non possint.

Licet ī tātū apostolicæ sedis extēdat auctoritas, ut nihil præter eius auctoritatē in cūctis ecclesiatū negotiis rationabiliter disponatur, ut pote quæ canones, q̄ bus forma ecclesiasticæ cōstitutionis exprimitur, uel edidit, uel ab aliis editos approbauit, suum receptione, ac approbatione faciens, q̄ inuētione, uel editione uidebatur forsitā alienum, quædā ī sibi quodammodo specialiter, & singulariter reseruauit, ut præter specialem auctoritatē ipsius nec iure agi debeant, nec attentari ualeāt cū effectu. In his autē specialiter trāslationes episcoporū, nō tā cōstitutio canonica, quā diuina, eius tātū potestati cōmisit, ut sicut legitimū matrimonii uinculū, quod inter uirū est, & uxorē, homo dissoluere nequit, domino dicēte in euangelio, Quod Deus coniunxit, homo

Cap. Licet, extra, de translatione Episcoporum.

mo non separet,sic & spirituale fœdus cõiugii,quod inter eũm est,& eius eccl. qđ in elect initiatum,ratum in confirmatione,in consecratione intelligitur consummatum,sine illius auct.solui non potest, qui succeſſ.est Petri, & Vic. Iesu Christi. Hoc autem C.q.Hildesem Epiſc. non attendens,licẽtia nostra nec postulata, nec habita,contra canonicas sanctiones,& iniuriam apostolicæ sedis,cuius super hoc fuerat & requirendus . & obtinendus assensus,ad Herbip.eccleſ.ab Hildesem.nõ auctor.nostra,sed propria temeritate trã siuit,& administrationi eius se ingerens Herbipolen.se fecit Eũm nominari. Nec illa felicis recordationis C. Papæ prædecessoris nostri indulgentia, quam impetrasse refertur, in hoc præsumptionẽ excusat ipsius,sed ambitionem accusat: ut pote quæ ipsum reddidit de ambitione notabilem, non auctoritatem contulit ad aliam Epãlem eccl.transeundi,cum sit expressum in ea, q̃ si ad maiorem vocaretur dignitatem eam sibi liceret. Vnde licet forsan aliquib.uideatur, ut indulgẽtiæ occasione illius ad dignitatem possit transire maiorem:ad parem tamẽ ipsi transire non licuit,cùm in maiori dignitate p̃p maiorem utilitatem facilius soleat dispensari.Prẽterea cum postulatio, sicut & electio, examinari soleat diligenter, & tenor eiusdem indulgentiæ nõ solum uideatur postulationis examinationem,sed personæ etiam reseruasse, subiũgens,dummodo nihil appareat, quod tibi de canonicis obuiet institutis,antequã per eum postulatio examinata fuisset, cui fuerat facienda,nulla debuerat ratione transire.Licet autem tãtę presumptionis excessus aures nostras, publica referẽte fama,ueniſſet, distulimus tamen procedere contra ipsum,donec litteras eius recepimus, in quibus se nobis Herbip. Eũm appellabat.Vnde postmodum præsumptionem ipsius debita uolentes animaduersione punire,quibusdam ecclesiarum prelatis in Teutonia constitutis districtè præcepimus,ut cum factum huiusmodi non posset in partib. ipsis non esse notoriũ,nisi dictus C. infra 20. dies post susceptionem litteratũ nostrarũ, ab Herbip.ecc administratione cessaret, eum ex communicatum auctoritate nostra non differrent publicè nunciare,& excommunicationem eius facerent pulsatis campanis,& candelis extinctis, festiuis dieb. & dñicis innouari : quãuis in manifestis non sit ordo iudiciarius requirendus, & ipse uideretur confessus de crimine:cum in litteris ad nos directis se præsumpsiſſet Herbip. Eũm nominare:nos tũ ad euĩcendã omnẽ malitiam, in litteris nostris cõmonitionẽ canonicã duximus præmittendam,& eum postmodũ etiã ad bonũ obedientiæ reuocare uolentes,ipsi nõ prę missa salutatione mandauimus, ut omni excusatione cessante, si apud nos uellet gratiam inuenire, mãdatũ apostolicũ ad impleret. Quia uerò nec sic ei uexatio præbuit intellectum, quin eò fortius in sua pertinacia perduraret, quò amplius nos uidebat de sua correctione solicitos cum postquam alius de mandato nostro fuit in Eũm Hildes.electus, & etiam confirmatus, se ipse præsumpserit Hildese. Eũm numinare, & electũ ipsum & eius eccleſiã psuos fecerit multipliciter molestari,apostolicæ sedis iniuriã dissimulare nolẽtes,ipsum in festo principis Apost. pñtib. nũciis eius inter missarũ solẽnia excõicatũ publicè nuntiauimus, mãdantes sententiã latã à nobis per Teut. publicari.Volentes igitur de facto ipsius per uestras reddi litteras certiores, & utrũ seruauerit snĩam nostrã,utrũ prorsus ab ecclesia Herbip.receſſerit, & in Hildes. nihil sibi penitus uendicarit, utrũ se humiliare curauerit, & an suum recognoscat excessum,discretioni uestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus iniquitatis super præmiſſis omnib.diligentius ueritatem,& quod inueneritis per uestras nobis litteras fideliter intimetis:ut uel in eum,si adhuc contumax fueritis, manus nostras amplius aggrauemus, uel si misericordia dignus extiterit,secũdũ benignitatem apostolicæ sedis,illam cum eo misericordiam faciamus, per quã neruus ecclesiasticæ disciplinæ minimè dissoluat, Volumus prẽterea nihilominus,& mãdamus,ut Herbip.canon.sub pœna excõicationis ex parte nostra districtius iniunga

tis

tis totũ tenorẽ præsentiũ litterarũ in lit teris uestris, quas eis super hoc a uobis di rigi uolumus exponentes nequid horum ignorent, ne, donec idem Eps absolutio nis gratiam meruerit obtinere, ipsi cõica re, uel obedire præsumant, & ut ipsum meruerit obtinere, ipsi cõicare, uel obe dire præsumant, & ut ipsum capit. in eo puniatur, in quo deliqui, ad alicuius ele ctionem sine nostro speciali mandato ꝓ cedere non attentent. Quòd si cõtra præ sumpserint huiusmodi factum irritũ de cernimus, & inane. Super his autẽ omni gratia, & timore postpositis, taliter pro cedatis, ꝙ prudẽtiã & deuotionẽ uestrã debeamus merito cõmẽdare. Nec in eo incurratis offensam, ex quo debetis gra tiã promereri, cũ ueritas nobis nequeat occultari. Dat. Lat. 7. Cal. Feb.

Theobaldo Episcopo Ambianen. Qua statutum & ordinationem quandam ipsius confirmat.

EX parte tua fuit in audientia nostra propositum, ꝙ cũ eccl. de Petromoso tuæ diœc. penè penitus desolatam pieta tis intuitu repararis, licet ea tibi fuerit ꝓ sedem apostolicam confirmata, ipsius tñ uolens statui prouidere, in ea de cõsilio dilecti filii nostri P. S. Mariæ in uia lata, Diac. Card. apost. sedis leg. & aliorũ mul torũ, quatuor relig. personas prouide sta tuisti, quarum una præsit cęteris in obser uãtia ordinis regularis, & omnes pariter tibi, & successoribꝫ tuis in spiritualibꝫ & tpalibꝫ debeãt rñdere, ita etiam, ꝙ ad te, & successores tuos tã spiritualiũ, q̃ tẽpo ralium administratio, & ipsarũ pertineat institutio personarũ. Nos igitur quod a re prouidè factum esse dignoscitur, ratũ, & firmũ habentes, institutionem ipsam, sicut rationabiliter facta est, recepta, & ha ctenus obseruata, auctoritate apostolica confirmamus. districtius inhibẽtes ne ali quis successorum tuorum præsumat nu metum præscriptarum diminuere perso narum. Nulli ergo, &c. Hanc pag. nostrę confirmationis, & inhibitionis infringe re &c. Dat. Lat. V. cal. Febr.

Comitibus, Baronibus, Baiulis, Iudicibus, ciuibus, & uniuerso Populo in Regno Siciliæ constituti. Vt cum legato Apostolico in regni conseruatio nem, opes & consilia conferant.

QVantum apost. sedes nõ solum in Re gno uobis contra hostes affuerit, sed extra Regnũ etiã grauaminib. uestris non incassum, sed utiliter potius studue rit præcauare dissoluens liqueos, qui in personarũ uestrarũ oppressionẽ, & rerũ dispendiũ tẽdebãtur, ex parte (sicut credi mus) uestra uniuersitas iã cognouit. Qua liter etiam nostris sumptib. non semel, sed sæpe obuiauerimus conatib. iniquo rũ, quantum utiles fuerimus uobis, & Re gno, & uos intelligitis per uos ipsos, & opus testimonium perhibet ueritati: cũ nisi fallimur, immo quia non fallimur, aliter hodie Marcoualdus, & complices eius prævaluissent in Regnum, nisi per nos prudenter, & potenter, tam spirituali ter, q̃ tpaliter fuissẽt machinationib. eo rũ occursum. Et licet nõ solũ solicitudini nostræ, sed hæc expẽsis etiã hactenus, uel in modico sit respõsum, quia tñ uobis de bemus, dil. filiũ nostrũ C. S. Laur. in Luc. presby. Card. apost. sedis leg. & vener. fra tres nostros Neap. & Tar. Arch. & nob. vi rũ I. Maresc. & consob. nostrũ in Regnũ Sicil. in eo ipsis uice nostra cõmissa, cum exortio militũ ad debellãdos hostes, & solidãdum Regnũ duximus destinãdos: credẽtes ꝙ nõ solum prouẽtus Regni de beretis in stipẽdia mil. erogare, sed de ve stris etiã nõ modica liberaliter elargiri, ut pote quib. melius esset ꝓ statu regni vniuersa expendere, quæ habetis, quã de nuo per Marcoualdũ, & fautores ipsius grauissimè subiici seruituti: quo ũ tyran nidem, etsi omnes, uel ferè omnes de Re gno in reb. multi tñ maiores & potentio res in personis etiam sunt experti. Mo nemus igitur vniuersitatem uestram, & per apostolica scripta tã ex parte nostra, quàm Regis districtè præcipiendo man damus quatenus legatum ipsum, & so cios eius recipientes humiliter, & deuo tè, & in subsidium uestrum, ac Regni, & exterminium hostium iuxta mandatum

ipso

ipsorum potenter, & uiriliter assurgentes eis de Regni prouentib. in subsidium & expensarum, & stipendia militum respondere curetis: cum quod quibusdam ex uobis hactenus pro necessitate temporis ad munitionem urbium, & castrorum indultū fuerat, uel permissum, uelimus necessitate cessante cessare. Alioquin nos de cætero apud Deū. & homines erimus excusati, siquid uobis aduersi contigerit, cum uobis ipsis nolitis adesse. Licet enim multa nobis, & magna promissa fuerint, & oblata, uniuersa tamen pro uobis quasi stercora curauimus recusare, & pro certo, nisi nostra uos defendat auctoritas experimento probabitis, qualiter sine nobis uestra uos non possit potentia defensare. Datum Lateran. III. nonas Februarii.

Magistro, & fratribus militiæ templi in Sclauonia constitutis. Quæ transactionem hanc auctoritate Apostolica confirmat.

CVm a nobis petitur, quod iustum est, &c. usque ad verbum Annuentes. Compositionem inter uos, & monasterium sanctorum Cosmæ, & Damiani factam super terris, & aquarum discursibus, & aliis, de quibus inter uos quæstio uertebatur, sicut rationabiliter, & absque prauitate facta est, & ab utraque parte recepta, & in authentico exinde confecto plenius continetur, auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina cōmunimus. Ad maiorem autem euidentiam huius rei ipsum authenticum de verbo ad verbum præsentibus litteris duximus inserendum, cuius tenor ita se habet. In nomine sanctæ, & individuæ trinitatis, anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi Millesimo centesimo nonagesimo quarto, mense Iulii. Die nono intrante, indictione duodecima apud Tynum. Regnante domino nostro Bela serenissimo Rege Vngariæ, Dalmatiæ, Chrouatiæ, atque Ramæ, & Almerico filio super Dalmatiam, & Chroatiam. Cū nos nempe Petrus Spalatin. sedis Archiepiscopus, unà cum Matthæo Nonen. Episcopo, & Damiano Iadrentin. comite, ac Gruhesia Spalatin. Comite, cæterisque nobilibus, quorum nomina inferius subscribentur, in ecclesia Sancti Ioannis de Tyno, ad controuersias, quæ inter templarios, & monasterium sanctorum Cosmæ, & Damiani, pro terris, & aquarum discursibus uertebantur, resecandas, de mandato regio resideremus, post multas altercationes, & uerba, quæ memoratæ ecclesiæ inter se habebant, unadias ab utraque parte per stipitem, de uoluntate utriusque partis suscipientes, pro bono pacis, & concordiæ talem inter utrasque ecclesias finem, & diuisionem auctoritate regia composuimus: ut incipiente a uia, quæ inter uillam Tyni, & uillam sanctorum Cosmæ, & Damiani est, & eundo uersus meridiem recto tramite usque ad Gomillam inferius, & abinde usque ad Blatā: quicquid in austro in terris, & in aquis est, quod ad monasteriū sancti Damiani pertinuit, domui templi re maneat perpetuò possidendum, præter aquam Chriplinam, quam communem esse decernimus utriusque ecclesiis, & quicquid a præfata uia, & terminis in partibus occidentis in terris, & aquis, ac pascuis etiam ultra uallem Tyni habetur, & ad templarios spectauit, præfato sancti Damiani monasterio sit a modo in perpetuum: aquam uerò Chiemæ cum aquarum decursibus, templarios habere iugiter statuimus, tali uidelicet ordine, ut in ea molendina faciant, quotquot possunt: ita tamen quòd molendino sanctorum Cosmę, & Damiani de Virbiza, quod est ultra Blatam, non noceat in aliquo. Volumus etiam, & sancimus, ut præfata Sancti Damiani ecclesia omnes terras illas, quas ultra Blatam, & usque mare possedit antiquitus, & etiam siqua molendina sub suo molendino in austro fecerit, habeat, possideat semper absque omni templariorum calumnia. Stabilimus etiam, ut siqua utriusque partis antiqua testamenta, uel scripta, præter hanc nostræ constitutionis chartam, ire præ

præsumpserit, omnipotentis Dei, sanctorumque Apostolorum Petri & Pauli, omniumque Sanctorum, & nostram maledictionem in currat, fiatque anathema, & super hoc pœna duarum librarum auri multetur: quæ omnia firma, acrata esse volumus, præsente Gualterio magistro, & fratre Aczo præceptore, & omnibus fratribus, & Dominico Abbate, Priuioria monacho, & Diminoscia monacho, cunctisq; fratribus corã his idoneis testibus, Petro Sagarelle, & Tolmatio, ac Burello presb. Spalantinis. De Iadretinis verò fuerunt testes hi, Petrona Cucillæ, Peitiz Vitache, Peitiz Michaelis, Georgius Sopp, Bitte de Iuda, Bitte Præstantij cum fr. Grisogono, Petrus Scluradi, templariorũ aduocatus, & quàm plures alij. De Sclauis verò fuerunt testes hi, de dominis Iupanus, Vulcominis Iupanus, Betisius Iupanus, Grubescia Gaudij Iupanus, & Rillizus Iupanus, cum pluribus alijs. Fuerũt etiam testes ibidem hi venerabiles viri, Gregorius Antiuarẽ. Archiepiscopus, & Vincentius Sancti Grisogoni Martyris, Abbas cùm suis monachis, & multis de plebe. Et ego Blasius Sanctæ Anastasiæ diaconus, & Iadretinæ ciuitatis notarius qui interfui, hanc constitutionis, & concordiæ chartulã iussu iam dicti Archiepiscopi Spalaten. & Nonen. Episcopi, ac comitum præscriptorum, cæterorumque testium rogatu, vt audini, cõpleni, roboraui, & signo consueto signaui. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, &c. Datum Lateran. VIII. calendas Februarij.

EPISCOPO, DECANO ET Subdiacono lincolnien. quod vi, metu extorta resignatio non obliget.

Cap. ad audientiam extra de his quæ vi & metus causa.

AD audientiam nostrã dilecto filio magistro Helia de Cheuele significante peruenit, quòd cùm ecclesiam de Cheuele auctoritate sedis apostolicæ canonicè fuisset adeptus, & aliquandiu pacificè possedisset, grauissimo tãdem Rectus eãdem ecclesiam in eorum, ad quos pertinebat, manibus resignauit. Quia verò quæ vi, metusue causa fiunt, carere debent robore firmitatis, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus, si eũdem magistrum eo metu ad resignationem faciendam vobis cõstiterit fuisse coactum, qui potuerit, & debuerit cadere in constantem, non obstante iuramento prædicto, quo nõ ad repetendum, sed ad resignãdum solummodo tenebatur, præfatam ecclesiam ei per censuram ecclesiasticam sublato appellationis obstaculo restitui faciatis. Nullis litteris veritati, & iustitiæ, &c. Quòd si omnes, &c. Datum Lateran. nonis Februarij.

ARCHIPRESBYTERO, ET Canonicis Sutrinis. de iure eligendi quoad possessorium & petitorium.

Cap. cũ ecclesia de causa possessionis & proprietatis.

CVM ecclesia Sutrina pastore vacaret, vos conuenientes in vnum, &, sicut moris est, inuocata spiritus sãcti gratia, pastorem vnanimiter elegistis, petentes ipsum à sede apostolica confirmari. Verùm dilecti filij clerici cõuentualium ecclesiarum ciuitatis eiusdem, apud nos de vobis consequenter suam deposuere querelam, quòd cũ in Episcoporum electionibus faciẽdis, ipsi, ac præcessores eorũ consueuerint interesse, vos eis inuitis, renitentibus, & exclusis, ad faciendã electionem procedere præsumpsistis: quam ob hoc non confirmandam, sed infirmãdã potiùs asserebant. Patribus ergo pro quæstione huiusmodi apud sedem apostolicã constitutis, dilectos filios nostros B. tituli Sancti Petri ad vincula, & I. tituli Sanctæ Prisce presbyteros, & Nicolaum Sanctæ Mariæ in Cosmedin. Diac. Cardinales dedimus auditores: in quorum præsentia testes vtrinque producti fuerunt, & eorum depositionibus publicatis, pars canonicorum per testes à se productos intentionem suam, quòd ad eos tantùm spectaret electio, sufficienter dicebat esse probatum, parte clericorum nihilominus asserente, quòd per dicta testium, quos produxerant, & ipsi suam assertionem,

nem,quòd electioni pontificum interesse deberẽt,pleniùs probauissent: per quæ constare dicebant eos electionibus trium Episcoporum, qui ecclesiæ Sutrinæ vltimò, & immediatè præfuerant, cum canonicis cathedralis ecclesiæ affuisse, vocemque habuisse cum alijs eligendi:Nos ergo auditis allegationibus,& rationibus partium,& depositionibus ipsis diligenter inspectis,quoniam liquidò deprehendimus testes vestros in perhibendis testimonijs varios extitisse, atque aduersus fidem attestationis suæ coram dictis Cardinalibus vacillasse, sicut ipsi postea nobis retulerunt,& quòd negationem quodammodo astruere satagebant, probare volentes ius electionis ita quidem ad se spectare, quòd ad aduersarios minimè pertineret. Per testes verò partis aduersæ fuit sufficienter ostensum,quòd in trium Episcoporum electionibus,de q̃bus præmissum est,clerici p̃sentes affuerint, & vocem habuerint eligẽdi,p̃missam electionem factam,eis contradicentibus, & exclusis,de fratrum nostrorum consilio decreuimus irritandam: clericos sæpe dictos in eam quasi possessionem, quam ante controuersiam motam habuerant reducẽtes. Verùm quoniam in quæstione predicta quicquid iuris vtraque pars in electione habebat, deductum in iudicium videbatur: cùm iure ciuili sit cautum, id venire in iudicium, non de quo actum est, vt veniret, sed id non venire, de quo nominatim actum est, ne veniret: & secundum statuta canonica electiones Episcoporum ad cathedralium ecclesiarum clericos regulariter pertinere noscũtur:nisi fortè alibi secus obtineat de cõsuetudine speciali: nec ex eo quòd clerici ante dicti se inter eligentes Sutrin. Episcopos probauerunt tertiò extitisse, ius eligendi propter breuitatem temporis vsque ad præscriptionem legitimam non producti sibi acquirere potuerunt: & actore non probante, qui conuenitur etsi nihil præstiterit,obtinebit, ab eorum impetitione super electionibus faciendis vos duximus absoluendos: sæpe dictis ecclesiarum clericis super hoc silentium perpetuum imponentes. Nulli ergo &c. liceat hanc paginam nostræ diffinitionis refringere &c.

Datum Laterani VII. Februarij.

TVRONEN. ARCHIEPISCOPO. Quod Archiepiscopus propter infirmitatem suffraganeorum consecrationem committere possit.

QVòd sedem apostolicam consulis super his,quæ dubia tibi existunt,gratum gerimus,& acceptum:& tua exinde fraternitas meritò videtur commendanda,cùm lex dominicæ constitutionis eãdem sedem totius posuerit orbis terrarũ magistram: vt quicquid dubitatur ab aliquo, ab ea tandem eiusdem ratio requiratur. Nos si quid decreuisti prouidè cõsulendos, vtrum si fortè aliqua infirmitate,vel alia causa iusta detẽtus,aliquem Suffraganeorum tuorum consecrare nõ posses,alicui Coèpiscoporum tuorum vices tuas licitum committere tibi esset: & vtrum electus, qui pro consecratione instaret, ab eo, cui vices tuas taliter commisisses,deberet licitè consecrari. In quo tale damus tuæ consultationi respõsum, quòd in tali articulo constituto, & tuas vices(vt dictum est) committere tibi licet,& consecrandus debet munus consecrationis ab eo recipere, cui eas duxeris committendas: dum modo catholicus habeatur, & impedimentum ex subtractione gratiæ sedis apostolicæ non obsistat. Datum Lateran. XVI. cal. Iunij. *Cap. quod sedem, de officio ordinarii.*

EPISCOPO CIVITATIS CAstellan. vt ciues ab excommunicationis & interdicti sententia relaxentur.

ACcedẽs nuper ad præsentiã nostrã dilectus filius P. Quintaual. de Cõuersan. & M. Aldebr. ex parte populi Ciuitatis Castellan. electioni factæ de nobili viro B. de Fordeuolie, quem sine cõscientia nostra elegerãt in rectorem, publicè renũciare,sicut in mãdatis receperãt,curauerũt;& idẽ B. nostro sup hoc iurãs stare mãdato,& nihilominus renũciare curauit. Vnde suppliciter postularũt,vt cessante causa, pro qua subiecta erat ciuitas

uitas interdicto, & effectus de medio tolleretur, diuinis officijs eidē populo restitutis. Nos ergo prædictorum ciuium iustis postulationibus annuentes, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus & interdictum denuncies relaxatum, & in ciuitate ipsa fretus auct. nostra, diuina liberè facias officia celebrari. Datum Lateran. IIII. cal. Iunij.

RAYNERIO ABBATI, ET Conuentui sancti Petri Eugubin Quæ vetera ipsorum priuilegia confirmat.

CVM olim essemus apud Perusium constituti, tu fili Abbas ad nostram præsentiam accessisti, priuilegium bonæ memoriæ Lucij Papæ predecessoris nostri nobis humiliter representans, & postulās & illud suppliciter innouari: quod propter cōtradictionem venerabilis fratris nostri Marci Eugubin. Episcopi, qui tunc temporis superuenit, asserentis hoc in suum præiudicium redundare, nō fuit effectui mancipatum. Cumque alter vestrum de altero in nostro auditorio queretur, venerabili fratri nostro. N. Assisinat. Episcopo causſam sub ea forma cōmisimus audiendam, vt vos, & iam dictum Episcopum curaret ad cōcordiam reuocare. Alioquin audiret vtrinque proposita, & omnia in scriptis redigens, nobis processum negocij fideliter referaret. Qui cùm indulta vobis à sede apost. priuilegia inspexisset, intellecto quòd monasterium vestrum ad Rom. eccle. specialiter pertineret, in causſa non duxit vlteriùs (sicut accepimus) procedendū. Cōsequenter verò ad ven. fratrem nostrum Callen. Episcopum, & dilectum filium Ar. Abbatem Sanctæ Mariæ vallis pōtis ad postulationem prefati Episcopi Eugubini litteræ nostræ fuerūt super mutuis quæstionibus destinatæ. Sed quia pendente iudicio Ioannes monachus priuilegia, chartas alias, & thesaurum monasterij vestri rapuit, te Abbas ad nostram oportuit præsētiam iterum laborare, vbi litteras impetrasti, quòd per ex com. sententiam, qui de amissione priuilegij scirent aliquid, cogerentur dicere veritatē. Sed, quoniam, neque sic amissa potuisti priuilegia recipere, ad nos denuò es reuersus. Te igitur cū testibus tuis, & præfati Episcopi Eug. procuratoribus in nostra præsentia cōstitutis, dilecto filio N. Pād. Basilicæ duodecim Apostolorum decimus in mandatis, vt super amissione, ac tenore priuilegiorum testes reciperet diligenter, quos duceres producendos. Qui mandati nostri diligens executor, præsentibus præfatis procuratoribus, fideliter redegit in scriptis depositiones decem testium iuratorum: quorū depositionibus publicatis, iamdicti procuratores ad producendos testes Episcopi per quos inductos à parte aduersa repellerent, indutias postularunt, quas præfixo termino peremptorio sub eo tenore illis duximus concedendas, vt apud apostolicam sedē probarent, quæ vellent, vbi onus probationis pars altera subijsset. Cæterùm quoniam infradatum terminum, & receptū in producendis testibus defecerunt, nos tam depositiones testiū, quàm per assertiones quorundam fratrum nostrorum liquidò cognoscentes, talem dicti priuilegij fuisse tenorē, quòd videlicet ipsum cœnobium nullo mediante ad Rom. eccles. pertineret, & quòd non liceret alicui Episcopo eidem monast. & eius ecclesijs excommunicationem indicere, vt fratres illic domino seruientes ab omnium potestate liberi, ecclesiæ Ro. libertatis gratia potirentur, & quòd nulla in eo mentio diœcesani Episcopi habebatur: illud etiam nihilominus attendentes, quòd sicut ex dictis quorundam testium intelleximus euidenter, & plerique de nostris fratribus tempore illo præsentibus recolebant, cùm tum fili Abbas tempore bo. me. Ce. Papæ predecessoris nostri ad ipsius præsentiam accessisses, ipse inspectis ecclesiæ tuæ priuilegijs, te, licet excommunicatus ac Eugubino Episcopo diceris, tamquam non ligatum admisit ad osculum, quod præsumitur non fecisse ad Rom. eccl. specialiter pertinere: de communi fratrū nostrorū cōsilio pronūciando decernimus priuilegium illud bo. me. Lucij Papæ, quod sine omni reprehēsione bullæ, cartæ, vel litteræ apparebat, quā-

do fuit nobis ostensum illius fuisse tenoris, cuius per depositiones testium, & assertiones fratrum nostrorū præmissimus extitisse. Decernimus ergo &c. nostræ pronunciationis &c. Datum Lateran. II. cal. Iunij.

ABBATI DE FIRMITATE G. & F. Archidiacono Cabilonen. Qua ipsis causſam Eduensis ecclesiæ & Balmensis monasterii committit.

EXpositam nobis Eduen. ecclesiæ accepimus quæstionem, quòd cum causſam quæ inter eum, & Balmē. monasterium vertebatur super terris, & ecclesijs vallis Poliniaci constitutis fe. re. C. Papa prædecessor noster, venerab. fratri nostro Cabilonen. Episcopo, & dilecto filio B. quōdam Abbati de Firmitate cōmisisset fine debito terminandam: monachi Balmen. ab ipsis iudicibus appellarunt. Ille verò, qui Abbas eiusdē Monasterij dicebatur, se simulans ad prosequādam appellationem accedere, semel tantùm apostolico se conspectui præsentauit, & sic illicentiatus recessit, de appellatione interposita nullam faciens mentionē. Cumque post paucos dies Eduen. ecclesiæ nūcius pro appellatione prosequēda transmissus, fuisset apud sedem apostolicam diutiùs commoratus, idem prædecessor noster monachos antedictos peremptoriè citauit, per litteras suas eis sub pena excommunicationis iniungens, vt ille, qui segerebat Abbatem, cū aliquibus eiusdem monasterij monachis in festo Beati Lucæ tam secūdo prēterito ad eius ad prēsentiam accederent, tufficienter instructi Eduen. ecclesię plenariæ respondere, & satisfacere sedi apostolicę de cōtēptu. Ipsi verò, licet iuxta, quod eis iniūctum fuerat, nō venisſet, quidam tamen monachorum ad Rom. ecc. accesſerunt, quos nuncius Eduen. ecclesiæ apud apostolicam sedem inuenit: sed de suo negocio diffidentes, ante causſæ cognitionem, vt magis Eduen. aggrauarent ecclesiam, recesſerunt ad venerab. fratrem nostrum Bellicē. Episcopum, & dilectum filiū Abbatem de Balerna, & N. Priorem Boni loci per suppressionem veritatis, ignorāte prefato nuncio, Eduē. ecclesię litteras, vt dicitur, reportantes. Postmodum aūt cùm iam dicto nuncio Eduen. se quidam Balmen. monachus obiecisſet, & ne possēt obtinere litteras, impediret, eis dilectū filium I. tituli Sancti Stephani in Cœlio monte presbyterum, & G. Sācti Hadriani diaconum Cardinalem concessimus auditores, in quorum præsentia cùm super causſa illa fuisſet aliquandiu litigatū, & eis scripta, & allegationes ab vtraque partium assignatæ, monachus ipse illicētiatus recessit, & noluit sententiam expectare. Quæ omnia cùm ad nostram audientiam peruenissent, nolentes aliquam de fraude sua commoditatem reportare, venerab. fratri nostro Episcopo, & dilecto filio decano Matisconen. per scripta nostra mandauimus, vt cōuocatis ad prę sentiam suā partibus, si eis constaret Eduen. ecclesiā prædictis terris; & ecclesijs à præfatis monachis fuisſe præter iuris ordinē spoliatam, ipsi ei auctoritate nostra terras ipsas, & ecclesias cum fructibus p̄ceptis exeis, non obstante contradictione, vel appellatione cuiuslibet, resignarēt Prædictis litteris nequaquam obstantibus, quas & morte præfati prædecessoris nostri credimus expiraſſe. Post restitutionem verò integram ablatorum, & expensarum, quas canonici Eduen. Ecclesię in prosequenda monachorum appellatione, quoniam ipsi monachi prosequi nō curarunt, se rationabiliter fecisſe probarent, audirēt ipsi iudices si quid emergeret quæstionis, & illud fine debito, appellatione postposita, terminarēt. Quòd si ambo his exequendis interesſe nequirent, prædictus Episcopus nihilominus quod mādauimus adimpleret. Cùm aūt sicut in litteris eiusdem Episcopi prospeximus contineri, vtraq; partium in eius esſet prę sentia cōstituta, & pars Eduēsis ecclesiæ iuxta mādati nostri tenorē restitutionē ablatorū, & expensarū cū instātia postularet, Balmenses monachi se ad ea nolle respōdere, nec de iure debere asserebāt, eò q̄d ad suggestionē falsi à nobis ipsæ litteræ fuerāt impetratæ. Cæterū è cōtra Eduē. canonici respōdebāt, quòd illa

illa falsitatis suggestio principale negotiū, pro quo iam dicti canonici litteras impetrarunt,nō poterat impedire,& ideo monachorū Balmē.allegatio in casu ipso nō erat aliquatenus admittēda,& cū prædictus Episcopus paratus esset ī ipso negotio iustè procedere, ac canonicè, & nullū monachis cōtra iustitiā grauamē inferre, ipsi ꝑ eo ꝙa decanus Eduē. ecclesię filius erat fratris Episcopi memorati, ab examine ipsius nostrā audientiā appellarūt, qui factæ appellationi licet in litteris nostris appellatio esset inhibita, detulit, & octauas natiuitatis domini proximè pręteritas terminū appellationi prosequēdæ præfixit. Ad cuius prosecutionē appellationis licet nūcius Eduē ecclesiæ accesserit termino cōstituto,pro parte tamē alia nullus prorsus comparuit respōsalis. Volētes igitur quòd ipsi caussæ finis debitus imponatur, nec prorogetur vlteriùs per fraudē,vel insolentiā aliquorū; discretioni vestræ ꝑ apostolica scripta mādamus, & districtè præcipimus,quatenus Eduēsem ecclesiā in possessionē terrarū, & ecclesiarū in valle Poliniaci positarū,ꝙbus eam vobis cōstiterit per Balmen. monachos præter iurisdictionē spoliatam, cū fructibus inde perceptis, non obstāte cōtradictione, vel appellatione cuiuslibet, auctoritate apostolica inducatis,à molestatione ipsius super possessione Balmē. monachos per cēsurā ecclesiasticā cōpescētes.Quòd nō potuerint tali districtione cōpesci, & possessionē eorū præsumpserint impedire, venerab. fratri nostro Bisuntin. Archiepiscopo, & suffraganeis eius ex parte nostra firmiter iniungatis, vt sententiā, quā in dictos monachos rationabiliter duxeritis promulgādā, faciāt auctoritate nostra suffulti inuiolabiter obseruari.Volumus aūt nihilominus, & mādamus,vt expēsas,quas Eduē ecclesia in prosequēdis appellationibus à monachis interpositis, se rationabiliter fecisse probabit,ipsi ecclesiæ faciatis à Balmen. monasterio cū integritate persolui, nec eos super quęstione proprietatis,si litigare voluerint,audiatis,donec iuxta mādati nostri tenorē terras prædictas,& ecclesias restituerint,& expēsas. Super quibus omnibus eis penitus appellationis remediū interdicimus,nec à vobis appellationem eorū,si obiecerint,audiri volumus, vel admitti.Post factā verò restitutionē integrā ablatorū,& expēsarum, audiatis si quid emerserit quęstionis, & illud appellatione remota,fine debito terminetis Taliter autē in nostri procedatis executione mandari, quòd solicitudinē vestrā debeamus in domino cōmēdare,nec audiamus super his vlteriùs quæstionē.Testes autē &c. Quòd si ōnes &c. Duo vestrū &c. Datum Lateran.IIII.cal. Iunij.

EPISCOPO, ET DECANO, Pathelburnen. & Abbati de Helmuardeshusan vt electo Hildesemensi,Episcopo contra intrusi fautores,auxilio sint.

CVM C. quondā Hildesemen. Episcopus,pro eo quòd sine licētia nostra ad ecclesiā Herbipolen. transiuit, fuerit suspensus à nobis,& post modùm, quoniam à sua noluit præsumptione desistere,vinculo sit excom astrictus,& de mādato nostro in Hildesemen. ecclesia electio canonicè celebrata, nobiles quidam scilicet Adolphus Comes, Hermānus,& Henricus Comites de Hartesborc. Fredericus de Insula,& ipsius ecclesiæ ministeriales,videlicet Lupoldus de Escherte, Vgo aduocatus, & eorū cōplices Hildesemē.diœcesis electioni factæ,& auctoritate sedis apostolicæ cōfirmatæ, de dilecto filio H.Hildesē. præpositō maiori cōtradicere nō verētur:& ipsi quondā Episcopo,sicut nō cōuenit,ad hærētes, ipsum electū, & Hildesemē. ecclesiā aggrauant multipliciter,& infestant,sicut ipsius electi,& capituli Hildesemē.tr āsmissa nobis conquæstio patefecit, prænominati etiā nobiles, & ministeriales ipsius ecclesiæ bona Hildesemē.ecclesiæ,præbēdas canonicorū,& specialēs redditus ipsorū,& Episcopales prouētus præsētis āni,occasione,& auctoritate pręfati C.quondā Episcopi recipiūt,& detinēt violēter. Pręterea prędicti nobiles,& ipsius ecclesię ministeriales eidē quondā Episcopo Hildesemē. fauētes,ipsū electū non ꝑmittūt ciuitatē, & castra,& alia bona ad Hildesemen. ecclesiam

clesiã pertinẽtia pacificè possidere: imò impẽdẽtes prefato quondã Episcopo, cõtra ecclesiã, & electũ, & cleruũ Hildesemẽ. auxiliũ, & fauorẽ, ipsũ à possessione castrorũ, & Ciuitatis, & aliorũ bonorũ prohibẽt, & ei modis omnibus cõtradicunt. Nolentes igitur talia sub dissimulatione trãsire, quæ noscũtur cõtra mãdata sedis apostolicæ attentari, discretioni vestræ p apostolica scripta mãdamus, & districtè in obedientiæ virtute præcipimus, quatenus si verũ est, quod proponitur, præsumptores prædictos, nisi ad cõmonitionẽ vestrã ablata Hildesemen. ecclesiæ & electo restituerint vniuersa, & ab ipsius ecclesiæ, electi, & cleri indebita molestatione desiterint, tãdiu nuncietis vinculo excõmunicationis, sublato appellationis obstaculo, innodatos, & terrã eorũ suppositã interdicto, & ad quẽcũq; locũ deuenerint, eis præfẽtibus diuina prohibeatis officia celebrari, donec tã electo, quàm clero super præmissis idoneã satisfactionẽ impẽdanti Volumus etiã nihilominus, & mãdamus, vt nisi clerici, & laici in Hildesemẽ. diœcesi cõstituti, præfato electo debitã reuerẽtiã impẽdere curauerint, & honorẽ, eos ad id, õnigratia & timore postpositis, districtione ecclesiastica, appellatione remota, cogatis. Volẽtes ĩ super eiusdẽ ecclesiæ indẽnitatibus, & electi, paterna solicitudine præcauere, præsentiũ vobis auctoritate præcipimus, quatenus q cquid de bonis ipsius ecclesiæ p̃fatus quõdã Episcopus, postquã Herbipolẽ. Episcopatui se non timuit immiscere, alienauit quomodo libet, vel distraxit, auctoritate nostra, appellatione remota, denũciantes irritũ & inane: & quę per eũ, ante etiã, cũ Episcopus esset, ecclesiæ memoratæ irrationabiliter infeudata inueneritis, vel distracta, nõ obstãte appellationis obiectu, legitimè reuoceris: taliter mãdatũ nostrũ õnigratia, & timore postpositis, exequamini, quòd solicitudo vestra in domino appareat cõmendãda, & nõ positis de negligẽtia, seu inobediẽtia reprehẽdi. Nullis lit. veritati, & iustitiæ &c. Quòd si omnes &c. tu frater Episcope, cũ eorũ altero &c. Datũ Lateran. IIII. Nonas Februarij, pontificatus nostri Anno secundo.

IN SICHEN. ET DE VALLE Beati Gregorii Abbatibus, & præposito Sanẽte Mariæ in Herfordia. De præbendarum deuolutione, nisi intra Statutum a iure tempus conferantur.

CRAVEgerimus, & indignũ, quòd in multis ecclesijs tã prælati, quã subditi contra cõstitutiones canonicas temerè veniẽtes, easdẽ eneruare præsumunt, & de quo dolemus non modicũ, quę pro ecclesiarũ vtilitate à sanctis patribus prouida fuerunt deliberatione statuta, in detrimẽtũ earũ euacuare cõtendũt. Sanè cùm in Laterã. cõsilio fuerit cõstitutũ, vt quoties ecclesiastica beneficia vacare cõ cõtingit, si capitulũ, vbi donatio spectat ad ipsum, infra tẽpus in eodẽ concilio diffinitum, eadẽ conferre distulerit, per Episcopũ concedãtur, & id Episcopo negligẽte, ad superiorẽ eorundẽ donatio deuoluatur: mirati sumus non modicũ, & commoti, quòd venerabilis frater noster N. Archiepiscopus, & dilecti filij Capitulum Magdeburgen. non habẽtes ad præmissa respectũ, nec attendẽtes etiã quãta ex defectu personarũ possint ecclesijs prouenire, maximè cùm propter hoc diuinum eis officiũ subtrahatur, præpositurã, & sex præbẽdas ecclesiæ Magdeburgen. cũ per annũ, & vltra vacauerint, infra tẽpus sibi permissum non curauerũt idoneis personis assignare: propter quod ab N. scholastico eiusdẽ ecclesiæ, ne quid ab eis fieret de præpositura iam dicta, ad nostrã fuit audientiã appellatum. Licet aũt ante aduentũ nũciorũ dicti Archiepiscopi, & ãte aduentũ A. præpositi, & N. scholastici canonicorũ Magdeburgẽ. eccl. ad nostram audientiã peruenissent, quòd donatio præpositurę & præbendarũ ipsarum ad nos esset, secundũ statuta dicti consilij, deoluta, quia tamen super his per eosdẽ nũcios in nostra fuit præsentia aliquãdiu litigatum, nobis plenius constitit de præmissis. Vt autem non possemus de negligentia reprehendi, qui prædictos Archiepiscopum, & Capitulum dignos proinde redargutione censemus: volentes etiam (prout ad nos pertinet) præcauere, ne, vbi iura conduntur, ibidinem iniuriã patiantur,

tur,præpoſituræ ipſam dilecto filio A. Sãctæ Mariæ ad gradus in Maguntia præpoſito,eiuſdẽ eccleſiæ Mãgdeburgẽ. canonico,viro prouido,&honeſto(quẽ ex aliquanta cõuerſatione,quã apud ſedẽ apoſtolicã habuiſſe dignoſcitur,credimus eo dẽ beneficio non indignũ: per cuius etiã induſtriã,& potẽtiã vtiliter poterit ipſius cfficiũ adimpleri)duximus cõferendam: ipſum in conſiſtorio noſtro de eadẽ per anulũ inueſtire curantes. Volẽtes autem prædictis Archiepiſcopo,& Capitulo pro deuotione,quã ad nos,& ſacroſanctã Romanã eccleſiã habere noſcuntur,paterna ſolicitudine reſpondere,eiſdem duximus indulgendũ, vt ex illis ſex præbendis dictus Archiepiſcopus duas,& Capitulum duas alias vice noſtra,nõ ſua,poſſint idoneis perſonis conferre; ita tamen,quòd ſi infra quadragĩta dies poſt receptionẽ litterarũ noſtrarũ id efficere ſortè neglexerint,vos filij Abbates,& magiſter P. ſcholaſticus Magũtinus,quẽ vobis in hoc duximus adiungendũ,auctoritate noſtra tã illas quatuor, quàm alias duas, ſublato cuiuslibet cõtradictionis, & appellationis obſtaculo,perſonis idoneis cõferatis: ita quòd ſi omnes his exequẽdis nequiueritis intereſſe,dictus ſcholaſticus cũ altero veſtrũ ea nihilominus exequatur. Cæterùm ſi aliqui contra prædictã donationẽ noſtrã,aut etiã factum veſtrum filii Abbates,& Præpoſite de Herfordia, aliqua temeritate venire præſumpſerint,vos eos à præſumptione ſua p̃ cenſurã eccleſiaſticam,appellatione poſtpoſita, cõpeſcatis. Prouideatis autem attentiùs, quatenus ſi poſtquã ad nos eſt ipſius p̃poſituræ donatio deuoluta,ſuper eadẽ aliquid fuerit attentatũ,in irritum appellatione poſtpoſita reducatis. Nos autẽ prædicto Archiepiſcopo noſtris damus litteris in mãdatis,vt dicti p̃poſiti nuncios in corporalẽ eiuſdẽ poſſeſſionẽ ſuo nomine inducere non omittat: & eidem præpoſito cùm ſe prędictæ eccleſiæ perſonaliter exibuerit, ſtallũ in Choro,& locũ in Capitulo iuxta ipſius eccleſiæ conſuetudinẽ non differat aſſignare. Si verò prædictus Archiepiſcopus(quod non credimus)mãdatum noſtrũ diſtulerit,vel neglexerit adimplere ,volumus,& p̃lentiũ vobis auctoritate diſtrictè præcipimus,quatenus vos id auctoritate noſtra,ſublato appellationis obſtaculo,exequi minimè poſtponatis. Cũ autẽ præfatus Al. pacificã ipſius Magdeburgen. p̃poſituræ poſſeſſionẽ fuerit aſſecutus,liberũ ſit eis ad quos donatio p̃poſiture Sãctæ Mariæ ad gradus, quam prius idẽ habuerat,pertinere dignoſcitur, de ipſa præpoſitura quod canonicũ fuerit ordinare. Quòd ſi omnes &c. Duo veſtrum &c. Datum Lateran. XIIII. cal. Martij. Pontificatus noſtri anno ſecũdo.

HAEC TRIA SEQVENTIA CAPITA iccirco hic addita videntur, ne vacuam chartam relinqueret typographus, & quod hæc ſub Innocentio pontifice maximo geſta fuerint.

EGO Comes Ildebrandinus ab hac hora in antea fidelis ero beato Petro, & domino meo Papæ Innocentio,eiùsq̃ ſucceſſoribus canonicè intrantibus,& ſanctæ Romanæ eccleſiæ non ero in facto, neque in dicto, neque in conſilio, aut in conſenſu,vt vitam perdant,aut membrũ vel capiantur mala captione. Conſilium quod per ſe, vel per ſuum nuncium, aut per ſuas literas mihi manifeſtauerint, ad eorum damnum meſciente nulli pandã, ſi eorum certum damnum ſciero, ſi poſſum remanere faciam: ſin autem aut per meum nuncium, vel per talem perſonã, quam pro certo credam eis dicturam, ſignificabo. Papatum Romanum, & regalia Beati Petri, & nominatim Montem altum, & quicquid aliud teneo de ipſis regalibus, adiutor ero ad retinendum: quæ non habet ad recuperandum, & recuperata ad retinendum, & defendendum contra omnes homines. Cùm autem à domino Papa fuero requiſitus per litteras eius, aut per nuncium ſuum certum, ad præſentiam eius accedam: vbi ſecurus poſſum accedere,& in manibus eius ligium hominium ei faciam. Hæc omnia bona fide ſine fraude,& malo ingenio obſeruabo, ſic me Deus adiuuet,& ſancta hæc euangelia.

IN

IN nomine Christi. Ego Petrus Vrbis præfectus iuro, quòd terrã, quã mihi dominus Papa procurãdã cõmisit, fideliter procurabo ad honorẽ, & profectũ ecclesiæ Nõ vẽdã, nec locabo, nec infeudabo, nec impignorabo, nec aliquo modo alienabo quicquã ex ea. Iustitias, & rationes ecclesiæ Rom. studiosè requirã, & recipiã, & iura ipsius recuperare studebo, & recuperata, & habita conseruabo, & defẽdam quãdiu mihi ꝓcurationẽ dimiserit. Stratã custodiã, & iustitiã exercebo. Ad custodiã munitionũ diligẽs studiũ, & operã efficacẽ impendã: vt ad honorem, & mandatũ ecclesiæ Rom benè custodiantur. Castellanos, & seruiẽtes nec mutabo, nec alios introducã, nec mutari faciã, nec alios introduci prẽter mandatũ domini Papę. Fideles, & vasallos de patrimonio ecclesiæ sine speciali mãdato Rom. pont. ad fidelitatẽ, & dominiũ meũ nõ recipiã, & ex ea non faciã mihi affidatos teneri, nisi procuratione durante. In terra meę procurationi commissa munitiones ędificari non faciã sine speciali mãdato domini Papę. Quãdocũq; fuero requisitus per dominũ Papã aut nunciũ, vel litteras eius, reddã rationẽ de procuratione fideliter. Et quãdocũq; iussus à domino Papa, vel ab ecclesia Ro. integrè, & liberè resignabo. Hæc õnia iuro me fideliter seruaturũ sine fraude ꝓ posse meo, saluo in omnibus mãdato domini Papę, sic me Deus adiuuet, & hæc sãcta Dei euãgelia.

VIDE TITVLVM DE IVDEIS & sarracenis.

LICET perfidia Iudæorum sit multipliciter improbãda, quia tamen per eos fides nostra veraciter comprobatur, non sũt à fidelibus grauiter opprimendi dicẽte propheta: Ne occideris eos, ne quãdo obliuiscãtur legis tuæ: ac si diceretur apertiùs, ne deleueris omnino Iudęos, ne fortè christiani legis tuæ valeãt obliuisci, quã ipsi non intelligẽtes, in libris suis intelligẽtibus rep̃sentãt. Sicut ergo Iudæis non debet esse licẽtia in Synagogis suis, vltra quã permissũ est lege, præsumere, ita in his, q̃ sunt illis concessa, nullũ debẽt præiudiciũ sustinere. Nos ergo, licet ĩ sua magis velint duritia perdurare, quã vaticinia Prophetarũ, & legis arcana cognoscere, atq; ad christianæ fidei notitiã peruenire: quia tamẽ nostræ postulãt defẽsioni sauxiliũ, ex christianæ pietatis mãsuetudine, prædecessorum nostrorũ felicis memorię Calixti, Eugenij, Alexãdri, Clemẽtis, & Cœlestini Rom. pontificũ vestigijs inhærẽtes, ipsorũ petitionẽ admittimus, eisq; protectionis nostrę clipeũ indulgemus. Statuimus enim, vt nullus christianis inuitos, vel nolẽtes eos ad baptismũ per violẽtiã venire compellat, sed si eorũ quilibet sponte ad christianos fidei causſa confugerit, postquã voluntas eius fuerit patefacta, sine qualibet efficiatur calumnia christianus. Veram quippe christianitatis fidem habere nõ creditur, qui ad Christianorũ baptismа non spontaneus, sed inuitus cognoscitur peruenire Nullus etiam christianus sine Potestatis terræ iudicio ꝓsonas eorũ nequiter lædere, vel res eorũ violẽter auferre p̃sumat, aut bonas, quas hactenus in ea, ĩ qua habitãt regione, habuerint, consuetudines ĩmutare. Prẽterea in festiuitatũ suarũ celebratione quisquã fustibus, vel lapidibus eos vllatenus non perturbet: nec aliquis ab eis in debita seruitia exigere, vel extorquere cõtẽdat, nisi ea, quæ ipsi præteritis facere tẽporibus consueuerũt. Ad hoc malorũ hominum prauitati, & auaritię obuiantes, decernimus vt nemo cœmiterũ Iudęorũ mutilare audeat, vel minuere, siue obtẽtu pecuniæ corpora effodere iam humata. Siquis autem decreti huius tenore cognito temerè (quod absit) contraire tentauerit, nisi præsumptionẽ suã condigna satisfactione correxerit, excommunicationis vltio ne plectatur. Eos aũt dũtaxat huius protectionis præsidio volumus cõmuniri, qui nihil machinari p̃sũpserint ĩ subuersionẽ fidei christianę. Dat. Laterani per manũ Raynaldi Acherontini Archiepiscopi, Cancellarij vicem agentis XVII. cal. Octobris, indictione secũda, incarnationibus dominicę anno M. CXCIX. Pontificatus verò domini Innocentii Papæ Tertii anno secundo.

LIBRI SECVNDI FINIS.

MATER

MATERNVS COLINVS

Candido Lectori.

Tsi, candide Lector, accessione Epistolarum Decretalium opus hoc nunc à me illustrius reddatur, attamẽ quoniam huc incũbimus sedulò vt sanctissimi, doctissimiq́ue Pontificis huius Innocentij tertij lucubrationes omnes typis nostris euulgemus, ea etiam addenda hîc duximus, quę eiusdẽ authoris ex iuris pontificij Decretalibus, ijsdẽ pasim inserta, Vir quidam pietate & doctrina præclarus olim collegit, atque in ordinem percómodum redacta, Constitutiones Decretales inscripsit, quas per quàm aptissimeè in quinque libros digessit. Triplici autem decausa huc adducti; primum, ne quid esset, quod sãctissimi huius authoris meritò desiderati possit; deinde, quod insigneẽ hinc vtilitatẽ accessuram tibi sperauerimus: tertiò, quod hasce Constitutiones ex præcedentibus hic Epistolis minimè desumptas esse perspexerim Ne autem sit porrò in Constitutionibus hisce quod teremorari possit, vnicuique Constitutioni suũ librum, titulum & caput assignatũ deprehendes, vnde huc translata sit. Innumera item loca ad iura imperialia & ciuilia collatà sunt. In tuam itaque Lector vtilitatẽ impensos sumptus & labores nostros fauore tuo excipito, qui nos alijs Patribus post hac tibi cómunicandis alacriores reddat Bene vale.

PP D. IN

D. INNOCENTII
PONTIFICIS MAXIMI,
HVIVS NOMINIS TERTII,
CONSTITVTIONVM DECRETALIVM IN ECCLESIA CATHOLICA, Liber Primus:

AGENS POTISSIMVM DE FIDE CATHOLICA,
de Constitutionibus, de rescriptis, de iudicibus eorumque officiis, &c.

DE CONSTITVTIONIBVS In Ecclesia Catholica.

INNOCENTIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORum Dei, Archiepiscopo Senonensi, & Episcopo Trecensi.

Absque causa rationabili non posse per maiorem partum alicuius capituli tolli consuetudinem, priuatam nutriendo vtilitatem.

Constitutio I.

Extra li. 1. tit. 2. de constitut. cap. cum omnes.

VM ōnes. Et īfrà. Ad audiētiā nostrā pueniit, qd Trecēses Canonici nouū fecerūt in Trecensi Ecclesia cōstitutū, vt eis tā in præsētia, quā in absētia redditus suos ex integro percepturis, qui in eadē Ecclesia post illā cōstitutionē fuerūt, vel de cætero fuerint instituri, reditus in absentia nō percipiāt, sed tūc solum cū fuerint residētes: cum secundum Trecensis Ecclesia consuetudinem omnes in hoc consueuerunt esse pares.

Statuerunt etiam, vt cum singulis præbēdis annexæ sint vineæ, ipsis suas dum vixerint possidentibus, vineæ decedentiū ad successores non transeant, sed prouentus earum inter singulas diuidantur.

ff. tit. Quod quisque iuris le. 1. dist. cap.

Cum igitur, quod quisq; iuris in alterū statuit, ipse debeat vti eo, & Sapiētis dicat authoritas: Patere legē, quā tu ipse tuleris. Mādamus quatenus ātiquos Canonicos iuniorib⁹, & iuniores in perceptione fructū, tam præbendarum, quàm vinearum coæquetis: antiquis secundū priorē consuetudinē, vsq; ad tēpus prædicte cōstitutionis seruatā, vel secūdū rationabilē institutionē in posterum obseruandā.

Idem Tridentino Episcopo.

Laicorum constitutione Ecclesiam eiusque bona non astringat.

Constit. II.

Extra b. 1. tit. 2. de Conīopiā vergere probaliter allegauerit, alie fiitut. nandi feudum, quod ab Ecclesia vel alijs ca. Que tenet, liberam habeat facultatē. Et infrà. in Ecc.

QVæ in Eccleſiarū Et infrà. Sanè per uenit ad audiētiam nostrā, quod ciues Teruisini cōstituerūt, vt si quis se ad

Volētes igitur Eccleſiarū īdēnitati cōsulere, cōstitutionē huiusmodi, & vēditiones feudorū ecclesiasticorū factas sine legitimo ecclesiasticarum personarum assensu, vires decernimus non habere.

Idem Innocentius Papa tertius.

Dignitas sublata de Eccleſia per Statutum capituli, confirmatum per Papam, vlterius non censetur vacare, nisi per contrarium actum Statutum fuerit reuocatum.

Constit. III.

Extra b. 1. tit. 2. de Constitut. cap. cum acceſſ.

CVm acceſſiſſent ad apostolicā sēdem Archidiaconus Tullēsis, & G. Tullē sis capituli, procurator, Archidiaconus pro posuit memoratus, qd cū olī qdā Tullēses Canonici nostris auribus ītimaſſet, qd primiceratus in tullēsi Ecclesia tāto tēpo-

re vacauisset, q̃ ad manus nostras illius psonatus esset donatio deuoluta. Et īfrà.

Fuit insup ex parte capituli allegatū quod de communi assensu Canonicorū Tullensium fuerit cōstitutū, ne primi ceriat⁹ dignitas esset vlterius in Ecclesia memorata, inter Canonicos ipsos primi ceriatus prouētibus & possessionibus distributis. Et infrà.

Propter quod euidēter apparet, quod primiceriatus ipse tanto tempore nō vacauerit, sicut nobis fuerat falsa insinuatione suggestum. Et infrà.

Quocirca mandamus, quatenus si vobis cōstiterit Tullēses Canonicos, ne vltra rius in Tullēsi ecclesia primiceriat⁹ esset officium, cōmuniter statuisse ac statutū ipsum authoritate sedis apostolicę fuisse post modū (sicut dicitur) cōfirmatū, vos illud faciatis in suo robore p̃manere, ni si postea dicti Canonici contrauenerint, aliquē videlicet in primiceriū eligēdo.

Idem Clugiensi Episcopo.

Non obstante certo Canonicorum numero, etiam per Papam confirmato, prouidendum esse de receptis vltra numerum de super excrescentibus fructibus: maxime si voluntarie per Canonicos fuerint recepti.

Constitutio iiii.

Extra lib. 1. tit. 2. de Constitut. cap. cum M. Ferra.

CVm M. Ferariēsis, ꝓ se, ac quatuor sociis suis proposuit, qđ Ferriariēses Canonici, vt eò amplius suos redditus augmentarēt, quò prouētus Ecclesię qui diuidi consueuerant inter plures, in vsus cederent pauciorū, quatuordecim præbēdas tātū (præter id quod cōmuniter mensę deputarūt) in eadē Ecclesia cōtra antiquā consuetudinē statuerūt. Post modū verò contra cōstitutionem ipsam voluntariè venientes, dictos quinque in Canonicos receperunt, nullis prębendis assignatis eisdem. Et licet eorum redditus non modicum fuerint augmentati, nondum tamen eis voluerunt ex super excrescentibus redditibus prouidere.

Verum ex aduerso fuit propositum, quod quatuordecim præbendarū numero in Ferariēsi Ecclesia instituto & apostolicę protectionis prędsidio roborato, quū vna in eadem Ecclesia prębenda vacasset, ad quorundam instantiā duos ad eam, & postmodū ad preces Episcopi dictum M. & quēdā alium sine præiudicio dictæ constitutionis Canonicos receperūt, ita quod canonici nihil de Canonia perciperent, donec primi duo essent prę bendas integrè assecuti. Cumque per Canonicorum industriā fuerit procuratū, vt ex possessionibus, quas ecclesia longo tempore possedit, plures redditus soluerentur, super excrescentes communi mensę (quæ minus sufficiēs fuerat) deputauerunt, quos dicti quinque postmodū sibi petierunt contra capituli constitutionē in beneficiū assignari. Et infrà.

Mandamus quatenus quum in cōstitutione prædicta & confirmatione sedis Apostolicæ vel fuerit, vel esse debuerit (sicut consueuit) expressum, nisi in tātum excrescerēt Ecclesiæ facultates, quod pluribus possent sufficere competēter, & iidē Canonici in derogationē suę cōstitutionis, ad vacaturas prębendas quatuor recepe runt vltra numerū cōstitutū: antiquis Canonicis prębendas cū integritate percipientibus consuetas super excrescētes redditus facias prædictis Canonicis assignari, ita, quod si ex eis pares potuerint cum aliis sortiri præbendas, quod superfuerit in communes Canonicorum vsus (sicut prius statuerant) siue aliter, prout melius videbitur, conuertatur. Reuocatis in irritū, quæcunque ab alterutra partium in præiudiciū alterius post motā quęstionem corā Episcopo Ferariēsi circa prębendas vel possessiones fuerint innouata.

Idem Abbati & conuentui sancti Siluestri.

Statutum generale laicorum ad Ecclesias vel ecclesiasticas personas, vel earum bona, in earum præiudicium non extendi: nec speciale, etiamsi earum commodum & fauorem concernat.

Constitutio v.

Extra lib. 1. tit. 2. de

ECclesia sancte Marię: Et infrà. Nos attendentes, quod laicis etiam religiosis super ecclesiis & personis ecclesiasticis nulla sit attributa facultas quos

cap. Eccle sia sãctæ. Constitut. 96. dist. c. Bene qui dem. 2. q. 1 c Nos in quẽquam.

obsequendi manet necessitas, non authoritas imperãdi, A quibus si quid motu proprio statutum fuerit, quod Ecclesiarum etiam respiciat commodum & fauorem nullius firmitatis existit, nisi ab Ecclesia fuerit approbatum. Vnde statutum Basilii, de non alienandis prædiis rusticis, vel vrbanis ministeriis & ornamentis Ecclesiarum, illud reprobatum fuit potissima ratione, quod authoritate non fuit Romani Pontificis roboratum.

Quod à Senatore factum fuerat in præiudicium monasterii non conuenti, nec confessi, vel connicti in irritum reuocantes, easdem possessiones restituẽdas sibi sententialiter definimus.

Idem vniuersis Doctoribus Parrhisiis commorantibus.

Pœna simpliciter apposita propter contumaciam in dubio, intelligitur temporalis & non perpetua.

Constitutio vi.

Extra lib. 1. ti. 2. de Constit. c. Ex literis. 24. q. 3. c. de illicita. Infra li 5. Consti. per quas literas.

EX literis vestrę deuotionis accepimus quod à vobis fide præstita fuerit constitutum, vt si quis magistrorum ordinationi vniuersitatis ipsorum duceret resistendum, & primo, secundo, tertiò ve commonitus, infra triduum vniuersitati parere contemneret Magistrorum, ex tunc beneficio societatis eorum in Magistralibus priuaretur, & ob hoc Magister G. fuit eorum communione priuatus.

Quia tamen constitutum nõ fuit, vt in perpetuũ huiusmodi priuatio perduraret quum tam iuris canonici, quam nostri moris existat, vt is, qui propter cõtumaciam communione priuatur, cum satisfationem congruam exhibuerit, restitutionem obtineat, Mandamus quatenus supradictum Magistrum statutis vestris nunc humiliter parere curantem ad communionis vestræ consortium in Magistralibus admittatis.

DE RESCRIPTIS SEDis apostoliæ.

D. INNOCENTIVS PAPA III. Elienſi Episcopo.

In quæstione reuocationis rescriptorum recurritur ad arbitros, si iudices in cognitione sibi non deferant, nec inuicem concordant, &c.

Constitutio vii.

Extra lib. 1. tit. 3. de rescriptis c. Pastoralis offi. cij.

PAstoralis officii. Et infrà. Præterea quæsiuisti quando de reuocatione litterarũ ambigitur, vtrum iudices priores an posteriores cognoscere debeant, & vtrum per secundas sint primę litteræ reuocatę.

Ad quod tibi respondemus, quod nisi posteriores prioribus, vel conuerso duxerint deferendum, simul vtrique cognoscant, & si fortè nequiuerint simul in vnam sententiam concordare (quãuis plures sint ex vna parte, quàm ex altera) per arbitros communiter electos à patribus huiusmodi concertatio sopiatur.

Per generalem clausulam positam in rescripto, delegatus ante expressionem personarum vel rerum iurisdictionem habet in habitu, & non in actu. Et speciales litteræ derogant literis generalibus super non specificatis in eis, quanquam de illis nullam faciant mentionem.

Quoniam autem sub huiusmodi forma videlicet, causam, quam talis aduersus talem & quosdam alios, super hoc & quibusdam aliis se habere proponit, tibi duximus committendã, à nobis multoties literæ impetrãtur, & solicitè quæsiuisti, an Iudex ex delegatione huiusmodi ante personarum, vel rerum expressionem super personis, vel rebus exprimendis habeat potestatem adiiciens, Vtrum, si antequam personæ, vel res expressę fuerint nominatim, super non expressis in commissione priori, sed generaliter cõprehẽsis speciales literæ, quę priori commissione nullam faciant mentionem ad alios Iudices à sede Apostolica emanauerint, eundem vigorem debeant obtinere. Nos igitur ad hæc duo tibi respondemus, quod quã generali per specialem procul-

procul dubio derogetur, iurisdictio per generales literas tributa, per speciales, quātū ad ea, quæ specialiter exprimuntur, penitus eneruatur: licet de prioribus non faciant mentionē. Vnde superflua relinquitur prima quæstio, & si meritò dici possit, quod donec iurisdictio reuocetur, eā super rerum vel personarū articulis exprimendis obtinet delegatus, sed antequā exprimantur personæ vel res, delegatus nequit iurisdictionē huiusmodi exercere.

Idem Senonensi Archiepiscopo.

Per Generalem clausulam, quidam alii, & res aliæ, multitudo effrenata non includitur, nec personæ, nec res maiores expressis sed pares vel maiores.

Constit. viij.

Extra li. 1. tit. 5. de rescriptis, ca. Sedes apostolica.

SEdes apostolica consueuit exibere se petētibus liberalem, sed quidam eius gratia nequiter abutuntur. Et infrà. Nos igitur volentes eorum malitijs obuiare, decernimus, vt quum in commissionibus nostris minores, & viliores personæ solum modo designantur, maiores & dignores sub generali clausula non intelligantur includi.

Sed nec libeat occasione generalitatis huiusmodi multitudinem effrenatam in iudicium euocare.

Nec super maioribus & grauioribus negocijs audiantur, qui de minoribus & leuioribus tantum faciunt mentionem.

Si verò quis aliquas personas expresserit, non vt velit cum eis in iudicio experiri, sed vt ad pares transire valeat, vel minores (quod fraus & dolus ei patrocinari non debent) tanquam mendax precator, careat penitus impetratis.

Idem R. Cantori, & Priori de monte Leprosorum.

Qui contra vnum super eodem ad diuersos iudices diuersa rescripta impetrat, & eis vtitur, perdit commodum vtriusque.

Constit. ix

Extra li. 1. tit. 5. de rescriptis, ca. Ex tenore.

EX tenore literarum, quas nobis destinatis, intellexim⁹; R. sacerdotem de Collouilla ad alios iudices super quæstione, quæ inter ipsum & Abbatem de Eccouertitur, literas Apostolicas impetrasse, qui cum partem citassent aduersam, dictus presbyter coram eis noluit litigare. Et infrà.

Cumq; vos in causæ cognitione procedere velletis, Abbas coram vobis proposuit, quod non tenebatur per directas ad vos literas presbytero respōdere, cum per alias ab aliis iudicibus fuisset citatus, quæ authoritate illarum non fuerant reuocatæ.

Nos igitur intelligentes fraudem presbyteri memorati, duas commissiones super eodem negocio impetrantis, quarum altera non faciebat mentionem de reliqua (quia fraus & dolus alicui patrocinari non debent) decernimus, vt ipse commodo careat vtriusque.

Idem Mediolanensi Archiepiscopo.

Non valet rescriptum ad beneficium impetratum, de beneficio impetrantis non faciens mentionem.

Constitutio x.

Extra li. 1. tit. 3. de rescriptis, ca. Cū adeo.

CVm adeo scripta sedis Apostolicæ moderemur. Et infrà. Scripsisti nobis, quod cum P. clericus in Ecclesia Modecensi sufficientem sibi sit præbendam adeptus, mirabaris, quod pro receptione ipsius in Ecclesia de Grōzala Præposito & fratribus eiusdem Ecclesiæ literas miserimus, cum, si literarum nostrarum seriem attendisses, nihil inuenisses in eis, quod debuisset tuum animum offendisse.

Cum enim in literis, nec de præbenda ipsius mentio haberetur, nec Modecēsis Canonicus, imò nec clericus diceretur in eis, & in literis ipsis hęc esset adiecta cōditio, si dignus existeret ad ecclesiasticū beneficiū obtinendū intelligere potuisses, qualiter literæ ipsæ fuerāt īpetratæ.

Idem Electo Decano, & N. Canonico Cameracensi.

Ordinem rescripti interpretationem recipere a iure communi.

Constit. xj.

Extra li. 1. tit. 3. de rescriptis, ca. causam quæ.

CAusam, quæ inter Præmonstratensē, & Pramonensem Ecclesias super possessionibus de anapia vertitur. Et infrà.

Quia in literis animaduertimus fuisse insertum, quod si alterutra partium citata legitime, præsentiam vestram adire, vel iudicio vestro parere contemneret, vos præsentis partis probationes recipere, & quantum de iure poteritis in causæ cognitione ac decisione procedere minime tardaretis.

Nos volētes, vt clausula illa, quantum de iure poteritis, quæ antequam de probationum receptione mentio fieret, fuerat inserenda, clausulam illam de receptione probationum præcedat: mandamus, quatenus ipsam intelligētes ibidem, in causa iuxta tenorem literarum procedere non tardetis: prouisuri, vt si literarum authoritate priorum in eodem negocio legitime est processum, firmum & stabile perseueret, alioquin, si occasione clausulæ memoratæ aliquid constiterit *Extra li. 1. tit. 2. de constitut. cap. Canonum statuta.* in alterius partis preiudicium attētatum, id viribus decernimus carituru: mandantes, vt in decisione ipsius negocij (si cut præmissum est) tam super principali, quàm super incidentibus quæstionibus appellatione remota, canonice procedatis.

Idem Archiepiscopo Senonensi.

Non valere executorium rescriptum impetratum, si statutus numerus canonicorum iureiurando firmatus subtrahitur & frangitur, licet non frangatur numerus præbendarum.

Constit. xii.

Extra li. 1 tit. 3. de rescriptis, ca.

COnstitutus apud sedem apostolicam. 2. clericus proposuit, quod cum Celestinus predecessor noster de canonicis & capitulo B. turicensi dederit in mandatis, vt ipsum reciperent in canonicum, & in fratrem, & præbendam ei conferrent, si qua tunc in eorum vacaret Ecclesia, vel proximo vacaturam, & ipsi cum mandatum eius admittere non curassent, eis præcipiendo mandauit, vt quod mandauerat adimplerent, sibi super hoc executoribus deputatis. Et infrà. *Constitutus.*

Verum pars aduersa respondit, quod cū in Bituricensi Ecclesia rectus esset numerus canonicorū institutus, firmatus iureiurādo, & per Romanū Pōtificē cōfirmatus, & de hoc memoratus P. nō fecisset in suis literis mētionē, intelligēdū erat circūuenisse pdecessorē nostrū, & dictas literas veritate tacita impetrasse. Et infra.

Discretioni vestræ mandamus, quatenus si legitime constiterit vobis numerū canonicorū, qui nūc est in eadē ecclesia, per Decanū & Capitulū eiusdē Ecclesiæ iuramēto firmatū, antequā prędictus clericus literas executorias impetrasset, q̄cquid factū est occasione literarū ipsarum irritū decernatis: alioquin et faciatis in eadē Ecclesia præbēdam (si qua vacat) sublato cuiuslibet appellationis obstaculo.

Idem Canonico A. Pictauiensi.

Literas executorias data opera fraudulenter & mendaciter consequutas nil valere. Sed cum obtentis per simplicitatem, vel ignorantiam, tacita veritatem vel falsitate expressa, saltem etiam in forma communi, delegatus secundum formam iuris in causa procedere debet.

Constit. xiij.

Extra li. 1. tit. 3. de rescriptis, ca. Super literis.

SVper literis, quæ ab aliquibus ex malitia, & à nonnullis ex ignorantia, tacita veritate, vel suggesta falsitate impetrātur à nobis, diuersos intelleximus diuersa sētire. Alijs asserentibus eos debere prorsus carere omni cōmodo literarū, quum mēdax precator carere debeat penitus impetratis. Alijs verò dicētibus, quod etsi forma carere debeant in literis nostris expressa, nihilominus iuxta rigorē iuris sit à delegato iudice in negocio procedēdū.

Nos igitur inter eos, qui per fraudem vel malitiam, & illos, qui per simplicitatem,

tem vel ignorantiam literas à nobis impetrāt, huiusmodi credimus discretionē adhibendam: vt hi qui priori modo falsitatem exprimunt, vel supprimūt veritatem, in suæ peruersitatis pœnam nullum ex illis literis commodū consequātur: ita videlicet, quod delegatus (postquā sibi super hoc facta fuerit fides) nullatenus de causa cognoscat. Inter alios autē, qui posteriori modo literas impetrant, duximus distinguendū, quę falsitas suggesta fuerit vel, quę veritas sit suppressa. Nam si talis expressa sit falsitas, vel veritas occultata, quæ quamuis fuisset tacita, vel expressa, nos nihilominus (saltē in forma cōmuni) literas dedissemus: delegatus non sequēs formā in literis ipsis appositam, secundū ordinē iuris in causa procedat. Si verò p huiusmodi falsitatis expressionē, vel suppressionem etiam veritatis literæ fuerint impetratæ, quatacita vel expressa, nos nullas prorsus literas dedissemus, à delegato non est aliquatenus procedendum, nisi forsan eatenus, vt partibus ad suam præsentiam cōuocatis, de precū qualitate cognoscant, vt sic in vtroque casu eadem ratio, quæ delegantem moueret, moueat etiam delegatū & vbi delegans suas literas denegaret, delegatus etiā suæ cognitionis officium nullatenus interponat.

Idem Abbati & Conuentui Præmonstratensi.

In causa monasterii conuenitur Abbas per rescriptum, in quo nulla sit mentio de conuentu: nec propter hoc appellari potest, nisi Abbatis & conuentus essent bona distincta omninò.

Constitutiō. xiiij.

Extra li. 1. tit. 3. de rescri ptis, ca. Edoceri.

EDoceri postulastis à nobis: Vtrū per literas aduersus Abbates nulla mentione habita de suis conuentibus impetratas, teneantur Abbates ipsi super causis, quæ ad conuentus pertinent, & eosdem, de ipsis querulantibus respondere. Aclicet inhibita sit appellatio, per appellationis obiectum possint, ne respondeāt, se tueri?

Super quò duximus respondendum, quod (nisi alia causa rationabilis suffragetur) per appellationem se tueri nō possunt, duo minus debeant authoritate literarum huiusmodi legitimè respondere.

Cum ex officio suo teneantur congregationum suarum negocia procurare: Nisi forte Abbatis & conuentus negocia essent omninò discreta.

Idem Archiepiscopo, & Magistro V. Canonico Moguntinensi.

Processus factus per literas subreptitias irritatur: sed factus contra formam rescripti irritus nunciatur.

Constitutio xv.

Extra li. 1. tit. 3. de rescri ptis, ca. Cum li- lect.

CVm dilecta in Christo filia R. Hildesinensis ecclesiæ, ac procurator G. monialis super electionibus in eadem ecclesia celebratis litigauerint aliquandiu coram nobis. Et infrà.

Deprehendimus literas ad Abbatem de Remech. & suos coniudices impetratas, per surreptionem obtentas, cum in eis illius articuli, videlicet, de subtractatorum resignatione fuerit præter conscientiam nostram cognitio demandata, qui in prioribus literis ad Scholasticum Hildesinensem, & coniudices suos obtētis insertus fuerat, de quibus in secundis literis mentio non fiebat, & ideo, quod ipsarum literarum occasione dinoscitur attentatum, duximus irritandum.

Dictum insuper Scholasticum, & cōiudices suos inuenimus minus prouide processisse. Cum enim in literis nostris eisdem principaliter mandaretur, vt ad prædictam Ecclesiam personaliter accedentes, personæ idoneæ committerent administrationem Abbatiæ, cui ad opus eius fieret hincinde resignatio subtractorum, ipsi formam mandati Apostolici transponētes, illo capitulo prætermisso, de aliis articulis inordinatè plurimū cognouerant. Propter quod processum ipso-

rum contra noſtri formam reſcripti, ac iuris ordinem attentatum irritum decernimus & inanem.

3. *queſt.* 1. *cap. Quaſi partium*

Ideoque mandamus, quatenus G. & quibuſdam alijs ſororibus Eccleſiæ (ſicut iuſtum fuerit) reſtitutis, & forma mandati noſtri exacta diligentia obſeruata, in negocio ipſo ratione præuia procedatis.

Idem Archiepiſcopo, & Magiſtro V. Canonico Moguntinenſi.

Reſcriptum ſecundum valere, licet de primo non faciat mentionem, quo vti noluit impetrans intra annum.

Conſtitutio xvj.

Extra li. 1. tit. 3 de reſcriptis cap. Plerumque. Supra eodem lib. conſtit. 8.

PLerumque contingit, quod aliqui noſtris literis impetratis, illis vti multo tẽpore poſtponẽtes, tũc demum eas exhibẽt, cũ aliarum authoritate ab eis, contra quos primitus literas impetrarant, cœperint conueniri, dicentes, poſteriores literas non valere, vt pote non facientes de prioribus mentionem.

Cũ igitur nõ ſit multitis hominũ indulgẽdũ, ſtatuimus, vt ſi quis noſtras literas impetrãs, intra annum poſtquã copiam iudiciũ habuerit, ex malitia vel negligẽtia poſtpoſuerit vti eis, authoritate poſteriorũ literarũ valeat conueniri, licet in ipſis nulla de prioribus mentio habeatur.

Idem Rothomagenſi Archiepiſcopo.

Si a delegato aliquid mandatur ordinario, debet humiliter exequi, dummodo nouerit ſibi contrarium non mandari per alium delegatum, per cuius mandatum reuocentur prime literæ, & hoc caſu ſecundum exequetur.

Si autem dubitauerit de reuocatione, & cognouerit contentionem eſſe inter vtrumque delegatum, nullatenus exequetur ſecundum mandatum, vſque dum nouerit de conten ionis fine inter eos.

Conſtitutio xvij.

CVm contingat. Et infrà. Præterea cũ quidam ſuper aliquo litigantes ad diuerſos iudices literas impetrant, quorum quidam obtenti à parte altera tibi mandant, vt partem aduerſam denuncies excommunicationis ſententiæ ſubiacere: alijs iudicibus poſtmodum tibi iniungentibus, vt eandem denuncies abſolutam: Quæris, An vtriſque, an neutris, vel alteutris ſaltem obedire debeas in hac parte.

Super quo tuæ prudentiæ reſpondentes, credimus, diſtinguendum, An cum primum mandatum recepiſſe dinoſceris, tibi forſan innotuerit inter illos & alios ſuper iuriſdictione diſcordiam ſuſcitatã, an ſuper hoc nihil omninò ſciuiſti. Et quidem, ſi ſuper contentione huiuſmodi nil tibi penitus innoteſcat, cum primũ mandatum recipere te contingit, illud debes humiliter executioni mandare. Sed ſi poſtea contrarium tibi ab alijs demandatur, tunc literarum ad vtroſque à ſede apoſtolica obtentarum copia poſtulata, quas tibi authoritate præſentium diſtrictè præcipimus exhiberi, ſi ex ipſarum tenore deprehenderis euidenter, ita quod non ſit aliquatenus hæſitandum, quod literæ, quæ ad illos, à quibus ſecundum mandatum receperis, impetratæ noſcuntur, expreſſe reuocent literas aliorum: tu illud inter epidus exequaris, quod tibi ſecundo loco mandatur. Si verò ex literarum inſpectione manifeſtè tibi conſtet, quod literæ obtentæ ad illos, qui primum dedere mandatum, per alias minimè reuocantur, ſecundum mandatum nullatenus exequaris. Quod ſi ſuper hoc meritò fuerit dubitandum, ad exequendum ſecundum mandatum te procedere non oportet, donec iuxta cuiuſdam noſtræ conſtitutionis tenorem, inter eos huiuſmodi concertatio ſopiatur. Et idipſum facere debes, ſi primo mandato recepto, & nondum executioni mandato, tibi forſan innotuerit, quod inter ſe ſuper iuris dictione demãdata cœperint diſceptare. *Supra eodẽ lib. conſtit. 7. Paſtoralis.*

Cæterum in his omnibus purã & prouidam te conuenit intentionem habere, ne vel ad declinandum mandatum dubitare

bitare te dicas, vbi dubitandum non est, vel etiam ad exequendum te asseras esse certum, vbi certus esse non debes. Licet autē ex his certa tibi Dei doctrina qualiter in his te debeas habere, nulla tamē tibi attribuitur potestas, vt inter delegatos aut partes de iurisdictione debeas iudicare.

Idem magistro G. & P. de Firmisca.

Quando in rescripto plura narrantur diuersos effectus operantia, non sufficit impetranti alterum solum probare ad virumque effectum consequendum.

Constitutio xviij.

Extra li. 1. tit. 3. de rescriptis. ca. Olim ex.

OLim ex literis S. Nicasij Remensis, Sarginensis & vallis regiæ Abbatū fuit nostris auribus intimatum, quod cū ad eos semel & iterum à nobis literæ processissent, super eo quòd P. clericus S. Remigij parochiam de Salice, quam R. de Cliuo per interpositam personā sibi colla tam fuisse proposuit, detinebat: ipsi partes semel, secundo & tertio citauerunt, & dictum P (quia citatus pluries apparere noluit per se, vel per responsalem aliquē coram eis) excōmunicationis vinculo innodantes, fecerūt fructus ipsius parochiæ sequestrari. Cumque idem P. postmodum accedens ad eos, se iuri promiserit parituru, ac obtinuerit se absolui: ipsi absolutionis literas concedentes, diē ei assignauerunt & locum, quibus coram eis, quod promiserat, adimpleret. Qui diē & locū ex literis illis radens, in locum rasuræ rescripsit, quod ipsi ei sequestratos fructus assignari mandabant, quod coram duobus eorum tandem (tertio sui absentiam excusante per literas) est confessus.

Nos igitur, cum tantæ temeritatis excessus falsitatis scrupulo nō careret, vobis dedimus in mādatis, vt si esset ita, ipsi p̄sumptionē sup̄d̄ eta parochia p̄petuō silentiū imponētes, præfato R. de Cliuo assignaretis eēdē cū fructibus sequestratis.

Verùm sicut vos per vestras nobis literas intimastis, cum dictus R. rasurā præfatam coram vobis per testes idoneos probauisset, & ob hoc postulasset sibi dari ecclesiā assignari, vos, vtiū clausula ista (si esset ita) de omnibus superioribus, an de articulo tantū rasuræ deberet intelligi, dubitastis Nos igitur respōdemus, quod clausula illa ad ōnia debet superiora referri, ad hoc vt ipsi R. ecclesia præfata cōferatur. Quia licet vitium falsitatis ad imponendum ei perpetuum silentium super ecclesia ipsa sufficiat, qui falsitatem huiusmodi perpetrauit, nō tamē propter hoc eadē ecclesia est aduersario assignanda, nisi super alijs facta fuerit plena fides.

Idem Episcopo Imolensi.

Rescriptum non penitus valere ad recuperanda denuo semel ablata beneficia impetratum, si ablationis vel amotionis ab officio vel etiam excommunicationis causa non intimetur.

Constitutio xix.

Extra li. 1. tit. 3. de rescriptis. ca. Dilectus filius.

DIlectus filius Abbas S. Stephani Bononiensis per suas nobis literas intimauit, quod cum ipse cui visitationis officium in ciuitate ac diœcesi Bononiensi commisimus, B. & A. Presbyteros ab ecclesijs suis propter eorum graues & manifestos excessus duxerit amouendos: ijsdem super restitutione sua nostras ad te in communi forma literas impetrarunt, de amotionis suæ causa & excommunicationis, qua tenentur astricti. nullam facientes penitus mentionem.

Nos igitur fraternitati tuæ mandamus, quatenus si est ita, literas ipsas tanquam per veri suppressionem obtentas viribus carere decernas.

Idem Episcopo Veratisamensi.

Non tenetur episcopus habenti perpetuam vicariam, vel sufficiens patrimonium, vnde commode sustentetur, prouidere, vel etiam obtinere aliud beneficium, etiamsi obtinuerit super hoc rescriptum quod etiam omni modo viribus caret si quā gaudet, si perpetuam vicariam non intimauerit.

Con-

Supra eodē lib. constit. 7. Pastoralis.

Extra li. 1. tit. 3. de rescriptis. ca. Postulasti. infra li. 3. Constit. cum secundū

Constitutio xx.

POstulasti per sedem apostolicam edoceri, vtrum alicuius ecclesiæ perpetuò vicario de prouentibus vicariæ bonisque paternis habenti, vnde valeat commodè sustentari, tenearis per illam formam communem, cum secūdum Apostolum, in ecclesiastico beneficio prouidere.

Ad quod sic duximus respondendum, quod cum per formam prædictam necessitatibus pauperum clericorum, qui nullum sunt ecclesiasticum beneficium assecuti, sedes apostolica duxerit succurrendum, perpetuus vicarius (nisi de vicaria fecerit mentionem) commodum reportare non debet de huiusmodi literis, vtpote veritate tacita impetratis.

Non enim carere beneficio debet dici, cui competenter de perpetuæ vicariæ prouentibus est prouisum. Et pro habente beneficij sufficientis subsidium, ex certa scientia super obtinendo alio beneficio de leui non scribimus quin faciamus de primo in nostris literis mentionem.

DE CONSVETVDINIBVS ECCLESIAE Apostolicæ.

D. INNOCENTIVS PAPA III. Archiepiscopo & Capitulo Lugdunensi.

Ex consuetudine potest introduci actus siue solennitas, per quam sine apprehensione reali transfertur possessio rei absentis.

Constitutio xxi.

Extra li. 1. tit. 3. de Consuet. ca. Ex literis.

EX literis. Et infrà. Si verò aliquis possessiones claustris, vel alijs religiosis locis, in bona valetudine vel vltima voluntate pro suorum vulnerum remedio peccatorum conferre, hanc conferendi formam esse proponis, quod in huiusmodi donationibus modicum terræ consueuit in manu accipere, vel in extremitate pallij, quod manu Prælati ecclesiæ sustinetur, aut super altare ponendum sub testimonio videntium & audiētium sub dicta forma, quæ scotatio vulgariter appellatur. Et infrà. Quare discretioni vestræ mandamus, quatenus donationes eorum, quæ sub obtentu consuetudinis claustris, ecclesijs, vel quibuslibet locis religiosis pię conferuntur, vel etiam sunt collata, faciatis irreuocabiliter obseruari, cum huiusmodi signum, quod scotatio dicitur, non tam factæ donationis, quàm traditæ possessionis sit euidens argumentum.

Idem Episcopo Pictauiensi.

Consuetudo canonicis obuians institutis non valet, vt scilicet in causis ecclesiasticis dictum populi vel requisitorum pro sententia teneatur.

Constitutio. xxii.

Extra li. 1. tit. 4. de Consuet. ca. Ad audientiā.

AD audientiam nostram noueris peruenisse, quod in tua diœcesi, etiā in causis ecclesiasticis consuetudo minus rationabilis habeatur, quod quum aliqua causa tractatur ibidem, & allegationibus & querelis vtriusque partis auditis, à præsentibus literatis, & illiteratis, sapientibus & insipientibus quid iuris sit, quæritur, & quod illi dictauerint, vel aliquis eorum (præsentium consilio requisito) pro sententia tenentur.

Extra li. 1. tit. 23 de offitio archidiac. cap. Cum satis 2. quæ. 1. cap. in primis.

Nos igitur attendentes, quod consuetudo, quæ canonicis obuiat institutis nullius debet esse momenti, cum sententia à non suo iudice lata nullam obtineat firmitatem, vt in causis ecclesiasticis subiectorum tuorum, postquam tibi de meritis eorum constiterit, sententiam proferre valeas, sicut ordo postulat rationis, authoritate tibi præsentium (præmissa consuetudine non obstante) concedimus facultatem.

Idem

Idem Reuerendiss. Domino N. Legato suo apud Constantinopolim constituto.

Conferre temere sacramenta solis pontificibus reseruata nullatenus potest simplex sacerdos, dempto periculo instante vel ne cessitate magna vrgente, quæ lege habet.

Constitutio. xxiii.

Extra li. 1. tit. 4. de Consuet. cap. Quanto de. De cau. dist. 5. cap. Manuta. Psa. 140 16. ques. ca. Pernenit.

QVanto de benignitate. Et infrà. Peruenit ad audientiam nostram quod quidam simplices sacerdotes apud Constantinopolim ea sacramenta præsumũt fidelibus exhibere, quæ ab apostolorum tempore fuerunt solis pontificibus reseruata, vt est sacramentum confirmationis, quod chrismando renatos soli debent Episcopi per manus impositionem conferre, ad excusandas excusationes in peccatis, solam consuetudinem prætendentes. Quapropter discretioni tuæ mandamus, quatenus omnibus presbyteris districtè prohibeas, ne talia de cætero sua temeritate præsumant, quæ licet non sint à fidelibus contemnenda, tutius tamen est ea sine periculo ex necessitate (quæ legem non habet) omittere, quàm vt ab his, quibus ea conferre non licet, ex temeritate (quæ lege damnatur) non sine graui periculo inaniter conferantur, cum vmbra quædam ostendatur in opere, veritas autem subeat in effectu.

Idem Decano & Capitulo Cenomanensi.

Non valet consuetudo, per quam interdicti sententia vitiatur.

Constitutio xxiiij.

Extra li. 1. tit. 4. de consuet. ca. cum inter.

CVm inter vos ex vna parte, & canonicos S. Petri de curia ex altera, super eo quòd dicti canonici generale interdictum, ab Episcopo vestro vel à vobis in ciuitate Cenomanen. positum non seruabant, quæstio vertebatur. Et infrà.

Procurator verò ipsorum proposuit, quod ipsa ecclesia S. Petri à prima fundatione libera extitit & exempta, & de consuetudine etiam in generali interdicto licitum erat eis pulsatis campanis alta voce (interdictis & excommunicatis exclusis) diuina officia celebrare.

Nos igitur cognito, quod ex tali consuetudine, si qua foret, disrumperetur nec uus ecclesiasticæ disciplinæ, ipsam de consensu fratrum nostrorum duximus irritandam.

Idem Episcopo Elien si.

In attribuendis alicui officiis nouæ dignitatis conformare se debet consuetudini vicinarum ciuitatum in suis piendis honoribus, quæ si diuersa in locis diuersis fuerit seruabitur magis rationabilis & alii non præiudicans.

Constitutio xxv.

Extra li. 1. tit. 4. de consuet. ca. cum olim. 12. quæst. 11. cap. Bonæ, &c.

CVm olim Londonien sis episcopus nostris auribus intimasset, quod in sua ecclesia proposuerat statuere præcentorem, nos eius precibus inclinati, ei licentiam concessimus præcentorem huiusmodi ordinandi, dummodo in conferendis sibi redditibus nulli inferretur præiudicium. Statuentes vt præcentor taliter institutus in sessionibus, processionibus, & alijs, illam haberet in Londonien si ecclesia dignitatem, quam alii habent præcentores in alijs ecclesijs Anglicanis. Et infrà.

Quo circa mandamus, quatenus si secundum diuersas consuetudines locorum, diuersas noueris habere præcentores in Anglicanis Ecclesijs dignitates, iam dictum præcentorem illam facies habere in Londonien si ecclesia dignitatem, eaque manere contentum, quam (rationabilibus & approbatis consuetudinibus ecclesiæ saluis) sine præiudicio alieno poterit obtinere,

Idem

Idem Conuentui Corbiensis Monasterij.

Nullatenus potest quis dignitatem alicuius officii temere dimittere absque scitu & licentia suorum superiorum, nec licet electus, administr. re alicui. m dignitatem non habita confirmatione a superiori, etiamsi sit illius terræ consuetudo talis.

Constitutio xxvi.

Extra li. 1. tit. 4. de Consuet. ca. Cũ venerabilis.

CVm venerabilis frater noster Episcopus Hostiensis, & Lægàtus S. Crucis presbyter Cardinalis in partibus Alemaniæ legationis officio fungerētur, inuenerunt Abbatem de monasterio Hermionensi, quod ad Romanam Ecclesiã noscitur pertinere, nullo mediãte ad monasterium Corbiẽse, quod est etiam Romanæ Ecclesiæ speciale, propria temeritate migrasse, licentia illud deserendi, vel confirmatione à nobis vel ab ipsis, qui vices nostras in illis partibus uunc gerebant, nec habita, nec petita. Et infrà.

Postmodum autem nuncii eius ad defensionem ipsius generalem illius terræ consuetudinem allegarunt. Cum igitur hæc non tam consuetudo, quàm corruptela meritò sit censenda, quæ profectò sacris canonibus est inimica, ipsam damus de cætero non seruari.

Idem Decano Sales Herbienẽ Archidiaocno, & Magistro P. Pentellino canonico Pisano.

De consuetudine potest induci, quod vna Ecclesia de gremio alterius, teneatur sibi prælatum eligere.

Constitutio xxvii.

Extra li. 1. tit. 4. de Consuet. ca. Cum dilectus filius.

QVum dilectus filius Gu. Andrecensis Ecclesiæ monachus, qui pro clerico eiusdem Ecclesiæ se gerebat, & Gu. procurator monasterii Karofenensis super iure eligendi Abbatem in Andrenẽsi monasterio, & eiusdem electione in nostra præsentia ad inuicem litigarent. Idẽ Gu. electionem suam à fratribus Andrenen. Ecclesiæ concorditer celebratam, authoritate Apostolica petiit confirmari. Asserens tam de iure communi, quàm priuilegio speciali, eis ab Alexandro Papa concesso, & à nobis postmodum confirmato, liberam eligendi authoritatem ad eosdem fratres tantum modo pertinere. Et infrà. *6. quæst. 2. ca. abbatem.*

Dictus verò procurator proposuit ex aduerso, quod cum olim ad petitionem patronorum Ecclesiæ à Morienensi Episcopo fuerit constitutum, quod si præfatus locus diuinos munere adeò, pullularet, vt Prior, aut Abbas constitueretur ibidem, electio eius penes fratres eiusdẽ loci, & capitulum Karofenense penderet, & obtentu huiusmodi statuti sic fuerit longè retroactis temporibus obseruatum, vt monasterio Andren. vacante, Andrenenses fratres in Karofenensi Capitulo, aliquem de gremio monasterii Karofenen. sibi eligerent in Abbatem. Electio prædicti Gu. tam contra statuti tenorem, quàm etiam contra consuetudinem approbatam (quæ optima est legum interpres) minus canonicè attentata, meritò cassari debebat. Et infrà.

Quia ergo nobis constitit electionem ipsam à suspensis, & de suspenso etiam celebratam, eam iustitia exigente cassauimus. Cæterum cum supradictum statutũ ita sanè posset intelligi, quod per illud nec iuri communi, nec priuilegio derogetur, vt videlicet ad sæpe dictos fratres electio spectet Abbatis, & ad Karofenen. capitulum confirmatio, Mandamus, quatenus si ex parte Karofenen. cœnobii talis fuerit consuetudo probata, quæ iure communi præiudicet, in hac parte vos secundum illam decernatis electionem Andrenen. Abbatis de cætero faciendam. Alioquin Andrenen. monachis ius eligendi Abbatem ad iudicare curetis, & sic de cætero liberam habeant facultatem vel de gremio ecclesiæ suæ, vel etiam aliunde per electionem canonicam eligendi personam idoneam in Abbatem, præsentandam Karofenen. Capitulo, vt ab eo (si fuerit canonica) confirmetur.

DE

DE POSTVLATIONE PRAELATORVM in Ecclesia Catholica obseruanda.

INNOCENTIVS PAPA III. Decano & Cap. Senonensi.

Inpostulabilis est, qui violat interdictum.

Constitutio xxviii.

Extra lib. 1. tit. 5. de Postul. ca. Ad hęc.

ADhæc in beato Petro. Et infrà. Cumque de facili non posletis in vnum locum & propositum conuenire, sed ad nos fuisset ab aliquibus appellatum, tādem conuenientes in vnum, Altisiodorensem Episcopum in Archiepiscopum postulastis. Postulationem vestram per magistrum R. præceptorem vestrum, & per Abbatem S. Petri exponentes & petenter, vt faciendæ translationi pium præberemus assensum.

Verùm, quoniam antequam idem magister ad sedem apostolicam accessisset, nobis quasi pro certò cōstabat, quod idem episcopus interdicti sententiā non seruasset, quod etiam idem magister nō negauit in fratrum nostrorum præsentia requisitus a nobis in ipsius Episcopi excusationem allegans, quod sententiā latam nullatenus seruare tenebatur, quę ad eius notitiam nec per literas nostras, nec per Cardinalem tunc apostolicæ sedis legatum, qui eandem sententiā promulgaret, nec per deputati ad hoc executoris mandatum, vel literas peruenisset. Et infrà.

Quod nec sufficit, immo nec proficit ad excusationem prædicti episcopi, cum Cardinalis idem sententiam interdicti præsentibus multis solenniter, ac publicè promulgauit, & eadem interdicti senntentia in regno Francorum iam à multis publicè cœperit obseruari, nec sit necessarium, cum constitutio solenniter editur, aut publicè promulgatur, ipsius notitiam singulorum auribus per speciale mandatum, vel literas inculcare, sed id solum sufficit, vt ad eius obseruantiam teneatur, qui nouerit eam solenniter editam, aut publicè promulgatam. Cum & contra quosdam, qui Sardicense concilium non seruabant, tanquam illud non habuerint, perceperint, canonica tradat authoritas, quòd eis nō facilè facultas credendi tribuitur, cum idem penes illos in suis regionibus actū fuerit, & receptum. Nec valet, quod in Altisiodorensi diœcesi dictus rex terram propriam dicitur non habere, cū nos terram totam regis ipsius subiici mandauerimus interdicto, & Cardinalis nostrum interpretatus mandatum, in terram illam sententiam promulgauerit quæ regi, tunc temporis adhęrebat. Et infrà.

xvi. dist. c. Quod dicitis.

Sed inde liquidò constat, sæpe dictū Episcopum sufficienter excusari non posse, quod suam Metropolitanam Ecclesiam generalis interdicti sententiam & recepisse nouerat, & seruare.

xij. dist. c. De his.

Non igitur, qui secundum Apostolum prompti sumus, inobedientiam omnem vlcisci, eiusdem Episcopi Altisiodorensis inobedientiam attendentes, ne nil obedientia prodesse videretur humilibus, si contemptus contumacibus, non obesset, cum iuxta canonicas sanctiones, quædam sint culpæ, in quibus culpa est relaxare vindictam, postulationem huiusmodi, non propter postulantem ecclesiam, sed propter postulatam personam repulimus, vt indignam.

xxiij. dist. quæ 6. ca. Capi. II. quæ. 5. c. Quanto, xxviij. di. ca. Quia si culpæ.

Licetautem ex eo, quod hominem, qui vestro non conueniebat proposito postulastis, cum vos interdicti sententiam seruaretis, & ipse eam contemneret obseruare, permissa vobis facilè abusi fueritis potestate, ac ideo vos ea non immerito priuare possemus: de solita tamen benignitate concedimus, vt vobis per postulationem, seu electionem canonicam de persona cō grua cōsulatis.

Idem

Idem Hostiensi Episcopo, & Apostolicę sedis Legato.

Qui postulatione cassatam vitio personæ innouat, est eligendi & postulandi potestate priuatus.

Constitutio xxix.

Extra lib 1. tit. 5 de Postulat. cap. Gratum gerimus.

GRatum gerimus. Et infrà. Accepimus ex literis tuis, quod Canonicis Senon quorũ postulatio nostra fuit authoritate cassata, licet cassationis literas suppressissent in fraudem, vt canonicè ad electionem procederent mandauisti. Et infrà.

Cumq; plures eorum postulationem cassatam à nobis innouare dennò niterẽtur, quidam verò Episcopum Cameracensem in Archiepiscopum postulauerunt: tu intelligẽs eos, qui cassationẽ nostrã quodã modo reuocare volebant, eligendi priuilegiũ amisisse, quia concessa sibi ex Apostolicæ sedis benignitate abuterẽtur temerè potestate, ac ideo ad alios licet pauciores numero, quantum tñ ad hoc pertinet consilio saniores eligendi, vel postulandi deuolutam esse licentiam prædictum Cameracensem ad eorum instantiam in pastorem authoritate fretus apostolica prouidisti.

Non igitur à solicitudine Cameracensis Ecclesiæ ipsum reddidimus absolutũ, quod à te de mandato nostro factum est, authoritate apostolica confirmantes.

Idem clericis Rauenensis Ecclesiæ.

Postulatio, per quam priuata vel minor vtilitas communi vel maiori præfertur, vel quæ fit a minori, quam a tertia parte collegij, admitti non debet.

Constitutio xxx.

Extra lib. 1. tit. 5. de Postulat. cap. Bonæ memoriæ.

BOnæ memoriæ Gu. Archiepiscopo vestro viam vniuersę carnis ingresso, quidam vestram sanctæ Praxedis presbyterum Cardinalem, quidam verò Imolensem Episcopum postulauerunt.

Non igitur auditus, quæ de facto, & de iure fuerat allegata, plenius etiã pro vltra libet partium curauimus allegare. Considerauimus verò, quod eiusdem Cardinalis præsentia vtilior sit, non solũ Romanæ, sed etiam Ecclesiæ generali, tam apud Apostolicã sedem, quàm apud ecclesiam Rauenensem. Vnde non immeritò præferentes speciali vtilitati cõmunem & minori maiorem, prædictum Cardinalem postulationi vestræ non duximus concedendum. Attendentes autẽ ex altera parte, quod prædictus episcopus à minori, quàm tertia parte postulatus fuerit, & quod apostolica sedes postulationes huiusmodi non consueuerit in tanta diuisione ac contradictione recipere, cum etiam quando aliquis ab aliis vnanimiter postulatur, ad admittendam postulationem eorum, non tam ex iustitia, quàm gratia moueatur, postulationem ipsius non duximus admittẽdam.

Mandantes, quatenus cum his, qui vocem in electione habere noscuntur, per electionem, postulationem, seu nominationem canonicam in personam idoneam conuenit curetis.

Idem Preposito & Capitulo Stringenensi.

Archiepiscopus in Archiepiscopum postulatur. Et ex quo postulatio præsentata est Papa, non possunt postulantes ab ea recedere, sed debet superioris iudicium expectari.

Constitutio xxxi.

Extra lib. 1. tit. 5. de Postu. cap. Bonæ memoriæ.

BOnæ memoriæ Gu. Archiepiscopo vestro viam vniuersæ carnis ingresso cum in Colocensem Archiepiscopũ, postulandum, à nobis contulissetis vnanimiter vota vestra suffraganei Strigonensis ecclesiæ, Quinque Ecclesienensis Episcopus videlicet, & quidam alii postulationi vestræ, se opponere curauerunt, asserentes, quod eis contemptis, qui ius eligendi habebant vobiscum, postulatio eadem fuerat attentata, licet vestri nuncii proponerẽt ex aduerso, quod super præficiendo vobis Pontifice de gratia multoties suffraganeorum fuerat requisitus assensus, sed ipsi vobis consiliũ denegauerunt.

Nunciis

Nuncijs igitur in nostra præsentia cõstitutis,& proponẽtibus aduersarijs quædam alia contra processum postulationis vestræ, quia nobis de propositis non constabat,ita duximus prouidendum, vt si Suffraganeis persistentibus incontradictione sua,vos postulationi vestræ velletis instare,per procuratores idoneos ad sedem apostolicam veniretis. Si autem illi à contradictione sua cessarent, & vos instaretis proposito vestro, ad præsentiã nostrã mitteretis personas idoneas, quæ super his,quæ opportuna forent nos rederent certiores. Quod si contradicentibus Episcopis memoratis vos contingeret de iure verò diffidere, aliam personam idoneam prouideretis vobis canonicè in pastorem.

Cæterùm quidam vestrum à postulatione vestra, quam nobis præsentaueratis, communiter temerè recedentes, alijs persistentibus in eadem, prædictum Episcopum Quinque ecclesien. in Archiepiscopum postulauerunt. Et infrà.

Nos igitur postulationem ipsam, quã inuenimus in multa discordia, nõ solum suffraganeorum,verumetiam canonicorum Strigonen. ecclesiæ, ac contra formam mandati nostri temerè celebratam non duximus admittendam, sed vobis dedimus in mandatis, vt ad prouidendum vobis pastorem idoneum per electionem canonicam, vel postulationem concordem (requisito suffraganeorum assensu, si esset de antiqua & approbata consuetudine requirendus)procedere curaretis. Alioquin nosipsi prouideremus ecclesiæ viduatę. Verùm antequã ad vos literæ nostræ peruenissent,innitentes mãdato priori,Suffraganeos, præter Quinque ecclesien. ad concordiam reuocastis. Et infrà. Post hæc mandato nostro recepto, hi,qui in Colocen. conuenerant, ab eius postulatione recedere noluerunt,sed innouauerunt eandem, reuersis ad eos quibusdam canonicis, qui in partem alteram declinarent. Et infrà.

Cæteri verò, qui Quinque ecclesien. Episcopum postularant, conuenientes in vnum,cæteros canonicos ad capitulo cõuocarunt, ad postulationem concordem vel electionem canonicam, iuxta mandatum apostolicum procedere cupientes, sed illis nolentibus conuenire, intelligentes penes se tantum remansisse facultatem liberam eligendi, quia reliqui ius suum prosequi negligebant, prædictum Quinq; ecclesien. denuò postulauerunt. Et infrà.

Nec obstabat eorum discordia, qui alium postularunt, cùm prius in postulatione Archiepiscopi supradicti conuenissetis pariter vniuersi,& consensum vestrum annotatum literis, & subscriptionibus proprijs roboratum petijssetis à nobis per communes nuncios confirmari, nosque vestram recepissemus postulationem dijudicandam, si Suffraganei forsitan in contradictione persisterent, vel (si consentirent, aut etiam cederent) approbandam. Si enim postquam postulatio subsciptionibus postulantium roboratur, & præsentatur Romano pontifici approbanda, possent ab ea recedere postulantes, nobis frequenter illuderent, & iudicium nostrum ex eorum pendere arbitrio videretur. Et infrà.

Intelleximus itaq; quod & si esset neutra postulatio approbanda, iuxta tenorem tamen posteriores rescripti ad nos de cætero Strigonen. Ecclesiæ prouisio pertineret. Quia verò non plenam de personis illius regni notitiam habebamus ideoque non poteramus salua conscientia eidem ecclesię in alia persona, quę de regno Vngariæ originem duceret, congruè prouidere:nec vellemus ei præficere alienum, quamuis honestius videretur, si Suffraganeus ad Metropolitanum suum accederet, quàm Archiepiscopus ad Metropolim transferretur, partem tamen elegimus potiorem. Et eundem Archiepiscopum,in quem omnes, quorum consensus in electione, vel postulatione pastoris requiritur, licet diuersis temporibus conuenerant,à vinculo quo tenebatur Colocen. ecclesiæ absoluentes, ad Metropolim Strigonen. transferimus, & ei licentiam tribuimus transeundi, pallium ei ad nomen & vsum eiusdem ecclesiæ transmissuri.

17. dist. ca. Hortamur.

Idem

Extra lib. 1. tit. 5. de Postu. cap. Bonæ memoriæ.

Idem Capitulo Strigonensi.

Postulatio contra quam agitur de contempto, potest sine præiudicio alicuius reiici, potest tamen de speciali gratia admitti

Constitutio xxxij.

Extra li. 1. tit. 5. de Postulat. cap. Postulationem 7. dist. ca. multis.

POstulationem, quam celebrastis. Et infrà. Licet ergo per postulationem huiusmodi, nullū ius sit alicui acquisitū, ideoq; sine præiudicio alicuius, postulationè potuissemus repellare memoratam: vt tamen vobis de speciali gratia consulamus, ita duximus prouidendū quod per procuratores idoneos, sufficienter instructos ad omnia, nostro vos conspectui præsentetis: quatenus (vtraq; parte præsēte) qd iustū fuerit decernamus.

DE PRAELATORVM IN ECCLESIA CATHOLICA Electione, eorumdēque potestate.

D. INNOCENTIVS PAPA III. de Cella Sancti Petri, & Mutinensibus Abbatibus.

Qui electioni de se factæ renunciat, appellare nequit ad impediendum electionem alterius. Et electio quæ est a suspensis celebrata, non tenet.

Constitutio xxxiij.

Extra li. 1. tit. 6. de electione. cap. cum inter 15 quæst. 1 ca. merito.

CVM inter R. seniorem, & R. iuniorem super abbatia Straphusen quæstio verteretur, bonæ memoriæ Cælestinus prædecessor noster præfectu R. seniorē sententiā cum instātia postulātem, ad componendū coēgit inuitū, & sic abbatiæ renūciās, de manu eius custodiam & Prioratū recepit, ab eodū viueret possidendos. Cui ordinationi licet cōsentiret inuitus, domū tamen reuersus (aduersariis compositionem ipsam nolentibus obseruare) non potuit quæ concessa sunt obtinere. Et infra.

Non attendentes, quod ex cōsensu cōpositionis receptæ, ius (si quod sibi competierat) R. senior amisisset, ac per hoc ne monacchi ad electionem procederent, de iure minimè appellare potuisset, cum nisi quorum interest audiri non soleant appellātes, appellationem illam dicimes legitimam non fuisse, vnde per eam non potuit electio impediri.

Sanè quamuis prepositus, Capitulum Constantien se de interdicto, quod Cardinalis posuerat, in suis literis inseruerint quia tamē per id quod R. iuniori diœcesanus Episcopus munus benedictiōis impendit, ei videtur quod præmissimus obuiare. Vnde vel scriptura facto vel factum scripturæ præiudicat, nec probatū fuit (licet obiectum) quod ab interdictis electio fuerit celebrata, ipsam non potuimus irritare. Et infra.

Ideoque causam ipsā duximus vobis cōmittēdam, vt si constiterit, quod electio fuerit facta à suspēsis, ea omninò cassata ipsi monasterio (post satisfactionem condignam suspensionis, & interdicti sētia relaxata) de pſona idonea cōsulatur

Idem Capitulo Pennensi.

Si electus non habet sufficientem scientiam, vel ante confirmationem administrat, eius electio cassaridebet.

Constitutio XXXiiij.

QValiter post obitum. Et infrà. Verū, quoniam electus à vobis ante cōfirmationem administrationi Episcopatus se irreuerenter immiscuit, recipiēdo tam à clericis, quàm à laicis iuramenta, non attendens quod secundum Apostolum: Nemo debet sibi honorem assumere, sed qui vocatur à Deo tāquā Aaron, præcipuè, quia nec donum scientiæ Pontifici conueniens fuerat assequutus.

Extra li. 1. tit. 6. de Electione. ca. Qua liter. Heb. 3.

Post-

C. de leg. l. non dubium.

Postquam nobis præsentastis eundē, sufficienti examinatione præmissa, electionem de ipso factam duximus irritandam, quicquid ex ea, & ob eam factum est denunciantes penitus non tenere.

Idem Capitulo Capuano.

Si vocantur ad electionem non vocandi, valet electio facta, eis non expectatis.

Constitutio xxxv.

Extra li. 1. tit. 6 de Electione. c. Cū inter.

CVm inter vniuersas metropolitanas. Et infiā.

Intellexmus autem per I. & F. canonicos vestros, per literas quas ad sedem Apostolicam detulerunt, quod ad Decanum, & alios canonicos vestros Panormi manētes, (cum de earum parte fuisset vobis per literas intimatam, vt sic tractaretis super electione substituēdi pastorē, quod nullum deberetis in eorū absentia nominare) quendam socium vestrum cū literis destinastis, XII. dierum terminum assignātes, infra quem post receptionem literarum vestrarum iter arriperent redeundi. Quamuis ecclesiastica consuetudo non exigat, vt ad electionem pastoris canonici tām remoti vocentur, & illi præcipuè, qui longè antequā vos metropolitani vestri obitum præsentialiter cognouerunt, quorum aliqui post eius decessum ad Capuanam ecclesiam sunt reuersi.

24. quæst. 4. ca. Dilecti.

Quia verò mora largior est in electionibus valde suspecta, imò sæpe damnosa, mandamus, quatenus inuocata spiritus sancti gratia personam idoneam per electionem canonicā concorditer assumatis ad regimē Capuanæ ecclesiæ, consequenter ad audientiam nostrā nūcios idoneos transmissuri, per quos à nobis vice regia postuletis assensum, & Apostolicæ confirmationis gratiam requiratis.

Idem Archiepiscopo & Capitulo Capuano.

Nō debet inspici, an post appellationem, sed an cōtra electio fuerit celebrata. Et penes vocantes, quibus cōpetit vocādi potestas, remanet ius eligendi, si vocati venire contemnunt. Et ad officium confirmationis spectat examinare electum, etiam nemine opponente. Et nisi electus doceatur legitimæ ætatis & literaturæ, habetur pro non legitime electo.

Constitutio xxxvi.

CVm nobis olim de obitu. Et infrà.

Extra li. 1. tit. 6. de electione. cap. Cū nobis

Cùm autem constaret interpositam fuisse appellationem ne fieret electio nisi canonica, videri poterat, quod post eam medio tempore nihil debuit innouari. Vnde talis electio iudicanda erat irrita & inanis, vtpote post appellationem canonicè interpositam attentata.

25. quæstio. cap. Quæ ad perpetuam.

Sed contra, Cum appellatum fuisset non vt nulla electio fieret, sed vt fieret canonica, si factum electionis canonicè fuerit subscriptum, non vtique contra formam appellationis huiusmodi, sed magis secundum eam videbatur ēsse processum. Et ideo licet post appellationem, non tamen contra eandem fuit electio celebrata, propter quod non est at aliquatenus irritanda. Et infrà.

Item cum post appellationem emissam Archidiaconus cum suis fautoribus chorum exijsset, & vos illos vt interessent electioni faciendæ vobiscum curassetis solicitè renocare (quoniam ad electionem faciendam accedere noluerunt) alie nos se feciſſe videntur, propter quod electioni à vobis iuxta formam mādati apostolici concorditer celebratæ, de iure non posse contradicere videbantur. Et infrà.

His igitur & alijs allegatis, quanquam contra personam illius, quem elegistis, nihil dictum fuerit vel obiectum, quia tamen (iuxta verbum Apostoli dicentis, Nemini citò manum imponas) debemus attendere diligenter ad ea, quæ circa personam inquirenda fuerant, duximus ex officio nostro (sicut decuit) procedēdum. Et infrà.

78. dist. c. Quod est cito. 28. dist. par. 1. 83 dist. ca. Quæ ipsis.

Illius quoque literaturæ, licet non eminentis, tamen conuenientis electus existit, vt pro defectu scientiæ (sicut plenius intelleximus ab his, qui eum melius

cognouerunt)ab electione non deberet excludi. De legitima tamen ætate scire plenè nō potuimus veritatem, quia cum à multis cuius ætatis existeret, curauerimus indagare, à nemine vnquam audiuimus quod annum ætatis xxx. attigisset. Et infrà.

Nos ecclesiæ pariter & personæ prouidere volentes, & tam rationes, quàm canones obseruare, quia propositum vestrum prouidum intelleximus, & ideo propter vrgentem necessitatem, & euidentem vtilitatem ecclesiæ Capuanæ (quam in hac parte potius approbamus) volumus ipsum firmiter perdurare, præfatum sub ditum nostrum vobis in procuratorem concedimus, liberam ei administrationem (tam in temporalibus, quàm in spiritualibus) committentes.

Idem Archiepiscopo Cantuariensi.

Illegitimus potest postulari, non autem eligi: & electores, nisi probauerint illū ignoranter elegisse, incidunt in pœnas Lateranensis concilii.

Constitutio xxxvij.

Extra li. 1. tit. 6. de electione. cap. Innotuit.

INnotuit nobis, quod Vigorienſi eccle sia destituta pastore, Prior & conuentus eiusdem magistrum M. Archidiaconum Eboracensem in Episcopum elegerunt, cuius confirmationem vsque in aduentum ipsius (qui absens eligebatur, & insciꝰ) distuliſti. Qui tandem spontanea tibi & secreta confessione monstrauit, quod conscientia eius aliquantisper ex natalibus esse læsa. Et infrà.

Cuius electionem Capitulum petijt p sedem Apostolicam confirmari, presentato nobis electionis decreto subscriptionibus eligentiū roborato. Quidam autē Suffraganeorum tuorum asseruerunt eum fuisse filium cuiusdam militis, & ab eo ex quadam ingenua & non coniuncta susceptum. Idem quoq; Magister adiecit, quod nunquam pater eius habuerat vxorem, sed matris eius virginitatis florem præripuit quasi furtim Et infrà.

Extra li. 1. tit. de electione & electi. potestate cap. Cū in cūctis 21. dist. ca. Inferior.

Quamuis autem canon Lateranensis concilij ab Alexandro prædecessore nostro editus, non legitimè genitos adeò persequatur, quod electionem talium innuit nullā esse, nobis tamē per eū nō fuit adempta dispēsandi facultas: cum ea non fuerit prohibētis intentio, qui successoribus suis nullū potuit in hac parte præiudicium generare, pari post cum (imò eadem) potestate functuris, cum non habeat imperium par in parem. Et infrà.

Multa enim in hoc casu dispensationē inducere videbātur, literarū sciētia, morū honestas, vitæ virtus, & fama personæ multipliciter à quibusdā, etiā ex fratribus nostris (qui eum in scholis cognouerant) approbatæ. Faciebāt etiā hæc ad id non modicū, cōcors Capituli Vigoriēsis electio, petitio populi, assēsus principis, votū tuū, Suffraganeorū suffragia, & humilis deuotio cōfitētis, qui spōtè ac humiliter maluit suū cōfiteri reatū, quā læsa coscientia thronum conscendere Pastoralem.

Habito ergo super hoc diligēti tractatu, intelligētes Vigoriē. Capitulū eūdem magistrum nō humiliter postulasse, sed improuidè potius elegisse (cū ad obtinendū dispēsationis beneficiū procedēdum fuisset nō per electionē inhibitā, sed per postulationē permissam) electionē ipsā, pdicti canonicis authoritate cassatā, denunciamus irritā & inanē: parcētes non modicū Vigorien. capitulo, quod eis nec pœnā infligimus expressam in canone supradicto, nec probare cogimus ignorātiā, quā allegāt. Et quamuis post cassationē huiusmodi nobis fuerit supplicatū, vt dignaremur cū eo misericorditer dispensare: supplicationē huiusmodi, quę nomine Capituli nō fiebat (cū nō ad postulādam dispēsationē, sed ad petēdā cōfirmationē ipsius fuerint nūcij destinati) ad presens nō duximus admittēdā, decernētes irritū & inane, quicquid super ordinatione ipsius Episcopatus, āte susceptionē literarū nostrarum fuerat attentatum. Quod si Vigorien. Capituli eundem magistrum (propter prærogatiuam meritorum ipsius) duxerit postulandum, postulationem apud sedem Apostolicam præsentare procuret.

Idem

Idem Archiepiscopo Genuensi, & Placentino & Bobiensi Episcopis.

Non possunt electores in præiudicium electi compromittere sed si consenserit electioni suæ, vel consentire velit, est confirmandus, si aliud canonicum illi non obsistat, licet nõ sit de gremio illius ecclesiæ, quãtumcunque ob causam a maiori parte fuerit appellatum.

Constit. xxxviij.

Extra li. 1. tit. 6 de electione, cap. Cum inter.

CVm inter Canonicos Saonenses super electione pontificis quæstio verteretur, ad sedẽ apostolicã S subdiaconus Saonen. & I. procurator Capituli accesserunt. Et infrà. Proposuit autẽ procurator prædictus, quod singuli requisiti cõmuni assensu in Hasten. Præpositum (excepto prædicto subdiacono) cõuenerunt, quo in sua duritia permanẽte, aliorum cõsensus redactus fuit in scriptum publicum consequentur. Cęterum pro parte altera fuit propositũ ex aduerso, quod cum septem essent canonici Saonen. in Capitulum se receperũt de futura electione Pontificis tractaturi, sed Archidiacono, Archiepiscopo, & Præposito dictum Hasten. Præposito dictum Hastẽ. Præpositum nominantibus, fuit à præfato S. obuiatũ, asserẽte ipsum morbo epileptico laborare, pro quo alia vice tanquã inhabilis fuerat recusatus. Nec ad aliã ecclesiã debere fieri transitum, donec reperiretur idoneus in ecclesia Saonen. Et infrà.

63. dist. cap. In synodo.

Post hæc Archipresbyter. pro parte altera de rato (vt dicebat) literis præmunitus. Ipse verò S. pro parte sua in Mediolanen. Archiepiscopũ compromittere curauerunt, qui Magistrum G. Modicen. Canonicũ eis dedit in Episcopũ, & cõfirmauit. Et ibi à. Discretioni vestræ mãdamus, quatenus cũ cõstet electionẽ de Præposito memorato à maiori, & saniori parte Capituli celebratã fuisse, publicatã, etiam & subscriptã: si dictus Præpositus eidem electioni cõsenserit, vt per mutuũ cõsensum eligẽtium, & electi, quasi coniugale vinculũ spiritualiter sit cõtractũ, nisi sufficienter sit ostensum eundem, morbo epileptico laborare (super quo dicitur cõtra ipsum appellatũ) vos nõ obstãte appellationis obiectu, si qua ex aliis causis superius memoratis proponitur interposita (cũ eas friuolas reputemus) electionẽ cõfirmetis ipsius, nõ obstãte quod post talẽ electionẽ à præfato Archiepiscopo proponitur esse factũ, etiã si à partibus in eũ fuerit cõpromissum, cũ electores à tali electione sic resilire nequiuerint. Quod si electores illius cõpromiserint in Archiepiscopũ memoratũ, etiã si dictus Præpositus nõdum electione de se factæ cõsenserit, eo tamen consentire (dummodo à morbo sit immunis obiecto) vos electionem ipsius nihilominus confirmetis.

Idem Prænestino Episcopo, Sedis apostolicæ Legato.

Electus a maiori & saniori parte capituli, si est, & erat idoneus tempore electionis, confirmabitur: si autem erat indignus in ordinibus scientia vel ætate, & fuit scienter electus, electus a minore parte, si est dignus confirmabitur.

Constitutio xxxix.

Extra li. 1. tit. 6. de electione cap. Dudum. 2. quæst. 6. cap. Si qui sunt.

DVdum ad audientiam nostriã quæstione prælata, quod vacante Præpositura Colocensis ecclesiæ, in duo se vota eligẽtiũ diuisissent, causam iudicibus duxibus committendam. Et infrà.

Ipsi verò partes ad suam præsentiã cõuocarũt, receperũt testes, examinauerũt eligentium conscientias, audierũt allegationes vtrinq; Et quoniã Præpositus S. Georgij eorum sentẽtiæ se asseruit nolle stare, processum ad sedẽ Apostolicã destinarũt. Et infrà. Cumq; nuncii Præpositi sanctorũ Apostolorũ statuto termino ad præsentiam nostram accessissent Præpositus S. Georgii nec venit, nec pro se misit idoneum responsalem. Et infrà.

23. dist. ca. In nomine domini.

Gestis igitur iudicium diligenter inspectis, inuenimus, quod pro Prepositio sanctorum Apostolorum authoritas, pro Præposito verò S. Georgii numerus eligẽtium faciebat, cum primus à xiiii. tũ personis, tum Canonicis, qui alios dignitate, & ætate, & tẽpore præcedebant, secundus verò à xxiiii. fuisset electus. Et infrà.

Extra li. 1. tit. 6. de electione & electi potestate. ca. Significasti.

Cum autem allegationes, pro eodem Præpositо S. Georgij corã iudicibus ipsis propositæ, nobis non fuerint præsentatæ, propter quod non potuimus scire per nos quid obiecerint, vel quid responderint ad obiecta, sicque causa remissa non fuit sufficienter instructa, ad diffinitiuam sentẽtiam non duximus procedendum, sed decisionem causæ ipsius iudicibus commisimus sub ac forma: vt si vel notoriũ esset, vel perea, quæ iam dicta erant, constaret quod Præpositus S. Georgij electionis tempore pateretur, vel in ordinibus vel in scientia, vel in ætate defectum, qui eum iuxta canonum sanctiones impediret ad homini officium promoueri, ei (non obstãte ipsius absentia corporali) silentium imponentes, Præpositо sanctorum Apostolorum Præposituram ad iudicarent eandẽ. Alioquin (cum in eũ non solum plures, sed duæ pene partes conuenerint, & impedimentis cessantibus appareat, quod eum bono zelo elegerint) Præpositi sanctorum Apostolorum electione cassata electionẽ confirmarent ipsius, & ei facerẽt tanquã Præpositо respõderi.

Idem S. Canonicis Moguntinensibus.

Recipientes postulatum ad Ecclesiam tanquam institutum vel administratorem ante admissionem postulationis a superiore factam, priuati sunt potestate eligendi & ad alios, licet pauciores, deuoluitur potestas eligendi: & si omnes priuati sunt, deuoluitur ad Papam in Ecclesiis cathedralibus.

Constit. xl.

Extra. li. 1. tit. 6 de electione. ca. Bonæ memoriæ 7. quæst. 1. ca. Episcopis, & ca. Si quis Episcopus.

Bonæ memoriæ Mogũtin. Archiepiscopo via vniuersæ carnis ingresso & quibusdẽ petẽtibus Vuormatiẽ. Episcopũ, quibusdã verò Archiepiscopũ vestrũ, tũc Præpositũ S. Petri Mogũtin. sibi eligẽtibus in pastorẽ, Prænestino Episcopo à sede Apostolica legato dedimus in mãdatis, vt si eũdẽ Episcopũ, quo ad rẽporalia, vel spiritualia recepisse constaret ecclesiã Mogũtinẽsẽ, vel ministrasse in tẽporalibus, aut spiritualibus in eadẽ postulationem de ipso factam nunciaret iuritam. Et infrà.

Deinde inquireret de ipsius electione Archiepiscopi veritatẽ, & si eidem vi, quã ipse & sui metuebãt, cõstaret, (eo nõ obstãte quod post appellationẽ ad nos interpositã fuerat in eius electione, processũ: cũ alij, q̃ appellationi ad nos interpositę, ne sine ipso ac socijs eius haberẽt ī electione processũ, nõ duxerint deferẽdũ, vti cõtra ipsũ hac exceptione nõ posset. Quia frustra legis auxiliũ inuocat, qui cõmittit in legẽ. Vnde nec ab eis posse obijci videbatur, quod idẽ esset à paucioribus secũdũ eorũ assertionem electus, quum ipsi appellationem ad nos legitimè interpositam contemnentes, & præter licentiam nostram recipientes Episcopum memoratũ, reddiderint se indignos, electionem Archiepiscopi confirmaret. Et infrà.

Licet autẽ essent notoria, quę cõtra dictũ Vuormati. Episcopũ & eius fautores fuerãt obiecta: p̃dictus tamen legatus ad maiorẽ cautelã multos testes recepit ex ipsius Archiepiscopi parte productos. Vn de ipsa iuxta mãdati nostri tenorẽ procedẽs, postulationẽ factã de Vuormati. cassauit, & electionẽ Archiepiscopi memorati (quamuis à pauciſſimis celebratã) curauit authoritate Apostolica cõfirmare, ipsũque ordinauit in presbyterũ, & tãdẽ in Archiepiscopum cõsecrauit. Et infrà.

Contra verò legati processũm hoc facere videbatur, quod nõ citatis Vuormatiẽ. Episcopo, & eius fautoribus processisset. Porrò excessus notorius examinatione nõ ĩdiget, & pro his q̃ à iudice sũt acta præsumitur q̃ ònia rite fuerint celebrata quamuis & quid citati nõ fuerint, nõ possit de facili comprobari. Quia negantis factũ per rerum naturã, nulla est directa probatio. Cum etsi quilibet de se posset asserere, quod ad eũ citatio minimè peruenisset, singuli tamen vestrum essent in suo testimonio singulares. Ad ipsum quoq; Legatum (si voluissent) securè potuissent procuratorem idoneum destinare, sicut nuncium destinarant. Et infrà.

1. quæst. 5. De manifesta. 2. quæst. 6. ca. Hoc etiam plaenit 6. quæst. 5. ca. accusat

Nos igitur, etsi propter authoritatẽ iudiciarũ præsumamus pro his, quæ acta sunt

sunt à Legato, illi tamẽ plus inn itimur rationi, ꝙ aduersarij Archiepiscopi ex tribus causis prædictis se vsque ad eò reddiderũt idignos, quod cõtra eũ nõ debebãt audiri. Vnde quod de ipso factũ fuerat, nõ poterati impediri per eos: quin etiã si electores eiusdẽ partis pariter deliquisẽt, vt se reddidissent indignos, ad nos deuolu ta fuisset hac vice ordinatio Ecclesiæ Mogũtinẽ. Quare dictum Archiepiscopũ sine iuris iniuria potuissemus eidem Ecclesiæ præficere in pastorẽ. Super his verò habito diligenti tractatu, cessationem postulationis facte de Vuormatien. Episcopo ratam habuimus, electionem memorati Archiepiscopi confirmantes.

Idem Clericis S. Agathæ.

Sufficit electo ad obtinendum, docere eligentem fuisse in quasi possessione tempore electionis, licet non probet, quòd proprietas iuris eligendi ad illum pertineret.

Constit xlj.

Extra li. 1. tit. 6 de Electione. c. Quarelam.

QVærelã quã G. tituli S. Vitalis presbyter Cardinalis per œconomũ ecclesiæ vestræ, cuius idẽ Cardinalis est gubernator, cõtra P. presbyterũ Ecclesiæ S. Saluatoris super Ecclesia ipsa proposuit, Celestinus papa prædecessor noster nobis in minori officio cõstitutis audiẽdã cõmisit.

Petebat igitur œconomus præfatũ P. ab Ecclesia S. Saluatoris (quã in præiudiciũ vestræ Ecclesiæ, ac iniuriã Cardinalis prædicti occupare præsũpserat) remoueri cũ ipsa Ecclesia pertineat ad S. Agathæ Ecclesiam pleno iure: petens pensionem xvj. den. Papien. debitam Ecclesiæ S. Agathæ, pro eadem Ecclesia de Thermis sibi restitui, de nouo subtractam.

Prædictus verò P. respondebat, quòd ipse nullã iniuriã irrogauerat Cardinali, nec in præiudicium Ecclesiæ vestræ recepera t dictam Ecclesiam, cum hęc ad illã nullo iure, pertineat, nec aliquã sibi reddere pẽsionẽ debebat, sed ipse per electionẽ populi, ad quem de antiqua consuetudine pertinet electio, à cardinali S. Susannæ (cui eadem Ecclesia tanquam capella suo titulo in spiritualibus est subiecta) canonicè fuerat institutus. Et infrà.

Nos igitur rationibus vtriusque partis auditis, dictũ P ab impetitione œconomi vestri, super electione, ac institutione de se facta in Ecclesia S. Saluatoris absoluimus, & super his præfato œconomo silẽtiũ duximus imponẽdũ, cũ nobis cõstitetit, quod populus in quasi possessionem præsentãdi Clericũ existebat, quãdo ipsũ presbyterũ ad illam elegit, & Ecclesia eadem spectat ad tit. S. Susannæ in spiritualibus pleno iuræ, salua q̃stione supiure patronatus inter Ecclesiã vestriã, & populum sæpe dictæ Ecclesiæ S. Saluatoris.

Quia verò fuit liquidè cõprobatum, quòd pẽsio xvj. denariorũ Papiẽ. monetæ fuerit clericis Ecclesiæ vestræ pro Ecclesia S. Saluatoris de Thermis ãnuatim per multa tẽpora persoluta, sed de nouo subtracta, vos in eundẽ statũ ꝓpiẽdi huiusmodi, de ecclesia S. Saluat. de Thermis ecclesiã vestrã decernimus reducendã, & ad solutionẽ pesionis subtractæ cõdemnamus presbyterũ antedictũ, salua quęstione ꝓprietatis inter Ecclesias memoratas.

Idem Archidiacono & capitulo Vintonensi.

Eligentes scienter indignum, priuati sunt potestate eligendi in electione, quæ primo occurrit facienda.

Constit. xlij.

Extra li. 1. tit. 6. de electione. cap. Cum Vintonen. Cap. 24.

CVm Vintonensis ecclesia pastore vacaret, Archidiaconus cũ suis fautoribus Salubriensem Decanũ, prior verò & complices eius præcentorem Linconensem in Episcopum elegerunt. Et infrà.

Licet igitur omnes in communi de electione facienda tractauerint, quia tamen nequiuerunt esse concordes, infecto negocio ad nos habuere recursum. Et hi quidem, qui præcentorem elegerant, asserebant, quod illi, qui Decanum elegerant, eligendi erant potestate priuati: pro illa maxime caussa, quod hominem illegitime natum scienter eligere præsumpserunt. Vnde secundum Lateranense con-

Extra li. 1. tit. 6. de Electione & electi potestate ca. Quia propter.

cilio, & eligēdi hac vice perdiderāt potestatē, & per triennio ecclesiasticis beneficijs carere debebāt. Illi verò taliter respōdebāt, quod licet is, quem elegerant, fuisset minus legitimè natus, per gratiam tamen Apost. sedis legitimari promeruit, & hoc asserebant se legitimè probaturos.

Nos igitur attendentes, quod isti post primam electionem admiserant, illos ad secundā celebrandam, & quod decretum concilij memorati decreuit huiusmodi presumptores vna vice duntaxat eligēdi potestate priuatos, quoniam electio, quā coram nobis celebrare volebant, non iam secunda, sed tertia concurrebat, ad eligendum illos censuimus admittendos.

Idem Abbati Cistercienſi R. & P. monachis Montis frigidi.

Eligens scienter indignum in Episcopum, est ob hoc suspensus a beneficiis ecclesiæ per triennium, nec potest interim ad dignitatem illius eligi vel assumi.

Constit. xliij.

Extra li. 1. tit. 6. de Electione c. per inquisitionem. 40. dist. ca. multi sacerdotes. 1. quæst. 6. ca. similis qui iniustus. 46. dist. ca. sicut non sino.

PEr inquisitionem, quam de mādato nostro feciſtis super statu Episcopatus, & Episcopi Tholosani, perspicaciter intelleximus, quod Mascaron Cācellarius iuratus asseruit se sciuisse pro certo R. olim Tholosanum Episcopū, & amicos ipsius ante suam electionē habuisse colloquin cū quibusdam canonicis nominatim expressis, eosque solicitasse præcibus, vt ipsum eligeret in Episcopum: seque vidisse pariter, & audiuisse, quādo prædictus Episcopus recognouit in quorundā Canonicorū presentia, se canonicis illis, qui aduersati fuerant suæ primæ electioni, iurasse, credens pro certo, quod iuramentum illud illicitum fuit, & præstitū vt idem R. eligeretur ex pacto, & quod ipsemet post electionem ipsius cassatam, domum Episcopalem eius nomine detinebat, recipiens quosdam redditus, & prouentus, quos de ipsius conscientia & consensu, in eiusdem negocijs expendebat.

Cum igitur talem scienter in Episcopum eligendo (sicut ipse suo iuramento firmauit) ecclesiasticis beneficijs reddiderit se indignum, graue gerimus, & molestū, quod Tholosano Præposito in Episcopum Conuennarum electo idem Mascaron in præpositum dicitur substitutus.

Quocirca mandamus, quatenus eundem ab officio præposituræ penitus amouentes, satiatis virum idoneum ad officium illud assumi.

Idem Priori sancti Frigidani G. & G. canonicis Lucanensibus.

Si non professus eligitur ad regimen ecclesiæ regularis, cassatur electio, consuetudine in contrarium non obstante.

Constitutio. xliiij.

Extra li. 1. tit. 6. de Electione ca. Cum causam.

CVm Causam, quæ inter Bonum presbyterum, & Bruuum canonicum S. Petri Lucanen. vertitur, super eo, quod dictus presbyter, Bonus, à maiori parte canonicorum eiusdem Ecclesiæ, prædicto Bruno, & quodam alio contradicētibus, in priorem (sicut dicitur) est electus, olim vobis duximus committendam. Et infrà.

Quamuis autem multi priores continuè vnus post alium in ipsa Ecclesia per multa, & longa tempora fuerint non professi, quia tamen præfatus presbyter Bonus non est professus obseruantiam regularem, dubitatis, & meritò, nobis procedere in consultis.

Deut. 22 18. quæst. 2. can. Abbatē monast. 2. & ca. sequen. Quam sit necessarium.

Quia igitur non debemus attendere solum modo quid factum sit, sed potius quid si faciendum, cōsultationi vestræ taliter respondemus, quod cum secundum legem diuinam, non sit in boue arandū & asino, nec quisquam debeat vestem induere de lano linoque contextam, irritetis electionem prædictam, & compellatis prefatum presbyterum alioſq; clericos non professos, vt vel beati Augustini regulam in eadem Ecclesia constitutam profiteantur, & seruent, aut ipsam Ecclesiam omnino dimittant.

Idem

Idem I. Tituli sancti Stephani in Celio monte presbytero Cardinali apostolicæ sedis legato.

Nominatio vel appellatio eius, cuius non interest, electionem non impedit. sed si vocandus contemnitur, eo prosequente contemptum, cassatur electio etiã cõfirmata: & potest prosequi, nisi cõsenserit electioni.

Constit. xlv.

Extra li. 1. tit. 6. de Electione Quod fic. 23. dist. cap. In nomine domini.

QVod sicut ex literis tuis. Et infrà. Verum, cum ex prima electione, quæ facta de tibus, dicenda videtur potius nominatio, nihil iuris acquisitum fuerit nominatis, licitè procedi potuit ad electionẽ regulariter celebrandam, præsertim, in Ecclesia Armachana, cum iuxta cõstitutiones canonicas, si fieri potest, in cathedrali ecclesia electio debeat celebrari. Nec appellatio interposita electionem illã potuit impedire, cũ in ea nihil attentatũ fuerit in præiudicium Regiæ dignitatis, quia nõ simplex nominatio, sed solẽnis electio debet principi præsentari, vt postulationi præstet assensum, & si secus aliquãdo per vsurpationẽ aliqui faciãt abusiuè. Si autẽ Mitidinen. Episcopus, & Abbas Mellifontis, qui interesse debuerãt, non contempti fuerũt, sed ad electionẽ vocati (si tamẽ sine periculo potuerint conuocari) siue nequiuerint, siue noluerint ad electionem celebrandam accedere, ipsorum absentia nõ potuit electionem impedire. Et infrà.

4. quæst. 5. can. Quisquis. 72. dist. ca. Propositi.

Quod si eos vocatos non fuisse constiterit, sed contẽptos, infirmãda erit electio penitus taliter celebrata, nisi postea propter bonum pacis curauerint consentire.

Episcopus dũ celebratur missa consecrationis suæ, vel Archiepiscopus ãte receptum palliũ ordines conferre non debet.

Deut. 22 18. quæst. 2. can. Abbatẽ monast. 2. & ca. sequen. Quam sit necessarium.

Super eo autem, quod in die cõsecrationis suæ antequam missarum solennia finirentur, acoluthum ordinauit, pro tali excessu eũ corripias, & castiges: cum solus Rom. Pon. (qui ante hymnum angelicum consecratur, & postmodum ipse missarum solennia incipit, & perficit cõsecratus) in die consecrationis suæ valeat ordines celebrare. Cæteri verò, qui inter Epistolam, & Euangelium consecrantur, quia consecrati concelebrant principaliter celebranti, ne diuidatur mysterium vnitatis, non debent tunc ordines celebrare. Præterea cum non liceat Archiepiscopo sine pallio conuocare concilium, conficere chrisma, dedicare basilicas, ordinare clericos, & Episcopos consecrare, multum profectò præsumit, qui antequam impetret pallium, clericos ordinare festinat: cum id non tanquam simplex Episcopus, sed tanquam Archiepiscopus facere videatur. *23. dist. ca. Quorundam.*

Quod autem tabulam argenteam dicitur vendidisse (dummodo Ecclesiam Armachanam reddat indemnem) æquanimiter poteris præterire, cum id de Cleri & populi processerit voluntate. *23. quæstio. 4. c. si ecclesia.*

Idem Episcopo Tolletano & Sagonensi, & Abbati de Arden.

Electio per minorem partem capituli facta non tenet, nec per subsequentem consensum ratificari potest.

Constit xlvj.

Extra li. 1. tit. 6. de Electione ca. Auditis.

AVDITIS & intellectis meritis causæ de duabus electionibus celebratis in ecclesia Baiocẽsi, vnam de Gu. Archidiacono, & alteriã de R. subdiacono, inuenimus vtrãque cõtra formam Canonicã attẽtatã. Cum enim inquisitis voluntatibus singulorũ Decanus cũ paucioribus in ipsum R. & cãtor cũ pluribus indictum Gu. Archidiaconum conuenissent solo cantore postmodum quendam alium, videlicet Magistrũ R. de Algedijs nominante, ad nostram fuit audientiam appellatũ, ne Decanus, qui primã in electione vocem habebat, ad electionẽ procederet, sine consensu totius capituli, vel maioris, & sanioris partis ipsius. Ipse verò Decanus nõ habito cõsensu maioris partis capituli, sed longe minoris, subitò in electionem prorupit: appellans, ne quis contra ipsam aliquid attẽtarer, quamuis assueuerit quod electioni factæ plures alii

consenserunt: cũ tamen ex post facto nequiuerit conualescere, quod ab initio non valebat, quoniam electio, quæ fuerat irrita ipso iure, per subsequentem cõsensum (maximè appellatione pẽdẽte) nõ poterat esse rata. Eis ergo ad propria recedentibus, cantor & alij, qui remanserant in capitulo, post illam electionem nondũ cassatam, & appellationem ad nos interpositam, à nominatione dicti Archidiaconi recedentes de nouo præfatum subdiaconum eligere præsumpserunt.

Nos igitur electionem vtramque duximus irritandam.

Idem Grandisiluæ & Bellepariticæ Abbatibus.

Potestas data compromissariis ad eligẽdum prælatum, re non integra reuocari non potest: & desit esse res integra, postquam cõpromissarii cæperunt habere tractatũ.

Constit. xlvii.

Extra. li. 1. tit. 6 de electione. cap. In causis.

IN causis, & infrà. Cum capitulum Tholosanæ ecclesiæ ad tractandum de electione Episcopi conuenissent, duos elegerunt, vt quinq; de eodẽ capitulo eligerent electores, qui præstito iuramento de substituendi Pontificis electione tractarent: Et à singulis de capitulo statutum est, & concessum, vt ille, quem illi concorditer, vel tres ex illis eligerẽt, ab eis (si persona esset idonea) pro Episcopo sine contradictione aliqua haberetur. Et infrà.

Postmodum verò, cum à prædictis duobus quinque electores electi fuissent, & ad tractãdum de electione secessissent in partem, & nõ possent omnes in vnam pariter concordare personam, tres ex eis conuenerunt in Episcopum Conuennarum, & deinde electionem quam de postulando Episcopo fecerant, capitulo publicarunt, ac reliqui duo subsequenter tertia die cum paucis de capitulo reliquis absentibus elegerunt Archidiaconum Argenensem. Et infrà.

Nuncij verò prædicti Archidiaconi econtrario responderunt, quod cum prædicti quinq; electores seorsum de electione tractãtes inter se dissiderẽt, ita quod contentioſe voces eorum à fratribus, qui remanserant in capitulo, audiri fuissent, capitulum ipsos, propter huiusmodi contentiones, suspectos habentes, ad eos duos de canonicis destinarunt, per quos inhibuerunt eis ex parte nostra, ne vlterius in facto procederent, & ita potestatem eligendi, quam eis commiserãt, reuocarunt: Mandantes eis, vt redirent ad capitulum, & pariter cum alijs fratribus de electione tractarent. Et huiusmodi reuocationi duo ex ipsis electoribus adhibentes consensum, reliquis tribus non contradicentibus, ad ipsum capitulum sunt reuersi, sed alij tres vsque ad fores capituli subsecuti, ab eis postmodum discesserunt. Capitulum verò cum tota die illa ipsorum præsentiam expectasset, subsequenti die campanam pulsari fecerunt sicut moris est ad capitulum congregandum, & prædictis tribus cum paucis complicibus suis sese contumaciter absentantibus, Prior cum maiori, & saniori parte capituli elegit in Episcopum Archidiaconum supradictum. Et infrà.

Extra li. 1. tit. 27 de officio custodis. cap. 1. & 2. dist. c. Ius militare.

Quia verò postulatio de Episcopo Conuennarum, quæ præcesserat, facta erat per eos, in quos totum capitulum eligendi transtulerat potestatem, propter quod vnanimiter de consensu totius capituli intelligitur esse facta, quam (cum res non esset integra, quia in tractatu iam præcesserant electores) capitulum minimè potuit reuocare, electionem ipsius Archidiaconi decernimus irritandam. Quocirca mandamus, quatenus si personam ipsius Episcopi vtilem & necessariam inueneritis ad regimen Ecclesiæ Tholosanæ, & idonem tam scientia literarum, quàm suæ conuersationis exemplo, ad hæreticorum perfidiam de Tholosana diœcesi extirpandam, quæ ibi per negligentiam præsulum miserabiliter, & damnabiliter hactenus pullulauit, transeundi ad Ecclesiam Tholosanam propter vrgentem necessitatem, & eorundem vtilitatem ei licentiam tribuatis.

Idem

Idem Archiepiscopo Floretino.

De consuetudine potest canonicorum electio ad solum capitulum pertinere irrequisito Episcopo.

Constit. xlviij.

Extra li. 1. tit. 6. de electione c. Cum ecclesia.

CVm Ecclesia Vulterana debito canonicorum obsequio longo fuisset tempore destituta, Vulteranus Episcopus volens ministrorum defectum in eadem Ecclesia restaurare, canonicos quosdam elegit, & instituit in eadem: quos canonici recipere noluerunt, asserentes, quod talis electio fuerat in eorum præiudiciũ attentata. Et infrà.

14. quæstio. cap. Quod debetur.

Mandamus igitur, quatenus super primo articulo petitionis Episcopi, in quo postulauit à te, vt canonicos ab iniuria, quam ei super electione canonicorum Vulteranen. Ecclesię inferũt prohiberes, ab impetitione ipsius dictos canonicos absoluere non postponas, quia non videtur iniuriam facere, qui vtitur iure suo: cum per testes longe melius sit probatũ, quod Canonici supradicti hoc iure vsi fuerint antequam Episcopus memoratus. In secundo quoque articulo, quo idẽ petebat Episcopus, vt dicti canonici Episcopum ipsum iure electionis vti libere paterentur, absoluere studeas canonicos sępe dictos, maximè si sit notoriũ, quod in Thuscia generalis consuetudo seruetur, vt in cathedralis vt in cathedralibus Ecclesijs solum Capitulum irrequisito Episcopo eligendi canonicos habeat facultatem.

Idem Abbati S. Victoris, & Decano Parrhisiensi, & Magistro R. Decortanensi, canonico Morinensi.

Compromittentes tenentur recipere electum a compromissariis, si sic dignus, nisi contra formam compromissi eum appareat electum.

Constit xlix.

Extra li. 1. tit. 6.

CVm dilectus filius Archidiaconus Morinen. nobis intimasset. Et infrà.

de electione. c. Cum dilectus filius.

Ecclesia Morinẽsis Episcopi solatio destituta, canonici eiusdẽ de Pastoris substitutione tractãtes, in tres canonicos Morinẽ. potestatẽ eligendi Episcopũ vnanimiter cõtulerũt: promittẽtes vt illũ reciperẽt in pastorẽ, quẽ de gremio ipsius Ecclesię decerẽt eligẽdũ. Qui examinatis voluntatibus singulorũ, Archidiaconũ eiusdẽ Ecclesiæ elegerũt in Episcopũ Metropolitanus quoque tã electionẽ, & electi personã examinãs, quã etiã super ipsius ætate (de cuius defectu fuerat ab aliquibus dubitatũ) inquirẽs solicitè veritatẽ, per sententiã declarando electũ ipsũ minimè sustinere defectum in ætate, electionem factam de ipso solenniter confirmauit. Et infrà.

Verũ B. qui cõtra electũ venerat memoratũ, ꝓposuit ex aduerso, ꝙ cũ supradictis tribus sub hac forma fuerat eligẽdi concessa potestas, vt capitulũ eũ recipere teneretur, quẽ illi tres ab õnibus, vel maiori & saniori parte de gremio ipsius ecclesiæ nominatũ eligerẽt in pastorẽ: electores ipsi terminos potestatis sibi traditæ nõ seruãtes, prædictũ Archidiaconum eligere præsumpserũt, quẽ pauci de capitulo nominarãt. Vnde canonici Morinẽ. postmodũ admirãtes qualiter Archidiaconus electus fuerat me. cũ plures essẽt ī Ecclesia eadẽ digniores, cœperũt fere omnes publicè ꝓfiteri, ꝙ nullatenus Archidiaconũ nominarãt, & reputãtes se in hac parte delusos, ꝙ super hoc factũ fuerat nostro curauerunt apostolatui referare.

8. quæst. 1. cap. Illud. 63.

Nos verò attendẽtes, quia res pernicio sa esset exemplo, si per surreptionis astutiam quis ascenderet ad apicem dignitatis: ita duximus prouidẽdũ, vt præstito à cõtradictoribus iuramẽto, quod ipsi malitiosè contra præfatũ electũ nõ moueãt quæstionem huiusmodi, prædicti tres electores astringãtur dicere vinculo iuramenti veritatem, quot ex canonicis examinationis tempore in præfatũ Archidiaconum conuenerunt. Et si tresimul, aut duo saltẽ ex ipsis iurati, dixerint maiorẽ canonicorũ partem in ipsum Archidiaconum conuenisse, vos contradictoribus silentiũ imponatis, cum econtra hoc eorum esset probatio insufficiens, eò quòd singuli in suis testimonijs essen singulares.

dist. cap. Metropolitano.

lares, Si verò per eorū depositiones cōstiterit sæpedictū Archidiaconū extitisse à paucioribus nominatū, tūc si fuerit sufficienter ostēsum, quod illū de gremio Ecclesię secūdū formā sibi traditā debebant eligere, in quem omnes, vel maior, & sanior pars capituli conueniret, vos electionem ipsius Archidiaconi omnino cassetis. Alioquin quod de ipso factū est ratū habētes, cōtradictores ab eius impetitione per censurā ecclesiasticam compescatis: præfatum B præbenda Morinen. Ecclesię spoliantes, qui se ad hanc pœnam (si forsan in probatione deficeret) obligauit. Nō obstante, quod super ætatis defectu obiectum est contra illum, cum idem canonicus huic obiectioni non multum insteterit, & super hoc à Metropolitano fuerit iudicatum, cuius sententia in remtransijt iudicatam: Cum infra decennium non fuerit prouocatione legitima suspensa.

Idem Episcopo Baiocensi.

Si ex septem compromissariis tres eligunt quartum, & ille consentit, si est idoneus, confirmabitur electio.

Constit. L.

Extra. li. 1. tit. 6 de electione. cap. Cum in iure. 8. quæst. 1 cap. In scriptu-rit. ff. tit. Quod cuiusque vniuersi. L. Plane.

CVm in iure peritus existas. Et infrà. Primus tuæ consultationis articulus continebat, quod cuiusdā Decano Ecclesiæ defuncto, eiusdē loco captulum sub hac forma in vij. ex ipsis canonicis compromisit, vt illū quē ex se, vel alius de gremio ipsius Ecclesiæ ōnes pariter, vel maior eorū pars nominaret, eūdē capitulum reciperet in Decanū. Vnde cum vnus ex illis vij. à tribus ipsorum, & alius, qui non erat de numero eorum à tribus aliis in Decanum fuerint nominati, requisisti vter eorum assumi debeat in Decanum.

Super quo taliter respondemus, quod is, qui de numero vij. à tribus eorum dinoscitur nominatus, iuxta compromissi tenorem debet in Decanum assumi: dūmodo electioni de se factæ consentiat, & aliquod canonicum non obsistat.

Idem Ducī Caringiæ.

Electio Imperatoris spectat ad principes Germanos, tres prælatos, quatuor Laicos: & electio facta per eorum maiorem partem, cæteris nō conceptis, tenet: & ad Papam pertinet electum examinare, approbare et inungere, & cōsecrare, & coronare, si est dignus: vel reiicere si est indignus, vt quia sacrilegus excommunicatus, tyrānus fatuus, & hæreticus, paganus, periurus, vel Ecclesiæ persecutor. Et electoribus nolentibus eligere, Papa supplet. Et data paritate vocum eligentium, nec accedente maiori con. ordia, Papa potest gratificari cui vult.

Constit. LI.

Extra li. 1. tit. 6. de Electione ca. Veneramilem. 8. quæst. 3. ca. scripturit est in lege. 3. quæst. 9. per omnes can nes fer. 63. dist. c. Adria nus. 78. dist. ca. Quid est. 17. quæst. 4. cap. Mi-ror.

VEnerabilē. Et infrà Inter cætera quidā Principes hac obiectione p̄cipuè sunt vsi, dicentes, quod Apostolicæ sedis Legatus, aut electoris gessit aut cognitor s p̄sonā Si electoris, in mesē al enam miserat falcē suā, & electioni se ingerens, principū derogauerat dignitati. Si cognitoris, absēte altera partiū videtur perpetrā p̄cessisse, cum citata non fuerit: & ideo non debuit contumax iudicari. Et infrà.

Verū illis principibus ius & potestatē eligēdi Regē in imperatorē postmodum promouēdū recognoscimus, vt debemus ad quos de iure ac antiqua cōsuetudine noscitur pertinere: p̄serum cū ad eos ius, & potestas huiusmodi, ab Apostolica sede deuenerit, quę Romanū Imperiū in p̄sonā magnifici Caroli à Græcis transtulit in Germanos. Sed & principes recognoscere debēt, & vtique recognoscūt, sicut iidē nostra recognouere p̄sentia, q̄ius & authoritas examinādi p̄sonā electā in Regē, & promouēdam ad Imperiū ad nos spectat, qui eū inūgimus, cōsecramus & coronamus. Est enim regulariter, & generaliter obseruatū vt ad eū exāminatio p̄sonę pertinet, ad quē impositio manus spectat. Nūquid enim si Principes nō solū in discordia, sed etiā in cōcordia sacrileguni quecumq;, aut excommunicatum, in Regem Tyrannum, vel fatuū, hæreticum eligerent aut paganum, nos inungere, consecrare, ac coronare homine huiusmodi deberemus? Absit ōnino.

Obiect oni ergo principū respōdētes, asserimus quod Legatus noster approbādo Regē, & reprobādo ducē, nec electoris gessit p̄sonā, vtpote qui nec fecit aliquē eligi,

eligi, nec elegit, nec cognitoris, cũ neutrius electionẽ quo ad factũ eligẽtiũ confirmandã duxerit, aut etiã infirmãdã. Exercuit autẽ denunciatoris officiũ, quia personã ducis eiusdẽ indignã, & personã Regis denũciauit idoneã, quo ad imperium obtinendũ, nõ tã propter studia eligentiũ, quã propter merita electorum: quamuis plures ex illis, qui eligẽdi Regẽ in imperatorẽ promouẽdũ de iure, ac de consuetudine obtinẽt potestatẽ, consensisse perhibeãtur in ipsum Regẽ. Et ex eo, q̃ tautores ducis absentibus aliis & contemptis ipsum eligere præsumpserunt, pateat eos perperam processisse, cum electioni plus contemptus vnius, quàm contradictio multorum obsistat. Et infrà.

Nos vtique non ducẽ, sed reliquũ reputamus, & nominamus Regẽ iustitia exigente. Et infrà. Quod autẽ cũ in electione vota Principũ diuidũtur, post admonitionẽ & expectationẽ alteri partiũ fauere possimus, maximẽ postquã à nobis vncto, consecratio, & coronatio postu ãtur, iure patet pariter & exemplo. Nunquid enim si principes adomiti, & expectati, vel nõ potuerũt, vel noluerũt in vnũ propositũ cõuenire, sedes Apostolica aduocato, & defensore carebit, eorumque culpa ipsi redũdabit in pœnã? Sciũt autẽ Principes, quod cũ Lotharius, & Corradus in discordia fuissent electi, Romanus Pontifex Lotharium coronauit, & Imperiũ obtinuit coronatus, eodem Corrado tũc demum ad eius gratiam redeunte.

Eos igitur duximus cõmonendos, vt à præfato duce iusto quidẽ à nobis iudicio reprobato recedant, & præfato Regi non abnuãt adhærere, nisi demũ tunc contra personã vel factum legitimum quid ab eis obiectum fuerit, & ostẽsum. Et infra.

Sunt enim notoria impedimenta ducis, scilicet, excommunicatio publica, periurium manifestum, & persecutio diuulgata, quam progenitores eius, & ipse præsumpserunt, in apostolicã sedem, & alias plurimi. Ecclesias exercere. Fuit quoq; à prædecessore nostro excommunicationis vinculo innodatus, quod postmodũ recognouit, dum per nũciũ suum absolutionis beneficium postulauit. Vnde patet, quod ipse fuit excommunicatus electus. Et infrà.

Idem etiam contra proprium iuramentum, super quo nec consilium à sede Apostolica requisiuit, ambitionis vitio regnum sibi vsurpare præsumpsit, cum super illo iuramẽto prius Romana Ecclesia consuli debuisset. Nec valet ad plenam excusationem ipsius, si iuramẽtum illud dicatum illicitum, cum nihilominus super eo nos prius consulere debuisset, quàm contra ipsum propria temeritate venire: præsertim illo exemplo, quod quum Gabaonitæ à filiis Israel per fraudem surripuerint iuramenta, & ipsi tamen cognita fraude contra illud venire temere noluerunt. Vtrum verò dictum iuramentum sit licitum, vel illicitum, & ideo seruandum, an non seruandum extiterit, nemo sanę mentis ignorat, ad nostrum iudicium pertinere. Et infrà.

In super si prædictus Dux Imperium obtineret, libertas Principum in electione periret, & Imperium obtinendi dẽ cæteris fiduciam tolleretur. Nam si prout olim frater dicti ducis patri eorum, sic dux ipse fratri suo succederet, videretur Imperium non ex electione, sed ex successione deberi. Et in præiudicium Principum redundaret, si non nisi de domo ducis prædicti videretur aliquis ad Imperium assumendus. Et infra.

Nobilitatem ergo tuam monẽtes per Apostolica scripta, Mandamus, quatenus à prælato duce recedas omnino, non obstante iuramento, si quod ei ratione regni fecisti: cum (eo quantum ad obtinendum Imperium reprobato) iuramentum huiusmodi non debeat obseruari.

vero con. Extra li. 2. tit. 8. de appel. lat. cap. Constitutur. C. de pactis l. Pactum. Iosue 9. 22. quæstio. 4 ca. Innocens

24. quæstio. 2 c. Ita nos. 8. quæst. 1. cap Moyses.

15. quæst. 6. ca Alius item

Idem Capitulo N.

Absentes ad electionem de prouincia conuocandos: electio maioris & sanioris partis vt si confirmanda.

Extra li. 1. tit. 6. de electio. ne. cap. Coram dilecto filio.

Constit. Li.

CORam dilecto filio Tituli S. Pudentianæ presbytero Cardinale. Et infrà. Si verò vtriusq; partis fuerit cassata electio, vos (fratribus omnibus, qui fuerint

1. quæstio. 3. c. Quatuor

6. quæst. 1. c. sunt plurimi. Verum hac 5. diff. cap. Ad eius

rint in prouincia conuocatis) quæ maiori,& saniori parti eorum super prædictis videritis complacere, per censuram eccle siasticam faciatis firmiter obseruari.

Idem Parmenensi Episcopo, & eius coniudicibus.

Cassatur electio partis maioris facta, contempta minori parte, etiamsi est vnus solus, non tamen ius eligendi deuoluitur.

Constit LIII.

Extra li. 1. tit. 6. de electione, c. Bonæ memoriæ.

BOnæ memoriæ S. Cremonense Episcopo in extremis agente, cum de conualescentia desperaretur ipsius, Cremonense Capitulum H. Canonicum suum Regij disciplinis scholasticis insistentem, ad certum terminum in vigilia Pentecostes pro futuri electione Pontificis citari fecerunt. Et infrà.

Constituto autem dicto H. pro sua electione,& dilecto filio nostro I. pro electione Archipresbyteri corã nobis, electionẽ ab ipso H. post electionem Archipresbyteri nõ cassatã, licet de viro multæ literaturæ, honestæ vitæ,& clarę fame, nõ tamẽ sine multa temeritate præsumptã, cum de priori nostrum deberet expectare iudiciũ, antequã procederet ad secundã, duximus irritãdam, in pœnam interdicentes eidem contradictionis vocem, in primo consensu capitulo permanente.

Electionem autem Archipresbyteri (quamuis laudabile testimoniũ perhibeatur de ipso) iustitia exigẽte cassauimus, tũ quia corpori dicti Episcopi nondum tradito sepulturę habuerunt de ipsa electione tractatũ cõtra canonicas sanctiones, tũ quia inuẽtus est H. fuisse cõtẽptus licet vnus solus extiterit Cũ plus in talibus cõsueuerit cõtẽptus vnius obesse, quã multorũ cõtradictio in præsẽti. Nec prædicta debet dici citatio valuisse, quia cũ Episcopi mortẽ præuenerũt, temeraria nimis extitit, ideo non potuit arcere citatum.

79. dist. ca. Nullus pontifice.

Idem.

Non monachum non posse in regularem prælatum eligi.

Constit. LIIII.

Extra li. 1. tit. 6. de electione. c. Cum ad nostram.

CVm ad nostram notitiã peruenisset, quod H. qui se pro Abbate Lexouiẽ. gerebat, non fuit ante monachus, quàm electus.

Nos attendentes quod contra regulares traditiones illud fuerat attentatum, cum nullam spem, vel promissionem habens vt Abbas fiat, debeat monachari, electionem de ipso factam curauimus reiterare.

Idem Magistro Ca. presbytero Cardinali, sedis apostolicæ Legato.

In abbatem eligi non potest, nisi instructus in regula monachali.

Extra li. 1. tit. 6. de electione & electi potesta. cap. Cum in magistrum. 8. quæst. 1. cap. sunt in eccle sia Infra eodem constitu. proxima.

OFficij tui. Et infrà. Sanè nobis tuis literis intimastis, quod cum monasterium quoddam positum in medio nationis peruersæ, Pastore careret: monachi de electione abbatis tractantes, cum non possent sui ordinis idoneam inuenire personam, in quendam virum nobilem oculos direxerunt, per quem poterant melius defensari,& patrem adierunt ipsius humiliter postulantes, quod filium suum induceret, vt habitum susciperet monachalem, nullam patri de ipsius promotione fiduciam tribuentes: & pater ad hoc induxit filium prouidum & discretum, qui effectus monachus fuit in abbatem electus, cuius electio extitit per rectorem Mesanen. Apostolicę sedis Legatum, qui omnibus prędictis interfuit, confirmata. Cum autem idem sit paratus purgare se, quod nulla fuit ad hoc ambitione inductus, postulas edoceri, vtrum dictus Legatus electionẽ confirmare, vel dispensare potuit, vel quod factum est, stare possit: & vtrum electione cassata iterum valeat eligi in abbatem.

Extra li. 1. tit. 6. de electione. Officii tui.

Nos autem consultationi tuæ respondemus, quod cum ex his quæ incõtinẽti subsecuta sunt, ostendatur, quod talis taliter non possit eligi in Abbatem, Maximè

31. quæst. 1. cap. si quis.

ximè pro eo, quod antequã esset discipulus, voluit esse magister, electionẽ illã irritã esse decreuimus & inanẽ. Verũ postquã fuerit in regula cõpetẽter instructus (si vrgẽs necessitas & euidẽs vtilitas ipsius monasterij postulauerit) purgatione recepta poterit ĩ Abbatẽ assumi, ne monasterũ opprimatur ĩ cursibus malignorũ.

Idem.

Electio alias canonica cõfirmatur, licet quidam eligentium essent minori excommunicatione legati.

Constit. Lvj.

Extra li. 1. tit. 6. de electione. c. Illa quotidiana. Infra lib. 2. Constitu. A nobis.

ILla quotidiana institãa. Et ĩstrà. Quia pro certo didicimus electionẽ canonicã extitisse, ipsã authoritate Apostolica duximus cõfirmãdam, suppletes de plenitudine potestatis, si quis in ea ex eo fuisset defectus, q̃ q.dã interfuerũt electioni eiusdẽ q̃ ex sola participatione sĩplicis excommunicationis laqueum inciderunt.

Idem Magistro Maximo, apostolicæ sedis notario.

Si postulatio cum electione conuenit, & numerus postulantium est duplo maior, & postulatus est idoneus, postulatio admittitur, reiecta electione. Si vero indignus, & hoc maior pars postulantium ignorauerit, postulatio & electio reprobantur. Si vero sciebant, & electus est idoneus, confirmatur electio, & idem, si numerus postulantium non est duplo maior.

Constit. Lvij.

Extra li. 1. tit. 6. de electione, c. scriptum est. A-poc. 4.

SCriptũ est ĩ Apocalypsi Ioãnis, quod in medio & in circuitu sedis erãt quatuor animalia. Et infrà. Sanè ad hãc Ecclesiã, scilicet Cõstantinopolitanã, duo animalia sunt vocata, vtinã plena oculis, & alias habẽtia senas videlicet Eradiuẽ. Archiepiscopus, & Plebanus S. Pauli de Venetijs, sicut p̃ procuratores tã postulantiũ Archiepiscopum quàm eligẽtiũ plebanũ sunt propositum coram nobis. Et infrà.

Verum quia de his quæ per assertionem partium in iudicium deducta fuerant, nobis non potuit fieri plena fides, quamuis super his, quæ de numero dicta sunt postulantium, per quoddam instrumentum publicum, nec non confessionem procuratoris aduersæ partis in iudicio factã, sed postea reuocatã, pars altera assereret suã intẽrionẽ esse fundata, causã discretioni tuæ duximus committẽdam.

Per Apostolica scripta mandantes, quatenus super his & alijs inquiras diligẽtissimè veritatem, de meritis electi & postulati apud Venetias, vbi nati fuerunt, & diutius conuersati. De studiis autem eligentium & postulãtium, & omnibus generaliter quæ causam possunt instruere, apud Constantinopolim, vbi huiusmodi postulatio, & electio celebrate fuerunt. Et si partes consenserint, procedas hoc modo: vt si constiterit de mutuo cõsensu, quod ad electionem Patriarchæ vii. admitterentur Præpositi, siue per seipsos siue per alios, & duo alii ex parte vniuersitatis pro cæteris conuentualium ecclesiarum prælatis, totq̃ tunc temporis conuentualet ecclesias habuisse prælatos, quod cum vii. præpositis, & ix. Canonicis, quos quidem canonicos constat in postulatione præfati Archiepiscopi conuenisse, duplo maiorem facerent numerum, quàm xvi. electores plebani, tu vice nostra postulationem admittas: nisi probatum fuerit postulato aliquid obuiare de canonicis institutis, q̃ promotionem ipsius debeat impedire, ac (plebani electione cassata) ipsum Archiepiscopũ absoluas à vinculo, quo Eradiẽsi ecclesiæ tenetur, concedendo ipsum Cõstantinopolitanæ ecclesiæ in Pastorem. 22. dist. ca. Illud.

Quod si ad faciẽdũ duplo maiorẽ numerũ simul omnes prædicti minimè sufficerẽt, siue dignus siue indignus fuerit postulatus: tu (postulatione repulsa) electionẽ Plebani authoritate nostra cõfirmes, dũmodo nihil obsistat eidem quod ipsum tãto Præsulatu reddat indignum.

Si vero numerus postulantium inuentus fueris duplo maior, quemadmodum prædictum est, & persona postulata reperta fuerit indigna: Tu tam postulationem,

nem, quam electionem non differas reprobare. Nisi forsan omnes aut maior pars postulatium præsumptione damnabili postulauerint scienter indignum, vt hac vice merito debeat eligendi seu postulādi potestate priuari. Et hoc quoque casu electionem confirmes, si eam de persona idonea constiterat celebratam.

DE TRANSLATIONE EPISCOPORVM.

INNOCENTIVS PAPA III. Patriarchæ Antiocheno.

Patriarcha, qui confirmatum in Archiepiscopum transfert ad sedē Episcopalem, ab episcoporum confirmatione suspenditur.

Constit. LVIII.

Extra li. 1. tit. 7. de translatione episcopi, cap. Cum ex illo. 21 dist. ca. Præceptis 21 dist. ca. innouo. & cap. Quamuis. 3 quæst. 6. cap. Quānis. 7. quæst. 1. ca. Tēporis qua le. 2 quæst. 7. cap. Quapropter.

VVm ex illo generali priuilegio, quod beato Petro & per eum ecclesiæ Rom. Dominus noster indulsit, canonica postmodū manauerint institutа, cōtinentia maiores ecclesiæ causas ad Apostolicā sedem perferēdas, ac p hoc translationes Episcoporū ac sedium mutationes ad summū Apostolicæ sedis antistitē de iure pertineant, nec super his quicquā præter eius assensum debeat immutari: miramur quod L. Apaniensem electum in Tripolitanam ecclesiam transtulisti, & nouo quodam mutationis genere paruificasti maiorem, & magnum quodammodo minorasti episcopare Archiepiscopum, imo potius dearchiepiscopare præsumens.

Licēter enim dictus L. nōdū fuisset in Archiepiscopū cōsecratus, cōfirmationis tamen munus receperat, & Archiepiscopalia (quantū ei licuit) ministrarat, sicut nobis ipsius relatione innotuit, qui se Valinen. Episcopum asseruit confirmasse.

Ne igitur perpetrandi similia cæteris audacia tribuatur, te ab episcoporum confirmatione duximus suspendendum.

Idem Decano & Capitulo Andegauensi.

Electos in Episcopos & confirmatos transferre potest solus Papa.

Constit. LIX.

Extra li. 1. tit. 7. de Translatione episcopi. ca. Inter corporalia 15. quæst. 7 cap. vltimo Infra eode, constitu. proxima 3. quæst. 6. c. Quanuis Mat. 19. 33. quæstio. 2 ca. an quod in.

INter corporalia & spiritualia eā cognouimus differētiā, quod corporalia facilius destruūtur, quā cōstruātur. Spiritualia verò facilius cōstruuntur, quā destruantur. Vnde iuxta canonicas sanctiones Episcopus solus honorē dare potest, solus auferre nō potest. Episcopi quoq; à Metropolitanis suis munus cōsecrationis accipiūr, qui tamē nō possūt nisi per Romanū Pōtificē cōdemnari. Cum ergo fortius sit spirituale vinculū, quàm carnale, dubitari nō debet, quin omnipotens Deus spirituale cōiungiū, quod est inter Episcopū & ecclesiā, suo tantū iudicio reseruauerit dissoluēdum: qui dissolutionem etiā carnalis coniugij (quod est inter virū & fœminam) suo tantū iudicio reseruauit, præcipiens, vt quos Deus coniūxit, homo nō separet. Nō enim humana, sed potius diuina potestate coniūgiū spirituale dissoluitur, cū per trāslationē, dispositionē, aut cessionē authoritate Romani Pōtificis (quē cōstat esse vicarium Iesu Christi) Episcopus ab ecclesia remouetur. Et ideo tria hæc quæ præmisimus, nō tā cōstitutione canonica quā institutione diuina soli sūt Rom. Pō. reseruata.

Sicut autē Episcopus consecratus, sine licētia Ro. Pōt. nō debet suā derelinquere ecclesiā, sic & electus cō firmatus, cū non debeat in dubiū reuocari, quin post electionē, & cōfirmationē canonicā inter p̄sonas eligētiū & electi coniungiū sit spirituale cōtractū. Cui profectò Episcopalis dignitas nihil addit, cū quis Episcopali p̄ditus dignitate, nullius tamen Ecclesiæ possit esse Episcopus, quemadmodū de illo cōtingit, qui oneri Pōtificali renūciat, nō honori. Vnde quū nō sit maius Vinculū Episcopi ad ecclesiā, quam electi, maximè cū fuerit cōfirmatus, imo idē penitus & nō aliud, idē iuris obtinet ī vtroq;. Sicut ergo Episcoporū translatio, depositio,

sitio,& cessio,sic & electorum post confirmationē (spiritualis coniugij ratione) soli est Roma.Pontifici reseruata Licet vsque ad tēpora ista, ꝙ cautū fuerat de Episcopis,expressum nō fuerat de electis propter expressam tamē similitudinē vel identitatem potius nemini poterat videri dubium subtiliter intuenti, cum de similibus idem iudicium sit habendum.

28. quæ. 1. ca. Sic enim.

Sed neque istud quod in canone legitur de electo,vt si vltra sex mēses per suā negligentiam retinuerit ecclesiam vidua ram,nec ibi,nec alibi donum cōsecrationis accipiat,imò Metropolitani sui cedat iudicio:aliter intelligentibus poterat suffragari, cum non intelligatur ecclesia viduata,qua si sponsum non habeat sed ꝙ sponsus eius nōdū sit consecratus, adhuc quo ad quædam quasi viri maneat solatio destituta. Sicut iuxta cōmunem modum loquendi,illa dicitur ecclesia viduata, quæ licet Episcopum inutilem,tamen perhibetur habere. Nec quod de cessione sub sequitur,& statutum fuit ad pœnam trahi debet ad gratiam:vt sicut Metropolitani iudicio electus deijcitur, ita etiam ad aliam ecclesiam possit transferri, præsertim cū nec sine autho. R.o. Pontifi. fiat cessio,vel deiectio memorata: qui vt hæc posset,ex illo canone Metropolitano indulsit. Vnde si circa translationem idem fieri voluisset, quod de cessione dixerat, de translatione poterat expressisse . Et quod non est sanctorum patrum decretō sancitum, superstitiosis non est adinuentionibus præsumendum: præsertim cum nonnunquam intelligatur prohibitum,quod non inuenitur concessum.

ff. tit. de exceptio. rei iudi. L. Euidenter 2. quæst. 3. ca. Cō- fuluisti.

Sanè quoniam Turonen. Archiepiscopus electū Abricen. per Metropolitanū suum cōfirmatum in ecclesiam vestram (præter authori. sed Ap.) transferre presumpsit,& in Episcopum consecrare quē Rothomagen. Archiepiscopus citra mādatum nostrum absoluit, & ei licentiam tribuit transeundi,predictos archiepiscopos à consecratione , & confirmatione Pontificū, Episcopū verò ab executione pontificalis officij Bituricen. Archiepiscopus iuxta mandati nostri tenorē suspendit.Et quamuis ijdem Archiepiscopi tanquam maiores plus excesserint in præmissis, præfatus verò Episcopus minus, vtpote illorum tanquam maiorem secutus:Nos tamen intellecta eorum cōfessione spōtanea,& supplicatione deuota, veniam errori dedimus. Quia non ex malignitate, sed ex simplicitate pecauerunt. Et quoniam præfatus episcopus,qui minus peccauerat , seuerius fuerat castigatus, reatum suum recognoscens humiliter & deuotè ac misericordiam postulās, & iudicium non requirens,nos intuentes quod licet sibi munus consecrationis impensum,nec prioris ecclesiæ ipsum Pontificem fecerit,nec secundæ, cum ad primam non fuerit consecratus, & ad secundam(priori vinculo perdurante)non potuerit canonicè cōsecrari,adhuc coniugaliter alteri alligatus,ei tam à vinculo prioris ecclesiæ , quam à pœna suspensionis penitus absoluto de benignitate sedis Apostolicæ duximus concedendum, vt priori cōsensu hactenus perdurāte,Andegauensem ecclesiam studeat gubernare.

40. dist. ca. Homo Christianus.

Infra eodem lib. Constit. Cūsuper.

Idem Episcopo & Petro Scolastico Moguntino.

Episcopus,qui propria authoritate de sua ecclesia se trāsfert ad aliā,carebit vtraque.

Constitutio Lx.

QVātò personā Hildesenēsis Episcopi. Et infrà. Ipse verò relicta Hildesenēsi ecclesia ad Heribipolēsem ecclesiā authoritate ꝓpria se trāstulit:Nō attēdēs quod veritas i euāgelio ꝓtestatur:Quos Deus coniunxit , homo non separet. Et potestatem transferendi Pontifices ita sibi retinuit Dominus & magister , quod soli Petro vicario suo, & ꝙ ipsum successoribus suis speciali priuilegio tribuit & cōcessit : Sicut testatur antiquitas , cui decreta patrum sanxerunt reuerentiam exhibendam,& euidenter asserunt sacrorum canonum sanctiones.Non enim homo, sed Deus separat,quos R.o. Pont.(qui non puri hominis,sed veri Dei vicem gerit in terris)ecclesiarū necessitate,vel vtilitate pensata,non humana , sed potius diuina authoritate dissoluit.Et infrà.

Matt. 19 33. quæst. 2. ca. Quos Deus. 25 quæst. 1. ca. Cōtra statuta. C. de sum ma Tri, L. 1.

Ne

23. quæſt. 4. ca. Eſt iniuſta.

Ne autem facti peruerſitas tranſeat præſumptoribus in exemplũ (quod quidem ſi verum eſt, non poteſt non eſſe notorium) ſibi præcipimus, vt adminiſtrationem Herbipolenſis eccleſiæ penitus derelinquat. Et infrà.

Supra eodem conſtit. proxima.

Cæterum quoniam Herbipolenſis eccleſiæ canonici vota ſua in ipſum prorſus illicitè contulerunt, volentes (ſicut dignum eſt) vt in eo puniantur, in quo pecauerunt, eligendi eos hac vice ſuſpendimus poteſtate. Et infrà.

1. Cor. 7.

Quia verò Hildeſen. eccleſiam cui fuerat alligatus, vnde (ſecundum Apoſtolum) ſolutionem quærere non debebat, nimis improbè dereliquit, ne ad ipſam redeat vlterius, diſtrictus prohibemus, cũ ſecundum traditiones canonicas, qui ad maiorem plebem ſe tranſtulerit, cathedra repelli debeat aliena, & carere propria, vt nec illis præſidat quos per ſuperbiam ſpreuit, nec illis quos per auaritiam concupiuit.

7. quæſt. ca. si quis Epiſcopus.

Idem Epiſcopo Bambergenſi & Scholaſtico Mogunt.

Solus Papa tranſfert Epiſcopos, & indulgentia per eum ſuper tali tranſlatione conceſſa ad literam ſeruanda eſt.

Conſtitutio Lxij.

Extra li. 1. tit. 7. de Tranſlatione epiſcopo. cap. Licet tantum. Matt. 19

Licet in tantum. Et infrà. Sicut legitimi matrimonij vinculum, quod eſt inter virum & vxorem, homo diſſoluere nequit, domino dicente in euangelio, quos Deus coniunxit, homo non ſeparet: ſic & ſpirituale fœdus coniungij, quod eſt inter Epiſcopum & eccleſiam, quod in electione initiatum, ratum in cõfirmatione, & in conſecratione intelligitur conſummatum, ſine illius authoritate ſolui non poteſt, qui ſucceſſor eſt Petri, & vicarius Ieſu Chriſti.

Hoc autem C. non attendens quondam Hildeſenenſis epiſcopus, ad Herbipolenſem eccleſiam propria temeritate tranſiuit. Et infrà.

Nec illa predeceſſoris noſtri indulgentia præſumptionem excuſat ipſius, ſed ambitionem accuſat, cum in ea ſit expreſſum, quod ſi ad maiorem vocaretur forſitan dignitatem, eam ſibi liceret aſſumere, dum tamen nihil ei de ſtatutis canonicis obuiaret. Vnde licet forſitan aliquibus videatur, vt indulgentiæ occaſione ipſius ad dignitatem poſſi tranſire maiorem, ad parem tamen ipſi tranſire non licuit, cum in maiori dignitate propter maiorem vtilitatem facilius ſoleat diſpenſari. Præterea cum poſtulatio ſicut & electio examinari ſoleat diligenter, & tenor illius indulgentiæ, non ſolum videatur poſtulationis examinationem, ſed perſonæ etiam reſeruare, ſubiungens dummodo nihil de canonicis obuiet inſtitutis, antequam per eum poſtulatio examinata fuiſſet, cui fuerat facienda, nulla ratione debuerat tranſiſſe.

93. diſt. ca. Legimus in fine.

DE AVTHORITATE ET VSV PALLII IN Eccleſia orthodoxa.

INNOCENTIVS PAPA III C. Presbytero Cardinali, Apoſtolicæ ſedis Legato.

Per Pallium confertur plenitudo põtificalis officii, & nomen Archiepiſcopale.

Conſtit. Lxiij

Extra li. 1. tit. 8. de auto & vſu pallii ca. Niſi ſpecialis.

Iſi ſpecialis dilectio illa. Et infià. Sanè ſi poſtulatio Troianenſis Epiſcopi ad Panormitanam eccleſiam fuiſſet per nos etiam approbata, non tamen deberet ſe Archiepiſcopũ appellare, priuſquam à nobis pallium ſuſcepiſſet, in quo Pontificalis officij plenitudo cum Archiepiſcopalis nomĩis appellatione cõfertur.

Tu ergo quod factum eſt, ſic ſtudeas palliare, vt id in confuſionem tuã, & ſedis Apoſtolicæ opprobrium nõ redũdet.

Quoniam ſi oporteat vt nos, vel tu ex hoc negocio confundamur, eligemus potius te confundi, quàm lædamus ſedis Apoſtolicæ dignitatem.

Idem.

Idem.

Romanus Pontifex semper, & vbique vti tur pallio, alij in Ecclesiis suis, & certis diebus tantum.

Constitutio lxiii.

Extra lib. 1. tit. 8. de aut. et vsu pallij cap. Ad honorem. 2. q. 6. c. Qui se.

AD honorem Dei. Et infra. Sanè solus Romanus Pontifex in Missarum solennitis pallio semper vti tur, & vbique, quoniam assumptus est in plenitudinem ecclesiasticæ po testatis, quæ per pallium significa tur.

Alii autem eo, nec semper, nec vbi qi, sed in ecclesia sua, in qua iurisdictionē ecclesiasticam acceperunt, certis debent vti diebus.

Quoniam vocati sunt in partem solicitudinis, non in plenitudinem potestatis.

Idem Compostellano Archiepiscopo.

Archiepiscopus extra suam prouinciam pallio vti non potest, etiamsi hoc habeat consuetudo.

Constitutio lxiiii.

Extra lib. 1. tit. 8. de auto. et usu pallij c. Ex tuarum.

EX tuarum tenore literarum accepimus, quod cum fuerit in concessione pallii tibi dictum, vt ipso infrà Ecclesiam tuam veteris, & tibi pro Ecclesiæ tuę negociis frequenter, extra tuam prouinciam commoranti, verecundum sit, absque pallio ministrare, (cum consuetudo sit in Hispania generalis, quod Archiepiscopi, extra suas prouincias pallio indifferenter vtantur) vt extra tuam prouinciam vti pallio valeas indulgeri tibi à sede Apostolica postulasti.

Licet autem talis consuetudo dicenda sit potius corruptela: nos tamen de speciali gratia indulgemus tibi, vt si necessitate aliqua præpeditus ad ecclesiam tibi subiectam accedere fortè nequiueris, pro consecrandis suffraganeis tuis, vel clericis ordinandis, & ad ecclesiam alienam propter hoc te contigerit declinare (dummodo is ad quem ecclesia pertinet, id permittat) vtendi pallio in iam dictis casibus liberam habeas facultatem.

Idem.

In qualibet Ecclesia suæ prouinciæ permissis diebus, Archiepiscopus missam celebrans vti pallio potest.

Constitutio. lxv.

Ibid. ca. 1. Cum sis.

CVm sis. Et infrà. Vbicunque fueris in Missarum celebrationibus constitutus, diebus solennibus vsum pallii, (per quod plenitudo Pontificii designatur,) poteris liberius exercere.

DE RENVNTIATIONE IN ECCLESIA Orthodoxa.

INNOCENTIVS PAPA III. Nidrosinensi Archiepiscopo.

Renunciatio beneficij facta in manibus laici non tenet, renuncians tamen est beneficio spoliandus.

Constitutio lxvi.

Extra lib. 1. tit. 9. de renunciat. c. Quod in.

QVod in dubiis. Et infrà. Hi prætera, qui beneficium ecclesiasticum sibi collatum sponte in manum laicam resignantes, illud denuo à laico susceperunt, eodem sunt beneficio spoliandi: licet resignatio talium facta laicum nullam obtineat firmitatem.

Idem Archiepiscopo Eboracensi.

Papa concedit licentiam cedendi Episcopo, qui sine mortis periculo in Ecclesia sua morari non potest.

Constitutio lxvii.

Ibi.ca. Ad supplicatio nē.74 dist. c. Quorundā.93.dist. c.Diaconi.

AD supplicationem Ragusiensis Archiepiscopi, eum à cura, qua tenebatur Ecclesię Ragusiensi, duximus absoluendum, eò q̄ non poterat ibi securè morari, & si accessum haberet ad illā, mortis sibi periculū imminebat. Et infrà. Ne ergo idem in vituperium ministerii nostri defectū in rebus temporalibus patiatur, mandamus, quatenus beneficium (quod de liberalitate regia ac concessione tua, in episcopatu Carleoli, & Ecclesia de Malebron est illi collatū) ad sustentationem conserues ipsius.

7.q.1. ca. Quamuis triste.

Cui concessimus, vt in ipso Episcopatu absq; vsu Pallii officiū episcopale valeat exercere, tibi tāquā Metropolitano reuerentiā & obedientiam impensurus.

Idem Episcopo Arelatensi.

Ponit sex causas, ex quibus Episcopi possunt petere, & Papa consueuit concedere cedendi licentiam, qua his versibus comprehendi possunt.

Debilis, ignarus, male conscius, irregularis.
Quem malè plebs odit, dans scandala, cedere possit.

Constitutio lxviii.

Ibidem ca. Nisi cum.

NIsi cum pridem. Et infrà. Si in huiusmodi cessione frugem tibi melioris vitæ promittis, scire debes te, non esse sanctificato in vtero sanctiorem, & ideo non oportet te p̄dicationis iā susceptæ deserere ministeriū, cū ille cuius fieri baiulus recusabat, tādem prædicandū receperit verbū Dei. Quod si forsan humilitatis causa de culmine quæris Pontificali descendere, eo ipso humilitatis videris erigere malè verticem, quod te nimis in resignādi proposito exhibes pertinacem, quia tunc in te veram humilitatem custodies, cum & per eam locum sublimen fugies, & per obedientiam nō dimittes.

Mat.1. Luc. 3.

Intueri te itaque volumus, quod hæc sunt illa, per quæ cedendi Episcopus licentiam potest postulare: Conscientia criminis, debilitas corporis, defect⁹ sciētię, malitia plebis, graue scandalum, irregularitasque personæ. Sed in his omnibus est obseruanda cautela. Propter conscientiam enim criminis, cedēdi potest licentia postulari, & forsitan non cuiuslibet, sed dūtaxat illius, propter quod ipsius officii executio post peractam pœnitentiam impeditur: cū si omnes quos arguit conscientia cuiuslibet culpæ cederent, pauci vel nulli in illo ministerio remanerent. Et infrà.

81.dist.ca. Apostolus.

Alia verò causa est, debilitas corporis, quæ vel ex infirmitate, vel ex senectute procedit: nec tamen omnis, sed illa solummodo, per quam impotēs redditur ad exequendū officium pastorale. Nam si pro qualibet corporali debilitate susceptæ seruitutis officium posset deseri, frustra fateretur se Apostolus in suis infirmitatibus gloriari: cum interdum non plus hortetur senilis debilitas aliquem cedere, quàm mortalis maturitas, (quæ in senibus esse solet) ipsum in suo officio suadet permanere. Pro talibus enim de se dicit Apostolus: Cum infirmor, tunc fortior sum. Quia nonnunquam corporis infirmitas fortitudinem cordis augmentat.

2.Cor.12. Ibidē. Extra li.1.ti. 9.de renū. ca.literas. 38.dist.c. vlt.38.di. per totum. 86.dist.ca. fratrem mstrum. Oseæ 4.38 dist. c. Omnes psallentes.

Pro defectu quoque scientiæ plerunque potest quis petere cessionem. Quia cum ipsa circa spiritualium administrationem sit potissimum necessaria, & circa curam temporalium opportuna, præsul qui commissam sibi debet. Ecclesiam regere in vtrisque, salubriter ei renunciat, si scientiā (in qua ipsam regat) ignorat: Tu.n. (inquit dominus) scientiā repulisti, & ego te repellam, ne sacerdotio fungaris mihi. Quamquam etsi desideranda sit eminens scientia in Pastore, in eo tamen sit competens tolerāda. Quia, secundum Apostolum, scientia inflat, charitas autem ædificat. Et ideo imperfectum

1.Cor.8. Supra eo. con.

Plitutione. Cum vobis olim.

fectum scientiæ potest supplere perfectio charitatis.

Propter malitiam autē plebis cogitur interdum prælatus ab ipsius regimine declinare, quando plebs adeo duræ ceruicis existit, vt proficere nequeat apud ipsam, sed propter eius duritiam, quò magis fatagit, eò magis iusto iudicio deficere permittatur, dicēte domino per Prophetam: Linguam tuam adhærere faciam palato tuo, quia domus exasperans est. Et Apostoli leguntur dixisse Iudæis: Ecce conuertimur ad gentes, quia verbo Dei indignos vos fecistis. Non tamen pro qualibet culpa debet Pastor gregē deserere, ne mercenario comparetur, qui videt lupū venientem, & dimittit oues, & fugit: sed de superioris licentia, tunc demum potest non tam timidè fugere, quàm prouidè declinare, quum oues conuertuntur in lupos, & qui debuerant humiliter obedire, iam irreuocabiliter contradicunt. Quum etsi tales sint pro crimine grauiter puniendi, sunt tamen pro tempore vtiliter tolerandi: quia sanguinem elicit, qui nimis emungit.

Ezech. 3.
Act. 13.
Ioan. 10.
23. quæst. 1. c. Tres personæ.
23. quæst. 4. c. Ne admisso. Prouer. 9.

Pro graui quoque scandalo euitando, (quum aliter sedari nō potest) licet Episcopo petere cessionem, ne plus tēporalem honorem, quàm æternam videatur affectare salutem: memor illius quod dicit Apostolus: Si esca scandalizauerit fratrem meum, non manducabo carnem in æternum. Sed inter scandalum & scandalum est subtiliter destinguendum, sicut dominus ipse distinxit: cui quum dixissent apostoli: Scis, quia Pharisæi audito hoc verbo scandalizantur? Respondit: Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum. Alibi verò dixit: Qui scādalizauerit vnū de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei, vt suspēdatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Personæ verò irregularitas (vt si fortè sit bigamus, vel viduæ maritus) est causa propter quam petere potest licentiam aliquis resignandi, attestante Apostolo, quid dicit: Oportet Episcopum esse vnius vxoris virum. Non tamen propter quamlibet irregularitatem personæ debet ei qui regulariter ministrauit, cedendi licentia indulgeri, vtpote si de legitimo matrimonio non sit natus: quia licet irregularitatem huiusmodi non potuerit lubricere, si tamen & culpa latet & causa, cū eo qui laudabiliter suum implcuit officium (iniuncta sibi pœnitentia competenti) potest non minus vtiliter, quàm misericorditer dispensari. Ego sum (inquit Deus) zelotes, vindicans peccata patrum in filios, & vsq; in tertiam & quartam generationem, in his qui oderunt me, id est, in illis qui contra me paternum odiū imitantur. Vnde patet, quod illis qui paterna vitia non sequuntur propriæ possunt in talibus suffragari virtutes illo discretionis adhibito moderamine, vt inter nothos & manzeres, naturales & spurios distinguatur. Et infrà.

1. Cor. 8.
Matt. 15
Matt. 18
Tim. 3.
Exod. 20.

Verùm si propter alias causas cessionem affectes, non est in hoc tibi postulanti fauendum, quum huiusmodi postulatio videatur non esse discreta, quoniam (vt id tanquam notissimum omittamus, quod ociositas & voluptas arma sunt hostis antiqui, ad miseras animas captiuandas) propter laboris āgustias aut persecutionis incursus non debes deserere sponsam tuam, cui defigendo manum apud extraneum te fide media copulasti: sciens, quod beati sunt isti, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniā cum probati fuerint, accipient coronam vitæ, quam repromisit Deus diligētibus se. Sed dices: Spiritus vbi vult spirat, & nescis vnde veniat, aut quò vadat, & ideo non est, qui possit vias illius spiritus perscrutari. Qui verò spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege: quoniam vbi spiritus Dei, ibi libertas. Quare si cedēdi tibi licētia data ab homine non fuerit, nihilominus tamē cedes: quia data est tibi libertas cedēdi à Deo. Certè desipis si sic sapis. Nā quomodo spiritu Dei agitur, qui contra spiritū Dei agit? Si enim vera sunt quæ præmisimus, (imò quia indubitanter sūt vera) procul dubio cōtra spiritū Dei agit, qui aliquid contra veritatem attentat, quoniam ipse est spiritus veritatis. Porrò, si dicas, quod forsan alia est causa latēs, propter quam cedendi voluntas tibi cœlitus inspiratur: & nos siquidem respon-

Matt. 5
Luc. 1.
Ioan. 3.
Ioan. 10

demus: Tu quomodo scis, quod talis impatio sit cælestis? Nòn ne recolis, quid ille glorioſus Pontifex dixit, quum cepiſſet viribus corporis repetè deſtitui: Domine, ſi ad huc populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo laborē? Fiat volūtas tua: illius exemplum ſecutus, qui dixit: Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. Manere autem in carne, neceſſarium eſt propter vos. Et infrà.

Phil 1.

Quippe ſi quantocūque virtutum flore refulgeas, & in te non habeas charitatem, nihil te comprobaris habere. Nulla ſiquidem maior poterit eſſe charitas, quā vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Quum autem propter hanc te deceat animam tuam pro ſubditis tuis ponere, nulla occaſione (dummodo proficere illis poſſis, etſi non omnibus, tamen multis) ab eorum regimine te conuenit excuſare: quoniam ſi laboris cauſam prætendis, exēplum te Apoſtoli ſubleuabit, qui ſuadet tibi laborem huiuſmodi non refugere, dum ſe aſſerit pro communi ſalute plus cæteris laborāſſe: quia licet non ſemper ſequatur labōrem effectus, nihilominus tamen ipſe labor eſt meritorius apud Deum, iuxta quod legitur: Reddet Deus mercedem laborum ſanctorum ſuorum. Et infrà.

Ioan. 15. 7. quæ. 1. fere per totum. 1 Cor. 15 24. quæſtio. 4. c. Quis noſtram. 10. Luc. 10.

Nec putes quod ideo Martha malam partem elegerit, quæ circa plurima ſatagebat, quia Maria optimam partē elegit, quæ non auferetur ab ea: quoniam licet illa ſit magis ſecura, iſta tamen eſt magis fructifera. Et licet illa ſit magis ſuauis, hæc tamen magis vtilis, quum in fœcunditate ſobolis lippitudo Liæ, Rachaelis pulchritudini ſit prælata: quamuis ſimul in vnum & cōtemplatiuus eſſe valeas & actiuus, legiſlatoris exēplo, qui nunc aſcēdebat in montem, vt ibi gloriam domini cum maiori cerneret libertate: nunc verò deſcēdebat in caſtra, vt cū vtilitate maiori neceſſitatibus populi prouideret. Quapropter facilius indulgetur, vt aſcendat monachus ad præſulatum, quàm præſul ad monachatum deſcendat. Et infrà.

De pœnitentia. di ſtin. 7. c. vltimo. Gen. 29. Exod. 24.

Monemus itaque vt laborem paſtoralis regiminis non recuſes, nec forta ſſis ad pedes ſuos cum Maria ſperneret te accipere, qui ſibi apud te diuertenti ſpreuiſſe cum Martha ſolicita miniſtrare. Et infrà. Quia verò in poſtulando cedendi licentiā inſtitiſti, tibi te duximus relinquēdum vt diſtinctis cauſis propter quas cedere oporteat, ſi propter aliquā cauſam vtilē & honeſtā in huiuſmodi propoſito pſeueres, de licentia noſtra cedas: alioquin cedē di licētiā authoritate apoſtolica tibi ſcias eſſe penitus interdictam: quoniam ſi pennas habeas quibus ſatagas in ſolitudinem aduolare, ita tamen ſtrictæ ſunt nexibus præceptorum, vt liberum nō habeas (abſque noſtra permiſſione) volatum.

dem Epiſcopo Fauentino, in Archiepiſcopum Rauēnatenſem electo.

Epiſcopus qui propter crimen renunciauit epiſcopatui, & ad religionem tranſiuit, ad epiſcopatum reaſſumi non poteſt, ſecus ſi renunciauerit propter perſecutionem, infirmitatem, defectum ſcientiæ, ſimoniam, ipſo ignorante commiſſam, vel aliam ſimilem cauſam.

Conſtitutio lxx.

POſt trāslationē tuā ad Eccleſiam Rauēnatenſem, cum Præpoſitus & Canonici Fauentinenſes in eorum Canonicū liberam eligendi authoritatē vnanimiter cōtuliſſent, ipſe I. ſancti Fridiani Lucanēſem Canonicum olim Epiſcopum Sartanenſem, in Fauentinenſem Epiſcopum poſtulādū ejegit. Porrò à ſancti Fridiani priore ſuper hoc requiſito, & obtento cōſenſu, Præpoſitus & alij poſtulationē eā dē approbari à nobis humiliter petierūt.

Ibid. cap. Poſt trāſlatio.

Verū poſtulationi huiuſmodi videbatur cōcilij Cōſtātinopolitani Capitulum obuiare, in quo ſtatutū eſt, vt quicūque de Pōtificali dignitate ad monachorū vitā & pœnitētię locū deſcēderit, nequaquā vlterius ad pōtificatū reſurgat. Vnde cōtra dictū cōciliū (quū ſit vnū ex quatuor principalibus, quæ ſicut quatuor Euāgelia Eccleſia Catholica veneratur) nullatenus videbatur eorū poſtulatio admittēda Cæterū ſpeciales quidā caſus inueniūtur, in

7. queſt. 1. ca. Hoc nequaquam. 15. diſt. ca. ſicut ſanctis.

In quibus(prædicto concilio nō obstāte) is qui vitā monachalē elegit, rursum licitè potest ad episcopatum assumi. Si enim quisquā persecutionis rabie sæuiente, vel præpedīte ualitudine corporis, quū pro ficere nequeat in regimine pastorali, de superioris authoritate admonasticā vitā descēdat: persecutionis vel ægritudinis impedimēto cessante, ad Episcopalē poterit
Luc.6. resurgere dignitatē. Itē, si quis propter litteraturæ defectū (ne tanquā cæcus cæco du catū præbeat) locū regiminis authoritate Apostolica deserēde ad ociū se cōtulerit monachale, ac per exercitiū lectionis sciētiæ reperit margaritā, proculdubio poterit denuò vocatus à domino cathedrā reascēderi pastoralē. Rursus, si quis cupiditate parentū (eo tamē penitus ignorante) fuerit episcopatū adeptus, & hoc cōperto episcopatū de licētia superioris dimittens obseruantiā elegerit regularē, etsi ad episcopatū eundē redire postmodū nequeat, iuxta canonicas sanctiones, ad aliū tamē
7.quæst. 1.c. Præsentium. poterit licitè reassumi. Quanquā autē in his & consimilibus casibus is qui episcopatu dimissō monasticam vitā elegit, resurgere valeat ad officiū pastorale, nihil tamē in his contra præscriptū intelligitur cōciliū attētari, quod in eo loquitur casu, quū propter aliquod crimen episcopatū quis deserēs, ad vitā monasticam pœnitētiæ causa descēdit. Vnde quidā in eo casu loqui dixerūt capitulū supradictū, quū qs pro crimine, de quo conuictus fuerat vel confessus, ab episcopali dignitate depositus in monasterio extitit ad pœnitentiam agendam inclusus: vel cum aliquis propter graue crimē, pro quo episcopatū retinens pœnitentiam dignè agere non va-
1.quæst. 1.cap. Si quis neque. lebat, cedendi obtenta licentia vitam monachalē elegit. Alijs asserentibus sic intelligendū esse capitulū antedictum, vt per
7.quæst. 1.c. Quā periculosum. se resurgere nequeat, id est, repetere quasi debitum, quod tali modo dimisit: quāquam eligi possit, præsertim si locum tantum & non ordinem resignauit.

Quum ergo nobis cōstare nequiuerit ob quam causam predictus I. episcopatui olim cesserit, mandamus quatenus, si tibi cōstiterit, quod propter aliquam ex præmissis causis, seu consimilibus idē I. episcopatui cesserit memorato, tu authoritate nostra (dūmodo necessitas vel vtilitas id exposcat) licētiā ei tribuas ascēdēdi ad regimē Ecclesiæ Fauentinēsis, maximè si veritate subnititur, quod dictus I. loco tātūmodò cesserit memorato, & nō ordini, vel etiā dignitati. Tūc enim esset vehemētissimè præsumēdū, quod nō propter crimē aliquod ab ipso cōmissum, sed causa pœnitentiæ ad vitam migrauerat regularem: præsertim cum apostolica sedes post cessionem multo minus quàm antea permisisset eidem tali crimine irretito in pontificali ordine ministrare: alioquin (quum durum nimis extiterit cōtra tam solenne concilium huiusmodi postulationem ad mittere) Præposito & Canonicis memoratis iniungas, vt aliam personam sibi idoneam eligant in pastorem.

DE SVPPLENDA NEGLIGENTIA PRAElatorum in Ecclesia catholica.

INNOCENTIVS PAPA III.

Supplet superior inferioris negligentiam in beneficiis conferendis, si tempus Lateranensis concilii lapsum sit, & collatio per inferiorem postea facta non valet.

Constitutio lxxi.

Licet magister H. & R. procurator R. de sancto Cadimūdo super Archidiaconatu Richemūdiæ diutius litigauerint coram nobis. Et infrà. *Extra li. 1.tit.10. de supplen. negligentia prælatorum, c.1. Licet. De pœnitentia. dist. 3.cap. Sanè.*

Ne igitur ius nostrū negligere videamur, qui alios in sua iustitia cōfouemus, mandamus, quatenus si vobis constiterit Archidiaconatū Richemundiæ vacasse per annū (tēpore semestri quo vel ad Archiepiscopū vel ad Capitulū donatio pertinebat, nō à vacatione, sed à notitia cōputato) cum pro eo quod Eboracensis Archiepiscopus alium superiorē non habet, ex tunc fuerat ad nos donatio deuoluta, vtrique super eo silentium imponatis.

Idem Magistro P. de Castro nouo, & R. Monacho Fontis frigidi, Apostolicæ sedis Legatis.

Si is, ad quem spectat beneficii collatio, lapso tempore Lateranen. concilii conferat, non valet collatio, nisi de misericordia tolleretur.

Constitutio lxxij.

Ibid. cap. Literas vestras.

LIteras vestræ discretionis accepimus quod cum in quibusdam Ecclesijs legationi vestræ subiectis quædam beneficia & dignitates tanto tempore vacauissent, quod tam prælati, quàm capitula secundùm tenorem Lateranensis concilij essent iure instituendi priuati: postquàm aduertus vester innotuit, in beneficijs illis personas minus idoneas instituere præsumpserunt. Et infrà.

Discretioni ergo vestræ mandamus, quatenus, si beneficia & dignitates nouerit is personis idoneis assignatas, eas de patientia permittatis ab ipsis pacificè possideri, alioquin personas amouentes prorsus ab ipsis, eas de personis idoneis authoritate nostra suffulti non differatis quantotius ordinare.

Idem Episcopo Samorensi.

Is, ad quem primo loco spectabat collatio beneficii, lapso tempore Lateranen. concilii, conferre non poterit.

Constitutio lxxiij.

Ibid. cap. Dilecto filio.

DIlecto filio P. tituli Sancti Marcelli presbytero cardinali S. & R. procuratoribus P. & G. apud sedem apostolicam constitutis, auditore concesso. Et infrà.

Quia nobis constitit à Salamantino decano & eius sequacibus, post elapsum sex mensium spatium, infra quod Episcopus & capitulum (prout communiter spectabat ad eos) procedere ad electionem cantoris neglexerant, electionem supradicti P. minus canonicè celebratam, eandem decernimus irritam & inanem, & appellationem à Decano & suis fautoribus interpositam factum Archiepiscopi (ad quem iam erat eligendi authoritas deuoluta) ne quiuisse aliquatenus impedire. Et infrà.

Mandamus quatenus nisi dicto G. aliquod canonicum obuiet, electionem de ipso factam sublato apostolico obstaculo confirmetis.

DE TEMPORIBVS ORDINATIONVM, ET qualitate ordinandorum.

INNOCENTIVS PAPA III. Abbati & Conuentui Cariloci.

Si Monachus vnius ordinis in secundo ordine, ad quem transiuit, incipit sacerdotium, ad primum ordinem rediens, in eo libere ministrabit.

Constitutio lxxiiij.

Extra li. 1. tit. 11. de temporibus ordinationis.

EX parte vestra nostro fuit apostolatui reseratum, quod quidam monachus vester se ad nigros monachos transferens, & habitum eorum assumens, ad sacerdotij ordinem in ipso habitu est promotus. Vnde quia dubitastis, vtrum in assumpto taliter ordine ministrare debeat.

Mandamus, quatenus (nisi canonicũ aliud obuiet) ipsum monachum officium sacerdotis liberè exequi permittatis.

Idem C. Presbytero Cardinali, apostolicæ sedis Legato.

Si Græcus Episcopo Latino subiectus, ordinatur sine Latini licentia, a Græco interdicitur sibi executio: si verò de licentia, tunc toleratur.

Consti-

Constitutio lxxv.

Ibid. cap. Quod translationem.

QVod translationem pontificis. Et infrà. Consultationi tuæ taliter respondemus, quod cum clericus Græcus Episcopo Latino subiectus à Græco pontifice ordinatur (nisi de mandato vel licētia sui Episcopi fiat) interdicenda est ei ordinis executio sic susceptι, tanquam ab alieno pontifice sine mandato vel licentia sui Episcopi ordinato.

Si verò de mandato vel licentia sui præsulis à Græco pontifice secūdum morem Græcorum fuerit ordinatus, licet cul

19. quæstio. 2. c. Lugdunen.

pandus sit Episcopus Latinus, qui clericos suos à Græco facit antistite ordinari, quandiu tamen talis mos ab Ecclesia toleratur, impediri non debet ab executione ordinum taliter susceptorum.

Idem Mutinensi Episcopo.

Ordinatus a Papa sine licentia Papæ, ad superiores ordines non promouetur.

Constitutio. lxxvi.

Ibid. cap. Cum in.

CVm in distribuendis. Et infrà. Meminimus à nobis fuisse suppliciter postulatum & clementer indultum, vt, quia præfatus A. Ecclesiæ Romanæ subdiaconus erat, mādaremus ipsum per Bonō. episcopum promoueri.

Idem Mutinensi Episcopo, & H. Romanæ Ecclesiæ subdiacono.

Duo sacri ordines non possunt conferri eidem vno die vel duobus, continuato ieiunio.

Constitutio lxxvii.

Ibid. cap. Literas vestras.

LIteras vestras recepimus super inordinata ordinatione Imolen. electi, quem Bonon. episcopus præcedenti sabbato in diaconum, & sequenti die dominico (continuato ieiunio) in presbyterum ordinauit.

In quo quantum vterque deliquerit, euidenter intelligit, qui prudenter attendit. Si enim vtrumque ordinem eodem die conferre illi non licuit, pari non licuit ratione, vnum ordinem vno die, & alium altero (ieiunio continuato) conferri: cum propter continuationem ieiunii fictione canonica, siue mane dominicæ trahatur ad sabbatum, siue vespera sabbati ad diē dominicam referatur, protectò manè cum vespera, seu vespera cum manè ad eundem diem pertinere dicetur. Nam si, quantum ad hunc necessitatis articulum pertinet, manè ad vnum diem, & vespera referatur ad alium, cur esset continuatio ieiunij necessaria, cum & sabbato ante cœnam & dominica ante prandium intelligantur esse ieiuni?

Præfatum itaque Bonon. episcopum (vt puniatur in quo deliquit) à collatione ordinum, diaconii scilicet, & presbyterii, alterum verò ab executione officij sacerdotalis tam diu volumus manere suspensos, donec de illis aliter disponamus.

DE SCRVTINIO IN ORDINATIONIBVS faciendo.

INNOCENTIVS PAPA III.

Episcopus interrogatus in scrutinio episcopi ordinandi, potest respondere illum dignum, si non nouit illum indignum.

Constit. lxxviij.

Extra l. 1. tit. 13. de Scrutinio faciendo. c. Ex parte tua.

EX parte tua fuit propositum. Et infrà. Fraternitati tuæ taliter respondemus, quod cum aliquem in diaconum vel presbyterum promouemus, prior diaconorum, qui nobis assistit, dicit: Postulat sancta mater ecclesia hunc diaconum vel subdiaconū ad onus presbyteratus vel diaconatus assumi. Et nobis interrogātibus, si eū cognouerit esse dignū, idē respōdet, quod (quātū humana

23. quæstio. 3. c. Hoc videtur.

fragilitas nosse sinit) & scit & testificatur illū ad huiusmodi onus officij esse dignū. Vnde in tali respōsione aliquē peccare nō credimus, dūmodo contra conscientiam non loquatur, quia non simpliciter illum asserit esse dignū, sed inquantum humana fragilitas nosse sinit: cum illum quem indignum esse nō nouit, dignum debeat æstimare. Huiusmodi ergo responsione securè vti poteris, nisi fortè de indignitate tibi constiterit consecrandi. Si autē illū indignū esse cognoscis, Metropolitano (priusquā ad huiusmodi scrutiniū veniatur) secretè studeas nūciare vel intimare, quā uis nos interrogationem huiusmodi non in consecratione pontificis, sed in ordinatione diaconi vel presbyteri faciamus.

DE AETATE ET QVALITATE, ET ordine præficiendorum.

INNOCENTIVS PAPA III.

Subdiaconus in Episcopum eligi potest.

Constitutio lxxix.

Extra li. 1. tit. 14. de ætate & qualitate. c. Multis. 60. dist. Nullus

Multis multoties, an subdiaconus in episcopum eligi valeat, hæsitatur. Siquidem Vrbanus Papa primus decreuit, vt nullus in episcopū, nisi in sacris ordinibus religiosè viuens inuētus fuerit, eligatur: Sacros (inquit) ordines diaconatum dicimus & presbyteratum. Hos siquidem solos primitiua ecclesia legitur habuisse. Subdiaconos verò (quia etiam ipsi ministrant altaribus) opportunitate exigente concedimus in episcopos eligi, si tamen præclaræ scientiæ ac religionis existāt. Quod ipsum non sine Rom. Pōtificis vel Metropolitani licentia fieri permittimus. In quibus verbis innuitur, quod Vrbanus ad statum primitiuæ ecclesiæ se referēs, in quo subdiaconatus ordo sacer minimè dicebatur, īstituit, vt de subdiacono (nisi vtilitatis causa, & tunc etiā de ꝓmissione Metropolitani vel Ro. Pontificis) non posset electio celebrari.

Verum cum hodie subdiaconatus inter sacros ordines computetur, sicut Vrbanus Papa secundus sub his verbis expressit: Erubescant impij, & intelligant iudicio spiritus sancti eos, qui in sacris ordinibus, presbyteratu, diaconatu, subdiaconatu sunt positi, si castè non vixerint, excludendos ab omni eorundem graduum dignitate. Et iterum: Nemo ad sacrum ordinem permittatur accedere, nisi aut virgo, aut probatæ castitatis existat, & qui vsq; ad subdiaconatum vnicam & virginem habuit vxorem. Et ad si militudinem diaconi & presbyteri subdiaconus debet continentiam obseruare, sicut & in sexta synodo constitutum est, vt si quis eorum qui ad clerum accedunt nuptiali iure mulieri voluerit copulari, hoc ante subdiaconatus ordinem faciat. Et beatus Gregorius statuisse legitur, vt nullum facere subdiaconum præsumant episcopi, nisi qui se castè victurum promiserit.

52. dist. cap. erubescant. Ibid. cap. Sequēti. Ibid. cap. Si quis eorum. 31. dist. ca. Antiquum.

Nos volentes super hoc articulo disceptationis materiam amputare, statuimus, vt subdiaconus in episcopum valeat liberè eligi, sicut diaconus vel sacerdos.

Idem tituli Sanctæ Crucis Cardinali.

Irregularis, & in minoribus, potest dispensatiue in Abbatem instituí.

Constitutio lxxx.

Ibid. cap. Tua in domino.

TVam in domino diligentiam commendantes, quam super monasterio sancti Quirici reformando dignosceris adhibere.

Mandamus, quatenus, si non potes eidem monasterio de persona idonea melius prouidere, tu monachum illum, quē literis tuis de honestate ac industria commendasti, per quem status eiusdem loci creditur reformandus (nullum prorsus habens respectum ad petitionem illicitam, quam quidam laici faciebāt, sed ex tuæ duntaxat prouisionis officio) instituas

tuas in Abbatem, ita videlicet, quod ad sacros ordines non ascendat, cum instante necessitatis articulo possit in abbatem assumi etiam in minoribus ordinibus constitutus. Et laici memorati non sint consanguinitate vel affinitate coniuncti monacho memorato, vt ex ipsorum petitione debeat contra eum aliqua sinistra suspicio suboriri.

Idem Rothomagensi Archiepiscopo.

Abbas si est presbyter & benedictus, conferre potest ordinem clericalem.

Constitutio Lxxxj.

Ibid. cap. Cum contingat interdum. 69. dist. ca. Quoniam videmus.

CVm contingat interdum, quod laici ad monasteria conuolantes à suis abbatibus tonsurentur, requisisti, an clericatus ordo in tonsura huiusmodi conferatur.

Super quo ibi respondetur, quod cum in vij. synodo sit statutum, vt lectores per manus impositionē licentia sit vnicuique abbati in proprio monasterio solūmodo faciendi, dummodo ipsis ab episcopo (secundum morem præficiendorum abbatum) manus impositio facta noscatur, & constet eum existere sacerdotem, per primam tonsuram iuxta formam ecclesiæ datam à talibus clericalis ordo confertur.

Innocentius Papa tertius.

Si canonicus regularis factus monachus, ita fla de causa ad canonicam reuersus, ibi postea præficiatur, licite tenere poterit prælaturam.

Constitutio Lxxxij.

Ibid. cap. Intellexi quod

INtelleximus quod cum in monasterio tuo fueris laudabiliter cōuersatus, ad monasterium sancti Innocentij talis ordinis accessisti: vbi cū aliquādiu in ipso ordine permansisses, demū ad cor reuersus, de Metropolitani & aliorū cōsilio ad primā domū redire curasti: in qua tādē sub regularis obseruantiæ disciplina taliter Deo & hominibus placuisti, quod per tuorū exigentiam meritorum fratres tui prece ferūt te vnanimiter in abbatem.

Ne igitur occasione moræ, quā in prescripto monasterio cōtraxisti (quasi conscientia tua te remordeat) ī susceptæ administrationis cura tepescas, attēdēs & cautū est in canone, ne quis canonicus regularis (nisi fortè publicæ lapsus sit, & absit) efficiatur monachus: & si factus fuerit, ad canonicatus ordinem reuertatur vltimus in choro manendo cucullam ad memoriam delaturus. *19. quæstio. 3. c. Mandamus.*

Discretioni tuæ mādamus, quatenus circa curā tibi cōmissā solicitudinē exercere studeas in defessam, & taliter sequētia bona continuare prioribus, quod dignum à Deo possis meritum expectare.

Idem.

Ordinatus ad sacros ordines sine titulo, ab ordinatore iuste petit beneficium.

Constitutio Lxxxiij.

Ibid. cap. Accipimus te.

ACcepimus, te nostris auribus intimante, quod quidam clerici, qui ad sacros ordines sine titulo sunt promoti, te ad ecclesiā Bracarē. super beneficijs obtinendis infestant. Et infrà.

Licet igitur in ordinationibus clericorū illā tui ac prædecessores tui diligentiā debueritis adhibere, vt minus idonei non ordinarētur à vobis, ac ideo post promotionē eorū exceptionē nō poteris prætendere cōtra illos, nisi fortè postquā promoti fuerint, reddiderint se indignos: ex superabūdāti tamē (quādo scribere pro tali bus nos oportet) facimus in literis nostris apponi, vt si ordinatus pro quo scribimus idoneus habeatur, & ecclesiastico beneficio nō indignus, ei ab ordinatore vel successore ipsius cōpetēs beneficiū tribuatur etsi tecū de iure agere vellemus, te posse mus meritò ad prouisionē eorū cōpellere, quos à te vel prædecessoribus tuis ordinatos fuisse cōstaret, eo pīertim, quod ad obtinendū ecclesiasticū beneficiū eos debes idoneos reputare, quos ad ordines susceptisti. Vnde grauiter sustinere nè debes, sed nobis potius deuotè inclinare teneris, si illos examinari per alios facimus, quos sine examinatione nō credimus ordinatos. *8. quæst. 3. c. Dilectissimi.*

dinatos, anteqam ad prouisionem eorum te compellere velimus.

Mãdamus igitur, quatenus eis, p quibus te cõtigerit recipere nostra mandata in forma cõmuni, in maiori ecclesia vel alijs diœcesib. Bracanen. prouidere non tardes. Exceptiones autẽ, si quas cõtra tales proposueris, præcipimus audiendas.

DE VNCTIONE SACRA IN ECCLESIA Catholica.

INNOCENTIVS PAPA III. Patriarchæ Constantinopolitano.

Ecclesia Græcorum in ordinationibus & consecrationibus seruare debet vnctiones, quas seruat ecclesia Romana Episcopus autẽ cũ consecratur, inungitur chrismate in capite & manibus, quod si fuerit prætermissũ, per tres episcopos est supplẽdũ.

Constit Lxxxviij.

Extra li. 1. tit. 15. de sacra vnctione cap. Cum veniſſet ad. 66. dist. ca. Porro Vnctionis ſpecies duæ conſe. dist. 4. c. 1. vnctio exterior ex quib. conſtet. Oleo quid myſtice deſignetur. Matt. 25 Balſamus quid myſtice. Eccle. 24 12. quæ-

OVm veniſſet ad apostolicã sedẽ Bracarẽ. Episcopus, qui ĩ cõsecratione sua sanctam nõ acceperat ũctionẽ quoniã apud vos nõ cõsueuerũt põtifices, cũ cõsecrãtur, inũgi: nos, quod illi defuerat, mãdauimus in ipso suppleri, faciẽtes caput eius & manus p Albã. episcopũ (assistẽtibus ei duobus episcopis secũdũ mo ĩẽ eccles.) sacro chrismate deliniri. Et inf. Scire volumus duas esse species ũctionis: Exteriorẽ, q̃ materialis est & visibilis; & interiorẽ, q̃ spiritualis est inuisibilis Exteriore visibiliter inũgitur corpus: interiori inuisibiliter inũgitur cor. De prima Iacobus Apostolus ait: Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros ecclesiæ, & orat sup eũ, ũgẽtes eũ in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmũ. De secũda Ioãnes. apost. ait: Vos ũctionẽ quã accepistis ab eo, maneat in vobis. Et nõ necesse habetis vt aliq̃s doceat vos: sed sicut ũctio vos docet de omnibus, ita faciatis. Vnctio visibilis & exterior signũ est interioris & inuisibilis ũctionis. Vnctio verò inuisibilis & ĩterior nõ solũ est signũ, sed etiã sacramẽtũ: quia si dignè sumitur, vel agit, vel auget absq; dubio q̃ designat. Ad exibẽdũ aũt exteriorẽ & visibilẽ vnctionẽ, benedicitur oleũ, quod dicitur catechumenorũ vel infirmorũ, & cõficitur chrisma, quod ex oleo fit & balsamo mystica ratione. Per oleũ enim nitor cõsciẽtiæ designatur, iuxta quod legitur: Prudẽtes virgines acceperunt oleũ in vasis suis cũ lãpadibus. Per balsamũ odor famæ exprimitur, propter quod dicitur: Sicut balsamũ aromatizans odorẽ dedi. Hoc ergo chrismate ũgi debet Episcopus, non tã in corpore, quã i corde, vt & interius nitorẽ cõsciẽtiæ, quantũ ad Deũ, & exterius habeat odorẽ famę quo ad proximũ. Deinde odore famę idẽ Apostolus ait: Christus bonus odor sumus in omni loco, & alijs odor mortis in mortẽ. Debet enim Episcopus bonũ habere testimoniũ, & ab his qui sunt intus, & ab his qui sũt foris vt cortina cortinã trahat, & qui audit dicat, veni. Hoc vnguẽto caput & manus Episcopi cõsecrãtur. Per caput enim meus intelligitur, iuxta illud: Vnge caput tuũ, & faciẽ tuã laua. Per manus, opera intelligũtur, iuxta illud: Manus meę distillauerũt myrrhã. Manus igitur vngitur oleo pieta tis, vt Episcopus operetur bonũ ad ões: maximè aũt ad domesticos fidei. Caput aũt ũgitur balsamo charitatis, vt Episcopus diligat Deũ ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente sua, & proximũ sicut seipsũ. Caput ĩgitur propter authoritatẽ & dignitatẽ, & manus propter ministeriũ & officiũ. Caput enim vngitur vt ostẽdatur illius repræsentare personã, de quo dicitur per Prophetã: Sicut ũgẽtũ i capite, &c. Caput enim viri Christus, caput Christi Deus, qui de se dicit, Spiritus domini super me, eò quòd vnxit me, euãgelizare pauperibus misit me. Manus Episcopi inũgũtur, vt ostẽdatur accipere potestatẽ benedicẽdi & cõsecrãdi. Vnde cũ eas cõsecrator inũgit, Cõsecrare (inq̃t) & sanctificare digneris domine manus istas per istã vnctionẽ, & per benedictionem nostram: vt quæcũq; cõsecraverint

Ftio. 1. c. Nolo & 11. quæ- Ftio. 3. c. Non sunt audiendi 2. Cor. 1. Pſal. 44. 2. Tim. 3 23. quæ- ſtio. 4. c. Nabucho donoſor. 8. quæſt. 1. c. Licet ergo. 28. quæ- ſtio. 1. c. Tam nũc- cum quid Matt. 6. Manus cortina Cant. 3. Gal. 6. Matt. 22 Iuc. 10. Caput cur vnga tur Epiſcopo Pſa. 132 1. Co. 11. 33. quæ- ſtio. 5. ca. Cum caput. Eſa. 61. Luc. 4. Manus cur vnguntur.

conſe-

Vnctionum pontificum, regumq; differentiæ 3.

consecrẽtur, & quæcũque benedixerint, benedicantur, in nomine domini.

Reg. 19. 2. quæst. 7. ca. His quæ.

Vnde in veteri testamẽto non solũ vngebatur sacerdos, sed etiã rex & Prophe-

Act. 10. Eph. 1. Col. 2. Esa. 9. Reg. 9.

ta, sicut in libro Regũ dominus præcepit Heliæ: Vade & reuertere in domũ tuam per desertũ in Damascũ. Cumq; perueneris illuc, vnges Azahel in rege iuper Syriam, & Iehu filium Nausi vnges in regẽ super Israel: Heliæum autẽ filiũ Saphat, qui est de Abel, vnges prophetam pro te. Sed vbi Iesus Nazarenus (quem vnxit Deus spiritu sancto, si ut habetur in Actibus Apostolorũ) vnctus est oleo pietatis præ cõsortibus suis, qui, secũdũ Apostolũ est caput ecclesiæ, quod est corpus ipsius: principis vnctio à capite a brachiũ est transl ta, vt princeps ex tũc non vngatur in capite, sed in brachio siue humero vel in armo, in quibus principatus congruè designatur, iuxta illud quod legitur: Factus est principatus super humerũ eius, &c. Ad quod etiã significãdum Samuel fecit pom armũ ante Saul, cui dederat locũ in capite ante eos, qui fuerant inuitati. In capite verò pontificis sacramentalis delinitio conseruata, quia personã capitis in põtificali officio repræsẽtat. Refert autẽ inter põtificis & principis vnctionẽ, q a caput põtificis chrismate cõsecratur, brachiũ verò principis oleo delinitur, vt ostẽdatur quãra sit differẽtia inter authoritatem pontificis & principis potestatem.

Vnctionis quæ sit pontifici & principi, differentia quæ. 69. dist. cap. Duo sunt.

Vnctio Christianorum ratio & differentiæ quæ.

Apoc. 1. 1. Pet. 1. De consec. dist. 5. c. De his. De consec. dist. 4. c. Deinde a sacerdote Abac. 1. Heb. 10.

Quia verò Christus fecit nos in sanguine suo Deo nostro regnũ & sacerdotes (propter quod Apostolus Petrus ait: Vos estis genus electum, regale sacerdotiũ) idcirco in nouo testamẽto nõ solũ reges & sacerdotes vngũtur, sed etiã omnes Christiani bis ante baptismũ, scilicet oleo benedicto, primũ in pectore, deinde inter scapulas, & bis post baptismum, scilicet chrismate sancto, primũ in vertice, demũ in fiõte In pectore nãque baptizãdus inũ gitur, vt per sancti spiritus domũ abiciat errorẽ & ignorantiã, & susciptat fidem rectam, quia iustus ex fide viuit. Inter scapulas, vt per spiritus sancti gratiam excutiat negligẽtiam & torporẽ, & bonã operationem exerceat, quia fides sine operibus mortua est, vt per fidei sacramẽtum sit munditia cogitationum in pectore, & per operis exercitium sit fortitudo laborum. In scapulis, quatenus fides per dilectionem secũdum Apostolum operetur. In vertice verò baptizatus inungitur, vt sit paratus omni petenti de fide reddere rationẽ, quia per caput intelligitur mens, iuxta quod legitur: Oculi sapientis in capite eius: cuius superior pars est ratio, & inferior est sensualitas. Vnde bene p vertice, quę est superior pars capitis, intelligitur ratio, quæ est superior pars mentis. In frõte vngitur baptizatus, vt liberè confiteatur quod credit: Quia corde creditur ad iustitiã, ore verò fit cõfessio ad salutẽ: memor eius quod dominus ait, Qui me confessus fuerit corã hominibus, &c. Ante baptismum ergo vngitur oleo benedicto, & post baptismum chrismate sancto, quia chrisma soli competit Christiano. Christus enim à chrismate dicitur, vel potius à Christo dicitur chrisma, non secũdũ nominis formã, sed secũdũ fidei rationẽ. A Christo verò Christiani dicũtur, tanquã vncti deriuẽtur ab vncto: vt omnes concurrant in odorem illius vnguenti, cuius nomen oleum est effusum.

Iacob. 2. Gal. 5. 1. Pet. 3. Eccle. 2. Rom. 10. Luc. 9.

Christus vnde dicatur. Cant. 1. Confirmationis vnctio quid insinuet. De consec. dist. 4. c. Presbyter. 95. dist. ca. Petrus de solis Apostolis legitur, quorũ vicarij sũt Episcopi, quod p manus impositionẽ spiritũ sanctũ dabãt, quemadmodũ actum apostolorũ lectio manifestat: Cum audiuissẽt (inquit) Apostoli qui erãt Hierosolymis, quia recepisset Samaria verbũ Dei, miserũt ad eos Petrũ & Ioãnẽ. Qui cũ venissent, orauerũt pro ipsis, vt accipe rẽt spiritũ sanctũ Nõdũ enim in quẽquã illorum venerat: sed baptizati tãtum erãt in nomine domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritum sanctũ. Cuius aduentus per vnctionis ministerium designatur quia columba, in qua spiritus sanctus super Christum in baptismo descendit: ad vesperũ in Cataclysmo reuertens ramum retu-

2. quæst. 7. ca. Actus. Act. 8. Matth. 3. Luc. 3. Gen. 8.

lit

Psa. 103 lit virentis oliuæ, cuius vtique sacramentum Dauid Propheta prænoscens, exhilarandam faciem in oleo prædicauit.

Vnctio altaris quid mystice. Exod. 30 Vngitur præterea, secundum ecclesiasticum morem, cum consecratur altare, cum dedicatur templum, cum benedicitur calix, non solum ex mandato legis diuinę, verum etiam exemplo beati Siluestri, qui cum cōsecrabat altare, illud chrismate perungebat. Præcepit enim dominus Moysi, vt faceret oleū vnctionis, de quo vngeretur testimonii tabernaculum & arcam testamenti mēsamque cum vasis. Verū vnctionis sacramētum aliud quidē efficit & figurat tam in nouo quàm in veteri testamento. Vnde non iudaizat ecclesia, cum vnctionis celebrat sacramentum sicut antiqui mentiuntur, qui neque scripturas neque Dei nouere virtutem.

De corse. dist. 1. c. Monemus igitur, vt illū in ordinandis presbyteris & consecrandis Episcopis morem serues & facias obseruari, quem apostolica sedes obseruat. Et infrà.

Nullus episcopus. Licet Romanus Pontifex non vtatur baculo pastorali, tum propter historiam, tum propter mysticam rationem: tu tamen ad similitudinem aliorum pontificum poteris eo vti.

DE SACRAMENTIS NON ITERANDIS.

INNOCENTIVS PAPA III. Episcopo Helienſi.

al. Nouiensis. *In ordinato in ſubdiaconum ſine manuum impoſitione, & confirmato nō chriſmatis, ſed olei vnctione, non fiet iteratio, ſed ſupplebitur prætermiſſum.*

Constit. Lxxxv.

Extra li. 1. tit. 21. de Sacramentis nō iterandis. Pastoralis. De

storalis. Et infrà. Præterea cōsulere voluisti, an permitti debeat ministrare, qui sine impositione manuum fuerit ad ordinem subdiaconatus assumptus.

Et si confirmationis sacramentum in eo debeat iterari, qui per errorem fuit nō chrismate, sed oleo delinitus. consec. dist. 4. c. Ostenditur. Sup. pra. conclu. proxima.

Ad quod breuiter duximus respondendum, quod in talibus non est aliquid iterandum, sed cautè supplendum, quod incautè fuerat prætermissum.

DE FILIIS PRESBYTERORVM ORDINANDIS vel non ordinandis.

INNOCENTIVS PAPA III.

Illegitimus in ecclesia paterna præbendari non debet.

Constit. Lxxxvj.

Vm decorem domus Dei. Et infrà. Filijs canonicorum præbendas in eisdē ecclesijs conferri nō sinatis, quarum sūt canonici patres eorum. Extra li. 1. tit. 17. de filijs presbyterorum. c. Cum decorem.

Cum indecorum sit, vt in altaris officio illegitimus filius impudico patri ministret, in quo vnigenitus Dei filius æterno patri pro salute humani generis victimatur.

DE SERVIS NON ORDINANDIS ET DE eorum manumissione.

INNOCENTIVS PAPA III. Varmensi Episcopo.

Manumissus ab ecclesia vt fiat clericus, & ipsi ecclesiæ perpetuo seruiat in diuinis, ad aliam se transferri non potest: secus si pure fuerit manumissus.

Lo

Extra li. 1. tit. 18. de seruis non ordinandis c. Eo libentius. 14. dist. cap. 1. 2. & 3. 1. quest. 2. Quam pio.

LO libentius. Et infrà. Adieciſti aliam quęſtionem, an illorum filii qui eccleſiæ ſeruili conditione tenentur, traditi à parentibus militiæ clericali cum ſuorum conniuentia dominorum, vt in eadem eccleſia debeant deſeruire, aſſequẽtes propterea libertatem, poſt tẽpus ea relicta poſſint ad aliam ſe transferre? In quo credimus diſtinguendum, vtrũ eo tenore fuerint manumiſſi & oblati ordini clericali quod manummittenti eccleſię dum vixerint, deberent impendere famulatũ in obſequiis diuinorum, & tunc transferendi ſe ad aliam eſt eis licẽtia denegãda: Vel manumiſſi extiterint abſolutè, ſicq; ue libertatem habeant tranſeundi.

Innocentius Papa tertius.

Ius eſt de ſeruo facto diacono, etiam de ſubdiacono debet intelligi.

Conſtit. Lxxxviii.

Ibid. cap. Miramur non modicum. 54. dist. ca. Ex antiquis, & c. Frequentes & ca. Quis autem. 21. dist. ca. Ante trienniũ. 31. dist. cap. Eru beſcant.

MIramur non modicum, cum certum ſit in conſtitutionibus antiquorum, quando ſerui in gradus eccleſiaſticos ordinati debeant in ſeruitutem vel non debebant reuocari. Et infrà. De ſubdiaconali ordine, quia de eo nõ fit mentio in patrum ſtatutis expreſſe, videtur nobis, quod & is cũ diaconali gradu priuilegio gaudet eodem. Nam licet ſacer ordo non reputaretur in eccleſia primitiua, tamẽ à conſtitutione Gregorii atque Vrbani ſecundum moderna tempora ſacer gradus eſſe minimè dubitatur.

DE CORPORE VITIATIS ORDINANDIS vel non ordinandis.

INNOCENTIVS PAPA III.

Sacerdos qui ex iuſta cauſa fecit ſibi virilia abſcindi, poteſt vt prius ſacerdotale officium exercere.

Conſtit. Lxxxix.

Extra li. 1. tit. 20. ca. De corpore vitiatis. ordi. vel non. 55. dist. c. si quis a medicis

EX parte M. presbyteri fuit propoſitum quod cum ſibi ſentiret lepræ periculum imminere, de conſilio medici virilia fecit ſibi abſcindi, vt poſſet à tam graui infirmitatis vitio liberari. Et infrà. Quoniam igitur canones ſanctorum patrum hunc à ſacri altaris adminiſtratione non prohibent, mandamus, quatenus ſi eſt ita & memoratus M. eſt aliàs idoneus, vt ſui miniſterii officium exequatur, liberam ei tribuas facultatem

Idem Milicenenſi Epiſcopo.

Mutilatus manu ſi promotus fuerit in Abbatem, ab Abbatia deponitur.

Conſtitutio xc.

Ibid. cap. Expoſuiſti.

EXpoſuiſti nobis q̃ p̃deceſſor tuus H. in Abbatẽ ꝓmouit, neſciẽs quod ipſe eſſet manu altera multilatus Et infrà. Nos igitur fraternitati tuę taliter reſpõdemus, q̃ quũ pro tã enormi defectu ad ſacros nõ poſſit ordines ꝓmoueri, & ĩ ꝓmotione ſua id tacuerit fraudulenter, ab Abbatiæ officio ẽ nõ ĩmerito amouẽdus.

DE BIGAMIS NON ORDINANDIS.

INNOCENTIVS PAPA III.

Ratiſponenſi Epiſcopo.

Qui mortua vxore promotus ad ordines ſacros, cum ſecunda de facto contraxit, & cognouit, bigamiæ pœnam incurrit, licet non ſit bigamus.

Conſtit. xcj.

Extra li. 1. tit. 21. de bigamis non ord. cap. Nuper a nobis 18. cap. Presbyter ad. rum.

NVper à nobis. Et ĩfrà. Tertius articulus videbatur habere non modicũ quęſtionis, quoniã quũ in matrimoniis cõtrahẽdis, nõ iuris effectus, ſed animi deſtinatio attẽtatur, ũde illũ cõitatur ĩfamia, q̃ duas ſimul vxores habet, q̃ par tĩ ad factũ cõuenit retorq̃ri, ſicut ĩ Canõe legitur de presbytero, qui nõ legalibus nuptiis detinetur, eadẽ cenſura tales videtur

inter

inter bigamos reputandi. Licet obuiet ex aduerso, quod opinioni veritas sit preferenda, & quod iuxta præmissa, qui nullã vxorem habuit, foret bigamus reputandus: quod contingeret, si quis de facto contraheret cum diuersis, quibus de iure non posset matrimonialiter copulari.

Nos autem in hac quæstione tibi respondemus, quod cum huiusmodi clericis, qui, quantum in ipsis fuit, secũdas mulieres sibi matrimonialiter coniunxerũt, tanquam non bigamis non liceat dispensari, licet in veritate bigami nõ existãt, nõ propter sacramẽti defectum, sed propter affectum intentionis cũ opere subsecuto.

Idem Metensi Episcopo.

Qui contraxit cum virgine, licet prius ab alio desponsata, bigamus non censetur.

Constit. cxij.

Ibid. ca. Debitum pastoralis.

DEbitum pastoralis officij. Et infrà. Fraternitati tuæ duximus respondendum, quod cum duo sint in coniugio, videlicet consensus animorum & commixtio corporum, quorum alterum significat charitatem, quæ consistit in spiritu inter Deum & iustam animam, ad quod pertinet illud quod dicit Apostolus: Qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum eo: reliquum verò designat conformitatẽ, quæ consistit in carne inter Christum & Ecclesiam, ad quod pertinet illud quod Euang. testatur: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: Profectò coniũgium illud, quod non est commixtione corporum consummatum, non pertinet ad illud coniugium designandum, quod inter Christum & Ecclesiã per incarnationis mysterium est contractum, iuxta quod Paulus exponens illud, quod dixerat protoplastus: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: & propter hoc relinquet homo patrem & matrem, adhærebit vxori suæ, & erũt duo in carne vna: statim subiungit: Hoc autem dico magnũ sacramentum in Christo & ecclesia. Cũ ergo propter sacramenti defectum inhibitum sit, ne bigamus aut maritus viduæ præsumat ad sacros ordines promoueri quoniã nec illa est vnica vnici, nec iste vnus vnius, profectò vbi deficit inter huiusmodi coniuges commixtio corporum, non deest huiusmodi signaculum sacramenti.

1. Cor. 6. Ioan. 1. Gen. 2. Eph. 5. 35. quæstio. 9. c. Fraternitatis.

Vnde is qui mulierem ab alio viro ductã, sed minimè cognitã, duxit vxorem (quia nec illa, nec ipse carnẽ suam diuisit in plures) propter hoc impediri non debet, quin possit ad sacerdotiũ promoueri. 34. dist. ca. Valentiniani.

Idem Lugdunensi Archiepiscopo, Apostolicæ sedis Legato.

Qui plures habuit concubinas, ex eo bigamus non est.

Constit. xciij.

Ibid. cap. Quia circa minima.

QVia circa minima. Et infrà. Sanè postulasti per sedem Apostolicam edoceri, si presbyteri plures concubinas habẽtes, bigami censeantur.

Ad quod duximus respõdendũ, quod quum irregularitatem non incurrerint bigamiæ, cum eis tanquam simplici fornicatione notatis, quo ad executionem sacerdotalis officij poteris dispensare.

Innocentius Papa tertius.

Subdiaconus, qui cum viduã contraxit & eam cognouit, bigamiæ pœnam incurrit, licet bigamus non sit.

Constit. xciiij.

Ibid. c. A nobis fuit & infra.

ANobis fuit. Et infrà. Ille autem qui in subdiaconatus ordine constitutus de facto tantum (quia de iure non potuit) duxit viduam in vxorem, profectò bigamus non existit, sed nec viduæ potest in veritate dici maritus, cum inter ipsum & illam non fuerit vinculum maritale contractum: cum eo tamen contra doctrinam Apostoli tanquam cum marito viduæ dispensari non licet, non propter sacramenti defectum, sed affectũ intentionis cum opere subsecuto. 1. Tim. 4. 34. dist. c. Valentiniani.

Do

DE CLERICIS PEREGRINIS.

INNOCENTIVS PAPA III. Constantinopolitano Patriarchæ.

Clericis peregrinus qui iurat se ordinatum, ni si aliter propter, illo ordine nõ susçipietur, nec ad superiores promouebitur.

Constitutio xcv.

Extra lib. 1. tit. 22. de clericis peregrinis cap. Inter quatuor. 71. dist. c. Primatus. 7. q. 1. ca. Episcopi vel presbyteri. De cõse. dist. 2. c. Nõ prohibeat. Ibi. c. Tuæ fraternitatis. 71. dist. c. penulti Supra eodem constit. 1.

INTER quatuor. Et infrà. Vtrum clericos ad te sine suorum ordinatorum litteris venientes & offerentes iuramentum, quod sint in quouis ecclesiastico rum ordinum constituti, debes ad superiores ordines promouere.

In quibus taliter tibi respondetur, quod (nisi de ipsorum ordinatione Canonica per idonea tibi constiterit argumenta) eos nec illis suscipere, nec ad maiores debes ordines promouere, præsertim antequam conuersatio eorum fuerit approbata.

Idem Hierosolymitano Patriarchæ.

Peregrinus, de cuius ordinatione non constat, non permittitur celebrare in loco publico, sed in occulto.

Constitutio xcvi.

TVę fraternitatis. Et infrà. Vtrum clericos, qui ad partes Hierosolymitanas sine commendaticiis litteris veniunt, permittere debeas celebrare diuina. Et infrà.

Respondemus, quod nisi legitimè tibi constiterit, siue per litteras, siue per testes de illorum ordinatione canonica qui penitus sunt ignoti, non debes ipsos permittere in tuis plebibus celebrare, sed si forsitan eorum aliqui secreto ex deuotione celebrare voluerint, poteris sustinere.

DE OFFICIO ARCHIDIACONI.

INNOCENTIVS PAPA III.

Dicit primo, quid sit officium Archidiaconi, & in quo per illud reueletur Episcopus. Et secundo dicit Decanos rurales per Episcopum & Archidiaconum eligendos & amouendos, si illorum vices communiter gerant.

Constitutio xcvii.

Extra lib. 1. tit. 23. de offi. Archid. c. Ad hæc nõ, 25 dist. c. Perlectis Extra lib. 1. tit. 23. ca. vt Archidiaconus. 93. dist. c. Diaconi.

ADhæc nos dicimus. Et infrà. Sanè consuluit nos tuę fraternitatis deuotio, quid ad officiũ Archidiaconi debeat pertinere, & in quibus per ipsum cura episcopalis solicitudinis debeat releuari: & nos prout possumus, & respondemus, Archidiaconus (secundum statuta beati Isidori) imperat subdiaconibus & Leuitis. Parochiarũ solicitudo & earũ ordinatio ad ipsum pertinet, & audire debet iurgia singulorum: Archiepiscopi, qui à plurib⁹ Decani nuncupantur, eius iurisdictioni se nouerint subiacere. Secundum vero Romani ordinis cõstitutionem maior post Episcopum & ipsius Episcopi vicarius reperitur, omnem solicitudinem & curam tam in clericis, quàm in Ecclesiis eorum, prout melius secundum Deum poterit, impendendo, cum super his sit redditurus rationem in districti examinis iudicio.

Item in Epistola beati Clementis Papę prędecessoris nostri oculus Episcopi Archidiaconus appellatur, vt loco Epi per Episcopatum prospiciens, quæ corrigenda viderit, corrigat, & emendet, nisi adeo fuerint ardua negocia, quod absque maioris sui prędentia nequeant terminari. *Infra constit. vt nostrum.* In quadam vero nostra constitutione iã alia vice nos meminimus expressisse, quod institutio corporalis tam super beneficiis, quàm etiam dignitatibus ad ipsum debeat pertinere, examinatio etiam clericorum, si fuerint ad sacros ordines promouendi: & hoc idem in collationibus

bus beneficiorum credimus obseruãdũ, vt qui beneficiis ecclesiasticis præficiendi fuerint, à suo prius examinentur Archidiacono, & per ipsum postmodum Episcopo præsententur.

Subsequenter postea quæsiuisti, vtrũ Decani rurales, qui pro tempore statuũtur, ad mandatum tuum solum, vel Archidiaconi, vel etiam vtriusq; instituti debeant vel destitui, si fuerint amouendi. Ad hoc breuiter respondemus, quod cum ab omnibus, quod omnes tangit, approbari debeat, & commune eorum Decanus officium exerceat, communiter est eligendus vel etiam amouendus.

C. aut præstam L vltim. Et ff. de aqua.

Idem Innocentius Papa Tertius.

Archidiaconus non dat literas commendatitias ad ordines.

Constitutio xcviii.

Ibid. ca. Significasti.

SIgnificasti. Et infrà. Interdicas Archidiacono tuo, ne sine scientia tua, & authoritate literas suas, promouendis concedat.

Et etiam districtè prohibeas, ne ad ordines audeant conuolare.

Qui si contra prohibitionem tuam venire præsumpserint, executionem eis ordinum susceptorum, taliter interdicas.

Idem Innocentius Papa Tertius Archiepiscopo Medio lanensi.

Archidiaconus examinat & præsentat ordinandos, & ponit prælatos in sede.

Constitutio xcix.

Ibid. ca. vt nostrũ. Supra eodem confti. Ad hæc.

VT nostrum. Et infrà. Non fuit sufficienter probatum, quod Cancellarius ex officio suo exerceat spiritualia memorata, cum ea potius de iure cõmuni ad Archidiaconi spectent officium repræsentare videlicet ordinandos Episcopo, & illos examinare, ponere Abbates & Abbatisse in sede.

DE OFFICIO VICARII.

INNOCENTIVS PAPA III. Abbati S. Eugenii, & Plebano sancti Petri.

Vicarius Papæ in vrbe iurisdictionem habet, non extra vrbem.

Constitutio C.

Ibid. c. sua nobis.

SVA nobis. Et infrà. Nos igitur vicarii literas æstimantes per surreptionem obtentas. Quoniam iurisdictio vicarii, quem Romanus Pontifex in vrbe reliquit, non extenditur extra illam, nisi specialiter sit concessum: præsertim cum ipse moratur in sua prouincia speciali, videlicet inter Capuanam prouinciam, & Pisanam, Mandamus quatenus quicquid occasione literarum illarum actum est, in irritum reuocetis.

DE OFFICIO ET POTESTATE IVDICIS Delegati.

INNOCENTIVS PAPA III. Rhegino Archiepiscopo, & Episcopo Cephadulensi.

Si causa simpliciter delegatur tribus, duo sine sub delegatione tertij procedere nõ possunt. Quod si fecerint, ab eis poterit appellari. Idem si sunt dati cum clausula, quod si nõ omnes, non enim valet processus duorum, tertio inconsulto.

Constitutio. CI.

Extra li. titu. 29. officio et testa. in. delegati. Cum causa quæ.

VM causa quæ vertitur inter Mõtis Regalis & Rosanẽsem Archiepiscopos super quibusdam decimis, Panormitano, & Capuano Archiepiscopis, & tibi fratri Rheginen si commissa fuisset à nobis fine debito terminanda, prædictus Archiepiscopus Montis Regalis. (Sicut accepimus) ad primã Panormitani, & Capuani Achiepiscoporũ citationẽ accessit: in quorum pſentia excipiendo proposuit, quod pro dua-

duabus causis eorum non deberet stare iudicio: tũ quia ipsa causa tribus fuerat iudicibus delegata, & idem ab illis duobus tantum (te fratre Rheginense inconsulto, nec vices tuas super hoc committente) ad iudicium fuerat euocatus: tũ quia ante ipsorum citationem & notitiam literarum pro eadem causa nuncium suũ ad Apostolicam sedem transmiserat, in quo Decretalem Alexandri Papæ prædecessoris nostri sibi affirmabat apertius suffragari. At ijdem Archiepiscopi exceptiones ipsius nolentes ad mittere, contra eum, vt responderet interlocutoriam sententiam, protulerunt. Propter quod ad Apostolicam sedem appellauit. Et infrà.

Extra li. 2. tit. 28. de appell. c. Meminimus

Fraternitati vestræ mandamus, quatenus, si vobis constiterit prædictos Archiepiscopos exceptiones prędictas nullatenus admisisse (non obstante eo quod per ipsum factum est) decimas ipsas, quibus prędictus Montis regalis Archiepiscopus se postquam nũcius suus propter hoc ad sedem Apostolicam accesserat, asserit spoliatum, præcipuè cum easdem tam sibi, quàm ecclesiæ suæ à sede Apostolica asserit confirmatas, siue per laicalem potentiam, siue per eosdem iudices factum sit, cum fructibus inde perceptis restitui faciatis, audientes postmodũ quantũ de iure poteritis quicquid fuerit quęstionis.

Idem Conuentui de Conchis.

Si duo sunt delegati cum clausula, quod si ambo & cætera, vno recusato, alter solus procedere possit: nec tenet processus, si cum recusato procedat.

Constit. Cij.

Ibid. ea. Cum super Abbatia.

CVm super Abbatia monasterij vestri inter vos & S. quondam Abbatem vestrũ fuisset quæstio agitata, demum super ea ad Lexouiẽ. Episcopũ & Abbatem de Becco nostræ fuerant literæ destinatæ. Et infra.

Quamuis solus Abbas antequam appellaretur ab eo iuxta formam literarum nostrarũ procedere potuisset, quia tamẽ pro eo, quod cũ ipso Episcopo interlocutus est, appellationem prius ab eodem Episcopo interpositam non tenuisset de iure sine ipso, cum posset & nollet negocio interesse, per consequentiam confessus est se non posse mandatum apostolicum adimplere, nec suæ intentionis extitit, vt sine conjudice suo aliquid diffiniret, & cum eo qui iam iudex esse desierat, aliquid super prædicto negocio rite disponere non valebat, voluntate ac potestate sibi mutuo aduersantibus, cum noluerit quod potuerit, & quod voluerit adimplere nequiuerit, quod à duobus factum fuerat, effectum nõ potuit de iure obtinere.

11. quæstio. 3. c. Aestimant.

Idem Archiepiscopo Toletano.

Si iurisdictio delegati expirat in termino peremptorio, quem partibus assignauit, post congruam horam peremptorii, iudex non expectabit contumacem. Si non expirat, potest expectare in diem alteram, & iterum citare si vult.

Constit. CIII.

Ibid. cap. Cõsuluit.

COnsuluit nos tua fraternitas, vtrũ cũ ad recipiẽdos testes, depositiones publicãdas eorũ, vel sententiã proferẽdã perẽptoriè citatis partes, & earum altera se absentat cõtumaciter die data, an circa vltimã partẽ saltem diei sit in negocio procedendum, vel in diem expectãdum potius subsequentem: etsi expectaueris, vtrum contumax iterum sit citandus, quum nõ fuerit die partibus assignata processum?

Nos autẽ credimus distinguendum, vtrum iurisdictio duret post terminũ peremptoriũ, an expiret in illo. Si duret in diẽ alterã, æquitate suadente, poteris expectare: nec erit pars cõtumax peremptorio elapso citanda, nisi gratiã facerit ei benignitas iudicantis. Si autem expiret, nisi partes quum id nouerint, se tibi præsentauerint ea hora, qua congruè possis procedere ad exequendũ id, propter quod eis legitimè terminũ peremptorium assignasti, ex tunc exequi poteris quod intendis, ne frustra iudicialis instantia euanescat.

Ioan. 3. 18. quæstio. 2. c. Pernitiosam.

Ne verò iudicium ecclesiasticum exerceatur in tenebris, quia iuxta testimoniũ

veritatis, qui malè agit, odit lucem. Licet enim secūdū cōsuetudinē & constitutiones legitimas more Romano dies à media nocte incipiat, & in medio noctis desinat subsequētis (vnde q̄ in dimidiatis noctibus agitur, perinde sanxit hadendū legalis authoritas, ac si qualibet parte lucis agatur) nos tamē eam procedēdi horā congruā intelligimus, ex qua possis ante noctis tenebras perficere, quod imcūbit.

ff. de feriis L. more Romano. ff. de iud. L. Nonnunquam. 2. quæst. 6. ca. Appellatore

Porro, discretus iudex in assignatione peremptorii non debet iurisdictionē suā (nisi necessitas exigat) adeo coartare.

Idem Abbati de Borbellis, & Priori sancti Sepulchri.

Ex noua causa remouetur delegatus, etiam post litem contestatam, & alius subrogatur.

Constit. Ciiij.

Ibid. cap. Insinuante. R.

INsinuāte R. rectore sancti Saluari ad audientiā nostrā peruenit, quod quū causam, quæ super iure parochiali inter ipsum & T. verrebatur Vigorien. Episcopo, & cōiudicibus suis à nobis obtinuerit delegari, postmodū (licet fuerit in eadē quæstione processum) tractu tēporis āte diffinitiuæ sentētiæ calculū idē Episcopus dictū R. in familiare admisit: sine quo alii coniudices (secūdū q̄d in nostris literis mādabatur) in causa procedere nō valebāt, & alter ipsorū coniudicū officialis est Episcopi supradicti: p̄p quod aduersæ parti poterat suspectus haberi. Vnde quū tā Episcopus, quā officialis p̄dictus (vtpote quos idē R. iudices postularat, & ipse familiaris eorum postmodū est effectus) ab aduersa parte possent merito recusari, decisionem ipsius causæ vestræ petijt discretioni committi.

Quocirca mādamus, quatenus si est ita (nisi postquam familiaris eius est effectus litigare cōsēserit corā illo) in causa secūdū priorū cōtinētiā literarū (ratione præuia) procedatis, alioquin partes ad priorum iudicum reuertantur examen.

Idem Priori sancti Fridiani Lucanensis.

Delegatus Papæ sententiam suam exequi potest, vsque ad integrum annum.

Constit. CV.

Ibid. cap. Quæreti quid per.

QVærenti, quid per censuram ecclesiasticam debeat intelligi, cū huiusmodi clausulam in nostris literis apponimus. Et infrà. Si verò delegatus à nobis excommunicet illum, qui rei iudicatæ parere contemnit, licet aliquibus videatur quod suo sit functus officio, vt vlterius non habeat ex delegata sibi iurisdictione processum: alii autem dicunt quod iurisdictio eius duret, donec sententiæ pareatur, vt interim absoluere possit parere volentem.

Infra li. 5. tit. de verborū sig. cōst. Quæreti.

Nos tamē per æquitatis semitam incedentes, præsentiū authoritate statuimus, vt delegatus à nobis, non solum vsque ad quadrimestre tēpus (quod ad soluēdū debitum à rege reo cōceditur) sed vsq; ad integrū annū, iurisdictionē sibi cōmissam, & ad exequendum sententiam valeat exercere, sicut obseruatur in illo, qui ante litis contestationem contumax inuenitur.

C. de re iud. L. 2. & 3.

Idem Archiepiscopo Cantuarien.

Delegatus Papæ potest principium, medium & finem causæ coniunctim & diuisim subdelegare.

Constit. CVI.

Ibid. cap. Super quæstionum. Infra eo. tit. Licet is cui.

SVper quæstionū articulis, de q̄bus nos cōsulere voluisti, tibi respondemus, q̄d per constitutionē nostram consultationi Alexandri Papæ nullatenus derogatur, sed illa per istā exponitur: imo in ista verius, quæ in illa fuerāt p̄termissa, supplētur. Ipse nanque respondit, q̄d si super causa, quę alicui ex apostolica delegatione cōmittitur, à p̄sonis ecclesiasticis, vna vel pluribus, quibus delegatus (vt parcat laboribus partium & expensis) causæ cognitionē ipsius & test. ū examinationes, sentētia sibi reseruata, cōmittit, appellatio fuerit interposita, huiusmodi appellationis intuitu cām indiffinitā relinquere nō tenetur. Nos quū statuimus, q̄ licet is cui causa

causa cõmittitur remota appellatione nõ possit eã alijs sine præiudicio obstaculo delegare: si tamẽ delegatus à nobis, vel iudex qui cunq; non tã cognitorẽ, quã executorẽ ad aliquẽ ecclẽ articulũ quempiam deputauerit, ab eo (nisi modũ excedat) non liceat appellari, cũm odo de partium deputetur vel recipiatur assensu.

Quod si delegatus à nobis vel litis exordium, vel causæ finem, necdum totũ negocium ei duxerit committendum, ab ipso tanquam à iudice licitè prouocetur: quum & lis ante iudicem debeat contestari, & causa per iudicem diffiniri.

Intentionis igitur nostræ fuit (sicut ex tenore constitutionis præmissę potest liquidè deprehendi) quod (vt iudicialis authoritas liberius valeat exerceri) delegatus à nobis licitè possit & principiũ & finem & mediũ causæ sibi cõmissæ non solũ coniunctim, sed etiam diuisim alij delegare; non obstante quod dicitur, quod iudex debet cognoscere per seipsum in principio, in medio, & in fine: cũ antequã ferat sententiam, vniuersa quæ acta sunt in iudicio, inuestigare debeat diligenter.

A subdelegato cum iurisdictione appellari potest: secus si sine iurisdictione, nisi modũ excedat. Tunc enim potest recusari, nisi datus sit de partium consensu.

Verũ cum totam causam cõmittit alicui, vel principium aut finẽ ipsius, ab eo tãquam à iudice potest licitè prouocari. Quum autem alicui medium tantũ cõmittit, ab ipso tanquam ab auditore prouocari non potest, nisi mandati fines excedat, vel merito sit suspectus. Vnde, ne valeat recusari, prouidè statuimus, vt de partium detur vel recipiatur assensu.

A subdelegato non in totum appellatur ad subdelegantem, non autem ad primum delegantem: secus si in totum.

Porro, cũ delegatus à nobis iurisdictionẽ suã in alũ trãstert totã, si fuerit appellãdũ, nõ ad eũ, sed ad nos appellari debebit. Quũ aũt sibi aliquid de iurisdictione reseruat, si causa sit ei, appellatione remota, cõmissa, non ad nos, sed ad eũ poterit de iure appellari. Vnde si forsan appellabitur ab eo, cui media causæ cõmittit, sine cognitor vel executor dicatur, vel (quod melius est) auditor, pro eo quod vel mandati fines excedat, vel merito sit suspectus, nihilominus tamen delegatus à nobis iuxta consultationem præmissam, causam poterit diffinire, vt parcatur laboribus partium & expensis.

Auditor datus sine partium cõsensu recusari potest, vt suspectus: nõ tamen sine causa.

Quẽ verò delegatus à nobis deputauerit auditorẽ, neutra partiũ poterit recusare, nisi coram eo iustam recusationis causam ostendat.

Si vnus ex duobus delegatis principis cum clausula, appellatione remota, subdelegat alteri acceptanti, non potest acceptans subdelegare, nec appellatione remota procedere, quod tamen ante acceptationem poterat, & si ab ipso fuerit appellandum, appellabitur ad Papam, etiam si fuerit subdelegatus non in totum.

Si verò duo sint à principe delegati, & vnus committit vices suas alteri: ille nec potest, nec debet appellatione remota procedere, nec causam alij delegare, quãuis in commissione facta duobus contineatur expressum, vt appellatione remota alter possit procedere sine reliquo, si non possunt ambo pariter interesse.

Quia quod potest ex sola iurisdictione sibi à principe delegata, non potest cũ iurisdictione sibi à condelegato commissa.

Vnde si ab eo fuerit appellatũ, licet aliquibus visũ fuerit, q; ad cõdelegatũ valeat appellari, nobis tamẽ videtur, quod ad primũ duntaxat appellandum est delegantem, propter rationẽ superius assignatã.

Si delegatus Papæ subdelegat nõ in totum, pars, a subdelegato non poterit appellare, ex eo quod datus sit sine suo consensu: potest tamen recusari in ostendendo causã iustam coram delegato, & tũc delegatus diffinietur a quo etiam, si noluit recusationem admittere, appellatur ad Papam.

Eius ergo appellatio, de quo tua fraternitas nobis scripsit, si nostræ constitutionis occasione ad nostram audientiam appellauit, pro eo quod delegatus à nobis, reseruata sibi diffinitiua sententia, audientiam causæ commisit quibusdam, qui de partium assensu, nec dati sunt nec recepti (nisi contra eos iustam recusatio-

nis causam ostenderit', vel paratus fuerit ostendere corã iudice delegato)nõ debuit impedire,quo minus procederent auditores. Qui etiã tanquã suspecti fuissent merito recusati, delegatus tamẽ à nobis nihil hominus potuisset sublato appellationis diffugio causam iudicialiter expedire.

Quod si iustam recusationis causam noluit admittere delegatus,sed coram suspectis cum litigare cogebat, à taligraua mine licitè potuit ad nostram audientiã appellare: quodque post appellationẽ huiusmodi est appellare præsumptum,iudicari debet irritum & inane.

Idem Episcopo Heliensi.

Delegatus Papæ,nisi malitiosè se exoneret, subdelegatum compellit ad suscipiendam subdelegationem, in coactione tamen defert suæ dignitati & personæ.

Constit. CVII.

Ibid.cap. Pastoralis officii. C. de iudic. L. a iudice.

PAstoralis officij. Et infrà. Consultationi tuæ duximus respondẽdũ, quod cum delegata à principe iurisdictio dandi iudicẽ sit à lege concessa(dummodo ipse exonerare seipsum malitiosè non quærat)potest compellere renitentem, eò quòd iurisdictio illa nullius videretur momenti,si coertionem aliquam non haberet.

Delegatus tamen debet solicitè prouidere,vt si personis superioribus(exigente necessitate) negotium duxerit delegandũ in coactionibus inferendis dignitati deferat & personæ.

Delegatus Papæ sicut potest committere totam causam,ita potest citationẽ & punire contemnentem & acceptare.

9 quæ. 3 c.Cum simus.

Item cum totum negocium alij possit committere delegatus, sicut superius est expressum,citationis officium potest cuilibet(discritione prœuia) demandare, ac punire merito contemptorem.

Si Papa scienter commisit appellationem interpositam a suo delegato dato cum clausula,appellatione remota,iurisdictio primi delegati est interim suspensa quo ad executionem.

1.quæ.5.

Præterea postulasti,si cũ à sententia lata authoritate literarum nostrarũ in quibus appellatio est inhibita,fuerit appellatum, & literæ post appellationẽ ad iudices alios emanauerint,an ad mandatum posteriorum iudicum executio sententiæ à prioribus delegata debeat retardari, vt priores iudices ipsam neque per se neque per alios exequantur.

c.Præsentium. Extra.l. tit.29.de posteriorum iudicum executione sententiæ à prioribus delegata debeat retardari, vt priores iudices ipsam neque per se neque per alios exequantur. iud.dele, c.a. Sanct.

Nos aũt inquisitioni tuæ taliter respõdemus, quod cum appellationis causam ex certa scientia iudicibus aliis committimus cognoscendã, apellationẽ videmur recipere, ac iurisdictionem priorum iudicũ reuocare,vt interim executio scientiæ suspendatur, donec appellationis merita plenius sin discussa.

Ordinarius ad mãdatum delegati exequitur sententiam, etiam si sciat eam iniustam.

Quia verò sæpe contingit,qđ executio sententiæ ordinario demandatur, quæsi uistian,si ipsam iniustam esse cognouerit, debeat eam executioni mandare, an sit ei potius subsistendum.

Attendentes itaque qđ non cognitio, sed executio tantũ demãdatur,eidem respondemus, qđ cũ ordinarius teneatur obsequi delegato, & si sciat sententiã illã iniustã,exequi nihilominus tenetur eandem,nisi apud eum efficere possit, vt ab hoc honere ipsum absoluat.

Delegatus qui impenditur die statuta procedere,partem hoc procurantem puniet, & quantum ad diem illam causam committet appellatione remota in odium procurãtis,nisi partes negocium prorogent.

Cum aũt sæpe contingat ad diem, quã iudex delegatus à nobis partib. assignauit,earum altera procurante, vt negociũ prorogetur, iudicem ipsum à rege vel archiepiscopo euocari.

18.dist. ca.Episcopus.C.de curatũ

Nos peruersorũ volẽtes malignitatib. obuiare, decernimus,vt si delegato cõstiterit hoc fuisse alicuius partis malitia pro curatũ ipã puniat aĩaduersione cõdigna, &(ne aliqđ lucrũ ex huiusmodi fraude re portet),psonæ neutri parti suspectæ,quantũ ad diẽ illũ,committat ipũ negociũ audiẽdũ,quæ in ipo appellatione remota ,p cedat, nisi fortè partes consenserint negocium prorogari.

sportulis L.2.

Idem

Idem Abbati sancti Hilarij, & magistro G. Canonico Tarnisinensi.

Subdelegatus a delegato Papæ iurisdictionẽ habente, potest comercere impedientem.

Constit. Cviii.

Ibidem cap. Ex literis.

EX literis patriarchæ Granden. Et infrà. Mandamus, quatenus, nisi vobis constiterit, quod literæ quę secundo loco ad Archipresbyterũ Paduanũ impetratæ dicũtur, de priorib. literis ad primiceriũ Graden. & plebanũ sanctæ Sophię obtẽtis expressam fecerint mentionem, vt per secundas primæ appa rẽt reuocatę, cum primos iudices authori tate literarũ nostrarũ iurisdictionẽ nõ sit dubiũ habuisse q̃ potuerunt post modũ patriarchę, quoad excutionem sententię, demandare: ex qua coertionem etiã idẽ pàtriarcha receperat, cum huiusmodi de mandata iurisdictio delusoria videretur, si subdelegatus huiusmodi coercionẽ aliq̃ nõ haberet, interdicti sentẽtiam ab eodẽ patriarcha in Castellan. Archidiaconum promulgatã, pro eo qđ eiusdem patriar che executionẽ impediens, eius literas q̃bus mandatũ p̃dictorũ iudicũ nũciabat, legi in publicũ nõ permisit, tamdiu facia tis inuiolabiliter obseruari, donec eidem patriarchę de iniuriis irrogatis sufficien ter fuerit satisfactum.

Si verò constiterit primas literas per se cundas legitimè reuocatas, cũ appareat primos iudices iurisdictionem nullã peni tus habuisse & ita constet per consequen tiã, patriarcham ipsum non recepisse iu risdictionem vel coertionem aliquam ab eisdem, prædictam interdicti sententiam denuncietis irritã & inanem.

Idem Episcopo Pictauiensi.

Iurisdictio delegati re integra morte mandantis expirat.

Constitutio CIX.

Ibid. ca. Licet vn

LIcet vndiq;. Et infrà. Cũ igitur duxe ris requirendũ, si causam uibus iudicibus delegamus, apponi in literis nostris illã clausulã facientes: quod si nõ omnes his exequẽdis poteritis interesse, duo ve strũ nihilominus eã exequantur, & vnus posq̃ cõmiserit cui dã ex aliis vices suas, de medio sit sublatus tertius vt suspectus merito recusetur, an collega supstes suo nõine ac defũcti possit negociũ diffinire.

Inquisitioni tuæ taliter respondemus: quod si iurisdictione à suo sibi collega delegata eo viuente vti nõ cœperit, quia mandatum huiusmodi re integra morte mandatoris expirauit, nõ habet solus offi ciũ iudicandi. Si verò ante mortẽ illius iurisdictione vti cœperit taliter mãdata, vices suas & illius poterit adimplere.

dique. Extra li. 1. tit. 29. de officio & potestate iudi. delega ti. c. Prudentiam. Ibid. cap. Causam.

Idem Episcopo Baiocensi.

Non creditur quis delegatus nisi delegationem probet.

Constit. Cx.

Ibid. cap. Cum in iure peritus. Supra eodem tit. de rescriptis constit. Cum cõtingat.

CVm in iure peritus. Et infrà. Præterea quęsiuisti cum tibi ab aliquo sub hac forma mandatur, authoritate qua fungor iniungo, vt talẽ denuncies ex cõmunicationis sententiæ subiacere, ac tibi super mandato apostolico hæsitãti ab aliquo nõ sic facta fides, an mandatũ huiusmodi exequi tenearis?

Super quo tibi huiusmodi damus responsum, quod nisi de mãdato sedis apostolicæ certus extiteris, exequi non cogèris quod mandatur.

Idem Parrhisiensi & Trecensi Episcopis, & Abbati S. Genouefæ.

Per procuratorẽ non habentem mandatũ de re ad rẽ iurisdictio prorogari non potest.

Constitutio Cxj.

Ibid. cap. Cum olim Abbas.

CVm olim Abbas & cõuẽtus Virgiliacẽsis sua nobis cõquestione mõstrassent, quod comes Altisiodorẽsis quoddã stagnũ molẽdinũ, & domũ in terra eorũ cõstruere nitebatur, in ipsorũ præiudiciũ & grauamẽ Episcopo & thesaurario Niuernen. cõmisimus causam ipsam.

Per quorũ literas accipimus, quod lite super petitionibus ecclesię cõtestata, re-

ceptis vtrinq; testibus & attestationibus publicatis, cum super dictis testium inter partes fuisset postmodum disputatum:

Supra de reseri ptis, cap. Cum dilecta.

Tādē pars comitis ꝓposuit, ꝙ de dānis ī nemoribus & rebus alijs datis super quibus testes deponere videbātur, cognoscere nō debebant, cū in rescripto nostro nulla de dānis mētio haberetur. Et infrà.

Iudices aūt interlocuti sūt, ꝙ sup dānis datis a comite ad eos cognitio ꝓtinebat.

Quo audito comes ad appellationis beneficium conuolauit.

Vnde ipsū iudices euocatū, & nec ꝑ se, nec ꝑ responsāle idoneū cōparentē, excōmunicationis vinculo astrixerūt. Et īfrà.

Quia verò sup dānis datis antequā lis fuerit cōtestata, nequaquā ad dictos iudices cognitio ꝓtinebat, cū in rescripto nulla de eis mētio haberetur, nec ad ipsos potuerit iurisdictio ꝓrogari, cū procurator ad illa solūmodo intelligatur cōstitutus, quæ in cōmissionis literis inueniūtur expressa, & postquā comes publicatis attestationibus intellexit sup his fuisse depositū, ꝓtinus cōtradixit: nos eosdē iudices ꝓnūciauimus minus iustè interlocutos fuisse, ac sæpe dictū comitē, ꝙ ob hoc ad appellationis beneficiū cōuolauit, excōmunicationis sentētiā nō fuisse ligatum.

Idem Senonēsi Archiepiscopo.

Qui acta causæ relationis iudicum delegatorum sigilla violando aperuit, non auditur postmodum contra illa.

Constit. Cxij.

Ibid. ea. Cū olim Magister.

CVm olim magister S. & B. archidiaconatum & præposituram ad inuicem cōmutassent. Et infrà.

Verum dictus B delegatis nostris non deferens, imo verius delegāti sigilla violauit illorum, & scripta quæ nobis fuerāt ꝓsentāda, nō erubuit aperire. Qui postmodū in nostra præsentia cōstitutus aduersario præsente in excusationem suam proposuit, quod iudices perperam processerant cōtra ipsum, cū acta in scriptis minus fideliter redegissent: vnde timēs ne literas portaret Vrbi, illorū scripta aperuit & quod suspicatus fuerat, adinuenit.

Sanè si quod expediret, melius notauisset, vel non recepisset scripta suspecta, vel recepta nobis fideliter præsentasset, & ostēdisset causā suspicionis ꝓposite corā nobis: pīterea cū nō cōqueretur de iudice, quē ei proprio motu cōcessimus, sed de illo potius, quem ipse duxerat eligendum, & iudices suas nobis per eū literas destinassent, de ipso pariter cōquerētes, verbis ipsius fidē nō duximus adhibēdā.

Sed vt in hoc saltem puniretur in quo peccauerat, contra acta iudicum quæ temerè violarat ipsū (sicut nec debuimus) noluimus exaudire, ne videretur dolus suus ei patrocinium attulisse.

Idem Abbati & Capellano S. Mariæ Bononiensi.

Delegatus non tenetur admittere collegam sibi adiunctum per literas surrepitias, nec ipsius subdelegatum.

Constit. Cxiij.

Ibid. ea. Coram dilecto filio.

COram dilecto filio M. diacono Cardinali, quē tibi & H nūcio & clerico sanctæ Agathę aduersario tuo, qui cū instrumēris eiusdē ecclesiæ, sed absque literis de rati habitatione ad apostolicā sedē accesserat, sed de rato cauerat sub fide iusloria cautione, cōcessimus auditorē, ꝓponere curauisti, ꝙ cū quidā in parochia sanctæ M. in honorē beatæ Agathæ ecclesiā cōstruxisset, Alexāder Papa prędecessor noster causā sup hoc Abbati sācti Stephani & Priori sācti Victoris cōmisit terminādā, ꝙ pro ecclesia sanctæ M. diffinitiuā sētentiā protulerūt. Verū Capellanus sāctæ Agathæ sentētiæ parere cōtēpsit. Cūque super eadē causa corā Ferrariēsi ep scopo ꝑ ānū disceptatū fuisset, pars ecclesiæ sāctæ Agathæ horū veritate suppīsa magistrū L. Bononiēsē canonicū obtinuit eidem Episcopo in causę decisione adiūgi: qui cū causæ interesse nō posset, ꝑdictus Episcopus, cui ꝑ sequētes literas mādabatur, vt si ābo interesse nō posset mandatis apostolicis exeqndis, ea ipse nihilominus adīpleret, sententiā prædictā cōfirmauit.

Nun-

Nūcius verò eccleſiæ ſanctæ Agathæ inter alia propoſuit, quod cum dictus magiſter L. vices ſuas alij delegaſſet, Epiſcopus admittere noluit ſubdelegatum, ſed poſt appellationē ad nos interpoſitā ſolus in cauſæ cognitione proceſſit. Et infrà.

Sed ecōtra fuit reſpōſum, quod Ferrarien. Epiſcopus ſolus procedere potuit, cū in vltimæ cōmiſſionis literis fuiſſet inſertum, quod ſi ambo intereſſe nō poſſent, prædictus Epiſcopus nihilominus exequi procuraret: quod nō intelligitur, vt ſi per ſe vel per alios intereſſe nō poſſent, quia id raro vel nunquam contingere, ſed ſi non poſſent perſonaliter intereſſe.

Idem igitur Cardinalis latā ab eodem Ferrarien. Epiſcopo ſententiam confirmauit, & aduerſæ parti ſuper hoc perpetuum ſilentium duxit imponendum.

Nos ergo quod ab eo factum eſt, authoritate apoſtolica confirmamus.

Idem Præpoſito Sancti Dominici, ſubdiacono noſtro.

Locus, ad quem reus ſecure accedere non poteſt, & canonicus in cauſa concanonici delegatus, recuſari poterunt.

Conſtitutio Cxiiij.

Ibid. ca. Cum R. canonicus.

CVm R. canonicus Ianuenſis cauſam, quæ inter ipſum ex vna parte, ac P. ciuē Ianuenſem vertitur, tibi obtinuerit delegari, & idem ciuis propter multas & graues inimicitias ciuitatis ſuæ in tua nequeat præſentia comparere.

Mandamus quatenus ſuprad cto R. huiuſmodi optionē relinquas, vt (exceptis canonicis Ianuē. quos. cū ſint eius ſocij, meritò habet pars aduerſa ſuſpectos) in ciuitate vel diœceſi Ianuēſi, in qua ſunt multi viri prouidi, iudicē eligat, corā quo q̄ſtio terminetur, cui authoritate noſtra diſtrictè præcipias, vt cādē cauſam iuxta reſcripti à te obtenti tenorē, appellatione remota, ſine debito terminare procuret.

Idem Rothomagenſi Archiepiſcopo.

Si mandatur iudici delegato, vt illum abſoluat, qui dicit ſe iniuſtè excommunicatū, ante probationem illum abſoluere debet. Si autem dicat excommunicationem nullam, probationem nullitatis ante pronunciationem admittet.

Conſtitutio Cxv.

Ibid. ca. Cum eos tingat.

CVm contingat interdum, quod laici. Et infrà In ſuper requiſiti ſumus, cum quis conqueratur in ſe à ſuo Epiſcopo poſt appellationem ad nos legitimè interpoſitam, vel aliàs iniuſtè excommunicationis ſententiam promulgatam, & nos iudicibus damus in mandatis, vt ſi eſt ita, iuxta formam eccleſiæ abſolutionis beneficium illi impendant, vel eandem ſententiam denuncient eſſe nullam, ac epiſcopus paratus ſit probare, ſe in illum, antequam vocem appellationis emitteret, vel aliàs iuſtè huiuſmodi ſententiam protuliſſe, an probationibus non admiſſis liceat iudicibus excommunicatum abſoluere, vel denunciare ſententiam eſſe nullam?

Ad quod taliter reſpondemus, quod cum quis conqueritur ſe, poſt appellationem ad nos legitimè interpoſitam excommunicatione fuiſſe innodatum, ſemper vtriuſque partis probationes ſunt admittendæ, antequam ad decernendum ſuper hoc aliquid procedatur, per quas deniq; apparebit, an abſolutione indigeat conquerens, vel denunciandus ſit potius non ligatus.

In eo verò caſu, cum excommunicatum quis ſe aſſerit iniuſtè, vix vel nūquā eſt eius (antequā abſolutus fuerit) probatio admittēda, niſi tunc tantū, cū aſſerit in excōmunicationis ſententiā, intolerabilem errorē fuiſſe patenter expreſſum: ad quod probādum admittitur, antequā abſolutionis gratiā cōſequatur. *12. q. 2. c. Qui dixit.*

Verū ſi proponat ſe ſimpliciter excōmunicatum iniuſtè, ac epiſcopus ad probandum, quod iuſtè ipſum excommunicauit, ſuas poſtulet probationes admitti, non eſt ante abſolutionem ipſius aliquatenus audiendus: cum & ſi pro cer-

to constaret, rationabiliter in illū excommunicationis sententiā promulgatam, nihilominus esset ei absolutio impendēda humiliter postulāti, & ideo in hoc casu illum credimus iuxta formā ecclesiæ protinus absoluēdū, vt sic demum probationibus vtriusque partis admissis, vtrum iustè vel iniustè ligatus fuerit decernatur.

DE OFFICIO LEGATI.

INNOCENTIVS PAPA III. Presbytero Cardinali tituli Sancti Laurentij in Lucina, Legato apostolico.

Legatus etiam de latere ex generali legatione non potest transferre Episcopos, vel vnam Ecclesiam cathedralem alteri subijcere, & alteri concedere ius primatiæ, vel duos Episcopatus vnire, vel vnum diuidere: excommunicatos tamen propter manuum iniectionem in clericos absoluere potest.

Constitutio Cxvi.

Extra li. 1. tit. 30 de officio legati c. Nisi spiritualis. 79. dist. cap. vlt. Et 7. quæst. 1. Mutationes.

NIsi spiritualis illa dilectio, quam ad personam tuā habuimus & habemus, iustum motum animi nostri temperaret, pœna docte cognoscere, quā tum excesseris, qui spretis canonicis sanctionibus & consuetudine generali, motu proprio præsumpsisti Troianum Episcopum de Troiana ecclesia ad Panormitanam de facto transferre.

Idem eidem, cui supra.

Summatum fuit supra in cap. præcedenti.

Constitutio Cxvij.

Ibid. ca. Quod translationem.

QVod translationem. Et infrà. Licet in regno Siciliæ generalis sit tibi cōmissa legatio, ad ea tamen sine speciali mandato nostro non debuisti manus extendere, quæ in signum priuilegij singularis sunt tantum summo pontifici reseruata, & si quædam ex his, quæ de speciali concessione sæpe fuere legatis indulta, vt illiorum videlicet absolutio, qui propter sacrilegas manuum iniectiones in clericos incidunt in canonem promulgatæ sē tentiæ, videantur ex ipso legationis officio iam licere legatis: An existimas quia vices nostras tanquā legato tibi commisimus exequendas, quod Panormitanam ecclesiam posses subijcere Messanæ, vt illam præficeres isti, concesso sibi priuilegio primatiæ? Anputas ex eadem causa tibi licere duos episcopatus vnire, vel vnū diuidere, sine licentia speciali? *14. quæstio. 1. c. Quoties. al præsentes.*

Idem Episcopo Bononiensi, & M. Capellano, subdiacono nostro.

Ex quo legatus retulit causam Papæ, illius desinit esse iudex.

Constitutio Cxviij.

Ibid. cap. Licet.

LIcet Trāu. canonici ab initio dissensissent, tandem vnanimiter, consenserunt, G. fratrem Cassinensem abbatem in archiepiscopum eligentes: cuius electionem Portuensis Episcopus tunc legatus examinari præcepit. Et infrà.

Nuncius præfati abbatis nobis literas præsentauit, grauitam dictum legatum querimoniam continentes, quod postquam electionem examinauerat, & eam ad nostræ deliberationis examen tā stulerat, nuncijs tam directis electionem eandem malitiosè nimis examinare præsumpsit. Et infrà.

De consilio fratrum nostrum examinationem secundam, tanquam à nō suo iudice factam, postquam negocium ad nostrum fuerat translatum examen, censuimus irritam & inanem. *11. quæstio. 1. c. penultimo.*

Idem

Idem Sancti P. & S. Leonis, Abbatibus, & R. archidiacono Tullensi.

Legatus de latere confert beneficium vacans, licet illud spectet ad præsentationem alicuius clerici.

Constit. Cxix.

Ibid. cap. Dilectio.

DIlectus filius R. Methensis canonicus intimauit, quod cũ Prænestinus Episcopus Apostolicæ sedis Legatus ecclesiam sanctis Trudonis contulisset eidem: Meten. Archidiaconus, ad quem illius ecclesiæ præsentatio pertinebat, asserens quod eadem inconsulto cõferri non potuit à legato, canonicum ipsum super eadem ecclesia molestare præsumit.

Cum igitur plus iuris habeat in concessione prælatus, quàm in præsentatione patronus, nec præiudicetur prælato, si quando per Apostolicæ sedis legatũ, eo inconsulto, ecclesia concedatur, mandamus, quatenus dictum archidiaconum, vt ab eius super hoc molestatione desistat, appellatione remota, cogatis.

Idem N. Illustrissimo Regi Francorum.

Legatus in pluribus locis potest in quolibet dictorum locorum iurisdictionem suam exercere, ita quod facta vnius loci potest in alio explicare.

Constitutio Cxx.

Ibidem cap. Nouit ille.

NOuit ille qui nihil ignorat. Et infrà. Ex parte querimoniam accepimus, quod cum tibi legatur esset certa ratione suspectus, extra fines regni Francorum in terram tuam interdicti sententiã promulgauit. Et infrà.

Tuæ magnificẽtiæ respõdemus, quod etsi fines regni Francorum exierat, nondum tamen fuerat terminos suæ legationis egressus, cum non solum in regno Francorum, sed in Viennen. Lugdunensi & Bisuntinensi prouinciis iniunctam sibi à nobis legationis solicitudinem susceperisset.

DE OFFICIO IVDICIS ordinarij.

INNOCENTIVS PAPA III. à Vsitano Archiepiscopo.

Ordinarius supplet negligentiam Abbatis, non reuocantis monachum vagabundum.

Constitutio Cxxj.

Extra li. 1. tit. 31 de officio dic. ord. c. Quanto deuotio tio. 16. quæstio. 1. c. Si cupis Ibid. cap. Placuit.

QVanto deuotio religiosorum. Et infrà. Ad audientiam nostram nouerris peruenisse, quod monachi, canonici & alii regulares tuę prouinciæ, cum deberent potius in claustro iuxta regularia constituta diuinis obsequiis vigilare, de obedientiis & redditibus, quorum curam gesserunt, pecunia congregata claustrũ abhorrentes, per curias principum & potẽtũ discurrere non verẽtur.

Mandamus igitur, quatenus quoscunque tales inueneris, nisi ad commonitionem tuã resipuerint, vt proprium in manibus prælatorum suorum sine difficultate resignent, conuertendum in vtilitatem domus secũdum abbatis consilium, & regularem vitam obseruent, si prælati eorum post tuam commonitionem id exequi negligenter omiserint, per suspensionem officii & beneficii appellatione remota compellas. *74. dist. cap. Consilium.*

Idem Rothomagensi Archiepiscopo & eius suffraganeis.

Ab vno Episcopo excommunicatus, ab alijs est vitandus. Et Archiepiscopus per querelam alijus non absoluet, nisi primo remittat.

Consti-

Constitutio Cxxij.

Ibid. ca. Ad reprimendam 4. diff. Facta sunt. 2. quæst. 5. c. Qui se scit. 11. quæst. 3. & Curæ.

AD reprimendam malitiam peruersorũ pœnæ certæ sunt in canonibus constitutæ, quas sicut latas à vobis interdum in subditis vultis inuiolabiliter obseruari, ita latas & ab alijs debetis inuiolabiliter obseruare.

Ideoque mandamus, quatenus sentẽtias, quas Lexouiensis ep scopus duxerit in subditos suos canonice promulgãdas, & vos ipsi seruetis, & à vestris subditis faciatis inuiolabiliter obseruari. Tu verò frater Archiepiscope (cum excõmunicationis sentẽtia per appellationis nõ suspẽdatur obiectũ) si quis excõmunicatus ab ipsa, de iniusta tibi fuerit excõmunicatione cõquestus, ad ipsũ (ei quasi coepiscopo deferens) absoluendũ secundũ formã Ecclesiæ remittas. Qui si noluerit ipsũ absoluere, tu (recepta cautiõe iuratoria) absolutionis munus ei poteris exhibere: ita tamẽ, quod nisi legitimè tibi cõstiterit eũ contra iustitiã excõmunicatum fuisse, ex debito sibi iuramenti præcipias, vt super eo, de quo fuerit excõmunicatione inodatus, eidẽ episcopo satisfaciat cõpetẽter. Quod si facere contẽpserit, eũ in excommunicationis sententiã, appellatione remota, reducere non omittas.

Idem Turonẽsi Archiepiscopo.

De causis subditorum archiepiscoporum & Episcoporũ suorũ Patriarcha non cognoscit, nisi per appellationem legitimam, aut vigore consuetudinis seu priuilegii.

Constitutio Cxxiij.

Ibid. ca. Duo ſ. mul. 9. quæst. 3. c. Consuetus. & 18. quæst. 2. cap. 1. & vltimo. 65. diff. Mos.

DVo simul. Et infrà. Consultationi tuæ taliter respõdemus, quod cum sit in canonibus diffinitũ, primates vel patriarchas nihil iuris præcæteris habere, nisi quantũ sacri canones concedũt, vel prisca illis consuetudo cõtulit ab antiquo: ita vt secundũ Nicenas regulas sua priuilegia seruentur Ecclesijs, præterquã si Apostolica sedes aliquam ecclesiã vel rectorẽ ipsius quolibet speciali priuilegio decreuerit honorare: quãdiu clerici tui corã te voluerint stare iuri, compelli non debẽt iudiciũ patriarchæ subire, nisi causa per appellationem ad eius audientiam perferatur, aut ei aliquid super hoc à sede apostolica sit indultum. *antiquus & ca. sequenti. 25. quæstio. 2. c. 1. 2. & 3 9 quæst. 3 c. Consuetus.*

Idem Turonẽsi Archiepiscopo.

Archiepiscopus impeditus potest consecrationem sui Suffraganei alteri committere, & consecrandus tenetur ab illo commissario munus consecrationis recipere.

Constitutio Cxxiiij.

Quod sedẽ apostolicam. Et in frà. Nos siquidem cõsuluisti, vtrum si aliqua infirmitate, vel alia iusta causa detẽtus, aliquẽ Suffraganeorum tuorum consecrare non posses, alicui coepiscoporum tuorum vices tuas cõmittere licitum tibi esset. Et infra. *16. quæstio 1. c. Fraternitatem. Ibid. cap. Quod sede.*

Consultationi tuæ taliter respẽdemus, quod in tali articulo constituto, & tuas vices (vt dictum est) tibi committere licet, & consecrandus munus debet ab eo cõsecrationis accipere, cui eas duxeris committẽdas, dũmodo catholicus habeatur, & impedimẽtum ei ex subtractione gratiæ apostolicæ sedis non obsistat.

Idem Episcopo Elienſi.

Archiepiscopus causã ad se per appellationẽ delatam, subditis Suffraganei committere potest: non tamen ad ipsam suscipiendam compellere potest.

Constitutio Cxxv.

PAstoralis officij. Et infrà.

Ex parte tua fuit in super quæsitum, vtrum si aliqua causa fuerit ad archiepiscopum per appellationem delata, possit eandem iure ordinariæ potestatis suffraganei sui subditò delegare, vel animaduertere in eundem, si causam renuerit suscipere delegatam. Ad quod respondemus, quod archiepiscopus ipsum ad suscipiendam delegationem huiusmodi compellere nequiuit inuitum, eũ in eũ (exceptis quibusdã articulis) nullam *Ibid. cap. Pastoralis.*

lam habeat potestatem, licet Episcopus suus eidem sit metropolitana lege subiectus.

Mortuo delegato Papæ, qui excommunicauit reum vel actorem in possessionem induxit si eius successor in delegatione succedit, absoluere, & restituere possessionem poterit: alias solus Papa restituet & absoluet, præterquam in mortis articulo: ne tamen currat annalis præscriptio, reus coram ordinario vel publicis personis de stando iuri cautionem præstabit.

Præterea postulasti, an alicui ordinario liceat sine speciali mandato apostolicæ sedis delegato, qui reum propter contumaciam manifestam excommunicationis vinculo innodauit, vel petitorem causa rei seruandæ in possessionem petitorum induxit, rebus humanis exceptis, eidem volenti iuri parere absolutionis beneficium impartiri & possessionem restituere infra annum, sufficienti recepta primitus cautione.

Extra li. 1. tit. 29 de offic. & potestate, in di. dele. ca. Sane. C. si aduer. rem ind. L. Aduersus.

Ad quod dicimus, quod cum delegatus, quantum ad illud, sit maior ordinario, mandato summi Pontificis excommunicatus ab huiusmodi delegato, non potest per alium (præterquam in mortis articulo) absolutionis gratiã obtinere, nisi forsan delegatus talis extiterit, cui alius succedat in onere & honore. Nec per alium, quam per summum pontificem recuperare poterit possessionem amissam. Verumtamen ne alius post annum verus efficiatur possessor, coram ordinario, vel si eius copiam habere nequiuiuerit, coram publicis & honestis personis (vt quasi præscriptionem in terrumpatannalem) offerre ac præstare, quod iuri parebit, poterit cautioaem, vt sic post annum recuperare possessionem per sedem Apostolicam mereatur.

Idem Archiepiscopo Senonẽsi.

Papa per rescriptum, quo mandat ordinario vt subditos suos corrigat, non facit ex hoc ipsum delegatum: ideo ab eo poterit appellari ad proximum superiorem, ac si Papa nullum mandatum fecisset.

Constit. Cxxvj.

Ibid. ca. Licet in cor.

Licet in corrigendis excessibus iuxta Canonicas sanctiones, appellationis sit diffugium intercluſum, & ideo parisien. Episcopus à nobis receperit in mandatis, vt tam circa viros religiosos, quàm etiam clericos seculares suæ iurisdictioni subiectos, qui multa & grauia crimina committere proponuntur, in quirat & corrigat appellatione remota, quæ viderit corrigenda, statuens ad reformationem eorum, quod regulare fuerit & honestum.

Quia tamen intentionis nostræ nec fuit nec esse debuit iurisdictioni tuæ per mandatum huiusmodi derogare, præsentium authoritate duximus declarandum quod si in inquisitionibus ab eodem episcopo, non tanquam à delegato, sed tanquam ordinario, faciendis aliquis casus emerserit, in quo licitum sit ad sedem Metropolitanam appellare, prædicti occasione mandati authoritati tuæ, quo minus ad te tanquam ad metropolitanũ appellari valeat, nolumus aliquatenus derogare.

DE MAIORITATE ET OBEDIENTIA.

INNOCENTIVS PAPA III. Capitulo Herbipolensi.

Non obedientes canonicis institutis incurrit inobedientiæ notam, id est, infamiam.

Extra li. 1. tit. 33 de obedientia. ca. Illud dominus 1. Reg. 15 Eccles. 4. 31. dist. c. Si quis sum.

Constitutio Cxxvij.

Illud dominus in beato Petro. Et infrà. Cũ spiritualia sint temporalibus digniora, & obedientia melior sit quàm victima, & auscultare magis quam adipem arietum offerre: non debuerat Hildesenensis Episcopus pro tempo-

1.qu.eſt. 1.c. Non eſt putanda.

tẽporali cõmodo inobediẽtiæ notã ĩcurrere, & apoſtolicis iuſſionibus contraire.

Idem Illuſtriſsimo Imperatori Conſtantinopolitano.

Imperium non præeſt ſacerdotio, ſed ſubeſt, & ei obedire tenetur. Vel ſic: Epiſcopus nõ debet ſubeſſe principibus, ſed præeſſe.

Conſtitutio Cxxv.ij.

SOlitæ benignitatis affectu. Et infrà. Mirata ẽ imperialis ſublimitas, quod te niſi fuimus in noſtris literis increpare. Huic autẽ tuæ admirationi non cauſam ſed occaſionẽ præbuit, quod legiſti beatũ Petrũ apoſtolorũ principẽ ſic ſcripſiſſe: Subditi eſtote omni humanæ creturæ propter Deũ, ſiue regi tanquam præcellenti, ſiue ducibus tanquã ab eo miſſis, ad vindictã malefactorũ, laudem verò bonorum.

1.Pet.2. 11.quæſtio. 1.c. Quam magnum 26.diſt. ea. Deinde opponitur.

Verũ ſi perſonam loquẽtis & eorũ ad quos loquebatur, ac vim locutionis diligentius attendiſſes ſcribentis, non expreſ ſiſſes taliter intellectum. Scribebat enim apoſtolus ſubditis ſuis, & eos ad humilitatis meritũ prouocabat. Nam ſi per hoc quod dixit, Subditi eſtote, ſacerdotibus voluit imponere iugum ſubiectionis, & eis prælationis authoritatẽ afferre, quibus eos ſubiectos eſſe monebat, ſequeretur ex hoc etiam, quod ſeruus quilibet in ſacerdotes imperium accepiſſet, cùm dicatur, Omni humanæ creaturæ. Quod aũt ſequitur, Regi tanquam præcellẽti, nõ negamus, quin præcellat imperator in temporalibus illos duntaxat, qui ab eo ſuſcipiũt tẽporalia: ſed põtifex in ſpiritualibus antecellit, quæ tantò ſunt tẽporalibus digniora, quantò anima præfertur corpori: licet non ſimpliciter dictum fuerit, Subditi eſtote, ſed additum fuit, Propter Deũ: nec purè ſit ſubſcriptũ, Regi præcellenti, ſed interpoſitum, forſitan nõ ſine cauſa, Tãquam. Quod autẽ ſequitur, Ad vindictam malefactorum, laudẽ verò bonorũ, intelligendũ non eſt, quod rex vel imperator ſuper bonos & malos gladij acceperit poteſtatẽ, ſed in eos ſolummodo, qui vtẽtes gladio eius ſunt iuriſdictioni commiſſi.

10.diſt. ca. Suſcipitis. 12.quæſtio. 1.c. Præcipimus.

Potuiſſes autem prærogatiuam ſacerdotii ex eo potius intelligere, quod dictũ eſt, non à quolibet, ſed à Deo, non regi, ſed ſacerdoti, non de regia ſtirpe, ſed de ſacerdotali proſapia deſcendenti, de ſacerdotibus videlicet, qui erant in Anathot: Ecce conſtitui te ſuper gentes & regna, vt euellas, & diſſipes, & ædifices, & plantes.

Hier.1.

Præterea noſſe debueras, quod fecit Deus duo magna luminaria in firmamento cæli: luminare maius, vt præeſſet dici, & luminare minus, vt præeſſet nocti: vtrũq; magnum, ſed alterum maius. Ad firmamentum igitur cæli, hoc eſt, vniuerſalis Eccleſiæ, fecit Deus duo magna luminaria, id eſt, duas inſtituit dignitates, quæ ſunt pontificalis authoritas, & regalis poteſtas. Sed illa quę præeſt diebus, id eſt, ſpiritualibus, maior eſt: quę verò carnalibus, minor: vt quanta eſt inter ſolem & lunam, tanta inter pontifices & reges differentia cognoſcatur.

Gen.1. 96.diſt. cap. Dicì, & 63.diſt. ca. Valentinianus

Hæc autem ſi prudenter attenderet imperatoria celſitudo, non faceret aut permitteret Conſtantinopolitanum patriarcham, magnum quidem & honorabile membrum Eccleſiæ, iuxta ſcabellum pedum ſuorum in ſiniſtra parte ſedere, cum alij reges & principes Archiepiſcopis & Epiſcopis ſuis (ſicut debent) reuerenter aſſurgant, & eis iuxta ſe venerabilem ſedem aſſignent.

Nos autem, etſi non increpando ſcripſerimus, potuiſſemus tamen rationabiliter increpare.

Ioan.21. 31.quæſtio 1.c. Quod ſi dormierit. Matt.16

Nobis autem in beato Petro ſunt oues Chriſti cõmiſſæ, dicente domino: Paſce oues meas, non diſtinguẽs inter has oues & alias: vt alienum à ſuo demonſtraret ouili, qui Petrũ & ſucceſſores ipſius magiſtros non recognoſceret & paſtores: vt illud tanquam notiſſimum omittamus, quod dominus dixit ad Petrum, & in Petro dixit ad ſucceſſores ipſius: Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque ſolue-

ris

ris super terram, erit solutum & in cælis, &c. nihil excipiens, qui dixit, Quodcunque. Et infrà.

19. dist. ca. Si Romanorum. Vtrum autem imperatoriam excellentiam ad bonum & vtile per literas nostras duxerimus inuitandam, vtrum tibi iusta suggerimus, & honesta, tua solicitudo discernat, quum nō nisi ad vtilitatem Ecclesiæ, & terræ Hierosolymitanæ subsidium, nos te meminerimus inuitasse.

Idem episcopo Florentino.

Ordinatus per Papam, non per hoc eximitur a iurisdictione sui Episcopi.

Constitutio Cxxix.

Ibid. cap. Postulasti. ff. tit. de albo. scri. L. 1. PEr tuas nobis literas. Et infrà. Postulastis per sedis Apostolicæ oraculum edoceri, vtrum quis per ordinem subdiaconatus à Romano Pontifice susceptum, à debita tibi reuerētia subtrahatur.

Ad quod breuiter respondemus, quod etsi decens sit, vt illis, quantum conuenit, à te inter alios tibi subditos deferatur, quos benignitas Apostolica collatione ipsius ordinis honorauit, per eam tamen ab obedientia, quam aliàs tibi debent, minimè absoluuntur

Idem Patriarchæ Constantinopolitano.

Quando de obedientia vel subiectione agitur, nihil attentari debet in præiudicium rei, vel possessor is non citati.

Constitutio Cxxx.

Ibid. cap. Interquatuor. 19. quæstio. 6. c. Placuit. INter quatuor. Et infrà. Petitionem contra Ecclesias, quas tibi subijci postulabas, quæ priusquam Constantinopolis ciuitas caperetur, Constantinopolitano patriarchæ minimè respondebant, duplici ratione non duximus admittendam. Iuris nanque ratio postulat, vt in eorum præiudicium, quibus eædē Ecclesiæ sunt subiectæ, nihil ordinemus de ipsis, cum nec citati sint, nec conuicti, nec per contumaciam se absentent.

Super obedientia verò, quam vt tibi impendi faceremus ab Archiepiscopo & Episcopis regni Cypri similiter postulasti, ferè idem duximus respondendum: cum & ipsi ante tuam promotionem fuerint exempti, quando videlicet Constantinopolitana Ecclesia erat inobediens & rebellis. & in eorum absentia contra statum eorum non debuerimus aliquid immutare. Extra lib. 1. tit. 6. de Electione & electi potestate. ca. Quia diligētia

Iustitiam tamen non negabimus tibi, cum eam duxeris postulandam.

Idem Archiepiscopo Cantuariensi.

Abbates & sacerdotes, qui sunt diœcesani Episcopi, ad eius synodum venire, & illi obedire compelli possunt per censuram ecclesiasticam.

Constitutio Cxxxi.

Ibid. cap. Quod sit per. ff. ti. Si quis ius dicē. non obtem. L. 1. QVod super his. Et infrà. Abbates & sacerdotes diœcesana tibi lege subditos, qui ad tuam synodum venire contemnunt (dummodo in ipsa synodo non ducas aliquid statuendum, quod Canonicis obuiet institutis) per censuram Ecclesiasticam ad synodum illam venire cōpellas, & debitam tibi obedientiam & reuerentiam exhibere.

Idem Sancti Stephani & Sancti Proculi Abbatibus Bononiensibus.

Canonici regulares inobedientes priori suo, per ipsum excommunicari possunt: & si fuerint incorrigibiles, de fratrum consortio expelli debent.

Consti-

Constitutio Cxxxij.

Ibid. cap. Cum in Ecclesiis.

CVm in Ecclesijs sancti Victoris, & sancti I. de Monte. Et infrà.

Nos igitur ad reformationem earundem Ecclesiarum diligenti solicitudine intendentes, vniuersis Canonicis dedimus in mandatis, vt priori suo in his, quæ ad Deum pertinent, obedirent.

Cūque omnes (quatuor duntaxat exceptis) ie obedire velle concorditer respō dissent, prædicti quatuor se contra Priorem in superbiam erigentes, licet de obedientia suo priori præstanda præstitissēt iuramētum corporaliter, tamen exhibiti iuramenti immemores, suo Priori per omnia restiterunt: & cum pro cōtumacia sua nequiuissent ad debitam obedientiā reuocari, dictus Prior in eos excōmunicationis sententiam promulgauit.

Quū igitur præfati canonici ad Apostolicam sedem accessissent, per scripturas autenticas ex multorum testimonio prælatorū effecti de ipsorum contumacia certiores, recepto secundum formam ecclesiæ ab eisdem corporaliter iuramento, ipsis fecimus absolutionis beneficium impendi, præcipientes eis sub debito iuramenti, vt ad suum claustrum, de quo exierant, redeuntes, Priori suo secundum Deū deuotè ac humiliter obedirent. Ideoque mandamus, quatenus præfatos canonicos, vt ad Prioris sui obedientiam reuertantur, per censuram ecclesiasticam compellatis, & ne de sua possint contumacia vel malitia gloriari, cogatis eos (si videritis expedire) vt iuramentū quod de parendo mandatis. Prioris pro absolutionis beneficio impetrando superbè negauerant, humiliter præstare procurent: alioquin eos de fratrum consortio penitus excludatis.

DE POSTVLANDO IN ECCLESIA Catholica.

INNOCENTIVS PAPA III. Archiepiscopo Compostellano.

Canonici regulares postulare non possunt, sicut monachi, nisi pro vtilitate Ecclesiæ vel sui monasterii & præcepto Abbatis.

Constitutio Cxxxiij.

EX parte tua nobis fuit propositum, q̄ quidam canonici regulares non solum in ecclesiasticis, verū etiam in Forensibus causis præsumunt aduocati offi ciū exercere. Cumque obijcitur eis, quod non debent esse Forensis vel ecclesiastici negocii susceptores vel executores, nisi forte id monasterii expo cat vtilitas, Abbate nihilominus imperante, ad suam proponunt insolentiam excusandam, quod capitulum illud, per quod prædicta prohiberi videntur, de monachis, non de Canonicis regularibus loquitur manifestè.

Extra li. 1. tit. 37. de postulando, c. Ex parte tua. 16. quæstio. 1. c. Monachi Et ibid. c. De præsentium.

Vnde consultationi tuæ taliter respondemus, quod idem iudicium de Canonicis regularibus, quod & de monachis, quantum ad supradicta, credimus obseruandum, licet de monachis, in Canone specialiter sit expressum.

DE PROCVRATORIBVS.

INNOCENTIVS PAPA III. Cabillonēsi & Cathalanēsi Episcopis.

Rescriptum super consecutionis iudicii impetratum a Procuratore reuocato, & de hoc certificato, non valet, nec processus vel sententia lata per ipsum, si reuocatio peruenit ad aduersarium.

Constitutio Cxxxiiij.

IN nostra p̄sētia Tullēsis Ep̄us est conquestus, quod quum ad causā, quæ inter Episcopū & Decanū Tullēses sup̄ dilapidatione, excōmunicatione & p̄iurio, ac q̄busdā aliis criminibus vertebatur,

Extra li. 1. tit. 38. de procuratoribus cap. In nostra.

tebatur, T. & G presbyteros ꝓcuratores instituens, ipsos ad sedem apostolicã duxerit destinandos, cũ de ipsorũ fide post modũ titubasset, mandatũ qđ eis dederat infra modicũ temporis spaciũ reuocauit: sed ipsi licet mandati literas reuocatorias recepissent, nihil ominus in negocio processerunt, & pro procuratoribus segerentes, cum aduersario ingressi iudicium, cũ eo ad Parisiensem Archidiaconum & collegas suos in eiusdẽ præiudicium nostras literas impetrarunt.

Cumq́ue prædictus episcopus ad probandũ qđ falsi ꝓcuratores fuerant ab ipsis iudicibus inducias postulasset, ipsi exceptionẽ oppositã inutilẽ & superuacuã reputantes, ad ꝓbationẽ ipsius dilationẽ concedere noluerũt: ꝓ quod ad appellationis beneficiũ conuolauit. Sed idem nihilominus lite non contestata, & iuris ordine ꝓtermisso, testes contra eum recipere præsumpserunt, ipsum à Tullensi Ecclesia per sententiam remouendo.

Extra l. 1. tit. 9. de renunciatione cap. In præsentia.

Nos verò, licet vix fidẽ adhibere potuerimus, qđ dicti iudices, vtpote viriliter-ati, prouidi & honesti taliter processissent maximè cum in sua relatione, quam ad nostrã ꝓsentiã transmisere, de huiusmodi exceptione nullã fecerint mẽtionẽ: q̃a tamẽ episcopus ꝓ viros religiosos, prouidos & honestos, de q̃bus nõ est verisimile, qđ suæ salutis obliti, ac iuramenti religione contempta, falsum testimoniũ tulerint, nobis fecit sup̃ his, quę sunt ꝓposita, plenã fidẽ: attendentes etiã quod falsi procuratoris exceptio nõ solum ante sententiã, verũ etiã postea pôt obijci. vtpote qua probata iudiciũ nullũ, & nullius momenti controuersiæ reputantur, processum supra dictorũ iudicum sententialiter duximus irritandum.

1. quæ. 7 ca. Sanci mus.

Idem Brixiensi Episcopo.

Si agitur de adulterio corã iudice seculari, ad pœnam legalem, non interuenit procurator: secus si coram ecclesiastico ad sepa rationem thori.

Constitutio. Cxxxv.

TVæ fraternitatis. Et infrà. Consultationi tuæ taliter respondemus, quod si vir accusat vxorem de crimine adultuerij coram iudice seculari, ad pœnam legitimam infligẽdam, quia tunc inscriptionis vinculum debet arripere, seq; ad pœnam talionis astringere, non ꝓ procuratorem, sed per seipsum præsentem oportet præsentialiter accusare.

Ibid. ea. Tuæ fraternitatis. C. de adulteri. L. Castitati. 33. quæ. 2. ca. admonere.

Si verò vir accusare velit vxorem de adulterio coram ecclesiastico iudice, vt ab eius cohabitatione discedat, quia tunc & si forsan oporteat eũ inscribere, vt desiguet in scriptis nomen, locum & tempus, & omnia quę comprehenduntur in lege ciuili, ad talionem tamen nõ debet se aliquatenus obligare, ne fortè cum in probatione defecerit, intentionis suę consequatur effectum, sustineri potest, si necessitas id postulauerit, vt per procuratorẽ accuset: quoniam huiusmodi accusatio, & si decrimine fiat, non est tamen criminalis, sed quasi mixta inter ciuilem & criminalem, quanquam in præsentia principalium personarũ securius procedatur.

De pœnitẽtia di. 1. cap. Quamobrem. ff. de accus. & in scrip. L. 3

Idem Archiepiscopo, Decano & Præcentori Lugdunensibus.

Qui de mandato domini causam procurauit, ab eo repetit expensas propter hoc factas.

Constitutio. Cxxxvi.

CVm pro causa quæ inter G. & F. Gabionensis Ecclesię Archidiaconos vertebatur. Et infrà.

Ibid. ca. Cum pro causa. 11. quæ. 4. c. Quicunque.

Discretioni vestræ mandamus, quatenus expensas Archidiacono restitui faciatis, si legitimè probare potuerit, se de mandato Capituli suscepisse prędicta negocia promouenda, & propter hoc ad sedem Apostolicam accessisse.

Idem

Idem Scholaribus Parrhisiensibus.

Vniuersitas etiam scholarum potest ad agendum & defendendum procuratorem constituere.

Constitutio Cxxxvii.

Ibid.cap. Quia in causis. ff. tit. de procuratoribus. L.1.

QVia in causis, quæ contra vos & pro vobis mouentur, vestra vniuersitas ad agendum & respondendum commodè interesse non potest, postulastis à nobis, vt procuratorem instituere super hoc vobis de nostra permissione liceret.

Licet igitur de iure communi hoc facere valeatis, instituendi tamen procuratorem super his authoritate præsentium vobis concedimus facultatem.

DE HIS QVAE VI METVSVE CAVSA fiunt.

INNOCENTIVS PAPA III. Decano & Subdiacono Linconiensi.

Qui per metum, qui cadere potuit in constantem virum, beneficio suo renunciare iurauit, & renũciauit, illud repetere poterit.

Constitutio Cxxxviii.

Extra li. 1. tit. 40. de his quæ vi metúsve causa fiunt. cap. Ad audientiam nostram. 6. quæstio. 3. c. Denique

AD audiẽtiam nostrã, magistro G. de Cheuellis significãte, peruenit, quod quũ Ecclesiam de Cheuellis Canonicè fuisset adeptus, & aliquandiu pacificè possedisset, grauissimo tandem metu regis, quod eam resignaret iurare coactus, eam in eorum, ad quos pertinebat, manibus resignauit. Quia verò quæ vi metúsve causa fiunt, carere debent robore firmitatis.

Mandamus, quatenus si eundem ad resignationem constiterit vobis per talẽ metum fuisse coactum, qui potuerit & debuerit cadere in virum constantem, non obstante iuramento prædicto, quo non ad repetendum, sed ad resignãdum solummodo tenebatur, præfatam Ecclesiam ei restitui faciatis.

Idem Vidronensi Archiepiscopo.

al' Nidrosienens.

Excommunicatus non est, qui absolute coactus excommunicato communicat: secus si coactio fuit conditionalis.

Constitutio Cxxxix.

Ibid.cap. Sacris. L. dist. c. presbyteros. 2. quæst. 1. cap. In primis. 11. quæstio. 3. cano. Quid prædecessor. 32. quæstio. 5. c. Item.

SAcris est canonibus. Et infrà Distinguimus autem, vtrum is qui communicat excõmunicatis inuitus, sit per coactionem astrictus, aut per metum inductus.

In primo casu talem non credimus excommunicatione teneri, quum magis pati, quàm agere videatur.

In secundo, licet metus attenuet culpam, quia tamen non eam prorsus excludit, cum pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incurrere, excommunicationis labe credimus inquinari.

Idem Marsilienſi & Agathenensi Episcopis.

Metum passo non subuenitur, si non fuit talis, qui cadere potuit in constantem virum.

Constitutio Cxl.

Ibid.cap. Cum dilectus.

CVm dilectus filius. Et infrà.

Quia constitit nobis de voto emisso, & de præstito iuramento à canonicis insularum, quod regulam Cistertiensem obseruarent, vel translationem ipsius ecclesiæ ad ordinem illorum nullatenus impedirent: cum vtrumq; seruatum non vergat in dispẽdium salutis æternæ, nolentes viam periurijs aperire,

Non obstante violentia, quæ proponebatur illata, cum neque metum mortis, neque cruciatum corporis contineret, & ideo non debuerat cadere in constantes. Nec obstante dolo, pro quo se proponebant fuisse seductos, cum talis

dolus

22.q.4. c.si aliquis. C.de iudi.vidu. l.1.

dolus non tam ad circumuentionem prę dictorum Cisterſienſium,quàm ad fatuitatem eorum debeat retorqueri.

Super reſtitutione petita ſilentium eis duximus ſententialiter imponendum.

DE IN INTEGRVM Reſtitutione.

INNOCENTIVS PAPA III. S.Georgij, & S.Sergij Abbatibus.

Reſtituitur Eccleſia læſa propter negligentiam procuratoris, qui iura Eccleſię non produxit.

Conſtit. CXLI.

Ibidem c.Cū veniſſent.

Vm veniſſent ad apoſtolicā ſedem, electus & monachi Rothonenſes, pro ſe ac pro monaſterio ſuo,ac magiſter A.pro Epiſcopo Venetenſi, eis ſancti Georgij diaconum Cardinalem dedimus auditorem.

Coram quo idem magiſter pro Epiſcopi parte propoſuit quod cum monaſteriū Rothonenſe eſſet ſitum in diœceſi Venetenſi, & Eccleſiæ Venetenſi ſubiectum, prędictus Epiſcopus poſſeſſione ſubiectionis vſus eſt hactenus inconcuſſe,ſed cum occaſione cuiuſdam electionis, quæ ibidem facta fuerat, partes de communi aſſenſu ad Nanthenenſem Epiſcopum, & eius collegas commiſſionis literas impetraſſent, duo eorum ad monaſterium acceſſerunt:quorum aduentū intruſus præſentiens,renunciauit huiuſmodi electioni,& ſe à monaſterio abſentauit. Sed iudices authoritate apoſtolica monachis iniunxerunt, vt ſyndicum vel procuratorem eligerent,qui in cauſis monaſterij & conſulte ageret, & vtiliter reſponderet: diſtrictius inhibentes eiſdem ne aliquem eligerent in Abbatem, donec plenius agnoſceretur de iure, quod Epiſcopus ſe habere in Abbatis electione dicebat. Monachi verò,etſi procuratorem ad mandatum iudicum elegiſſent,Abbatem tamen contra inhibitionem eorum eligere præſumpſerunt:cuius electionem Epiſcopus petijt infirmari, & ſe ad poſſeſſionem reſtitui,qua eum monachi ſpoliauerant. Deinde iudices diffinitiuam ſententiam protulerunt electionem caſſantes eandem, quam ſententiam dictus magiſter petijt confirmari.

Ad hoc fuit reſponſum, quod licet per procuratorem ex parte monachorū fuiſſet propoſitum, quod monaſteriū ad Romanam eccleſiam nullo medio pertineret, dicti tamen iudices contra eos procedere nimis animoſe cœperunt.

Nos igitur in ſpectis priuilegijs prædeceſſorum noſtrorum Leonis, Gregorij & Clemētis, quæ monaſterium illud ad ius & proprietatem indicant ſedis apoſtolicę pertinere, intelligentes quod monaſterij procurator, etſi eadem priuilegia coram prædictis iudicibus exhibere omiſerit negligenter, ius tamen nō tam ſuum,quàm noſtrū fuerit proteſtatus, videlicet quod monaſterium ipſum ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertineret,ne ipſius negligentia in damnum tam noſtrum,quàm monaſterij redundaret,ad audientiam reſtituimus monachos Rothonenſes. Et infrā.Electionem autem à monachis (ſicut dicitur) concorditer factā,pendente controuerſia,ex qua pendet nec confirmandam duximus,nec etiam infirmandam.

Idē Elienſi & Florenſi Epiſcopis.

Eccleſia læſa in ꝓbatione neceſſaria omiſſa, poteſt petere reſtitutionem in integrum,non obſtante termino iuris probationis excluſæ. Et reſtitutionem petere poteſt, non ſolum contra priuatum, ſed etiam contra eccleſiam.

Conſtit. CXLII.

Ibid.ca. Auditis.

Avditis & intellectis cauſæ meritis in cauſione,quæ vertitur inter Vigorienſem Epiſcopum & Abbatem de Eueſcam ſuper eccleſijs in valle de Eueſcā, quas Epiſcopus aſſeruit ad ſe diœceſana lege ſpectare: Abbas autem eas ab eius

iurisdictione prorsus esse exemptas, cognouimus euidēter ecclesias illas per priuilegia illa Romani pontificis non esse ab Episcopali iurisdictione subtractas, nisi forte vallis de Eueseam sit ille locus, qui fuit à duobus regibus Roe videlicet & Offa, libertati donatus, & quem bonæ memoriæ Celestinus Papa libertati donauit, sicut in ipsius priuilegijs continetur. Verum tanto tempore probantur per testes abbatibus de Eueseā pleno iure possessiæ, vt videatur in eis ius Episcopale legitimè præscripsisse, nisi forte per tantum temporis spacium Vigornesis ecclesia interim vacauisset, vt tempore vacationis subducto præscriptio minime sit cōpleta.

Extra li. 2. ti. 26. de præscriptionib. c. 1.

Licet autem vtrinque sit in causa concluſum, quia tamen vtraque pars necessariam (vt asserit) probationem omisit, nos attendentes, quod vtraque ecclesia fungatur iure minoris, æquitate pēsata, vtranque restituimus contra reliquam, ad probandam rationem omissam, ne alterutra pars propter huiusmodi negligētiam graui iactura lædatur.

Idem Priori S. Mariæ ad carceres, & L. canonico sanctæ Mariæ de Mandria.

Restitutio ex iusta causa etiam maiori est concedenda, dummodo iusta causa petendi probetur. Si autem non probatur plenè vel semiplenè, conceditur restitutio in causa fauorabili.

Constit. CXLIII.

Ibid. ca. Ex literis.

EX literis Abbatis de Caluen. didicimus, quod cū Ramisane & Grimol. archipresbyteri inter l. virum & L. mulierem ex delegatione nostra sententiam diuortij protulissent, & appellatione interposita cognitionem sententiæ ipsi abbati & archipresbytero Paduano duximus committendā, quia pars mulieris ad peremptorium terminum non accesserat, abbas ipse, cui alter coniudex commiserat

Extra li. 1. ti. 29. de officio & potestate iudi. dele. ga. cap. Cum materimonij. Ibid. ca. Tum ex literis.

vices suas, allegationibus diligenter inspectis, latam à iudicibus prædictis confirmauit sententiam, sed post octo dies, pater puellæ accedens ad ipsum, intellecto quod sententiam protulisset, firmauit proprio iuramento, quod quidam ad eum & filiam eius accedens, fraudulenter sub ipsius abbatis nomine falsas eis literas præsentauit, quibus mandabatur eidem, vt quia iudex ad diem, quam assignauerat, venire non poterat, post octo dies à termino constituto, ipsius se conspectui præsentaret. & postmodum appellauit ad sedem apostolicam & etiam supplicauit.

Licet autem defraude taliter perpetrata per huiusmodi iuramentum, non constet ad plenum, in fauorem tamen matrimonij, de benignitate canonica, contra fraudem propositam supplicationem mulieris admisimus, & ad audientiam restituimus eam, pro matrimonio postulante. Ideoque mandamus, quatenus de causa prioris appellationis ordine iudiciario cognoscentes, confirmetis vel infirmetis, sicut iustum fuerit, sententiam à primis iudicibus promulgatam.

Idē Episcopo & Capitulo Osenēsi.

Etiam contra sententiam Papæ restituitur Ecclesia. Et causa restitutionis in integrū debet præsentibus partibus tractari.

Constit. CXLIIII.

TVm ex litteris Celestini Papæ prædecessoris nostri, tum ex his quę ipsius temporibus gesta fuerunt, grauem Hilerdensis ecclesiæ intelleximus quæstionē, per sententiam Eugenij Papæ super ecclesijs quibusdam prolatā, se lęsam enormiter & olim, & nunc etiam conquerentis. Vnde cum idem Celestinus tempore Anastasij Papæ proximi successoris eiusdem Eugenij, in minori adhuc officio cōstitutus, in partibus Hispaniæ legationis officio fungeretur, & ex delegatione ipsius cognoscere cœpit de cōtrouersia memorata: cui etiam Alexāder successor ipsius Anastasij officio legationis denuo in partibus eisdem fungenti causam cōmisit eandem: idem quoque Celestinus ad apicem summi pōtificis promotus, G. sancti angeli diacono cardinali, tunc apostolicę

lieæ sedis legato, dictam controuersiam sub eo tenore commisit vt inspectis Hilerdensis ecclesiæ priuilegijs, auditis etiã partium rationibus, memorata sententia non obstante diffinitiuam proferret sententiam, eamque faceret obseruari. Verum quoniam per ipsum legatũ, aut per alios, quibus sub eodem tenore causa eadem commissa extitit (licet producti testes ex parte Hilerdensis Episcopi recepti fuerant) mandatum apostolicum nõ extitit adimpletum, magister A. canonicus Hilerdẽsis postulauit per officium nostrũ dictam sententiã in melius reformari, & contra eã restitui ecclesiam Hilerdẽsem.

Nos igitur cũ fratribus nostris & alijs deliberauimus diligenter, nonnullis aliis rentibus, quod cum prædictus Celestinus prędecessor noster contra iam dictã sententiam visus fuerit Hilerdensi ecclesiæ restitutionis beneficium indulsisse, cum ea non obstante duxerit negocium committendum, & nos supplicationem eiusdem ecclesiæ admittere debebamus, præsertim, quia sententia Romanæ sedis non negatur posse in melius commutari, cum aut surreptum aliquid fuerit, aut ipsa pro consideratione ætatum & temporum, se grauium necessitatum, dispensatiuè quicquam ordinare decreuit. Et secundum iura ciuilia principes etiam contra res bis iudicatas in auditorio suo examinari restitutionem in integrum promiserũt. Prospeximus quoq; ex data sententię in regesto dicti Eugenii Papæ repertæ, quod primo mense sui pontificatus fuerit promulgata, quando non plenè de meritis ipsius causę videbatur instructus, illa nitens præcipuè ratione quod priuilegium Vrbani secundi ex parte vestra productum, subiectum fuerat falsitati, cuius tenorẽ nos in regesto ipsius inuenimus incorruptũ. Tandem deliberatio nostra, in hoc resedit, vt an data sit restitutio, an danda contra præmissam sententiam, partibus præsentibus decernatur: quarum assertione merita causarum panduntur.

Quocirca mãdamus, quatenus vsq; ad festum beati Lucę, vel in propriis psonis, vel per idoneum respõsalem nostro vos conspectui presentetis, quod dicta sententia retractari nõ debeat si poteritis ostendere: vel si forte exigente iustitia fuerit retractanda, vel per vos vel per respõsalem idoneũ appareatis sufficiẽter instructi, vt in principali negocio canonicè procedatur, pro certo scituri, quod cũ propter multam locorum distantiam nõ possit ad vos sine magnis laboribus & expensis sæpius haberi recursus, si ad præmissum terminum, quem vobis peremptorium assignamus iniuncta vobis contempseritis adimplere, nos nihilominus in ipso negocio, quantũ de iure poterimus, procedemus.

35. q. 9. c. Veniã. Et, sententiam ff. tit. de min. 25. ann. L. Minor autẽ magistratus.

C. si per vim etc. L. vlti.

Idem Innocentius Papa tertius.

Petitio restitutionis in integrum contra sententiam suspendit regulariter executionem sententiæ in euentu illius causæ restitutionis: fallit si contra petentem restitutionem est præsumptio malitiæ, quod causa differendi executionem hoc petat: quo casu executio fit præstita cautione de restituendo, si petens restitutionem obtinebit in causa.

Constit. CXLV.

SVscitata super diuersis articulis inter Burgensem Episcopum & Quiense monasterium quęstione. Et infrà. *Ibidem cap. Suscitata.*

Nos intellectis, quę vtraque pars proposuit coram nobis super quatuor articulis prenotatis, monasterium Quiense iustitia condemnauimus exigente.

Sententia verò lata procurator monasterii ad probandam prescriptionem factã tam super quatuor articulis prenotatis, quàm etiam super quibusdã decimis per trãsactionem acquisitis, restitutionem in integrum nomine monasterii postulauit, quam eidem duximus indulgendam. *Extra li. 1. ti. 36. de transactionibus, cap. Statuimus. 2. q. 1. cap. Sicut.*

Ne verò per excogitatã malitiam (sicut ex præsumptionibus plurib⁹ videbatur) effectum sententię in damnum Episcopi contingeret impediri, neue monasterium per executionem sententiæ propter diuersas suspiciones incurreret detrimentum, nos equitate pensata, iure duximus prouidendum, vt ante om-

16. q. 6. c. Si Episcopum. C. de iudi. 1. Placuit.

nia supradicta sententia executioni mandetur. Volumus nihilominus & mandamus, vt ab Episcopo ipso recipiatis idoneam cautionem: quod si monasterium in causa ipsa præualuerit vniuersa quę medio tẽpore sentẽtiæ ipsius occasione perceperit, monasterio restituat memurato.

DE ARBITRIS.

INNOCENTIVS PAPA III. Cancellario & Magistro Lothario canonico Parhisien.

In mulierem singularem tanquam in arbitratricem compromitti non potest: secus si mulier habet aliàs iurisdictionem de iure communi vel consuetudine. Nam etiam super rebus temporalibus ecclesię potest in eam valide compromitti.

Constit. CXLVI.

Extra li. 1. titul. 43. de arbitris. c. Dilecti filij.

DIlecti filij abbas & conuentus de Scarduna Cistercien sis ordinis, sua nobis quere la monstrarunt, quod cum inter eos ex vna parte, ac hospitalarios ex altera, super vsuario cuiusdam nemoris quæstio verteretur, in reginam Francorum fuit compromissum vtrinque: quæ causę meritis intellectis arbitrium duxit per diffinitiuam sentẽtiam promulgandum.

33. q. 5. c. Mulierem.

Quamuis autem, secundum regulam iuris ciuilis, fœminæ à publicis officijs sint remotæ, & alibi dicatur, quod licet summę opinionis existant, si arbitrium in se susceperint, vel si patronæ inter libertos suos interposuerint audientiã, ab omni sunt iudiciali examine seperãdæ, vt ex earum prolatione nulla pœna aduersus earum contemptores, nullaque pacti exceptio habeatur: quia tamen iuxta cõsuetudinem approbatam, quæ pro lege seruatur, in partibus Gallicanis fœminæ prȩcellentes in subditos suos ordinariam iurisdictionem habere noscuntur, mandamus, quatenus hospitalarios, vt arbitrium ipsum, præsertim cum Episcoporum fuerit præsentia & cõsilio roboratum, sicut prouidè latum est, & ab vtraque parte sponte receptum, obseruent per pœnã in compromisso statutam, appellatione postposita, compellatis.

25. q. 2. c. Si ecclesiæ.

Idem Abbati & Conuentui de Pigrauia.

Ecclesia exempta non potest in præiudicium exemptionis compromittere.

Constit. CXLVII.

Ibid. ea. Cum tempore.

CVm tempore Celestini Papæ prædecessoris nostri, Et infrà. Supercontrouersijs, quæ inter te & Mesburgẽsem Episcopum & quosdam tuos monachos vertebantur, te promisisti arbitrium Magdeburgensis archiepiscopi seruaturum. Et infra.

Extra li. 1. ti. 43. de arbitris. cap. Ex parte.

Quia legitimè cõstitit, quod fide hinc inde data compromissum est in archiepiscopum memoratum, nos arbitriũ ab ipso prolatum decernimus obseruandum, illis duntaxat capitulis exceptis, quæ contra libertatem ipsius monasterij, & duarum capellarum eiusdem in arbitrio sunt expressa.

Cum etsi sponte volueris, de iure tamẽ nequiueris sine licentia Romani pontificis renunciare priuilegijs, vel indulgentijs libertatis, quę monasterium illud indicant ad ius & proprietatem Romanæ ecclesię pertinere.

Idem Episcopo S. Andreæ, & Abbati de Bechor.

Arbiter non habet potestatem iudicandi vltra comprehensa in compromisso: ideo coram eo non fit reconuentio.

Constit. CXLVIII.

Ibid. ea. Cum dilectus filius.

CVm dilectus filius. Et infrà. Vtrum coram arbitris reconuentioni sit locus, postulasti per sedem apostolicam explicari.

Nos igitur respondemus, quod licet in iudicio conuenientem reconuenire valeat

leat is qui coram iudice conuenitur, coram arbitris tamen reconuenire non potest, cum arbitri iudicare non valeant, nisi de his tantum, super quibus in eos extitit compromissum.

Idem Rectori Hospitalis S. Bartholomæi Lucanensis.

Qui per arbitrium tenetur eligere cum aliquorum consilio, tenetur illorum consilium in tractatu electionis requirere, sed sequi non astringitur.

Constit. CXLIX.

Ibidem c. Quum olim.

QVum olim super eligendo in hospitali vestro rectore & fratribus inter vos & Priorem sancti Bartholomei Lucanensem coram iudicibus delegatis quæstio verteretur, & vtraq; pars in eos compromittens, ipsorum arbitriũ se promiserit seruaturam, super prolato ab ipsis arbitrio vtrinque dubitatio est exorta, quam petistis per sedem Apostolicam declarari. Nos igitur publico instrumento arbitrium continente diligenter inspecto, cognouimus, quod secundum formam arbitrij Prior sancti Bartholomei Lucanensis tenetur habere consilium cum familia hospitalis eiusdem, & tractare cum ea de inueniendo rectore. Propter quod dicimus, quod nisi Prior super inueniendo rectore tractauerit cum familia hospitalis, & ipsius consilium requisierit, non habet potestatem eligendi rectorem: & si alio modo eum elegerit, eius electio haberi debet irrita & inanis.

63. dist. c. Obeuntibus.

Verum habito cum familia super hoc consilio & tractatu, Prior liberè potest rectorem eligere duntaxat idoneum, siue concordet, siue discordet familia cum ipso super inuentione rectoris.

Idem Pisano Archiepiscopo.

Authoritate iudicis causæ etiam delegati potest de causa spirituali in clericum & laicum compromitti. Et si arbitrium est à partibus receptum, debet executioni mandari: licet per generalem procuratorem factum fuerit compromissum. Si autem non fuit arbitrium approbatum, et pœna fuit apposita, agitur ad pœnam, aliàs ad interesse.

Constit. CL.

PEr tuas literas intimasti, quod cum super executione arbitrij, quod inter hospitalarios sancti Ioannis, & plebanũ de Piscia super hospitali sancti Allutij latum erat, à nobis literas accepisses. Et infrà.

Plebanus proposuit, quod ad causam tractandam procuratori dedit generale mandatum: non tamen ei mãdauit, vt sine speciali mandato compromittere posset, vel transigere sup eo. Et præterea procurator iam dictus de assensu Canonicorum suorum non fuerat institutus: & ideo dicebat arbitrium non valere: præsertim quum procurator fines mandati excesserit, & arbitriũ fuerit per vnum clericũ & duos laicos promulgatũ, licet ipsi de assensu Genuensis Archiepiscopi, cui causa commissa fuerat, arbitrium protulissent.

Super quo fraternitati tuę taliter respõdemus, quod si ex parte plebani arbitriũ receptum fuerit indistinctè, ratum haberi debet, ac per hoc iuxta tenorem mandati Apostolici executioni mandari. Si verò receptum non fuerit, refert vtrum fuerit, vel non de obseruando ipsum pœna statuta. Et quidem si pœna apposita fuit, agi potest at pœnam: at si nulla statuta fuerit, sed simpliciter fuit, quod staretur sententię, compromissum, procurator ad interesse poterit conueniri: quia iuramento suo seipsum personaliter, non Ecclesiam poterit obligare. Quod autẽ à duobus laicis & vno clerico dicitur esse prolatum, nequaquam obuiare videtur, cum authoritate dicti Archiepiscopi factum sit, cui causa, de qua dicitur compromissum, fuerat delegata.

LIBRI PRIMI FINIS.

D. IN-

D. INNOCENTII PONTIFICIS MAXIMI, HVIVS NOMINIS TERTII,

Constitutionum Decretalium in Ecclesia Catholica Liber secundus, agens potissimum de iudicijs, pertinentibusq; ad ea.

DE IVDICIIS IN Ecclesia Catholica.

INNOCENTIVS EPISCOpus seruus seruorum Dei dilectis nobis Abbatibus sancti Georgij & sancti Sergij.

Solus Papa cognoscit de dubijs priuilegiorum Apostolicæ sedis, & non inferior.

Constit. I.

Extra li. 2. tit. 1. de iudicijs. cap. Cum venissent.

CVm venissent ad Apostolicam sedē electus, & monachi Rothonēses pro se ac pro monasterio suo, ac magister A. pro Episcopo Venetensium, eis sancti Georgij diaconū cardinalem dedimus auditorem. Et infrà. Cum super priuilegijs sedis Apostolicæ causa vertatur, nolumus de ipsis per alios iudicari.

Idem prælatis per Franciam constitutis.

Index ecclesiasticus potest per viam denunciationis Euangelicæ, seu iudicialis procedere contra quemlibet peccatorem, etiam laicum, maxime ratione periurij, vel pacis fractæ.

Constit. II.

Ibidem c. Nouit ille qui. Mat. 18.

NOuit ille qui nihil ignorat. Et infrà. Non putet aliquis, quod iurisdictionem illustris Regis Francorū perturbare aut minuere intendamus, quum ipse iurisdictionem nostram nec velit, nec debeat impedire. Sed quū dñs dicat in Euangelio: Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: si te non audierit, adhibe tecum vnum aut duos, vt in ore duorum vel trium testium *Deu. 19.* stet omne verbum: quod si non audierit eos, dic ecclesiæ: si autem nec ecclesiā audierit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus: Et rex Angliæ sit paratus sufficien- *2. Cor. 13.* ter ostendere, quod rex Frācorum peccat *Heb. 10.* in ipsum, & ipse circa eum in correctione processit, secundum regulam Euāgelicā: & tandem quia nullo modo profecit, dixit ecclesiæ: quō nos, qui sumus ad regimen vniuersalis ecclesiæ superna dispositione vocati, mādatum diuinū possumus non exaudire, vt non procedamus secundū formā ipsius, nisi forsan ipse coram nobis, vel legato nostro, sufficientem in contrarium rationem ostendat? Non. n. intendimus iudicare de feudo, cuius ad ipsum spectat iudiciū, nisi fortè iure cōi per speciale priuilegium, vel contrariam consuetudinem aliquid sit detractum: sed decernere de peccato, cuius ad nos pertinet sine dubitatione censura, quam in quemlibet exerxere & possumus & debemus.

Deut. 17. 3. q. 9. c. vltimo.

Nos igitur iniuriosum sibi debet regia dignitas reputare, si super hoc Apostolico iudicio se committat, quum Valentinianus inclitus imperator suffraganeis Mediolanen. Ecclesię dixisse legatur: Talē in pontificali sede constituere procuret is, cui & nos qui gubernamus imperiū, syncerè capita nostra submittamus, & eius monita, cum tanquam homines deliquerimus, suscipiamus necessario tāquā medicamēta curantis. Nec sic illud humillimum

mũ omittamus, quod Theodosius statuit Imperator & Carolus innouauit, de cuius genere rex ipse noscitur descẽdisse: Quicunque videlicet litem habens, siue petitor fuerit, siue reus, siue in initio litis, vel decursis temporũ curriculis, siue cũ negocium peroratur, siue cũ iam cœperit promi sententia, si iudicium elegerit sacrosanctæ sedis antistitis, illico sine aliquã dubitatione etiam si pars alia refragetur, ad Episcoporum iudicium cum sermone litigantium dirigatur. Cum.n non humanæ, sed diuinę potius inniramur constitutioni, quia potestas nostra non est ex homine, sed ex Deo, nullus qui sit sanæ mentis ignorat, quin ad officiũ nostrum spectet, de quocunq; mortali peccato quemlibet corripere Christianum: & si correptionẽ contempserit, per districtionem ecclesiasticam coercere. Sed forsan dicetur, quod aliter cũ regibus, & aliter cum alijs est agendũ. Cæterũ scriptum nouimus in lege diuina: Ita magnũ iudicabis vt paruũ: nec erit apud te personarũ acceptio. Et infrà. *Deut. 1. 3. q. 9. c. vltimo.*

Licet autẽ hoc modo procedere valeamus super quolibet criminali peccato, vt peccatorem reuocemus à vitio ad virtutem, ab errore ad veritatẽ, præcipuè cum contra pacẽ peccatur, quæ est vinculum charitatis: postremo cũ inter reges ipsos reformata fuerint pacis fœdera, & vtrinq; præstito iuramento proprio firmata, quæ tamen vsq; ad tempus prętaxatum seruata non fuerint nunquid nõ poterimus de iuramenti religione cognoscere, quod ad iudicium ecclesiæ non est dubium pertinere, vt rupta pacis fœdera reformentur?

Ne ergo tantam discordiam videamur sub dissimulatione fouere prædicto legato dedimus in præceptis, vt nisi rex ipse vel solidam pacem cum prædicto rege reformet, vel saltem humiliter patiatur, vt idem Abbas & Archiepiscopus Bituricẽ. de plano cognoscant, vtrum iusta sit querimonia, quam cõtra eum proponit corã ecclesiã rex Anglorũ, vel eius exceptio sit legitima, quã contra eum per suas nobis literas duxit exprimendã, iuxta formã fidei datam à nobis procedere non omittat.

Idem Episcopo Elienſi.

Principalis persona per se, non per aduocatum debet factum proponere in iudicio, nisi sit indiscreta.

Constit. III.

PAstoralis officij. Et infrà. Statuimus propterea vt principales personæ non p aduocatos, sed per seipsas factũ p̃ponant. Nisi forte sint adeo indiscretæ, vt earũ defect⁹ de iudicis licẽtia p̃ alios suppleat. *Ibidem cap. Pastoralis officij.*

Idẽ nobili viro Petro de Riparia.

Si actio & intentio sunt ineptæ vel sola intẽtio, debet reus absolui ab instãtia iudicij: iterũ tñ actor audietur si aptè egerit.

Constit. IIII.

EXaminata causa: quæ vertitur inter te & milites Campaniæ. Et infrà. Actionẽ quã sup iure patronatus ciusdẽ ecclesiæ contra p̃fatos milites intentabas, incongruentẽ cognouimus, & ineptã. *Ibidem ca. Examinata causa.*

Quia cũ testes induxeris ad probãdũ; quod qñ p̃fatus A. vicedominus ecclesiã eãdem tanquã sequestratam accepit, tu ius patronatus ipsius ecclesiæ possidebas, p̃fecto nec rei vendicationẽ intẽtare, nec ipsius restitutionẽ poteras postulare. Vnde intentionẽ tuã in hac parte pronunciamus nõ tenere, absoluentes eosdẽ milites ab eadẽ. Ita tñ, quod si congruentem & aptam intentare volueris actionẽ, tibi respondere nihilominus teneantur.

Idem Magistro & fratribus militiæ templi in Italia constituris.

Præceptores templi pro domibus suis agere & defendere possunt, nec obstat eis religio, vel quod ignota sit eorum origo.

Constit. V.

CVm deputati. Et infrà. Accepimus quod quidã tam seculares, q̃ ecclesiastici iudices illos, quos habetis in domibus vestris præceptores, in causis ad prosequendã suam iustitiã non admittunt, tanquam licitũ non sit eis super litigiosis negocijs curã gerere, qui pacificis decreuerunt inhęrere studijs, illud allegãtes in repulsionẽ eorũ, quod eorũ ipsis generatio nõ est nota, qui vndecũq; venerint gratia diuina *Ibid. ca. Cum deputati.*

diuina vocati, dum laudabiliter exequantur officium sui ordinis, ex superabundanti requiritur suæ notio nationis.

Ne quis igitur in prosecutione causarum præceptores eosdem ab agendo vel respondendo occasione huiusmodi repellat, authoritate præsentium inhibemus.

Idem Vercellensi Episcopo, & Abbati de Toleto.

Prælati debent laicis de clericis, appellatione frustatoria non obstante, iustitiam facere: ad seculare tamen forum clerici à laicis trahi non debent, etiam data ipsorum prælatorum negligentia.

Constit. VI.

Ibidem c. Qualiter.

QValiter & quando. Et infrà Præcipiatis ex parte nostra prælatis, vt laicis de clericis conquerentibus plenam faciant iustitiam exhiberi, non obstantibus appellationibus frustratorijs, quas in eorum grauamine clerici frequenter opponunt.

Ne pro defectu iustitiæ clerici pertrahãtur à laicis ad iudicium seculare, quod omnino fieri prohibemus.

INNOCENTIVS PAPA III.

Iudex habens consimilem causam, à iudicio remouetur.

Constit. VII.

Ibid. ca. Causam quæ.

CAusam quæ inter Abbatem & conuentum Vindonensem, & archidiaconum Cartonensem super quibusdam procurationibus vertitur, vobis & archidiacono Parisiensi meminimus commisisse. Et infrà.

Quia verò cum eundem archidiaconum similis pœnæ causa contingat nimis fauorabilis parti alteri videretur, nos te fili decane loco ipsius archidiaconi subrogantes, mandamus quatenus non obstantibus prioribus literis in causa, ratione præuia procedatis.

DE FORO COMPET.

INNOCENTIVS PAPA III. Episcopo Vercellensi.

Laicus laicum super reciuili coram iudice ecclesiastico conuenire non potest, nisi in defectum iudicis secularis, vel nisi consuetudo id exposcat.

Constit. VIII.

Extrall. de for. compet. c. Laic.

LIcet ex suscepto. Et infrà. Mandamus, quatenus si quãdo à laicis Vercellen. literas super rebus præciuè, quæ forum seculare contingunt, a sede apostolica contigerit impetrare, sublato appellationis obstaculo decernas authoritate nostra irritas & inanes, dummodo consules & commune de se conquerentibus in iudicio seculari exhibeant iustitiæ complementum.

Ibid. cap. Si diligen ti.

Liceat tamen ipsis, qui sub eisdem consulibus taliter duxerint contendendum, si se in aliquo senserint prægrauari, ad tuam, sicut hactenus seruatum est, vel ad nostram, si maluerint, audientiam appellare, hoc præsertim tempore, quo vacante imperio, ad iudicem secularem recurrere nequeunt, qui à superioribus in sua iustitia opprimuntur.

11 q. 1. c. Inolita. Et ibidẽ c. Placuit quisquis.

Si vero consules iustitię tanquam merito suspecti fuerint recusati, coram arbitris communiter electis de causa suspicionis agatur, quę si probata fuerit esse iusta, ad te vel ad nos pro iustitia recurratur, sicut superius est expressum.

Idem Archidiacono & thesaurario Turonensi.

Vidua laicum corã ecclesiastico iudice conuenire non potest, nisi super causa ecclesiastica, vel in defectu iudicis secularis.

Constit. IX.

Ibid. ca. Ex tenore.

EX tenore literarum comitis Britanniæ est nostris auribus intimatum, quod cũ causam, quæ inter mulierem nobilem E. & I. de Meduano super hæreditate sua noscitur agitari, vobis commisimus terminandam, ipse comes eidem mulie-

mulieri, cum tam ipsa quàm prædictus I. essent de foro ipsius, mãdauit ut causam deferrent ad ipsum, promittens eidem quod ei faceret iustitiæ plenitudinem exhiberi.

Nos igitur attendentes, quòd sic sumus uiduis in iustitia debitores, quòd alijs iniustitiam facere non debemus, mandamus quatenus nisi sit talis causa, quæ ad ecclesiasticum iudicem pertinere cognoscatur, ei supersedere curetis, dummodo per iudicem secularem suam iustitiam possit obtinere: alioqn non obstante ipsius cõtradictione, causam ipsam ratione præuia terminetis.

Idem Pisano Archiepiscopo.

Clericus non potest constituere sibi iudicem laicum, etiam si proprium iuramentum, & aduersarij consensus accedat.

Constit. x.

Ibid. cap. Si diligenti.

SI diligenti. Et infrà. Asseruisti te usque ad hæc tempora renuisse, quòd licitum sit clerico renunciare, saltem in temporalibus causis, iuri suo, & sibi laicũ iudicem constituere, præsertim ubi aduersarij uoluntas accedit, ac tenere iuramentum super hoc interpositum respondisti.

Immemor constitutionis, qua cauetur, pacto priuatorum iuri publico minimè derogari. Quum ergo ius hoc in Mileuitanensi & Carthaginensi concilijs sit specialiter promulgatum, ne clerici clericos, relicto suo pontifice, ad iudicia publica pertrahant, alioquin causam perdant, & à communione habeantur extranei, & tam Episcopi, quàm diaconos, seu quilibet clerici, in criminali, seu in ciuili negocio, si derelicto ecclesiastico iudicio, publicis iudicijs se purgare uoluerint, etiã si pro eis sit lata sẽtentia, locum suum amittant, & hoc in criminali actione. In ciuili uerò perdant quod euicerint, si suum locum maluerint obtinere.

11 q. 1. c. Inolita. Et ibidẽ, c. Placuit ut quisquis

Manifestè patet, quòd non solùm in uiti, sed etiam uoluntarij paciscinon possunt, ut secularia iudicia subeant, cũ non sit beneficiũ hoc personale, cui renunciari ualeat, sed potius toti collegio ecclesiastico sit publicè indultum, cui priuatorum pacto derogari nõ potest, nec iuramentum licitè seruari potuit, quod contra Canonica statuta illicitis pactionibus informatur.

Idem Beluacensi Episcopo.

Clerici super excessibus coram suo Episcopo conueniri debent, non corã his quibus seruiũt, nisi consuetudo vel priuilegium aliud inducat.

Constit. xj.

Ibid cap. Cum contingat.

CVm contingat interdum. Et infrà. Insuper postulasti, an, cum aliqui clerici deputati seruitio capituli Beluacensis, aut aliorum clericorum tuæ diœcesis super excessibus impetuntur, sint cogendi coram te, uel potius coram illis, quibus seruiunt, querelantibus respondere, cum illi sibi iurisdictionem huiusmodi uendicare contendant, licet illos excommunicare non ualeant uel aliàs etiam coercere.

Super quo taliter respõdemus, quòd ad te, utpote ordinariũ, de talibus debent cõquerentes habere recursum: maximè, si super his impetuntur, quæ in tua noscuntur diœcesi commissse: nisi fortè hi, quibus delinquentes ipsi deseruiunt, ex indulgentia uel consuetudine speciali iurisdictionem huiusmodi ualeant sibi uendicare.

Innocentius Papa tertius.

Episcopus delicti condemnat clericum de delicto, priuando beneficio alibi sito, sed executio realis fit ab Episcopo beneficii.

Constit. xij.

Ibid. cap. Postulasti.

POstulasti per sedem Apostolicã edoceri, utrum sacerdos habens ecclesiã in una diœcesi, & residens in eadem, domicilium uerò patrimonij ratione in alia, ibi delinquens ab eo, in cuius diœcesi habet patrimoniũ, pro delicto ibidem commisso debeat iudicari: præsertim in causis, quæ officij sui seu beneficij priuationem exposcunt.

Ad quod breuiter respondemus, qđ per episcopum in cuius diœcesi deliquit, sententia promulgari poterit in eundem. Sed ab eo in cuius diœcesi beneficium obtinet, erit quoad illud exe cutio facienda.

DE LIBELLI oblatione.

INNOCENTIVS PAPA III. Magistro G. Archidiacono, & V. Normanno Canonicis Suessionensibus.

Cum agitur reali, non sufficit rem generaliter peti, sed debet ita specificari, vt euitetur obscuritas, & æquiuocatio.

Constit. xiij.

Extra lib. 2. tit. 3 de libelli obla. c. Significantibus.

SIgnificantibus T. & R. fratribus, nostro fuit apostolatui declaratum, quòd quum inter ipsos ex vna parte, & V. ex altera, super quadam terra coram iudicibus delegatis tracti fuissent in causam, oblato eis libello: illi (quum plures terras haberent) vt terra illa, super qua quæstio vertebatur, ostenderetur eisdem, a iudicibus postularūt: quod quum ipsi facere denegarent, ad nostram audientiam prouocarunt.

Quo circa mandamus, quatenus, si est ita, reuocato in statum debitum, si quid post appellationem huius nouitatis attentatum.

DE LITIS CONtestatione.

INNOCENTIVS PAPA III. Abbati S. Proculi, & I. Canonico Bononiensi.

Si agatur de adulterio ad separationem thori, & ante litis contestationem reus est contumax, potest excommunicari, sed testes recipi non possunt, nec causa diffiniri.

Constit. xiiij.

Extra lib. 2. tit. 6 de litis contesta. ca. Ad hæc Deus

AD hæc Deus. Et infrà. Quum causa, quæ inter R. & B. vxorem eius vertitur, authoritate Apostolica vobis commissa fuisset, tandem procurator eiusdem R. libello vxoris, quo virū ad separationem thori, & vt dotem reciperet de adulterio accusabat, noluit respondere, donec aduocatus eius veniret, inducias postulando, qui cum huiusmodi inducias sæpe petendo uobis illudere uideretur, tandem ad præsentiam uestram accedens, dixit se respondere paratum: sed die statuto, quum crederetur responsurus, libello restitutionem uxoris primo fieri postulauit, ne secus fieret appellādo. Verum quia dicebat mulier se uirum habere suspectum, & idem procurator, nec de mulieris impunitate cauere, nec uestro se curasset postmodum conspectui præsentare, uos testes mulieris recipere studuistis.

Consultationi uestræ taliter respondemus, quòd licet ordo iudiciarius in alijs controuersijs sit seruandus, & in matrimonialibus causis non usquequaque seruetur, quia tamen in præsenti negotio non est actum de federe matrimonij, sed de crimine adulterij, per quod ad separationem coniugij, non ad coniunctionem intenditur, quia lite non cōtestata, testes fuerunt recepti, & attestationes etiam publicatæ, siue deferendum, siue non deferendum appellationi fuisset, non est ad diffinitiuā sententiam procedendum: potuit tamen præfatus R. propter suam contumaciam, uel etiā procuratoris, si sciens non purgauerit eandem, excommunicationis sententia innodari.

Idem Patriarchæ Hierosolymitano, & Archiepiscopo Cassinensi.

In causa restitutionis contra contumacem lite non contestata, sententia proferri non potest.

Constit. xv.

Ibid. c. Accedens.

ACcedens. Et infrà. Cum in iudicum delegatorum præsentia Archiepiscopus Cyrenensis restitutionis beneficium postularet, plebanus sancti Marci de Venetijs contra quem agebat, nihil ad obiecta respondit, sed ad nostram audientiā appellauit, & licet sæpe fuisset admonitus, vt iuri pareret, quia eius appellatio non tenebat, noluit tamen respondere amplius, vel coram eis etiam comparere. Ipsi verò iudices, quum plebanus in sua contumacia perduraret, testes receperunt ab aduersa parte

Ibid. ca. Tuæ fra...

parte productos, & depositionibus redactis in scriptis, mandauerunt eidem, vt ad eos accederet, in personas, vel in dicta testium obiecturus, quod quum facere noluisset, in ipsum excommunicationis sententiam protulerunt, possessionem iuris parochialis adiudicantes Archiepiscopo memorato, & eum restituentes in integrum districtius vetuerunt, ne quis possessionem Cyren. Ecclesiæ restitutam præsumeret perturbare.

Quum igitur lis coram eisdem iudicibus non fuerit contestata, & manifeste pateret literas ipsas per veri suppressionem obtentas (quum manifestum esset duos prædictorum iudicũ, Acconensem videlicet & Beritenensem Episcopos eidem Archiepiscopo, tanquam suffraganeos suos Metropolitano subesse) ac ex his plebanum legitimè appellasse constaret, in quem, etiãsi minus legitimè appellasset, & iudices ipsi licet propter contumaciam excommunicationis forte potuerunt proferre sententiam, non tamen debuerunt super principali negocio diffiniti uam sententiam, lite non contestata, proferre, prædictas cassauimus sententias, imo cassas & inanes denũciauimus. Vnde Cyren. Archiepiscopo dedimus in mandatis, ut Ecclesiæ sancti Marci instrumenta restituat, & etiam vniuersa quæ huiusmodi occasione sententiæ, per se vel per alios occupauit.

Idem Episcopo Brixiensi.

Si lite non contestata reus est contumax, mittitur actor, si fieri potest, in possessionem, causa cognitionis, alias reus excommunicabitur.

Constit. xvj.

Ibid. cap. Tuæ fraternitatis.

TVæ fraternitatis deuotio. Et infrà. Consultationi tuæ taliter duximus respondendum, quòd si reus lite non contestata absentauerit se contumaciter, talisque causa sit, quòd actor possit in petitarum rerũ possessionem induci, est in eandem, causa custodiæ, inducendus.

Quòd si talis causa fuerit, quòd idẽ nequeat in possessionem intromitti, ut iuri pareat, per censuram ecclesiasticã contumax est compellendus.

Idem de Decima & Eleemosyna Abbatibus Aurelianen. & Carotensis diœcesis.

Receptio testium facta contra non contumacem, lite non contestata, in causa matrimoniali est, nulla.

Constit. xvij.

Ibid. c. Accedens.

ACcedens ad sedem Apostolicam nobilis vir Gu. vicecomes nobis exposuit, quòd quum Corisopitenensis Episcopus, comitem Britãni proxima linea cõsanguinitatis attingat, & Archidiaconus eius sit cõtinuus cõmensalis, qui eidem vicecomiti est aduersarius principalis, vt pote qui vxorem suam & terrã publicè detinere præsumit, & magister P. de terra vxoris suæ oriundus, existat nimis fauens eidem, & omnes sub districtu existunt comitis memorati, nec nisi per districtũ ipsius ei patet accessus ad eos, & ipsi, quibus causa inter ipsum & vxorem suã cõmissa fuerat, nũquã ei voluerunt (nisi in terra inimicorum suorum) locũ & terminũ assignare, vbi sine mortis periculo accedere nõ audebat: & licet literas non habuit de conductu, si tamen misse ei fuissent, nõ debebat se credere suis capitalibus inimicis. Et infrà.

Mandamus, quatenus (quum ꝑpinquiores sitis terræ nobilis tam dictæ q̃ suę, & causa ipsa per vos cõmodius valeat terminari, quum ad vos securus pateat accessus) vtrinq; partibus conuocatis, si vobis constiterit, quòd ante litem legitimè contestatam, uel post appellationem ex præmissis causis interpositã, testes super consanguinitate cõtra matrimonium absque culpa contumaciæ recepti fuissent, vel attestationes, huiusmodi decernatis irritas & inanes, compellentes dictã nobilẽ ut reuertatur ad uirum suũ, quẽ inconsultè dimisit: ita quòd postquã ipse uir plenariã restitutionem habuerit, tam vxoris q̃ terræ, causam super matrimonio audiatis, eamque sine Canonico terminetis.

Innocentius Papa tertius.

Lite non contestata, non recipiuntur testes regulariter super principali: fallit in casibus hic annotatis, scilicet cum timetur de morte vel absentia diuturna testium, tunc enim seruata solennitate hic posita, possunt, etiam lite non contestata, testes examinari.

Constit. xviij.

Ibi. c. Quoniam.

QVoniam frequenter in dubium reuocatur à multis, an lite non cõtestata testes recipi valeant, authoritate præsentium duximus declarandum, regulariter verũ esse, quòd lite non cõtestata, non est ad receptionem testium procedẽdum, nisi fortè de morte testiũ timeatur, vel absentia diuturna, in quibus casibus cum ciuiliter est agendum (ne veritas occultetur, & probationis copia fortuitis casibus subtrahatur) senes & valetudinarij, & alij testes, de quibus ex aliqua rationabili causa timetur, etiam lite non contestata sunt procul dubio admittendi, seu pars conuenta sit contumax, seu sit absens absque malitia, vt conueniri non possit.

5. q. 6. c. Epiphanius. C. de prob. l. vlt.

Sed si actor non conuenerit aduersarium infrà annum ex quo cõueniri poterit, vel saltem receptionem huiusmodi testium non denunciauerit illi, attestationes sic receptæ non valeant, ne fortè hoc procuret in fraudem, vt processu tẽporis exceptiones legitimæ ad repellendum testes, vel aliæ locum habere non possint.

Cum agitur de matrimonio carnali vel spirituali, possunt contra contumaces, lite non contestata, testes recipi, & sententia diffinitiua ferri. Si verò reus est absens, sed non contumaciter, tunc in carnali non procedatur, sed expectatur absens: in spirituali verò, si agatur de contracto, stabitur iuribus antiquis: si de contrahendo, expectatur absens per sex menses.

Porrò, spirituales causæ possunt occurrere, in quibus causaliter est aliud obseruãdum: vt, verbigratia, si super alicuius electione, vel copula maritali quæstio moueatur: tunc etenim, ne, propter longam moram in spiritualibus & temporalibus patiatur ecclesia læsionẽ, vel viro siue mulieri fornicationis occasio præbeatur, maxime cũ propinquitatis gradus opponitur: lege diuina prohibitus, in huiusmodi casibus si contumax apparuerit is, in quẽ fuit actio dirigenda, seu quia peremptoria citatione recepta venire cõtemnit, seu quia malitiosè seipsũ occultat, seu quia impedit, ne possit ad eũ citatio peruenire, testes, lite nõ cõtestata, sunt merito admittẽdi: & nihilominus si de cã liqueat ad diffinitiuã sniam procedendũ.

Si verò aliter absens fuerit, & agatur de spirituali coniugio inter Ecclesiam & prælatum iam contracto, electione maximè confirmata, illud in hoc articulo volumus obseruari, quod super exceptionem talium personarum in sacris est canonibus diffinitum.

Quod si forsan agatur de spirituali coniugio cõtrahendo, is qui est in prælatum electus, per spacium sex mensiũ expectetur: nisi pensatis negotiorum circunstantijs, per superioris prouidentiã magis vel minus fuerit expectãdus.

7. q. 1. c. Præsentiũ. Ibi. c. Si quis.

Si autem de carnali coniugio sit agendum, alteruter tam diu coniugum expectetur, donec de ipsius obitu verisimiliter præsumatur: quia quum sine culpa sit absens, vt si captiuitate, vel ægritudine, aut alio iusto impedimento forsitan teneatur, aut etiã propria, sed non malitiosa volũtate in remotis partibus moram faciat, vt de facili vel in breui citari non possit: ei quidem præiudicari non debet, quum habeat forsan exceptiones legitimas ad intentionẽ contrariã elidendam: eo nequaquã obstãte, quòd de lapsu carnis possit opponi: quoniã in coniugio casus multi occurrũt, in quibus coniuges sine culpa, sed nõ sine causa cõtinere cogũtur.

Ad perpetuam rei memoriã, vel cum agitur per viam inquisitionis, possunt testes sine litis contestatione recipi, & etiam publicari.

Sunt & alij casus similiter speciales, in quibus absque litis contestatione legitimè possunt testes produci, vt quãdo excessuum inquisitio vel testiũ publicatio imminet facienda.

Si reus lite nõ cõtest. est cõtumax, et agitur reali, mittitur actor in possessionem rei petitæ, causa custodiæ, quã tñ reus recuperat, veniẽs infra annũ, si offerat cautionẽ de stando iuri, & restituat

stituat expẽsas. Post annũ verò his nõ seruatis nõ auditur, nisi super proprietate. Sed si conuenitur reali, qui nomine alieno possidet, nominabit dominum in iudicio, & statuetur sibi terminus, infra quẽ faciet dominũ cõparere. Qui si infra terminũ non uenerit, iudex illũ non citabit. Quo adhuc nõ veniente, iudex actorẽ mittet in possessionẽ verã. Si verò reus cõtumax cõuenit actione personali, mittetur actor in possessionem bonorum ipsius rei modo debiti declarati, & primo mobilium: secundo immobilium, si mobilia non existant: vel exõicabitur reus.

In alijs verò casibus prudenter est attendendũ, vtrum contumax reali actione an personali conueniatur. Si reali, mittendus est actor in rei petitæ possessionem, vt tædi affectus reus, veniat responsurus. Qui si venerit infra annũ, iudicio sisti, præstita cautione ac exhibita satisfactione congrua expensarũ possessionẽ recuperet: quòd si cautionẽ offerre neglexerit infra annũ, actor post annũ verus cõstituetur possessor, super proprietate dũtaxat aduersæ parti desẽsione legitima reseruata. Quòd si super rebus immobilibus quisque conueniatur, qui eas possidet noĩe alieno, debet statim in iudicio dominũ nominare, certo dierũ spatio à iudice finiẽdo, eòq; ad eius notitiã producendo, vt vel ipse veniens, vel idoneũ dirigens responsalẽ actoris intentionẽ excipiat. Si verò post tẽpus indultũ, quod dispositũ est, noluerit adimplere, tãquam lite, quæ ingeritur, ex eo die, quo possessor ad iudiciũ vocatus est, ad interũpendã præscriptionẽ lõgi tẽporis cõtestata, dominũ possessionis iudex tribus edictis legitimis euocabit: & tunc ipso in cadẽ voluntate manente, negotiũ summatim examinãs, in possessionẽ ipsarũ rerum actorẽ mittere non tardabit, omni allegatione absenti super principali quæstione reseruata. Si autem super personali actione conueniatur, vel mittendus est actor in possessionem mobilium ipsius, vel immobilium: si fortè mobilia non habeat, pro modo debiti declarati, vel in contumacem est ecclesiastica sententia proferenda, ita videlicet, quòd alterutra pœna, quæ magis t meri debeat, iudex à principio sit contentus, ad alterã nihilominus processurus, si hoc meruerit proteruitas contumacis, qui veniens infra annum vel post annum, etiam audietur, iuxta distinctionem in alio casu superius annotatam.

7. q. 1. 4. Præsentiũ. ibi. c. Si quis.

DE IVRAMENTO Calumniæ.

INNOCENTIVS PAPA III. Episcopo Placentino.

Procurator vel syndicus vniuersitatis ecclesiasticæ vel secularis, de calumnia iurare potest.

Constit. xix.

CVm causam, quæ inter R auennaten. Archiepiscopum & commune Fauentinum super villa Luci ac quibusdã alijs vertitur, delegatis iudicibus duxerimus committendam, & ijdẽ in negotio minimè processissent: nos partibus dedimus in mãdatis, vt pro ipsa causa nostro se conspectui præsentarent. Quorum procuratoribus cum instrumentis de rato in nostra præsentia constitutis, petitionẽ ipsius Archiepiscopi per procuratorem eius fecimus exhiberi, ac ad eam partem alteram respõdere, & interrogationibus, & respõsionibus redactis in scriptis, & lite corã nobis pleniſſimè contestata, fecimus calumniæ iuramentum ab ipsis procuratoribus vtrinque præstari.

Extra lib. 2. tit. 8. de iuramento calum. ca. Cum causam.

DE ORDINE COGNItionum.

INNOCENTIVS PAPA III. Narmarinensi Episcopo.

Si reus contra actorẽ spoliatorẽ spoliationẽ opponit: aut excipiendo & tunc prius auditur, & ea probata respondere non cogitur, sed per hoc nõ restituitur: aut agẽdo, & tunc simul vtraq; quæstio terminatur & ea probata restituetur.

Constit. xx.

CVm dilectus filius Abbas de Ferentino de nobilibus viris, dominis de Artone deposuerit quæstionẽ, quòd manu armata & cum exercitu ad castrum monasterij venientes, in prædis animalium & alijs damnificare di-

Extra lib. 2. tit. 10. de ordine cogni. c. Cum dilectus.

ctum cœnobium præsumpserunt, de quibus iustitiam sibi fieri postulabat.

Et citra litis contestationem sub forma exceptionis fuit ex aduerso responsum, quod per ipsius dolũ & violentiã castrũ Sirati amiserant, quòd & progenitores eorum tenuerant, & ipsi possederant inquietè, sibi petẽtes prius restitui, quàm petitionibus ipsius responderent, præsertim cum testes haberẽt præsentes, per quos intentionem suam incontinenti probare volebant.

Verum ex parte Abbatis fuit taliter replicatum, quòd ab eo restitutio peti non poterat, quia nõ fuerat spoliator, præsertim cũ dictum castrum ad ius & proprietatẽ sui monasterij pertineret: quod etiã pars aduersa nullatenus denegabat. Vnde vt verus dñs, ad quem ab alio res sua possessa reuertitur, etiã post tempora longiora retentionis debebat commodum obtinere, & iudiciũ restitutorium contra spoliatorem tantum competere dignoscitur.

Nos autem distinguendum esse credimus, vtrũ spoliationis quæstio ab eisdem nobilibus sit obiecta, in modũ actionis ad restitutionem petendam, an in forma exceptionis ad intentionem aduersarij repellendam.

Cum ea in modum actionis proposita, intelligantur mutuæ petitiones sese tanquam diuersæ minimè contingentes, ac per hoc iuxta regulam iuris (qua dicitur: Qui prior appellat, prior agat) quæ prius esset proposita, prius foret tractanda: quamquã in idẽ iudiciũ ambæ deductæ vicissimque tractatæ, simul essent eadem sententia terminandæ.

ff. indic. Qui prior.

Sed quoniam quæstio illa fuit ab eisdẽ nobilibus tantum in modum exceptionis obiecta, interloquendo pronunciauimus, vt probationes eorũ super ipsa exceptione primitus audirentur, & ea probata legitime, Abbati non cogerentur respondere, super petionibus memoratis, donec restituerentur ab ipso, cũ spoliatori spoliatus ante restitutionẽ non cogatur vllatenus respondere.

Verum spoliatione in modũ exceptionis tantum probata, non est per hoc restitutio facienda. Quemadmodum si in modum exceptionis aliquod crimẽ testi obijcitur, vt à testimonio repellatur, & si crimen contra eum ciuiliter probatũ fuerit, non ideo sibi pœna in fligitur ordinaria, sed eius duntaxat testimonio nõ creditur, quod ea ratione contingit, quoniam in ipsum accusatio nõ procedit. Testes etiam, quorum testimoniũ reprobatur, inter infames, quasi ex falso testimonio, non habentur.

DE CAVSA POSSESsionis & proprietatis.

INNOCENTIVS PAPA III. Archiepiscopo & canonicis Sutrinis.

Si spoliatus possessorio & petitorio simul agens possessionem & spoliationem probat, sed non dominium seu proprietatem, obtinet in possessorio, sed succumbet in petitorio.

Constit. xxj.

Extra lib. 2. tit. 8. de cau. possess. & proprie. cap. Cum ecclesia.

ff. de iudi. Solemnis. 63. dist. c. 1

CVm ecclesia Sutrina pastore vacaret, vos conuenientes in vnũ, & sicut moris est, spiritus sancti gratia inuocata, pastorẽ vnanimiter elegistis, petentes ipsius electionem à sede apostolica confirmari.

Verum clerici conuentualium ecclesiarum ciuitatis eiusdem consequẽter suam deposuere querelam, quòd cum Episcoporum electionibus ipsi ac prædecessores eorum consueuerint interesse, vos eis renitentibus & exclusis ad electionem procedere præsumpsistis: quã ob hoc non confirmari, sed infirmari potius postulabant.

Partibus ergo apud sedem apostolicam constitutis, in auditorum præsentia testes vtrinque producti fuerant, & eorum depositionibus publicatis, pars canonicorum per testes à se introductos intentionem suam, quòd ad eos tantum spectaret electio, sufficienter dicebant esse probata: parte nihilominus clericorum asserente, quòd per dicta testium, quos produxerant, & ipsi assertionem suam, quòd electioni pontificum interesse deberent, plenius proba-

probauissent, per quæ constare dicebant eos electionibus trium episcoporũ, qui ecclesiæ Sutrinæ vltimo & immediatè præfuerant, cum canonicis cathedralis ecclesiæ affuisse, & vocem habuisse cum alijs eligendi.

Nos igitur (quoniam deprehẽdimus testes vestros in perhibendis testimonijs varios extitisse, atque aduersus fidẽ attestationis suæ coram auditoribus vacillasse, & quòd negatiuam quodam modo astruere satagebant, probare volẽtes ius electionis ita ad vos spectare, quod ad aduersarios minimè pertineret: per testes verò aduersæ partis fuit satis sufficienter ostẽsum, quòd in triũ episcoporum electionibus, de quibus præmissum est, clerici præsentes affuerint, & vocem habuerint eligendi) præmissam electionem factam eis contradicentibus & exclusis decreuimus irritandam, clericos sæpe dictos in eam quasi possessionem suam, quam ante controuersiam motam habuerant, reducẽtes.

Extra lib. 2. tit. 8 de cau. poss. & propri. cap. Cum ecclesia.

ff. de iudi. Solemnis. 63. dist. c. 1

Verum, quoniam in quæstione prædicta, quicquid iuris vtraque pars in electione habebat, deductum in iudicium videbatur, cũ iure ciuili sit cautum, id venire in iudicium, non solum de quo actum est, vt veniret, sed id non venire, de quo nominatim actum est ne veniret: & secundum statuta canonica electiones Episcoporum ad cathedraliũ ecclesiarũ clericos regulariter ptinere noscantur, nisi alibi secus obtineat de consuetudine speciali: nec ex eo quòd clerici antedicti se inter eligentes Sutrinos Episcopos probauerunt tertiò extitisse, ius eligendi propter breuitatem temporis vsque ad præscriptionem legitimã non producti sibi acquirere potuerũt, & actore non probante, qui cõuenitur, & si nihil præstiterit, obtinebit: ab eorum impetitione, super electionibus faciendis, vos duximus absoluendos, sæpe dictis clericis ecclesiarum super hoc perpetuum silentium imponentes.

Idem Canonicis de Bethleẽ.

Idem dicit quo ad intellectum quod decretalis supra proxima.

Constit. xxij.

Ibid. cap. Cũ super electione.

CVm super electione Bethleemitanẽ sis ecclesiæ, inter R. subdiaconũ nostrum & P. canonicum sepulchri dominici quæstio verteretur, vtroque se pro electo gerente, cum præfatus subdiaconus à patriarcha Hierosolymitano fuerit confirmatus. Et infrà. Et quia probauerat se per secularem potentiã spoliatum, restituendum decreuimus iustitia mediante.

Verum quoniam tam possessorium, quàm petitorium deductum fuerat in iudicium, & tam restitutionis, quàm electionis quæstio plenius agitata, & constitit nobis electionem vtriusque minus canonicam extitisse, cum iudex de qua re cognouerit, pronunciare debeat, vtramque duximus sententialiter irritandam.

Idem Episcopo Nouionensi.

Qui agit de proprietate, ante conclusionem causæ, possessorio adipiscendæ vel recuperandæ agere potest: post conclusionem vero & ante sententiam hoc non potest, nisi iusta causa subsit.

Constit. xxiij.

Ibid. cap. Pastoral.

PAstoralis officij. Et infrà.

Sanè, sicut intimasti, contingit aliquãdo, vt cum is, qui se asserit spoliatũ, suum trahit spoliatorem in causam, inter ipsa iuris auspicia requisitus, quo malit experiri iudicio, litem proprietatis ingreditur, de illata sibi violentia nullam faciens mentionem: cum autem fuerit in causa processum, nouum iudicium super possessorio nititur inchoare. Et infrà.

Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd possessorio quidem iudicio, quod de recuperanda seu adipiscenda possessione proponitur, antequam renunciatum sit, aut conclusum in proprietatis iudicio primitus instituto, agi potest ab eo qui rem cœperit vendicare.

Cum legali sit prouisione statutum, eum qui fundum vendicauerit ab eo, cum quo interdicto, vnde vi, potuit experiri, pendente iudicio interdictum nihilominus posse intentare.

Alijs possessorijs iudicijs suo robore duraturis, quæ vendicationem dominij sui natura præcedunt.

Si verò renunciatum fuerit vel conclusum, vt iam possit causa proprietatis diffinitiuæ sententiæ calculo terminari (ne lites litibus inculcentur, & via possit fraudibus aperiri) causa non decisa, possessorio non erit vtendum: nisi iudex qui de causa cognoscit, hoc ipsum ex iusta causa viderit expedire: puta cum ex aspicuis indicijs facilè arguitur iniquitas inuasoris, & spoliato, casu seu malitia probandi dominium subtraxerit facultatem.

His igitur & alijs causis inspectis (quę continent æquitatem, aut iustè mouerint animam iudicantis) postquam etiã conclusum fuerit, posse agi possessorio iudicio non negamus.

Idem Episcopo & Officiali. S. Andreæ.

Si petitorio & possessorio simul est actum, vna sententia terminatur, & præmittitur possessorium in terminando, sed in exequendo præualet petitorium.

Constitutio xxiiij.

Ibid. cap. Cum dilectus.

CVm dilectus. Et infrà. Ad quartum breuiter respondemus, quòd cum super possessorio & petitorio simul est actũ, vtrinque vna sñia debet terminari, sed licet in pronunciatione sit possessio præmittẽda, in executione tamẽ debet proprietas præualere.

Idem Episcopo Veronensi.

Adiudicatur illi beneficium, qui probauit collatorem suum fuisse in possessione conferendi collationis tempore. Per hoc tamen non prohibetur succumbens agere de proprietate iuris conferendi cum ipso collatore.

Constitutio xxv.

Ibid. cap. Cũ olim.

CUm olim quæstio, quæ inter archidiaconum ex vna parte, & archipresbyterum & canonicos Vicentinæ eccle siæ ex altera. Et infrà.

Quoniam per attestationes nobis cõstitit euidenter, quòd ab Episcopis Vicentinis Archidiaconatus ipse sine reclamatione aliqua canonicorum duobus Archidiaconis continuè, qui ante ipsum extiterant, fuerat assignatus, & quia Canonici prædicti iudices recusare minimè debuerunt, cũ causa prædictis iudicibus fuisset delegata, de utrisque partis procuratorum assensu, prædictũ Archidiaconatum eidem per diffinitiuã sententiam adiudicare curauimus, canonicis Vicentinis perpetuum silentium imponentes, reseruata tamen eis quæstione proprietatis super collatione Archidiaconatus ipsius, si fortè super hoc contendere uoluerint aduersus episcopum Vincen. cum res inter alios acta, non debet eis præiudicium generare.

DE RESTITVTIONE Spoliatorum.

INNOCENTIVS PAPA III. Episcopo & Capitulo Tridonensi.

Ei, qui non possidet, denegatur restitutio.

Constitutio xxvj.

Extra lib. 2. tit. 13. de rest spol. c. Cum olim.

LIm causam, quæ inter vos nomine Tridonensis ecclesię & magistrũ, & fratres militiæ Templi in Lombardia super domo Caluentiæ vertebatur, de Loncedio, & de Columba Abbatibus meminimus cõmisisse. Et infrà. Episcopus Tridonesis possessiones quasdam Humilitatis sub ea conditione concessit, quòd nomine Tridonensis Episcopi oratorium ibidem & hospitale constituerent, & tres solidos censuales Tridonensi episcopo annis singulis exhiberent, à quo etiam, persona, quæ loco præficeretur, eidem inuestituram perciperet, & pro se & alijs fratribus ei & successoribus eius obedientiam fecerunt manualem, Episcopo sibi loci dominium nihilominus retinente. Dictus verò magister ad eandem domum aspirãs, ipsos adeò circũuenit, quòd præter conscientiã vestram, se & sua in eius manibus tradiderit, ea tñ conditione apposita,

posita,si vobis quod facerent, complaceret,sine quorum assensu se nihil posse facere asserebant.Et infrà.

Intelligentes autem prædictam domum eidem magistro traditam sub cõditione fuisse,& quòd nullũ iuri vestro fuerat præiudiciũ irrogatũ, ex eo qđ idem magister iustitiæ vestræ non insciis,vobis ignorantibus possessionem accepit,præsertim cũ statim ex quo id vobis innotuit,vim vi duxeritis repellẽdam:& qđ idem sua temeritate possessionem præter conscientiã vestrã (ad quos possessionem ipsam nouerat pertinere,& quos quæstionem sibi moturos suspicari debuerat) est ingressus,,p curatorem vestrũ & nomine vestro ab impetitione ipsius magistri, noĩe domus militiæ Templi,quo ad faciẽdam restitutionẽ quã petebat, reddimus absolutũ:decernentes vos magistro satisfactionẽ debitã exhibere, si defendẽdo ius vestrũ,in offensã ipsius, vel domus militiæ Templi modũ forsan excessistis.

Idẽ Archidiacono Bituricẽsi.

Si contra petentem restitutionem coniugis, opponitur consanguinitas in gradu prohibito,& offeruntur probationes paratæ,recepto ab opponente,iuramento de malitia, negabiuur restitutio quo ad thorum,& fiet quo ad reliqua.Si vero probationes promptæ non sint, fiet plena restitutio,nisi sit magna viri sæuitia.

Extra lib. 2. tit. 13. de rest spol. c. Cum olim.

Constitutio xxvij.

Ibidem c. Literas.

LIteras tuas recepimus,quòd cum q̃dam matrimonialis causa, Bituricẽ si Archiepiscopo in remotis agente, in præsentia tua tractaretur,N.mulier separari à B.viro suo instãtissimè postulabat,cui se quarto gradu consanguinitatis proponebat esse coniunctã. Et infrà.

Vir autem sibi vxorem postulabat restitui, quæ sua temeritate ab eo diuertit.Et infrà.Rescripto petebas Apostolico edoceri,vtrum quando aliquis consanguinitatis gradus obijcitur, in quo sedes apostolica dispensare non potest, nec etiam consueuit, & probationes promptæ sint & paratæ,indulgenda sit restitutio,an neganda. Et infrà.

32.q.5.c. Si Paulus.

Sanè, circa solutionem propositæ q̃stionis diuersæ sunt sententiæ diuersorum,alijs asserentibus restitutionem faciendam, alijs sentientibus in contrarium,nonnullis viam mediam eligentibus,ac dicentibus eam faciendam interdum,q̃nque penitus denegandam. Primi per decretalem epistolam Lucij Papæ iuuari videntur, arguentes quosdã iudices delegatos,qui restitutionem viri,qui sine iudicio ecclesiæ vxorem dimiserat,& ei postmodum consanguinitatem opponebat, spoliaræ ac repenti coniugem denegabant: & mandatis sibi prius restitui taliter spoliatam,& postea de matrimoniali causa cognosci. Horũ aũt assertionem incestus videtur periculũ oppugnare,sed ipsi timorẽ incestus inanẽ esse rñdent,cũ ẽt beneficio restitutionis obtento,qui consanguinitatis habet notitiã, nec exigere debitũ nec contrà conscientiam soluere teneatur,q̃n si secus egerit,ædificat ad gehẽnã,sicut nec consanguinitatis cõscius, super cuius coniugio q̃stio non mouetur.Secunda verò assertio,p oraculum Clementis Papæ fulcitur,à quo cũ fuisset quæsitum, vtrum muliere quadam quendam in virum petente,qui vt eam repelleret,exceptionem consanguinitatis obiecit,prius esset de impedimento consanguinitatis agendum, quàm super matrimonio sententia proferretur, sic inquisitioni factæ rñdit, quòd cum exceptione probata principalis quæstio perimatur, (prius. n. cognoscendũ est de ipsa,quam ad diffinitionis articulũ procedatur)cum etiam in multis casibus restitutio differatur secundum canonicas sanctiones. Opinioni aũt vltimæ videtur non incongruè adaptari, vt ingradibus consanguinitatis diuina lege,phibitis,restitutioni aditus pręcludatur, sed constitutione interdictis humana, restõ locum habeat cũ effectu: cũ in illis dispensari nõ possit,& in istis valeat dispensari, sicut beatus Gregorius,& multi alij dispẽsarũt.Vñ nõ peccat qui in hoc articulo ad mãdatũ ecclesiæ reddit debitum coniugale.

Lemit.1 8.

35.q.3 2. cap. Quædam lex.

Nos autem ad præsens nullam de p̃dictis snijs reprobamus, nec cuiquam eorum

eorum aliquod præiudicium ex noſtra volumus reſponſione generari, quamuis præſcriptum Lucij Papæ mandatũ ad poſſeſſorium, Clementis verò reſpõ-
Rom. 14. 28. q. 1. Ex his. ſum ad petitorium referatur. Porrò cum mulier quæ conſanguinitatis habeat notitiam, præſertim in gradibus quos diuina lex prohibuit, non poſſit huiuſmodi viro ſine mortali peccato carnaliter cõmiſceri: quoniam omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt, & quicquid fit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam: fruſtra in tali caſu adiudicaretur reſtitutio ſpoliato, cum illa contra Deum non debeat in hoc iudici obedire, ſed potius excommunicationem humiliter ſuſtinere, ſicque difficultas occurreret quaſi perplexa: quia propter ſententiam oporteret eã reddere debitum, & propter conſcientiam reddere non deberet. Vnde contingeret eos grauiter impediri, & vtrique laqueus pararetur, cum inter ſe carnaliter coniũgi non poſſent, nec alter alteri matrimonialiter copulari.

Propterea melius videtur, quòd cũ opponitur conſanguinitas, præſertim in gradibus diuina lege prohibitis, & probationes offeruntur incontinenti paratæ, in cæteris adiudicanda ſit reſtitutio, ſed ad maiorem cautelam iuramento recepto, quod talis obiectio malitiosè non fiat, ſola, quo ad cõmixtionem carnalem, maximè, ſi fama conſentit, eſt reſtitutio differenda, donec auditis probationibus, & diſcuſſis, cauſa ſine diffugio terminetur, cum vtrique ſit melius taliter expediri, quàm manere taliter impeditos.

Quod ſi non habeat probationes in continenti paratas, ſed dilationes expectat longiores (quia præſumitur contra eam, quæ ſine iudicio eccleſiæ ſua tantum temeritate receſſit à viro) ad reſtitutionẽ plenariam eccleſiaſtica debet cẽſura compelli, quam tñ ipſa thori negãdo conſortium debet humiliter tolerare, donec probationes offerat præparatas, & tunc abſolutione petita ſecundum formã eccleſiæ abſoluetur, ſed anteq̃ ei fiat mandatum, ſub debito iuramenti receptis probationibus proce datur, quemadmodum eſt præmiſſum.

Si verò tanta ſit viri fœuitia, vt mulieri trepidanti non poſſit ſufficiens ſecuritas prouideri, non ſolum nõ debet illi reſtitui, ſed ab ipſo potius amoueri: alioquin ſufficienti, ſi fieri põt, ſecuritate prouiſa, profectò videtur cõiunxante cauſæ cognitionẽ reſtituẽda marito.

Idem Vulteranenſi Epiſcopo.

Petens reſtitutionem coniugis, habet probare conſugium legitimum ex conſenſu.

Conſtitutio xxviij.

EX parte M. mulieris fuit propoſitũ, quòd cum eã infra pubertatis tempora cõſtitutam patruus ſuus filio H. Senenſis ciuis nondum ſeptem annorũ matrimonio voluerit copulare, ac eadem traducta fuerit in domum eiuſdẽ, ipſa ex quo ad nubiles annos peruenit ratum nolens habere quod à patruo ſuo circa hoc procuratũ fuerat, à Senẽſi Epiſcopo nubendi alij licentiam poſtulauit. Et infrà. *Ibid. cap. Ex parte.*

Quia igitur non credimus ambigendum, quin ipſa mulier, quamuis minor, cauſam poſſit matrimonij per procuratorem tractare, ac pars alia (q̃ mulieris reſtitutionem ſibi prius fieri poſtulabat) reſtitui nequaq̃ debeat, vtpote nullo iuris ſeu poſſeſſionis cõmodo deſtituta, cum per ſolã traductionem (quã non p̃ceſſerunt ſponſalia vel conſenſus legitimus, nec fuerit etiam ſubſecuta) nullũ inter eos obligatoriũ vinculũ ſit contractũ: mãdamus, quatenus ſi eſt ita, non obſtãtibus exceptionibus ſupradictis, audias quę hinc inde partes duxerint proponenda, & q̃d canonicũ fuerit appellatione remota decernas.

Innocentius Papa tertius.

Interdictum vnde vi non competit contra illum qui non ſpoliauit, nec ſpoliari mandauit, nec ratam habuit ſpoliationem.

Conſtitutio xxix.

CVm ad ſedẽ apoſtolicã acceſſiſſent Cumanenſis Epi & fratrum hoſpitalis Hieroſolymitani procuratores. Et infra. Abbati de Accon. communi (quæ ſuper *Ibid. cap. Cum ad.*

ſuper eccleſia & hoſpitali de monte Citano inter eos vertebatur) taliter duximus cõmittendum, vt audiret omnia, tã ad poſſeſſoriũ q̃ ad petitorium iudicium pertinentia, quæ vtraq; pars duceret proponẽda, & cauſam ipſam fine debito terminaret: coram quo procurator hoſpitalis prædicta cum poſſeſſionibus & pertinẽtijs ſuis, q̃ tenebat Eps, ſibi reſtitui poſtulauit, aſſerens illa de iure ad hoſpitale Hieroſolymtani ſpectare, & qđ ipſa diutius poſſedisſet. Ad quæ reſpõdit procurator Epiſcopi, ſe neſcire nec credere ſupradicta ab hoſpitali poſſeſſa, vel ad illud aliquatenus ptinere, quę Cumanẽſis Epiſcopus, vt pote in ſua diœceſi conſtituta rationabiliter detinebat. Cum igitur ad fundandam intentionẽ ſuam pars vtraque teſtes pduceret, dictus Abbas procuratorem Epiſcopi condẽnauit ad reſtitutionem omniũ prædictorum. Et infrà.

Nuper autem vtriuſq; partis procuratoribus comparẽtibus coram nobis, cauſam ipſam examinauimus diligenter, & q̃dem p teſtes videbatur eſſe probatũ, qđ Cumanenſis Epi nuncius cruces hoſpitalarijs abſtulit, inhibendo ipſis ne ad ſupradictam eccleſiam vel hoſpitale redirent, & quod Eps ſupradicta omnia poſſidebat. Vnde procurator hoſpitaliorum petijt dictam reſtitutionis ſententiam confirmari. Et infrà.

Nos prioris acta iudicij recenſentes, quia nec per dicta teſtium, vel cõfeſſiones partium (quum nullæ penitus in iudicio factæ fuerint) vel etiam inſtrumenta, quæ nullatenus de ſpoliatione tractabant, nec per euidentiam facti nobis conſtare potuerit, quod Cumanenſis Epiſcopus hoſpitalarios ſpoliauerit vel mandauerit ſpoliari, vel ſpoliationem factam ſaltem ratam habuerit, pronunciauimus in quæſtione prædicta interdictum, vnde vi, locum nullatenus habuiſſe, reſtitutionis ſententiam, à prædicto Abbate prolatam (licet pars aduerſa proponeret, quòd prę ſumendum eſſet pro ſententia iudicis, qui motum animi ſui ex cauſis alijs potuit informare) iuſtitia exigente caſſantes.

Innocentius Papa tertius.

Exceptio inopiæ, de qua conflat, à clerico oppoſita, impedit executionem ſententiæ, etiam latæ in poſſeſſorio.

Conſtitutio xxx.

OLim vobis dediſſe meminimus in mandatis, vt Ouetenenſem Epiſcopum ad debitam partis reſtitutionem Zamorinenſis diœceſis, quam tenebat, cum inde perceptis fructibus reſtituere cogeretis. Et infrà. *Ibid. cap. Olim vobis.*

Verum quoniam inanis eſt actio, quam inopia debitoris excludit, mandamus, quatenus non prius epiſcopum ad reſtitutionem fructuum compellatis, quam ipſe fuerit taliter reſtitutus, vt reſtituere poſſit, quod percepit de prouentibus alienis.

Innocentius Papa tertius.

Per excommunicationem aliquibus diebus obſeruatam, in obſeruantes non acquiritur iuris parochialis poſſeſſio.

Conſtitutio xxxj.

OLim inter te pro Abbatia tua, & Pariſienſem Epiſcopum nomine Pariſienſis Eccleſiæ ſuper poſſeſſione iuris parochialis in parochia de monte, quæſtione ſuborta. Et infrà. *Ibid. cap. Olim inter*

Nos attendentes, quòd ex eo ſolo quòd populus prædictæ parochiæ timore ſententiæ ſuæ per aliquot dies abſtinuit à diuinis, nullam in eis iuris parochialis poſſeſſionem idem Epiſcopus fuerit aſſecutus, nec fuerit aliquo modo probatum, quòd eo tempore, quo ſententiam ipſe protulerit, poſſeſſionem in ipſis iuris parochialis haberet, vel prius etiam habuiſſet, reſtitutionem ei adiudicare de iure nequiuimus, quum ipſum non conſtiterit ſpoliatum.

De

DE DOLO ET CONtumacia.

INNOCENTIVS PAPA III.

Qui se fundat intentione actoris exceptionē peremptoriam obijcit, quam non probat in omnem vi. sed accipit indicias: si defecerit in probando, condemnatur incontinenti, dilationa non expectata, in expensis, ac soluere cogitur. quod si non potest, punietur in corpus secundum arbitrium iudicis.

Constit. xxxij.

Extra lib 2. tit. 14. de dolo & contu. cap. Finem litibus.

INēlitibus cupientes imponi, ne partes vltra modum grauentur laboribus & expēsis, præsertim quū de beneficijs ecclesiasticis litigatur, quæ si ne dispendio diu vacare non possunt.

Præsenti decreto statuimus, vt postquam intentionem suam altera pars fundauerit, si reliqua fortè exceptionem legitimam voluerit opponere, quam nolit aut nequeat incontinenti probare (quia frequenter ad impediendum vel differendum processum, exceptiones huiusmodi per excogitatam malitiam opponuntur) ad soluendas alteri parti moderatas expensas, ex tunc in iudicio faciendas, cum exceptis inducijs, si fortè in probatione defecerit, condemnetur. Et si soluendo non fuerit, aliàs, secundum arbitrium discreti iudicis, puniatur, vt hoc saltem timore præterritus, non facilē quis in grauamen alterius falsas exceptiones opponat.

Idem Prænestino Episcopo, & Apostolicæ sedis Legato.

Citatus ad totam causam, certo termino ad comparendum assignato, tenetur comparere in termino: & dato impedimento in termino, debet comparere quàm citius potest post terminum, aliàs condemnabitur in expensis à tempore citationis admissæ.

Ibid. cap. Cum dilecti filii.

Constitutio xxxiij.

CVm dilecti filij nuncij Leodicen. electi pro eo ad sedem Apostolicam accessissent, Archidiaconus & H. Canonicus Leodicensis Ecclesiæ nomine suo & quorundam concanonicorum suorum, quorum literas exhibuere de rato, contra eundem electum quædam crimina proponebant, per quæ nitebantur eum ab electione repellere vt indignum. Et infrà.

Quamuis autem ex eo quod idem electus à grauamine aduersæ partis appellauerit, & appellationem non fuerit per sufficientes procuratores (quam posset illis prosequentibus) prosecutus, non leuis exorta est suspicio contra eum: volentes tamen iuris ordinem obseruare, ipsi mandamus, quatenus vsque ad dominicam, qua cantatur: Ego sumpastor bonus, per se vel per procuratorem sufficientem ad præsentiā nostram accederet, super prædictis omnibus responsurus: alioquin cum assignaremus ei p o peremptorio terminum supradictum, sciret quòd quantum de iure possemus, procederemus extunc in negotio memorato.

Expectantibus igitur aduersarijs, ipsum diu vltra terminum duximus expectandum, sed ipse direxit simplicem solummodo nuncium excusationis literas afferentem. Scribebat enim quod nuncium, cui cum à nobis recederet, iniunximus viua voce, vt citaret eundem, serò receperat: vnde non poterat tum propter termini breuitatem, tum propter viarum discrimina nostro se conspectui præsentare.

Ibid. cap. Cū olim.

Sed contra hoc faciebat, quòd sicut excusatorem direxerat, sic dirigere potuerat responsalem, cum ei non fuisset iniunctum, vt ad causam in propria persona duntaxat veniret, sed vel ipse accederet, vel procuratorem idoneum destinaret. Præterea quum mandatur alicui, vt ad certum terminum se iudici repræsentet, duo sub hac forma mandantur, vt ad iudicem veniat, & ad diem sibi prefixam accedat. Vnde si venire non posset ad diem assignatum, tenetur nihilominus se iudici presentare. Si enim mandatur alicui, vt alij ad certum diem certam rem exoluat,

exoluat, non ideo erit à mandato solutus, si soluere nequiuerit die data, imò ad solutionem elapso etiam die solutioni præfixo tenetur.

Quapropter, quia dictus electus nec uenerat nec sufficientem miserat respõsalem ad diem sibi statutum, uel etiã post diutius expectatus, neque de uicino eius aduentu spes erat, ut pote qui per literas utcunque excusauerit suam moram, & calores æstiuos, & insidias sibi positas formidabat, eum reputauimus contumacem, & ad legitimas & moderatas expensas, quas aduersarij eius fecerant à tẽpore citationis emissæ, quam extunc expectare incœperant, ipsum curauimus condemnare.

Idem Armachano & Casalenensi Archiepiscopis.

Sententia in causa beneficiali non transit in rem iudicatam respectu superioris, quo minus possit de iuribus partium inquirere, maximè quando sententia fuit lata contra absentem, licet contumaciter & indefensum.

Constitutio xxxiij.

Ibid. cap. Cũ olim.

CVm olim D. clericus Celestini Papæ prædecessoris nostri diuersis prælatorum Hyberniæ literis præsentatis se assereret in Episcopum fuisse Roscen. electum, nullusque appareret, qui aliquid contra eum proponeret, dictus prædecessor noster, ei munus consecrationis fecit impendi. Postmodum F. & G. monachi ad eiusdem prædecessoris nostri accedentes præsentiam, uterque se asseruit à Canonicis Roscen. Ecclesię fuisse electum, & quòd prædictus D. per falsas literas fuerat consecratus, propter quod, idem prædecessor noster causam uobis sub ea forma commisit, ut de forma, & processu electionis memorati D. solicitè quæreretis: & si Canonicè electũ eũ fuisse cõstaret, ipsum faceretis pacifica possessione gaudere: alioquin inter prædictos F. & G. audiretis causam, & cuius electionem canonicam & magis rationabiliter factam inueniretis, alterius curaretis electioni præferre. Et infrà.

Cumque à uobis dictus D. tertiò citatus nollet se uestro conspectui præsentare, procedentes in causa, tam ex testimonio cleri, & populi Roscen. Ecclesiæ, quàm assertione regis Coarcaiæ & prælatorum prouinciæ de prædicto F. electionem fuisse celebratã canonicè diceristis, & eã curastis authoritate Apostolica confirmare, præsertim cum Capitulũ Roscen. Ecclesiæ dictum D. se nõ elegisse constanter assereret, nec de prędicti G. monachi electione aliquatenus cogitasse. Interim memoratus D. ad Apostolicam sedem accedẽs, super quibusdam aliis grauaminibus & iniurijs contra dictum F. & quosdam literas impetrauit: dictus F. postmodum ex parte uestra nobis literas præsentauit: quę qualiter à uobis in commissione prædicta processum fuerat, continebant. Et infrà.

Volentes igitur adhuc misericorditer agere cum absente, ut eius malitia conuincatur, dictum F. ad uos duximus remittendum, mandantes, quatenus non obstante, quòd eiusdem F. fuit electio confirmata, sæpedictum D. si in Hybernia poterit inueniri, legitimè citetis ad causam, & facultate sibi defensionis indulta, in causa ipsa canonicè procedatis. Qui si inuentus infra tres menses uestro se contempserit conspectui præsentare, ad consecrationem dicti F. omni occasione posthabita procedatis. Si autem in Hybernia inuentus non fuerit, indulto sibi unius anni spacio, ex quo ad nos, etsi non uerbo, facto tamen intelligitur prouocasse, arrepto itinere ad sedem Apostolicam ueniẽdi, dicto F. administrationem Roscen. Ecclesiæ in spiritualibus & temporalibus committatis: quo elapso, non eum differatis in episcopum cõsecrare.

Innocentius Papa tertius.

Si procediur per viam inquisitionis contra absentem contumaciter, etiam lite non contestata, testes recipi possunt, & sententia diffinitiua ferri, etiam per viam depositionis, si hoc meretur delictum.

Constit.

Constit. xxxiiij

Ibid. cap. Veritatis.

VEritatis est verbum, organo dominicæ vocis emissum. Et infrà. Sicut Canonici Curienenses, in nostro auditorio retulerunt, H. Curien. Episcopus Ecclesiam suam non solùm dilapidando depressit, sicut publica prædicabat infamia, sed homicidio, incestu, alijsq; criminibus polluit. Et infrà.

Super his commisimus primo causam Tridonēsi Episcopo, & Abbati mōtis S. Mariæ, & Præposito de Insula: secundò quoque Brixenensi Episcopo, & ipsis Abbati & Præposito. Et infrà. Verum cum Episcopus ipse priorum iudicum præsentiam adire per contumaciā contempsisset, authoritate nostra fuit per ipsos iudices ab officio, beneficioq; suspensus. Et infrà. Tandem verò corā iudicibus canonica citatione vocatus, præsentiam suam difficulter exhibuit: sed friuolam tunc excusationē malitia conceptā prætendens, experiri cum Canonicis in iure neglexit: qua de cā nos de consilio fratrum nostrorū suspendētes Epm ipsum, vel potius suspensionē à iudicibus factam authoritate apostolica confirmātes, tertiò super his Cumano Episcopo, & Abbati sancti A. causam ad superandam malitiam ipsius Episcopi cōmisimus audiendam: qui partibus citatis, quū nec per se, nec per responsalē idoneum cōparuerit, in eundē propter inobedientiā excōmunicationis sniam protulerunt, testes ex parte uestra (quēadmodum in mandatis à nobis accepe rant) admittētes, scilicet Abbates, Priores, Præpositos, & alios religiosos uiros, per quos quemlibet articulum criminum prædictorum constat fuisse probatum, Et infra.

Nos igitur uidentes ordinē iudiciariū in hoc facto fuisse seruatum: cōsiderato præterea, quòd post sententias in se datas celebrare præsumpserit, cum multi prælati Ecclesiarum contra eundē Epm scripserint, nec unus pro defendendo eo, uel aliquatenus excusando,

2. Cor. 10 in nomine domini cum Apostolo omnem inobedientiā ulcisci uolentes, licet absentes corpore, præsentes tñ spiri-

2. Cor. 5. tu, iuxta uerbum eiusdem Apost. tulimus sniam perpetuæ depositionis in ipsum, & eum tam à pōtificali, quàm ab omni officio sacerdotali priuantes, sine spe restitutionis aliqua duximus; cō demnandū: ea nihilominus inirritum reuocantes, quæcunque post inhibitionem sedis Apostolicæ seu factam suspēsionem & excommunicationem de rebus Ecclesiæ alienare præsumpserit.

DE EO QVI MITTITur in possessionem causa rei seruandæ.

INNOCENTIVS PAPA III. Vrsacensi & Senagolensi Episcopis.

Si reus, contra quem facta est missio in possessionem, doceat se contumacem non fuisse, non condemnabitur ad expensas.

Constitutio xxxv.

Extra lib. 2. tit. 15. de eo qui mittitur in. Cum uen. sent.

CVm venissent ad Apostolicam sedē Abbas S. Angeli, & P. Gall. idem P. proposuit, quòd prædictus Abbas cum super quadā possessione coram Ioāne Apostolicæ sedis legato, traxit in causam. Et infra. Verum legatus ipse causam cōmisit iudicibus, secundum ius, & bonam terrę consuetudinē terminādam: qui cum secundum ius tantū uellet procedere, præfatus P. nostram audientiam appellauit: sed iudices nihilominus partem aduersam in possessionē rerum petitarum inducēdam causa custodiæ decreuerunt: ita, quod si usq; ad annum & diem præstaret sistendi iudicio cautionem, & parti alteri triginta libras restitueret pro expensis, reciperet possessionem eandem. Cumque G. sedis apostolicæ legatus infra annū fuisset terram illam ingressus, ipse cautionem iuri obtulit coram eo, & possessionem sibi restitui postulauit, paratus expensas restituere factas in lite, quæ sex librarum summam (sicut asserit) non excedunt, sed Abbas triginta librarum sibi restitui petit quantitatem. Et infrà.

Extra lib. 2. tit. 16. nil innov. li te pend. c. Ecclesia.

Ibid. cap. Sequuti.

Nos

Nos igitur ipsum P. cautione præstita in possessionem credimus reducendum, hoc etiam decernentes, ut si consuetudinem, quam allegat, laudabilē esse constiterit (quia ex hoc sequitur eū rationabiliter appellasse) ad restituendas expensas nullatenus compellatur: alioquin (cum ex hoc appareat eum fru stratoriè prouocasse) ad restitutionem cogatur expensarum illarum, quas Abbatem constiterit propter hoc necessarias in lite fecisse.

VT LITE PENDENte nil innouetur.

INNOCENTIVS PAPA III. Abbati & Conuentui S. Siluestri.

Qui rem litigiosam alienauit, ita quod reh.aberi non potest, debet æquiualentem substituere in locum illius, quam alienare non poterit.

Constit. xxxvj.

Extra lib. 1. ti. 16. ne lit. pend. c. Ecclesia.

Ecclesia sanctæ Mariæ in uia lata, contra Ioannē de Ateia, qui quasdam possessiones ipsius dicebatur contra iustitiā detinere, mouit sub L. iudice quæstionem. Et infrà.

Prohibemus ne possessiones, quæ successerunt in locum & ius illarū, & quas ab Ioanne de Ateia Ecclesia sanctæ Mariæ petierat, in monasterium vestrum ab eodem Ioanne lite pendente translatas, alienare interim præsumatis, ut si Ecclesia sanctæ Mariæ de uitio litigiosi contractus, uel de proprietate uoluerit experiri (nisi obtinuerit in iudicio, in uanum laboret monasterio uestro minimè possidente) sit quod euincere ualeat & habere.

Innocentius Papa tertius.

Idem summarium est cum præcedente.

Ibid. cap. sequenti.

Ecclesia sanctæ Mariæ. Et infra. Possessionem qua fuerat (prætermisso iuris ordine) prædicta Ecclesia spoliata, sibi restitui postulabat. Et infrà. Nos quicquid ab aliis factum fuit, postquā prædecessor noster ad curiam suā idē negocium reuocauit, irritum decernimus & inane. Et infrà. Verum quoniā præfatam possessionem post restitutionem uobis factam ab Ioanne de Ateia alij locationis titulo assignastis, neque restituere poteratis Ecclesiæ spoliatę. loco ipsius tantundem possessionum æquiualentium ad arbitrium bonorum uirorum ipsi Ecclesiæ fecimus assignari: quas cum alij fuerant pignori obligatæ, per uos liberari fecimus à creditoribus, qui nobis instrumentum pignoris resignauerunt.

DE SEQVESTRAtione possessionm & fructuum

INNOCENTIVS PAPA III. Archiepiscopo Mediolanensi.

Res, in quam facta est missio, non debet sequestrari, etiam si missus inde fuerit violenter eiectus, vel notabilius sic: Sequestrum factum loco missionis propter scandalum euitandum reuocari debet, oblata cautione et restitutis expensis.

Constit. xxxvij.

Extra lib. 2. ti. 17. de sequest. possess. & fruct. cap. Adhæc.

ADhoc unxit nos Deus. Et infrà. Abbas de regula nobis exposuit, quod cū M. prædecessor tuus super causa, quæ inter ipsum & monasteriū suū fuerat agitata, obtinuisset Veronē. Episcopo literas destinari, & ipse super iudicio possessorio partim pro monasterio, partim pro Archiepiscopo sententiam protulisset, procuratore ipsius monasterij quæstionē de proprietate post modum intentare volente, Archiepiscopus iurisdictionem Episcopi opposuit expirasse: asserens causam possessionis tantum, & non proprietatis fuisse cōmissam: & quia super possessione pronun-

pronunciauerat semel, functus officio suo, super quæstione proprietatis deinceps cognoscere non ualebat. Et infrà. Sed iudex actorem in possessionē (quæ fuerat per ipsum archiepiscopo adiudicata) propter eiusdem contumaciam mitti decreuit, à qua tamen Archiepiscopus uiolenter monasterium eiecit. Et infrà. Celestinus Papa prædecessor noster sic suū interpretatus fuit rescriptum, quòd tam causa possessionis, q̄ proprietatis fuerat iudici delegata, cū absolutè & indistinctè commissa fuerit, & eius continentia diuidi non deberet: prælibatam quoque possessionē pro suo arbitrio sequestrari præcepit, iniungens Reginensi & Mutinensi Episcopis, ut de causa possessionis & proprietatis plenius cognoscentes, cum debito fine diciderent, & possessionem ei parti postmodum resignarent, quæ obtineret de proprietate triumphum. Et infrà.

In eum statum continentiam causæ reducimus, in quo fuerat, cum prædictus prædecessor noster causam proprietatis & possessionis Reginēsi & Mutinensi commisit, mandato sequestrationis penitus reuocato. Et infrà.

Ne autem monasterio uideamur in suo iure deesse, moderatas expensas (ex quo Episcopus Veronensis ipsum in possessionem induci decreuit usque ad satisfactionis tempus oblatæ) propter hoc factas sibi restituendas esse censemus, & à te sufficientem præberi stándi in iudicio cautionem.

DE CONFESSIS.

INNOCENTIVS PAPA III. Canonicis de Bethleem.

Si de crimine contingente causam principalem constat contra aliquem per eius confessionem, punitur pœna ordinaria, etiamsi directè contra eum non agatur.

Constit. xxxviij.

Extra lib. 2. ti. 18. de Cõfessis. c. Cũ super.

CVm super electione Bethleemitanæ Ecclesiæ inter R. & P. quæstio uerteretur. Et infrà. Quoniā V. canonicus Bethleemitanus fuit in iure confessus, quòd pro præstando alterius electioni consensu quingentorum Saracenorū obligationem receperat, & mediator extitit simoniacæ prauitatis: Nos quoniā uicium huiusmodi persequi uolumus ut debemus, ipsum per diffinitiuā sententiam duximus ab omni beneficio & officio ecclesiastico deponendum.

DE PROBATIONIBUS.

INNOCENTIVS PAPA III. Archidiacono Parisiensi.

Si per literas ordinarii probatur quis excommunicatus, à procuratione repelliur.

Constit. xxxix.

Ibid. ca. Post cessionem.

POst cessionem. Et infrà. Quum igitur per literas iudicis ordinarij, q̄bus standum est, donec probetur contrariū, nobis constiterit, quòd V. erat excommunicatus, quum procurationis officium assumpsit: Ipsum tanquam procuratorem, non duximus admittendum.

Idem Abbati & Conuentui Cassenensi.

Si rogatus restituere totam hæreditatem, eo sine liberis decedente, intret monasterium, euanescit fideicommissum, & hæreditas applicatur monasterio, nec ad inualidandum ingressum sufficit probare minorem ætatem tempore ingressus, si ex aduerso geminatus probetur ingressus.

Constit. xl.

Ibid. ca. In præsentia.

IN præsentia G. sancti Hadriani Diaconi Cardinalis, G. & B. fratres uestro syndico constituto coram ipso fecere proponi, quòd cū quondā A. frater ipsorum cōderet testū, M. filium suum sibi hæredem instituit, & præcepit, ut si absque

si absque liberis decederet, ad eos bona deuoluerentur ipsius: vnde illa, quę de bonis ipsius vestrum monasterium detinebat, sibi restitui postulabant, & petebant vos super hoc a sua molestatione compesci.

Verum syndicus ipse proposuit ex adverso, quòd prædictus M. monasterio vestro obtulit se & sua. Vnde vniuersa quę habuerat, erant ad monasterium deuoluta, quare vniuersa quæ ipsi de bonis eius inuaserant, restitui monasterio vestro petebat, & super cæteris silentium illis imponi.

Ad hęc autem pars altera replicauit, quòd dictus M. oblationis suę tempore fuerat minor annis, & quòd facti voti pœnitẽs, quod feruore infirmitatis fecerat, post conualescẽtiam reuocauit. Et infrà. Vnde quũ sine liberis decessisset, ex testamento patris ad ipsos erat eius hæreditas deuoluta.

Verum syndicus respondere curauit, quòd licet dictus M. de monasterio fuisset egressus, eidem se & sua omnia post modũ obtulit humiliter & deuotè, & qđ, ne cõtra oblationẽ suã veniret, iuramẽto firmauit: quare quũ cõstet, qđ idẽ M. bis monasterio vestro contulit se & sua, nec ex aduerso probetur, quòd vtriusq; oblationis tpe fuerit minor annis, probationẽ vestrã huiusmodi exceptionis probatio nõ elidit, quũ etsi primæ oblationis tpe minor annis fuerit, secundæ tñ potuit maior extitisse. Præterea quum verbũ illud (minor annis) duobus potuerit modis intelligi, quũ & qui minor est xiiij. annis, & qui xxv. dici soleat minor annis, intentioni vestræ verbum dubium nõ nocebat, quũ infra xxv. annos teneret donatio iuramento firmata. Sed etsi teneret quòd factum fuerat a dicto A. quia tñ intelligẽdum non erat sine hærede discedere, qui monasterium sibi hęredẽ instituit, hoc monasterio non nocebat. Et infrà.

Dilectus filius H. sancti Eustachij Cardinalis attẽdes, quòd syndicus vester intentionem suã plenè fundasset, & quòd nihil ex aduerso sufficienter fuisset probatum, quũ etsi ostẽsum esset per testes, & quòd M. suæ oblationis tempore fuerit minor annis, vtrum tamen primę vel secundæ oblationis tempore minor fuerit, & quot annis minor, non fuisset expressum, de mandato nostro sententiã protulit, & prædictis G. & B. silentiũ imponens super his, quæ à monasterio postulabant, eos ad restitutionẽ illorũ. quæ de bonis prædicti M. propria temeritate inuaserant, condemnauit.

Nos igitur sententiam ipsam authoritate apostolica confirmamus.

Innocentius Papa tertius.

Actor & reus, si in interdicto retinendæ possessionis probant, obtinet is qui antiquiorẽ possessionem probat titulo maximè iustificatam, vel meliores probationes respectu possessionis adduxit.

Constitutio xlj.

LIcet causam q̃ vertitur inter Ecclesiam Rauen. itẽ & cõmune Fauẽtię, super iurisdictione, honore, & districtu in villa sancti P. & castro Arioli, quod de iure ad se spectare dicta ecclesia proponebat. Et infrà. *Ibid. cap. Licet causam.*

Porrò attestationibus publicatis syndicus Fauentinorum proposuit se velle in personas testium ex parte altera productorũ quędã obijcere ac probare, ęco nomo ecclesiæ asserente id fieri non debere: super quo interloquendo decreuimus ipsum nullatenus audiendũ, cũ infrà trium mensium spacium in nostris literis comprehẽsum, testes huiusmodi producere non curauerit, infrà quem terminum pars vtraq; testes inducere potuit, tam in personas testiũ, quàm super negocio principali.

Post hoc idem obiecit in testes prędictos, quod corrupti falsa dixissent. Vnde quia talis exceptio non solum ante, sed etiam post sententiam potest opponi, licet nonnulli crederent Fauentinorum partem exceptionẽ huiusmodi per excogitatã malitiã ad impediendũ processum negocij obiecisse: quia tamen nolumus a iuris tramite declinare, magistris G. & T. præcepimus, vt testes quos super hac exceptione procurator Fauẽtinorũ duceret producẽdos, infrà mẽsem recipere & examinare curarẽt, de singulis circunstãtijs subtiliter inquirẽtes, ex

tunc indulto altero mense procuratori ecclesiæ suprædictæ, infra quem si vellet, ad reprobationem testium illorum produceret testes coram eis. Et infrà.

Quanquam aũt pars Fauentiorum testes multos produxerit super negotio principali, vix tñ ex illis sex remanserũt concordes, cum alii sibimet in serie testimonij sui contradicant, & quidã alij sint in dicto sui testimonii singulares. Ad reprobandum verò quosdam testiũ ecclesiæ Rauen. etsi ex parte Fauentinorum quidã sint testes inducti, plures tñ illorum reprobantur, quia sibi inuicem euidentissimè contradicunt: quidam verò alii pauci numero, quamuis non reprobentur expresse, vsque adeo tñ malæ famæ sunt, & leuis opinionis, quòd eorum dictis nulla vel modica est fides habenda. Idem quoque testes Fauentinorum generaliter repelluntur, quia non probant illud ad quod probandũ eorũ syndicus se astrinxit, videlicet quòd corrupti falsa dixissent, qñ & si de corruptione videantur aliquid dicere, de falsitate nihil penitus dicunt. Et infrà.

Ex præmissis igitur euidenter apparet, quòd ecclesia per testes plures numero, q̃bus potius lux veritatis assistit, q̃ti ẽt aptiora negocia, & vero proximiora in suis testimonijs expresserunt, sufficienter ostendit, quòd A. lx. annis & citra cum omni iurisdictione, honore, atq; districtu loca suprædicta possedit: p quod patet, quòd si commune Fauentinorum à quinquaginta annis & citra, sicut videntur testes eorum deponere, aliqua seruitia in locis perceperunt suprà dictis, illa proculdubio sine iusto titulo percipere inceperunt, cum duo in simul eandem rem & eodem modo in solidũ possidere non possint, maximè cum ijdem Fauentini iustum possessionis titulum non ostẽdant, & ex priuilegijs Imperatorum & Ro. Ponti. ecclesiæ Rauennaten. concessis euidentissimè colligatur possessionem ipsius ecclesiæ in prædictis locis iustam fuisse.

Cum ergo, constet Fauentinenses ab eo tempore, quo se possedisse probare contendunt, minus iustè ac sine titulo aliqua prædictis locis temeritate propria occupasse, & œconomus eiusdem ecclesiæ petierit à vi turbatiua seu inquietatiua super præmissis commune Fauen. prohiberi nos recognoscentes in hoc casu non sic locũ esse interdicto, vti possidetis, vt dicere debeamus, vti possidetis, ita possideatis, cum probationes ecclesiæ longæ sint potiores, & non sit ĩ interdicto supior comun. Fauen. sibi cõdemnamus super iurisdictione & honore atq; districtu & alijs ad hoc pertinẽtibus generaliter in locis prędictis, quo ad possessorium iudicium: quo tantum modo actũ est perpetuum silẽtiũ imponentes, & prohibentes eidem, vt neq; p se, neq; per alios super his præsumat Rauennat. Ecclesiam, aut habitores prædictorum locorũ aliquatenus molestare.

Innocentius Papa tertius.

Si qui nominet aliquem filium, & ita communiter reputatur, non creditur postmodum alter eorum contrarium iuranti

Constit. xlij.

Per tuas nobis literas intimasti, quòd cum T. Tibertinus ciuis quandam per septennium habuerit concubinam, nec prolem susceperit interim ex eadẽ, ac ipsa postmodum diuertens ab eo, ad ipsum non post multum tempus rediisset, filium quem reuersa in domum ipsius peperit, ex eo se asseruit suscepisse. Et infrà. *Ibid. cap. Per tuas.*

Quia verò mulier illa de dicto T. susceptisse R. de quo agitur, primitus constanter asseruit, & idem T. præfatæ mulieris præcipuæ deuictus instantia, ipsũ suum filium publicè recognouit, & filius eius cõiter nominatus fuit & habitus ab ambobus, eiusdem mulieris postmodum iuramento in contrario præstito non est standum, cũ nimis indignũ sit iuxta legitimas sanctiones, vt quod sua quisq; voce dilucidè protestatus est, in eundem casum proprio valeat testimonio infirmare. Vnde apparet per cõsequẽs, quòd prædictus R. Sophiam neptem memorati T. cuius prima facie præsumitur consobrinus, non potest habere aliquatenus in vxorem.

DE

DE TESTIBVS ET Atteſtationibus.

INNOCENTIVS PAPA III. Conſulibus & populo Beneuentano.

Vnius Iudicis verbo non creditur, & ſcripturæ eius per teſtes reprobari poſſunt: fallu verò hoc in Papa.

Conſtit. xliij.

Extra lib. 2. ti. 20. de teſt. & atteſt. cap. Cum à nobis. 6. q. 3. ca. Si tãtum. C. de arbi. Ne. in arbitris.

CVm a nobis. Et infrà. Et canonica & ciuilia iura ſequentes diſtrictius inhibemus, ne unius iudicis quantęcunque fuerit authoritatis uerbo credatur, in cauſis, ſiue ſuper teſtamentis, ſiue quibuslibet alijs contractibus quæſtio agitetur.

Nec ſcriptum eorum, niſi teſtium adminiculo fulciatur, eam obtineat firmitatem, quin ei poſſint & debeant duorum uel trium teſtium bonorum teſtimonia prævalere: ſalua in omnibus ſedis Apoſtolicæ authoritate.

Idem Tirenenſi Epiſcopo.

Teſti ſuper dilatoria tantum exceptione inducto non creditur ſuper principali, nec cogitur deponere, ſecus ſi ſuper peremptoria inducitur. Tunc enim cogi poteſt, vt iuret deponere ſuper toto.

Conſtit. xliiij.

Ibid. cap. Per tuas.

Ibid. cap. De teſtib.

DE teſtibus. Et infrà. Conſultationi tuæ taliter reſpõdemus, quòd ſi teſtes ſint inducti ad exceptionem dilatoriam ſolummodo probandam, cum ſuper ea tantum iurauerint dicere ueritatem, ſuper principali nec debent audiri nec cogi teſtimonium perhibere, utpote ſuper quo deponerent non iurati.

Si verò cum ad probandam exceptionem perẽptoriam ab alterutra partiũ inducuntur, reliqua pars ſuper principali negocio etiam eos deponere fortè petierit, & vt cogantur ſuper toto negocio dicere veritatem, ſacramento eos poſtulauerit obligari, ad id ſunt ſine dubitatione cogendi, niſi forſan ſufficiens productio teſtium ſuper principali iam facta fuerit, vel renunciatum teſtibus, vel depoſitiones teſtium fuerint publicatæ.

Idem Elienſi & Ciſtrenenſi Epiſcopis, & Archidiacono de Norbanen.

Dicta teſtium non ſunt ad petitionem tertij publicanda. Et is qui produxit teſtes coram certis iudicibus, non poteſt ad eundem effectum coram aliis iudicibus illos producere, ſed illorum atteſtationibus debet eſſe contentus.

Conſtit xlv.

Ibid cap. Conſtitutus.

COnſtitutus in præſentia noſtra procurator magiſtri R. propoſuit, quòd cum decanus, & Capitulum Eboracenſe ei tum authoritate Lateranenſis concilij, tum priuilegij proprij ratione Archidiaconatum Richimundiæ canonicè tuliſſent, magiſter H, qui Archidiaconus Richimundię nominatur, ipſum eo poſt appellationem ad nos interpoſitam ſpoliauit. Cumque prædictus R, ad iudices ſuper reſtitutione ſua commiſſionis literas impetraſſet, memoratus H. literas reuocatorias impetrauit. Et infrà.

Inter alia poſtulabat prædictus H. vt faceremus depoſitiones quorundam teſtium aperiri, ſed procurator prædictus aperiendas eas non eſſe dicebat, cum non in hac cauſa fuiſſent inducti, ſed in ea quæ inter Eboraſcenſem Archiepiſcopum, & eundem R. verteba tur. Et infrà.

Nos eas aperire nolumus, ſed cauſam veſtro examini duximus committẽdã, ita quòd ſi uobis conſtiterit præfatum H. teſtes pro ſe coram Epiſcopo & decano, & te (fili Archidiacone) delegatis iudicibus produxiſſe, atteſtationibus apud eum depoſitis ſit contentus, alioquin eo non obſtante quod teſtes illi coram iudicibus ipſis & te fili Archidiacone ſue re producti, pro dicto H. ſi producti fuerint, ad teſtimonium admittantur.

Innocentius Papa tertius.

Publicatis atteſtationibus non opponitur in perſonas teſtium. Tres caſus excipit, & ad ſecundum determinationem ſubdit.

Conſtit. xlvj.

Ibid. cap. Præſentiũ

PRęſentium authoritate ſtatuimus, vt ſi quis poſt depoſitiones teſtiũ publicatas obijcere voluerit in perſonas eorum, ei tunc tandem id liceat, cũm iuramento firmauerit, quod ad hoc ex malitia non procedat.

Niſi forſitam ante publicationem id fuerit proteſtatus.

Vel oſtendere poterit, quod poſt publicationem didicerit, quod obijcit in perſonas.

Cæterum cum quis perſonas teſtiũ ſe uelle poſt publicationem depoſitionũ reppellere fuerit poteſtatus, ſi quid pro ipſo dixerint, non facile credatur.

Idem Londonienſi & Elienſi Epiſcopis.

Si actoris & rei teſtes contraria deponunt, fidem ſibi non derogant, ſed prænalem digniores & veri ſimiliora deponentes. Et ſi in cæteris eſt diſparitas, præfertur numerus.

Conſtitutio xlvj.

Ibid. cap. in noſtra.

IN noſtra preſentia. Et infrà. Cũ igitur hinc plures, inde uerò ſint teſtes numero pauciores producti, quos nõ ſolũ diuerſa, ſed aduerſa penitus in quibuſdam conſtat teſtimonia reddiſſe: quia etiam ad multitudinem tantum reſpicere non oportet, ſed ad teſtiũ qualitatem, & ad ipſorũ depoſita, quibus potius lux ueritatis aſſiſtit, ex quibus motũ animi ſui cõuenit iudicẽ informare:

Mandamus, quatenus ſi teſtes utrinque producti eiuſdem honeſtatis & eſtimationis extiterint, cum conſtet teſtes monachorum eſſe teſtibus archidiaconi numero pauciores, pro archidiacono ſententiam proferatis.

Si uerò teſtes ex parte monachorum producti tantæ præeminentiæ fuerint, quod eorum authoritas aliorũ ſit merito multitudini præferenda, ab impetitione archidiaconi abſoluatis eoſdem.

Idem Priori S. Fridiani Lucanenſis, & magiſtro G. canonico Piſano.

Ad probanda impedimenta electi, etiam laici & fœminæ admittuntur. Teſtes ex auditu & fama ſufficienter non probant.

Conſtit. xlviij

Ibid. cap. Tã literæ

TAm literis ueſtris, quàm depoſitionibus teſtiũ intelleximus nihil contra Lucanum electum ſufficienter oſtenſum eſſe, niſi de auditu tantum & fama: cum ſuper alijs, ſi qua fortè uideantur eſſe probata, teſtes ſint uel ſoli uel tales, qui non potuerunt illa legitimè comprobare.

Ibid. cap. Cum olim

Quia uerò ſuper matrimonio, quod idẽ clericus dicitur cõtraxiſſe cũ uidua, teſtes non fuere recepti, propterea appellationis obſtãculũ, ne laici uel fœminę in tali reciperentur articulò cõtra ipſum, nos ut tãtę irregularitatis obiectio nõ remaneat indiſcuſſa, mãdamus quatenus teſtes, ſiue laicos, ſiue feminas (duntaxat idoneos) qui ad hoc fuerũt probãdũ inducti, recipiatis legaliter & examinetis prudenter, excõmunicãtes ſolenniter, ſi quis eos impedire preſumpſerit, quominus teſtimonium perhibeãt ueritati. Demum atteſtationibus publicatis, ſi fortè conſtiterit irregularitatem huiuſmodi non eſſe probatã, indicatis eidem electo purgationem canonicam de obiectis per ſeptẽ canonicos maioris eccleſiæ, uel priores eccleſiarum ciuitatis Lucanẽſis presbyteros ſiue diaconos bonæ famæ, præſtandã, qua recepta, prefigatis ei terminum, quo conſecrandus noſtro ſe conſpectui repræſentet. Si uerò uel irregularitatis impedimentum fuerit probatum, uel infra terminum conſtitutum non præſtiterit purgationem indictam, uos cum a prælatione Lucanen. Eccleſiæ amouentes, mandetis ex parte noſtra capitulo, ut electionem de alio non differant canonicè celebrare.

Archipresbyterum autem Lucanenſem & G. ſacriſtam, qui contra predictũ electũ literas nobis ſub nomine maioris partis capituli deſtinauerunt, cũ conſtet

ſtet per atteſtationes prædictas longè maiorem partem Capituli non fuiſſe conſciam huiuſmodi literarum, ab offi cio & beneficio denuncietis eſſe ſuſpen ſos, donec mereantur noſtram indulgentiam obtinere.

Idem Dulinenſi Epō, & Deca no & Priori ſanctiſs. Trinitatis Eboracēſis.

In cauſa liberali contra contumacem, etiam lite non conteſtata, teſtes recipi poſſunt.

Conſtitutio xlix.

Ibid. cap. Cum olim.

CVm olim Archidiaconus Menenſis aduerſus Cantuarienſem Archiepiſcopum ſuper ſtatu Menēſis eccleſiæ propoſuerit quæſtionem. Et infrà.

Mandamus quatenus niſi aduerſa pars prædictum Archidiaconum per exceptionem legitimam repellere valeat ab agendo, partibus, ſi fieri poterit, vel procuratoribus earum ad locum ſecurum & idoneum conuocatis, & lite legitime conteſtata, teſtes quos archiepiſcopus in Anglia, & quos archidiaconus duxerit producendos, in Vuallia recipere procuretis. Verum ſi archiepiſcopus citatus legitimè vel per ſe vel per aliū idoneum procuratorem noluerit comparere, aut litem etiam conteſtari, vos teſtes, maximè ſenes, & valetudinarios, quos archidiaconus duxerit producendos, ſublato appellationis obſtaculo, admittatis, & depoſitiones eorum conſcriptas ad ſedem curetis apoſtolicā deſtinare, ſtatuentes partibus terminum peremptorium, quo per ſe vel per alios reſponſales idoneos noſtro ſe conſpectui repræſentent, ſententiam recepturæ.

Idem Priori de Boluic. & I. rectori Eccleſiæ de Borellis.

Publicatis atteſtationibus admittitur aduerſarius ad probandum contrarium, ſi ante publicationem ſuper hac probatione contraria inſtrui non potuit.

Conſtit. I.

Ibid. cap. Ex tenore.

EX tenore accepimus veſtrarum literarum, quòd cum vobis cauſam q̄ vertitur inter R. militem, & M. mulierē commiſerimus fine debito terminandam. Et infrà.

Pars mulieris propoſuit, quòd dictus miles prius corporale præſtitit iuramētum, quòd ipſam duceret in vxorem, poſtmodum carnaliter cognitam traduxit in domum. Miles verò hoc inficiabatur omnino, adijciens, quòd & ſi vera hæc eſſent, eam tamen de iure habere non potuit, eo quòd aliam tunc viuētē prius duxerat in vxorem. Cum per teſtes militis videretur eſſe probatum, quòd ipſe ante feſtum purificationis B. virginis B. mulierem ſolēniter accepit in vxorem: & teſtes. M. mulieris dicerent, quòd in ſeptimana paſchali ſequēti feſtum prædictum de ea ducenda præſtiterit iuramētum, prædictus miles ab eius impetitione cum inſtantia magna abſolui poſtulabat. Verùm ex parte ſæpe dictæ mulieris extitit replicatum, quòd eo tpe nec non & ante, quo teſtes dicti militis dixerāt, eum cum alia matrimonium contraxiſſe, fuerat ſemper in Eboracenſi prouincia commoratus, cum teſtes ipſi dicerēt hoc longè extra dictam prouinciam actum eſſe, determinantes tempus & locum, quod per teſtes idoneos erat probare parata. Sed econtra fuit ex aduerſo reſponſum, qđ (cum atteſtationes iam eſſent hincinde ſolenniter publicatæ) locus productioni teſtium iam non erat.

Quia igitur dubitatis, vtrum poſt publicationem atteſtationum ſuper illo articulo deberēt teſtes admitti: Nos inquiſitioni veſtræ authoritate præſentium reſpondemus, teſtes mulieris ad probandum illum articulum admittendos.

Idem Priori ſancti Victoris.

Indulgenda eſt in cauſa quarta productio teſtium petita cum ſolennitate legali, cauſa legitima non refragante: aliàs legitimè appellatur.

Constit. Ij.

Ibid cap. Significauerunt.

SIgnificauerunt nobis. Et infrà. Cum causa, quæ vertitur inter Abbatē & monachos sancti Dionysij ex vna parte, ac Abbatissam & moniales de Forcellis ex altera, tam super proprietate quàm super possessione prioratus de Argētolio, iudicibus à nobis commissa fuisset, & moniales super causam proprietatis prius litem ingressę testes produxissent, in illa postmodum possessionis, iudiciū suspenso petitorio intentarūt. Et infrà. Vnde in causa possessionis quam moniales petebant ea ratione, quòd illæ quibus ipsæ successerant, fuerint inde violenter electæ, testes fuerūt ab vtraq; parte producti, & eò vsq; processum, vt publicatio iam fieri deberet. Et infrà. Mandamus, quatenus si vobis constiterit, Abbatem & monachos quartam productionem testium cum iuris solennitate super possessorio petiuisse, & ꝓp hoc infra decem dies post interlocutoriam sententiam appellasse (nisi fortè iudices quartam productionem negauerint) pro eo quod voluerint effrenatam multitudinē testium refrenare, vos ad quartam productionem, adhibita legali solennitate, admittatis eosdem ipsos, si in probatione defecerint, in expensis legitimis condemnantes. Et nisi adeo iā in petitorio sit processum, vt plenè possit de proprietate liquere, vos causam possessionis, ad quam de iuris beneficio abbatissa & moniales habuere recursū, primitus terminetis, in causa proprietatis postmodū processuri, alioquin quæstionem terminetis simul vtranque.

Idem Episcopo Placentino.

Diligenter examinandi sunt testes, & puniendi illi qui eos impediunt, & effrenata testium multitudo est per iudicem refrenanda.

Constitutio Iij.

Ibid. cap. Cum cā.

CVm causam, quę inter archiepiscopum Rauennatensem ac commune Fauentinum. Et infrà. Quia verò vtrique parti nimis existeret onerosum, vt testes producerent coram nobis, mandamus quatenus recipias testes, quos vtraq; pars tam super principali negocio, q̄ in personas testiū duxerit producendos, ac eos diligenter examinare procures, & de singulis circūstantijs prudenter inquirens, de causis videlicet, personis, loco, tempore, visu, auditu, sciētia, credulitate, fama & certitudine cūcta plenè conscribas. Et infrà. Quòd si fortè Fauentini vel alij, eos, quos dictus archiepiscopus ad perhibendum testimoniū veritati duxerint producendos, præsumpserint impedire, tu ipsos à præsumptione huiusmodi cessare compellas.

Volentes igitur effrenatā multitudinem testium refrenari, volumus vt hinc inde quadragenarium numerum testiū excedere non permittas, ita videlicet, vt si Fauēti testium depositiones ratas habere voluerint, quæ à Ferrariensi Episcopo & Abbate Pompō. receptæ fuerint, testes ipsi computentur in numero prælibato, alioquin cum attestationes ipsæ sint clausæ, ijdem testes si necesse fuerit, iterato produceantur.

Idem Abbatibus de nouo fonte & Casæ Dei.

Vbi variatur modus agendi publicatis attestationibus, super eodem capitulo alios testes producere licet.

Constitutio liij.

Ibid. cap. Veniens.

VEniens ad apostolicam sedem C. archidiaconus Claremontensis humiliter supplicauit, vt sniam super decanatu Claremontensis ecclesiæ pro eo latam, quæ iam in parte fuerat executioni mandata: faceremus in totum executioni mandari. Cum aūt procuratores capituli Claremon. in nostra pńtia proposuerint, sniam illam cōtra iustitiam & post appellationem ad nos interpositam, promulgatam. Et infrà. Et idem archidiaconus ipsos tanq̄ ꝓcuratores admittere noluerit, vel dictis eorum aliquatenus rńdere, P. subdiaconus nostet se ipsi opposuit ex aduerso, asserēs canonicè se in decanatu Claremon. electum, ꝓp quod dictus archidiaconus in sua petitione non erat aliquatenus audiendus, quia decanatus ipse non ad illum, sed ad se potius pertinebat. Et infrà. Cum igitur super his aliquamdiu disceptassent, interlocuti fuimus, vt dictus

ctus P. si posset, incontinenti suam intē tionem fundaret. Qui cum super hoc testes & instrumenta produxerit, inter loquendo pronūciauimus, qđ sua interat, vt se posset opponere Archidiacono memorato. Lite igitur inter eos tā super electione quàm super sententia cōtestata, quæsitū fuit ab ipso Archidiacono, vtrum attestationes prius exhibitas in articulo supradicto, in hoc iudicio vellet admittere. Qui respōdit, quod vellet, dummodo posset obijcere tā in personas testium, quàm in dicta. Quo audito, pars aduersa respondit, quòd attestationibus illis in hoc iudicio vti nolebat, cum nō super principali negocio, sed super articulo incideti fuissent lite non, contestata recepte, vnde super toto negocio alios volebat testes producere, vel eosdem. Pars autem respōdit aduersa, quòd cum testes illi tam super sentētia quàm super electione dixissent, & eorū attestationes fuissent in iudicio publicatæ, nō licebat eidem, postquàm testificata didicerat, super eisdem articulis alios testes producere, prefertim cū in hoc iudicio attestationibus illis vsus fuisset subdiaconus prælibatus.

Nos igitur pronunciauimus exigente iustitia, quòd testes essent recipiendi super toto negocio, quos vtraque pars duceret producendos.

Quocirca mandamus, quatenus receptis testibus, & rationibus partim intellectis, causam ipsam, tam super principali, quàm super incidenti, fine canonico terminetis. Quia verò, quæ in capitulo aguntur, non facile possunt nisi per canonicos ipsos probari, volumus, ut ad cautelam absoluatis eosdem, vt vocati ad testimonium liberè valeant pro vtra que parte testari.

Ibid. cap. Veniens.

Idem Archiepo Bisuntino.

Religiosi ad testificandum non admittuntur absque iuramento, nisi a partibus remittatur.

Constit. liiij.

Ibid. cap. Tuis quæstionibus.

TVis quæstionibus. Et infra Monachi verò de suis fratribus ac conuersis testes in causis proprijs producere absque iuramenti exhibitione nō possunt, nisi forte a parte remittatur aduersa.

Idem Attrebatēsi Episcopo, & Dedimensi & Vrsicampenensi Abbatibus.

Delegatus necessarius in testem remouetur a iudicando, & alius subrogatur.

Constit. lv.

Ibid. cap. Dilecto filio.

DIlecto filio Arienen. præposito nobis innotuit exponente, quòd cum causam, quę inter ipsum & comitissam Flandren. super donatione sex præbendarum sacerdotalium agitatur, vobis Episcope, & Abbas Dedimen. & Attrebaten. decano duximus committendam. idem præpositus citra litis contestationem proposuit, quòd testimoniū decani necessariū erat sibi in causa prędicta, cū de iure suo non nisi per ipsum & alium vnicum tamen testem facere fidem posset. Vnde postulauit, vt in causa ipsa procederetur eo excluso, vel supsederetur in negocio, quousque substitueremus alium loco eius, vos autē petitionem eius admittere recusastis: qui nimo post appellationem a præbēdarū ipsarum donatione suspendistis eundē.

Ne igitur ob testis defectum eius iustitia valeat deperire, te abbas Vrsicampi loco ipsius duximus surrogandum, mandantes, quatenus si est ita, suspensione præpositi relaxata, in causa iuxta prioris mandati tenorem ratione præuia procedatis.

Idem iudici Sabinensi.

Ne probationis copia pereat, citato aduersario, recipiuntur & publicantur testes, quos reus induxit.

Constit. lvj.

Ibid. cap. Significauit.

SIgnificauit nobis presbyter sancti N. Sabinensis diœcesis, quod fundatores eiusdem ecclesiæ liberam eam esse uolentes, fundationis tempore se in ea nihil iuris retinere dixerunt, unde timēs ne processu temporis probationis copia ualeat deperire, prouideri super hoc idem presbyter postulauit.

Quocirca mādamus, quatenus testes idoneos, quos ipse sup hoc duxerit producēdos. examines diligēter, & corū dicta in publica redigi facias * monumēta, * *al. munimenta.*

ta, denunciando fundatoribus prædictis, vel eorum hæredibus, vt receptioni testium, si velint, interſint, & ſuper denunciatione ſic facta confici facias publicum inſtrumentum.

Idem Epiſcopo & Archidiacono Beneuentanis.

Si materia antiqui capituli repetitur aliquo addito quod ſubijcitur neceſſitati probandi poſſunt teſtes etiam antiqui publicati atteſtationibus produci.

Conſtit. lvij.

Ibid. cap. Cum cauſam.

CVm cauſam quæ inter œconomũ monaſterij ſancti M. de monte. Et infrà.

Cum igitur Abbas & fratres eiuſdem loci probari intendant quanti precij vẽditionis tempore poſſeſſiones prædictę fuere, mandamus quatenus recipiatis teſtes, quos alterutra partium ſuper hoc duxerit producendos. Et infrà. Si verò pars monaſterij ad hunc articulum teſtes produxerit eoſdem, quos ad alium probandum produxit, vos nihilominus eos recipere procuretis: quoniam aliud eſt probaſſe deceptionis exceſſum, & aliud probare quantitatem valoris.

Innocentius Papa tertius.

Recipiuntur, & publicantur teſtes, qui ſententiæ interfuerunt, vbi per ſcripturam de ſententia non apparet.

Conſtitutio lviij.

Ibid. cap. Albericus

ALbericus miles nobis inſinuare curauit, quòd cum olim inter ipſum & C. mulierem Rauennatenſem coram Capitulo Rauennatenſi matrimonij q̃ſtio verteretur, tandem lata fuit diuortij ſententia inter eos: poſtea verò dictus miles timens ſibi & filiis ſuis, quos de legitima vxore ſuſcepit, ex eo poſſe præiudicium generari, quod in ſcriptis redacta non fuit ſententia memorata, ſupplicauit, vt teſtes, qui ſententię interfuere prædictæ, recipi faceremus.

Ideoque mãdamus, quatenus teſtes curetis recipere antedictos, depoſitiones ipſorum in ſcripturam publicam redigi facientes.

Idem Beluacenſi Epiſcopo.

Publicatis atteſtationibus poſſunt produci teſtes ſuper eodem articulo, vel directe contrario, qui prius fuerunt producti in iudicio ſummario, vel extra iudicium

Conſtitutio lix.

Ibid. cap. Cũ in tua.

CVm in tua diœceſi. Et infrà. Vtrum autem ſi accuſatore idoneo compare p tres vel quatuor teſtes inter ſe cõiunctos parentela probaretur, per depoſitiones eorundem poſteriorum teſtiũ derogetur fidei vndecim vel duodecim propinquorum, qui antiquiores tempore & præſtantiores meritis ante contractum matrimonium in contrarium iurauerant, diſtinguendo perſonas & gradus, a quibus directe hi, de quorum copula agitur, deſcenderuut, an primi poſterioribus præferantur, non immerito quæri poſſet.

Quãquam autẽ ad aliud & ob aliud iurauerint, tam illi, quàm iſti, tamen ſi in ſecundo iudicio priores perſonæ iuratæ deponerent illa eadem quę primo dixerunt, abſque dubio eorum teſtimonia præualerent, nec eo poſſent prętextu repelli, quòd partes teſtificata didicerant, cum talis exceptio locum non habeat in hoc caſu.

Innocentius Papa tertius.

Excommunicari poſſunt, qui partem impediunt in producendis teſtibus. Et denunciandi ſunt teſtes, eos non teneri iuramento, de veritate non dicenda. Et ſi conſanguinei impediunt teſtes actoris de veritate non dicenda punitur reus, de cuius voluntate hoc fieri præſumitur.

Conſtit. lx.

Ibid. cap. Conſtituit in noſtra.

COnſtitutis in noſtra præſentia Archiepiſcopo, & M. canonico Surrenti. dum ipſe illum de crimine Simoniæ deferret. Et infrà. Cæterum quoniam a principio proteſtatus eſt præfatus M. ipſius Archiepiſcopi conſanguineos multa impedimenta per ſuam potentiam præſtitiſſe, quominus probationum copiam in noſtra pñtia ſecum haberet, cũ quoſdam induxerint ad iurandum, ne aduerſus

Ibid. cap. Conſtituit

aduersus Archiepiscopum aliquid dicerent, & alios minis & terroribus à testimonio perhibendo arcere nitãtur: nos ex officio nostro super hoc prouidere uolentes, mandamus, ut generalem seras excommunicationis sententiam, in omnes qui impedimentum aliquod ipsi M. præstare præsumpserint in testibus producendis.

Illos autem quos (ut dictum est) iurasse constiterit, quòd contra Archiepiscopum nihil dicerent, denuncies iuramento huiusmodi non teneri.

Si quis autem de consanguineis dicti Archiepiscopi aliquem de testibus præsumpserit impedire, quia uerisimile nõ uidetur ut eo inuito talia fierẽt, & ob hoc ñ caret scrupulo societatis oc cultę, eò quòd si uoluerit, potuerit prohibere, quum secundum legitimas sanctiones iniquam ostendant se causam soluere, & expiri debeat iudicis authoritatẽ elusam, qui defensionis copiam subtrahit aduersario, eundẽ Archiepm ab officio pontificali suspendas, & facias manere suspensum, donec illum fecerit à tali præsumptione cessare.

Idem Magdeburgensi Archiepiscopo & Præposito Suburgensi.

Qui testificata non dixit, nec renunciauit testibus producendis super antiquis articulis seu capitulis, testes etiam alias productos producere potest.

Constit. lxj.

Ibid. cap. Cõstitutis. COnstitutis in nostra præsentia procuratore A. sororis nobilis viri Marchionis Missinensis, & nuncio illustris principis Bohemorum. Et infrà.

Pragẽsis episcopus ad petitionẽ eiusdem principis, ipsa volente ad ipsum accedere, ut suas coram eo proponeret actiones, sed à satellitibus eiusdem prohibita, qui ei bis uel tertio prohibuerunt ingressum, post appellationẽ ad nos interpositam diuortij sententiã promulgauit, à qua ipsa fecit ad nostram præsentiam prouocari. Et infrà.

Mandamus quatenus partibus ad locum idoneum conuocatis, recipiatis testes, quos uel nobilis ipsa ꝓ se, uel princeps pro parte sua, cum nondum testificata didicerint, super processu Pragensis Episcopi uel posteriorum iudicum duxerint producendos, & nobilis ipsa ꝓ se uel testes quos induxit prius, uel alios, si uoluerit, inducere non uetetur, cum non renunciauerit testibus producendis.

DE TESTIBVS cogendis.

INNOCENTIVS PAPA III. Priori S. Fridiani, & magistro P. Canonico Pisano.

Cum de fama uel uitio falsitatis inquiritur, cogendi sunt testes.

Constit. lxij.

Extra lib. 2. ti. 21 de testib. cogend. cap. Super his. SVper his. Et infrà. Cæterum volumus & mandamus, vt super inquisitionis articulis, tam de fama electi, quàm literis, cõtra eum sub nomine longe maioris & sanioris partis capituli destinatis, cogatis testes qui nominati fuerint perhibere testimonium veritati.

Idem Archidiacono Mediolanensi.

Testes qui se subtrahunt, etiam in criminali cogendi sunt.

Constit. lxiij.

Ibid. cap. Cũ contra. CVm contra magistrum R. super eo quod dicitur falsas de sede Apostolica literas deportasse, ac per se vel procuratorem fuisse usum eisdem, tibi direxerimus scripta nostra, postulasti per sedis Apostolicæ oraculum edoceri, utrum super præfato uitio falsitatis testes compellere debeas nominatos.

Nos igitur respondemus, quòd testes prædicti, si se gratia, odio, uel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam debes appellatione remota cõpellere veritati testimonium perhiberi.

DE

DE FIDE INSTRVmentorum.

INNOCENTIVS PAPA III. Archiepiſcopo Mediolanenſi.

Inſtrumentum publica manu non confectum, habens ſigillum cuius literæ non ſint legibiles, vel ſcripturæ deletæ, vel enormem paſſitur fracturam, non probat.

Conſtit. lxiiij.

Extra lib. 2. ti. 22. de fide inſtrumentorum. cap. Inter dilectos.

INTER dilectos filios G. Abbatẽ ſancti Donati de ſcozula, & B. procuratorẽ tuũ ſuper ſubiectis articulis diu fuit in noſtro auditorio litigatum. Petebat ſiquidem Abbas nomine monaſterij ſui à præfato procuratore tuo nomine Mediolanenſis Eccleſiæ reſtitui monaſterio memorato portum Scozulæ ſiue Sexti, cum honore, diſtrictu, & iuriſdõne loci prædicti, dicẽs ad monaſterium hæc omnia pertinere: hoc ipſum dicẽs de hoĩbus qui habitãt in curte *Biniẽſi & tenẽt res monaſterij in Gralia: de quibus monaſteriũ obtinuerat in iudicio poſſeſſorio ꝑ ſnĩam epi Veronenſis. Hæc oĩa petebat, cũ omnibus fructibus perceptis inde, ſaluo in oĩbus iure addendi uel diminuendi, ſatagens cõprobare omnia, quæ ꝑmiſſa ſunt, ad monaſterium ſuũ pertinere.

* al. Berunenſi.

Primò, per priuilegium Luitardi comitis quondã epiſcopi Lucani, qui monaſterium ipſum fundauerat, & ei, quę ꝑmiſſa ſunt, donauerat uniuerſa. Secundò, per inſtrumentũ ſnĩæ Aſperti quondam Mediolanenſis Archiepi, quam ex delegatione Lodouici imperatoris tulit ſuper his pro monaſterio contra prędicti Luitardi nepotẽ, qui ſuper his monaſterium moleſtabat. Tertiò, per priuilegia Romanorum imperatorum, & prędeſertim Henrici, qui præmiſſa omnia monaſterio confirmabat uel etiam cõferebat. Quartò, per inſtrumentum locationum, quas fecerant diuerſis perſonis abbates monaſterij memorati. Teſtes quoq; produxerat, per quos nitebatur probare, quòd monaſterium à ſexaginta annis, & citra, & à quinquaginta annis & ſupra, poſſederat ſupradicta, & quòd fama publica erat ꝑfato monaſterio à iã dicto Luitardo fuiſſe donata.

Sed ꝑtra priuilegiũ donationis à ꝑcuratore tuo multa fuerũt obiecta. Primo, qa ibi maxime apparebat ꝑſumptũ (uidelicet in annotatione indictionis) ubi potuiſſet falſitas facilius deꝑhẽdi. Secõ, quia cũ charta uetuſtiſſima uideretur, recẽtior apparebat ſcriptura, tãq; nõ illo tpe fuiſſet facta. Tertio, qa falſum ſigillũ uitioſe videbatur appoſitũ, eò qꝺ à media parte ſigilli apparebat q̃ dã imago, non cum mitra in capite, ſed cũ pileo: nec induta pontificalibus, ſed regalibus indumentis, tenẽs in manu nõ baculũ paſtorale ſed ſceptrũ regale: cuius facies non apparebat integra, ſed dimidia, tanq̃ in illa medietate reſpiceret aliã mediã, q̃ tñ tota uacua remanebat, ſed q̃dã imago uidebatur ex ea fuiſſe deleta, qa cera in ea parte, nec in colore, nec in planicie, reliquæ parti ſimilis apparebat, vñ non epi, ſed imperatoris uidebatur fuiſſe ſigillũ, qꝺ in una medietate Cæſaris imaginẽ exprimebat, & in altera medietate, uel filij uel coniugis ꝑſumebatur imaginẽ habuiſſe. Nam in ipſo ſigillo nullæ aliæ literæ apparebant, niſi quæ nomẽ ꝓprium cũ hac adiectione, Dei gratia, deſignabãt. Sed cũ ꝓpriũ nomen ipſius epi fuerit Luitardus, in noĩe proprio quòd exprimebat ſigillũ, deletæ, fuerãt duę literę, ſecũda q̃ erat inter L. & T, & ſexta quæ fuerat inter R. & V. ita qꝺ ſi ſecunda O. & ſexta I. fuiſſet, proculdubio nõ Luitardus, ſed Lotarius legeretur: qꝺ ẽt in de cõuinci poterat, qꝺ ſecundũ diſpoſitionem aliarum literarũ inter L. & T. non erat ſpacium, niſi quòd potuiſſet unam literã continere, cũ ſecũdũ integritatẽ huius nominis Luitardus inter L. & T. duę literę ſint diuerſę. Præterea inter R. & V. tã modicũ erat ſpacium, qꝺ non hæc litera D. quæ maius occupat ſpaciũ, ſed hæc litera I. q̃ minus occupat, uideretur formata fuiſſe. Rurſus cum cera ſigilli ab *anteriori parte uetuſtiſſima eſſet, cera q̃ poſita erat ab exteriori parte, quaſi ad cõuerſionem ſigilli recens erat & mollis. Qꝺ cũ diligẽter inueſti-

* al. interiore.

* al. mo mentum.

inuestigatū fuisset, certo certius est cō pertū, ꝙ sub uetusto sigillo charta fuerat perforata, & per glutinū nouę cerę, quę fuerat posita exterius, quasi ad conseruationē sigilli uitiose fuit ipsi chartę subiunctū. Eadē falsitatis specie, ꝙ uitiosam uidelicet appositionē sigilli, cętera fere priuilegia Romanorū imperatorū, præter priuilegia Henrici, uel falsa reperta sunt uel falsata. Sed & ipsum Henrici priuilegiū ad fidē instruēdā nō uidebatur sufficere, q̄a nec erat manu cōfectū, nec sigillū habebat authēticū, eò quòd erat ex media parte fere consumptum, nec plus de proprio nomine, nisi ultima medietas, uidelicet, icus, nec de cæteris literis nisi hęc adiectio, Dei gratia, apparebat: ita, quod ex literis ipsis non magis poterat comprobari fuisse sigillum Henrici, quàm Lodouici. Instrumentum quoque sententiæ multis modis inueniebatur suspectum, tum quia quędam in ipso apparebant liturę, tum quia subscriptio notarij uidebatur alterius manus fuisse, quàm subscriptio instrumenti: quū tñ notarius in subscriptione profiteretur instrumentum se ꝓpria manu conscripsisse. Litera quoque recentior uidebatur, quàm charta, & a qua uidebatur incaustum infectū, ut antiquus appareret. In omnibus aūt imperialibus priuilegijs, quæ posteriora fuerant, nulla est habita mentio de sententia, q̄uis in eorum aliquibus mētio facta fuerit Luitardi, q̄ dicebatur donationem fecisse. Porrò, si legitimū esset instrumentum sniæ, per illam tñ sententiam nullum Mediolanēsi Archiepiscopatui * preiudicium poterat generari: quū ipsa sentētia lata fuerit inter alios, & res inter alios acta, alij non ꝓiudicet: nec atteſtationes q̄ continebantur in instro sniæ, ꝓ quos ltīma donatio Luitardi esse uidebatur ꝓbata, poterāt eidem Archiepꝰtui aliquod nocumentum irrogare, cū inter alias ꝓsonas & in alio iudicio receptę fuissent. Cæterū memorati Henrici priuilegium, ꝙ nō solū cōfirmationis, sed etiam donationis uidebatur fuisse (uñ rerū dominiū donatarū intelligi fortè poterat monasterio acquisitū) quamnis ex forma petitionis, q̄ in ipso priuilegio declaratur, confirmatorium uideretur fuisse, ut tamē intelligatur eo modo, quo magis posset ualere, distinguendū uidebatur, vt idē Henricus & alia donauerit & alia cōfirmauerit, quū eadē legitimè nequiuissent confirmari pariter & donari. Cōfirmari tanq̄ prius habita & possessa, Donari, tanq̄ tunc tradita & concessa: ac ꝓ hoc illa non poterant intelligi ꝓ priuilegiū illud donata, sed confirmata, quum iuxta legum sanctiones, ꝙ meum est, ex alia causa meū fieri non possit, nisi meū esse desierit. Et infrà.

Cū ergo priuilegiū Henrici cōfirmatoriū tm̄ extiterit, saltē quo ad illa, quę deducta sunt in iudiciū, si principale nō tenuit, nec accessorium, quod ex eo, uel ob id dignoscitur esse secutum. Et infrà.

Per instrumenta uerò locationis, nec est utiq; probata proprietas, nec ad plenum posseſſio, quum ad probationem rei propriæ, siue ad defensionem, non sufficiat facta locatio. Et infrà.

Cū autē super his diutius fuisset litigatū, quia legitimè probata nō fuerāt, quæ petebantur, ad monasterium pertinere, ab impetitione ipsius procuratorē tuū, nomine tuo & Mediolanē. Ecclesię sententialiter duximus absoluēdū, quoniam quū obscura sunt iura partiū, consueuit cōtra eū qui petitor est iudicari.

* al. nocumentum.

Idem Cantuariensi Archiepo.

Non valent literæ super absolutione uoti per crucē signatos impetratæ, tacita ueritate, uel expressa falsitate.

Constitutio lxv.

QVòd sup̄ his. Et infrà. Queſiuisti q̄d agere debeas circa cruce signatos, q̄ dicetes se ab Apostolica sede redire, su ꝓ absolutione sua ignota Cardinaliū sigilla reportant, cū eis sup̄ impedimētis expositis non fuisset de leui credēdum. *Ibid. cap. Quod super.*

Ad quod tibi respondemus, quòd, quādo talibus literas indulgemus, illis q̄ personas & facultates eorum plenius nouerūt, hoc modo scribimus, ut super impedimētis expositis inquisita diligētius ueritate, statuant circa illos, quod animarum saluti & succursui terrę sanctæ magis nouerint expedire, ꝓuidētes

* al. interiore.

atten-

attentius, ne quid in fraudem voti fallaciter cõfingatur. Vnde si tales per suppressionẽ ueritatis, aut falsitatis expressionem literas non solùm Cardinaliũ, sed & nostras, nec solum dubias, sed & certas cõtiterit impetrasse, carere volumus impetratis, & eis non obstantibus, ad voti executionem compelli.

Idem Elienſi Epiſcopo.

Quando de extrauaganti dubitatur, an Decretalis sit authentica, aut est communi iuri consona, & tunc iudicatur secundum illam, aut dissona, & tunc Papa consulitur.

Constit. Lxvj.

Ibid. cap. Pastoralis PAstoralis. Et infrà. Authoritate præsentium duximus statuendum, ut cum Decretalis aliqua, de qua iudex merito dubitet, allegatur, si eadem iuri cõmuni sit consona, secundum eam non metuat iudicare, quum non tam ipsius quàm iuris communis authoritate procedere uideatur. Verum si iuri communi sit dissona, secundum eam non iudicet, sed superiorem consolat super ea.

Idem Episcopo S. Andreæ, & Abbati de Broc.

Post publicatas attestationes vsque ad conclusionem possint instrumenta produci. Consuetudo loci facit instrumentum authenticum.

Constit. lxvij.

Ibid. cap. Cum dilectus. CVm dilectus. Et infrà. Ad secundam quæstionem duximus respondendum, quòd utraque pars potest instrumentum etiam post publicationem attestationum vsque ad diffinitiuę sententiæ calculum exhibere, antequam sit in causa concluſum.

Super tertio uerò articulo respondemus, quòd si cõsuetudo illius patrię obtinet approbata, vt instrumentis illius regis fides adhibeatur, uos ea securè poteritis admittere, præsertim quũ supradictus rex tantę fuerit honestatis, quòd ipsius instrumenta maximæ sint authoritatis in partibus Scoticanis.

Idem Petro ciui Viterbienſi.

Falsitas instrumenti, vel quod deest instrumento, probari potest per testes.

Constitutio lxviij.

Ibid. cap. Cum Ioannes. CVm Ioannes eremita à te Cxxx. libras Senen. ex causa mutui coram Donadeo & Io. iudicibus Viterbiensib. petijsset, & tu ex aduerso proponeres, quòd quum idem in C. & Lxxx. libris tibi pro precio domus, quam eidem vendideras, teneretur, Cxxx. libras ex illis non immerito debebat cõpensare. Tandem cum inter vos super hoc & alijs quibusdam articulis fuisset aliquãdiu litigatum, iudices attestationibus publicatis te sententialiter condemnarunt, ut eidem prędictę domus possessionem vacuam traderes, & a credito ribus liberatam. Et infrà.

Cum igitur ab hac sententia ad nostram audientiam duxeris appellandũ, & nos tam tibi, quàm prædicto I.T. subdiaconum & capellanũ nostrum dedimus auditorem, ex parte tua propositum fuit, supradictæ domus venditionem non puram sed conditionalem potius extitisse, ac nullatenus teneri ad traditionem ipsius: quatuor nihilominus testibus ad hoc probandum inductis, quod etsi nouum esset capitulum, pendebat tamen ex ueteri, qui iurati deposuerunt se interfuisse contractui, inter te & prædictum I. super eadem domo celebrato, pro qua Clxxx. librarum precium tibi fuerat constitutum, tali videlicet adiecta conditione, vt tu domum ipsam inhabitares liberè in vita tua: & post obitum tuũ M. & R. natis tuis eiusdem Io. nepotibus remaneret: cuius cõditionis intuitu domũ ipsam eidem I. pro minori precio uendidisti, cum a G. Morandi pro ipsa CC. libras potuisses habere: anni uerò mensis & diei, quo uenditio facta fuit, ijdẽ testes dixerunt se minimè recordari. Dictus uero Io. uenditionem non conditionalem, sed puram extitisse proposuit, ad hoc probandum publicum exhibens instrumentum. Et infrà.

Tabellionem quoque, qui confecerat instrumentum, & vnum ex testibus in instrumento subscriptis, ad id probãdum induxit. Et infrà. Porro cum dubitatio fuisset exorta, uerius deberet probatio prędualere, ꝓ tua fuit parte ꝓpositum,

tum, quia etsi eandem vim obtineant instrumentorum fides, & depositiones testium in litibus exercendis, non tamen quodlibet instrumẽtum tanti debet esse momenti, vt trium vel pluriũ idoneorum testiũ depositionibus prę feratur. Et infrà.

Ad hoc autem idem Ioannes ex aduerso respondet, quòd cum intentionẽ suam per iam dictum instrumentum fundauerit, ac tu in modum exceptionis venditionem ipsam non purè, sed conditionaliter celebratam esse proponas, nec per testes ad hoc à te inductos de certo fuerit tempore facta fides, & ideo non appareat quòd super illa venditione deponant, quam constat per dictum instrumentum, determinato tempore fuisse contractam, huiusmodi probatio videbatur inefficax ad intentionem contrariã elidendam. Verum responsionem istam esse proponebas inualidam, quoniam cum vtraq; pars à nobis interrogata, fuisset in iure confessa, quòd vnica tantum venditio super domo contracta fuerit, & ex depositionibus testium venditionem liqueat conditionalem fuisse, ex vtriusque confessione colligitur eiusdem domus venditionem conditionalem extitisse, non puram: non obstante quòd ipsa interrogatio facta fuerit, postquã à partibus in causa extitit concluſum, cum iudex (qui vsque ad prolationem sententiæ debet vniuersa rimari) posſit interrogare de facto quoties dubitationis aliquid occurrerit. Et infrà. De concilio fratrum nostrorum pronunciamus venditionem prædictæ domus cõditionaliter fuisse celebratam, & te ob hoc nullatenus obligatum ad traditionem ipsius, super hoc memorato Io. silentium imponentes. Sententiam verò iudicum prædictorum, qui aliàs iustè pronunciasse noscuntur (cum huiusmodi exceptio coram ipsis nec probata fuerit, nec obiecta) quo ad dictum capitulum infirmamus, eam quo ad alios articulos, authoritate apostolica confirmantes.

DE PRAESVMPTIONIBUS.

INNOCENTIVS PAPA III. Episcopo Niuernensi, & Archidiacono Bituricensi.

Propter præsumptionem etiam vehementem non debet quis de graui crimine condemnari.

Constit. Lxix.

LITERAS vestras recepimus, continentes quòd quum causa quæ vertitur inter Altisiodorensem Epm, & quosdã Burgenses de Charitate, quos idem Eps de hæresi impetebat, vobis & Abbati Collonensi à sede apostolica delegata fuisset, vtraq; pars vos duos sub certa pœna sibi arbitros statuerũt, delegata nihilominus vobis potestate reseruata: Gu. aũt lator præsentium vnus ex illis hæresim suã fuerat publica voce confessus, & de fratre suo similiter recognouerat, quòd eosdem secum laborabat errore. Et infrà. *Extra lib. 2. tit. 23. de præsũptionib. c. Literas ue stras.*

Nos verò prædictũ Gu. suspectum de hæresi vehementer habuimus, tũ quia quòd antea dixerat, postea se dixisse negauit, tum quia mendacium prius dixit in fratrem, asserendo illũ hæreticũ, vel periuriũ postea commisit in Deum purgando illum de hæresi: quorum vtrumq; illum reddit valde suspectum: quanquã verisimilius videbatur, quòd eo tpe, quo tanq; verè pœnitẽs ab hæresi reuertebatur ad fidẽ, tã graue mendaciũ nõ dixisset, pſertim in fratrẽ, quẽ tã q; charissimũ nõ asseruisset hęreticũ, nisi fuisset accensus zelo fidei orthodoxę, vnde pſumitur, quòd cũ postea purgauit illum de hæresi, turpiter deierauit.

Quocirca mandamus, cũ pp solã suspicionẽ (q̃uis vehementẽ) nolumus illũ de tam graui crimine condemnari, talem, ac tãtam securitatem recipiatis ab ipso, pter iuratoriã cautionẽ, quòd timore pœnæ corporalis debeat coerceri, discretam ei pœnitentiã iniungẽtes, ex qua valeat apparere, utrum in tenebris ambulet, an in luce, vtrumve sit vere pœnitens, an fictè conuersus. Et si cum

cum hoc modo uerè catholicum cognoueritis, non ſinatis ipſum indebitè moleſtari, alioquin ipſum tanquam hæreticum condemnetis.

Idem Epiſcopo Cenadienſi, & Abbati Deciquorum.

Non præſumitur incontinens in ſenectute, qui in iuuentute continuit: maximè ſi eſt literatus.

Conſtit. Lxx.

Ibid. cap. Cum in iuuentute.

CVm in iuuentute ſua Quinqueeccleſiēſis Epiſcopus adeo ſe maturū, honeſtū & prouidum exhibuerit, ut ab eccleſia Romana meruerit pallio decorari, non eſt de leui credendum, quòd poſtquam ad ſenilem peruenit ætatē, turpiter abiecerit iugum domini: fœtores libidinis amplexando, cum labes huiuſmodi, quæ nonnunquam in iuuentute contrahitur, in ſenectute frequētius expietur. Quis præterea de facili crederet, quòd uir præditus ſcientia literarum, propriæ ſalutis oblitus, ad eam paſſionis ſe ignominiam conuerteret, ut cum propria nepte abominabilem perpetraret inceſtum, cum & ſecundū ſententias ethnicorū naturale fœdus inter tales perſonas nihil admittat ſequi criminis ſuſpicari. Licèt igitur rex Vngariæ eundē Epiſcopum nobis per literas & nuncios de tali crimine detuliſſet, poſtulans ut malū huiuſmodi pernicioſum exēplo de Vngarica eccleſia tolleremus: quia tñ eius ſuggeſtio non de charitatis radice procedere uidebatur, noluim⁹ aures noſtras quaſi malignis detractionibus inclinare.

C. de Epiſcopis & clericis. Iuuen. qui.

Sed ut probaremus, ſi ſpiritus eſſet ex Deo *Aurienſi epiſcopo dedimus in mandatis, ut prudenter & cautè à coepiſcopis indagaret, utrum præfatum Epiſcopum crederent tali labe reſperſum: qui nobis poſtmodum reſcripſerunt, quòd eum uirum honeſtę conuerſationis eſſe credebāt, perſonam illius multipliciter commendantes.

** al. Tarraconenſi.*

Idem Archidiacono & præpoſito Mediolanenſibus.

Is, pro quo beneficiando ſcribitur cum clauſula, Si idoneus fuerit: non tenetur probare ſe idoneum, cum idoneus præſumatur.

Conſtitutio lxxj.

Ibid. cap. Dudum.

DVdum archidiacono Mediolanenſi dedimus in mandatis, ut C. ſcholarem à præsbytero ſancti Victoris in clericum ciuſdem recipi faceret eccleſiæ & in fratrē. Et infrà. Sed presbyter memoratus Archidiaconi declinans examen, aſſeruit, quòd nequaquam ſufficiebant facultates memoratę eccleſię duobus clericis, adijciens quòd prædictus C. non erat idoneus ad illius eccleſiæ beneficium obtinendum. Et infra.

Cauſam uobis duximus committendam, ita ut ex illa clauſula, ſcilicet, Si perſona fuerit idonea, quæ noſtro reſcripto reperitur inſerta, eidem ſcholari probandi ſe idoneum nulla neceſſitas imponatur, cum prima facie præſumatur idoneus, niſi aliud in contrarium oſtendatur.

Ibid. cap. Ecclaſi.

DE IVREIVRANDO.

INNOCENTIVS PAPA III. H. & S. & M. ciuibus Venetis.

Si is, cuius mandato ſtare iurauí, aliquid mihi præcipit contra iuramentum per me prius licitè factum, illud ſeruare non teneor.

Conſtit. lxxij.

Extra lib. 2. tit. 24. de iureiurando. ad Venetos.

VEniens ad præſentiam noſtram A. nobis expoſuit, quòd olim cum M. Maurienenſi alteratim conuitia inferendo certauit, propter quod cū graues inimicitias incurriſſet, quidam qui partis utriuſque amatores extiterant, ſuggeſſerunt prædicto A. ut in ſatisfactione iniuriarū ueſtro iuraret obedire mandato. Cumq; idē non crederet ſe tale quid commiſiſſe, pp quod ei aliquid graue deberet imponi, iuramentumque illud ſub tali confidentia præſtitiſſet, ipſi ſub iuramento debito præcepiſtis, vt nunquam curiam ducis intraret, niſi cum omnes per edictum ipſius generaliter ad curiam uocarentur. Et infrà.

Verum quia idem A. qui dicti ducis eſt conſiliarius, & in iure ſuo multis eccleſijs, quarum eſt aduocatus, ex promiſſo tenetur adeſſe, nequaquam taliter

Ibid. cap. Quanto.

** al. valuis.*

taliter iurasset, si mandatum illud sibi contrarium præsciuisset: noueritis nos Patriarchæ Granden. mandasse, ut si mandatum priori iuramento licitè facto repugnet, ipsum authoritate nostra denunciet non obseruandum.

Idem Magistro Appollinari.

Qui iurauit Ecclesiam defendere, & requisitus sine iusta causa recusat, periurus est, nec eum defendit appellatio

Constit. Lxxiij.

Ibid cap. Ireni.

BReui scisitatus es quęstione, vtrum ille qui iura alicuius ecclesiæ seruare ac pro posse defendere iuramento tenetur, si necessitate imminente super hoc sub iuramenti debito requisitus, duxerit appellandum, periurij reatum incurrat

Respondemus, quòd in hoc articulo appellantem à periurio talis appellatio nō excusat, imò nisi difficultas existat, propter quam requisitus non possit ecclesiæ subuenire, culpa periurij potius irretitur.

Idem Illustri Regi Aragonię.

Iurans scienter illicitum, non indiget absolutione, sed tenetur illud non obseruare. Si verò iurauit ignoranter, debet illud obseruare, si aliquo licito modo est obseruabile. Si autem iurauit licitum quod putabat illicitum, debet obseruare iuramentum, sed de animo depranato agat pœnitentiam.

Constitut. lxxiiij.

Ibid. cap. Quanto.

QVantò personam tuam. Et infrà. Quidam consiliarij tui, imò potius deceptores, tuum animum induxerunt, vt iurares irrequisito assensu populivsque ad certum tempus patris tui conseruare monetam, quæ tamen circa mortem ipsius fuerat legitimo pondere defraudata. Cum autem adeo sit diminuta & minoris * ponderis effecta, quod graue propter hoc scādalum in populo generatur, quod egeras indiscretè cupiens reuocare, ac necessitati populi satisfacere, ab obseruatione iuramenti prædicti postulasti suppliciter à nobis absolui.

* *al.* valoris.

Super quo diligēs indagator potuisset facile intueri, quòd non erat tam absolutio necessaria, quàm interpretatio requirenda, quoniam cum iuramentum feciſti, monetam aut falsam aut legitimam esse credebas. Si falsam, iuramentum fuisset illicitum & nullatenus obseruandum, & pro eo esse tibi pœnitentia iniungenda, cum iuramētum non, ut esset iniquitatis uinculum, fuerit institutum. Si uerò legitimam esse credebas, iuramentum licitum fuit, & usquequaque seruandū, & ut irreprehēsibiliter obseruetur, consulimus & mandamus, ut reprobata moneta, quæ fuerat à legitimo pondere defraudata, alia sub nomine patris tui moneta cudatur, quam ad legitimum pōdus reducas, secundum eum statum, quem tempore patris tui habuit meliorem, ita quod antiqua moneta, quæ ab illo statu falsata non fuerat, cum ea pariter expēdatur: per quod & dispendium uitari poterit, & seruari iurāmentum.

Veruntamen, si monetam ipsam in præstatione iuramenti credebas à legitimo pondere diminutam, & tua super hoc conscientia remordebat, tuum humiliter peccatum cōfiteri, & satisfactionem iniunctam tibi pro illicito iuramento studeas adimplere.

Idem Consulibus & populo Tudertino.

Non valet iuramentum præstitum in præiudicium iuris superioris.

Constitutio Lxxv.

Ibid. cap. Venientes.

VEnientes ad sedem apostolicam cō sules uestros super his, q̄ ad nos de vobis sæpius deferuntur, & commonere curauimus, & aliquantulū aspere cō uenire. Cum enim & appellationibus interpositis ad apostolicam sedē teneamini humiliter & deuotè deferre, cum & leges etiam seculares post sententiā bene-

2. quæst. 6. ca. ante vlori, & c. Non ita.

beneficium appellationis non denegẽt aggrauatis: uos sententias appellationis suspensas exequtioni mandastis. Verum ijdẽ consules nobis exponere curauerũt, quòd cum aliqui uestrũ uocantur ad officium consulatus, firmant proprio sacramẽto, quod super mutuis & plagiarijs, secundum vestræ ciuitatis consuetudinẽ, iudicabũt: & intra viginti octo dies, quæ iudicauerunt exequentur. Vnde saluo huiusmodi iuramento, vos non posse deferre super his appellationibus dicebant.

Quia verò non minus iudices secundum leges, quàm cõsules vestri secũdũ consuetudinẽ vestræ ciuitatis iudicare iurarũt: & ideo sicut iudices ptra leges, sic & pſules vestri ptra cõsuetudinẽ possent subditos aggrauare: mãdamus quatenus appellationibus ad nos interpositis deferatis, cum prædictum iuramentum vos excusare non possit, in quo debet intelligi ius superioris exceptum.

Cum ergo, postquam S. lator præsentium ad sedem apostolicã a sententia G. iudicis appellauit, sententiam ipsam duxeritis executioni mandandam, in possessionem rerum, de quibus quæstio vertebatur, appellantis aduersarium inducẽtes: volumus & mandamus, vt possessionem ipsam restituatis eidem, alioquin noueritis nos Episcopo Nucerino mandasse, vt vos ad illud ecclesiastica censura compellat.

Idem Archiepiscopo Pisano.

Iurans vsuras non repetere, potest iuramento non obstante, ex noua causa repetere.

Constit. Lxxvj.

Ibid. cap. Ad nostrã

AD nostram noueritis audientiã per ueniſſe, quòd cũ I. & G. Petro vsuras non modicas persoluissent, iuramẽto firmauerũt, quod nec per se nec per alium prædictas vsuras repeterent, vel apud ecclesiasticũ iudicẽ, seu etiã secularem super his deponerent quæstionẽ. Cumq; creditor condiderit testamẽtum, suis præcepit heredibus, vt omnibus, qui probarẽt se dedisse vsuras eidẽ, ipsas eis restituere procurarent. Vnde çũ prædicti I. & G. vsuras repetere nõ attentent propter huiusmodi iuramentũ, & hæredes prædicti P. eis negligãt satisfacere de vsuris.

Mandamus, quatenus sub pœna excõmunicationis publicè in ecclesia propoſ ni facias, vel proponas, vt qui super hoc nouerint veritatem, procedant ad testimonium proferendum: & si per dicta testium, vel alia documenta tibi cõstiterit de premissis, hęredes illius, vt vsuras, quas a predictis pater eorũm accepit, restituant vniuersas ecclesiastica censura compellas.

Idem Neopolitano Archiepiscopo.

Iuramentum generale debet intelligi, si fieri potest, vt non obtinet iuri, aliàs tanquam temerarium non obligat contra iuris obseruantiam.

Constitutio Lxxvij.

Ibidem. Ad nostri noueris. quæst. 1. Deus omnipotens. Ibid. ca. 20. quæst. 2. cap. Si quis contra de verbo signi. cap. In olim.

AD nostram noueris audientiam per ueniſſe, quòd a te quasi per extorſionem tale fuit præstitum iuramentũ, quod in omni causa deberes ordinẽ iudiciariũ obseruare. Verũ quoniã secundũ traditiones canonicas, manifesta accusatione nõ indigẽt, nec ĩ eis est ordo iudiciarius obseruandus, qui debet in alijs obseruari: nec tu, quando sub præmisso tenore iurasti, habebas in mente, vt propterea venires cõtra canonicas sãctiones, alioquin nõ iuramẽtũ, sed periurium potius extitisset; nec esset aliqua ratione seruandum.

Nos iuramentum tuum benignius interpretari volentes, ita quòd consonet canonicis institutis, fraternitati tuę authoritate præsentium intimamus, quòd in manifestis & notorijs ratione iuramẽti premissi nõ credimus te teneri seruare subtilitatẽ ordinis iudiciarij, quã in his non seruari per omnia ipsa iuris ratio postulat & requirit. Vnde uidebitur subtiliter intuẽti de ordine iudiciorũ procedere, ut in premissis non pomnia ordo iudiciarius obseruetur, quanq; & secundum approbatum intellectum rectè possit intelligi, quod iurasti ut in omnibus causis ordinem iudiciarium

Ibid. cap. Ea te credimus.

Ibid. cap. Quintauallis.

rium obseruares, in illis videlicet, in quibus est ordo iudiciarius obseruandus. Sic ergo faciens, & iuramenti tenorem seruabis, & instituta canonica non omittes.

Idem iudici Carolitano.

Iuramentum alicui debitum, si alteri præstetur, illicitum est, & eo non obstante, cui debetur, præstandum est.

Constit. lxxviij.

Ibid. cap. Ea te credimus.

EA te credimus discretione vigere, vt intelligas per teipsum, quòd onus non remittitur, sed augetur, cum cuiquam improuisè soluitur, quòd alii ex debito est præstandum.

Sanè cũ archiepiscopus Turritanus à te nomine nostro iuramentum fidelitatis, sicut à nobis mandatum acceperat, exigisset, illud exhibere in eius manibus distulisti, asserens quòd Pisano archiepiscopo, saluo apostolicæ sedis honore, huiusmodi præstiteras iuramentum.

Cum igitur nobis & ecclesiæ Romanæ fidelitatem facere tenearis, si præstitum iuramentum ei, quòd à te nobis tãquam debitum est præstandum, contrarium reputes, illud illicitum iudicabis, & illicito non obstãte, quod licitè, imò ex debito petitur, exhibebis, vel si præstitum præstando contrarium non exigit, illud sine difficultate præstabis.

Idem Altharino Episcopo.

Qui iurauit stare mandato alicuius, non tenetur parere, si præcipit illicita, vt quod filium exhæredet, aut vxorem abiuret.

Constitutio lxxix.

Ibid. cap. Quintauallis.

QUintauallis nostris auribus intima quit, quòd pro offensa, quam filiæ ipsius aliis mulieribus irrogarũt, quod earum mandato pareret, præstitit iuramentum: quæ tale illi suo debito iuramenti dedere mandatum, quòd si quando filij aut vxor illius aliquod verbum vel factum contumelioſum mulieribus illis obijcerent, idem filias & filios exhæredaret, & a se propriam remoueret vxorem.

Quocirca mãdamus, quatenus, cum licitum fuerit iuramentum, sed mandatum illicitum, prædictos vt reuocent mandatum illud iniungas, alioquin ad mandati obseruationem illius denuncies non teneri.

Idem Archiepiscopo Tarraconensi.

Ex causa leui & temeraria coniuges, etiam quo ad thorum, & mutuam cohabitationem, se separare non possunt, etiam cum iuramenti interpositione.

Constit. lxxx.

Ibid. cap. Tua nos.

TVa nos duxit fraternitas consulendos, quid tibi super hoc sit faciendum, quòd B. & A. vxor eius ad inuicẽ iurauerunt, se nunquam mutuo petiturosse: idem verò nunc repetit illam instãter, ea econtrario affirmãte, quòd prius se faceret Saracenam, quàm rediret ad ipsum. Et infrà.

Nos igitur fraternitati tuæ respondentes mandamus, quatenus vtrunque ad continentiam seruandam moneas, & inducas, quam si promittere voluerint & seruare, vtrunque dimittas sine alio commorari: alioquin si vir noluerit continere, tu illam vt reuertatur ad ipsum, & tanquam vxor cum viro moretur, per excõmunicationis sententiã appellatione remota compellas, cum & temerarium fuerit huiusmodi iuramẽtum, & adulterium vtrinque sit commissum.

Idem Genuẽsi Archiepiscopo.

Is qui iurauit cum muliere contrahere, propter fornicationem superuenientem vel deformitatem eam repellere, potest propter præcedentem vero non.

Constit. lxxxj.

Ibid. cap. Quemadmodum.

QVemadmodum si vir mulieri iuraſſet, qui contraxit cum illa, quòd eam ſemper pro legitima vxore teneret pro fornicatione quam mulier ante commiſiſſet, non poſſet eam dimittere: ſed pro fornicatione quam poſtea perpetraret, eam dimittere poſſet, non obſtante huiuſmodi iuro: qm̃ in eo talis erat ſubintelligenda conditio, ſi videlicet illa in lege cõiugii nõ peccaret.

Ita ſi quis iurauerit ſe ducturum ali quam in vxorem, non poteſt ei fornicationem opponere præcedẽtem, ſed ſubſequentem, vt illam non ducat in coniugem: quia in illo iuramento talis debet conditio ſubintelligi, ſi videlicet illa contra regulam deſponſationis non venerit.

Alioquin ſi poſt huiuſmodi iuramentum publica meretrix fieret, teneretur eam ducere in vxorem, quod eſt prorſus abſurdum. Nam ſi poſt contractum coniugium vir propter fornicationem licitè poteſt vxorem a ſua cohabitatione dimittere, longè fortius ante contractum coniugium propter eandem cãm ſponſus licitè poteſt ſponſam in ſuã cohabitationem non admittere: quia tutius eijcitur, q̃ non admittitur hoſpes.

Non obſtante in alterutro caſu vinculo iuramenti, quod quidem pp ſubintelligendam conditionem eſt tale, vt is qui iurauit ad vtrunque ſine tranſgreſſione ſe poſſit habere.

Quod ſi poſt huiuſmodi iuramentũ mulier non ſolum fieret leproſa, ſed ẽt paralytica, vel oculos, vel naſum amitteret, ſeu quicquam ei turpius eueniret, nunquid vir teneretur eam ducere in vxorem? profectò ductam non poſſet dimittere. Sed nũquid non ductam admittere teneretur? quamuis interdum contractum non dirimiat, quòd impedit contrahendum.

Si vir iurauit non accuſare vxorem, temerarium eſt iuramentum, ſed ſi ſpecialiter de adulterio hoc iurauit, denunciare poterit, ſed non debet accuſare.

Illud autem iuramentum eſt procul dubio temerarium, ſi vir iuret vxori, q̃ eam ſuper nullo crimine accuſabit: q̃a ſi mulier fieret infidelis, & nollet viro cohabitare abſque contumelia creatoris, vel vt illum traheret ad infidelitatis errorem, tunc incũctanter deberet illam impetere apud iudicem ſuum, vt eã niſi penitus reſipiſceret, omninò dimitteret ſecundum canonicas ſanctiones.

Ibidem.

Quòd ſi expreſſe iuraſſet, quòd eam ſuper adulterio non impeteret, eſſet ne ſeruandum huiuſmodi iurm̃? cum ſcriptura teſtetur, quòd patronus eſt turpitudinis, qui celat crimen vxoris: & ſecũdum regulam euangelij, ſi primo, & ſecundo correpta reſipiſcere nollet, dicendum eſſet eccleſię, vt tanquam ethinica & publicana deinde viteretur, ne per hoc libera ei præberetur peccandi facultas, propter impunitatem peccati. 32. q. 1. cap. 1. ff ad l. Iuliam de adulte. l. 1. §. 2.

Iacob. 5.

Sed nunquid vir non poteſt dimittere vxore peccanti, non ſolũ ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties, ſecundum euãgelicam veritatem?

Mier. 4.

Tutius ergo in hoc caſu videtur, vt propter iuriſiurandi religionem vir accuſare deſiſtat vxorem ad diuortium celebrandum, quanq̃ denunciare eam poſſet ad pœnitentiam peragendam.

Idem Abbati & capitulo Caſtellionis.

Licitè in cauſa neceſſaria etiam per religioſos iuratur.

Constitutio lxxxii.

Ibidem.

ETſi Chriſtus præceperit ſecundum euangelicam veritatem, ſit ſermo veſter, Eſt eſt, non non, vt affirmatio, vel negatio ſicut procedit ex ore, ita procedat ex corde: quia tamen hominum excreſcente malitia ſimplici aſſertioni vel negationi vix creditur, idcirco prudenter adiunxit: Quod amplius eſt, a malo eſt: à malo inquam non tam culpæ, q̃ pœnæ, nec exhibentiũ, ſed exigentium ramentum. Nam incredulitas huiuſmodi magis eſt pœna quàm culpa. Vnde non dixit, malum, ſed à malo. *Eſiſ. Matth. 5.*

Apoc. 10.

Ibidem.

Matth. 5.

Luc. 4.

Licet. n. iuramẽtum prohibuiſſe dñs videatur, nuſquam tñ per creatorem, ſed per creaturam iurare prohibuit, ne per huiuſmodi iuramẽtũ trãsferretur ad

Ibidem.

4. Reg. 4.

ad creaturam honorificentia creatoris.

Ibidem. Quare cum in Euãgelio præmisisset, Dico uobis, nolite iurare omnino, statim subiũxit, Neq; per cælũ, q̃a thronus Dei est; neq; per terram, quia scabellum pedum ipsius est; neque per Hierosolymã, quia ciuitas regis magni est; neque per caput tuum, quia non potes unũ capillum facere albũ aut nigrum. Et quamuis non sit per creaturam iurandum, si tamen iuretur per creaturam, seruandum est quidẽ, dummodo sit licitum quod iuratur: quia teste Veritate, qui iurat in cælo, iurat in throno Dei, & in eo qui sedet super eum.

Iacob. 5. Iacobus quoque non simpliciter prohibet iuramentũ, sed voluntatem iurandi, cũ ait: Ante omnia fratres mei nolite iurare: quoniam ad iuramentũ non debet quenquam spontanea uoluntas inducere, sed necessitas trahere importuna. Et tũc potest sine culpa iurare, dũmodo illos tres comites habeat iuramẽtum, de quibus Propheta ait: Et iurabũt uiuit dominus, in ueritate, & iudicio, & iustitia. Quod autẽ Iacobus subdit, neq; per cælum, neque per terram, neq; per quodcunque aliud iuramentũ, iurare uetat per quamlibet creaturã, quodcunque sit illud, alioquin non dixisset Apostolus, Homines p̃ maiorem suum iurant, & omnis controuersiæ eorum ad confirmationem finis est iuramẽtũ. In quo patenter ostendit, per quem sit iurandum, cum ait: Homines per maiorẽ suum iurant, id est, per Deum: & cur sit iurandum, ut uidelicet omnis controuersiæ finis sit iuramentum.

Hier. 4.

Hebr. 6.

Ibidem. Esai. Matth. 5.

Angelus quoque quem uidit in Apocalypsi Ioannes stantem super mare, & super terram, leuauit manum suam ad cœlum, & iurauit per uiuentem in secula seculorum. Christus etiam plus legitur dixisse in Euangelio, quàm Est, est, non, non, cũ sæpissimè dixerit: Amen dico uobis. Quod ipse secundũ Lucam exponens, cum præmisisset: Amẽ dico uobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua, consequenter adiunxit: In ueritate dico uobis, q̃d multæ uiduæ erãt in diebus Heliæ in Israel. Apostol⁹ quoque iurabat, cũ diceret: Testis mihi est Deus. Et iterũ. Quotidie morior p̃ gloriam uestram fratres: quia græca exemplaria manifestissimam iurationẽ esse ostendunt. Si enim per se malum esset iurare, profectò dominus non iurasset, cum tamen in ueteri testamento legatur, quia iurauit dominus, & non pœnitebit eũ. Et rursus: Iurauit dñs Dauid veritatem, & nõ frustrabitur eum. Imò & præcepit in ueteri testamento: Redde Deo iuramenta tua.

Apoc. 10.

Matth. 5.

Luc. 4.

4. Reg. 4.

Rom. 1.

Psal. 109

Quædam uerò prohibentur, quia per se mala sũt, ut furtũ, adulteriũ, & huiusmodi: q̃ non sunt aliquatenus facienda. *Psal 131*

Quædam uerò prohibentur ex causa, non quia per se mala sunt, sed quia si fiant frequenter & multum, ex his mala sequuntur, ut uinũ per se malũ non est, & tñ prohibet Apostolus dicẽs: Nolite inebriari uino, ĩ quo est luxuria, q̃m ex frequenti & immoderata potatione uini luxuria generatur. Sic & iuramẽtũ per se malũ non est, cum sit cõfirmatio veritatis: sed tñ prohibetur ex causa, q̃m ex frequenti & incauta iuratione periurium sæpe contingit, sicut in Ecclesiastico legitur, Vir multum iurans replebitur iniquitate, & non discedet a domo eius plaga. Quemadmodum ergo Paulus indulsit p̃ necessitatẽ discipulo suo Timotheo, vt vtatur modico uino propter stomachum, & frequẽtes infirmitates; sic profecto cum necessitas exigit, pro re uera, licita & honesta potest securè iurari, quia cessante causa, cessat effectus.

Ephes. 5.

Eccles. 23

1. Tim. 3.

Licet ergo debeatis esse uiri perfecti, ut, quantum potestis, iuramenti uincula euitetis, uolentes tñ indemnitati uestri monasterii prouidere, ne propter defectum testium sui iuris sustineat læsionem, præsenti uobis pagina indulgemus, quatenus uos & monasterii uestri conuersi positis in causis eiusdem, deficientibus aliis testibus, pro ipso perhibere testimonium veritati.

Idem Episcopo Amelienſi

Iuramentum contra utilitatem ecclesiasticam præstitum non tenet.

Constit. lxxxiij.

Ibid. cap. Sicut nostris.

SIcut nostris est auribus intimatum, ecclesia Tudertina vacante, ipsius canonici, & episcopus cum eis, dum esset in minoribus ordinibus constitutus, iuramenta quædam in damnum episcopalis iuris fecerunt, priusquam de pontificis electione tractatus aliquis haberetur. Et infrà.

Pro iuratione incauta, Episcopo imponi fœcimus pœnitentiam congruentem. Et infrà.

Quia non iuramẽta, sed periuria potius sunt dicenda, quę contra vtilitatem ecclesiasticam attentantur, mandamus, quatenus ab ipsis canonicis inquiras super præmissis diligentius veritatẽ, & si ea inueneris esse vera, quòd in damnũ episcopalis iuris repereris taliter attentatum, in statum debitum, appellatione remota reducas.

Innocentius Papa tertius.

Non auditur mulier contra alienationem rei dotalis, cui sponte consensit & non contrauenire iurauit.

Constit. lxxxiiij.

Ibid. cap. Cum contingat.

CVm contingat interdum, quòd constante matrimonio, mulieres alienationibus, super rebus dotalalibus & donationibus propter nuptias consentiant, ne vlterius contraueniãt proprio sacramento firmando, ac soluto processu temporis matrimonio contrauenire nituntur, vtrum hoc eis liceat, à nobis tua fraternitas requisiuit.

Nos autẽ fraternitati tuæ taliter respõdemus, quòd etsi mulierum consensus in talibus non videatur obligatorius, secũdum legitimas sanctiones, ne tali tamen prętextu viam contingat periurijs aperiri, mulieres ipsa seruare debent huiusmodi iuramenta, sine vi & dolo sponte præstita, cum in alterius præiudicium non redundent, nec obseruata vergant in dispendium salutis æternæ.

ff. de fundo dotal. l. Iulian⁹. & C. ad velle aũt. Sine à me.

Innocentius Papa tertius.

Mouens bellum iniustum, compelliur restituere quæ per violentiam occupauit, & eos absoluere, à quibus indebitè iuramenta extorsit. Non astringitur quis iuramento ad implendum quod iurauit, si ab alia parte non impletur, cuius respectu præstitum est iuramentum.

Constitutio lxxxv.

Ibid. cũ Ecclesiasticæ.

SIcut. Et infra. Si constiterit quòd prædictus Henricus iniustè bellum mouerit contra Ioannem: ipsum Henricum studeatis inducere, vt vniuersa per huiusmodi violentiam occupata restituat conquerenti, & cum à prędicto sibi iuramento prorsus absoluas. Quòd si acquiescere noluerit, ipsum ad hoc, si pmissa veritate nituntur, cogatis per sententiam excommunicationis, terrã ipsius interdicti sententiæ supponentes.

Iuramentum autem quod Ioannes se asserit prędicto præstitisse, si de assensu factum est vtriusque, cum non ligat qui præstitit, dum ille, cui præstitum fuerit seruare negligit quòd promisit.

DE EXCEPTIONIBUS.

INNOCENTIVS PAPA III. Archidiacono Richimundię.

Reo excipiente de excommunicatione contra actorem, non obstat replicatio communionis.

Constit. lxxxvj.

Ibid. cap. Pastoralis.

Nobis ex parte tua fuit quęsitum, vtrum is qui excommunicato locutione vel oratione sciens communicat, excommunicatum ipsum a sua possit accusatione repellere, cum ille communionem huiusmodi replicet cõtra eum.

Extra lib. 2. tit. 25. de exceptionibus.

Nos igitur inquisitioni tuę taliter respondemus, quòd ipse ab accusatione

cusatione illius poterit remoueri, cum primus a communione fidelium sit exclusus: secundus verò tantum à sacramentorum participatione sit remotus.

Idem Audicensi Episcopo.

Habens plura beneficia contra alium de pluralitate non excipit.

Constit lxxxvij.

Ibid. cap. Cũ Ecclesiasticæ.

CVm ecclesiasticæ prouisionis officium. Et infrà. Mandamus, quatenus Ia. faciatis præbẽdæ illius, de qua per Celestinum prædecessorem nostrũ, noscitur inuestitus, pacifica possessione gaudere, cum exceptionem illam, quòd præfatus Ia. in alia ecclesia beneficium possidet, ei non possint oppone re, quos constat varia beneficia in diuersis Ecclesijs obtinere.

Idem Episcopo Elienſi.

Iudex statuere debet terminum ad omnes dilatorias proponendas, post quem excipientem non audiet, nisi in tribus casibus hic exceptis.

Constit. lxxxviij.

Ibid. cap. Pastoralis.

PAstoralis. Et infrà. Quoniam per dilatorias exceptiones, malitiosè nõnunquam causarum terminatio prorogatur, inquisitioni tuæ respondendo decernimus, vt infrà certum tempus à iudice assignandum omnes dilatoriæ proponantur.

Ita, quòd si partes ex tunc voluerint aliquas opponere, quas nõ fuerint protestatæ, nullatenus audiantur, nisi fortè aliqua de nouo sibi competens exorta fuerit, vel is qui voluerit eam opponere, fidem faciat iuramẽto se postmodum ad illius notitiam peruenisse.

Idem Monachis Farsenensibus.

Excommunicatus excipere, appellare, & omnem defensionem facere potest, sed reconuenire non potest.

Constitut. lxxxix.

Ibid. cap. Cũ inter.

CVm inter Priorem & Conuentum de Argentolio ex parte vna, & nobilem virum S. de Malileone diœcesis Pictauien. ex altera, super damnis & aliis corã vobis ex delegatione nostra quæstio verteretur, procuratore ipsius nobilis vestrum volente declinare iudicium, eò quòd duos ex vobis habebat suspectos, Procurator monasterij allegauit parti eiusdem nobilis, quum esset vinculo excommunicationis astrictus, exceptionis huiusmodi beneficium interdictum. Et infrà.

Inquisitioni duximus vestræ respondendum, quòd prædicto nobili legitima defensio in iudicio reseruatur, & maximè iudicis recusatio, cum periculosum sit coram suspecto iudice litigare, ac suspectis iudicibus sedes Apostolica causam de certa conscientia non cõmittat. Vnde in talibus non excommunicati fauor attenditur, sed æquitas iudicantis, quum non debeat claudicare iudicium, ac satis videatur absurdum, si actore impugnante, reo defensionis copia denegetur: quia sic condemnaretur multoties absoluendus. Porrò, cum excommunicato, quando in causa absolutionis existit, non sit iusta deneganda sententia, nec interdici debet eidem appellationis remedium, si contra iustitiam condemnetur: qua ratione in vno eodemq; negocio ipsi alia legitima subtrahantur suffragia, non videmus. Cæterum non sic in reconuentione sentimus, ne, quod in defensionis remediũ sustinetur, ad impugnationis materiã extendatur.

Idem Monachis Farsenensibus.

Excipiens non videtur fateri ea, quæ in exceptione includuntur. Et exceptio falsi potest etiam post sententiam opponi.

Constit. xc.

Ibid. cap. Cũ venerabilis.

CVm venerabilis frater noster I. Sabinensis Episcopus coram dilectis filiis nostris R. tituli sanctæ Anastasiæ presbytero & P. sanctæ Luciæ Diacono,

Cardinali quos sibi & R. procuratori vestro concessimus auditores, Ecclesiã sancti Viti cum suis possessionibus & ptinentijs petiuisset, asserẽs eandem ad se in spiritualibus & tpralibus pertinere.

Idem nondum ep̃i intentione funda ta, præproperè sic respondit, Quòd etsi dicta Ecclesia dudum fuerit ecclesiæ Sabinen. subiecta, eam tamen non poterat Eps vendicare, quam ex permutatio nis causa Farfenense monasterium obtinebat, ad hoc probandum quoddam exhibens instrumentum, in quo contineri prima facie videbatur, quòd Theo dosius Episcopus cum sacerdotum suorum assensu prædictam ecclesiam sancti Viti pro quibusdam Ecclesijs & rebus aliis in cambium vestro duxit monaste rio concedendam.

Ad hęc, eps proposuit memoratus, in tentionem suam per huiusmodi respõsionem esse fundatam. Cum enim pars vestra responderit se dictam ecclesiam ex permutatione facta per Sabinensem Episcopum obtinere, confiteri per consequens videbatur se credere quòd dicta ecclesia tempore permutationis pertinuit ad Ecclesiam Sabinẽ. cum permutatio inter contractus bonæ fidei computetur, nec cum alio, quàm cum domino, vel cum eo qui habebatur loco domini legitimè valeat celebrari. Et infrà.

Porrò, memoratus Episcopus ad probandum, quòd iam dicta Ecclesia ad se in temporalibus pertinebat, quosdam testes induxit, per quos nitebatur ostendere, quòd tã dictam Ecclesiam, q̃ molendina, terras & alia bona eius Sabinẽses Episcopi diutius possederunt, de illis pro suæ voluntatis arbitrio disponẽdo. Et infrà.

Intelleximus supradictum ep̃m intẽtionem suam minimè fundasse per testium depositiones, vel per procuratoris supradicti responsionem: quia exceptionem obijciẽs, de intentione partis aduersæ non intelligitur fuisse confessus, vel per instrumẽtum ex aduerso exhibitum: cum in eo Theodosius Episcopus, à quo permutatio facta proponitur, non dicatur Episcopus Sabin. quam in transscripto, quo procurator vtebatur, appositum fuerit Sabin. per vitium falsitatis. Licet autem nimis excesserit, qui transscriptum illius instrumẽti falsauit, quia tamen delictum personæ in damnum Ecclesiæ redũdare non debet, ac non solum ante sniam, verum etiam post obiici potest exceptio falsitatis, cum falsorum instrumentorum p̃ textu lata snia, vsq; ad viginti annorũ spacium valeat retractari, veritate comperta nolumus, vt per id monasterio vestro præiudicium generetur.

Quia verò nobis constitit supradictã Ecclesiam sancti Viti constitutam esse in diœcesi Sabinensi, episcopale ius in omnibus eidem Episcopo adiudicauimus in eadem: istis duntaxat exceptis, q̃ per authentica scripta ei noscuntur esse subtracta, quum per priuilegium siue per præscriptionem legitimam nullatenus probaretur exempta:

Verum, quia dictus Eps, qui eandem Ecclesiam vendicabat, munitum se præscriptione legitima non ostendit, quãquam probauerit Episcopum Sabinensem bona eiusdem Ecclesiæ aliquanto tempore possedisse, vos ab impetitione Episcopi, quo ad tẽporalia eiusdem Ecclesiæ: sententialiter duximus absoluendos.

DE PRAESCRIptionibus.

INNOCENTIVS PAPA III. Abbati de Cenedo.

Procurationes quæ debentur legatis & nunciis Apostolicæ sedis, præscribi non possunt.

Constit. xcj.

ACcedentes ad præsentiam nostram, Præpositus S. Nazarij, & A. canonicus sancti Stephani, syndici & procuratores primicerij, & clerici Mediolanenses, de ordinarijs maioris ecclesiæ grauiter sunt conquesti, quòd cum ipsi legatos, & nuncios Apostolicæ sedis deuotè recipiant & procurent, dicti ordinarij procurare ipsos renuunt, & procurantibus

Extra lib. 2. tit. 1. de præscriptionibus. cap. Auditum.

eurantibus ad expensas subsidium impartiri. Et infrà.

Volentes autem, ut quod omnibus imminet, ab omnibus comprobetur, Mandamus quatenus nisi dicti ordinarij per speciale priuilegium apostolicæ sedis præstandis procuratoribus ostenderint se immunes (etiam si longissimo tempore procurationis obsequium non impenderint, cum in talibus præscriptio sibi locum nequeat vendicare) ipsos ad procurationis sarcinam ordine debito subeundam teneri decernas.

Idem Prioribus de Costa, & de S. Donato.

Subditus non præscribit obedientiam contra prælatum.

Constit. xcij.

Ibid. cap. Cum non liceat.

CVm non liceat a capite membra recedere, non sufficimus admirari, quòd, sicut referente Bracharēsi Archiepiscopo nobis est intimatum, licet ecclesiæ uestræ in ipsius sint diœcesi constitutæ, uos tamen obedire sibi tanquam episcopo uestro contumaciter recusatis. Et infrà.

Ideoque mandamus, quatenus præfato Archiepiscopo, & Ecclesiæ Bracharensi obedientiam & reuerentiam debitam, sicut alij clerici suæ diœcesi faciunt, impendatis, præscriptione temporis non obstante.

Idē Nobili Viro Matafeloni.

In iuribus ad Romanam Ecclesiam spectantibus, currit sola centenaria præscriptio.

Constitio xciij.

Ibid. cap. Ad audiē tiam.

AD audientiam nostri apostolatus peruenit. Et infrà. Proponebatur ex parte tua, Alexandrum Papam prædecessorem nostrum tibi in castro Palatioli concessisse singulis annis quadraginta solidos denariorum Papiensium, quos Romana Ecclesia ibi consueuit recipere annuatim: insuper comestiones, banna, placita, forisfacta, & omnia, quæ ibi Apostolica sedes habebat.

Sed ea tibi ratione deberi castellanus eiusdem castri constantissimè asserebat.

Ad quod probandum inducebas prædicti papæ priuilegium, & librum Ecclæsiæ Romanæ censualem: hoc etiam nitebaris probare per testes, qui dicebant se vidisse præscriptum censum nuncijs Romani pontificis a quinquaginta annis, & infrà fuisse solutum.

Sed inter alia fuit ex aduerso responsum, quòd nec priuilegium, nec liber censualis tibi aliquid commodi afferebant, quum priuilegio usus nō fueris spacio annorum triginta, & liber cēsualis suspectus existeret: * quare non fuerat in camera nostra receptus, ac scrinarius alio modo scripsisset dicta testium, quàm dixissent. * quia.

Nos igitur magis authoritatem priuilegij, quàm depositiones testium attendentes, considerantes etiam librum censualem, quem non suspectum habuimus, licet non in camera nostra, sed in Cardinalis sancti Hadriani sit inuentus, quia eum, quando camerarius fuerat, de camera beati Petri susceperit: nec credentes ipsum scriniarium (quum iuratus sit officium suum fideliter exequi) aliud scripsisse, quàm à testibus diceretur: respicientes insuper, quòd est longe validius, ipsum negocium tangere principaliter Romanam Ecclesiam, contra quam non nisi centenaria præscriptio currit: in solutione prædicti census, & aliorum petitorum condemnauimus partem aduersam, iniungentes eidem, ut tibi, nō tanquam tibi, sed tanquam Romanæ Ecclesiæ (cuius authoritate debes percipere, cuius etiam propter prædicta beneficia vasallus existis) si ne difficultate persoluat.

Idem Abbatibus Hildesenẽsi, & Grandenensi.

De centenaria præscriptione, quæ solum currit contra Romanam Ecclesiam, tempora schismatum deducantur.

Constitutio xciiij.

Ibid. cap. Cũ nobis. C. de sacro sanct. Eccl. Vt inter diuinum. Et in Authent. Vt Roma. Eccl. 16. q. 3. c. Nemo.

CVm nobis. Et infrà. Licet tam legali, quàm canonica sit diffinitione statutum, ut contra Romanam Ecclesiam, quæ gaudet priuilegio speciali, non nisi centum annorum præscriptio sibi locum ualeat uendicare, tempora tamen intercedentium schismatum, quæ secundum iuris ordinem cursum præscriptionis impediunt, nolumus aliquatenus computari, sed diligenti consideratione adhibita, de ipsa computatione deduci.

Idem Elienſi & Rofenſi Epiſcopis.

Prælatus inferior potest præscribere in certis Ecclesiis suæ diœcesis totum ius episcopale: subducitur tamen de præscriptione tempus, quo vacauit Ecclesia cathedralis.

Constitutio. xcv.

Ibid. cap Auditis.

AVditis & intellectis meritis causæ, quæ uertitur inter Vigorienſem Epiſcopum, & Abbatem de Heueſcham, ſuper Eccleſijs in ualle de Heueſcham, quas Epiſcopus aſſerit ad ſe diœceſana lege ſpectare: Abbas autem eas eſſe ab eius iuriſdictione prorſus exemptas. Et infra.

Verum tanto tempore probantur per teſtes ab Abbatibus de Heueſcham pleno iure poſſeſſæ, ut uideantur in eis Epiſcopale ius legitimè præſcripſiſſe. Et infrà.

Quocirca mandamus, quatenus inſpectis priuilegijs The. & Oſ. regum, quæ Abbas ſuper præmiſſa libertate ſe aſſerit habere: ſi per illa conſtiterit, quod Vallis de Heueſcham ſit ille locus, quem Celeſtinus prædeceſſor noſter libertate donauit, abſoluatis Abbatem de impetitione Epiſcopi ſuper eccleſijs memoratis, & adiudicantes illas Abbati pleno iure ſubiectas, Epiſcopo ſuper illis ſilentium imponatis. Quòd ſi Abbas in hac probatione defecerit, audiatis probationes ſuper tempore, quo infra quadraginta annos ſedes Epiſcopalis uacauit: et ſi per tantum temporis uacaſſe conſtiterit, ut illo ſubducto, non ſit quadragenaria completa præſcriptio, uos in illis Eccleſijs Epiſcopale ius adiudicetis Epiſcopo, & ſuper illo perpetuum ſilentium imponatis Abbati. Si autem exceptionem huiuſmodi Epiſcopus non probauerit, quia tamen interruptionem probauit circa proceſſionem Pentecoſtalem in uilla & eccleſia de Mortana, & receptionem ac procurationem Archidiaconi, nec non ſolutionem denariorum ſancti Petri in ualle de Heueſcham, cognitionem quoq; cauſarum matrimonialium, & capellani ſuſpenſionem prædicta uilla de Mortana, & interdictum capellarum in præfata uilla de Heueſcham: uos ſuper his ius Epiſcopale adiudicetis eidem, ſi tamen circa ſuſpenſionem & interdictum huiuſmodi infra quadraginta annos interruptio facta eſt, in cæteris ei ſilentium imponentes, quæ Abbas præſcripſiſſe probatur.

Idem Pariſienſi Epiſcopo.

Non potest subditus contra superiorem visitationem aut procurationem, ratione visitationis debitam in seipso præscribere: quamuis aliter in personam alterius præscribere possit utranque.

Constitutio xcvj.

Ibid. cap. Cum ex officij.

CVm ex officij ſui debito Senonenſem prouinciam uiſitaret Archiepiſcopus Senonenſis, per Pariſienſem diœceſim tranſitum faciens, ad Abbatis ſancti Maglorij Prioris de Caſtres, & quorundam aliorum Eccleſias eiuſdẽ diœceſeos neceſſe habuit declinare, a quibus quum debitam ſibi procurationẽ poſtularet, ipſi eam inhumaniter negauerunt, ad ſuæ negationis defenſionẽ hoc ſolum

solum allegantes, quòd non meminerant se procurationem huiusmodi prædecessoribus eiusdē Archiepiscopi exoluisse, nec ab eis fuisse aliquando petitam. Et infrà.

Nos igitur præmissam eorum allegationem penitus nullam reputantes, cum contra procurationem, quæ ratione uisitationis debetur, præscribi nequiuerit, quemadmodum nec contra uisitationem ipsam potest aliquo modo præscribi: etsi alius contra eum prescribere posset utranque.

Ideoque mandamus, quatenus sententiam, quam in huiusmodi contemptores de antiqua metropolis consuetudine tulit Archiepiscopus memoratus, usque ad satisfactionem condignam facias obseruari: quia secundum Apostolum, qui spiritualia seminat, non est magnum si metat carnalia, quum nemo cogatur suis stipendijs militare. I. Cor. 1.

Si quid enim aliud quàm superius fuerit allegatum, contra intentionem Archiepiscopi obijcere & probare uoluerint, nos eis faciemus iustitiam exhiberi.

Idem Archiepiscopo Pisano.

Qui alieno nomine possidet, non præscribit: nec etiam is qui proprio, nisi habeat bonam fidem & iustum titulum

Constitutio xcvij.

Ibid. cap. Cum iudicatus. CVm Iudicatus Calaritanus ad ius & proprietatem B. Petri pertineat, sicut tota Sardinia nullo pertinet mediante, tibi non licuit pro te uel Ecclesia tua a Marchione Masse iudice Calaritano fidelitatis exigere iuramentum. Et infra.

Nos igitur, quæ nuncius tuus proponere voluit, plenius circumspectis, non intelleximus te uel Ecclesiam tuam super hoc aliquo iure subnixam, quum authoritatem sedis Apostolicę non ostendas, per quam a iudicibus Calaritanis tu & antecessores tui fidelidatis exigeretis iuramenta: nec præscriptione aliqua muniaris, quum secundum confessionem tuam, nec ecclesia Pisana, vel tu fueris in quasi possessione iuris exigendi huiusmodi iuramentum, quod pro sede Apostolica ab ipsis iudicibus receptum fuisse fateris, per quod constat Ecclesiam Romanam semper in quasi possessione fuisse, quum pro ea ministerio tuo & antecessorum tuorum exactum fuerit, & præstitum iramentum, & is etiam possidere dicatur, cuius nomine possidetur. Si uero dicatur, quòd nomine tuo & antecessorum tuorum, & non nomine nostro, & Romanæ Ecclesiæ fuerit iuramentum exactum, possit inferri, quòd iuramentum præstitum de conseruando iure & honore sedis Apostolicæ fuerit uiolatum: unde licitè retineri non posset, quod contra iuramentum huiusmodi fuerit scienter obtentum: quia etiam secundum, hoc, locum præscriptio habere non posset, quum in præscriptione rerum ecclesiasticarum bona fides, & iustus titulus exigantur: etsi etiam locum potuisset habere præscriptio, non credimus centenariam præscripiionem, quæ sola currit aduersus Romanam Ecclesiam, posse probari. 34. q. 2. c. Si virgo

Idem Episcopo Lucanensi.

Abbas in capellis præscribere potest iura Episcopalia: obtinet tamen in his solis quæ præscripsit.

Constitutio. xcviij.

Ibid. cap. Cū olim. frater. 16. q. 7. ca. Omnes basilicæ. CVm olim, frater Episcope, cum abbate & monachis sancti saluatoris de Ficheto super plebe Falmazane, & adiacētibus capellis ipsius, in nostra presentia litigando, institutionem in eis & alia ad ius Episcopale pertinentia uendicares, ad fundandam intentionē tuā ius cōe principaliter allegabas: cuius authoritate dicebas uniuersa spiritualia in prędictis locis, quę sunt in diecesi tua constituta, ad te tāquam ad diecesanum Episcopū pertinere: arbitrium præterea super hoc promulgatū a Pisto rienſi Episcopo, archipręsbytero ac primicerio Lucanis allegans.

Ad

Ad elidendam autem intentionem tuam, Abbas Gregorij septimi Papæ priuilegium exhibuit, quòd prædictum arbitrium multo videbatur tempore præcessisse, per quod tam monasterium, quàm plebs & capellæ prædictæ uidebantur libertati donatæ. Et infrà.

Aliorum quoque Romanorum pontificum dictus Abbas priuilegijs utebatur post arbitrium promulgatum obtentis, qui libertatis priuilegia sibi concedere videbantur. Et infrà.

Quia prædictus Abbas sufficienter ostendit monasterium suum, super institutionibus, destitutionibus, & ordinationibus plebani & clericorum, baptismo & pœnitentia in leuioribus culpis, sepultura, decimarum perceptione, ac diuinis officijs celebrandis, tam in plebe, quam in capellis prædictis, in excommunicando, atque interdicendo, & etiam absoluendo legitima præscriptione munitum: Abbatem ipsum ab impetione tua super iã dictis articulis duximus absoluendum, super illis tibi perpetuum silentium imponendo: super alijs omnibus, quæ ad Episcopale ius spectare noscuntur, iuxta tenorem arbitrij eundem Abbatem quo ad plebem, & capellas prædictas sententialiter condemnantes.

Innocentius Papa tertius.

Qui præscriptione completa priuilegium contrarium impetrat, & utitur illo, præscriptioni renunciat. Si præscriptio non erat completa, malam fidem habet: & ideo non præscribit.

Constitutio xcix.

Ibid. cap. Veniẽs ad

VEniens ad presentiam nostram Abbas sancti Martini de Pannonia. Et infrà.

Petijt a nobis postmodum idem Abbas, vt Vesprimensis episcopus non impediat uel faciat impediri, quominus omnes qui in Simagiensi parochia uel comitatu consistunt, de omnibus, quę possident, decimas sibi soluant, sicut in priuilegijs Paschalis Papæ prædecessoris nostri & sancti Stephani regis continetur.

Præfatus uero Episcopus postulauit, ut decimas Simagiensis comitatus infrà diœcesis terminos constitutas, quas detinet idem Abbas, sibi restitui faceremus: nisi aliquo iure speciali se ipsas possidere monstraret. Et infrà.

Chrisma uerò, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines promouendi fuerint clerici Ecclesiarum seu capellarum ipsius monastrij, quod est in Vesprimensi diœcesi constitutum, à Vesprimensi Episcopo postulabunt: siquidem catholicus fuerit, & gratiam sedis Apostolicæ habuerit, & ea gratis sine prauitate aliqua uoluerit exhibere: alioquin ab alio, quem maluerint, præsule catholico susciipiendi ea liberam habeant facultatem, sicut in priuilegio dicti Paschalis, & Alexandri Papæ prædecessorum nostrorum perspeximus cõtineri.

Non obstante priuilegio Clementis Papæ, per quod priuilegium suorum prædecessorum non extitit derogatum, cum de illis nullam fecerit mentionem, præsertim quùm & ipse Clemens priuilegium illud concesserit saluis institutionibus, non solùm Romanæ Ecclesiæ, sed ipsius etiam legatorum.

Nec obstare poterat præscriptio, quã idem Abbas in suum subsidium opponebat, quia si consummata erat, quando ab Alexando Papa priuilegium impetrauit, iuri præscriptionis renunciasse videtur, præsertim quum coram nobis priuilegio illo sit usus, quod suæ intentioni (quantum ad hunc articulum) contradicit. Si uerò nondum consummata erat præscriptio, sed erat in prę scribendo: post impetratum huiusmodi priuilegium bonam fidem non habuit: & ideo secundum Canones non præscripsit.

DE

DE SENTENTIA ET re iudicata.

INNOCENTIVS PAPA III. Archidiacono & Sacristæ Magalonensibus.

Si Papa contra pronunciationem suam confert beneficium, hoc tacito surreptitia dicitur collatio, & non tenet.

Constit. c.

Extra lib. 2. tit. 27. de sñia & re iudica. c. Cũ olim.

CVm olim Magalonensis episcopus P. de Castro nouo ad vacantem Archidiaconatum eiusdẽ Ecclesiæ nominassẽt, I. Præposito, ut nullus ibi, nisi prius duplici sibi uoce cõcessa, institueretur, per appellationem interpositam inhibente, Episcopus dictum P. de Archidiaconatu per suum annulum inuestiuit. Præpositus vero aliũ ad eundem Archidiaconatum nominare præsumpsit. Tandem Celestinus prædecessor noster quod factum fuerat ab vtraque parte, cassauit: pronũciãs quòd aliquibus scriberet, ut tam Episcopum quàm personas ad ordinandũ concorditer Archidiaconatum monerent: & corũ fortè monitis non admissis, hoc ipsi exequi nõ differrent. Post hęc verò dictus prædecessor noster G. qui nondũ ad diaconatus erat promotus officiũ, præter conscientiam procuratoris Episcopi apud sedem Apostolicam tunc morantis, ipsum Archidiaconatum cõtra pronunciationem suam contulit, sicut credimus, circumuentus.

Nos igitur inhærẽtes vestigijs prędecessorum nostrorum, dicentium sententiam Romanę sedis, cum aliquid fuerit surreptum, posse in melius cõmutari, quod de predicto G. factum est, non obstãte donatione, quam ab eodem Epo in elusionem donationis Apostolicæ nuper dicitur recepisse, in irritum reuocamus, & ei, licet absenti, quum de surreptione liquidò cõstet, super dicto Archidiaconatu perpetuũ silẽtium imponentes, præcipiendo mandamus, quatenus sæpedictum Archidiaconatum plena omniũ vestrum, qui præsentes fuerint in Ecclesia, interueniente concordia, ordinare curetis.

Idem Abbati & conuentui S. Zenonis Veronensis.

Valet sententia contra ius litigatoris lata, si ab ea infra decem diet non fuerit appellatum.

Constit. cj.

Ibid cap. Cũ inter.

CVm inter uos pro ecclesia uestra, & archipræsbyterum, & clericos sancti Proculi super subiectione eiusdẽ ecclesiæ q̃stio verteretur: ex parte vestra fuit propositum, qd̃ dicta ecclesia monasterio uestro pleno iure debet esse subiecta, uidelicet in institutione, destitutione, inuestitura archipræshyteri & eiusdẽ fidelitate, ipsius & fratrũ obediẽtia, correctione, repræsentatione, ad ordines, tonsoratione, susceptione chrismatis, litanijs, & alijs similibus, p̃ quæ plena subiectio declaratur, ad quod approbandum, instrumentum publicum concessionis B. quondã Veronensis Epi pars vestra in medium ꝓducebat, quã concessionem successor eius G. ratam habuit & etiam confirmauit. Super his quoq; tam Romanorum pontificum, q̃ patriarcharum Aquilegiensium priuilegia, & confirmationes induxit, quòrũ unus de subiectione plenaria in priuilegio suo euidenter expressit, quod sub testimonio R. quondam Veronensis Epi, qui eiusdẽ ecclesiæ archipręsbyter extitit, factum fuerat & completũ, & in eodem à priore sancti Zenonis mandauit sua vice subscribi. Adiecit etiam pars vestra, quòd inter B. quondam Abbatẽ eiusdẽ monasterij, & sancti Proculi archipręsbyterum & fratres ipsius, procedente tempore de fidelitate, & obedientia manuali, controuersia fuit exorta: ad quę duo illi se duntaxat teneri negabant, & super his testes ꝓducti fuerunt: tandẽ p̃fatus G. Veronensis Eps quendã Cardinalẽ sequens, à quo idem fuerat iudicatũ, quòd uel archipręsbyter dimitteret ecclesiam, aut Abbati obedientiã repromitteret, sententialiter diffiniuit: cuius snĩa cũ nulla fuerit, appellatione suspensa in rem transijt iudicatam. Et infra.

Quam-

Quamuis fortè dicto instrumento donationis non sit plurimum innitendum, nec confirmationibus, nec priui legijs, quæ de ipso causam & originem acceperunt: attendentes tamen quòd quantum ad litigantes ipsos, ius ex sententia factum fuit, postquam in rē transijt iudicatam, etiam si contra ius litigatoris lata fuisset, cum contra ius constitutionis expresse lata non fuerit, ueritate gestorum sermonibus præualente, quæ præsumitur rite per omnia celebrata, diffinimus ut archipræsbyter sancti Proculi, qui pro tempore fuerit, fidelitatem & obedientiam præstet abbati sancti Zenonis.

Idem Canonicis Nouarienſibus.

Sufficit ad confirmationem ſententiæ nihil continentis iniquum, quod contra ipſam aliquid non probetur.

Conſtit. cij.

Ibid. cap. Cãm quæ inter.

CAusam quæ inter vos & A. clericũ super præbenda Nouarienſis eccleſiæ uertebatur, Laudẽſi Epo de conſenſu partium commiſimus terminãdam qui pro uobis contra dictum A. diffinitiuam ſententiam promulgauit, à qua fuit ad noſtram audientiam appellatum. Et infrà.

Licet ex parte ipſius A. fuiſſet propoſitum, quòd contra formam mandati noſtri dictus Epiſcopus ſententiam promulgauit, ſicut per atteſtationes nitebatur probare, quia tamen iudicis animus non ſemper ad unam probationis ſpeciem inclinatur, & ipſa ſententia nihil continebat iniquum, & eidem iudici de communi partium aſſenſu fuerat cauſa commiſſa, qui vt ſniam ferret poſt examinationē cauſæ ab vtraq; parte fuerat requiſitus, ſentẽtiam ipſam curauimus confirmare.

Idem Conſtantino Epiſcopo.

Sententia per lapſum decem dierum tranſit in rem iudicatam, ſi prius non fuerit appellatum, & quadrimeſtre tempus, quod datur cõdemnatis in perſonali ad ſoluendum, poteſt ne cauſa per iudicem arctari.

Conſtitutio ciij.

Ibid. cap. Quod ad conſultationem.

QVod ad conſultationem. Et infrà. Quia poſtulaſti, utrum appellatio ni ſit clerici deferendũ, qui purgationem indictam ſibi per ſententiã, & ad ipſius receptionem terminum cõ petentem, puta uiginti dies, uel amplius, ſine contradictione recipiens, & ad diem veniens conſequenter appellat, cauſam non exprimens appellandi, nec ſit locus niſi ſuſcipiendæ purgationi, & excutioni ſententiæ, à cuius prolatione & purgatione iniuncta, ultra decennium dicitur effluxiſſe, taliter duximus reſpondendum, quòd cum poſt decem dierum ſpacium ſententia in authoritatem rei tranſeat iudicatæ, qui ad procurationis ſubſidium infra id temporis non recurrit, appellandi ſibi aditum denegauit, cum per hoc uideatur per interpretationem iuris latæ ſententiæ paruiſſe, præſertim ubi cauſa non redditur appellandi. Sed nec executionem ipſius ſententiæ ideo conuenit retardari, licet ad hoc agendum quadrimeſtre tempus regulariter ſit ſtatutum: quia id arctari poteſt nonnunquam à ſedente in medio, & etiam prorogari: & qui ab initio ſponte recipit terminum breuiorem, imputari ſibi poteſt & debet, cum ex hoc uideatur amplius beneficium contempſiſſe: unde talis non audietur appellans, niſi forte aduerſus eum modus executionis canonicus excedatur.

ff de iu dic. l. ſi 2. q. 6. §. Sunt quorum.

Ibid. cap. Cũ ſuper

Idem Decano, Cancellario & C. canonico Lundonienſi.

Sententia poteſt probari per teſtes, licet non deponant de cauſis, quæ ſolent iudicem mouere ad ſententiandum.

Conſtit. ciiij.

Ibid. cap. Sicut nobis.

SIcut nobis intimaſtis, cũ cauſa, quæ inter H. ſubdiaconum, & B. præsbyterum ſuper quinque modijs frumenti uertebatur, ipſi ſubdiacono ſingulis annis exoluendis, uobis commiſſa fuiſſet, & reſtitutionē ſibi fieri poſtularet ſubdiaconus, ſupradictus aduerſarius ſe ad hoc non teneri reſpõdit, cũ alia vice ſuper

Extra lib. 2. de fi inſtru. ca ũier dile C. lib. 7.

Ibid. cap. Quod ad consultationem.

super hoc conuentus fuerit, & sententialiter absolutus, quod oñdere uoluit duorũ testimonio, ex quorũ disponc cõstitit, qđ magister A. authoritate epi Lũdoniesis ipsũ absoluit ab impetitione subdiaconi memorati. Verũ, qa testimonium ipsorum quasi nude prolatũ fuerat, cũ de causis, quæ iudicem mouere solent ad sententiam proferendam, nihil dixerint, quid tenendum sit, sedẽ duxistis apostolicam consulendam.

Cum autem in plerisq; locis, in quibus copia prudentum habetur, id moris existat, quòd omnia q̃ iudicẽ mouẽt non exprimantur in sententijs proferẽdis, uobis taliter rñdemus, quòd cũ ex depositionibus testium prædictorũ cõstiterit sententiã à iudice suo prolatã, propter authoritatem iudiciariam pręsumi debet omnia legitimè processisse.

Idem Epo Astoricensi, & Abbati S. Isidori Legionensis.

Ab eadem sententia potest appellare, nedum reus victus sed etiam tertius, cuius interest, & poterit sententia, quo ad reum nil de suo iure docentem, confirmari: respectu vero tertii rationabiliter appellantis infirmari.

Constitutio cv.

Ibid. cap. Cũ super

CVm super controuersia, quę inter Aurienesem Episcopum, & monasterium Cellæ nouæ super statu ipsius uertebatur, pro Episcopo diuersæ sententiæ latæ fuissent, nuncius Onetensis Episcopi per eas Onetensem ecclesiam læsam grauiter querebatur, ad quam proponebat monasterium pertinere. Et infra.

Cũ ex parte monasterij nihil rõnabile fuerit ꝓpositũ & ostẽsũ, quare sñia ꝓ Epo promulgata debuerat irritari, eam quantum ad monasterium duximus cõfirmandam. Et infrà.

Mandamus, quatenus, si constiterit appellationem pro ecclesia Onetensi rationabiliter interpositã, & ad eam prosequendam nuncium eius infra tempus legitimum destinatum fuisse, executio sententiæ differatur, ne circa possessionem Onetensis ecclesia detrimentũ incurrat, alioq; n, sicut ius postulat, executioni absq; Onetensis ecclesiæ ꝓiudicio demandetur, cui, quæ præmissa sunt, nõ præiudicent, quo minus suam ualeat consequi rationem, cum res inter alios acta non noceat regulariter alij, iuxta constitutiones canonicas & ciuiles.

2. res inter alios. & ff de re iu dic. Sape.

Extra lib. 2. de fide instru. cap. Inter dilec. C. lib. 7. d.

Innocentius Papa tertius.

Si citatus ad sententiam ex legitima causa iudici ignorata non cõparuit, tenet sententia, eo absente lata: sed retractatur, eo probante legitimam absentiæ causam. Si verò impedimentum probatur non plenè, non retractatur sententia, nisi prius doceat de ipsius iniquitate.

Constit. cvj.

Ibid. cap. Cum Bertholdus.

CVm Bartholdus miles curiam suam P. militi pignori obligasset, eodẽ P. sublato de medio, A. nepos eius, qui successit eidem, vacante ecclesia eiusdẽ, asserens quòd ius patronatus cũ uniuersitate transisset in eum, D. clericum eiusdem loci archidiacono ad supradictam ecclesiam præsentauit: qui de consensu Episcopi ipsum instituit in eadem, in possessionem eum induci faciens corporalem. Prædictus uerò B. dominus fundi T. sacerdotem memorato Episcopo presentauit, sed ipsum Episcopus non admisit. Cum autem dictus T. aduersus memoratum D. super prædicta ecclesia deposuit quæstionem, Remensis Episcopus apostolicæ sedis legatus iudicibus negocium delegauit: ad quem cum attestationes utrinq; receptas per partes postmodũ remisissent, & præfato D. cũ suis attestationibus accedẽte, dictus T. nec per se, nec per responsalẽ idoneũ eõ parere curaret, ipse attestationibus inspectis clerici memorati, ipsum ab impetitione sæpe dicti T. sñialiter reddidit absolutum, eidem T. imponens silentiũ super ecclesia memorata. Postmodũ autẽ idẽ præsbyter ad archiepiscopi præsentiã infra breue tempus accedens, iustam causam absentiæ allegauit. Archiepiscopus verò Argẽtino electo, & Altæ syluę, & Tuderbernẽsis Abbatibus dedit suis literis in mãdatis, ut si iustã absentię causam ille ostenderet corã eis, ꝑ dictam sentẽtiã nullius decernerãt esse ualoris, & causam fine debito terminarent:

narent: alioquin facerent sententiã obseruari. Verum dicto electo, & præfatis abbatibus committentibus aliis uices suas, ipsi subdelegati testes super prædicto articulo receperunt, a quibus dictus clericus uocem ad nos appellationis emisit. Et infrà.

Licet autem iustã absentiæ causam minus sufficienter præsbyter probauisset, ne tamen præiudicaret opinio veritati, R. diaconum Cardinalem eis concessimus auditorem: qui cum nobis omnia fideliter retulisset, ex tenore sententiæ Archiepiscopum inuenimus circũuentum: tum quia continebatur in illa, quod per attestationes ipsius clerici fuerat sufficienter probatum, quòd præfatus A. in possessione iuris patronatus extiterat, cum eundem ad prædictam ecclesiam præsentauit, cum tamẽ per attestationes illas nihil ostensum aliud fuerit, nisi quòd pro quodam iure, quod de illa ecclesia consueuit exhiberi patronis prædicti P. & A. annuatim decem solidos acceperunt: tum etiam quia in eadem sententia dicitur, quòd dictus T. in probatione defecit, cũ per attestationes suas appareat ipsum suam intentionem sufficienter probasse: tum etiam quia causam non recepit sufficiẽter instructam, cum unius tantum partis attestationes receperit, quæ parum faciebant ad causam, unde sententiam ipsam duximus irritandam, memorato T. adiudicantes ecclesiam supradictam, cum per attestationes nobis constiterit euidenter, ipsum a uerò patrono fuisse ad sæpe dictam ecclesiam præsentatum.

Innocentius Papa tertius.

Papa in sententijs, quas profert, ordinem iuris seruat.

Constit. cvij.

Ibid. cap. In causis.

IN causis quæ summi pontificis iudicio deciduntur, & ordo iuris & vigor æquitatis est subtiliter obseruandus: cum in similibus casibus cæteri teneantur similiter iudicare: nisi fortè cum aliquid causa necessitatis & vtilitatis inspecta dispensatiue duxerit statuendum.

Idem Conuentui sancti Leufredi.

Secunda sententia in diuersa instantia contra primã lata tenet mero iure, nec debet infringi etiã si sit iniusta, ex quo ab ea non fuerit appellatum, præsertim si prima sententia secundis iudicibus non fuit ostensa

Constitutio cviij.

Ibid. cap. Inter monasterii.

INter monasterium sancti Antonij Rotomagense & vestrum, super modo eligendi Abbatẽ in monasterio vestro fuit quæstio agitata. Et infra.

Cum constiterit nobis primam missionem non fuisse per ultimam reuocatam, tũ quia causæ suspicionis in iure propositæ, friuolæ uidebãtur, quas etiam tanquam dilatorias ante litis ingressum opponere debuissent, quibus coram delegatis eisdem de subeundo iudicium renunciasse uidentur: tum etiã quoniam de priuilegiis apostolicæ sedis & processu negocii coram primis iudicibus nihil in secundis literis dicebatur: quòd si fuisset expressum, obtinere minime potuissent: Non obstante sententia, quæ pro monasterio sancti Antonij dicebatur fuisse prolata, quæ tamen nobis ostensa non fuit: cum si a prædictis iudicibus fuisset ostensa, ea posthabita, contrarium statuissent: alioquin eam obijcientibus imputetur, cum sub prætextu nouorum instrumentorũ lites non debeant instaurari.

Factum priorum iudicium ratum & firmum habemus, & eorum sententiam confirmãtes, electo a uobis nos ipsi munus benedictionis saluo iure diœcesani curauimus exhibere.

Idem Episcopo, Decano & Cancellario Parisiensibus.

Tenet sententia contra priuilegium ostensum vel non ostensum, si ab ea non fuerit appellatum, vel supplicatum.

Constit.

Constit. cix.

Ibid. cap Subortæ.

SVborta inter Meldensem Episcopū, & monasterium Resbacense super ipsius monasterij subiectione materia quæstionis, & procuratoribus partiū litigantibus coram nobis, quia per cōfessionem partis aduersæ constitit eundē Episcopum quasi possessionem obediētiæ in eodem monasterio habuisse, ipsum restituendum decernimus ad eandem.

Verum, quia priuilegium Innocētij Papæ prædecessoris nostri libertatem monasterij plenariam exprimebat, decano Suessionensi, & suis coniudicibus dedimus in mādatis, vt Episcopo in quasi possessionem obedientiæ restituto, nisi cōtra priuilegium rationabile aliquid obijceret & probaret, super subiectione monasterij sibi silentiū imponere procurarent. Et infrà.

Ibid. cap. Inter monasteriū.

Iudicibus autem causam instructam remittentibus, quia cognouimus efficaciores Episcopi rationes, subiectionem eidē adiudicauimus memorati monasterij, ut ibidem habeat tanquam diēce sanus Episcopus potestatem, ita tamen, ut per hoc nullum apostolicæ sedis prę iudiciū generetur, quo minus si voluerit, suam iustitiam prosequatur. Nimirum si præfati Innocētij priuilegiū Alexandro fuit in iudicio prę sentatum, & ipse tulit sententiam contra illud, intelligitur reprobasse. Si uerò non fuit coram eo exhibitū, prętextu priuilegij de nouo reperti, prædicta non debet sententia retractari.

Idem Abbatibus S. Mariæ in Cathag. & vallis secretæ.

Sententia à qua fuit appellatum retractatur, si constet testes, ad quorum dicta tantum lata fuit, conspiratores fuisse, & contradicente parte receptos.

Constit. cx.

Ibid. cap. Cum I. & A.

CVm I. & A. canonici sancti Dionysij Remenensis ex parte quorundā canonicorum eiusdē ecclesiæ nostro apostolatui referebant, quòd abbas corū super dilapidatione, periurio, simonia, & quibusdam alijs erat multipliciter infamatus, nos Catalanensi Episcopo & eius collegis dedimus in mādatis, ut ad ecclesiam personaliter accedentes, tam in capite, quàm in membris corrigerēt corrigenda, & statuerent quæ statuēda uiderent. Et infrà.

Iudices autem Abbatis & canonicorum iuramenta recipientes, abbatē ab administratione ipsius ecclesiæ per sententiam remouerunt, correctione membrorum dilata, quam tunc non poterant expedire. A qua sentētia cū procurator prædictus ad nostram audientiā appellauerit, proposuit dictam sententiam reprobandam: tum quia iudices lite non contestata in ipso negocio processerunt; tum quia iuramenta conspiratorum contra ipsum recipientes, de positionibus coram partibus minimè publicatis nec ostensis eisdem, ad sententiam procedere præsumpserunt. Et infrà.

Quia uerò de conspirationis articulo nobis non potuit fieri plena fides, mandamus quatenus si vobis constiterit, quòd illi cōspiratores fuerint, quorū cōstat à iudicibus iuramenta recepta, quod abbas probare uoluit corā eis, & eorū dicta iudices secuti tantummodo, cū per alios ea probata non essent, sententiam protulerunt: uos irritantes processum eorū, in negocio iuxta formam prædictam comprehensam in prioribus literis procedatis. Si uerò eos cōspiratores fuisse nequiuerit comprobare, uel licet de hoc cōstaret, appareat tamē illos nihil super his deposuisse, pro quibus idem abbas fuit amotus, vel etiā si aliqua super his deposuerint, ea tamen per aliorum dicta fuerant sufficienter ostensa, processum ipsorū iudicum confirmetis, quia licet aduersus Abbatem non debuerint conspiratores admiti, iuramenta tamen ipsorum de veritate dicenda, super statu ipsius domus recipi potuerunt, vt per ipsorum dicta super alijs fides possit haberi, quæ abbatem minimè contingebant: præsertim cum tunc probatum non esset eos conspiratores fuisse.

Idem

Idem H. De castro Guarcino.

Damnatus pro nulla, vel pro modica iniuria infamis non efficitur.

Constitutio. cxj.

Ibid. cap. Cũ te à B.

CVm te à B. iniuriarum actione conuento, eò quòd diceres equum tuũ non esse minoris precij quàm capillos ipsius, iudices qui super hoc cognoscebãt, te in decem solidos cõdemnassent, tu timẽs ne ipsorum sentẽtia te notaret infamia, beneficium restitutionis ad famam a sede Apostolica implorasti.

Nos autem considerantes, quia nulla fuerit uel minima facta iniuria, uolumus te per prædictam sententiam infamia non notari.

Innocentius Papa tertius.

Reuocata sententia propter defectum iurisdictionis, vt quia vnus ex iudicibus publicè excommunicatus erat, vel propter iuris ordinem nõ seruatum, iterum de principali quæritur.

Constitutio. cxij.

Ibid. cap. Ad probãdum.

AD probãdum quòd procuraror dominæ. Et infra. Vos autem interim agnoscatis de confirmationis sentẽtia, quę lata est à iudicibus delegatis de electione custodis, vt eam (sicut de iure fuerit faciendum) confirmare vel infirmare curetis, ita ut si pro eo quod vnus ex delegatis iudicibus, qui eandẽ sententiam protulerunt excommunicationis vinculo esset publicè innodatus, quando sententia lata fuit, sicut per metropolitani literas perhibetur, aut ex alia iusta causa eandem sententiam constiterit infirmãdam, ipsa cassata, de ipsius electione custodis iterum cognoscatis.

DE APPELLATIONIBUS.

INNOCENTIVS PAPA III. Illustr. regi Francorum.

Merus executor non recusatur, nec ab eo appellatur, nisi modum excedat, maxime si est datus cum clausula, appellatione remota.

Constit. cxiij.

Extra. De appell. tit. 28. depellat. cap. Nouit ille. Super his, conftitutio ne tot. et C. quorum appel. non recep. l. Ab exactione.

NOVIT ille, qui nihil ignorat. Et infrà. Præterea interdicti sententiam Cardinalis non edidit, sed potius publicauit, nec fuit dictator ipsius, sed uerus executor. Vnde cum secundum ius, ab executoribus appellari non possit, nisi forsan modum excederent in exequendo, nos etiam in literis super hoc directis ad ipsum, appellationis curauimus obstaculum inhibere, appellationi ab eo interpositæ non fuerat deferendum. De suspicionis autem obiectu, licet eum merito tibi suspectum non fuisse credamus, non tamen & si fuisset, propter appellationem interpositam ab eo desistere debuisset, ad quòd non proprio motu, sed nostro potius præcepto processit.

Innocentius Papa tertius.

Si appellatio recipitur à iudice, vel approbatur à parte, terminus ad eam prosequendam præfixus obtinet vicem peremptorii, vt in absentem procedatur, ac si peremptoriè fuisset citatus, nec talis terminus præueniri poterit ab aliqua partium.

Constit. cxiiij

Ibid. cap. Sæpe contingit.

SAepe contingit, quòd cum ad nostram audientiam appellatur propter defectũ partis alterius neque p se, neque per respõsalẽ idoneũ appellationem interpositam prosequentis, uel forsitan ex malitia responsalis, mandatum procuratorium occultantis, lites quæ de facili poterant terminari, remanẽāt indecisæ, cum frequenter iuris quæstio moueatur, cuius apud nos probationes necessariæ non existunt, & interdum etiã facti quęstio de leui posset partibus præsentibus comprobari. Vnde licet in Lateranẽsi concilio fuerit cõstitutũ, vt si in quocunque negocio aliquis appellauerit, & eo qui appellatus fuerat ve

niente.

niente, qui appellauit uenire neglexerit, competentem illi recompensationem faciat expensarum. ut hoc saltem timore deterritus, in grauamen alterius non facile quis appellet, quia tamen propter hoc quæstiones prorogantur, præsenti decreto statuimus, vt si huiusmodi appellato, uel à iudice recepta, uel à patre fuerit approbata, post terminum appellationi præfixum, edicti peremptorii uires obtineat, ita uidelicet, ut ex tunc in absentē perinde procedatur, ac si peremptoriè uocatus ad iudicium extitisset.

Quod si forsitan interposita prouocatio malitiosè recepta uel approbata nō fuerit, cum cōstiterit legitimè prouocatum, nihilominus eā uigorem uolumus obtinere, saluis cōstitutionibus de prouocantibus post sententiā promulgatis quibus appellationes suas prosequi nō curantibus, post terminum appellationi prosequendæ præfixum, rata manet sententia, quæ fuerat appellatione suspēsa.

Quicquid autem contra citationem peremptoriam posset ab absente proponi, aduersus huiusmodi appellationē ualeat allegari. Si quis autem terminū appellationis præueniens tacita ueritate literas impetrauit, & careat impetratis, & pœnam contumaciæ non euadat.

Hoc autē in locis siue iudiciis exercendis volumus obseruari.

Idem Lemouicensi & Cathurcensi Episcopis.

Appellatione deserta per negligentiam appellantis, potest iudex ex officio procedere in casibus, in quibus eius officium exuberat.

Constit. Cxv.

Ibid. c. Constitutus.

COnstitutus in præsentia nostra Claremontensis Archidiaconus nobis exposuit quod Claremōtensi decanatu uacante quidam canonici uota sua in Episcopum transtulerunt, & Episcopus cum quibusdam aliis expresse cōsentientibus in eundem, archidiaconus ei cōtulit decanatum undecim canonicis prius appellantibus, ne quis assumeretur in decanum præter assensum omnium, cū electioni eius viginti quinque tum per se tum Episcopo medio consentirent. Cumq; sancti Marcelli presbyter Cardinalis, tūc apostolicæ sedis legatus, per terras illas transitum faceret, non ut appellationi ad nos interpositę derogaret sed ut instructam transmitteret ad nos causam, sancti* Illudii & sancti Andreæ, abbatibus examinationem ipsius delegauit, & mandauit eisdē, ut partem contradicentem electioni decani citarēt ad ipsum, contradictionis suæ causam in eius præsentia ostensuram. Et infrà,

*al. Egō dij.

Intellecto igitur per assertionem cardinalis, quod sub ea forma fuerat appellatum, ne sine assensu omnium procederetur in electione decani, & quod appellantes appellationem infra annum non fuerāt prosecuti, nec erat, propter quod eis esset biennium indulgendum, cum sicut bis simplicem nuncium infra tēpus legitimum ad sedem apostolicam destinarant, sic potuissent saltem semel procuratorem idoneum destinasse, ne tamē peremptorias exceptiones ex eorū parte propositas uideamur sub silentio prętterire, mandamus, quatenus si uobis cōstiterit archidiaconum facto Episcopi, ex quo nititur, sponte renunciasse, uel prædictum episcopum processisse ad electionem ipsius, prætermissis prædictis, sine quibus ne procederet in illa trāslatione uoluntatum, ex qua nititur archidiaconus, proponitur esse actum ei, super decanatu silentium imponatis, alio quin nominationem seu electionem taliter factam de alio, & quicquid fuerit sequutum ex ipsa, denuncietis irritum & inane.

Idem Cancellario Metensi.

Contra electum vel confirmatum nullum aliud ius expectantem, non admittitur regulariter exceptio vel appellatio, maximè frustratoria, ad impediendum electionis vel confirmationis effectum, sed possessione habita, poterit accusari vel denunciari.

Constitutio Cxvj.

Ibid. c. Cōstitutis.

COnstitutis in præsentia nostra N. Decano sancti Saluatoris, & Cantore Metensi. Et infrà.

Metensis intimauit Episcopus, quod sancti Saluatoris præpositura uacante die electioni præfixo per patrē & filiū, & sanctum spiritum, in uirtute obedientiæ, ac sub anīmæ periculo Canonicos adiurauit, ut secundū Deum, & iuxta cō scientiam suam vnum eligerent de duobus, in quos partes uidebantur oculos extendisse, quem Ecclesiæ magis utilē, & idoneum reputarent. Decanus autē cum duobus diaconibus, & subdiaconibur tribus, dictum cantorem in præpositum nominauit: Cantor uerò ipse, qui præsbyterali officio fungitur, & custos cū scholastico, & magistro B. sacerdotibus, leuitis duobus, & subdiaconis quinque, te concorditer elegerunt, electionē tanquam à maiore, & saniori parte capituli factam, cum de personæ tuæ honestate constaret, prædictus Episcopus confirmauit, & cum tibi uellet domū, & inuestiturā porrigere (ut moris est) decanus ad sedē apostolicā appellauit contra te, impotentiam duntaxat allegāns, proponendo te in partibus illis quasi penitus impotentē, in quibus prę positiuæ possessiones existunt, addens quod alia tibi obiiceret in presentia nostra quę tunc in præsentia iudicis fuspecti noluit explicare.

Nos ergo, quia constitit euidenter, illam appellationis causam, quæ fuit expressa, rationabilē non fuisse, aliam autem tunc non expressit, etsi dixerit idē Decanus, quod aliā uellet obiicere coram nobis, decreuimus tuæ cōfirmationis effectum nō debere per ea quæ sunt proposita impediri.

Si quid tamen contra te non in modum exceptionis ad impediendum electionis, & confirmationis effectū, sed in modum denunciationis uel accusationis duxerit proponendum, postquam pacificam ipsius præposituræ possessionē fueris assequutus, proponendi licētiam non negamus.

Idem Vigorienſi Epiſcopo.

Appellari potest, si locus non tutus partibus assignatur, etiam si sit scriptū appellatione remota.

Constit. Cxvii.

EX parte tua. Et infrà. Præsenti pagina respondemus, quod quum excusetur honestè, qui ad præsentiam delegatorum iudicum non potest securè uenire, citatus tu uel tui quoties ad illos iudices ues euocari cōtigerit, ad quorū præsentiam vobis periculosum est ire, liberè poteris appellare, etiā si in literis commissionis appellationis fuerit remedium intercluſum, nisi iudices vobis assignent locum idoneum & securum. *Ibi. ca. Ex parte tua.*

Idem Epiſcopo, Decano & Præcentori Herfordenſibus.

Licite appellat reus, si non auditur excipiens, procuratorem actoris non habere sufficiens mandatum, uel se prius conuentum per alias literas, de quibus non fit mentio in secundis.

Conſtitutio Cxviij.

SIgnificauit nobis magister hospitalis Eboracensis. Et infrà.

Præterea capitulum Eboracense authoritate quarundam literarum, in quarum sigillo continebatur sigillum capituli ad citationes tantum, cum aliud sigillum capitulum illud noscatur habere, quendam constituebat actorem, sed licet idem magister allegauerit, quod occasione literarum illarum actor non deberet admitti, & insuper adiunxisset, quod authoritate literarum quarundā à nobis ad alios iudices obtentarū prius conuentus, non debuit per literas posteriores, in quibus nulla fuerat mentio de prioribus, conueniri, iudices tamen exceptiones huiusmodi admittere noluerunt, propter quod uocem ad nos appellationes emisit. *Ibi. ca. Signifi. cauit.*

Quocirca mandamus, quatenus si uobis constiterit ob dictas causas, uel earū aliquam ad nostram fuisse audientiam appellatum, reuocato in irritum quicquid noueritis post appellationem huiusmodi esse factum, partes ad nostram audientiam conuocetis, & in causa procedatis.

Idem

Idem Magistro G. Archidiacono, & uenerabili Normanno Canonib. Suefsionensicis.

Licite appellat reus, si non auditur, petens declarari rem peritam in libello.

Constitutio Cxix.

Ibid. c. Significantib.

SIgnificantibus T. & R. fratribus, nostro fuit apostolatui declaratũ, quod quum inter ipsos ex una parte, & V. ex altera, super quadam terra coram iudicibus delegatis quæstio uerteretur, ipsi quum plures terras haberent, ut terra illa super qua quæstio uertebatur, ostenderetur eisdem, à iudicibus postularunt, quod cum ipsi facere denegarent, ad nostram audientiam prouocauerunt.

Quocirca mandamus, quatenus, si est ita, reuocato in statum debitum, si quid post appellationem noueris attentatum, &c.

Idem Eboracensi Episcopo, & Abbatibus de Lucano & monte molli.

Iudex à quo non potest statuere terminum ad finiendam appellationem, quod si fecerit, intelligitur statuisse ad se præstandum.

Constitutio Cxx.

Ibid. c. Ex insinuatione.

EX insinuatione Prioris & Canonicorum sanctæ Barbaræ nobis innotuit, quod cum inter ipsos ex una parte, & V. camerarium de Tangar. ex altera, super quodam monasterio coram iudice ordinario quæstio uerteretur, & idem Camerarius ad nostram audientiam appellauerit, appellationi terminum non præfigens, dictus iudex, qui causam illius fouere uidebatur, pro eo quod quidam clericus commensalis suus dicti Camerarii in eadem causa fuerat aduocatus, hunc terminum appellationi præfixit, ut ad festum Purificationis utraque pars esset ab appellationis prosequutione reuersa, licet non potuit nobis legem imponere, ut eam teneamur infra dictum terminum expedire, quum & secundum legitimas sanctiones lis, quæ in consistorio principis speratur inferri, absque damno moræ intacta permaneat, donec ipsam faciat introduci, & a proceribus dirimi, iuxta morem. Interim autem nuncius Camerarii præueniens nuncium eorundem, nec ipso usque ad terminum legitimum expectato impetrauit literas & recessit.

Quia uero fraus & dolus alicui patrocinari non debent, mandamus, quatenus, si est ita, partibus conuocatis, audiatis causam, & si de his constiterit, literæ Camerarii non ualebunt.

Idem Rofensi & Bondensi Episcopi.

Qui extra iudicium appellat ex ueri similibus & probabilibus causis, ne in possessione molestetur, si postea spoliatur, restituitur antea omnia in statum in quo erat tempore appellationis omissæ.

Constitutio Cxxi.

Ibid. c. Bonæ memoriæ.

BOnæ memoriæ O. de camera personna Ecclesiæ de Fan. uiam uniuersæ carnis ingressio, Abbas sancti Augustini Cantuarensis eiusdem Ecclesiæ, quam ad se asserit pertinere, primo per quosdam monachos, secundo per seipsum possessionem ingressus, ad nos pluries uocem appellationis emisit, ne quis eum super possessione ipsius Ecclesiæ præsumeret molestare. Cumque aliquandiu prædictam Ecclesiam pacifice possedisset, quidam laici Cantuarensis diœcesis ipsum Abbatem & monachos de possessione ipsius Ecclesiæ per uiolentiam eiecerunt. Et infrà.

Procurator uero archidiaconi proposuit ex aduerso, quod defuncta persona Ecclesiæ, archidiacono tamen datur eius custodia, imo Archidiaconi, qui fuerunt pro tempore, tam de iure communi, quam de generali consuetudine, tam in illa Ecclesia, quam in cæteris eiusdem diœcesis hoc iure semper usi fuere. Præterea prefatus O. nomine Archidiaconi Ecclesiam possedit eandem, ut pote qui ei unam procurationem, & quinque solidos nomine ecclesiæ annis singulis exoluebat. Et infrà.

63. dist. c. Si in plebib.

Præmissis igitur diligenter inspectis, prædictos Abbatem & monachos in eum statum, in quo tempore appellationis factæ ex uerisimilibus & probabilibus causis ad nos legitimè interpositæ fuisse noscuntur (proprietatis parti utrilibet saluo iure) decernimus reducendos, ac fructus medii temporis perceptos cessuimus pariter assignandos eisdem.

Idem sancti Augustini, & sancti Gregorij Prioribus.

Itineris arreptio habet uim appellationis, si seruantur ea quæ seruari debent in appellatione.

Constitutio Cxxii.

Ibid. c. Dilecti filij.

Dilecti filii Io. & H. Prioris, & monachorum Cantuarien sis Ecclesiæ nũcii retulerunt, quod cum pro causa, quæ inter dictos Priorem & monachos & Cãtuarien sem Archiepiscopum super capella de Lamede uerteretur, ab ipsis ad sedẽ Apostolicam mitterentur, idem Archiepiscopus post iter arreptum in eos excommunicationis sententiam promulgauit.

Cum autem plus sit ad sedem Apostolicam facto prouocare quàm uerbo, & ipsis propter dictam causam ad Romanam Ecclesiam uenientibus, intelligitur ad sedem apostolicam prouocatum, mandamus, quatenus si est ita, dictos Io. & H. denuncietis excommunicationis uinculo non teneri.

Idem Episcopo Elien si.

Per clausulam, appellatione remota, inhibetur omnis appellatio, quæ à iure non indulgetur expresse.

Constitutio Cxxiii.

Ibid. c. Pastoralis.

Pastoralis officii diligentia. Et infrà. Quæsiuisti, utrum quãdo inhibetur appellatio in rescripto, frustratoria tantum inhibita uideatur.

Nos igitur attendentes, quod per appellationem frustratoriam, etiam si non fuisset inhibita, negocium non debeat impediri, respondemus, quod quælibet prouocatio intelligitur remoueri, quæ à iure non indulgetur expresse, sed si appellãs fuerit grauatus iniustè, grauamen huiusmodi per superiorem poterit emendari.

Verum, quia multoties quis ad tempus per appellationem legitimam à iudicis sui, quo ad aliquem certum articulum, eximitur potestate, consuluisti nos, utrum, si quis excommunicationis sententia innodatus, ante denunciationem ipsius ab ea tanquam minus rationabiliter promulgata in eo casu, in quo ante sententiam appellatoriam uires obtinuisset, curauerit prouocare, eo quòd per appellationẽ interpositam excommunicantis uidetur iurisdictio dormitasse, ipse denunciare possit eundem, & ad tempus ecclesiasticis beneficiis clericum spoliare.

Nos itaque respondemus, quod quum executionem excommunicatio secum trahat, & excommunicatus per denunciationem amplius non ligetur, ipsum excõmunicatum denunciare potest, ut ab aliis euitetur, & illi prouentus ecclesiastici merito subtrahuntur, cui Ecclesiæ communio denegatur.

Idem Episcopo Parrhisien si.

Si appellans ad superiorem comparet coram iudice inferiori super concernentibus ipsam appellationem, ipsi appellationi renunciare uidetur. Si autem protestetur, quod proprie, hoc non intendit renunciare appellationi, tanquam contraria allegans, non est audiendus, nisi notorium sit, actum illum esse iniustum, super cuius emendatione audiuit inferiorem.

Constitutio Cxxiiij.

Ibid. c. Solicitudinẽ pastoralis.

Solicitudinem pastoralis. Et infra. Sanè quum sicut recipimus duobus coram Episcopo litigantibus alter eorum ad sedem Apostolicam appellasset, episcopus appellantem reputans contumacem, ipsum excommunicationis uinculo innodauit, qui coram metropolitano de episcopo sibi petiit iustitiam exhiberi, asserẽs, quod post appellationem legitimè ad nos interpositã ipsum excõmunicauerat, & petens se ad eum statum, in quo fuerat appellationis tẽpore, a metropolitano reduci, denunciari uidelicet absolutũ, adiiciẽs ẽt quod appellationi nõ renunciabat obiectę, sed prosequi uolebat eãdẽ. Et inf.

Nos igitur inquisitioni tuæ aliter respondemus, quod sicut metropolitanus de appellatiõe ad nos interposita cognoscere

scere omnino non ualet, sic nec de his quæ post appellationem fuerant innouata, dummodo de aliis cognosci non possit nisi de appellatione pariter cognoscatur, uel de his quæ appellationis causam contingere dinoscuntur. In quo casu si metropolitanus ad cognoscendum partes suas interponere forte præsumeret, Episcopus posset ad appellationis beneficium conuolare. Nam ad officium eius, qui de appellatione cognituru est, pertinet prudenter corrigere, quæ contra ipsam inuenerit attenta, si uero notorium existeret, quod mandatum Episcopi indiscretum fuerat, uel iniustum, cui non tenebatur subditus obedire, ac per consequentiam ei liquebat euidenter subditum legitimè prouocasse, potest Archiepiscopus authoritate metropolitani declarare subditum irrationabiliter extitisse anathematis mucrone percussum. Cum autem excommunicatus, qui appellauerat iuxta perscriptam formam coram archiepiscopo, deponit contra Episcopum quæstionem, metropolitanus ad cognoscendum de cā pōt interponere partes suas, cū ille appellationis prosecutioni renūciasse tacitè uideatur, sed si uerbo uel facto appellatiōnē se uelle psequi protestetur, nō est tāq̄ aduersa pars & sibi cōtrarius audiēdus.

Idem Episcopo & Cantori Trecen.

Per appellationem legitimè interpositam principale cum accessoriis ad iudicem appellationis defertur. & sententiæ excommunicationis & interdicti post appellationē latæ nō tenēt.

Constit. Cxxv.

Ibid. c. Dilectis filijs. Dilectis filiis Decano Altisiodorensi, ac magistro R. Altisiodorensis Episcopi procuratore in nostra præsentia constitutis, idem magister proposuit, quod cum dictus Episcopus presbyterum domus Dei, in qua dispensationem plenariam obtinere dinoscitur, detineri faceret uinculis mancipatum; pro eo quod bona quædam eiusdem domus, quę furtiua sub traxerat, restituere detractabat, propter quod etiam ab eodem Episcopo excommunicationis fuerat, uinculo innodatus, supradictus decanus Episcopum monuisset, ut ei restitueret uel saltem recrederet presbyterum memoratum, quem ad iurisdictionem suam pertinere firmiter asserebat. Episcopus metuens ne decanus aliquid in suum præiudicium attentaret, se ac suos, statum ecclesiæ, ac ciuitatis, protectioni metropolitani supponens, ad eius audientiam appellauit. Verum decanus post modicum tempus interdictum huiusmodi promulgauit, ut episcopo in ciuitate præsente a diuinis in Altisiodorensi ecclesia cessaretur. Post modum uerò, cum die appellationi præfixo comparuissent partes coram officiali curiæ Senonensis, decanus allegans quod appellationi ab Episcopo interpositæ ideo non duxerat deferendum, quoniam presbyter supradictus adhuc in uinculis tenebatur, quando ad nos uocem appellationis emisit. Officialis autem iudicauit irritum interdictum à decano post appellationem episcopi promulgatum. Et infra.

Quia uero idem Episcopus diuersos modos expressit, secundum quos decano paratus fuerit super captione presbyteri iustitiam exhibere, ad metropolitanam sedem appellans, decanus non potuit post hoc ferre sententiam interdicti, & ideo sententiam ipsam ab eo post appellationem legitima promulgatam irritam decernimus & inanem, non obstante quod decanus ad excusationem suam quasi uariando proposuit, quod priusquam Episcopus appellasset, sententiam tulerat, cuius effectum ad tempus duxerat suspendendum, cum interim appellatione interposita procedere non debuerit ad sententiam exequendam, officialis processum, qui post appellationem huiusmodi sententiam interdicti irritam & inanem decreuit, temerarium iudicans, cum appellatione ad nos interposita nil debuit innouari. Præterea licet excommunicationis sententia in Decanum per Episcopum promulgata, rite lata prima facie uideretur, quum per dictum Officialem esset prohibitum, ne seruaretur in Ecclesia interdictū, & Decanus ne celebraretur in Ecclesia prohibēdo, diuinū uideretur officiū perturbare, quia tamen per appellationem ad nos interpositam ex parte Decani cui etiā officialis duxerat deferendum, apostolos concedendo, non solū principale negocium

gocium, sed accessoria etiam ad nostrum referebantur examen, eandem sententiam post appellationem promulgatam decernimus uiribus caruisse. Verum licet Archiepiscopus post appellationem prædictã de qua sibi per officialis literas innotuerat, Decanum denunciauerit euitandum, Senonenses tamen canonicos, qui saniori ducti consilio communicauerunt eidem, ut appellationi ad nos interpositæ magis quam denunciationi ab Episcopo factæ deferrent, inculpabiles iudicamus.

Idem Mediolanensi Archiepiscopo.

Postquam Papa aliquam causam ad se reuocat, non ualet processus postea per minorem iudicem factus, sicut non ualeret, si fuisset ab ea legitimè appellatum.

Constitutio Cxxvi.

Ibidem c. Vt no strum.

VT nostrorum prodeat de uultu Dei iudicium. Et infra. Iudicibus dedimus in mandatis, ut si post secundum mandatum, per quod totius cognitionem negocii ad nostrum iudicium reuocauimus traditionem sigilli dicto H. à te cognoscerent esse factam, eam decernerent irritam & inanem, inhibentes illi, ne quomodolibet eo uti præsumeret, cum plus sit Romanum Pontificem ad se aliquod negocium reuocare, quàm quenquam ad eum super aliquo negocio prouocare.

Idem Abbati sancti Felicis, & G. Canonico Bononiensi.

Si terminum appellationi prosequendæ statutum ab homine, altera pars præuenit, hoc tacito literas impetrando, literæ non ualent, sed terminum iuris etiam appellatus præuenire potest, dummodo nimium non præcurrat. & ubi ex dilatione imminet periculum (etiam neutra parte prosequente) potest iudex ad quem supplere partes, compellendo ad prosequutionem.

Constitutio Cxxvii.

Ibid. c. Oblatæ nobis.

OBlatæ uobis uestræ literæ continebant, quod quum quidam iudices, quibus causa, quæ inter Sambrienſem & Rinocorenſem plebes uertebatur, fuerat ab Apostolica sede commissa, pro plebe Sambrienſi sententiam protulissent, ac a procuratoribus plebis de Rinocor. ad nos fuerit sine termino appellatum, nec delatum appellationi fuisset, nec ad prosecutionem ipsius terminus a iudicibus partibus assignatus, plebanus de Sambro. super obseruatione prædictæ sententiæ, si eut rationabiliter lata erat nostras ad uos literas, & alia pars alias commissionis literas a nobis super infirmanda eadem postmodum ad alios iudices impetrauit, nulla in posterioribus literis de prioribus habita mentione. Vnde in dubitatione reuocato, an posteriores iudices uel uos de illa de beatis cognoscere, nos super hoc consulere uoluistis. Et infra.

Supra eodem lib. consil. c. 15

Licet igitur appellanti legitimè a sentẽtia indulgeatur annus a lege, aut ex iusta causa biennium ad appellationem interpositam prosequendam, quia tamen huiusmodi terminus potest restringi, non solum à prouocante, uerum etiam à iudice, à cuius sentẽtia prouocatur (cum ideo sit constitutum, non ut terminus ipse præueniri non possit, sed ne ualeat prorogari) credimus distinguendum in quo casu literæ impetrantur. Et quidem quando certus terminus ab appellante, uel a iudice appellationi præfigitur prosequendæ, si eo tacito appellatus literas impetrauerit, huiusmodi literæ tanquã tacita ueritate surreptæ obtinere nõ debẽt aliquam firmitatẽ.

Si uero non sit aliquis terminus a iudice uel ab appellante præfixus, pars appellata infra terminum constitutum à lege (dummodo nimium non præcurrat, ut appellantem in commissione impetranda supplanter) commissionis literas poterit impetrare, quarum authoritate in appellationis causa legitimè procedatur, ita quod si appellans uolueris in causa appellationis procedere, oportebit eum agere sub iudice sic obtento, nisi possit eum legitime recusare. Quod si agere noluerit, appellatus potest nihilominus prosequi causam ipsam, maxime si sentiat sibi ex dilatione imminere grauamen.

Superior quoque iudex si uiderit ex dilatione periculum imminere, potest & debet neutro prosequente appellationem occurrere, ut periculum euitetur, puta si à sententia lata super confirmatione alicuius electi fuerit prouocatũ, & utraq; pars

uelit

uelit etiã ad annum prosecutionem appellationis differre, potest utique, imo debet superior iudex, ad quem fuerat appellatũ, terminum prouide moderari, ne gregi dominico diu desit cura pastoris.

Ex his igitur consultationi uestræ noueritis esse responsum, quod per posteriores non derogatur prioribus legitime impetratis, per quas ad confirmandam sententiam, uel infirmandam præuia potest ratione procedi.

Innocentius Papa tertius.

ALTERA PARTE CONTVMACITER absente potest iudex appellationis etiam principale negocium diffinire, si post litem contestatam fuerit appellatum.

Constitutio Cxxviij.

Ibidem ca. Per tuas litteras.

PEr tuas litteras requisisti, utrum, si post latam sententiam, uel saltem post depositiones testium publicatas fuerit apte appellatum, hi qui super hæc delegantur à nobis, si altera partium eorum se noluerit conspectibus præsentare, causam sibi delegatã iudiciali possint calculo terminare.

Nos igitur consultationi tuæ taliter respondemus, quod cum lis sit super eodem negocio coram primis iudicibus legitimè contestata, poterunt iudices delegati (eo qui conuenitur se per contumaciam absentante) cum eis de meritis causæ liquebit, commissum sibi negocium diffinire.

DE CONFIRMATIONE vtili vel inutili.

INNOCENTIVS PAPA III. Decano Padebornensi.

INNOVATIO PRIVILEGII nouum ius non tribuit, nec antiquum confirmat, sed si quod competebat conseruat.

Constitutio Cxxix.

Extra li. 2. ti. 30. de cõfirmationeutili uel inutili c. Cum dilecta

CVM dilecta in Christo filia Abbatissa & sorores Ecclesiæ de Gardeuenensi, sua cuperent priuilegia innouari, propter uiarum differimina quatuor Episcopis & Abbatibus totidem, ut ea inspicerent diligenter, & tenorem ipsorum fideliter transscribentes sub sigillis suis nobis remitterent duximus iniungendum. Et infrà. *in Christofilia.*

Nos autem tam legato, qui sub sigillo proprio ea nostro fecit conspectui præsentari, quam inquisitoribus ipsis fidem debitam adhibentes, licet non uideremus, quare non deberent eadem priuilegia innouari, quia tamen C. maioris Ecclesiæ, & I. sanctæ Crucis Canonici proposuerunt Hildesemensem Ecclesiam in possessione subiectionis ipsius monasterii per centum annos & amplius extitisse, priuilegia ipsa tunc non duximus innouanda.

Vnde iudicibus dedimus in mandatis, ut ad locum idoneum accedentes, ciuitatis qui fuerint euocandi, inquirerent super his diligentius ueritatem, a quibus pars Hildesemensis Ecclesiæ, ad apostolicam sedem appellauit. Nuper autem iterato prædicta petiit Abbatissa, quatenus deberemus priuilegia suæ Ecclesiæ renouare. Ex aduerso uero fuit postulatum, ut causam ipsam discretis uiris committere dignaremur, qui testes reciperent, quos contra priuilegia monasterii & ad probandum præscriptionem legitimam inducere proponebant.

Nos igitur attendentes, quod iure sit ciuili statutum, ut quando periculum testium formidatur, ne ueritas occultetur, ut probandi copia fortuitis casibus subtrahatur, etiam lite non contestata, testes ualetudinarii, & alii, de quibus ex aliqua rationabili causa timetur, ad testimonii, admittantur. eiusdem æquitatis similitudine prouocati, prædicta priuilegia, quasi iam nimia uetustate consumpta, cum fuerint non in pergameno, sed in papyro conscripta, duximus innouanda, nolentes quod ex innouatione huiusmodi nouum ius monasterio acquiratur, sed antiquum, si quod habet, per innouationem priuilegii conseruetur.

Quia uero præfatum monasterium ad ius & proprietatem apostolicæ sedis per priuilegia prædecessorum nostrorum pertinere monstratur, ne ius Ecclesiæ Romanæ remaneat indefensum, eandem Abbatissam procuratricem ipsius duximus statuendam, ut cum aduersus Romanæ

Ecclesiæ possessiones & iura non nisi centenaria currat præscriptio, ipsa super hoc, & alijs, uice nostra procuret, quæ coram te in iudicio fuerint procuranda.

Nolentes igitur, quod de statu eiusdem monasterii diutius dubitetur, mandamus quatenus locum tutum & commodum eligens recipias testes, quos ad præscriptionem probandam Hildesemensis Ecclesia, uel ad interruptionem ostendendam cœnobium duxerit producendos: & si legitimam præscriptionem probauerit, ut intendit, nisi probata fuerit interruptio ex aduerso, subiectionem ipsius monasterii ad iudices Episcopo memorato, cum constet ipsum in sua diœcesi constitutum, priuilegium, quod monasterio innouari fecimus, corrumpendo, alioquin eidem super hoc perpetuum imponens silentium, monasterium pronuncies perpetua libertate gaudere, nostro sibi priuilegio resignato.

Idem Episcopo & Præposito Vtinensibus.

NON VALET CONFIRMATIO, quam religiosus impetrauit à Papa supertemporali administratione, seu prioratu, si tacuit se regularem. si uero expressit, rescriptum præsumitur falsum, quia Papa non consueuit concedere.

Constitutio. Cxxx.

AD nostram audientiam. Præposito Nemanẽsis Ecclesiæ significante peruenit, quod quidam Canonici Nemanensis Ecclesiæ à nobis literas confirmationis super administrationibus suis obtinere laborant, religionis suæ conditione suppressa. *Ibidem ca. Ad nostrã audien tiam.*

Cum igitur regularibus personis non consueuerit Apostolica sedes aliqua personaliter confirmare, mandamus, quatenus confirmationes, quas ab ipsis canonicis, quum regulares existant, noueritis taliter impetratas, denuncietis irritas & inanes.

Innocentius Papa tertius.

Concordat cum capitulo supra proxime posito.

Constitutio Cxxxi. *Ibidem ca. Porrectam bis ex parte.*

PORrecta nobis ex parte tua petitio continebat, quod plures ex religionis, qui prioratibus & aliis administrationibus præsunt, a nobis super ipsis quoad uixerint possidendis, confirmationis literas se asserunt impetrasse. Et infra.

Cum igitur a cancellaria nostra huiusmodi literas emanasse non credamus, mandamus, quatenus illos, qui tales literas exhibuerint, in quibus prioratus uel administrationes tanquam religiosis confirmantur, eosdem punias tanquam falsitatis authores. Si uero in eis non sit mentio religionis ipsorum, illas tanquam tacita ueritate surreptas denuncies non ualere.

Idem Nobili Viro Matthæo de Riuariis

Sententia seu laudum contra formam iuris uel compromissi latum per arbitros, licet per Papam in forma communi fuit confirmatum, non tenet.

Constitutio Cxxxii.

EXaminata causa, quæ uertitur inter te, & milites Campanicos super Ecclesia sancti Angeli, perpendimus arbitrium, quod uicedominus Sabinensis dicebatur super eodem negocio promulgasse, contra formam iuris & compromissi fuisse dictatum. Vnde quum non obstante confirmatione Celestini Papæ prædecessoris nostri, qui confirmauerat illud, sicut prouide latum fuerat, & ab utraque parte receptum, decernimus ipsum irritum & inane. *Ibidem c. Examinata.*

LIBRI SECVNDI FINIS.

D. INNOCENTII PONTIFICIS MAXIMI, HVIVS NOMINIS TERTII,

constitutionum Decretalium in Ecclesia Catholica Liber tertius, agens potissimum de Vita & honestate Clericorum, de rebus negociisq; ad eos pertinentibus, deniq; de Ecclesijs earundemque attinentijs.

DE VITA ET HONESTATE Clericorum.

INNOCENTIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM Dei, dilecto nobis N. Apostolicæ sedis Legato.

Ecclesiastici iudices & delegati gratis iudicare debent, nec exigere possunt decimam uel aliam quotam litis, etiamsi hoc habeat consuetudo.

Constitutio j.

Extra li. 3. tit. 4. de vita & honestate clericorum. ca Cum ab omni specie. 1. Thes. 5.

CVM ab omni specie mali præcipiat Apostolus abstinere. Et infra. Sane ad audientiam Apostolatus nostri peruenit, quod cum ex delegatione nostra causas suscipitis pertractandas, more secularium super decima litis uel parte alia, pro diuersa terrarum consuetudine, præter expensas uictualium cum litigantibus receptis pignoribus, pro salario conuentis, non attendentes, quod ad hoc uobis & aliis clericis sint ecclesiastici redditus deputati, ut ex ipsis honestè uiuere debeatis. Et infra. Ideoque mandamus, quatenus ab huiusmodi exactionibus de cætero abstinentes, uigorem iudiciarium gratis studeatis litigantibus impartiri, non obstante quod in fraudem à quibusdam proponitur, quod id exigatur nomine assessorum, cum nec iustum iudicium iudici uendere liceat, & uenales sententiæ ab ipsis etiam secularibus legibus reprobentur.

Idem Liuonienſi Episcopo, & eis qui cum eo sunt fratribus.

Ad euitandum scandalum possunt religiosi diuersi habitus missi ad prædicandum de nouo conuersis, se in unum superiorem habitum & propositum conformare.

Constitutio ij.

Ibidem ca. Deus qui.

DEus qui Ecclesiam suam noua semper prole fœcundat, Et infra. Ne igitur, si dispar in uobis obseruantia fuerit, & dissimilis habitus apud eos, quibus unum Euangelium prædicatis, scandalum suscitetur, mandamus, quatenus eo non obstante, quod inter uos monachi sunt, & canonici regulares, uel alii etiam regularem uitam sub alia districtione professi, omnes pariter in unum regulare propositum & honestum habitum, quantum ad hoc spectat officium, conformetis.

Idem Innocentius Papa tertius.

Ludi theatrales etiam prætextu consuetudinis in ecclesiis uel per clericos fieri non debent.

Constitutio ij.

Ibidem ca cum decorē.

CVm decorem domus Dei. Et infra. Interdum ludi fiunt in Ecclesiis theatrales, & non solum ad ludibriorum spectacula introducuntur in eis monstra lauarum

uarum, uerũ etiam in aliquibus festiuitatibus, diaconi, presbyteri, & subdiaconi insaniæ suæ ludibria exercere præsumunt. Et infra.

Fraternitati uestræ mandamus, quatenus, ne p huiusmodi turpitudinẽ Ecclesiæ inquinetur honestas, prælibatam ludibriorum consuetudinem uel potius corruptelã curetis a uestris Ecclesiis extirpare.

DE COHABITATIONE clericorum & mulierum.

INNOCENTIVS PAPA III. Exonienſi Epiſcopo.

Si fornicatio clerici ita est publica, quod transit in notorium nec accusator nec testis necessarius est, sed si est publica per solam famã non sufficiunt ad condemnationem sola testimonia, id est, testium dicta non iuratorum, sed si ex hoc oriretur scandalum, indicitur purgatio, in qua deficiens canonice punitur.

Constitutio iiii.

Extra lib. 3. ti. 2. de cohabitatione clericorum & mulierum. c. Tuano. duxit.

TVa nos duxit fraternitas consulendos, si de clericis publice concubinas habentibus, qui quando a te conueniuntur se esse concubinarios diffitentur, nec apparet contra eos legitimus accusator, credendum sit testimonio bonorũ uirorum, inter quos uiuere dinoscũtur. Nos igitur consultationi tuæ taliter respondeamus, quod si crimen eorum ita publicum est, ut meritò debeat appellari notorium, in eo casu nec testis, nec accusator est necessarius, cum huiusmodi crimen nulla possit tergiuersatione celari. Si uero publicũ est, non ex euidentia, sed ex fama, in eo casu ad condemnationem eorum sola testimonia non sufficiunt, cum non sit testimoniis, sed testibus iudicandum. Sed si de clericis ipsis talis habeatur suspicio, ut ex ea scandalum generetur in populo, licet contra ipsos non apparuerit accusator, eis tamen est canonica purgatio indicenda, quam si præstare noluerint, uel defecerint in præstanda, eos canonica debebis animaduersione punire.

Idem Epiſcopo Piſtorienſi.

Mulieres quænam & quando permittantur clericis cohabitare.

Constitutio v.

ANobis tua fraternitas requisiuit. Et infra. Cum clericis quoque non permittas mulierculas habitare, nisi forte de illis personis existant, in quibus naturale fœdus nihil permittat sæui criminis suspicari.

DE CLERICIS coniugatis.

INNOCENTIVS PAPA III. Noruicenſi Epiſcopo.

Auferenda sunt clerico beneficia, quæ habebat tempore contractus matrimonij collata uero postmodum scienter per episcopum per eundem auferri non possunt, sed per superiorem.

Constitutio vj.

Extra li. 3. ti. 3. de Cleric. coniugat. cap. Diuersis falla cijs. 1. Cor. 7. 28. dist. c. Sira cusanæ.

DIuersis fallaciis. Et infra. Accepimus autem quod quidam clerici tuæ diœcesis, qui matrimoniũ contraxerunt, ecclesiastica beneficia detinere contendunt, in quorum conuersatione cithara cum psalterio male concordat.

Cũ ergo uir cogitet quomodo placere possit uxori, & ideo minus quæ Dei sũt ualeat cogitare, cum quasi diuisus in duo, plenam sui non habeat potestatem, ut ei a quo stipendium recipit, plenius famuletur, mandamus, quatenus huiusmodi clericos beneficiis ecclesiasticis, quæ in tua diœcesi sunt adepti, priues, appellatione remota, præsertim quum rerum ecclesiasticarum substantia per tales soleat deperire. Nisi forte tu talibus scienter contuleris ecclesiastica beneficia, quibus eos non per te, sed per superiorem decernimus spoliandos

Idem

Idem Archiepiscopo Acheronensi.

Ibid. c. Cū olim 32. dist. c. Siquis eorum.

Filius sacerdotis Græci ex uxore genitus, licite inter Latinos promouetur, si scandalum non obsistat.

Constitutio vii.

CVm olim ad nostram audientiam peruenisset, quod canonici Anglorien. cantorem Tricaricen. sibi elegerint in pastorem. Et infrà. Licet tibi de forma electionis canonicè ac idoneitate personæ in aliis constitisset, mouit te tamen, quod cum pater eius Græcus fuerit, & iuxta ritum Græcorum uxorem duxerit in minoribus ordinibus constitutus, cantorem ipsum ex uxore legitima in sacerdotio susceptisset.

31. dist. c. Nicæna & c. Quoniã & cap. Aliter. 32. dist. c. Placuit.

Nos igitur attendentes, quod orientalis ecclesia uotum continentiæ non admittit, quoniam orientales in minoribus ordinibus contrahunt, & in superioribus ut untur matrimonio iam contracto, mandamus, quatenus, nisi pro eo quod inter Latinos Græci huiusmodi conuersantur, regionis cõsuetudo repugnet: si aliud canonicum non obsistat, ad confirmationem & consecrationem eiusdem sine dubitatione procedas.

Idem Episcopo Pictauiensi.

Ibidem c. Ioannes.

Clericus coniugatus non beneficiatus, non cogitur deferre tonsuram.

Constitutio viii.

IOannes nobis conquerendo monstrauit quod tu eum, quanquam iam dudum uxorem legitimam duxerit, pro eo quod prius in Acoluthum fuerat ordinatus, compellere niteris, ut tonsuram deferat clericalem, ex qua inter ipsum & uxorem suam posset scandalum generari, de cõsuetudine terræ tuæ clerici uxorati non cogantur inuiti portare tonsuram.

17. q. 4. c. Si quis suadente.

Quoniam igitur idem etiam tonsoratus, non potest priuilegio clericali gaudere, Mandamus, quatenus ipsum super tonsuratione huiusmodi non molestes, dummodo nullum percipiat beneficium ecclesiasticum, cuius ratione teneatur clericalem deferre tõsuram, quia cum eum oporteat secularibus negociis immiscere, tonsura, ipsius secularia exercentis uideretur profecto in ministerii nostri uituperium redundare.

Idem Innocentius Papa tertius.

Vxorati nõ admittuntur ad ecclesiasticas dignitates, & coguntur dimittere quas habent.

Constitutio ix.

CVm decorum, domus Dei. Et infra. Eos qui sunt publicè uxorati, non admittatis de cætero ad ecclesiasticas dignitates, dimissis ab eis, quas non possint sine prauo exemplo & graui scandalo retinere.

Ibidem c. Cum decorẽ.

DE CLERICIS NON Residentibus.

INNOCENTIVS PAPA III.

Capitulo Ragusino.

Priuandus est prælatus uel clericus non residens qui citatus non reuertitur in termino sibi præfixo, nisi habeat iustum impedimentum.

Constitutio x.

QVaLiter archiepiscopus uester temeritate propria recesserit ab ecclesia Ragusinensi, nec iam ultra quadriennium expectatus redierit, per literas etiam uestras reuocatus. Et infra. Discretioni uestræ mandamus, quatenus, nisi forsitan iam redierit, uos post mensem a receptione præsentium personam uobis idoneam in archiepiscopum eligatis.

Extra lib. 3. tit. 4. de Cleric. non residen. c. Qualiter.

Idem

Idem Patriarchæ Constantinopolitano.

Argumentum idem, quod & capitis præcedentis.

Constitutio xj.

Ibidem c. Inter quatuor 21. quæstio. 2. c. Placuit.

INter quatuor animalia. Et infra. De clericis qui ecclesias uel præbendas sibi concessas sine iusta & necessaria causa deseruunt, tuo præsertim non accedente consensu, hoc tibi duximus respondendum quod postquam congruo tempore fuerint expectatæ, nisi redierint ad illas, possunt eis iuste priuari, dummodo non sine iusto impedimento detenti.

Idē Archiepiscopo Panormitano.

Si nescitur ubi sit clericus, tribus publicis edictis citabitur in ecclesia sua, & si infra sex menses non reuertitur, priuabitur ecclesia sua.

Constitutio. xii.

Ibidem c. Extuæ deuotionis.

EX tuæ deuotionis. Et infra. In ecclesiis eorum qui se fraudulenter absentāt, nec ad ipsos ualet citatio peruenire, trinæ citationis edictum facias publicari, etsi nec sic curauerint obedire, & ultra sex mēses suas deseruerint ecclesias, eis debent merito spoliari, contra eos etiam proceda tur, ut ipsos per suspensionis & excommunicationis sententiam ad tuam obedientiam uenire compellas. Quod si nec sic eorum malitia poterit emolliri, eos B. tituli S. Susannæ presbyter Cardinalis apostolicæ sedis legatus a spiritualium administratione remoueat, & quibus præsunt ecclesiis de personis idoneis faciat prouideri, sed in eos degradationis sententiā non promulget, ut cum eis misericorditer, si expediat, facilius agi possit.

Idem Episcopo Altisiod.

Priuilegiatus & absens in studio, fructus præbendæ recipiat, existens in uilla uel castello, ubi nullum est uel minus competens studium priuilegio non utitur.

Ibidem ca. Tuæ fraternitatis.

Constitutio xiii.

TVæ fraternitatis discretio postulauit. Et infra. Quæsiuisti præterea ut cum interdum canonici, quibus studiorum gratia est indultum, ut in absentia sua fructus percipiant præbendarum suarum, accepta licentia se ad uillas transferunt uel castella, in quibus nullum est uel minus competens studiorum exercitium, utrum præbendarum suarum fructus sint talibus conferendi. Ad quod breuiter respondemus, eis qui huiusmodi fraudem committunt, cum fraus & dolus nemini debeat patrocinium impartiri, præfatam indulgentiam competere non debere.

DE PRAEBENDIS ET dignitatibus.

INNOCENTIVS PAPA III Zamorensi Episcopo.

Ordinato ad sacros per episcopum sine titulo nemine præsentante, ordinator uel successor compellitur in necessarijs prouidere, donec titulum habuerit.

Constitutio xiiij.

Extrali. 3. ti. 5. de præben. & dign. c. Cum secundum 12. q. 1. c. ex his 12. dist. c. Cleros & 16. q. 1. ca. Sicut is. Psal. 70. dist. c. Neminem & c. Sanctorum.

VM secundum Apostolum qui altari seruit, uiuere debeat de altari, & qui ad onus eligitur, repelli non debeat a mercede, patet a simili, ut clerici uiuere debeant de patrimonio Iesu Christi, cuius obsequio deputantur: ut ipsa nominis ratio persuadet. Cum enim κλῆρος, quod est sors uel hæreditas, clerici appellentur, quia in sui ordinatione uel assumuntur in hæreditatem domini, uel assequuntur hæreditatem in ipso, ut uere possint psallere cum prophe ta dicente, Dominus pars hæreditatis meæ: dignum est ut ecclesiasticis stipendiis sustententur, in qua & per quam diuinis obsequiis ascribuntur. Licet autem prædecessores nostri ordinationes eorum qui sine certo titulo promouentur, in iniuriam ordinantiū irritas esse uoluerint

&

& inanes, nos tamen benignius agere cupientes, tamdiu per ordinatores uel successores eorum prouideri volumus ordinatis, donec per eos ecclesiastica beneficia consequantur.

Inde est, quod cum G. lator presentiu à prædecessore tuo fuerit ad subdiaconatum nullo præsentãte promotus, mãdamus quatenus, si eum hi, quibus examinationem ipsius duximus committẽ dam, te citato legitimè, ut per teipsum uel idoneum responsalem interſis, & tã super idoneitate personæ, quàm etiam super quantitate ac qualitate beneficii proponere tibi liceat, quicquid duxeris rationabiliter proponendum, idoneum esse repererint, tamdiu ei uitę necessaria congruè subministres, donec per te in Zamaren. ecclesia uel alia fuerit competens beneficium ecclesiasticum assecutus, sciturus pro certò, quod si per examinationem eorum fuerit repertus idoneus, & tu ei iuxta mandatum nostrum neglexeris prouidere, cũ hoc nobis per literas eorum innotuerit, ad id exequẽdum te per districtionem ecclesiasticã compellemus.

Idem Archiepiscopo Senonensi.

Qui hoc ignoranti scienter contulit præbẽdam, quam non potuit illa euicta, aliam quam posset conferre tenetur.

Constitutio xv.

Ibid. c. Interæ tera.

INter cætera. Et infrà. Facta resignatione à Guilhemo quondam canonico Laudunensi de præbẽda eiusdem ecclesiæ, quæ per commutationẽ præbẽdarum H. tunc Siclunen. canonico, authoritate apostolicâ assignari debebat, magister P. per Lauducen. episcopum de præbenda fuit inuestitus eadem. Super quo cum inter magistrum ipsum, & dictum H. controuersia suborta fuisset, per Celestinum Papam prędecessorum nostrum omnia retractata fuerunt. Et infrà.

Supradicto episcopo dedimus in præceptis, ut donec idem magister in eadẽ ecclesia fuerit præbendale beneficium assecutus, nulli alii præbendam assignare præsumat. Quod si fortè præsumpserit, id irritum decernimus, & inane. Decet enim ut quia præbend. m ei, quã de iure non potuit, assignauit, eam quã de iure potest, assignet, ne præbendam ei fraudulenter uisus sit assignasse.

Idem Episcopo, & Cantori Tornacensi.

Cassatur electio illius, qui possidet plures dignitates, atque præbendas: & idem si detinetur aliquo uicio hic scripto.

Ibidẽ c. Cũ iã. Extra l. 3. tit. 5. de pb. et digni. c. Quia in tãtum. Ibid. c. Dilectus filius.

Constitutio xvj.

CVm iam dudum. Et infrà. Verum quoniam ab R. Siclunẽ. canonico, I. de Bythinia quædam obiecta fuere, & multitudo uidelicet tam dignitatum, q̃ etiam præbendarum, ambitionis & auaritiæ uitium, cui nondum finem imponens, contra diffinitionis nostræ tenorẽ & Lateranen. concilii statuta ad obtinẽdam præposituram Siclunensem se ingerit & ingessit, & quod die intrusionis suæ ante confirmationem præsumpserit ministrare, sicut & post confirmationem cassatam, mandamus, quatenus si inueneritis prędictum I. habere plures alias dignitates atque præbẽdas, aut aliquid præmissorum, quod ad cassationẽ eius sufficiat, inueneritis esse uerum, ei super iam dicta præpositura silentiũ imponatis, ab impetitione ipsius Siclunen. ecclesiam absoluentes, cum multa per patientiam tolerantur, quę si deducta fuerint in iudicium, exigente iustitia nõ debeant tolerari.

Idem Archiepiscopo, & Archidiacono Senonensibus.

Recepto in canonicum, quàm citò facultas se obtulerit, debetur præbenda, & interim habebit quotidianas distributiones.

Constitutio xvij.

DIlectus filius T. canonicus Lingonen. proposuit, quod cũ de mãdato Celestini Papæ prædecessoris nostri Lingonensis episcopis quandã præbẽdã assigna-

assignauit eidem in ecclesia Lingonen. quia capitulum ipsum ad eandem recipere contemnebat. Et infrà.

Ad instantiam Remen. archiepiscopi, tunc Episcopi Prænestin. apost. sedis legati & authoritate ipsius, talis inter eum & episcopum & canonicos Lingõ. cõpositio intercessit, quod is ab eis recepto in canonicum, & concesso sibi stallo in choro, & participatione qualibet diuinorum, idem fructus præbendæ percipere non deberet, nisi loco proximo uacatur. Et infrà.

Cum ergo dictum T. in canonicum recipi canonicus non obuiet institutis, & uacaturam expectare præbendam. Lateran concilio non sit dubium obuiare, nos facto eiusdem legati illicito reprobato, quod est licitum approbãtes, quia uidetur indignum, ut receptus in canonicum præbendæ beneficio defraudetur. Mandamus quatenus dictos Epis. & canonicos; ut ei præbendam cum se facultas obtulerit, non differant assignare app. postp. compellatis, facientes eidem portiones quotidianas, quæ fiunt in ecclesia memorata, sine diminutione qualibet assignari.

Idem Episcopo Brixiensi.

Non tenet electio, cum ad unam præbendam duo simpliciter eliguntur.

Constitutio. xvij.

Ibid. c. Tua fraternitatis. 1. q. 3. ca. Si quis præbendas. Extra li. 3. tit. 8. de cõcess. præben. ca. Nulla.

TVæ fraternitatis deuotio. Et infrà. Cum sæpe contingat, quod ad unã prębẽdam duo clerici propter importunitatem petentium eligantur.

Nos attendentes, quod si duo unam præbendam tenerent, illud esset contra concilium Turonen. quod prębendarũ prohibet sectionem, & si unus illorum ipsam obtineret præbendam, sub expectatione alius contra Lateran. concilii statuta remaneret, inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod talis electio de rigore iuris penitus est cassanda.

Idem Innocentius Papa tertius.

Si duo electi ad aliquam dignitatem compromittant in iudicẽ, poterit iudex alterum confirmare, & alteri pro bono pacis de prouentibus prouisionem facere.

Constitutio. xix.

Ibid. c. Nisi essent.

NIsi essent uiri prouidi, & honesti, qui ordinem fecerunt, quàm illi, circa quos est facta ordinatio in ecclesia uestra super negocio prioratus, ordinationẽ illam ualde suspectam propter exempli perniciem haberemus. Quod ergo post concertationem diutinam ordinatum est circa unum de electis, ut ipse habeat prioratum, hoc ex iurisdictione delegata secũdum iustitiam uidetur esse statutum. Quod autem ordinatum est circa reliquum, ut ipsa uiginti libras de redditibus capituli & xl. de prouẽtibus prioratus percipiat annuatim, hoc secundum prouidentiam intelligitur esse præceptum, ex arbitraria potestate, cum in d. legatos fuerit compromissum qui authoritatem sibi retinendo cõmissam, se pro bono pacis & utilitatis hoc ordinasse fatentur.

Quia igitur hęc ordinatio ab omnib. est recepta, possuntque licitè prior & capitulum de prouẽtibus suis propter causas prædictas, non quidem ex pactione partium, sed ex iussione iudicium prouisionem huiusmodi exhibere, nos eam hoc adhibito moderamine toleramus, ut ad præstationem quadraginta librarum non dignitas prioratus, sed persona prioris maneat onerata, ne si fortè circa prouentus aliqua uideatur facta selectio prioratus, ita quod ipso priore defuncto successor ipsius ad præstationẽ xl lib. minimè teneatur.

Idem Episcopo Vadanensi, & Abbati Vatianensi.

Canonici priuilegiati a Papa super certo numero, si sponte receperunt aliquem supra numerum, contra impetrantes a Papa exceptione numeri uti non possunt.

Constitutio xvij.

Ibid. c. Per illorum.

PRo illorum prouisione. Et infra Burdegalensi archiepiscopus mãdamus ut magistro P. in aliqua ecclesiarũ sua rum, ubi ei expediret cognoscere, competens faceret beneficium assignari, cõtradictores ecclesiastica districtione cõpescens.

pescens, qui decano & capitulo Xantonensi autho. nostra mandauit, ut ipsum admitterent in canonicum & in fratrē. Cumque iidem reluctarentur Canonici ac indulgentiam de quadragesimo canonicorum numero ei opponerēt, quia archiepiscopus cognouit illos in elusionem mandati nostri indulgentia concessa eis irreuerenter abuti, prædictū magistrum de præbenda & canonica Xantonensis ecclesiæ inuestiuit, contradictores uinculo excommunicationis astringens. Et infrà.

Ibid. c. Nisi ex sent.

Quia uerò quod per dictum archiepiscopum de memorato magistro authoritate nostra prouidè factum est, firmitatem uolumus obtinere, mādamus, quatenus si uobis cōstiterit prędictos canonicos indulgentiam, quā habēt de certo canonicorū numero, non seruasse, & aliquem ultra cōstitutum numerum in canonicum authoritate propria recepisse, cū nobis legem imponere non debeāt, quam ipsi negligunt obseruare, latā in ipsos excommunicationis sententiam à prædicto archiepiscopo tam diu denūcietis sublato appellationis obstaculo obseruandā, donec sæpedictū magistrū recipiant in canonicum, & ea quæ ad canonicatum pertinent, cum stallo chori, & loco capituli ei studeant assignare.

Idem Bisuntinensi Archiepiscopo.

Non beneficiatus habens sufficiens patrimonium, ad sacros ordines legitimè promouetur.

Constitutio xxj.

Ibid. c. Tuis q̄ stionib.

TVis quæstionibus respondemus, quod clericus in minoribus ordinibus constitutos, de patrimonialibus bonis habentes unde possint congruè sustentari, & si nondum fuerint beneficiū ecclesiasticum assecuti, dummodo aliud canonicum non obsistat, ad superiores poteris ordines promouere.

Idem Zamoren. Episcopo.

Absenti potest conferri beneficium alio mediante, nec refert utrum absens inuestiatur per personam mediam, vel persona media inuestiatur pro absente.

Constitutio xxij.

Ibid. c. Accedens.

ACcedens ad apost. sedem. Et infrà. Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod clericus absens peralium, uel alius magis pro ipso poterit de beneficio ecclesiast. inuestiri.

Idem Episcopo Trecensi.

Si ad unum canonicatum & præbendam duo sunt recepti simpliciter, receptio non tenet etiam interueniente apostolica authoritate.

Constitutio xxiij.

Ibid. c. Dilecto filio.

DIlecto filio P. sanctæ Prudentianæ presbytero cardinali, cellerario Trecen. & R. procuratori tuo auditore concesso, idem cellerarius proposuit coram eo, quod cum in manibus Remen. archiepiscopi tunc apost. sedis legati intēdentis prouidere G. nepoti suo in Trecen. ecclesia præbendam, quam ibi obtinebat, liberaliter resignauit, dictus legatus præfatum G. & eundem cellerarium in canonicos Trecen. instituit, & ambobus idem capitulū Trecen. stallū in choro & locum in capitulo, & idem archiepiscopus supradictæ præbendæ fructus diu dendos communiter assignari ūt, donec idem G. integrum esset præbendale stipendium assecutus. Et infra.

Quorum receptionem procurator generalis prædecessoris tui in partib. Constantinop. tunc agentis postmodum approbauit. Dictus quoque cellerarius lectionem & Euangelium in hebdomada sua legisse dinoscitur, & tā decani quàm episcopi electioni, & aliorum negociorum tractatibus, sicut canonicus Trecē. interfuit, & domum quandam per capitulum memoratum obtinuit, quæ non nisi canonico consueuerat assignari, tuque cum ad eandem accessisses ecclesiam consecratus, eum cum canonicis aliis ad osculum susceptisti, cum tunc non nisi canonici ad osculum admittantur, & eidem super prædictis non mouisti per biennium quæstionem, propter quod petiit, ut te ab ipsius super hoc molestatione indebita cōpescere digna

remur.

rem ir. Et infrà. Procurator tuus propo
suit ex aduerso, quoad unicum ius spiri-
tuale quoad uacabat ibidem, in simul
duos canonicos instituere prędicto lega
to non licuit. Nam si duo unicā præben
dā haberent, id esset cōtra Turonen. cō
cilium, quod præbendarum inhibet se-
ctionē. Si uerò duobus receptis uni tan
tū præbenda daretur, sub expectatione
alius contra Lateran. concilū remane-
ret. Præterea licet in ecclesia, in qua nō
est certus numerus præbendarū, nulla
ēt uacante, in canonicum quis possit as
sumi, cum intelligatur ad quoddā ius eli
gi, quod ex electorum assensu de nouo
creatur, & cum electo in canonicum na
scitur, & desinit cum defuncto, in eccle
sia tamen, quæ determinatum habet nu
merum præbendarum, uno indiuiduo
iure uacāte, duo simul eligi nō possunt
ad illud, cō q; huiusmodi spirituale ius
diuidi seu communicari nequeat inter
eos, quanquam interdū hi, ad quos spe-
ctat electio, de cōmuni assensu augmen
tare ualeant numerum præbendarum,
quoddā ius spirituale de nouo creādo,
nisi fortè statutū aliquod obuiaret, qđ
esset iuramento firmatum, uel cui sedis
apost. confirmatio accessisset, huiusmo
di clausula prohibitionis adiecta, ut si
quidquā contra id fieret, non ualeret,
propter quod institutionē prędictā nul-
lā fuisse dictus asseruit procurator, cum
in Trecē. ecclesia certus sit numerus prę
bendarum, quem capitulum uel legatus
augmētare minimè intendebat, uel ius
aliquod de nouo creare. Vnde dictum
cellerariū ad restitutionē eorum, quę ra
tione prædictę institutionis tenebat,
sententialiter duximus condemnandū,
ei super præbenda ipsa, uel eius parte, si
lentium imponentes, ita quod per hoc
prædicto G. nullum præiudicium gene-
retur, cum res inter alios acta regulari-
ter aliis non obsistat.

Extra l. 3. tit. 5. de præben. & digni. c. Maioribus. Eodē li. ti. 8. de cōcess. præben. ca. Nulla.

Idem Innocentius Papa tertius.

De una præbenda uacante possunt fieri duæ, si eius suppetant facultates: alias diuidere integrare tenetur.

Constitutio xxiiij.

VAcante quadā præbēda in ecclesia tua, duas ex ea constituens, ad illas de cōsensu capituli tui duos canonicos assumpsisti, quorum altero uiā uniuersæ carnis ingresso, prębendam, quam de functus habuerat, quidam clericus nomine Hippolytus fuit authoritate sedis apost. assecutus. Verum cum idem Hippolytus te super integritate præbendæ per quasdam nostras literas inquieret, & alius idem ius aduersus te se habere proponat, quid facere debeas, requisisti. Super quo sic duximus respondendum, quod cum Turonen. statuta concilii sectionem inhibeant prębendarum, teneris utrique de his quæ uacare cōtigerit integrare prębendam, nisi rationabili causa de uacante præbenda supradicta duæ fuerint cōstitutæ, ac tot sint utrius que prouentus, quod per utranque sit utriq; prouisum in beneficio cōpetēti.

Ibid. c. uacāte.

Extra l. 3. ti. 5. de præbē. & dignit. ca. Maioribus.

Idem Vercellensi Episcopo.

Si Papa mandat Capitulo, ut aliquem in canonicum recipiant, & prębendam si qua uacat, conferant: si de mandato scientes alij conferunt, cogūtur primum recipere, & de redditibus ecclesiæ loco beneficij prouidere, donec prębendam habeat.

Constitutio xxv.

DIlectus filius G. clericus nobis exposuit conquerendo, quod cū pro eo ad Nouarien. capitulum mandatum apostolicum misissemus, ut eum in canonicum reciperent & in fratrem, prębendam, si qua tunc uacabat, conferētes eidem. Et infrà.

Fraternitati tuę mādamus, quatenus si tibi constiterit, quod in Nouarien. ecclesia prębenda uacaret, tempore quo eiusdem ecclesiæ canonici nostras literas receperunt, cum eam alii in elusionem mandati nostri duxerint conferendam, eundem clericum, si nō habet sufficiens beneficium ecclesiasticum, in canonicum recipi facias, & sibi de redditibus ecclesiæ singulis annis assignari prouentus, donec ei sit in beneficio prębendali prouisum.

Ibid. c. Dilectus filius.

DE

DE EPISCOPO ægrotante.

INNOCENTIVS PAPA III. Episcopo Arelatensi.

Episcopo, qui propter morbum incurabilem pastoralem officium exercere non potest, dandus est coadiutor.

Constit. xxvj.

EX parte fuit præpositū, quod cū Aurasicēsis episcopus graui morbo & incurabili fere per quadriēnū laborauit, ita ꝙ pastorale officiū nō pōt vllatenus exercere, princeps terræ illius ac ciues ciuitatis eiusdē a te postulāt in cessanter, ut ipsis, cū sis metropolitanus eorū, studeas prouidere. Verū cū ipsum ad cessionē cōpellere non possis, nec debeas ullo modo, nec afflicto afflictio sit addenda, imo potius ipsius miserię miserādū, eo quod idem uir bonus extitit, & ecclesiam sibi salubriter commissam gubernauerit, nos uolentes tam episcopo, quam ecclesiæ prouide, mandamus quatenus illi coadiutorem associes uirum prouidum & honestum, per quem tam episcopo, quam populo utiliter cōsulatur.

Extra l. 3. tit. 6. de clerico ægrotante. c. Ex parte 7. q. 1. c. Cū percussio et 3. q. 9. c. Indicat

DE INSTITVTIONIBUS.

INNOCENTIVS PAPA III. S. Marcelli & S. Susannæ Cardinali, Apostolicæ sedis Legato.

Cum in ecclesiis oportet extraneos institui, non debent institui clerici certæ originis tantū, sed undecunque fiunt, dum tamen sint idonei.

Constit. xxvij.

AD decorē. Et infra. Sicut nostris auribus est suggestum, Constantinopolitanus patriarcha aliarum nationū spernēs, clericos venetos tm̄ in Cōstātinopolitanis ecclesijs satagit collocare, non attendens, ꝙ in omni gente, qui facit iustitiam, acceptus est Deo, nec sanctuarium Dei conuenit iure hæreditario possidere. Quocirca mandamus quatenus moneatis eundem, ut uiros literatos & aliàs idoneos, undecunque originē duxerint, in prædictis ecclesijs, & maximè in maiori instituere non postponat, alioquin indignum se reddet. ut uos aliarum clericos nationum ad eius obediētiam cōpellatis. Nec dissimulare potestis, quin hoc nostris auribus intimetis, ut ex hoc ipso, an uerū, sit quod super hoc venetis dicitur promissise, conijcere, ualeamus.

Extra l. 3. tit. 7. de Institutionibus cap. Ad decorem. Act. 10 32. q. 4. §. is ita.

Idem Episcopo Elien si, & Archidiacono Norwicensi.

Institutiones & custodiæ possunt de iure speciali ad non episcopum pertinere: & pendente lite cum diœcesano defenditur in possessione.

Constit. xxviij.

CVm uenissent ad apostolicam sedē Archidiaconus Richimundiæ, & procuratores Eboracensis archiepiscopi, ex parte archiepiscopi fuit propositum, quod institutio personarum, & custodia ecclesiarum uacantium ad eum in diœcesi sua spectat, tam de iurisdictione communi, quam de consuetudine generali, uerum quidam prædecessores ipsius quibusdam archidiaconis Richimundiæ tam institutionem quam custodiam personaliter commiserunt. Et infrà.

Inter alia uerò archidiaconus ipse respondit quod archiepiscopus tam institutiones, quā custodias non personaliter archidiacono. qui tunc erat, sed perpetuo de consensu capituli archidiaconatui reali concessione donauit. Cū aūt archidiaconatus ipse in cōtinua possione, tam istarū quam aliarum libertatū, multorum archiepiscoporum & archidiaconorum temporibus extitisset, & ar

Ibidem c. Cū uenissent. 70. dist. c. Sanctorum canonū 1. q. 3. c. Si quis. dator.

chiepſcopus ſine conditione qualibet conceſſiſſet,ipſum eidē,poſt cōceſſione aſſeruit,quod ipſum conceſſerat,inſtitutionibus & cuſtodijs uacantium eccleſiarum exceptis. Ipſe uero timens, ne ſi negaret expreſſè,cum nondum eſſet archidiaconatus poſſeſſionem adeptus, uel impediretur penitus factum eius,uel diutius differretur, reſpondit quod nō ſolum de illo, ſed de omnibus redditibus ſuis faceret,quod ſibi placeret. Et infra.

Nos igitur inter locuti ſumus archidiaconum eſſe in plena libertatum eiuſdem archidiaconatus poſſeſſione tuendum,donec probatum legitimè fuerit ex aduerſo libertates ipſas archidiaconi ab archiepiſcopis perſonaliter fuiſſe cōceſſas,cum in hoc caſu tam ante quàm poſt & in ipſa etiam conceſſione archiepiſcopus eas retinere potuerit licitè tamquam ſuas,uel donec legitimè probatum fuerit eaſdem libertates archidiaconum abiuraſſe. Sed in hoc caſu,ſi conceſſio illa fuerit realis archiepiſcopo, nihil iuris uel utilitati accederet, quia nos uel ad petitionem Eboracenſis Eccleſiæ,uel per nos ipſos ſuper hoc archidiaconatui conſulemus. Si ergo alterutrum ipſorum fuerit legitimè approbatum,archidiacono ſuper libertatibus id neutrum,archiepiſcopo ſilentium imponatur.

Idem Epiſcopo Trecenſi,& Archidiacono Parrhiſienſi.

Is,ad quem ſpectat collatium dignitatum,ſeipſum inſtituere non poteſt.

Conſtitutio xxix.

Ibid.c. Cū ad noſtrā. 24.q.c. Didicimus.

CVm ad noſtram. Et infra. Illud autē nolumus uos ignorare, quod poſt quam M.fuit Abbas effectus,cuſtodiam de iure non potuit obtinere,quia cum ratione Abbatiæ ad ipſum pertineat donatio tam cuſtodię,quam aliarum dignitatū,ac ēt præbendarum in eccleſia Patranenſi,cuſtodiam ipſam recipere non potuit a ſeipſo,quum inter dantem & accipientem debeat eſſe diſtinctio perſonalis: ſed nec ab alio,cum ius conferendi alius non haberet.

Idem Præpoſito & Capitulo Cameracenſi.

Si ſcribitur ei, ad quem collatio, dato executore ad prouidendum, per præſentationem literarum collocari factam, effici præbenda,ita quod collatio alteri facta non tenet.

Conſtitu. xxx.

Ibid.c. Propoſuit.

PRopoſuit nobis T.presbyter, quod quum Celeſtinus Papa prædeceſſor noſter,pro receptione ipſius in fratrē & aſſignatione præbendę ad donationem ueſtram ſpectantis, in eccleſia ueſtra proximo uacatura,mādatum apoſtolicū uobis deſtinaſſet,Decano Remē ſi executore conceſſo,decanus ipſe uos contumaces inueniens,ipſum de præbē da primo uacatura in eccleſia ueſtra, quæ ad donationem capituli pertinet, authoritate apoſtolica inueſtituit. Et infra. Sed cū prebēda quæ ad donationē ueſtram ſpectabat in eccleſia Camera cenſi uacaſſet,eam alij aſſignaſtis. Et infra.

Extral. 3.tit.8. de conceſſ.præben.ca. Quia in uiuorū. Et ſupra conſt.7. Dilectus.

Idem autē prædeceſſor noſter,quod ab eodem decano factum fuerat ratum uolens haberi,collationem factam præbendę a uobis penitus irritauit,& eum de ipſa per annullum inueſtiuit. Licet autem intentionis noſtræ nō ſit inueſtituras de uacaturis facta contra canonū inſtituta rata habere, qui ſecundum plenitudinem poteſtatis de iure poſſumus ſupra ius diſpenſare. attendentes Dilectum, quod idem præsbyter non de uacatura,ſed de uacante per prædeceſſorem noſtrum fuerit inueſtitus, ut potę quæ poſt caſſationem cōceſſionis a uobis factæ intelligebatur uacare, Mandamus quatenus a moto ab ea præbenda quolibet detentore,eam ipſi cum plenitudine honoris canonice aſſigneti s.

Idem

Idem P. sanctæ Mariæ in uia lata diacono Cardinali, apostolicæ sedis Legato.

Semestre ad eligendum seu conferendum a iure præfixum, non currit legitime impedito, nec incipit currere, nisi a die notitiæ uacationis.

Constit. xxxi.

Ibid. c. Quia diuersitatem. De consecr. dist. c. 4. Sicut in sacramē tis.

QVia diuersitatem corporum diuersitas sæpe sequitur animorum. Et infra.

Conquerebatur inter cætera Ebora cen. archiepiscopus, quod cum ad eum in ecclesia Eboracensi & alijs suis eccle sijs collatio pertineat prębendarum, tē pore suspēsionis ipsius, & postmodum etiam quidam præter eius authoritatē se intruserunt in ipsas. Et infrà.

Mandamus quatenus eos, qui præbē das uel dignitates ecclesiæ Eboracē. uel aliarum ad donationem eius spectantes præter authoritatem acceperunt ipsius ad eas resignandas monitione præmissa, per excommunicationis sententiā & subtractionem aliorum beneficiorum, non obstante confirmatione a sede apostolica obtenta sub forma communi, quæ confirmauit beneficia & præbēdas sicut iustè & pacificè possidentur, appel latiõe remota cõpellas, nisi fortè aliqui ea uel speciali mandato apostolicæ se dis, uel authoritate Lateranensis cõcilij ab Eboracensi capitulo sit adepti, sic ta men, ut tempus suspensionis in sex men sibus nullatenus computetur, cum Late ranensis concilij constitutio contra ne gligentes tantum fuerit promulgata, & tunc si uoluerit, non tamen ualuerit archiepiscopus ipse in conferendis præ bendis uti propria potestate, a qua etsi fuerit sua culpa suspensus, nõ tamē ad ipsum capitulū ex illa culpa præbenda rum erat donatio deuoluta, sed ad illū tempore suspensionis illius præbenda rum donatio pertinebat, qui præter eius desidiam & negligentiam poterat præ bendas donare. Tempus etiam quod se dem apostolicam accessit, & apud illam permansit uel recessit ab illa, infra sex menses nullatenus computetur, Semestre autem tempus non a tempore uacationis prębendarum, sed notitiæ ipsis potius uolumus computari.

Extra l. 3. tit. 8. de concess. præben. cap. Nulla.

Idem Basileensi Episcopo, & Abbati sanctæ Mariæ.

Non ualem literæ ad beneficium impetratæ, quæ de alterius colorata facti possessione nõ faciunt mentionem.

Constit. xxxij.

Ibid. a. Cum nõ ferris.

CVm nostris fuerit olim auribus intimatum, quod præpositura ecclesiæ Lausanensis tempore tanto uacasset, ut secundum statuta Lateranensis concilij ad nos esset eiusdem donatio deuoluta, Episcopo & canonicis Lausanensibus mandauimus, ut præposituram ipsam thesaurario Lausanensi conferrent, qui busdam super hoc executoribus deputa tis. Et infra.

Verum præfati episcopus & canoni ci literis receptis, præposituram prædi ctam non uacare dixerunt, quia licet il le, qui præpositus fuerat, in episcopum fuisset assumptus, ad ipsa tamen præpo situram post consecrationem suam de nuo fuerat ab ipsis canonicis electus, & eam sicut antea possidebat, quod dicti executores dicentes contrarium esse iu ri, ipsam præposituram de iure uacan tem authoritate apostolica præfato the saurario assignarunt. Et infrà.

Auditor igitur super hoc datus a no bis, de mandato nostro decreuit, ut quod a memoratis executoribus factū fuerat, obuentu literarum nostrarum, eo quòd per falsi suggestionem. & ueri suppressionem fuerat impetratæ, cum præpositura illa non uacaret de facto, quia talis possessio plus facti quam iu ris haberetur irritum & inane.

Nos uero sententiam eiusdem ratā, habētes, mandamus, quatenus nisi præ dictus episcopus sufficienter ostenderit, quod uel ex indulgentia sedis apostoli

cæ ſpeciali,uel ex alia iuſta cauſa & neceſſaria ſibi poſt conſecrationē ſuā præpoſitura conceſſa fuerit memorata, ipſum ad reſignationem ipſius, ſi ſponte noluerit,compellatis. Deindè Lauſanē ſe capitulum ad conferendam eam theſaurario ſupradicto diligentius inducere procuretis.

Idem Archidiacono Richimundiæ.

Vbi conflat beneficium collatum per habentem poteſtatem,per exceptionem abiurationis & renunciationis non debet poſſeſſorio retardari.

Conſtit. xxxiij.

Ibidem c. Poſt electionem.

POſt electionem & confirmationem epiſcopi Elien.uacāte archidiaconatu.Richimūdiæ,quem teuuerat Eboracen.Archiepiſcopus,cum tibi propria liberalitate conceſſit,dans Eboracenſi capitulo in mandatis, ut te in archidiaconum recipere procurarent, cuius nolluerunt mandato parere:quia prædeceſſor noſter inter alia, quæ decano & Capitulo Eboracenſi ſuo priuilegio noſcitur indulſiſſe,ordinationem canonicorum ſeu perſonarum liberam eſſe decreuit,ut uidelicet idonea & honeſta perſona,cui archiepiſcopus uacantem in eccleſia Eboracenſi præbendam uel dignitatem duxerit conferendam, ſecundum antiquam ipſius eccleſiæ conſuetudinē præſentaretur decano & capitulo ſupradictis.Et infra.

Si quis contra conſuetudinem huiuſmodi in eccleſia ipſa eſſet per aliquem introductus,nec pro perſonanec pro canonico haberetur.Quod ſi Archiepiſcopus infra terminum Lateranenſis concilii ſecundum formam præſcriptam perſonæ idoneæ non conferet, liceret decano & capitulo authoritate apoſt. iuxta eiuſdem concilij ſtatuta conferre Cum igitur in literis archiepiſcopi directis capitulo de decano mentio nullatenus haberetur,per cuius manum debebas in capitulo inueſtiti,eius mandato extitit contradictum.Et infra.

Ipſius igitur inſtitutione propter prę miſſas rationes a capitulo reprobata,ip ſi intelligentes archidiaconatus donatiōe ad eos tā authoritatis Lateranē.concilij,quā indulti ſibi priuilegij deuolutam,R.de ſancto Cadmundo illum unanimiter contulerunt,inueſtientes eundem de ipſo & ſolenniter inſtallantes, Proceſſu uerò tēporis præfatus Archiepiſcopus poſt reſignationem & arbitrationem a te factam,& receptā ab ipſo, eidem R.archidiaconatum cōtulit ante dictum,qui archidiaconatum ipſum tā ratione primæ quam ſecundæ cōceſſionis ſibi aſſignatum per ſedem apoſtolicam confirmari.Et infra.

Quoniam conſtitit nobis archidiaconatum prædictum tibi per Eboracēſem archiepiſcopum primitus fuiſſe conceſſum,& quod inſtitutione facta per ipsū ſecundum iuris ordinem minime reprobata, archidiaconatus non uacans non potuit nec debuit in alium ritè transferri,memorato R.qui contra iuſtitię regulam in archidiaconatū alterius prouchi ſe conſenſit, ſuper eo duximus ſilentium imponendum, Sententialiter decernentes,ut inſtitutio facta per archiepiſcopum de te ſortiatur effectum.Exinde ſi ſuper renūciatione uel aliquo præmiſſorum aliquis,qui uelit & ualeat,aduerſus tē quicquam duxerit proponendū,ordine poterit iudiciario experiri.

Idem C. Can. Triden.

Recepto in canonicum tenetur capitulum prouidere,quam cito facultas ſe obtulerit.

Conſtit. xxxiiij

Ibidem c. Cum ſuper Extra l. 3.tit. 5. de cōce. præbē.c. Nulla.

CVm ſuper quæſtione.Tridenti. præbendæ.Et infra .Cum autē conſtet te in canonicum Triden. eccleſiæ fuiſſe receptum, licet receptionem tuam factam contra Lateranenſe concilium, pars aduerſa proponat,quia tamen probatū non extitit, nec ipſi canonici uidebantur tibi hoc opponere poſſe de iure qui ſe fatentur te contra ſtatuta prælati concilii recepiſſe,ſententialiter decerni mus,ut tibi quàm citò ſe facultas obtulerit,præbendale beneficium in Triden. eccleſia cōferatur,cū ex quo receptus es in canonicū,nō debeas carere præbēda.

Idem

Idem Episcopo & Magistro P. canonico Hildesemensibus.

Ibid. c. Literas uestras. *Si habens præbendam in eadem ecclesia recipit dignitatem cum præbendam uel aliam præbendam, uacat prima, & quamuis a superiore sibi confirmetur, tamen ualet impetratio per alium facta de ipsa, etiam tacito de possessione alterius, quæ colorata non est.*

Constit. xxxv.

LIteras uestras accepimus, quod cum pro D. clerico uobis scripserimus, ut ei de præbenda uacante sancti Vnisear di Bremensis, quã dicebat ad donationem nostram fuisse iuxta Lateranensis concilij statuta deuolutam, curaretis auctoritate apostolica inuestire. Et infrà. De facto fuit propositum coram nobis, quod H. propositus quondam simplex canonicus eiusdem ecclesiæ, de ipsa in maiori ecclesia in canonicũ est electus, & postmodum anni spacio euoluto in ipsa sancti Vnisardi in præpositum est assumptus, priorem præbendam nihilominus retinens, quam in ipsa ecclesia tunc habebat.

Sed præpositus allegabat econtra, quod erat ex cõsuetudine generali, qđ unus in eadem ecclesias plures haberet præbendas. Et cum archiepiscopus Bremensis præpositum ipsum de præpositura in plena synodo inuestiret, tam præposituram illam, quam præbendam ei de canonicorum confirmaui assensu. Et infra

Vnde cum uobis dubium uideretur, utrum cum aliquis de una præbenda eligitur ad aliam, statim prior uacare incipiat, an per sententiam debet abdicari eidem, an propter confirmationem huiusmodi, quæ superius est expressa. præbenda illa dici debeat non uacare, nos consulere uoluistis.

Cum igitur si ita est præbenda illa et si non de facto de iure tamẽ uacare noscatur, Mandamus quatenus dictum præpositum ut illam sine difficultate resignet, appellatione remota, cogatis: quam cum de facto uacauerit, clerico memorato conferre curetis.

Idem Episcopo & Archipresbytero papiensibus.

In ecclesia non numeratis uacatio præbendarum seu canonicatuum possibilis non est nec fit ibi deuolutio ad superiorem ex negligentia semestri in non prouidendo ecclesiæ de ministris.

Constit. xxxvj.

EX parte Astensis ecclesiæ est nostris auribus intimatum, quod cũ quædã præbendę in ipsa per quatuor annos & amplius uacauissent, Astensis Episcopus quosdam ibidem instituit, credẽs sibi hoc ex Lateranensi concilio licere. Instituti autem scientes non esse firmã institutionẽ huiusmodi ad Mediolanensem Archiepiscopum recurrerunt, qui eosdem in canonicos Astensis ecclesiæ ordinauit, & in corporalem possessionem præbendarum induxit, capitulo eiusdem ecclesiæ præbente assensum, tribus tantum exceptis, qui se institutioni huiusmodi opponere curauerunt. Et infra. *Ibi. ca. Ex parte.*

Tandem utraque pars est concorditer confessa, quod in prædicta ecclesia non erant distinctæ præbendę, nec canonicorum numerus erat certus.

Nos igitur intelleximus euidenter, statutum Lateranensis concilij de beneficijs ultra sex menses uacantibus locũ in hoc articulo nullatenus habuisse, etsi forte Hastensis ecclesia canonicorum pateretur defectum. vnde institutio per archiepiscopum uel episcopum facta occasione concilij memorari carere debet robore firmitatis.

Quid uero totum capitulum tribus exceptis prædictorum receptionem affectat, nec ab illis tribus aliquid rationabile contra ipsos obiectum est & ostẽsum. Mandamus quatenus si Astensis ecclesiæ suppetant facultates secundum consuetudinem hactenus obseruatam, prædictos clericos pro canonicis faciatis haberi.

Ibidem c. Cum super Extra l. 3. tit. 5. de cõce. præbẽ. c. Nulla.

Idem Episcopo & Capitulo Laudunensibus

Habens potestatem conferendi, non potest de iure alteri tradere potestatem conferendi primum beneficium quod uacabit.

Constit. xxxvij.

Ibidem c. Constituti.

CONstitutus in præsentia nostra H. ecclesiæ uestræ Canonicus humiliter intimauit, quod tu frater episcope potestatem ei dedisti sacerdotalem cõferendi præbẽdam, quę primo in uestra ecclesia esset uacatura. Et Remẽsis archiepiscopus tunc apostolicæ sedis legatus, uobis filij capituli authoritate nostra præcepit, ut cum præbenda ipsa uacaret, personam illam cui uellet eam H. conferre, sine interpositione alterius personæ reciperetis ad ipsam. Et infra.

Quocirca mandamus quatenus personam illam, cui memoratus H. sacerdotalem præbendam qui contigerit eam uacare, duxerit canonicè conferendam, sine contradictione qualibet admittatis & tu interim frater episcope præbendã huiusmodi contra formam concessionis tuæ conferre alicui non præsumas. Et infra.

Quia uerò concessiones tales si ad consequentiam traherẽtur, fieri possent in fraude canonicæ sanctionis, per quã prohibentur ecclesiastica beneficia concedi sine promitti antequam uacent, nolumus quod huiusmodi occasione mandati, quod gratiam continet personalẽ uel specialem, fraudem adhiberi uolentibus licentia concedatur.

Idem Innocentius Papa tertius

Lateranense concilium de beneficijs ultra sex menses uacantibus ad episcopatus non extenditur.

Consti. xxxviij.

Ibid. ca. Dilectus filius.

DIlectus filius magister Guilhelmus canonicus uester nobis suggessit, q̃ episcopo uestro uniuersæ carnis uiam ingresso, archiepiscopus Santi Scueriæ asserens, quod propter negligentiam uestram ad episcopum erat eligendi authoritas deuoluta, in episcopum uestrũ elegit eundem.

Nos igitur attendentes quod canon Lateranensis concilij ab Alexandro Papa contra negligentes editus, ad Archiepiscopatum uel episcopatum non solet extendi, sed ad personatus alios, & minora ecclesiastica beneficia coarctari, lectionem hmõdi iustitia cassauimus exigẽte.

Idem Priori Hostiensi, & superiori S. Fridiani.

Non ualet promissio beneficii uacaturi.

Consti. xxxix.

Ibi. c. ex tenore.

EX tenore literarum uestrarum accepimus, quod quum causam quæ inter I. clericum ex una parte, & abbatem & conuentum de Bello ex altera super prouisione uertebatur ipsius. Et infra.

Dictus clericus post litem contestatã chartam quandam monachorum exhibuit continentem, quod primam ecclesiam ad donationem suam spectantem assignarent eidem. Et infra.

Nos igitur attendentes, quod promissio prædicta non tenet, utpote cõtra statuta Lateranensis concilij attentata, mãdamus, quatenus memorato clerico super hoc silentium imponentes, ab impetitione ipsius dictos abbatem & monachos absoluatis.

Supra eodem c. Nulla & Relatum.

Idem Innocentius Papa tertius.

Obligatur prælatus, qui promisit prouidere cum poterit.

Consti. xl.

Ibid. ca. Accedens.

ACcedemus ad apostolicam sedẽ R. clericus, sua nobis insinuatione monstrauit, quo deũ promiseritis uos, p uisuros eidẽ in ecclesiastico beneficio cũ posseris, sicut per literas iudicis delegati inde cõfectas liquido apparebat. Et infra.

Nos autem considerantes, quod aliud est prælatum promittere beneficii collationem, cum poterit, aliud cum uacabit, cum in multis casibus se facultas offerre posset, in quib. collatio nõ esset in expectatione uacaturi beneficij differenda, mãdamus, quatenus memorato R. cũ poteritis ecclesiasticũ bñficiũ assignet.

Inno

Innocentius papa tertius.

Si ad capitulum & prælatum, ut prælatum, potestas conferendi pertinet, de uno ad alterum lapsu temporis non transit, secus si prælatus interfit ut canonicus, quia tunc de capitulo transit ad prælatum, nisi dolū cōmittat.

Constitutio xlj.

Ibid.ca. Postulastis.

POstulastis per sedem apost. edoceri, ut cum ad uos & archiepiscopū uestrum simul donatio præbēdarū ecclesię uestræ pertineat, utrum præbendæ uacantis donatio penes archiepiscopum ipsum remaneat, si eam infra semestre tempus neglexeritis ordinare.

Adiquod breuiter respōdemus, quod si uos & idem archiepiscopus infra tē pus præscriptum circa hoc negligentes extiteritis, sicut nec ab illo ad uos, ita nec a uobis ad illum potestas deuoluitur conferendi, sed secundum statuta Lateranensis concilij ad superiorem transit donatio, nisi fortè archiepiscopus nō ut prælatus, sed ut canonicus u obiscum ius habeat conferendi. Et in hoc casu cum dolose impedierit, dolus ei suffragari non debet.

NE SEDE VACANTE aliquid innouetur

INNOCENTIVS PAPA III. Priori & Conuentui Glastonensi.

Vacante sede, statu eiusdem mutari non debet.

Constit. xlij.

Extra. li. 3. ti. 9. ne sede uacāte, c. Nouit ille qui scrutator.

NOuit ille qui scrutator est cordium, quod licet Celestinus prædecessor noster ecclesiam uestrā erexerit cathedralem, ipsam Bathoniēsi ecclesiæ uniēdo, ut idem esset episcopus utriusq; quia tamen hæc unio asserebatur a uobis in graue præiudiciū Glastonēsis ecclesię redūdare, cū per ipsam dissoluere tur religio, & fraudetetur eleemosyna, & hospitalitas tolleretur, nos ad releuā dum ecclesiæ uestræ statum cœpimus intendere diligenter. Et infra.

Vos autem post obitum Bathonien sis episcopis humiliter postulastis, ut qa tempus aduenerat, quo sine scandalo ec clesiæ uestræ ruina poterat releuari, cū & Bathonienſis ecclesia idipsum pariter postularet, rex quocūq; cū regni ma gnatibus & quidam episcopi cum multis abbatibus deposcerent illud idem, ut unione penitus dissoluta, monasteriū ve strum reduceremus in statum, antiquum, sub abbatis regimine gubernandum Attendentes igitur quod episcopa li sede uacante non debet aliquid inno uari, cum non sit qui episcopale ius tue tur, maximè ne plus fauisse personæ, quam ecclesiæ uideremur, si quod eo ui uente concessimus, post obitum eius su bitò mutaremus, petitionē uestram nequimus exaudire, authoritate prædicta indulgen tes, ut cum Bathonienſis eccle sia de præsule fuerit ordinata, iur uestrū. apud sedem apostolicam prosequendi facultatem liberam habeatis. Interim autem sub cura prioris idem monasterium gubernetur.

12. q. 2. Si qua de rebus

DE HIS QVAE FIVNTA prælato, sine consensu capituli.

INNOCENTIVS PAPA III. Archipresbytero & Magistro scolarium Bituricensibus.

Tenet donatio q̄ de solius diœcesani cōsensu fa cit laicus ecclesia de decimis, quas ab alia ecclesia habet in feudum ab antiquo id est, ante Lateranense concilium.

Constit. xliij.

VM sedes apostol. Et infrà. Sanè sicut accepimus, cum ex una parte capitulum S. Stephani, & altera monachi de platea, super decima quadã in uestrũ compromisissent arbitriũ, dicti monachi proponebant donationem ipsius decimæ sibi a quodam milite factam, & Bituricẽsis archiepiscopi diœcesani eius accedente cõsensu confirmatam fuisse, sequeautho ritate Hieronymi munitos existere, qui scribens ad Damasum ait, Si aliquando fuerint a laicis malè detenta, quæ diuini iuris esse noscuntur, & in usum trãsierint monachorum, episcopo loci præbẽte consensum, constabunt eis omnia perpetua firmitate subnixa. E contrario pars allegabat aduersa, consensum episcopi sine cleri consensu minus sufficere, authoritate Leonis Papæ, dicẽtis: Ne quis episcopus de rebus ecclesiæ quidquam donare, uel cõmutare, uel uẽdere audeat, nisi fortè aliquid horum faciat ut meliora prospiciẽt, & cum totius cleri consensu, atque tractatu id eligat, quod non sit dubiũ ecclesiæ profuturũ. Quia uero nos consulere uoluisti, utrũ quando decima tenetur a laico, si conferatur ecclesiæ, ad confirmandam donationem consensus episcopi sine cleri consensu sufficiat. Taliter respondemus, quod monendus est laicus qui decimã detinet, ut eam ecclesiæ restituat, ad quã spectat qui se fortè induci nequiuerit, & eam cum in diœcesani consensu alteri ecclesiæ assignauerit præsertim religioso conuentui, constabit ipsa donatio perpetua firmitate subnixa. Authoritates enim præmissæ, licet diuersæ sint, non tamen aduersẽ, cum aliud sit aliena re quod ab ecclesia possidetur, & aliud quod detinet a laico, ad usum ecclesiasticum reuocare. In alienatione quoque iuxta Leonis Papæ decretum cõsensus episcopi sine clericorum consensu non sufficit. In reuocatione autem, iuxta scripturam Hieronymi, sufficit consensus episcopi: cum per utrunque utilitati ecclesiæ consulatur. Nam & in Laterane-

Extra l. 3. ti. 10 de his q̃ fiunt a p̃lato. c. Cũ sedes apostoli ca. 16. q. 1. c. Quoniã quicquid. Hieronymus. 12. q. 2 c. Sine excep tione.

Extra l. 3. titu. 33. de

nensi concilio est inhibitũ, ne quælibet religiosa persona ecclesias & decimas de manibus laicorum sine consensu episcoporum recipiat: per quod indirecte datur, intelligi, quod sufficit consensus episcopi, ut licitum sit ecclesiæ decimas de manibus recipere laicorum. Hoc autem de illis decimis intelligimus, quæ laicis in feudũ perpetuo sunt concessæ.

priuilegiis ca. Cum & plãtare

Idem Metensi Archidiacono

Non potest episcopus sine consensu capituli concedere ecclesias a liijs ecclesiis etiam si habeat ius patronatus in ecclesiis concessis.

Constit. xliij.

TVa nuper. Et infrà. Adiecisti etiã, utrum episcopo uel electo cũ solo archidiacono, præter assensum maioris ecclesiæ, cum ab ipsa eligatur episcopus, & archidiaconus assumatur de ipsa, cœnobijs uel ecclesijs conuentualibus, ad quas ius pertinet patronatus, liceat cõferre perpetuo uacãtes ecclesias baptismales. Et infra. Alterius etiã quæstiones solutio ex epistola Leonis Papæ colligitur euidenter, in qua legitur, ne quis episcopus de reb. ecclesiæ quicquã donare uel permutare, uel uendere audeat: nisi fortè aliquid horum faciat ut meliora prospiciat & totius cleri tractatu atque consensu id eligat, quod nõ sit dubium ecclesiæ profuturum. Irrita enim episcoporum donatio, uenditio & commutatio rei ecclesiasticæ erit absque cõniũctia & subscriptione clericorum. Per hoc enim noueris solutam secũdo loco propositã quæstionẽ, cũ concessiones ecclesiarum ad perpetuas alienationes non sit dubium pertinere.

Ibid. ca. Tua nuper.

12. q. 2. ca. Sine excepti one.

Idem Episcopo Elienſi.

Episcopus parochiales ecclesias, uel obuentiones ipsarũ, de cõsensu patroni, sine cõsensu capituli sui, monasterio cõferre non potest.

Constit. xlv.

PAstoralis officij diligentia. Et infra. Præterea quæsiuisti, cum authoritate Dionysij fuerint parochiæ limitatæ, quatenus singularum parochiarum prouentus

Ibid. c. Pastoralis. 12 q. 1. ca. Ecclesias.

Extra li. 3.tit. 9. de censi bus. ca. Prohibe mus.

prouentus in usus ecclesiæ cederent ne cessarios,& stipendia ministrorũ, si episcopo liceat sine authoritate summi põtificis,vel saltẽ sine sui capituli voluntate,viris religiosis conferre obuentiones alicuius parochialis ecclesiæ,sustentatione vicarij reseruata.Et cum Lateranensis concilij statuta prohibeãt ecclesiis nouam imponi, vel augeri veterem pensionem,postulas edoceri,an episcopus ualeat religiosis,cõsentiente patrono,totam ecclesiam,vel de nouo cõferre aliquam portionem.

12.q.2 c. Bona rei.

Ad quod breuiter respõdemus, quod salua constitutione canonica de concedenda piis locis quinquagesima portione,neque primum, neque secundum potuit facere episcopus(nisi de licentia Romani pontificis)præter sui capituli voluntatem.

Idem Archiepiscopo Senonensi & eius Suffraganeis.

Ad concilia prouincialia uocari debent & ad mitti cathedralium ecclesiarum capitula.

Constit. xlvj.

Ibid. c. Etsi.

ETsi membra corporis.Et infra.Prouincię Senonensis capitula cathedralium ecclesiarum ad nos querimoniam transmiserunt,quod archiepiscopus Senonensis & eius suffraganei procuratores eorum nuper ad prouinciale cõciliũ conuocatos ad tractatum eorũ admittere noluerunt.Et infrà.

Visum fuit nobis & fratribus nostris, vt capitula ipsa ad huiusmodi concilia debeant inuitari,& eorum nuncii ad tractatum admitti,maxime super illis,quæ ipsa capitula contingere dinoscuntur.

DE HIS QVAE FIVNVT à maiore parte capituli.

INNOCENTIVS PAPA III. Augustensi Præposito.

18.dist. c. per totũ.

Communis ordinatio ecclesiæ per contradictionem & appellationem eius,cuius non interest, impediri non debet.

Constit. XLVII.

EX ore sedentes. Et infra. Accedentibus ad præsentiam nostrã T.ac B. Augustẽ.canonico pro quæstione, quæ inter vos super præpositura Augustẽ.ecclesiæ uertebatur, ex parte ipsius B.fuit propositum, quod pater eiusdem à Celestino prædecessore nostro,decano & capitulo Augustensi litteras obtinuit destinari, ut infra spacium unius mensis eundem eligerent & assumerent in præpositum Augustensem,in signum inuestituræ annulo aureo destinata, & quibusdam mandati apostolici executoribus constitutis.Capitulum memoratũ cum audisset, quod E.quondam eorum prepositus in episcopum Brixien.electus & confirmatus fuisset,licet dictas literas recipissent,in contemptum tamen eorum,assignato prius termino, infra quem ipsi deberent super mandato apostolico respondere,H. tunc Augustensem decanum in præpositum elegerunt.Et infrà.Quia uerò legitimè constitit,quòd prædictus B.de præpositura non fuit aliquatenus inuestitus,etsi mandatum fuerit,ut de ea inuestiretur, de qua etiam si inuestitus fuisset,inuestitura eius per prædecessorẽ nostrum, certa fuit ratione cassata:quæ nec etiam si cassata fuisset,per hoc quod dicto H.reuerentiam exhibuit,quæ debetur præposito,iuri suo renunciasse uidetur,nos attendentes sibi de iure non potuisse comperere,ut per appellationem ob interpositam communem ordinationem ecclesiæ impediret,intelligentes etiam te a maiori parte,tam dignitate,quam numero eorum, quos eligendi ius constabat habere,electum fuisse canonicè in præpositum, electionem tuã authoritate apostolica confirmatus, præfato B.super præpositura silentium imponentes.

Extra l. 3.tit. 2. de his quæ fiũt à maio. parte capituli.c. Ex ore.

Idem Innocentius Papa tertius.

Prælatus cũ maiori parte capituli,contradicẽte minori, statuere potest quod ad necessariam reparationem fabricæ quilibet canonicus conferre tenetur.

Constit.

Constit. Xlviij.

Ibid. c. Ex parte.

EX parte tua nobis fuit frater archiepiscope intimatū, quod ad restaurādam fabricam Rothomagensis ecclesiæ tractatum communiter habuistis, te postulante, ut qui libet canonicorum tecum pariter aliquā suorum redditnum portionē operi tā pio & necessario deputaret. Et infra. Statuimus, ut si qui uestrū tuis, frater Archiepiscope, & maioris & sanioris partis capituli statutis sup hoc duxerit resistēdū, obtineat sentētia plurimorū.

Vt Ecclesiastica Beneficia sine diminutione conferantur.

INNOCENTIVS PAPA III. Archiepiscopo Mediolanensi.

Occulta collatio beneficii licet sit suspecta, bene valet, dūmodo alias legitimè facta probetur.

Constit. Xlix.

Extra li. 3. ti. 12. Vt ecclesiæ bene. c. Vt nostrum prodeat.

VT nostrum prodeat de uultu Dei iudicium. Et infra. Præterea proponebas quod cū nullius debeat sine accusatione dānari, nec aliquid circa negociū illud sit actū in forma iudicii, depositiones testiū non potērāt tibi præiudiciū generare. Quia uero hæc allegatio personā nostrā tangere uidebatur, dignum duximus causam commissæ inquisitionis & ordinem plenius explicare, ne quis quomodolibet suspicetur, quod nos in hoc negocio perperam processerimus præsertim, cū ratio assignandi debeat esse posteris pro futura. Cū enim iuris sit explorati, qđ actore non probante, is qui conuenitur, etiā si nihil præstiterit, debeat absolui, uideri poterat, quod nos tibi, qui conueniebaris ā nobis, malitiose uel indiscretè onus probationis super tribus præmissis articulis imposuimus, uidelicet, ut ostenderes, quod prædictam cancellariā personę idoneę, modo canonico, & tempore competenti donasses. Porro, cum donatio fuisset occulta, & ideo suspicione non careat, & elapso iam anno nullus cancellarius omnino appareat, non immerito credebamus quod secundū Lateranensis concilii statuta ad nos esset ipsius cancellariæ donatio deoluta: & ideo potuissemus ipsam sine culpa conferre, quoniam etsi locum Dei tenemus in terris, non tamē de occultis potuimus diuinare. Quia ergo contra illud, quod prima facie iustè præsumebatur pro nobis, præsertim cum responde√ris prima uice, quod cācellariam alicui non contuleras, facultatem tibi pro te probandi concessimus, non fuit grauamen, sed gratia, nec ex malitia, sed ex benignitate processit. Quod etiā de modo canonico fidem nobis fieri mādauimus, tu causam præstitisti mandato, qui sæpe nobis per literas tuas intimasti, & tandē probasti per testes, quod retentis tibi prouentibus, officium concesser as memoratum, ex quo non immerito id talē concessionem fuimus suspicati. Et ideo nos, qui non tam ex plenitudine potestatis, quàm ex officii debito, possumus & debemus de subditorū excessibus ad correctionem inquirere ueritatem, te maximè causam & occasionem præstā te, inquisitionem commisimus faciēdā. Omnibus ergo dil. genter auditis, te in tribus comperimus fuisse culpabilem. Circa contrarietatem responsi, quia nō solum nobis, sed neccuiquā debuisses ex certa scientia contraria respondere. Circa carnalitatem animi, quia non ex affectu carnali, sed discreto iudicio debuisti ecclesiasticum beneficium & officium in persona magis idonea dispensare. Et circa inhonestatem facti, quia non licuit ex pactione uel cōuentione quacunque sub modo vel tenore præscripto concedere nudū officiū, & tibi retinere prouētus, cū in Lateranensi cōcilio prohibitū sit, ne quis cōferēdo ecclesiasticū beneficiū, partē prouētuū suis usibus retinere præsumat, & alibi cautū reperiatur in canone, quod ecclesiastica beneficia sine diminutione debent conferri. Vnde credimus distinguendū, vtrum qui dat spirituale beneficiū, prouētus ipsius ante donationem percipiat. Nam si prouētus ante donationē nō percipiat ipse, sed alius, & ex donatione consequatur, ut ipse prouētus percipiat, nō est dubiū circa hæc intercedere simoniacam prauitatē. Si uero ante donationē percepe

Extra li. 3. ti. 8. cap. Nulla.

Extra li. 5. ti. 39. ca. Prohibemus. 1. qua 3. ca. S. quis Extra lib. 3. ti. 5. c. Mandoribus.

rit

rit ipse prouentus, credimus distinguendũ, utrũ ante donationẽ constitmat, vt ipsi prouentus retineantur ad tempus pro causa iusta & necessaria, aut conueniat cũ eo, qui accepit beneficium, seu cũ mediatore quocunque, vt officio illo cõcesso retineat ipse sibi prouentus. Prmum enim membrũ credimus esse licitum, secundum aut dicimus non licere, nec aliam aperiamus his, qui prauitatem suam satagunt palliare.

DE REBVS ECCLESIÆ non alienandis.

INNOCENTIVS PAPA III.
Archiepiscopo Montis regalis.

Possessiones quæ sunt de mensa, non possunt alienari, & ecclesiæ cõsuetæ regi per regulares, secularibus clericis conferri non debent.

Constitutio L.

Extra li. 3. tit. 3. de rebus. eccle. non alien. c. possessiones.

POssessiones ad mensam tuam uel capituli pertinentes alienare non debes, aut ecclesias, in quibus monachi ministrare cõsueuerant, clericis uel laicis assignare.

Idem Episcopo Maurienſi & Præposito Vlconenſi.

Restituitur ecclesia contra alienationem, per quam enormiter fuit læsa.

Constit. Li.

Ibid. c. Ad nostram.

AD nostram noueris audientiam peruenisse, quod cum Tusiense monasterium depressum esset onere maximo debitorum, Abbas & conuentus eiusdem ulllam quandam necessitate coacti B. laico concesserunt in feudum, tali conditione apposita, quod idem lxxx. libras persolueret, pro quibus eadem extiterat obligata. Quod non distulit effectui mancipare. Et infra. Vnde humiliter supplicarunt, ut feudum prædictum faceremus ad utilitatem monasterii reuocari, præsertim cum idem laicus primo anno de ipsius prouentibus ultra summam perceperit prætaxatam, & per multos postmodũ annos sumpserit eius fructus. Et infra:

Quocirca mandamus, quatenus, si prædictũ monasterium propter hoc inueneritis enormè dispendiũ incurrisse, dictũ laicum, vt (pecunia, quam pro exoneratione feudi, seu etiam pro utilitate ipsius monasterii expẽdisse noscitur, ab eisdem abbate & conuentu recepta, cũ sibi fructus percepti sufficere debeãt pro labore) præfatum feudum eidem monasterio dimittat liberum & quietũ appellatione postposita compellatis.

De Emptione & Venditione.

INNOCENTIVS PAPA III.
Episcopo Pallonensi.

Si in uenditione apponitur pactum de recuperanda re post certum tempus medio cõsti tuto precio, præsumitur pignus & non uenditio.

Constitut. Lii.

Extra li. 2. tit. 7. de empt. et uendit. cap. Ad nostrã.

AD nostram noueris audientiam peruenisse, quod cũ R. laicus lator præsentiũ, ab M. mutuum recipere uoluisset, creditor ne per canonem contra usurarios editum posset in posterum conueniri, domos & oliuas recepit ab eodem titulo emptionis: quum reuera contractus usurarius ageretur, quod patet ex eo, quod creditor debitori promisit, quod quãdocunque à septennio usque ad nouenium daret quadraginta uncias tarenorũ, quæ uix dimidiam iusti precii continebant, domos eius restitueret & oliuas.

Extra li. 5. tit. 19. cap. Quia in omnib.

Quia igitur fraus & dolus cuiquam patrocinari non debent, mandamus, quatenus, si res ita se habet, instrumento uenditionis co nfecto in fraudem canonis promulgati contra usurarios non obstante, prædictum M. ad restituendas domos & oliuas ei, ad quem debent hæreditario iure deuolui, quũ debitor sit uiam uniuersæ carnis ingressus per pœnam in Lateranensi concilio contra usurarios promulgatam appellatione remota compellas.

Idem

Idem Episcopo & Archidaicono Vrbeuentano.

Venditor deceptus ultra dimidiam iusti precii agere potest, ut res sibi reddenti precium acceptum restituatur, uel iustum precium suppleatur, & in hoc electio est emptoris.

Ibid. c. Cū cau sa.

Constit. Liij.

CVm causa, quæ inter œconomum monasterii S. Martini de monte ex parte una, ac ciues Viterbien. super casamentis ex altera uertebatur, fuisset aliquandiu uentilata, quum constitisset nobis monasterium in uenditione ultra dimidiam iusti preci fuisse deceptū, sententiando decernimus, ut præfati ciues aut recepto precio possessiones restituerent memoratas, aut supplerent quantū constaret legitimè uenditionis tempore iusto precio defuisse.

De Locato, Et Conducto.

INNOCENTIVS PAPA III.

Abbati & conuentui sancti Petri de Pratellis Londensis diœcesis.

Personæ ecclesiasticæ locare possunt prouentus decimarum his, cum quibus conditio ecclesiæ fit melior, statuto diœcesani contrario non obstante, & eadem ratione de aliis rebus ecclesiæ.

Constit. Liiij.

Extra l. 3. ti. 18. de locato & cōduct. cap. Vestra nobis.

VEstra nobis relatio declarauit, quod quum ad firmam fructus uestrarum decimarum dare consueueritis decimarum. Et infra. Diœcesanorum episcoporum statuto contrario non obstante uestrarum decimarum prouentus illis libere locare potestis, cum quibus ecclesiæ uestræ conditionem poteritis facere meliorem, ita tamen, quod huiusmodi locatio ad feudum uel alienationē non videatur extendi.

De Rerum Permutatione.

INNOCENTIVS PAPA III.

Archiepiscopo Senonensi.

Beneficia sua perdunt qui ea propria permutant authoritate.

Constit. Lv.

Extra l. 3. ti. 19 de rerū permutatione ca. Cū olim.

CVm olim magister S. & B. archidiaconatum & præposituram ad inuicem cōmutasset. Et infra. Licet prædictus magister ab initio sponte fuerit de permutatione confessus, idem tamen B. eam inficiabatur omnino, proponens quod ipse præposituram sine conditione qualibet resignauit, & post resignationem prædicti magistri archidiaconato fuerat assecutus Et infra.

Cum ergo nobis constaret, quod ipse B. suum præstiterit permutationi consensum, prædictus autem magister suum publicè fateretur errorem, & hunc præpositura & illum archidiaconatu curauimus spoliare, super hoc diffinitiuam contra eos sententiam proferentes.

Idem Archiepiscopo, & P. sancti Andreæ Colonien sibus.

Si permutatio beneficiorum completa est ex una parte, & per alteram stat, quo minus impleatur, restituitur pars ad suum beneficium, & secundum hoc continet ius.

Constit. Lvj.

Ibid. c. Cū uniuersorū.

CVm vniuersorum. Et infra. Intelleximus G. canonico referente, quod cum ipse & L. clericus de permutatione præbendarum suarum inter se tractare cœpissent, quàm utilitati utriusque imminere credebant, tandem idem L præbenda eiusdem G. cuidam consanguineo suo assignata, præbendam suam ei sicut promiserat, noluit resignare. Et infra. Cum igitur deceptis & non decipientibus iura subueniant, licet ipsi per se de iure non possent ecclesiastica beneficia permutare, ut tamen simplicitati uenia tribuatur, mandamus, quatenus, si constiterit prætaxatum G. taliter fuisse deceptum, amoto à præbenda sua consanguineo ipsius L. vel quolibet alio illicito detentore, eam restitui faciatis eidem.

Supra li. 1. ti. 3 c. Super literis.

DE

DE FEVDIS.

INNOCENTIVS PAPA III. Marienſi Epiſcopo.

Si dominus à uaſallo recipit feudum in pignus abſtinendo ab eius ſeruitio, non tenetur computare fructus in ſortem.

Conſtit. Lvij.

INſinuatione præſentiũ declaramus, quod Gageria, quam de feudo eccleſiæ tuæ ab M. dinoſceris recepiſſe, à te poteſt libere detineri, fructibus nõ computatis in ſortem, ita uidelicet, ut quandiu fructus illos in ſortem minimè computandos, idem M. à ſeruitio, in quo tibi & eccleſiæ tuæ pro feudo ipſo tenetur, interim ſit immunis.

Extra li. 3. tit. 20. de feudis c. Inſinuatione.

Idem Archiepiſcopo Mediolanenſi.

Ponit tres caſus, in quibus non obſtante iuramento de non infeudando, poteſt epiſcopus antiquum feudum ad eccleſiam reuerſum nouo uaſallo concedere.

Conſtit. Lviii.

EX parte tua noſtro eſt apoſtolat. reſeratum, quod ſæpius dubitaſti, utrum, cum contingit vaſallum tuum decedere, & ad te feudum ipſius redire, feudum eius alii liceat tibi dare, quamuis iuramento tenearis aſtrictus, non infeudare de nouo Romano pontifice inconſulto. Ad hæc ſi uaſallum tuum feudum alienare contingat an ipſius filium uel conſanguineum eiuſdem feudi conſortem de ipſo valeas inueſtire. Alia quoque dubitatio continebat. ut cum feudum alienatum repereris, quod per te facile recuperare nõ potes, utrum poſſes alicui laico in feudum illud concedere, qui & illud recuperet, & in feudum per eccleſiã recognoſcat. Et infra.

Ex parte tua.

In primo ergo caſu feudum decedentis liberè, ſi uideris expedire, concedas, atque in ſecundo filium uel conſanguineum alienãtis inueſtiens, in tertio feudum alienatum poteris ei licenter concedere, per quem ipſa eccleſia ualeat re habere.

DE PIGNORIBVS ET aliis cautionibus.

INNOCENTIVS PAPA III. G. Subdiacono noſtro, & P. canonico Piſano.

Si uſurarius emit rem eo pacto, quod poſt tẽpus reſtituat eam uenditor, recipiendo aliquid ultra ſortem fructibus tamen in ea cõputatis, iudicatur contractus fœneratitius.

Conſtit. Lix.

ILlo uos credimus ſcientiæ dono uigere. Et infrà. Sanè intimaſtis nobis, qđ cauſam quæ uertitur inter H. & B. filios G. de Coſa ex una parte & G. filiã T. & hęredes ipſius ex altera, ſuper quibuſdam terris præfatis perſonis pro xxiii. libris pignori obligatis, uobis duximus cõmittendã. Et inf. Ex parte prædictæ G. & hæredum eius fuit propoſitum, terras quas idem H. & B. repetebant, ab eis non eſſe pignori obligatas, ſed purè uenditas, ſicut in inſtrumento confecto exinde continebatur. Præfatus uero H. pro ſe ac fratre ſuo firmiter aſſerebat terras nõ eſſe purè uenditas, ſed pignori obligatas, cũ uẽditioni prædictæ talis fuerit adiecta cõditio, vt ſi à tempore contractus uſque ad duos proximios annos præfato T. emptio diſpliceret, G. pater H. abinde uſque ad annum xxvj. libras perceptis fructibus cõputatis in ipſis dare deberet. Verum quia, ambigitis, utrũ pura ſit & abſoluta uenditio, an præfatus contractus pignus debeat iudicari, reſpõdemus quod qualiſcunque fuerit intẽtio contrahentium, & ex forma contractus uenditio non appareat conditionalis ſed pura: quamuis per conditionem poſſit reſolui, ex duobus tamẽ, quę in pacto fuerunt expreſſa, uidelicet quod fructus percepti deberent in ſoluenda pecunia numerari, & quod ultra ſummam rece ptam *xl. ſolidi deberent perſolui, contra ipſum emptorem præſumitur uehementer, præſertim cum uſuras conſueuerit exercere.

Extra li. 3. tit. 21. de pignoribus c. Illo uos.

**al. lx.*

Idem

Idem Episcopo Aquinaten.

Mulier agit pro dote contra quemlibet detinentem bona mariti.

Constitutio Lx.

Ibid. c. Ex literis.

EX literis fraternitatis tuæ accepimus, quod causam quæ uertitur inter R.& A.mulierem tibi duximus committendam. Et infra.

Si quidem probatum est, quod pro fœnore à marito prædictæ mulieris commisso, eo fugam petente, tam frater mariti, præfatus uidelicet R. quam ipsa mulier, licet minus iuste a regio iudicari capti fuerint, & de ipsius mandato bonorum omnium delinquentis facta distractio & soluta pecunia metratori, qui à marito mulieris uulneratus fuerat, & rebus propriis spoliatus, sed quædã possessiones illius penes eundem R. remanserãt, quos idẽ de mãdato curiæ retinuit, soluta pro eis pecunia prædicto mercatori, quia emptor alius propter possessionum minutias non extabat, pars uero mulieris æstimationem dotis instantius petebat sibi restituit, uel possessiones, quæ mariti fuerant, ex officio delegationis induci. Et infra.

Mandamus, quatenus si tibi constiterit ex his, quæ in præsentia tua fuere proposita & probata, quod mulier dicit uiro dedisse in dotem & prædictum R. de bonis fratris aliqua possidere, cum mulieribus fauor multus in recuperãdis dotibus debeatur, & cautũ sit in iure, quod propter maleficium uiri mulier remanere non debeat indotata, cum etiam bona uiri mulieri sint pro dote tacite obligata, & cum suo onere transierint ad quemlibet possidentem. R. prædictũ eidem mulieri ad restitutionem dotis eatenus condemnes, quatenus de bonis fratris sui præfati noscitur possidere.

Idem R. de Montefortino.

Si creditor, uel is qui ab eo causam habet, tot fructus percepit ex pignore, quod satisfactũ est sorti, debet pignus restituisdebitori.

Constit. Lxi.

Ibid. c. Cum cõtra.

CVM contra G. ciuem Anaginen. super quibusdam possessionibus, quas quondam pater tunc L. de Saul. pro quã titate pecuniæ obligaret, & ipsius creditoris hæredes prædicto G. pignorauerãt, mouisses in nostra præsentia quæstionẽ, legitime probauisti, quod ex earũ prouentibus tantũ fuerat, tam ab eodem G. ab aliis, qui eas tenuerãt à tempore, quo fuerant obligatę, perceptũ, quod fructus sorti poterãt adæquare. Nos igitur attẽdẽtes, quod in talibus perceptio fructuũ in solutione sortis accedat, cum secundũ canonicas sanctiones fructus restitui, & in sortem debeant computari, considerãtes, etiã, quod possessiones, ipsæ iã extenuassent penitus totũ onus, & debitũ annullassent, ipsas tibi restituẽdas esse decernimus, & te per nunciũ nostrũ in possessionem induci fecimus corporalẽ. *Extra li. 5. tit. 19. cap. Quoniam.*

Idem Innocentius Papa tertius.

Si is qui sub pacto legis commissoriæ pignorauit rem suam, & iuranit non contrauenire, iuste impeditus, infra diem statutum non redemit, post diem redimere poterit.

Constit. Lxii.

Ibid. c. Significante.

SIgnificante R. ciue Pisano nobis innotuit, quod cum domum suam G. Pisano cui pro CCL. libris pignori obligasset, ac promisisset præstito iuramento, quod nisi domum ipsam statuto termino recolligeret, creditorem ulterius super eo minime molestaret, & infra statutum tempus per certum fidelem nunciũ prout ei uidebatur, creditori pecuniam numeratam remisit, quam idem nuncius infideliter agens, sicut ei iniunctum fuerat non persoluit, & postmodum idẽ R. ab imperatore detentus, dicto G. satisfacere nõ potuit ut debebat. Et infra.

Cum igitur pactũ legis cõmissoriæ sit in pignoribus improbatum, & prædictus R. quantum in eo fuit, iuramentum debitum adimpleuit, cum per eum, quem certum nuncium esse sperabat, pecuniã remiserit tẽpore, statuto, sed in captione detentus satisfaceret non potuit creditori. Mandamus, quatenus, si est ita, prædictũ creditorem, ut sorte contentus, pẽsionibus pignoris computatis in eam, illud præfato R. omni dilatione postposita resignet, pacto tali uel iuramento nequaquam obstante, censura ecclesiastica cogatis.

DE

De donationibus.

INNOCENTIVS PAPA III. Archiepiscopo Florentino.

Non obstante iuramento de non infeudãdo de nouo, prælatus integrare potest feudum si apparet uasallum in mensura fuisse deceptũ.

Constitutio Lxiii.

Extra li. 3. tit. 24. de Donat. ca. Per tuas literat.

PEr tuas literas proponere procurasti, quod cum quidam nobiles Florentini tempore schismatis episcopum Florentinum in domo sua tenuerunt, idem episcopus sedata schismatis tempestate de mandato Alexandri Papæ, quatuor modios terræ in feudum concesit eisdẽ, & successor ipsius, prout est moris, de certo feudo præfatos nobiles inuestiuit. Verum cum ipsi assignatam terram mensurari fecissent, non nisi duos modios inuenerunt, feudum integrari cum instantia postulantes, super quo dubitas, eo quòd non sunt in possessione ipsius ne de nouo uidearis illud conferre. Et infra.

Nos igitur attendentes quod ecclesia in actibus suis fraudem nõ debet aliquam adhibere, respondemus, quod feudum ipsum securè poteris integrare, cũ terra illa quatuor modiorum ipsis fuerit assignata.

Idem R. de Burgis & G. Berburg. Abbatibus.

In donationibus plenissima fit interpretatio, & ob hoc clausula onerosa post multas donationes apposita proximam donationem tantum respicit.

Constit. lxiiii.

Ibid. c. Cum dilecti.

CVm dilecti filii Abbas & monachi de Melios proposuerint coram nobis, quod nobilis vir Alanus quasdam terras a patre ipsius eorum ecclesiæ in eleemosynam assignatas uiolenter redigere cupiat in forestam. Et infrà.

Mandamus quatenus ad sententiam pro ipso monasterio proferendã, appellatione postposita procedatis, cum ex tenore instrumenti *euidenter apparet, quod hæc fuit mens & intentio donatoris, ut clausula de foresta, quę in fine ponitur instrumenti, non ad superiorẽ donationem, quæ tam libera & pura fuit, ut immunis esset ab omni uexatione & consuetudine seculari, sed ad inferiorẽ concessionem, quæ pensionem & determinationem habet insertã, iuxta sanũ referi debeat intellectum, quia in contractib. plena, in testamentis plenior, in beneficiis quoque plenissima est interpretatio adhibenda.

*al. uehementer. Extra li. 6. tit. 60 L. 4. Quæcunque res. ff. de reg. iuris in testamentis. Infra li 5. tit. 40. Conflit. Olim.

Idem Episcopo Elienſi.

Si episcopus in ecclesia, quam de consensu capituli pio loco concessit, percipiebat certos prouentus, illos donasse uidetur alioquin omne sprouentus, præter cathedraticũ, cedunt pio loco, & si episcopus concessit de consensu patroni intelligitur patronus donasse ius patronatus.

Constit. lxv.

Ibid. c. Pastoralis.

PAstoralis officii. Et infra.

PTua nos duxit discretio consulẽdos, si episcopus consentiente patrono uiris religiosis aliquam ecclesiam concedendo hac utatur simplicitate uerborum, concedimus uobis illã ecclesiam, utrũ eo ipso uideatur, in eorum usus fuisse concessa, uel ius tãtum modo patronatus.

Nos autem inquisitioni tuę duximus respondendum: quod si episcopus ecclesiam illis conferat de consensu patroni, profectò patronus quod suum est conferre uidetur, ius uidelicet patronatus, & episcopus quod temporaliter obtinet in eadẽ, ut si fructuum ecclesiæ eiusdem aliquam recipiat portionem, in eorum usus illa portio conuertatur. Quod si ex ipsius prouentibus nullam debeat portionem habere, omnes prouẽtus præter cathedraticum in eorum usus credimus conuertendos, sed ut episcopi donatio sit legitima, consensus est sui capituli requirendus.

Idem

Idem Florentino & Fisulanensi episcopis.

Possint hospitalarij in præiudicium suum se & domum suam alteri religiosæ domui subiicere, & donare.

Ibid. c. Inter dilectos.

Constitutio lxvj.

INter dilectos filios hospitalarios sancti sepulchri ac fratres hospitalis sancti Allutii super eodem hospitali quæstione suborta, cum iidem hospitalarii super possessorio, quod semel & iterum ex causis tamen dissimilibus, intentarunt, contrariam sententiã reportassent, deinde ad petitoriam recurrentes, proponere curauerũt, quod cum G. quondam rector, & fratres acpationi eiusdem hospitalis, habito communi contractu deliberassent, hospitale ipsum hospitalariis supponere supradictis, commiserunt in hoc tribus procuratoribus uices suas, communiter statuentes, ut quod per ipsos fieret, acceptarent. Qui cum eisdem taliter statuerunt, ut ad ipsum hospitale aliqui mitterentur, qui eorum nomine acciperent assignationem ipsius. Cum autem duos illuc de suis fratribus transmisissent, ipsi donationẽ & assignationem hospitalis, tam à magistro quàm supradictis procuratoribus & aliis eiusdem domus fratribus receperunt. Et infra.

Procurator autem partis alterius ex aduerso respondit, quod prædicta donatio debebat non immeritò retractari, quoniam multis ex fratribus inconsultis, à prædicto rectore ac paucioribus fratribus excommunicatis & periuris de re litigiosa in fraudem plebani de Piscia, qui super eodẽ hospitali mouerat quæstionẽ, fuerat celebrata. Et infra.

Atrendentes igitur quod fratres & patroni S. Allutii pro se, imò potius cõtra se turpitudinem allegabant, uidelicet periurium, excõmunicationẽ, fraudem, non utique contra ipsos, sed ab ipsis commissam, & intelligentes donationem ab eis hospitalariis factam puram ac simplicem extitisse, quia non deceptoribus sed deceptis iura subueniunt, unde per ea quæ superius proposita sunt se contra factum proprium legitimè defendere non uolebant, hospitale prædictum cum pertinentiis suis hospitalariis sancti sepulchri adiudicare curauimus, ita quod per hanc sententiam dicœsano episcopo & plebano de Piscia nullum præiudicium generetur, cũ res inter alios acta non debeat aliis præiudicium generare.

Supra lib. eod. tit. 19. Conflit. 56. Cũ uniuersorum. Supra li. 2. tit. 22. Conflit. Inter dilectos.

Idem Episcopo S. Andreæ.

Donatio quinquagesimæ uel centesimæ, quam fecit episcopus cum graui ecclesiæ suæ detrimento, potest legitimè reuocari. Nec etiã potest ultra quinquagesimam uel centesimam conferre, etiam cessante læsione ecclesiæ, sine authoritate superioris

Ibid. c. Apostolicæ.

Constit. Lxvii.

APostolicæ sedis oraculo. Et infra. Inquisitioni tuę taliter respondemus, quod licet sit in canone diffinitũ, ut si quis episcoporum in parochia sua monasterium construere uoluerit, & de rebus ecclesię, cui præsidet, ipsum dotare. non amplius ibidem quã quinquagesimam partem, ecclesię uero, quã monasticis regulis informare, uel pro suis propriis magnificare uoluerit sepulturis, non amplius quàm centesimam partem census ecclesiæ, cui præest, debeat elargiri. Quia tamen in eodẽ canone cõsequenter adiungitur, ut hæc temperamenti æquitas obseruetur, quod cui tributit, competens subsidium conferat, & cui tollit, damna grauia non infligat, ea quidẽ cautela seruata, ut unã tantũmodo, quę placuerit, ex his duabus remunerationẽ assumat. Hoc semper est obseruãdum, quod unus episcopus uel alius, non solum non debet amplius, sed nec tantum nec minus cum graui ecclesiæ suę detrimento cõferre, siue simul & semel id facere velit, siue pluries successione eisdẽ uel diuersis ecclesiis conferẽdo. Vnde cum graue detrimentum siue de possessionibus, siue de prouentibus ad episcopalem mensam uel cathedralẽ ecclesiã pertinẽtibus in quantalibet portione cõstiterit esse collatũ, poterit legitimè reuocari, nisi præscriptione uel alia exceptione legitima actio huiusmodi excludat. Nã etsi prima facie præsuma-

sumatur, quod collatio quinquagesimæ uel centesimæ partis graue non inferat detrimentum, quia tamen non solum si sæpe, sed etiam si semel id fiat, ex uariis circumstantiis deprehendi potest interdum ualde damnosum (quod quidē magis potest ex ostensione facti, quàm expressiosè alicuius statuti cognosci) nec quinquagesima, nec centesima semel aut successione debet cū graui ecclesiæ suæ possit amplius etiā quàm per quinquagesimam uel cētesimam partem necessitati alterius ecclesiæ subuenire, quamuis per se non debeat summā excedere à canone præfinitam, per quam incautè largiri uolentibus est occursum, de superioris tamen authoritate pontificis, potest etiam in minori summa inopiæ alterius prouideri.

DE TESTAMENTIS ET ultimis uoluntatibus.

INNOCENTIVS PAPA III. EPIscopo Altisiodorensi.

Tenet testamentum, si quis extremam uoluntatem suam alterius dispositioni committit, & dicitur testatus ad pias causas.

Constit. Lxviij.

Extra li. 3. tit. 26. de Testamentis. c. cūtibi

QVum tibi de benignitate sedis apostolicæ. Et infrà.

In secunda quæstione dicimus, quod qui extremam uoluntatem in alterius dispositione committit, non uidetur decedere intestatus.

Idem C. Tituli Sancti Laurentij in Lucina presbytero Cardinali, apostolicæ sedis legato.

De clericis ecclesia petit episcopus partē suam, licet aliquid fuerit sibi a testatore relictū, nisi eo modo & non in fraudem fuerit relictum a testatore quod maneret ea parte contentus, & legatum agnouerit.

Constitutio Lxix.

Ibid. c. Officij.

QVæsiuisti, cum quis in testamēto reliquit episcopo propriam portionē, & alia multa monasterijs uel ecclesijs, utrum episcopus ex illis legitimam possit petere portionem. Et infrà.

Consultationi tuæ taliter respondemus, quod si portionem illam cum conditione legauit episcopo, ut esset illa sola cōtētus, & episcopus acceptauit, quia per hoc alijs renunciasse uidetur, de cæteris non poterit exigere portionem. Quod si eam ipse absolutè reliquit, portionē sibi debitā poterit nihilominus de cæteris uendicare. Si uerò constiterit quod in fraudem modicum constituit mortuarium, ut in cæteris episcopus debita portione fraudaretur, quia fraus & dolus alicui patrocinari non debet, episcopus portionem ex illis poterit exigere à canone constitutam, salutis indul- 10. q. 1 c. Decernimus.
gentijs Romani pontificis, quæ quibusdam regularibus sunt concessæ.

Idem Innocentius Papa tertius.

Relictum episcopo contemplatione personæ non diuiditur cum ecclesia cathedrali, secus si contemplatione ecclesiæ, siue nihil relinquatur ecclesiæ siue aliquid, siue coniunctim siue separatim. Si autem sola factum est relictum, episcopus habebit portionem canonicam. Præsumitur autem relictum contemplatione ecclesiæ factum, quando fit ab extraneo habenti administrationem, secus si fiat ab administrationem non habēte. Cum ecclesijs uero inferioribus episcopus non diuidit sibi relictum quia non est sibi tanta communio cum ecclesijs inferioribus, sicut cum cathedrali.

Constit. Lxx.

12. q. 1 c. Decernimus. 12. q. 2 c. nobis cōcesso.

REquisiuisti de his quæ testator pro anima sua legat in ultima uoluntate, qualiter sint inter episcopum, & ecclesiam diuidenda. Et quidem regulariter uerū est, quod episcopus debet de his secundum diuersas consuetudines tertiam uel quartam portionem habere, sed considerandū est diligenter, utrū testator leget hoc modo: Relinquo istud episcopo: an, Relinquo istud ecclesiæ,

uel Relinquo istud episcopo & ecclesię an Relinquo istud episcopo, & illud ecclesiæ. In primo casu distinguendū est, utrū relinquatur episcopo ab extraneo aut propinquo. Si ab extraneo, generaliter ueru est, quod præsumitur esse relictum intuitu ecclesiæ, non personæ. Vnde cathedralis ecclesia de illo pōt canonicam petere portionē, quemadmodū episcopi competit sua portio, si aliquid ecclesiæ relinquatur. Et hoc uerū est, nisi testator exprimat, quod uelit illud tātum esse episcopi, non ecclesię. In quo casu seruanda est dispositio testatoris, secus aūt si exprimat, quod uelit esse illud tantū ecclesię, non episcopi: quia priuata dispositio testatoris non pōt generalem cōstitutionē canonis immutare.

12. q. 3. can. Pō tifices. Nec est contrariū quod in canone legitur, uidelicet, quod pontifices quib. ab extraneis aliquid aut cū ecclesia aut se quæstratim dimittitur aut donatur, quia hic ille qui donat pro redemptione animæ suæ, non pro commodo sacerdotis probatur offerre, non quasi suum proprium, sed quasi dimissum ecclesiæ inter facultates ecclesiæ cōputabunt, qm̄ hoc est uerū, cum testator ita sequestratim legat illud episcopo, quod non exprimit, utrum uelit ad episcopum tantū non ad ecclesiā pertinere. Si uero relinquatur illud episcopo à propinquo. nō præsumitur esse relictum intuitu ecclesiæ, sed personæ, nisi fortè contrarium probaretur. Et de isto nihil potest ecclesia petere in uita eius.

Quod si relinquatur episcopo & ecclesiæ, de illo canonica inter ipsos est diuisio facienda.

Si uero istud episcopo & illud ecclesiæ relinquatur, siue æqualia siue inæqualia sint relicta, reducenda sunt ad diuisionem canonicam inter episcopū & ecclesiam cathedralē, nisi ambo uelint esse testatoris dispositione cōtenti, quā propter ultimæ uoluntatis fauorē satis decens est obseruare, ubi neque fraus interuenit neque dolus, nec quisquam nimiū defranderetur debita portione. Secus aūt est, si aliquid legetur episcopo, & aliqua capellis, uel monasteriis aut alijs pijs locis. Nā in hoc casu quod legatur episcopo eius est præcipuū cum ecclesia cathedrali, quēadmodū si cuilibet alij legaretur, & de illis quę aliis leganē portionē canonicā nihilominus obtinebit, qm̄ non est tanta cōio inter ipsum, & inter capellas & monasteria seu alia pia loca, quanta est inter episcopum & ecclesiā cathedralē, cui est spirituali cō iugio copulatus. Vnde quæ acquirit episcopus, non illis, sed isti tātum acquirit.

Illud aūt est generaliter obseruandū circa eum qui pōt proprium possidere, prælationē uel administrationē ecclesię non habentē, quod si ei aliquid relinquatur specialiter, non solum a propinquo, uerumetiam ab extraneo intelligitur esse relictū, non intuitu ecclesiæ, sed personæ, nisi probatio contrariū appareret, & idcirco de illo nec episcopus nec ecclesia potest in uita eius sibi aliquid uendicare, & hoc intelligitur esse uerum, cum fraus minimè procurator, quæ si detecta fuerit, patrocinari non debet.

Idem Episcopo Tuscano.

In bonis patris, matris & Auiæ habet quis debitam iure naturæ, in qua grauari nequit, & filius rogatus de restituenda hæreditate sub conditione, detrahit debitum iure naturæ & Trabellianicam, in qua computantur fructus post litis contestationem percepti.

Constit. lxxi.

RAinutius de Clera duas habens filias, Alterochā uidelicet & Adiectā, matrē in super Cleram & uxorē nomine Adelasiā, in extremis positus condidit testamentū, Alterochæ filię puberi ultra dotem quam ei dederat domū & quendam hortum in eodem testamento relinquens. Adiectæ uero impuberi reliquit cętera bona sua adiiciens ut Alterocha & soboles, quā gestabat in utero, eidē impuberi succederēt, si absq; liberis morereē. Mortuo itaque testatore tutores impuberis eam cū oībus bonis eidē relictis à patre iure *lōbardo cuidam P. nomine tradiderūt, quæ filium ex eo suscipiēs, tandem sine libe-

Ibid. c. Rainutius.

*al. Longobardo.

liberis est defuncta. Cuius bona idē P. maritus eius superstes aliquanto tempore possedit in pace. Qui cum alia muliere contrahens matrimonium, & filios suscipiens ex eadē, die clausit extremū. Postmodum inter Alterocham & filiū eius ex una parte, & filios eiusdem P. & Rainerium tutorem eorum ex altera super bonis prædictis eiusdem Adiectæ suscitata materia quæstionis, cœperūt coram G. iudice Tuscano ad inuicē litigare, coram quo Alterocha, & filius eius bona quondā Rainutii tāquam ex causa fideicommissi uel substitutionis sibi debita petierunt, tutore filiorum prædicti P. ex aduerso dicente, quod obstabat illis annalis præscriptio, usucapio pro dote, ac longi temporis diuturnum silentium. Insuper allegabat, quod de bonis illis tam tertia Cleræ matris testatoris, & tertia Adelasiæ uxoris eiusdē, quàm quarta per Trebellianū nomine ipsius Adiectæ erant ante omnia deducendæ. Dictus uerò iudex supradictum Rainerium tutorio nomine pupillorum in restitutione bonorum Rainutij cōdemnauit. Tertia Cleræ primo deducta, quam Adiectæ ac viro suo donauerat, de qua in substitutione, quā fecit Rainutius, nō uidetur aliquatenus cogitasse. Deducta quoque tertia Adelasiæ quā ipsa P. uendiderat supradicto. præcepit etiam idem iudex de his rebus illas tertias deducendas, de quibus deduci poterant secundū Tuscanæ quæstionem ciuitatis. Deduci præterea quartam per Trebellianum idē iudex iniunxit, cum etiam quilibet extraneus restitutione grauatus eam deducere potuisset, sed utraque pars ab illa sententia prouocauit. Et infra.

Cum autem coram G. diacono cardinali auditore à nobis cōcesso fuisset diutius litigatum, ipse de mandato nostro sententiam supradicti iudicis, uidelicet in eo quod dixit tertiam Cleræ, & tertiā Adelasiæ integraliter deducendas, pronunciauit iniustā, & ab ea legitime prouocatum definiens sic illas tertias deducendas, ut legitima portio iure naturæ debita Alterochæ, illi salua sit in utraque, ad cuius restitutionem dictum Rainerium condemnauit. In eo uerò quod quartam per Trebellianum idem iudex censuit retinendam, sententiam confirmauit eiusdē, ita uidelicet quod fructus de bonis ipsius à tempore litis contestatæ percepti à prædicto P. & filiis eius post mortem Adiectæ computentur in ea. Qui si sufficerint ad quartam & fructus eius, eo nomine deductio alia nulla fieret. Alioquin iuxta quantitatem fructuum perceptorum computationis ratio habeatur. Quia uero pater Adiectæ ipsam in legitima non potuit aggrauare, legitimam ipsam uidelicet eius partis, quæ sibi debebatur ab intestato, deducendam censuit, & etiam retinendā, ita quod deductio fiat tantummodo de his rebus, de quibus secundum Tuscanę consuetudinem ciuitatis fieri cōsueuit. In eo autem quod prænominatus iudex condemnauit Rainutium pupillorum ad residui restitutionem Alterochæ ac eius filio faciendam, ipsius sententiam confirmauit.

Nos igitur eiusdem cardinalis sententiam ratam habentes, ipsam authoritate apost. confirmamus.

DE SVCCESSIONIBVS ab intestato.

INNOCENTIVS PAPA III. Episcopo Murnensi.

Valet testamentum ad pias causas conditum per uerba enunciatiua, etiam propter aliud prolata, quanquam testatio seu successio uenias ad exclusionem alterius ecclesiæ.

Constit. Lxxij.

Extræ li. 3. tit. 27. de successionib. c. cū dilectus filius.

GVM dilectus filius Abbas de Brusia pro causa quā aduersus episcopum Aduenensem habebat, diutius expectasset, Abbas pro posuit antedictus, quod archipresbyter de Alterio ad participationem creationum monasterio de Brusia obtulit se & sua. Et infrà,

Sufficienter intelleximus esse probatum, quod dictus archipresbyter agens

in extremis uelut ultimam exprimens uoluntatem, asseruit se & sua monasterio contulisse. Vndecum requisitus esset, ut conderet testamentũ, respondit se nõ posse testari, quia se & sua contulerat monasterio sæpedicto, ut licet unus testis solus dixerit se uidisse, quando se & sua obtulit monasterio, quia tamen alii testes dixerunt se uidisse ipsum in abbatis præsentia, quod prædictum est constitentem, non tanquam sufficienter probantes, sed tanquã uehementer adminiculantes assertionem abbatis plurimũ adiuuabant.

Quia uero pars episcopi asserebat se posse probare, quod dictus archipresbyter in extremis laborans tãquam phreneticus alienatus erat à mente, unde non uoluit quod expressit, Nos causam illam tibi sub hac forma duximus committendam, quod nisi præfatus episcopus legitimè probauerit sæpedictum archipresbyterum suæ mentis compotem nõ fuisse, cum ultimam uoluntatem expressit, super impetitione monasterii perpetuũ ei silentium imponatur, & compellatur restituere monasterio quæcunque de bonis ipsius archipresbyteri, vel etiam monasterii occupauit. Si uerò legitimè probauerit archipresbyterum, quæ super ultima uoluntate præmissa sunt alienata mente dixisse, ad faciendam ei in nomine parochialis ecclesiæ, cuius ipse administrationem gesserat dum uixisset, restitutionem bonorum quę ipsius archipresbyteri fuerant, monasterium condemnetur cum idem archipresbyter ab intestato discesserit, ipsique monasterio super impetitione episcopi silentium imponatur.

DE SEPVLTVRIS.

INNOCENTIVS PAPA III.

Archiepiscopo Genuen.

Vbi quis sepulchro maiorum relicto eligit sepulchrum in loco minus religioso dolo inductus seu ex contemptu seu non dimissa eccle siæ sinæ canonicæ portione expresse uel tacite, non tenet electio.

Constitutio Lxxiij.

Extra li. 3. tit. 28. de sepulturis cap. Fraternitatẽ. 13. q. 2. c. Hebr. & Vna quæque

FRaternitatem tuam nõ credimus ignorare mortuorum sepulchra & cœmeteria apud illas ecclesias, & monasteria ex antiquo esse dispositа, in quibus religiosorum fratrum conuentus sunt constituti, & orationes atque missarum solennia, tã pro uiuis, quam pro defunctis frequentius celebrantur. Vnde ipsorum deuotioni, & extremæ uoluntati, qui apud huiusmodi ecclesias sepeliri desiderant, minimè contradicendum est. Qui uerò relictis antiquis ecclesijs, & patrum aliorumque parentum suorum sepulchris contra cõsuetudinem patrum ueteris testamenti, qui cum patribus suis sepulti esse leguntur, noua & minus religiosa loca se transferunt, irrationabiliter, & contra antiquã institutionem facere uidentur. Vnde si P. de castello contra antiquam, & rationabilem consuetudinem aliquid de corpore suo sepeliendo mandauit, hoc nõ periudicat rationi, sed uiribus debet carere. Quocirca mandamus, quatenus corpus ipsius monachis sancti Stephani reddi facias, & cum suis patribus sepeliri.

Idem Episcopo Claremontensi, & Abbati Maurienensi.

Priuilegiati super iure funerandi sepelire possunt illos, qui apud eos eligunt sepulturam, soluendo tamen canonicam portionem ecclesiæ parochiali si uero alios sepeliunt, tenentur restituere quicquid occasione funeris receperunt.

Constit. Lxxiiij.

IN nostra præsentia constitutis priore ecclesiæ montis Ferrandi, & procuratore hospitalariorum Claremonten. diœcesis, idem prior proposuit quod prædicti hospitalarii quosdam parochianos suos, quorum duo erant infra annos legitimos receperunt ad ecclesiasticam sepulturam.

Ibid. In nostra

E contra prædictus proposuit procurator, quod tam ex priuilegio, quàm ex indul-

indulgentia speciali licet hospitalariis omnes passi præter excõmunicatos & interdictos ad ecclesiasticam sepulturã recipere, qui apud illos elegerint sepeliri, fideique commissa in ultima uoluntate relicta possunt licenter accipere, soluta tantũmodo quarta parochiali ecclesiæ, de cuius parochia mortuorum corpora assumuntur, præterquam de equis & armis, quæ indulta sunt ipsis in subsidium terræ sanctæ, de quibus quartã deducere non tenentur. Et infrà.

Talem super his duximus sententiam proferendam, quod prædicti hospitalarii de cætero nõ recipiãt parochianos ecclesiæ supradictæ ad ecclesiasticam sepultura, nisi apud eos elegerint sepeliri: & tunc parochialis ecclesia, de oblationibus lectis & aliis quæ defunctus anima sua in ultima dispositione reliquit, præterquam de armis & equis, recipiat quartam partem, & hospitalarii residuum habitant, nisi dolo uel fraude eorum defunctus inductus fuerit ad dispositionem huiusmodi faciendam, nihilominus ipsis hospitalariis iniungẽtes, vt de quarta trium milium solidorũ priori satisfaciant memorato, cum constet eos a parochianis eius illos solidos recepisse, nisi sit sufficienter ostensum, quod eorum obliti uel cõuersi fuissent. Eisdemque præterea duximus iniungendum, quod nisi probauerint quod Guparochianus prioris qui fuit interfectus in campis, apud ipsos elegerit sepulturam, uniuersa quæ ipsius intuitu receperunt, priori restituat memorato, aliquin quartam partem solummodo restituere teneantur. Pro illis uero quos constat infra annos legitimos decessisse, quę sepulturę eorum gratia receperunt, restituant uniuersa.

Idem Archiepiscopo Turonensi.

Casualiter mortuus priuari non debet ecclesiastica sepultura.

Constit. Lxxv.

Ibi. c. Ex parte. EX parte parentum M. nobis est intimatum, quod cum nobilis uir dominus I. de Insula Butardi eidẽ posuisset insidias, quam solicitauerat sæpe de stupro, & ipsa garionibus, qui eam rapere nitebantur, super quendam pontem occurreret: tandem fugiens manus illorũ, in amnem de ponte cadens, fuit casu submersa.

Quocirca mandamus quatenus cum illa non sponte præcipitauerit se de ponte, sed sicut superius est expressum, casu ceciderit corpus eius tradi facias ecclesiasticæ sepulturæ, præsertim cum ex honesta causa fugisse noscatur, & cui communicabatur uiuenti, communicandũ sit iam defunctæ.

Idem Nidrosiensi Archiepiscopo.

Si ossa excommunicatorum sunt sepulta in ecclesiastico cœmeterio, & discerni possunt debent exhumari & proiciialias secus.

Constit. lxxvij.

SAcris canonibus institutum, ut quibus non communicauimus uiuis, nõ communicamus defunctis, & ut careãt ecclesiastica sepultura, qui prius erant ab ecclesiastica unitate præcisi, nec in articulo mortis ecclesiæ reconciliati fuerint. *Ibid. c. Sacris eff. 24. q. 1. can. Achatius, & Maiores*

Vnde si contingat interdum, quod uel excommunicatorum corpora per uiolentiam aliquorum, uel alio casu in cœmeterio ecclesiastico tumulentur, si ab aliorũ corporibus discerni poterũt, exhumari debent, & procul ab ecclesiastica sepultura iactari. Quod si discerni non poterunt, expedire non credimus, ut cum excõmunicatorum ossibus eorpora extumulentur fidelium, cum licet non obsit iustis sepultura nulla uulla uel uilis, impiis tamen celebris uel speciosa non prosit.

Idem Episcopo Magalonensi.

Terra cœmeteriata pro sepultura fodienda uendi non debet.

Constit. lxxvii.

Ibid. c. Abolendæ.

ABolendæ cõsuetudinis peruersitas apud montem Pessulanum, ut dicitur, inoleuit, ut decedentibus non prius permittatur effodi sepultura quã pro terra in sepeliẽdi sunt. certum precium ecclesiæ persoluatur. Et infra. Mandamus quatenus cum loci diœcesanus existas, inhibeas clericis ne quicquam omninò præsumant exigere hac de causa.

DE DECIMIS.

INNOCENTIVS PAPA III. Episcopo Pistorienſi.

Locator uel conductor possessionum tenentur ad decimas, nisi se immunes ostendant.

Constitutio Lxxviii.

Extra li. 3. tit. 30. decimis ca. Alnobis tua.

ANobis tuas fraternitas requisiuit. Et infra. Cum igitur quilibet decimas soluere teneatur, nisi à præstatione ipsarum specialiter sit exemptus, fraternitati tuæ taliter respondemus, quòd à dantibus & recipiunt, decimæ sunt soluendæ. Nisi ab eis ostendatur quare ab huiusmodi sint immunes.

Idem Episcopo Vercellensi.

Imperialis cõcessio sub quacunque forma à solutione decimarum eximere non potest. Et decimæ noualium non pertinet ad laicum qui decimas habet in feudum.

Constit. Lxxix.

Ibid. c. Tua. 16. q. 1. c. Reuertimini Et extra

TVa. Et infrà. Porrò cum laicis nulla sit de spiritualibus concedendi uel disponendi facultas, Imperialis concessio quãtumcunque generaliter fiat, neminem potest à solutione decimarũ eximere, quæ diuina constitutione debentur, nec occasione decimationis antiquæ (licet in feudum decimę sint concessæ) sunt decimæ noualium usurpandæ, cum in talibus non sit extendenda licentia, sed potius restringenda. *li. 3 tit. de Decimis ca. Parochianos.*

Idem Episcopo Vercellensi.

Sine deductione seminis & sumptuum debent dominus & colonus decimam soluere, & non cui uoluerit ecclesiæ uel pauperibus, sed ecclesiæ cui debentur, nec ab hoc excusantur propter malitiam cleri eorum.

Constit. Lxxx.

Ibid. c. Tua nobis.

TVa nobis fraternitas intimauit, quòd quidam laici decimas ecclesiis & clericis tuis peruersis machinationibus subtrahere moliuntur, quidam enim ex eis semen & sumptus qui fiunt in agricultura dicunt primitus deducendos, & de residuo impendendam decimam asserunt. Alii uero de portione fructuum, quam a colonis accipiunt, partem decimæ separãtes, eã capellis suis aut aliis clericis, aut pauperibus conferunt, uel in usus alios pro sua uoluntate conuertunt. Nonnulli etiam uitam clericorum tanquam abominabilẽ detestantes, decimas eis ob hoc subtrahere non uerentur. Et infrà.

Verum si ad Deum, à quo cuncta bona procedunt, assertores huiusmodi debitum respectum haberent, ius ecclesiasticum diminuere non contenderent, nec decimas, (quæ tributa sunt egentium animarum) præsumerẽt detinere. Cum enim Deus, cuius est terra & plenitudo eius, orbis terrarũ & uniuersi qui habitant in eo, deterioris conditionis esse nõ debeat, quã dominus tẽporalis, cuius statutum de terris quas exhibet aliis excolendas, nõ qu dẽ deductis sumptibus, aut semine separato necessario, cũ integritate persoluitur, nimis profecto uidetur iniquum, si decimę duas Deus in signũ uniuersalis dominii sibi reddi præcepit, suas esse decimas & primitias asserens, occasione præmissa uel excogitata magis fraude diminui ualeãt cum Deo debita sit solutio decimarum, *16. q. 1. ca. Decimæ Ps. 23. 16. q. 1. c. Reuertimini.*

in

in tantum ut ad eas clericis exhibēdas, quibus eas ipse pro suo cultu concessit, Laici si moniti reddere noluerint ecclesiastica sunt districtione cogendi. Et cū de cunctis omninò prouentibus decimę sint reddendæ, sicut colonus de parte fructuum, quę sibi remanet ratione culturæ, sic & dominus de portione, quam percipit ratione terræ decimam sine diminutione reddere tenetur. Prętextu uero nequitię clericorum nequeant eas (nisi quibus ex mandato diuino debentur) pro arbitrio erogare, cum nulli sit licitum aliena cuiquam concedere, pręter domini uoluntatem. Et infra.

ù6.q.1. ca. In canonibus.

Quoniam igitur pati nolumus, ut ecclesiarum, & clericorum iura persumptione qualibet minuantur. Mandamus quatenus omnes qui ratione personarū aut etiam prędiorum decimas ecclesiis & clericis tuę diœcesis exhibere tenentur, ad eas cum integritate reddendas appellatione remota compellas.

32. dist. c. Præter hæc.

Idem Abbati Sanctæ Columbæ Senensis.

Priuilegium super decimis non soluendis ecclesiasticis personis concessum noualia comprehendit.

Constit. Lxxxi.

EX parte tua. Et infra. Cū tibi quod maius est, sit concessum, vt uideli cet decimas de laboribus terrę parochiarum tuarū integritate percipias, de noualibus eas exegire satis potes, quia ubi maius conceditur, minus concessum esse uidetur.

Ibid.ca. Ex parte. 12.q.1.c. Præcipimus

Idem Episcopo Elien si.

Negociator de lucro decimam soluit, deductis expensis quas fecit de pecunia decimata, ex pensæ uero quæ fiunt pro habendis fructibus, non deducuntur, & de fructibus soluitur decima, etiam non deductis expensis talis pro re restauranda.

Constit. Lxxxii.

PAstoralis officii. Et infra. Explicari postulasti, utrum quis possit de molēdinis & pistariis necessarias expensas deducere, priusquam soluat decimas ex eisdem, sicut est in negociatione concessum.

Ibid.c. Pastoralit.

Ad quod respondemus, quod licet circa res acquisitas uel factas de pecunia decimata, cum ipsæ uenduntur, credamus deducendas expensas, & de residuo quasi de lucro decimas persoluendas, ut si uenduntur domus, ager, uinea, clibanus molendinū, grex, aut quælibet merces.

Expensas tamen, quæ fiunt pro fructibus percipiendis ex illis, de quibus fructus prouenium, non credimus deducendas, etiam si fuerint decimatæ, quoniā salua decima fructus efficiuntur eorum, qui faciunt ipsas expensas, fructus autē ipsos alienari posse non credimus, nisi cum onere decimarum, nec pro restaurādo detrimento quarum libet rerum, ex quibus decimę persoluuntur, credimus deducendas expensas de prouentibus decimandis, quia penes dominum res permanēt restauratæ, vt si pars aliqua moriatur armenti, deterioretur ninea, portio mercis depereat, totus clibanus destruatur.

Idem Innocentius Papa tertius.

Qui præscribit decimas in aliena parochia si ibi insurgunt noualia, ipsorum decimas non habebit.

Constit. Lxxxiii.

CVm contingat interdum in tua diœcesi. Et infra. Cum in quibusdam parochiis ad quasdam ecclesias uel personas ecclesiasticas ab antiquo pertinet perceptio decimarum, & de nouo fiāt noualia in eisdem, quæris a nobis, ad quam huiusmodi noualium decima incipiat pertinere.

Ibid.ca. Cū contingat.

Vnde inquisitioni tuæ taliter respōdemus, qđ cum perceptio decimarū ad parochiales ecclesias de iure cōmuni pertineat, decimæ noualiū, q̄ fiūt in pa-

16.q.1. c. Statuimus.

chiis eorundem, ad ipsas proculdubio pertinere noscuntur, nisi ab his qui alias percipiunt decimas, rationabilis causa ostendatur, per quam appareat noualiũ ad eos decimas pertinere.

Idem Episcopo Beluacensi.

Decima omnium fructuum prædij debetur ei, qui decimas illi præscripsit. sed ad aliud prædium præscriptio non extenditur.

Constit. lxxxiiii.

Ibid. c. Cum in tua.

CVm in tua diœcesi quædam monasteria & cõuentuales ecclesiæ in multis parochiis maiores decimas percipiant & minutas, de quibusdam fructibus annuatim perceptis non fuerunt decimæ persolutæ. Et infra.

Respondemus, quod si fructus prædicti de illa terra proueniũt, de qua monasteria uel conuẽtuales ecclesiæ aliquos percipiebant ratione decimarum prouentus, eis proculdubio decimę fructuũ debentur eorum, cum ipsis terra illa ab antiquo fuerit decimalis, & non debeat una eademque ecclesia diuerso iure cẽseri alioquin parochialib. ecclesiis exoluantur, ad quas de iure communi spectat perceptio decimarum.

Idem Episcopo Vesprimensi.

Laici ecclesias uel decimas donare non possunt, etiam si sunt reges, nec ex eorum titulo præstatur causa præscribendi.

Constit. lxxxv.

Ibid. c. Dudũ.

DVdum aduersus fratres Hierosolymitanos hospitalis sancti Stephani te proponente in nostra præsentia quæstionem, quod ipsi decimas de laboribus rusticorum suorum Vesprimensi ecclesiæ debitas non permitterent tibi solui. Et infra.

Comparentibus igitur te ac ipsis statuto termino coram nobis, G. presbyterum Cardinalem tibi & eis concessimus auditorem: coram quo decimas terrarum, quæ per rusticos hospitalis in Vesprimen. diœcesi excoluntur, & de chirographa de nouacularia ecclesias, quæ per ipsos hospitalarios detinentur, intentione tua de iure communi fundata petisti. Prior autem hospitalis in prædictis decimis & ecclesiis præscriptionem allegans, proposuit se nõ teneri tibi super his respondere. Quod cum per audi torem ad nostram audientiam peruenissent, mandauimus, quod idem prior præscriptionis titulum, quem allegauit, probaret, qui B. regis ac reginæ Vngariæ priuilegia exhibuit, qui ecclesiam sancti Stephani, ad quam dictæ ecclesiæ cũ eisdem decimis pertinebãt, in perpetuã eleemosynam hospitali donationis titulo concesserunt, confirmationis Clementis Papæ prædecessoris nostri scriptum exhibens, per quod probare uolebat concessionem prædictam plenum habere uigorem. Et infrà. 16. q. 7. c. Omnes basilicæ

Cæterum ex parte tua fuit propositum, quod in decimis & ecclesiis à rege & regina donatis præscriptionem non poterat opponere pars aduersa, quę nec à donatione ipsorum initiũ habere poterat, nec à confirmatione præfata tãtũ efluxit temporis, quod possit præscriptio confirmari, & sic donationis regis ac reginæ allegatus titulus nullus erat, cum sacrilegii crimen incurrat, qui ecclesias uel ecclesiasticum aliquid de manu receperit laicali. Et infra. Nos igitur, cum donatores prædicti conferre non potuerint aliis, quę ipsi de iure non poterans possidere, & per cõfirmationem prædicti Clementis super ecclesia S. spiritus hospitali cum decimis & aliis pertinentibus ad se factam, etiamsi authentica appareret, iuri episcopali nullatenus derogetur: sententialiter prohibemus, ne fratres hospitalis præsumant ulterius impedire, quo minus decimas percipias memoratas & pacificè possideas in futurum. 16. q. 7. cap. Si quis deincepr. Ibi. c. 9. 85. dist. c. Florentinorũ.

DE

DE REGVLARIBVS & transeuntibus ad religionem.

INNOCENTIVS PAPA III. Episcopo & Capitulo Targilensi.

Furiosus profitendo non obligatur, nisi factus sanæ mentis ratum habuerit.

Constit. Lxxxvi.

Extra l. 3. ti. 33 de regularibus. c. Sicut tenor.

SIcut tenor literarum. Et infra. Consultationi tuæ taliter respõdemus quod licet ista duo inter se repugnantia uideãtur, ut quis quam scilicet sit extra se positus, & de presenti uita desperẽt, si tamen eo tempore, quo P. sacerdos lator præsentium positus extra mẽtẽ asseritur, indutus fuit habitu monachali, cũ alienatus non sentiat, ac per hoc nõ ualeat cõsentire, eũ denuncietis ab obseruatione monastici ordinis absolutum, nisi postquam mentis suæ est compos spontanea uoluntate professionem fecerit monachalem.

Idem Pisano Archiepiscopo.

Professio ne fieri nec recipi debet infra tempus probationis, sed facta & recepta tenet.

Constit. Lxxxij.

Ibid. c. Ad apostolicã. 17. q. 2. Consuldus.

AD apostolicam sedem. Et infrà. Cũ monachũ fieri ante unius anni probationem regularis institutio interdicat Et infra. Quæstionibus tuis aliter respondemus quod licet tempus probationis a sanctis patribus sit indultum, non solũ in fauorẽ cõuersi, sed etiam monasterii, ut & ille asperitatis istius, & istud mores illius ualeat experiri (quod utrumque est diligenter obseruandum, præsertim cum ab utroque de reliquo facta certa notitia non habetur) si tamen ante tempus probationis regulariter præfinitum, is qui conuertitur desiderat, habitum recipit, & professionem emittit, abbate per se uel per alium professionem recipiente monasticam & monachalem habitum concedente, uterque renuncia re uidetur ei, quod pro se nascitur introducturi, ideoque obligatur pro confessionem emissam pariter & acceptam ad obseruantiam regularem, & uere monachus est consensus, quia multa fieri pro hibentur quæ si facta fuerint obtinent firmitatem. *17. q. 1. c. Nos nouimus.*

Prohibendum est abbatibus, ne passim ante tempus probationis quoslibet ad professionem recipiant, & si contra formã præscriptam quoslibet indiscrete receperint, animaduersione sunt debita corrigendi, cũ in subsidium fragilitatis humanæ spatium probationis sit regulariter institutum. *19. q. 4. c. Monasteriis.*

Idem Aconensi Episcopo.

Qui professionem fecit, licet in claustro nunquam permansit, sed in seculo, & suis bonis usus fuerit, ad obseruantiam regularem compellitur.

Constit. Lxxxviij.

Ibid. c. Sicut nobis.

SIcut nobis fuit propositum, quidam clericus cum ægritudine nimia laboraret, quasi de morte securus, de recuperanda sanitate desperans habitum can. regularium petiit & accepit, sed nec ad ecclesiam transit, nec bonis suis ut cessauit, uidentibus scientibus episcopo & canonicis ecclesiæ Negaren. a quibus habitum susceperat regularem. Et infra Fraternitati tuę taliter respondemus, quod si regularem habitum se postulante susceperit, & ad obseruationem religionis canonicæ sua se professione ligauit, ad resumendum habitum ecclesiastica est districtione cogendus, eum quod tanto tempore extra canonicam manserit, nõ in excusationẽ eius, sed in maioris transgressionis augmentum merito ualeat allegari. *33. q. 5. c. Quod Deo.*

Idem

Idem Priori & Conuentui Dimolienſi.

Poteſt religioſus zelo ſanctioris uitæ ad religionem tranſire ſtrictionem, petita prius licentia prælati ſui, licet non obtenta, etiam ſi primum monaſterium ſit priuilegiatum, quod de illo ad aliud etiam arctius tranſire non poſſit.

Conſtit. Lxxxix.

Ibid. c. Licet quibuſdam 19. q. 3. c. Statuimus. 1. Cor. 7 21. q. 1. ca. 1. 2. Cor. 7. Rom. 8.

LIcet quibuſdam monachis & cànonicis, nec non & hoſpitalarijs, & tẽplarijs à ſede apoſtolica ſit indultũ, ne poſtquam aliquis profeſſus fuerit apud eos, ad alium locum poſſit ipſis inuitis, arctioris etiam religionis obtentu tranſire, ut unuſquiſque ſecundum apoſtolum in ea uocatione permaneat, in qua dinoſcitur eſſe uocatus: quia tamen ubi ſpiritus Dei eſt, ibi libertas, & qui Dei ſpiritu aguntur, non ſunt ſub lege, quia lex non eſt poſita iuſto: ea ratione uidetur hoc illis fuiſſe conceſſum, ne quis ex temeritate uel leuitate in iacturam uel iniuriam ſui ordinis ſub prętextu maioris religionis ad alium ordinem tranſuolaret, ſicut frequẽter a multis conſtat eſſe præſumptum: non quidem ut ei trãſeundi licentia denegẽtur, qui eam cum humilitate ac puritate duxerit poſtulandam, ut nõ fictè, ſed uerè ad frugem melioris uitæ ualeat trãſmigrare. Talis ergo poſtquam a prælato ſuo tranſeundi licentiam poſtulauerit, ex lege priuata, quæ publicæ legi præiudicat, abſolutus, liberè poteſt ſanctioris uitæ propoſitum adimplere, non obſtante proteruа indiſcreti contradictione prælati, quia priuilegiũ meretur amittere, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate: cũ ẽt Romanus Pontifex, qui ſupremam in eccleſia obtinet poteſtatem, archiepiſcopis & epiſcopis cedẽdi licentiam ex iuſta cauſa petentibus ſine difficultate cõcedat.

11. q. 3. c. Primilegium Et 74. diſt. ca. Vbi iſta

Quocirca nouerint uniuerſi, quibus huiuſmodi priuilegium eſt conceſſum, ſe ad concedendam licentia tranſeundi taliter poſtulantibus de iure teneri, quia ſicut ſubditus a prælato, cũ humilitate & puritate debet tranſeundi licẽtiã poſtulare, ne bonum obedientiæ contẽnere uideatur, ſic profecto prælatus ſubdito ſine difficultate & prauitate qualibet debet tranſeundi licẽtiã indulgere, ne uideatur propoſitum impedire diuinitus inſpiratum. Si uero probabiliter dubitetur, utrum, quis uelit ad ordinẽ arctiorem aut laxiorẽ, ex charitate an ex temeritate, tranſire, ſuperioris eſt iudicium requirendum, ne fortè angelus ſatanæ in lucis angelum ſe tranſformet.

11. q. 1. c. Verum nit. 3. Cor. 11.

Illa ſemper regula inuiolabiliter obſeruata, ut nullus abſque licentia Romani Pontificis præſumat occaſione quacũque deſerere præſulatum, quoniã ſicut maius bonum minori bono præponitur, ita cõmunis utilitas ſpeciali utilitati præfertur, & in hoc caſu recte præponitur doctrina ſilentio, ſolicitudo cõtemplationi, & labor quieti. Ad quod utique deſignandum unigenitus Dei filius Ieſus Chriſtus nõ de Rachele ſecundum carnẽ natus eſt, ſed de Lya, nec legitur eũ in domũ ſuã Mariã recepiſſe ſed Martã. Vnde quando põt epiſcopus prodeſſe pariter, & præeſſe, nõ dẽt cedẽ di licentiam poſtulare, aut ẽt obtinere,

7. q. 1. c. Scias. Lu. 16.

Cum ergo R. monachus ueſtẽr ad fratres Ciſtercienſis ordinis tranſmigrauerit, non ut ordinis ueſtro aliquatenus derogaret, ſed ut apud eos uitam ducere arctiorẽ, Mandamus quatenus ſuper eo, quod de corde puro & cõſcięntia bona, & fide non ficta feciſſe, dinoſcitur, eũ nullatenus moleſtetis, quia charitas eſt fons proprius, cui non communicat alieno.

1. Tim. 1.

Idem Præpoſito & Decano & ſcholaſtico Demerenſibus Colonenſis diœceſis.

Coniuger religionẽ profitẽdo ab inuicẽ diuerte re poſſunt. aliter ſi ſe abiurant, & nõ cõtinẽt, illicitum eſt iuramentum.

Conſtitutio xc.

Ibid. c. Veniens ad.

VEniens ad apoſtolicam ſedem S. mulier, ſupplici nobis, inſinuatione monſtrauit, quod cum matrimonium, cum E. in facie eccleſiæ contraxiſſet, & diutius

diutius cohabitasset eidem, orta est dissentio inter ipsos. in tantū, ut quod de inceps alter non requireret alterum, uterque corporaliter præstitit iuramentū hanc uir ipse diuortij causa assignans, ꝙ quandam ipsius mulieris amitā cognouisset, antequam eam in uxorem, Quod licet assererent, quam plurimi, non fuit super hoc ecclesiæ facta fides. Cum autem postmodum ad secunda uota conuolasset uterque, secūdo uiro uiam uniuersæ carnis ingresso, priore superstite, dicta mulier se fecit in arcto loco ad pœnitentiam agendam includi, postulans, ut ei dignaremur impendere consilium salutare.

Nos igitur attendentes, quod illud fuit illicitum iuramentum, mandamus, quatenus præfatum uirum monitione præuia compellatis, ut ea quam superduxit exclusa, præfatam mulierem recipiat audituri postmodum, si quid fuerit quæstionis. Si uero contra matrimonium nihil fuerit ostensum, & uir seculo derelicto maluerit ad regularem uitam migrare, uos ei super hoc licentiam tribuatis, ut & illa in suo proposito possit permanere.

Idem Abbati de Affligenensi. & & magistro R. & G. canonicis Treiecensibus.

Qui est monasterium conuertitur sumendo habitum nouitii, potest infra tempus probationis redire ad seculum, nisi appareat, eum uitam uoluisse mutare omnino.

Constit. xcj.

Ibid. c. Consulti sumus.

CONsuluit sumus frequenter a multis, utrum is qui monasterium ingressus est habitum sumendo nouitii, si ante professionem emissam infra tēpus probationis exire uoluerit, licite possit absque apostasiæ nota, uel noxa præsertim cum debita morum correctione, ad seculum remeare.

Licet autem super hoc senserint diuersi diuersa, nos tamen credimus distinguendum, utrum is qui cōuertitur proposuerit absolute uitam mutare, ut sub habitu regulari omnipotenti Deo de cetero famuletur, an conditionaliter experiri obseruantiam regularem, ut ita demum sit infra annū sibi placuerit, profiteatur ordinis disciplinam: aut si forte non placuerit, moribus emendatus ad statum reuertatur pristinum. In primo casu debet, ut regulariter uiua, ad laxiorem saltem regulam pertransire, si secūdo potest ad seculum, non tamen ut uiuat seculariter, remeare. Vt ergo quæ sit eius intētio plenius agnoscatur propositū suū in principio protestetur.

Idem Innocentius Papa tertius.

Qui infra annum probationis non facta professione redit ad seculum licite potest ad ordines & beneficia promoueri.

Constit. xcij.

Ibid. c. postulasti.

POstulastis. Et infra. Tertio quæsiuisti, utrum illi, qui in annis minorib. constituti nouitiorum habitum susceperunt, & infra annum postmodum non facta professione, ad seculum sunt reuersi, & episcopis suis hoc scientibus ad sacros ordines sunt promoti, sustineri debeant in illis ecclesijs ministrare, in quibus sunt ab eisdem episcopi instituti.

Nos fraternitati tuæ taliter respondemus quod propter hoc non sunt ab ecclesiis ipsis amouendi, sed in eis possunt libere ministrare.

DE CONVERSIONE coniugatorum.

INNOCENTIVS PAPA III. Archiepiscopo Pisano.

Vxoratus religionem intrare non potest, nisi et uxor ingrediatur, uel nisi suspecta non sit, et continentiam promittat.

Constit. xciij.

Extra l. ti. 12. de conuersione coniugat. c. Ad apostolicam sedem.

AD apostolicam sedem. Et infra. Cum autem uir & uxor una caro sint per copulā effecti, nec pars cōuerti possit ad dñm, & altera in seculo remanere, profecto non est alter coniugum recipiendus ad obseruantiā regularē, nisi reliquus perpetuam

tuam continentiam repromittat, sed & uitam debet mutare, nisi fortè sit eius ætatis, ut sine suspicione incontinentiæ ualeat in seculo remanere.

Idem Archiepiscopo Lugdunensi.

Per religionis professionem, non per propositum castitatis seruandæ in seculo dissoluuntur sponsalia de præsenti.

Constit. xciiij.

Ibid. c. Exparte

EXparte tua est intimatum, quod cum quædam mulier uelum uiduitatis coram duobus abbatibus assumpsisset, benedictione solenni cum celebratione Missæ ac litania, sicut debuit, accedente, quidam nobilis proponebat se prius mulierem ipsam mediantibus internunciis per uerba de præsenti, arra etiam interposita desponsasse. Et infra.

At illa se in illum consensisse confessa, dixit, quod audierat eum esse lepra percussum, & ob hoc eius fuerit abominata complexus. Et infra.

Nos autem inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod etsi possit non incõsultè uideri, quod ex quo matrimonium inter legitimas personas per uerba de præsenti contrahitur, illis uiuentibus, in nullo casu possit dissolui, ut uiuente reliquo alter ad secunda uota transmigret, etiam si unus fidelium, inter quos est ratum coniugium, fieret hæreticus, & nollet permanere cum altero sine cõtumelia creatoris, nisi fortè secus fieret ex reuelatione diuina, quæ superat omnem legem, sicut à quibusdam sanctis legitur esse factum. Nos tamen nolentes à prædecessorum nostrorum uestigiis declinare, qui respondere consulti, antequam matrimonium sit per carnalem copulam consummatum, licere alteri coniugum reliquo inconsulto ad religionem transire, ita quod reliquus extunc legitimè poterit alteri copulari, hoc ipsum tibi consulimus obseruandũ in articulo prænotato, quamuis falsa sit causa, per quam ad susceptionem ueli prædicta mulier est inducta, cum sine qualibet tali causa idipsum religionis cotentu facere potuisset.

19. q. 2. cap. Duæsũt

Porro licet prædicta mulier uideatur in ueli susceptione religionis habitum assumpsisse, si tamen uelit domo propria remanere, quasi propositum castitatis in seculo seruatura, nihilominus consummandum est matrimonium iam contractum, nisi se uoto astrinxerit ad obseruantiam regularem, in quo casu compelli potest, ut relicto seculo religionis propositum exequatur.

Idem Rudinensi Episcopo.

Maritus factus monachus à coniuge adultera reuocari non potest.

Constit. xcv.

Ibid. c. Constitutus.

COnstitutus in presentia nostra H. sua nobis confessione monstrauit, quod in acoluthatus ordine constitutus, quandam puellam R. nomine in facie ecclesiæ duxit uxorem, quam cũ carnaliter cognouisset, orta discordia inter eum & amicos puellæ, ipsa fuit cuidam alii V. nomine copulata, & tu memoratum H. usque ad gradum sacerdotii ordinasti. Cum autem eum sua conscientia remorderet, habituu ordinis Cisterciensis assumpsit. Et infra.

Ideoque mandamus, quatenus, si res ita se habet, prædictam mulierem, ut a dicto V recedat, cui per adulterium est coniuncta, nec prædictum monachum inquietet, quo minus regulare uotum ualeat adimplere, per censuram ecclesiasticam cogere non omittas.

Idem Episcopo Pictauiensi & Abbati de Boribard. Pictauiensis diœcesis.

Vxor non potest repetere maritum, de cuius licentia religionem intrauit, si post ingressum non concinuit, licet ad consentiendum, seu ad dandam licentiam dolo fuit inducta.

Constit. xcvi.

Ibid. c. Veniẽs.

VEniens ad præsentiam nostram L. nobis intimauit, quod cum olim intrandi monasterium propositum concepisset, pluribus sacerdotibus præsentibus, apud uxorem suam institit, ut super hoc suum impartiretur assensum. Et inf

Ipsa

Ipsa demum tam ipsius, quàm multorũ astantiũ precibus fletibusq; deuicta, caput eius altari supposuit manu sua, qui ea præsente tonsuratus, ibidem monasterium adijt, & finito probationis tempore, professionem fecit solenniter monachalem. Illa uero in seculo remanẽs, inhonestos amatores admisit. Et infrà.

Quocirca mãdamus, quatenus, si ita est, prædictum L. in monasterio, quod intrauit, perseuerare liberè permittatis. Licet enim in hoc uideatur non modicum deliquisse, quod captiosè asseruit, quia nisi sibi eadem mulier consentiret, tam sibi quàm toti mundo se inutilem redderet, & cum presbyteros exorauit, ne prædictæ mulieri exponerent, quod eãdem relinquere seculum oporteret, si fortè licentiam daret uiro, ex quo tamen eadem caput uiri altari sponte suppositum, & postmodum non continuit: super reuocatione ipsius nõ est aliquatenus audienda, cum ipsius intentio exceptione possit commissæ fornicationis elidi, maxime cum antequam fuerit fornicata, ipsum non duxerit repetendum.

Innocentius Papa tertius.

Vxor maritum professum repetere potest, nõ obstante licentia profitendi ab metu extorta.

Constit. xcvij.

Ibid. c. Accedẽs ad

ACcedens ad præsentiam nostram A. mulier proposuit, quod cum V. uir eius eã sibi matrimonio copulasset, uolens tandem idem uir habitum assumere monachalem, postulabat humiliter ab eadem, ut tam pio proposito raueret ipsius, quę propter multa uerbera, & alia grauamina, quæ dictus uir inferebat eidẽ, se ipsam asserens dimissurũ annuit uotis eius. Cumque idẽ in domo de Vader, Cisterciensis ordinis religionis habitum assumpsisset, mulier in domo monialium nullo ibi habitu religionis assumpto, uel uoto conuersionis emisso, permansit. Processu uero temporis, cum idem uir ad seculum rediens religionis habitum reliquisset, eadem mulier se instanter ab ipso petijt reassumi. Et infrà. Quocirca discretioni uestræ mandamus, quatenus, si ita res se habet, dictum uirum, ut eam recipiat, eiq; affectum exhibeat coniugalem appellatione remota cogatis.

Idem Episcopo & Decano & thesaurario Lingonensibus.

Vxor professi quæ dedit uirolicentiam profitendi, non compellitur ingredi religionem, si continens est, & non suspecta.

Constit. xcviij.

Ibid. c. Significauit.

SIgnificauit nobis A. mulier, quod cũ ipsa F. uiro suo coram decano sancti Quiriaci uice archiep. scopi Senonen. in hac parte fungente licentiam concesserit religionem intrandi, continentiæ tamen uoto eidem iniuncto, & recepta fide ab ipsa, quod perpetuo cõtineret, idẽ decanus post factam professionem à uiro prædicto in monasterio, in quo habitum assumpserat monachalem, asseruit ipsam debere religionem intrare, quamquam id primo non expressisset eidem, & hoc expresso illi licentiam non dedisset. Et infrà. Quocirca mandamus, quatenus, si ita est & est talis ætatis, de qua suspicio haberi nõ possit, ipsam uotum continentiæ obseruantem intrare monasterium compelli non permittatis inuitam.

DE VOTO, ET VOTI Redemptione.

INNOCENTIVS PAPA III. Archiepiscopo Strigonensi.

Executio uoti ultramarini authoritate Papæ potest ex causa differri.

Constit. xcix.

Extra l. 3. ti. 34 de uoto & uoti redẽpt. ca. Non est uoti.

NOn est uoti dicendus transgressor, qui, quod uoluit, authoritate sedis apostolicæ distulit adimplere. Sanè significauit nobis res Vngariæ, quod cum in regni perturbatione consilium, & auxilium tuũ sibi senserit hactenus profuisse, utilitati eius non modicum derogaret, si Hierosolymam, sicut ex uoto teneris, regno pergeres impacato. Et infra.

Ideoque

Ideoque mandamus, quatenus non prius iter arripias Hierosolymã adeũdi, quàm regnum ipsum fuerit tranquillitati pristinæ restitutum, uel super hoc receperis ab apostolica sede mãdatum.

Ecclesiæ compellit hæredem laicum per excommunicationem & bonorum subtractionem ad executionem uoti ultramarini, ad quod se obligauit pro defuncto.

Licet vniuersis liberũ sit arbitriũ in uouendo, usque adeo tamen solutio necessaria est post uotum, ut sine proprio salutis dispẽdio alicui nõ liceat resilire.

Accepimus siquidẽ, quod cũ rex Vngariæ pater tuus agens in extremis uotũ quod uouerat domino Hierosolymitanam prouinciam in forti manu, humili corde uisitare, sub interminatione maledictionis paternæ cõmiserit tuæ fidei exequẽdum, & tu assumpto crucis signaculo te impleturum sine dilatione qualibet promisisti. Et infrà. Mãdamus, quatenus postpositis cæteris solicitudinibus, usque ad festum Exaltationis sanctæ crucis debitum acceptæ crucis exoluens, propositum iter arripias, & humiliter prosequaris. Ne, si onus tibi a patre iniunctũ, & à te sponte susceptum occasione qualibet detractaueris, paterna te reddas successione indignum, & hæreditatis emolumento priueris, cuius recusaueris onera supportare, sciturus ex tunc anathematis te uinculo subiacere, & iure quod tibi, si dictus rex sine prole decederet, in regno Vngariæ competebat ordine genituræ, priuandum, & regnum ipsum ad minorem fratrem tuum appellatione postposita deuoluendum.

11.q.1. c. Siluester.

Idem Trecensi Episcopo.

Commutat Papa uotum ultramarinum in uigilias, orationes, & ieiunia: tunc maxime, cum cessat causa, quæ induxit ad uouendũ, ita etiam quod expensæ fiendæ, in eũdo, morando, & redeundo integraliter mittantur in terræ sanctæ subsidium.

Constit. C.

Ibid. c. Magnæ deuotionis.

MAgnę deuotionis. Et infrà. Cũ Trecensis ecclesia contra libertatem ecclesiasticã grauaretur, nec per alium quã per comitẽ Cãpaniæ in ultramarinis partibus cõstitutũ, eidẽ ecclesię ea deres posse de facili subueniri, ad ipsum proposuisti accedere, ac in signũ peregrinationis & deuotionis terræ Orietalis crucẽ dominicam assumpsisti. Et infra.

Quamuis autem audita morte ipsius intentionẽ tuam cõspiceres iam frustratam, noluisti tamen sine cõsilio apostolicæ sedis ad propria remeare, sed ingressus vrbem intentionis tuę propositum ac statum Trecensis ecclesiæ nobis humiliter expressisti. Et infra.

Et quidem tria præcipuè in hoc duximus negocio attendenda: Quid liceat secundum equitatẽ, quid deceat secundũ honestatẽ, & quid expediat secundũ utilitatẽ. Sanè non uidebatur contra uotũ licitum ut uenires, quũ uox clamet Prophetica: Vouete & reddite domino deo uestro, & primum ad consilium, secundũ ad imperiũ referatur. Sed nec decens uidebatur, cum sit scriptum in Euang. Nemo mittens manum ad aratrũ, & respiciens retro, aptus est regno Dei, &c. Præterea non uidebatur expedire, cũ ex absolutione tua scandalũ posset laicorũ mẽtibus generari, dicẽtiũ: Vbi est Deus clericorũ? & hoc exemplo credentiũ se ad uoti obseruantiã nõ teneri. Quod. n. agitur à prælatis, facile trahitur à subditis in exemplũ, iuxta quod dominus inquit ad Moysen in Leuitico: Si sacerdos qui est unctus, peccauerit, faciet delinquere populum. Verum ętatis uitę senescentis defectus atque canicies, quæ uix labores & dolores suos tolerare possunt in contrarium allegabant, & ecclesiæ Trecensis suspiria, cui uinculo pastoralis solicitudinis es ligatus, sine cuius assensu uotum peregrinationis emittere forsitan non debueras. Et infrà.

11.q.1. c. aliud. Psa.75 Luc. 9. 26.q.vl ti. can. Nẽ ob seruitii. 11.q.3. c. Præcipue. Leui.4 7.q.1. c. Præsentiũ. De cõse. dist.6.c. Nõ oportet.

Ipsum ẽt uotũ, quod ex sui forma sanctũ & honestũ erat, ex persona uouẽtis minus licitũ uidebatur. Quum. n. iuxta canonica instituta, clericus absque sui licẽtia episcopi peregrinari nõ debeat, & episcopus non minus, imo potius sedi apo. sit astrictus, uideri merito poterat, quod absq; generali uel speciali licẽcia uotũ peregrinationis, quod te tã diu absentares, emittere non deberes. Et infrà.

Cum

Exo.13 Exo.22 Num.8 Deu.15 Psa.62 Mat.15 11.q.3 ca. inter verba.

Cum igitur in lege ueteri, in qua nō minus præceptum domini obligabat, quam uotum hodie obliget, in ecclesia primogenita, quæ domino mandabantur offerri, quædam domino redderentur, ut primogenita leuitarum, quędam redimerentur, ut aliarum tribuum, quædam commutarentur in aliud, ut primogenitum asini, qui pro oue cōmutabatur: ex hoc attendentes, quod uotū cōmutari potest, in opus aliud pietatis non curantes, quod os loquentium iniqua loquatur, dum tamen non recedamus a tramite ueritatis, de illius authoritate securi, qui cum audisset a discipulis, Nōne scis, quia pharisæi audito hoc uerbo scandalizati sunt? Respondit, Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum: tibi pro te & famulis tuis licentiam concedimus, uotum peregrinationis taliter commutare, ut expensas quas fueras in eundo, morando & redeundo facturus, alicui religioso committas in necessarios usus terræ illius sine diminutione qualibet transferendas. Et infrà.

Laborē ēt laboribus recōpenses, soli citius instando uigiliis, deuotius uacans orōnib. & in ieiuniis fortius te exercēs. Ad hāc aūt indulgentiā tibi faciēdā specialiter nos induxit, quod cū pro liberta te Trecē. ecclesiæ per dictū comitē assequēdā, p̄cipue uotū peregrinationis emiseris, eo sublato de medio, ga cessauerāt causæ, facilius cessare potuit & effectus.

Idem Cantuaricēsi Archiepiscopo.

Impedito ad tempus exequi uotum ultramarinum conceditur dilatio, perpetuo uero impedito indicitur redemptio in eo quod magis expediat terræ sanctæ.

Constit. Cj.

Ibid. c. Quod super his.

QVod super his. Et infrà. Quæsiuisti de his, qui pro succursu terræ sanctæ signo crucis assumpto, p̄p̄ infirmitatē, uel paupertatē, uel aliam iustam causam uotum non possunt utiliter adimplere, quum sine distinctione receperis in mādatis, ut eos, qui signum crucis assumptum abiecerūt, ad resumptionem ipsius & executionem uoti compellas.

Nos autem inquisitioni tuæ taliter respōdemus, quod debiles & inopes magis illuc in defectum, quàm ad profectū accedunt, cū isti pugnare nō possint, & illi mendicare cogantur, nisi fortè sint nobiles & magnates, qui secū suis expēsis bellatores adducant, uel artifices & agricolæ, qui de laboribus suis sibi possint acquirere necessaria, & terræ subsidia ministrare, quamuis non multi taliū propter breuitatē possessionū, & paucitatē inhabitantium, ibi sint opportuni.

Vnde credimus distinguendū inter illos qui tēporalem, & eos qui perpetuā impedimēti causam credunt habere, qđ primis indulgenda est dilatio, secundis aūt est redēptio iniungenda, ac rerū facultate pensata, quas possunt aut quas facturi essent expensas, personarū prætera compensato labore, in subsidiū terræ sanctæ transmittant, exequentes per alios, quod per se nequeunt adimplere.

Rursus inter illos qui pro defensione terræ sanctæ uotum peregrinationis emittūt, & eos, quibus pro satisfactione suorum criminum iter peregrinationis iniūgitur, credimus distinguendū, quod circa primos plus terræ sanctæ succurrus, & circa secundos plus labor itineris secundum intentionem uouētis uel pœnitentis debet attendi. Vnde si quis hoc modo uouentium est inutilis ad pugnādum, quamuis habilis sit ad eundum, melius est redimere uotum, quas expensas consumere. Quod & de pœnitente, qui propter debilitatem non potest iter iniunctę peregrinationis implere, sane uaelet intelligi, non autem de illo, qui quāuis sit impotens ad bellandum, potens tamen est ad eundum. Et infrà.

De mulieribus aūt credimus hoc obseruandum, ut quæ remanere noluerint uiros suos sequantur. Cæteræ uero (nisi fortè sint diuites, quæ secum in suis expensis possint deducere bellatores) uotum redimant quod uouerunt.

Idem Cantuariēsi Archiepiscopo.

Votum ultramarinum certis casibus redimi & cōmutari p̄t, non tamen per alium, quam per papā, uel cum ipsius speciali mandato.

Constit.

Constit. cij.

Ibid. c. Ex multa.

EX multa tuę solicitudinis prouidentia. Et infra. Ex consultatione, quā ad inquisitionem tuam super negocio cruce signatorū olim edidimus, uiam inuenisti ad alias quæstiones, & utrum quod in ea dicitur, ius constituat generale, ut, passim prælatis quibuslibet illos secundū formam expressam absoluere liceat, qui eorum sunt iurisdictioni commissi, solicitè requisisti. Ad hoc igitur respondemus, quod in cōsultatione nostra ius editur: & licet ad quales, ad quo tamen specialiter spectat eius executio, nullatenus explicatur: illis autem solum modo ius hoc exequendum incumbit, qui super hoc mandatum receperint a sede apostolica speciale. Sic ergo illi est inquisitioni responsum, qua consequenter tua fraternitas requisiuit, de quibus religiosis intelligendum hoc esset, utrū scilicet ibi religiosi uocētur hi tātū, qui religionis habitū susceperūt, quorū plures idiotæ sunt, & iuris ignari, an episcopi, qui sicut dignitate præcellunt, sic & religione dēnt alijs præeminere. Nā ad neutros illius executio iuris spectat, nisi p apostolicā sedē eis specialiter delegetē.

Habiles ad eundū, sed inhabiles ad pugnādū si sint strenui cōsilio uel milites bellatores possūt secū ducere, uotū ultramarinū nō redimunt.

Secundo quęsisti, utrum quod dicitur, si quis uouentium est inutilis ad pugnādum, quamuis sit habilis ad eundū, melius est ut redimat uotum, quam consumat, expensa, generaliter accipi debeat ut nobiles & magnates, qui sunt consilio strenui, & multos secum trahere possunt bellatores, an minores tantum modo uerbū huiusmodi comprehēdat. Verum si ad superiora occultum tuæ cōsiderationis extendas, quæstionem istam inuenies in serie cōsultationis nostrę solutam, ubi dicitur, quod debiles & inopes magis in defectum terræ sanctæ, quā ad eius profectum accedunt. Et infra.

Quāuis possit aliter responderi, quod non sunt inutiles ad propugnādū, qui etsi per se pugnare nō possunt, maturitate tamē cōsilij ad esse, ualēt pugnātib. & p sonę defectū p alios releuare. Et infra.

Vxor possint sequi uirot ultra mare si uolum, sed non tenentur, nisi & ipsæ uouerint.

Quod autem superius ponitur, mulieres, quæ remanere noluerint &c. de illis intelligendum esse uidetur, quæ se ad peregrinationis propositum nullius uoti uinculo astrinxerunt. Et infra.

Viri sine consensu uxorum emittere possunt uotum ultramarinum.

In tanta quoque necessitate populi christiani, ne terræ sanctæ impediatur subsidium, uiri præter uxorum assensum huius peregrinationis propositum libere uouere ualent, & quod uouerint liberè adimplere. Vt autem consentiant, sunt attentius commonendæ.

Clerici, tanquam inhabilet ad pugnandum, re dimūt uotū ultramarinū, nisi in certis casib.

De clericis uero dubium est respondendum, quod cum clericatus officium eos reddat inhabiles ad pugnandum, nisi uel consilio strenui uel officio prędicationis instructi, aut magnatū sint obsequio deputati, aut usque adeo diuites fuerint & potentes, ut in expensis suis aliquos secum ducere ualeant bellatores, magis ab eis expedit redēptionē accipere, quā ad uotum illos cogere prosequendum, si necessitas exigit uel utilitas persuadet. Hæc autem de uouentibus dicimus nō de his quibus labor peregrinationis in pœnitentia est iniunctus.

Idem Innocentius Papa tertius.

Qui uouit religionem ingredi, si uoto non completo fiat episcopus, renunciare debet, & uotum implere.

Constit. ciij.

PEr tuas nobis literas intimasti, te in Grationopolitana ecclesia suscipiēdi habitum regularem uotum solenniter emisisse, & postea promisisse in manibus prælati eiusdem ecclesiæ, te infra duos mēses, postquam ab apostolica se de redijsses uotum, quod emisisti, impleturum, Cumque termino ipso transacto, non curasses, quod uoueras adimplere, tandem existens uoti transgressor, uocatus fuisti ad regimē ecclesię Gebenensis. Et infra. *Ibid. c. Per tuas.*

Nos igitur tuæ discretioni consulimus, ut si tuam sanare desideras conscię tiam,

Psal. 49.

Extra li. 3. tit. 35 de Stat monach. c. Quoc dei tim rem.

Extra l. 3. tit. 3 de Stat monach. c. Mon chi. 1 quæst. 1. c. docto

Psal. 49. tiam, regimen resignes ecclesiæ memoratæ, ac reddas altissimo vota tua. Quod si capitulum Gebenensis ecclesiæ te postmodum canonicè duxerit eligendum, electionem recipere poteris de te factam.

DE STATV MONACHORUM & canonicorum regularium.

INNOCENTIVS PAPA III. V. Plebano sancti Ganni.

Canonicus regularis potest præfici ecclesiæ parochiali, etiam seculari, sed debet habere socium secum sui ordinis, si commodè fieri potest.

Constitutio CIIII.

Extra li. 3. tit. 35. de Statu monach. c. Quod dei timorem.

QVod Dei timorem præoculis habeas, ex fructibus tuis colligitur euidenter, cum opera quæ facis, testimonium perhibeant veritati.

Sanè quondam desiderans ad frugem melioris vitæ transire, officium plebani resignans coram fratribus sancti Victoris Bononien. promissionem de tua conuersione fecisti, neque professionem solennem emittens, neque habitum religionis assumens: sed parochiani plebis eiusdem attendentes te laudabiliter præfuisse, à Florentino episcopo impetrauerunt, vt ministrares ibidem. Hoc etiam P. presbyter cardinalis, tunc apostolicæ sedis legatus, proponitur annuisse, quod iam dicti parochiani à nobis ratum haberi suppliciter postularunt: præsertim cum de licentia prioris sancti Victoris noscaris hactenus id fecisse.

Extra li. 3. tit. 35. de Statu monach. c. Monachi. 16. quæst. 1. c. doctos.

Licet autem in Lateranensi concilio de monachis caueatur, ne singuli per villas & oppida, per quascunque parochias ponantur ecclesias, &c. quia tamen istud de canonicis regularibus specialiter non cauetur, quia etsi à sanctorum monachorum consortio non putentur seiuncti, regulæ tamen inseruiunt laxiori, & per antiquos canones etiam monachi possunt ad ecclesiarum parochialium regimen in presbyteros ordinari, ex quo debent prædicationis officium, quod priuilegiatum est, exercere: sic annuendum duximus postulatis, vt exercens plebani officium, si commodè fieri poterit, vnum canonicum regularem tecum habeas ad cautelam, cuius in his quæ Dei sunt & regularis obseruantiæ, tam consortio, quàm solatio perfruaris.

Idem Abbati & conuentui Sublacensi.

Primo tractat de vestibus monachorum, secundo de abdicatione proprietatis, tertio de silentio, quarto de cibis, quinto de officijs in genere & in specie.

Constitutio CV.

CVm ad monasterium Sublacense. Et infra. Firmiter inhibuimus, ne quis de cætero monachorum lineis camisijs vteretur. Et infra. Ibid. cap. Cum ad monasterium.

Prohibemus quoque districtè in virtute obedientiæ, sub obtestatione diuini iudicij, ne quis monachorum proprium aliquo modo possideat: sed si quis aliquid habeat proprij, totum incontinenti resignet. Si vero post hæc proprietatem aliquam fuerit deprehensus habere, regulari monitione præuia de monasterio expellatur, nec recipiatur vlterius, nisi pœniteat secundum monasticam disciplinam. Quod si proprietas apud quenquam inuenta fuerit in morte, ipsa cum eo in signum perditionis extra monasterium in sterquilinio subterretur, secundum quod beatus Gregorius narrat in dialogo se fecisse. Vnde si quidquam alicui fuerit specialiter destinatum, non præsumat illud accipere, sed abbati vel priori vel cellario assignetur. Extra li. 3. tit. 35. de Statu monachorum. cap. Monachi

In oratorio vero, refectorio & dormitorio continuum semper silentium obseruetur, in clausto quoque certis horis & locis, secundum antiquam consuetudinem monasterij, laudabiliter obseruatam.

In refectorio verò nullus omnino carne vescatur, nec in quibusdam solennitatibus, sicut aliquando fieri consueuit, conuentus exeat cum abbate paucis ibi relictis, vt extra refectorium edant carnes: cum illis diebus præcipuè regularis disciplina sit studiosius obseruanda. De cõsec. dist. 5. c. Carnem.

Sed nec extra refectorium, nisi infirmitorio esum carnium credant sibi licere, quanquam ex indulgentia possit abbas interdum aliquos fratrum, nunc hos, nunc illos, prout necessitas postulauerit, aduocare, ipsisque secum in camera sua melius & plenius exhibere. Porrò debiles & infirmi, qui minutione indigent, vel aliqua medicina, non seorsim in cameris, sed omnes in infirmitorio, quæ necessaria fuerint, sibi tam in carnibus, quàm in alijs recipiant competenter.

41. dist. 1. cap. Non cogantur. Quod si quis eorum debilis fuerit, aut etiam delicatus, vnde non possit communibus cibis esse contentus: sic ei prouideatur sine scandalo aliorum, vt h abbas vel prior voluerit in refectorio misericordiam facere specialem, cibum aliquem competentem non ante illum, sed ante se faciat apportari, de quo ipse illi faciat pitantiam pro sustentatione naturæ.

Tales autem ad agenda officia monasterij deputentur, qui fideles fuerint & discreti, nec alicui committatur aliqua obedientia perpetuo possidenda, tanquam in sua sibi vita locetur: sed cum oportuerit amoueri, sine contradictione qualibet reuocetur.

Prior autem præ cæteris, post abbatem, potens sit in opere & sermone, vt exemplo vitæ, verboque doctrinæ fratres suos & instruere possit in bono, & à malo etiam reuocare: zelum religionis habens secundum conscientiam, vt delinquentes corripiat & castiget, obedientes foueat & confortet.

Abbas verò (cui omnes in omnibus reuerenter obediant) quanto frequentius poterit sit cum fratribus in conuentu, vigilem curam & diligentem solicitudinem gerens de omnibus, vt de officio sibi commisso dignam possit Deo reddere rationem. Quod si præuaricator ordinis fuerit aut contemptor seu negligens aut remissus, pro certo se nouerit non solum ab officio deponendum, sed & alio modo secundum regulam castigandum: cum offensa non solum propria, verumetiam aliena de suis manibus requiratur. Nec æstimet abbas quod super habenda proprietate possit cum aliquo monachio dispensare: quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis, adeo est annexa regulæ monachali, vt contra eam nec summus pontifex possit licentiam indulgere.

18. ẽjst. 2. c. Si quis abbas. Ezech. 3.

DE RELIGIOSIS domibus.

INNOCENTIVS PAPA III. Patriarchæ Constantinopolitano.

Locus religiosus debet reformari de religiosis duntaxat non secularibus, nisi in defectum religiosorum.

Constitutio CVI.

INter quatuor animalia. Et infrà. Quandiu monasteria per regulares remanere potuerint ordinata, non sunt ad seculares clericos transferenda: sed si regulares defuerint, propter eorum defectum in eis seculares clerici poterunt ordinari.

Extra. 3. tit. 36. de religiosis domibus. inter quatuor. 19. quæst. 3. cap. Quæsemus.

Idem Abbati & Fratribus Cryptæ ferratæ.

Ecclesia sita in diœcesi episcopi, tenetur sibi in episcopalibus respondere, nisi appareant remissa legitimè, & potest episcopus remittendo episcopalia consum sibi retinere.

Constitutio CVII.

COnstitutus in præsentia nostra Episcopus Albanensis in ecclesia Castri, quod Pauli dicitur, in qua ius patronatus monasterio vestro recognoscebat, à vobis ius episcopale petebat, quoniam sita erat in diœcesi Albanensi, & ideo de iure communi ei tenebatur in episcopalibus respondere. Et infrà.

Ibid. cap. Constitutus.

Verum œconomus vester proposuit ex aduerso, quod etsi ecclesia sita esset in diœcesi Albanensi, ei tamen non tenebatur in aliquo respondere, cum Dominicus Lauitanus episcopus, qui fuerat episcopus Albanensis, vniuersas ecclesias ad vestrum monasterium pertinentes in diœcesi eius sitas, & quidquid iuris tam in monasterio vestro, quàm in eis habebat, in emphyteusin sub annua octo denariorum vsualium pensione monaste-

16. ẽjst. 7. cap. Omnes basilicæ. Et 18. q. 2. c. Monasteria.

rio

rio vestro concessit: ita videlicet, vt liceret abbati & fratribus a quocunque vellent episcopo tam ordinationem clericorum quàm consecrationem altarium in monasterio ipso, & ecclesijs prædictis obtinere. In quibus etiam vobis tertiam partem mortuariorum indulsit, & Celestinus Papa prædecessor noster, quod ab eo factum fuerat, confirmauit. Verum etsi ecclesia ipsa fuisset aliquando ecclesiæ Albanen. subiecta, monasterium vestrum nihilominus legitima se porterat præscriptione tuerit: cum per xl. annos ipsam pacificè possedisset.

Cæterum œconomus episcopi concessionem episcopi Lauitani non tenere debebat, vtpote continentem simoniacam prauitatem. Cum enim tertiam mortuariorum monasterio concessisset, & tam in ordinationibus clericorum, quàm altarium consecrationibus indulsisset plenariam libertatem, non est dubium quin cum spiritualia hæc existant, eo ipso quod super his recompensationem certæ pensionis accepit, commiserit vitium simoniæ: vnde contractus huiusmodi nullam obtinet firmitatem. Confirmatio autem apost. sedis fuerat per subreptionem obtenta, cum in eadem de pensione nulla mentio habeatur. Et infrà.

Cum autem nec insolitum sit, nec nouum, vt cum episcopi ecclesias concesserint pijs locis, aliquid sibi reseruent in eis nomine pensionis: nos quoque cum libertatis priuilegium vel protectionis præsidium aliquibus ecclesijs indulgemus, gratis accipiamus censum, gratis oblatum: & in literis nostris ad successorum nostrorum memoriam census exprimamus etiam quantitatem: auditis propositis, œconomum monasterij vestri œconomo eiusdem episcopi ecclesiæ nomine in solutionem pensionis prædictæ iuxta ratam, quæ contingit ecclesiam prædictam, & restitutionem subtractæ à xl. annis, secundum ratam eandem, per diffinitiuam sententiam condemnamus, & eundem œconomum vestrum ab impetitione œconomi eiusdem ei super alijs reddimus absolutum, perpetuum illi silentium imponentes.

Idem Abbati & Conuentui Farbensi.

Episcopus petens ecclesiam quo ad temporalia & spiritualia, obtinet in spiritualibus eo ipso quod probat esse in sua diœcesi, si non apparet exemptam: sed in temporalibus succumbit, nisi aliter doceat de iure suo. Constit. cviij.

CVm venerabilis frater noster I. Sabinen. episcopus ecclesiam sancti Angeli de Cauceia cum suis pertinentijs & possessionibus petisset, asserens eam ad se, tam in spiritualibus, quàm in temporalibus pertinere, allegauit ante omnia ius commune: quia cum constituta sit in diœcesi Sabinensi, sub ipsius debebat consistere potestate. In temporalibus quoque ad se dictam ecclesiã pertinere nitebatur ostendere, per publicum instrumentum, in quo continebatur expresse I. Sabinen. episcopum H. Farben. abbati & duabus personis post * episcopum dictam ecclesiam cũ suis pertinentijs locauisse pro annua quatuor solidorum. Papien. pẽsione. Sed pars vestra proposuit instrumento prædicto nullam fidem penitus adhibendam, propter superlineam rem scripturam, & rasuram loco suspecto factam, vbi, videlicet, annotario temporis recensetur. Et infra. *Ibid. cap. Cum venerabilis.* * *al ipsũ.*

Quia igitur nobis constitit, ecclesiam supradictam constitutam in diœcesi Sabinensi, episcopale ius in omnibus spiritualibus eidem episcopo adiudicauimus in eadem, illis tantum exceptis, quæ per authentica scripta ei dinoscuntur esse subtracta. Et infra.

Quia vero instrumentum prædictum, per quod episcopus ecclesiam intendebat quo ad temporalia vendicare, ad faciendam super hoc fidem inualidum esse cognouimus, vtpote propter prædicta de iure suspectum, vos ab impetitione ipsius, quo ad temporalia eiusdem ecclesiæ, duximus absoluendos.

Innocentius Papa tertius.

Monasterium subiectum est episcopo, in cuius diœcesi situm est, nisi probetur exemptum. Constitutio cix.

CVm dilectus filius. Et infra. Quia causa non poterat in nostra præsentia ter- *Ibid. cap. Cum dilectus.*

minari, cum nuncius monasterij super procuratione vel ratihabitatione literas non haberet, eam vestro duximus examini committendam: mandantes, quatenus si constiterit abbatem ad sedem apost. antequam episcopus in eum suspensionis vel excommunicationis, & in monasterium interdicti sententias tulerit, legitimè appellasse, vel monasterium à iurisdictione episcopi eiusdem exemptum, eo non obstante quod abbas ab eo circumuentus præter fratrum suorum assensum ei obedientiam repromisit, cum fraus & dolus ei patrocinari non debeant, iudicetis illas sententias non tenere.

Quod si abbas in exemptionis probatione defecerit, nec legitima poterit se præscriptione tueri, licet probet se ante prædictas sententias appellasse, nihilominus tamen monasterium iudicetis Aurienſi ecclesiæ subiacere, in cuius est diœcesi fundatum.

Similiter eo in probatione appellationis deficiente, si vobis constiterit de exceptione, vel legitima præscriptione, tam abbatem, quàm monasterium ab impetitione episcopi absoluatis.

DE CAPELLIS RELIGIOSORUM.

INNOCENTIVS PAPA III. Archipresbytero & cler. S. Ceciliæ.

Si ecclesia non cathedralis vendicat sibi ius in alia ecclesia, obtinebit solum quo ad ea quæ probabit sibi deberi præscriptione, vel alio legitimo modo. *Constit.* CX.

Extra li. 3. tit. 37. de capellis relig. cap. Dilectus. * *al. piscinula.* *Extra li. 3 tit. 36. de religios. do-*

DIlectus filius M. syndicus ecclesiæ vestræ ab œconomo sancti Laurentij de * Piscinia in scrutinijs, baptismate & capitulis & similibus subiectionem postulans, possessorium, & petitorium intentabat. Cum enim ecclesia sancti Laurentij sit in parochia vestra sita, debet de iure communi ecclesiæ vestræ in prædictis omnibus subiacere: quia nec priuilegium exemptionis habet, nec præscriptionem pro se poterat allegare: cum illa ecclesia sanctę Ceciliæ præscripsisset, sicut per testes dicebat legitimè comprobatum. Præterea cum coram Celestino Papa prædecessore nostro, super prædictis inter vestram & prædictam ecclesiam quæstio verteretur, M. presbyter eiusdem ecclesię fuit sponte confessus, quod ecclesię sanctæ Ceciliæ scrutinium & baptisma debebat. Cumque pars vestra testes, qui se illum diuersis temporibus ad capitulum vocasse, ipsumque venisse asserebãt, in medium produxisset, eis iurare paratis, prædictus presbyter se vocatum iuisse ad capitulum est confessus. Vnde prædictus prædecessor noster ecclesiam vestrã capitulo, quo se conquesta fuerat spoliatam, saluo iure proprietatis ecclesiæ sancti Laurentij reuestire curauit, sicut in eius literis continetur. Per hoc ergo proprietatem, quo ad scrutinium & baptisma & possessionem, quod ad capitulum, vester voluit syndicus comprobare. *nihil. Constitutus.*

Ad hæc sancti Laurentij œconomus ex aduerso respondit, quod ecclesia illa nullo medio ad Romanam ecclesiam pertinebat. Cum enim monasterium monialium fuerit, & generaliter seruetur in vrbe, vt nullum monasterium titulo sit subiectum, incongruum videbatur, vt regulares secularibus supponantur. Præterea vsque hodie nos in ea institutionem & destitutionem liberam exercemus. Et infra. *18. q. 2. Perueniens.*

Nos igitur auditis propositis œconomum sancti Laurentij syndico vestro in baptismo & scrutinio condemnamus: ita vt per hoc ecclesiæ Romanæ nullum præiudicium generetur, si quando fortè ius suum duxerit prosequendum. In institutione autem & destitutione & capitulo, œconomum ipsum ab impetitione syndici vestri prorsus absoluimus, syndico vestro super hoc perpetuum silentium imponentes.

DE IVRE PATRONATUS.

INNOCENTIVS PAPA III. archiepiscopo Rothomagensi.

Patronus ecclesiæ vacantis, quanquam sit clericus, ad eam se præsentare non potest. *Constitutio* CXI.

PER nostras postulastis literas edoceri, *Extra li. 3. tit. 38.*

de iure patro. c. Per vestras. 18. q. 1. c. Inscriptura.

ceri, vtrum clericus ad vacantem ecclesiam, in qua ius obtinet patronatus, seipsum, si est idoneus, valeat præsentare.

Cum igitur nullus se ingerere debeat ecclesiasticæ prælationis officijs, respondemus quod nullus se potest ad personatum alicuius ecclesiæ præsentare, quantumcunque idoneus sit, & quibuscunque studijs & meritis adiuuetur.

Idem Conuentrenensi Episcopo.

Si quæstio iuris patronatus inter patronos non diffinitur infra quatuor menses, episcopus ordinabit ecclesiam sine præiudicio eorundem.

Constitutio cxij.

Ibid. cap. Cum pp

CVm propter discordias laicorum. Et infrà. Fraternitati tuæ mandamus, quatenus si de iure patronatus quæstio emerserit inter aliquos, & eo, cui competit, infra quatuor menses nō fuerit diffinitum, ex tunc ecclesiam ipsam de persona non differas idonea ordinare, ita quod illi ex hoc nō debeat in posterum præiudicium generari, qui ius euicerit patronatus.

Idem Archidiacono & Cancellario Altisiodorensibus.

Legatus de latere ecclesiam, cuius alia ecclesia est patrona, collationi suæ reseruare potest, licet non vacet, & conferre cum vacat: & ex duobus præsentatis à patrono laico potest superior instituere secundum.

Constitutio cxiij.

Ibid. cap. Cum dilectus.

CVm dilectus filius. Et infrà. Cum Hostien. episcopus, tunc apostolicæ sedis legatus, archidiacono Carnotensi mādauerat, vt ecclesiam, quam in archidiaconatu suo primo vacare contingeret, donationi suæ seruaret, inhibens, ne alicui conferret eandem, de qua Gu. clerico dispōsuerat prouidere, & ecclesia de Berouilla ibi vacasset, idem archidiaconus cō tra mandatum eiusdem legati ad ipsam Gu. subdiaconum præsentauit, cuius facto ab eodem legato cassato, ipse præfato G. concessit ecclesiam sic vacantem. Et infrà.

Vacante vero quadam præbenda in ecclesia S. Martini Carnotensis diœcesis, episcopus dictam ecclesiam ad præsentationem archidiaconi H. clerico, præbendam vero præfato G. assignare curauit. Vnde ipse H. supplicabat eandem sibi ecclesiam confirmari, vtpote quam ad præsentationem archidiaconi, veri patroni, se dicebat adeptum. Et infrà.

Nos igitur attendentes, quod etsi præfatus archidiaconus memoratum G. tanquam laicus ad illam ecclesiam præsentasset: quia tamen per diœcesanum admissus non fuit, sed dictus H. ab eodem archidiacono præsentatus, à diœcesano episcopo institutus, iuxta statutum Alexādri Papæ, non primus, sed secundus ius est assecutus in ecclesia memorata, etsi archidiaconus prefatum G. tanquam clericus præsentauit: quoniam in eo quod tā quam clericus faciebat, suberat iurisdictioni legati. Vnde postquam legatus donationem illius ecclesiæ sibi decreuerat reseruandam, ad eam tanquam clericus non potuit quempiam præsentare: præsentationem ipsius minus canonicè factā decernimus irritam, & ea non obstante, concessionem eiusdem ecclesiæ factam prænominato H. pronunciamus canonicam extitisse, adiudicantes eidem ecclesiam præfatam cum fructibus medio tempore perceptis ex ea, plenè ac pacificè possidendam, prædicto G. super hoc perpetuum silentium imponendo.

Extra li. 3 tit. 38. de iure patro. ca. Quæsiuit.

Idem Elienſi Episcopo.

Si laicus patronus duos successiuè præsentet, valet institutio de secundo non obstante appellatione prius facta per primum. Episcopus tamen, qui malitiosè primum repulit, eidem in competenti beneficio prouidere compellitur.

Constitutio cxiij.

Ibid. cap. Pastoralis.

PAstoralis officij. Et infrà. Postulasti edoceri, an clericus ad aliquam ecclesiam à patrono laico præsentatus, si diœcesanus episcopus ipsum non duxerit admittendum, ex huiusmodi præsentatione aliquid iuris assequatur in illa, etsi fortè idem ad sedē apost. appellauerit, & post appellationem ab ipso interpositam idē

Extra li. 3 tit. 38. de iure patro.

patronatus alium curauerit præsentare, ac secundum institutionem episcopus presentatum, idē ab ipsa ecclesia debeat amoueri.

ea Quod autem.

Nos igitur Alexandri Papæ vestigijs inhærentes, qui inter præsentatos à clerico & laico patronis distinguens, inter præsentatos à laico conditionem possidētis censuit meliorem: dicimus quod institutio præsentati secundo loco à laico patrono robur obtinet firmitatis. Veruntamen constituimus, vt episcopus, qui præsentatum idoneum malitiosè recusauit admittere, ad prouidendum eidem in competenti beneficio compellatur, quatenus puniatur in eo in quo ipsum non est dubium deliquisse.

Supra li. 1. Constitut. 60.

Idem Episcopo Aurienen.

Si ad præsentationem rectoris ad titulum ecclesiæ aliquis fuerit ordinatus, patronus qui nō consensit ad ipsam, cum vacabit, poterit præsentare. Constit. cxv.

Ibid. cap. Postulasti.

POstulasti per sedem apostolicam edoceri, vt quum rectores parochialium ecclesiarum quosdam presentant ad suarum ecclesiarum titulos ordinandos, verum electio talium ad ipsos rectores pertineat, vel etiam ad patronos: & si in his patronorum non est requirendus assensus, vtrū ius illis saluum maneat eligendi, vt cum ipsas ecclesias vacare contigerit, intitulati huiusmodi non sint alijs præferendi.

Ad quod breuiter respōdemus, quod per intitulationem huiusmodi nullum patronis præiudicium generatur, quin possint alios ad illas ecclesias, quum vacauerint, præsentare, nisi de patronorum processisset assensu.

DE CENSIBVS, EXActionibus & procurationibus.

INNOCENTIVS PAPA III. Abbati & Conuentui Bellæuillæ.

Qui tenetur procurare fratres alicuius domus, obligatur ad procurandum omnes, licet illorum numerus nunc creuerit. Sed si ex hoc grauaretur nimium per iudicij officium sibi prouidebitur. Constit. cxvj.

QVanto creatori. Et infrà. Accepimus quod ab ipso domus vestræ primordio de fundatoris voluntate processit, vt fratribus sancti Irenæi procurationem vnam annis singulis liberaliter exhiberet, cum nihil teneatis ab eis, propter quod huiusmodi procuratio ipsis debeat exhiberi. Verum tūc propter fratrum & seruientium paucitatem, talis procuratio non grauabat: sed nunc intantum excreuit numerus eorundē, quod ad procurationem vix quatuor Marchæ sufficerent, q̄ pro vna fieri consueuit. Et infrà.

Extra li. 3. ti. 39. de censibus ex. act. et procurat. ca. Quanto creatori.

Indulgemus igitur, ne vltra priuam mensuram in procuratione ipsa sitis vlterius prædictis fratribus obligati: sed ex pēsis quæ consueuerunt sufficere, sint contenti, nisi facultates ecclesiæ intantum excreuerint, quod sine grauamine ampliato fratrum numero, ad soluendum debitum procurationis extendi possit quantitas expensarum.

Idem Primicerio & Clero Mediolanensibus.

Omnes ecclesiæ, nisi quæ ab hoc per priuilegium apostolicum sint exempta, procurare tenentur legatos sedis apostolicæ, seu etiam eius nuncios, nec in hoc præscriptione iuuantur. Item de modo procurationis. Constit. cxvij.

CVm instantia vestra quotidiana. Et infrà. Postulationi vestræ taliter respondemus, quod cum omnes ecclesiæ legatis & nuncijs sedis apost. procurationes impendere teneantur, ab earum præstationem nullam habere volumus excusatam, nisi fortè per speciale priuilegium sedis apost. quod non credimus, sit exempta, etiam si longissimo tempore procurationis obsequium non impenderint, cum in talibus præscriptio sibi locum ne queat vendicare: quia nos à prouisione pastoralis solicitudinis circa omnes ecclesias nunquam omnino cessamus.

Ibid. cap. Cum instantia.

Extra li. 3. tit. 39. cap. Procurationes.

Sanè in his exigendis eum modum & ordinem volumus obseruari, vt nulla ecclesia vel prælatus se indebitè prægrauari rationabiliter conqueratur. Si verò de communi collecta legatorum & nuncio rum nostrorum expensas duxeritis faciē das,

das, quod vobis nō duximus inhibēdum, ex hoc nobis & nostris nullum præiudicium volumus generari, quominus possint à quocunque maluerint procurationes sibi debitas postulare: & ita quod si exactus vltra suam fuerit grauatus facultatem, sibi ab alijs restauretur. Nuncijs tamen in nostris necessarijs exhibendis pareat quicúque fuerit requisitus: ita quod in fraudem nihil penitus attententur, nec per communes ministros procurationis obsequium, si noluerint recipere, compellantur. Qui vero contumaciter eis duxerint resistendum, districtione sunt ecclesiastica compellendi.

Extra li. 3. ti. 39. de censi. bus ex. act. et p. curat. ca. Quanto creatur.

Idem Zamorensi & Salamantino Episcopis.

Si ad vnicam mensuram solui solet, quod debetur ex voto, ad illam in posterum solui debebit. Si vero ad diuersas, liberabitur soluens etiam ad minorem. Constit. cxviij.

Ex parte Compostellani archiepiscopi fuit propositum, quod cum hi qui vota beati Iacobi continuè persoluerūt, ad communem terræ suæ mensuram, cum qua videlicet emunt & vendunt, ipsa persoluerint, hactenus & persoluant quidem, quia longis temporibus ab eorum solutione cessarunt: nunc quandam mensuram exhibent paruissimam & ignotam. Et infrà. Cum ergo non constet, ad quam mēsuram antecessores eorum præ dicta vota persoluerint, credimus distinguendum, vtrum habitatores regionis ipsius ea continuè persoluerunt, ad vnam & eandem mensuram huiusmodi vota persoluerint, an ad varias & diuersas. In primo nanque casu ad eandem & illi solui vere sunt cogendi. In secundo volentes soluere ad minorem non sunt cogendi, vt ad maiorem persoluant, quoniam cum huiusmodi vota gratuita fuerint ab initio, benignius sunt à viris ecclesiasticis exigenda, ne tanquam exactores videantur lucris temporalibus inhiare.

Ibid. ca. Ex parte

Idem Cæsar Augustensi Episcopo.

Ecclesiæ tenentur episcopo, in cuius diœcesi sunt, respondere de procurationibus quartadecimarum & alijs episcopalibus.

Constitutio cxix.

CVm olim. Et infrà. Quia nobis fides facta fuit, quod ecclesiæ de Luna, & de Bes. in tua sunt diœcesi constitutæ, non solum per alia, verumetiam per hoc ipsum quod in instrumentis compositionū continetur expresè, vt abbas S. Ioannis Prilaten. tam de quarta decimarū, quàm de cæteris episcopalibus, tibi debeat respondere, abbatem ipsum ad integram solutionem quartæ omnium decimarum, nullis factis deductionibus, & ad præstationem procurationum & aliorum episcopalium iurium in prædictis ecclesijs condemnamus.

Ibid. cap. Cū olim.

Licet enim ex forma secundæ compositionis deductiones essent aliquæ faciendæ, quia tamen compositionem idem abbas nullatenus approbauit, sed studuit multipliciter impugnare, ex ea non debuit beneficium consequi, cui renunciasse tacitè videbatur.

13. qst. 2. cap. Quā præpostē vū. C. de recre, L. Si quis iusiuran dum.

Absonum erat præterea, vt negaret illam ecclesiam in tua diœcesi cōstituram, super quam instrumenta prædecessoris tui ostendebat in iure monasterio fuisse concessa, per quæ episcopale ius patebat expresè.

Idem Episcopo Spoletanensi.

Soluendi sunt census ad antiquam monetam, in qua instituti fuerint, nisi sit in alterius monetæ solutione præscriptum.

Constitutio cxx.

OLim causam, quàm aduersus clericos plebis Rupinæ sup synodatico proponebas, Tudertinensi episcopo & collegijs suis commisimus terminandam, coram quibus ex parte tua fuit propositū, quod cum ijdem clerici prędecessoribus tuis tres in festo Natiuitatis, & tres in festo Resurrectionis dominicæ pro synodatico soluerint denarios Papien. nunc tantum tres Lucenses pro singulis denarijs Papiensibus persoluebant: cum tamen vnus denarius Papien. valeat sex Lucenses, vnde petebas eos ad Papien. solutionem compelli: cum etsi tu Lucem. primo anno receperis, semper tamen ius

Ibid. cap. Olim causam.

tuum postmodum fueris protestatus. Et infrà. Cum igitur constet quod Papien. olim pro synodatico soluebantur, quod ex eo etiam sequitur, quod Lucen. soluti sunt postmodum pro eisdem: cum ex dictis testium & confessione aduocati alterius partis non reuocata, postmodum appareat euidenter, quod tempore L. prædecessoris tui, p synodatico Papien. fuit moneta soluta, & à tempore dicti L. non nisi xxvj. annorum ad plus tempus effluxerit, & sit legitimè comprobatum, quod tres Lucen. qui p vno Papien. post mortem ipsius L. soluebantur v. vel vj. valebāt ex illis, qui hodie sunt in vsu: intelligentes ex hoc quod per monetæ declinationem acciderit, vt vsque ad tempus tuum Lucen. dati fuerint pro synodatico, sicut erant in vsu, procuratorem aduersæ partis nomine clericorum plebis prædictæ tibi ad solutionem denar. Papien. vel æstimationem eorum pro synodatico per diffinitiuam sententiam condemnamus.

Idem Priori Sancti Stephani.

Episcopus remittēs ecclesiæ seruitia, quæ sibi debebat, & statuens, quod aliud seruitium non imponatur, procurationem non intelligitur remisisse.

Constitutio cxxj.

Ibid. cap. Cū venerabilis.

CVm venerabilis frater noster Fauentinus episcopus. Et infrà.

Cognouimus, quod præfatus episcopus spallas quas habet ab eadem ecclesia, tam ipse, quàm prædecessores sui recipere consueuerant, ecclesiæ præfatæ remisit, & statuit, quod aliud ei seruitium non imponeret, sibi & ecclesiæ suæ annuatim trium librarum cereo pensionis nomine reseruato. Quia ergo visitationi annexa est procuratio, & episcopus ratione episcopalis iurisdictionis, quam habet in ea, teneatur causa correctionis ecclesiam visitare præfatam, nec intelligatur quasi nouum imponi, quod ab ipsa fundatione de communi fuerat iure impositum: Decernimus, quod idem episcopus, cum ad ipsam ecclesiam causa correctionis accesserit, moderatam ab ea procurationem accipiat bis in anno: sed nihil aliud, præter pensionem & procurationes præscriptas ab eadem ecclesia exigere vel extorquere præsumat.

Extra li. 3. tit. de cēsibus c. Cum apostolus.

Idem Archiepiscopo Compostellano.

Ecclesiæ de nouo conuersæ, in procurationibus & aliys seruabuut consuetudinem vicinarum.

Constitutio cxxij.

Ibid. cap. Super eo.

SVper eo, quod fraternitas tua nos consulere voluit, vt quia fere tota prouincia Compostellana de nouo est ad iurisdictionem ecclesiæ tuæ conuersa, qualiter tibi prouinciam vel partem prouinciæ visitanti obsequi debeat, & seruire, nec non in procurationibus prouidere: tibi duximus respondendum, quod illud obseruare tenetur, quod in vicinis prouincijs obseruatur.

DE CONSECRATIONIBUS Ecclesiarum.

INNOCENTIVS PAPA III. Tornacensi Episcopo.

Diebus etiam non festis, possunt ecclesiæ consecrari. Constit. cxxiij.

Extra li. 3. tit. 40. de Consecra. eccl. c. Tuæ fraternitatis.

TVa fraternitas. Et infrà. Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd in diœcesi tua licet tibi ecclesijs dedicationem impendere tam diebus dominicis quàm priuatis.

Idem Nidrosiensi Episcopo.

Amoto altari vel lapide continente sigillum, reconsecrabitur altare, non autem Ecclesia. Et oleum non consecratum potest commisceri oleo consecrato, et totum fit consecratum.

Constitutio cxxiiij.

Ibid. cap. Quod in dubijs.

QVod in dubijs. Et infrà. Altari verò, in quo tabula, cui consecrationis benedictio pontificali ministerio adhibetur, si mota vel enormiter fracta fuerit, debet non immerito consecrari. Nec negamus,

gamus, quin oleum non consecratum, consecrato possit oleo commisceri.

Idem Compostellano Archiepiscopo.

Reconciliatur ecclesia, quæ propter homicidia & vulnera hominum ibidem perpetrata polluta est.

Constitutio cxxv.

Ibid. cap. Proposuisti. PRoposuisti, quod venientibus ad ecclesiam S. Iacobi ex diuersis regionibus peregrinis, & volentibus alijs ab alijs per contentiones & rixas altaris de nocte custodiam vendicare, homicidia contingunt fieri interdum, & aliquando vulnera inferuntur. Et infrà. Fraternitati tuæ breuiter respondemus, quod manente ecclesia & altari, ipsa reconciliari poterit p aquam cum vino & cinere benedictam.

Idem Innocentius Papa III.

Plura altaria semel in eadem ecclesia consecrari possunt, & idem in pluribus episcopis.

Constitutio cxxvj.

Ibid cap. Cum sis. CVm sis. Et infrà. Noueris igitur quod plura in ecclesia vna altaria & plures episcopos simul poteris consecrare.

Idem Innocentius Papa III.

Corruente tecto, parietibus illæsis, & mensa altaris non enormiter fracta, nec altare nec ecclesia consecratur.

Constitutio cxxvij.

Ibid. cap. Ligneis. LIgneis ædificijs ecclesiæ vestræ casu consumptis, parietibus tamen illæsis ac mensa principalis altaris in sua extremitate modicam passa fracturam. Et infrà.

De cõsec. dist. 1. c. De fabrica. Inquisitioni tuæ taliter duximus respondendum, quod cum parietes in sua integritate permanserint, & tabula altaris mota vel enormiter læsa non fuerit, ob causam prædictam nec ecclesia, nec altare debet denuo consecrari.

Idem Episcopo Senonensi.

Polluitur ecclesia vel cœmeterium, si excommunicatus in ea sepelitur.

Constitutio cxxviij.

COnsuluisti. Et infrà. Cœmeteria, in quibus excommunicatorum corpora sepeliri contingit, reconcilianda erũt aspersione aquæ solenniter benedictæ, sicut in dedicationibus ecclesiarum fieri consueuit. *Ibid. cap. Consuluisti. De cõsec. dist. 1. c. Si motiũ.*

DE CELEBRATIONE Missarum & sacramento Eucharistiæ, & de diuinis officijs.

INNOCENTIVS PAPA III. Episcopo Vigorensi.

Sufficit sacerdoti in die semel celebrare, exceptis duobus casibus, scilicet necessitatis, & festi natiuitatis Christi.

Constitutio cxxix.

COnsuluisti. Et infrà. Respondemus, quod excepto die natiuitatis dominicæ, nisi causa necessitatis suadeat, sufficere sacerdoti semel in die vnam missam solummodo celebrare. *Extra li. 3. tit. 41 de celebratione missarum cap. Consuluisti. De cõsec. dist. 1. c. Nocte sãcta.*

Idem Archiepiscopo Bracharẽsi.

In missa commemorationis licet dicatur propria Præfatio, non tamen dicitur hymnus Angelicus, nec symbolum.

Constitutio cxxx.

COnsilium nostrum. Et infrà. Requisisti vtrum in diebus festis, in quibus ad honorem sancti spiritus, beatæ virginis & S. Crucis missam celebrari contingit, hymnus angelicus, symbolum ac præfatio propria debeat decantari. Et infrà. *Ibid. cap. Consilium.*

Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod apud nos in diebus festis cum missarum

missarum solennia in honore beatæ virginis celebrantur, neque hymnus angelicus, neque symbolum decantetur: licet in missa propria præfatio decantetur, vt inter commemorationem & solennitatem differentia ostendatur. Vnde. Te Deum laudamus regularius dimittitur, quàm dicatur in laudibus matutinis.

2. qſt. 1.

Idem Clericis P. Magalensis.

Quando in missa vinum ablutionis sumendum.

Constitutio cxxxj.

Ibidem c. Ex parte.

EX parte vestra. Et infrà. Postulationi vestræ taliter respondemus, quod semper sacerdos vino persundere debet, post quam totum accepit eucharistiæ sacramentum, nisi cum eodem die aliam missam debuerit celebrare: ne, si forte vinum perfusionis acciperet, celebrationem aliam impediret.

Idem I. quondam Archiepiscopo Lugdunensi.

Si qua verba sunt in canone missæ, quæ ab euangelistis dicta non fuerunt, credere debemus, quod à Christo apostoli, & ab apostolis eorum successores acceperunt.

Constitutio cxxxij.

Ibid. cap. Cũ Marthæ.

CVm Marthæ. Et infrà. Quæsiuisti, quę sint formæ verborum, quas ipse Christus expressit, cum in corpus & sanguinem suum panem transsubstantiauit, & vinum, illud in canone missæ, quo ecclesia vtitur generalis, adiecerit, quod nullus Euangelistarum legitur expressisse. Cum enim in euangelio sic legatur: Matt. 26 Acciptens calicem, gratias agens benedixit, & dedit discipulis suis dicens, Bibite ex hoc omnes: hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. In canone missæ sermo iste videlicet, Mysterium fidei, verbis ipsis interpositus inuenitur, vnde cum non euangelista Christum hoc dixisse testetur, miraris quod aliquis asseuerare tentauerit, cum aliquid plus dixisse, quàm aliquis euangelistarum asseueret. Verum si formam ipsius Canonis inspicias diligenter, præter hoc de quo tua fraternitas requisiuit, alia duo, videlicet, Eleuatis oculis in cœlum, &, æterni testamenti, poteris in ipso canone reperire, quæ in textu euangelico non leguntur.

2. qſt. 5. cap. Cũ suiuisti.

Sanè multa tam de verbis quàm de factis dominicis inuenimus ab euangelistis omissa, quæ apostoli vel suppleuisse verbo, vel facto expressisse leguntur. Paulus nanque in Actibus apostolorum sic ait: Meminisse nos oportet verbi domini Iesu, qui dixit: Beatius est dare, quàm accipere. Hæc nullus quatuor euangelistarum descripsit. Nullus etiam homo expressit, quod Paulus de Christo ad Corinthios scribens, ait: Visus est plus quàm quingentis fratribus simul, deinde visus est Iacobo: nouissimè autem tanquam abortiuo, visus est & mihi. Ipsi etiam euangelistæ mutuo inter se suppleuisse leguntur, quæ ab eorum aliquo vel aliquibus sunt omissa. Vnde cum tres euangelistæ posuerint. Hoc est corpus meum, solus Lucas adiecit, Quod pro vobis tradetur. Et cum Matthæus & Marcus dicant, Pro multis, Lucas dicit, Pro vobis: Matthæus autem, In remissionem peccatorum, adiunxit. Cæterum quæ adduntur in Canone missæ, possunt ex alijs locis Euangelij comprobari. Ioannes enim suscitationem Lazari describens, Iesum sursum oculos leuasse asserit, & dixisse: Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me. Et infra. Si tunc igitur in cœlum oculos leuauit ad patrem, cum ad corpus exanime animam Lazari reuocauit, probabilius esse videtur, quòd tunc oculos leuauerit ad patrem in cœlum, cum panem & vinum in corpus & sanguinem proprium commutauit.

Act. 7. 16. qſt. 1. cap. Pa. dicatur. 1. Cor. 15. Luc. 22. Matt. 26 Mar. 14. Matt. 26 Ioan. 11.

Ceterum sicut superius est expressum, cum in textu euangelico, noui testamenti ponatur, hic interponitur, & æterni. Nam vetus testamentum, quod hircorum & vitulorum fuit sanguine dedicatum, temporalia promittebat: Nouum autem, quod est Christi sanguine consecratum, promittit æterna, & ideo testa-

Exod. 13 Heb. 9. Esa. 1.

mentum

C. de sanctis. ecclesiis. L. I. & C. de test. L. Quoniam indig. Heb. 9. Heb. 12.

mentum illud fuit vetus & transitorium, hoc autem nouum est & æternum: vel vt vtamur alia ratione, vnde nouum, id est, vltimum esse describitur, inde æternum, id est, perpetuum comprobatur. Nouissimum etenim hominis testamentum mortem immobile perseuerat, quia testatoris obitu confirmatur, iuxta quod apost. testamentum in morte assierit confirmatum: alioquin non valet, dum vixerit qui testatur. Præterea non solum scriptura, sed etiam promissio dicitur testamentum, iuxta quod Apostolus ipse scribit, Ideo noui testamenti mediator est, vt remissionem accipiant, qui vocati sunt hæreditatis æternę. Sic ergo intelligi debet, quod in ipso canone reperitur: Hic est enim sanguis meus noui & æterni testamenti, id est, nouæ ac æternæ promissionis, scilicet confirmator, sicut dominus re-

Ioan. 6.

promittit: Qui manducat, inquiens, carnem meam, & sanguinem meum bibit, habet vitam æternam.

Ex eo autem verbo, de quo mouit fraternitas tua quæstionem, videlicet, mysterium fidei, munimentum erroris quidam trahere putauerunt, dicentes, in sacramento altaris non esse corporis Chri-

De cõsec. dist. 2. c. Ego Berè garius. De cõsec. dist. 2. c. Nõ oportet. Rom. 6. 1. Cor. 15. 1. Pet. 3.

sti & sanguinis veritatem: sed imaginem tantum & speciem & figuram, pro eo quod scriptura interdum commemorat, id quod in altari susciptur esse sacramentum & mysterium, & exemplum: sed tales ex eo laqueum erroris incurrunt, quod nec authoritates scripturæ conuenienter intelligunt, nec sacramenta Dei suscipiunt reuerenter. Si enim, quia figura est sacramentum altaris, veritas esse negatur, ergo nec mors nec resurrectio Christi (cum figura sit) veritas est credenda. Siquidem mortem & resurrectionem Christi similitudinem & imaginem esse Apostolus manifestat: Christus, inquiens, mortuus est pro delictis nostris, & resurrexit propter iustificationem nostram. Apostolorum etiam princeps Petrus sic in epistola sua scribit, Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum, vt sequamini vestigia eius. Sic ergo tam mors Christi, quam eius resurrectio est exemplum, vt & nos peccato mortui, iustitiæ iam viuamus. Quare si non fuit veritas, quia fuit exemplum, ergo nec verè mortuus fuit Christus, nec verè à mortuis resurrexit. Sed absit à fidelium cordibus error iste, cum propheta de ipso testetur, quod verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Dicitur tamen mysterium fidei, quoniam aliud ibi creditur quàm cernatur, & aliud cernitur, quàm credatur: cernitur species panis & vini, & creditur veritas carnis & sanguinis Christi, ac virtus vnitatis & charitatis. Et infrà.

Esa. 53. De cõsec. dist. 2. c. Fortè dicas.

Distinguendum est tamen subtiliter inter tria quæ sunt in hoc sacramento discreta, videlicet formam visibilem, veritatem corporis, & virtutem spiritualem. Forma est panis & vini, veritas carnis & sanguinis: virtus vnitatis & charitatis. Primum est sacramentum, & non res: secundum est sacramentum, & res: tertium est res, & non sacramentum. Sed primum est sacramentum geminæ rei: secundum est sacramentum vnius, & alterius res existit: tertium est res gemini sacramenti. Credimus igitur quod formam verborum, sicut in canone reperitur, & à Christo apostoli, & ab ipsis eorum acceperint successores.

De cõsec. dist. 1. c. Sacrificium.

In sacramento altaris aqua cum vino transubstantiatur in sanguinem.

Quæsiuisti etiam, vtrum aqua cum vino in sanguinem conuertatur. Super hoc autem opiniones apud scholasticos variantur. Aliquibus enim videtur, quod cum de latere Christi duo præcipua fluxerint sacramenta, redemptionis in sanguine ac regenerationis in aqua, in illa duo vinum & aqua, quæ commiscentur in calice, diuina virtute mutantur. vt in hoc sacramento plena sit veritas & figura. Alij vero tenent, quod aqua cum vino transsubstantiatur in sanguinem, cum in vinum transeat mixta vino, licet physici contrarium assueuerent, qui aquam à vino per artificium posse asserunt separari. Præterea potest dici, quod aqua non transit in sanguinem, sed remanet prioris vini accidentibus circumfusa, ita quod vini saporem assumit, quod inde conuincitur, quia si post calicis consecrationem, aliud

aliud vinum mittatur in calicem, illud quidem non transit in sanguinem, nec sanguini commiscetur, sed accidentibus prioris vini commixtum corpori, quod sub eis latet, vndique circunfunditur, nō madidans circumfusum: ipsa tamen accidentia vinum appositum videntur afficere: quia si aqua fuerit apposita, vini saporem assumit. Contingit igitur accidentia mutare subiectum, sicut & subiectum cōtingit accidentia permutare. Cedit quippe natura miraculo, & virtus supra consuetudinem operatur. Sed nec inconueniens creditur aut absurdum, si aqua in corpore Christi esse credatur: quum legatur de ipsius corpore processisse. Et infrà.

Ioan. 19. Apoc. 17 Esa. 32. Verum inter opiniones prædictas illa probabilior iudicatur, quę asserit, aquam cum vino in sanguinem transmutari, vt expressius eluceat proprietas sacramenti. Nam cum aque multę sint populi multi, iuxta quod alibi legitur: beati qui seminant super aquas, ideo vino aqua vnitur, vt Christo populus adunetur. Per hoc enim quod suscepit ipse de nostro, & accepimus ipsi de suo, tam insolubili nexu coniungimur, vt qui est vnum cum patre per ineffabilem vnitatem, fiat vnū nobiscum per admirabilem vnionem: ac per hoc ipso communiter mediāte, cum patre vnum efficimur. Pater, inquit, sancte serua eos quos dedisti mihi, vt sint vnum, sicut & nos. Non pro his rogo tantum, sed pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt & ipsi in nobis vnum sint, & mundus credat quia tu me misisti.

De cōsec. dist. 2. c. In Xpo patri. Ioan. 17

Oratio quæ dicitur in secreta in festo sancti Leonis, immutata est: quia vbi dicebatur, Annue nobis domine, vt animæ famuli tui Leonis hæc prosit oblatio, hodie dicitur, Vt intercessione B. Leonis hæc nobis prosit oblatio, & hæc mutatio contingit, quia sancti nostris orationibus non indigent: sed nos suis.

Tertio loco fraternitas tua requisiuit, quare fuerit mutatum quod in secreta beati Leonis secundum antiquiores continetur, sic videlicet: Annue nobis domine, vt animæ famuli tui Leonis hæc prosit oblatio: cum in modernis sacramentarijs habeatur: Annue nobis quæsumus domine, vt intercessione B. Leonis, hæc nobis prosit oblatio. Super quo respondemus, quod cum sacræ scripturæ dicat authoritas, quod iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre. Idem est ratione consimili de sanctis alijs sentiendum, qa orationibus nostris non indigēt, pro eo quod cum sint perfectè beati, omnia eis ad vota succedunt: sed nos potius orationibus eorum indigemus, quos cum miseri simus, vndique mala * nostra perturbant. Vnde quod in plerisque orationibus continetur, prosit vel proficiat huic sancto, vel illi talis oblatio ad gloriam & honorem, ita debet intelligi, vt ad hoc prosit, quod magis ac magis à fidelibus glorificetur in terris. Licet plerique reputent non indignum sanctorum gloriā vsque ad iudicium augmentari: & ideo ecclesiam interim sanè posse augmētum glorificationis eorum optare. Verum vtrum in hoc articulo locum habeat illa distinctio, qua docetur, quod defunctorum alij sunt valde boni, alij sunt valde mali, alij mediocriter boni, alij mediocriter mali: vnde suffragia quæ fiunt à fidelibus in ecclesia pro valde bonis, actiones sunt gratiarum, pro valde malis, consolationes viuorum: expiationes pro mediocriter bonis, & propiciationes p mediocriter malis tua discretio inuestiget.

Augustin. **al. nr.* *13. q. 2. c. Tēpus.*

Idem Rectoribus Romanæ frater.

Grauius peccat qui simulat conficere, & non conficit, quàm ille qui conficit in mortali.

Constitutio cxxxiij.

DE homine. Et infrà. Quæsiuisti quid de incauto presbytero videatur, qui cum se sciat in mortali crimine constitutum, missarum solennia, quæ nō potest propter necessitatem quamlibet intermittere, propter sui facinoris conscientiam dubitat celebrare, peractisque cæteris circumstantijs, missam celebrare se

Ibid. cap. De hoc 16. q. 1. cap. Malier & 1. q. 7. cap. Si quis omnem.

se fingit, & suppressis verbis, quibus consi citur corpus Christi, panem & vinum tã tummodo purè sumit, ita credens per id quod prætendit populo satisfacere, vt per hoc quod intendit, Deum nõ debeat pro uocare.

12. qst. 2 cap. Certe.

Cum ergo falsã sint abijcienda remedia, quæ veris sunt periculis grauiora, licet is qui pro sui criminis conscientia re putat se indignum, peccet grauiter, si se ingerat irreuerenter ad illud, grauius tamen videtur offendere, qui sic fraudulen ter illud præsumpserit simulare, cum ille in solius misericordis Dei manum incidat: iste verò non solum Deo cui non re neretur illudere, sed populo, quem decipit, se astringat.

Idem Ferrarien si Episcopo.

Hic improbat opinionem, quæ habet, quod in sacramẽto altaris aqua conuertatur in phlegma, & probat Christum fuisse verum Deum & verum hominem, & quod de ipsius latere exiuit vera aqua.

Constitutio cxxxiiij.

Ibid. cap. In quadã

IN quadã nostra decretali epistola asse ris te legisse, illud esse nepharium opinari, quod quidã dicere præsumpserunt, in sacramento videlicet Eucharistiæ aquã in phlegma conuerti. Nam & de latere Christi non aquam, sed humorem aquaticum mentiuntur exisse. Et infrã. Nos igitur ad tuæ supplicationis instantiam respondemus, quod quidam dixerunt, sed errauerant, Christum non fuisse verum Deum, sed adoptiuum, vt miseri Arriani: Alij Christum non fuisse verum homi nem, sed phantasticũ, vt impij Manichæi.

24. qst. 3 cap. Quidã vero. Supra eo dem Constit. Cum Marte.

Sed aduersus huiusmodi hæreses Ioan nes apostolus in epistola sua loquitur di cens: Tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, verbum & spiritus sanctus. Et hi tres vnum sunt. Per hoc intendens o stẽdere, quod Christus sit verus Deus. Et tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis. Per hoc intendens ostendere, quod Christus sit verus homo. Nam ad esse hominis, duo princi paliter exiguntur, videlicet, corpus & ani ma. Ex quorum coniunctione verus ho mo subsistit. Per hoc autem, quod in arti culo mortis Christus inclinato capite tradidit spiritum, de quo voce magna cla mauerat: Pater in manus tuas commẽdo spiritum meũ, manifestè probatur, quod ipse spiritum habebat, non solum flatum vitalem, sed animam rationalem, de qua prædixerat: Tristis est anima mea vsque ad mortem. Et: Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eã.

1. Ioan. 5

Matt. 27 Luc. 22. Matt. 26 Ioan. 10.

Per hoc autem, quod vnus militum lã cea latus eius aperuit, & continuo sanguis exiuit & aqua, probatur aperte, quod Christus verum corpus habebat. Nam de phantastico corpore nec sanguis, nec aqua potuisset exire. Vnde ille qui vidit te stimonium perhibuit, & testimoniũ eius est verum, quia tres sunt qui testimoniũ dant in terra: Spiritus, aqua, & sanguis. Quod videlicet Christus sit verus homo ex anima rationali & humana carne sub sistens, probatur ex eo, quod spiritum vi talem emisit: & de vero corpore proba tur, quoniã ex eo sanguis exiuit & aqua. Rationalis quippe anima non posset viui ficare, nisi corpus humanum, ex quibus verus homo consistit. Cæterum, sicut fuit verus spiritus & verus sanguis, ita procul dubio vera aqua, cum Christus sit veritas, & à veritate omnis fallacia sit penitus a liena. Nam si non fuisset aqua, sed phleg ma, quod de latere Saluatoris exiuit, ille qui vidit & testimoniũ veritati perhibuit, profectò non aquam, sed phlegma dixis set: nec in homine verum regenerationis sacramentum fuisset ostensum: cum per sacramentum baptismi nõ regeneremur in phlegmate, sed in aqua: neque per hoc posset vero argumento probari, quod in sacramento eucharestiæ admiscenda sit aqua vino, si de latere Christi non aqua, sed phlegma, cum sanguine profluxisset: sed nec vera fuisset figura, quæ super hac re præcessit in veteri testamento, quãdo Moyses virga percussit silicem, & ex ea non phlegma sed aqua emanauit. Restat igitur, vt qualiscunque fuit illa aqua, siue naturalis siue miraculosa, siue de nouo diuina virtute creata, siue de componentibus ex parte aliqua resoluta, pro culdubio vera fuit, cum naturaliter possit & cõpositum in componentia, & elemen

Ioan. 19.

Ioan. 19. 1. Ioan. 5

Ioan. 19.

Ibidem.

tatum

tatum in elementa resolui: quemadmodum verus extitit sudor ipsius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Luc. 22.

Cum autem ad compositionem humani corporis quatuor elementa concurrant, videlicet terra, aqua, aër, & ignis, & ad vegetationem eiusdem corporis quatuor humores consimiles illis conueniant, videlicet sanguis, cholera, phlegma, & melancholia, vt veritatem humani corporis expressius demonstraret, vnum ex illis, & vnum ex istis Ioannes expressit: illa quæ potius ex illis, & ex istis quæ magis mysterio congruebant, ex elementis aquam & ex humoribus sanguinem, in quibus duobus duo * maximè sacramenta, redemptionis videlicet & regenerationis relucent. * alias maxima.

DE BABTISMO ET eius effectu.

INNOCENTIVS PAPA III. archiepiscopo Arelatensi.

Sacramentum baptismi vtiliter confertur paruulis, licet non credant, nec intelligant: & remittitur eis peccatum originale.

Constitutio cxxxv.

Extra li. 3. tit 42. de Baptismo. cap. Maiores. 17. dist. cap. Huic fidi. Et 24 q. 1. capit. Quoties. Matt. 16 Luc. 22. Prou. 10. Iacob. 5. 1. Pet. 4. Luce 7.

MAiores ecclesiæ causas, præsertim articulos fidei contingentes, ad Petri sedem referendas intelligit, qui eum quærenti domino, quem discipuli dicerent ipsum esse, respondisse, notabat: Tu es Christus filius Dei viui: & pro eo dominum exorasse, ne deficiat fides eius.

Quibusdam igitur quæstionibus, quas contra catholicos hæretici mouerant, nos postulas respondere. Asserunt enim paruulis inutiliter baptisma conferri, qd nituntur probare, illud primo & præcipuè inducentes, quod cum secundum verbum Iacobi apost. dicentis in epistola sua, Charitas operit multitudinem peccatorum: & iuxta illud testimonium veritatis, in Euang. de peccatrice, quæ ipsius pedes lauerat, perhibentis: Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum: non nisi per charitatem & in charitate nimia dimittantur paruulis: qui nec sentiũt nec consentiunt, & charitatem non habent, quæ sentientibus & consentientibus tantum infunditur, peccatum non dimittitur in baptismo. Et infrà.

Ad id autem tibi respondemus, quod cum baptisma successerit circumcisioni. Matt. 16
Absit enim vt in illam damnatam hæresim incidamus, quæ perperam affirmabat legem cum euangelio, & circumcisionem cum baptismo seruandam: quoniam, secundum apostolum dicentem ad Galatas: Si circumcidimini, Christus vobis nihil prodest. Gal. 5.
Cum ergo circumcisio tam adultis, quàm paruulis ex præcepto domini conferretur, ne baptismus qui succedit loco ipsius, & generalior tamen existit, cum tam viri, quàm fœminæ baptizentur, minoris videatur effectus, tam adultis quam paruulis est conferendus. Sicut enim sine distinctione qualibet moysaica lex clamabat: Anima cuius præputij caro circumcisa non fuerit, peribit de populo suo: ita nunc indistinctè vox intonat euangelica: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non introibit in regnum Dei: ab hac generalitate nec sexum nec ætatem excludens. Gen. 17. Ioann. 3.
Cautè tamen notandum est, quantò plus baptismus hodie conferat Christianis, quàm quondam Iudæis circumcisio contulisset. Dictum est in fine prædictæ authoritatis inductæ de veteri lege: Peribit de populo suo. In euangelica vero veritate subiunctum est: Non intrabit in regnum Dei: quoniam etsi originalis culpa remittebatur per circumcisionis mysterium, & damnationis periculum vitabatur, non tamen perueniebatur ad regnum cœlorum, quod vsque ad mortem Christi fuit omnibus obseratum: sed per sacramentum baptismi, Christi sanguine rubricati, culpa remittitur, vitatur periculum, & ad regnum cœlorum etiam peruenitur, cuius ianuã Christi sanguis fidelibus suis misericorditer reseruauit. Gen. 17.
Absit enim vt vniuersi paruuli pereant, quorum quotidie tanta multitudo moritur, quando & ipsis misericors Deus, qui neminem vult perire, aliquod remedium procurauerit ad salutem. Cæterum ex viliteræ satis patet, prædictas authoritates intelli

intelligendas esse tantummodo de adultis, qui habent multitudinem peccatorum: cum de paruulis nō possit intelligi, qui peccato tantum originali tenentur. Similiter & illa authoritas est soluenda,
Matt. 16 Qui crediderit & baptizatus fuerit, &c. cum non possint credere paruuli, sed adulti. Et ob hoc tota authoritas hic intelligenda est de adultis, ne ad alios prima & ad alios secunda clausula referatur: quamuis nonnulli concedant, quod paruuli credant, non per vsum, sed per habitum fidei, quem suscipiunt in baptismo: sicut & alia multa verba secundum communem vsum loquendi, non ad actum sed ad aptitudinem referuntur. Illud verò quod opponētes inducunt, fidem aut charitatem aliasque virtutes paruulis, vtpote non consentientibus, non infundi, à plerisque non conceditur absolutè, cum propter hoc inter doctores theologos quæstio referatur: alijs asserentibus, per virtutem baptismi paruulis quidem culpam remitti, sed gratiam non conferri: nonnullis dicentibus, dimitti peccatum & virtutes infundi, habentibus illas, quo ad habitum, non quo ad vsum, donec perueniant ad ætatem adultam.

Gal. 5.

Gen. 1. Ioann. 3.

Originale peccatum, quod sine consensu cōtrahitur, remittitur in baptismo, etiam non consentienti, vt paruulis: secus de actuali, quia sicut non committitur sine consensu, ita non relaxatur.

Gen. 17.

Verum, quidam ex hac solutione inuenisse se credunt viam ad alias quæstiones, argumentantes ex eo quod dicimus paruulis in baptismate peccatum originale dimitti, quod & adultis dormientibus, vel amentibus peccatum, si baptizentur, ratione simili dimittatur. Cum enim neutri sentiant tunc vel consentiant, dicunt idem in consimilibus iudicandum. Hic vero dicimus distinguendum, quod peccatum est duplex: Originale scilicet, & actuale. Originale quod absque consensu contrahitur, Actuale, quod cōmittitur cum consensu. Originale igitur, quod sine consensu contrahitur, sine consensu per vim remittitur sacramenti. Actuale vero, quod consensu contrahitur, sine consensu minimè relaxatur.

Licet in baptismo dimittatur originale peccatum paruulis, qui tamen consentire non possunt, in adultis tamen amentibus vel dormientibus qui non consentiunt baptismo, non dimittitur actuale, & idem etiam nec originale.

Sed adhuc quæritur, quare non saltem originale peccatum amentibus & dormientibus in baptismo, sicut paruulis dimittatur. Ad hoc taliter est respondendum, quod dominus, qui totum hominē saluum fecit in sabbato, opus imperfectionis non nouit: & ob hoc peccata non ex parte, sed ex toto dimittit. Præterea pœna originalis peccati, est carentia visionis Dei: actualis vero pœna peccati, est gehennæ perpetuæ cruciatus. Vnde si dimittetur alicui primum, altero non dimisso, talis non caret visione Dei, propter originale dimissum, & cruciaretur in gehenna perpetuò propter reatum criminis actualis, sed hæc tanquam incompassibilia sese minimè patiuntur: imò sibi mutuò aduersantur.

Ioan. 7.

Amentes vel dormientes baptizati, si ante dormitionem vel dementiam baptizari volebant, characterem suscipiūt, aliàs secus: Coacti vero causatiuè suscipiunt.

Item quæritur, vtrum dormientibus & amentibus sacramenti saltem character in baptismate imprimatur, vt excitati à somno vel ab ægritudine liberati, non sint denuò baptizandi. Sunt autem nonnulli qui dicunt, quod sacramenta quæ per se sortiuntur effectum, vt baptismus & ordo, cæteraque similia, non solum dormientibus & amentibus, sed inuitis & contradicentibus, etsi non quantum ad rem, quantum tamen ad characterem conferuntur: cum non paruuli solum, qui non consentiunt, sed ficti, qui quamuis non ore, corde tamen dissentiunt, recipiant sacramentum.

Sed opponitur talibus, quod qui fuissent inuiti, & reluctantes immersi, saltem ratione sacramenti ad iurisdictionem ecclesiasticam pertinerent: vnde ad seruandam regulam fidei Christianæ forent rationabiliter compellendi. Verum id est Christianæ religioni contrarium,

vt

vt semper inuitus & penitus contradicēs, ad recipiendam & seruandam Christianitatem aliquis compellatur.

Propter quod inter inuitum & inuitum, coactum & coactum, alij non absurdè distinguunt: quod is qui terroribus atque supplicijs violenter attrahitur, & ne detrimentum incurrat, baptismi susceipit sacramentum, talis (sicut & is qui ficte ad baptismum accedit) characterem susceipit Christianitatis impressum, & ipse tanquā conditionaliter volens, licet absolutè nō velit, cogendus est ad obseruantiam fidei Christianæ: in quo casu debet intelligi decretum concilij Toletani, vbi dicitur,
45. dist. cap. De Iudæis. quod qui iam pridem ad Christianitatē coacti sunt, sicut factum est tempore religiosissimi principis Sisibuti, quia iam cōstat eos sacramentis diuinis associatos, & baptismi gratiam susceepisse, & chrismate vnctos esse, & corporis domini extitisse
1. Tim. 6 participes: oportet etiam vt fidem, quam necessitate susceperunt, tenere cogātur, ne nomen domini blasphemetur, & fides quam susceperunt, vilis ac contemptibilis habeatur. Ille vero qui nunquam consentit, sed penitus contradicit, nec rem, nec characterem susceipit sacramēti: quia plus est expresse contradicere, quàm minimè consentire: sicut nec ille notam alicuius reatus incurrit, qui cōtradicens penitus & reclamans thurificare idolis cogitur violenter.

Dormientes autem & amentes, si prius quàm amentiam incurrerent aut dormirent, in contradictione persisterent, quia in eis intelligitur contradictionis propositum perdurare: etsi sic fuerint immersi, characterem non susceipiunt sacramenti: secus autem si prius catechumeni extitissent, & habuissent propositum baptizādi. Vnde tales in necessitatis articulo consuetudinem ecclesia baptizare. Tunc ergo characterem sacramentalem imprimit operatio, cum obicem voluntatis contrariæ nō inuenit obsistentem.

Idem Metensi Episcopo.

Nemo potest seipsum baptizare, etiam instante necessitatis articulo. Constit. cxxxvj.

Ibid. ca. Debitum. DEbitum. Et infrà. Sanè intimasti, quod quidam iudęus in mortis articulo cōstitutus, cum inter Iudæos tantum existeret, in aquam seipsum immerserit, dicendo: Ego baptizo me in nomine patris & filij & spiritus sancti, Amen. Et inf. Respondemus, quod cum inter baptizantem & baptizatum debeat esse diserētio, sicut ex verbis domini colligitur, dicēs apost. Baptizate omnes gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti: memoratus Iudæus est denuò ab alijs baptizandus, vt ostendatur, quod alius est qui baptizatur, & alius qui baptizat. Ad quod etiā designandum, ipse Christus nō a seipso, sed a Ioanne voluit baptizari: quamuis si talis continuò decessisset, ad patriam protinus euolasset, propter sacramēti fidem, & non propter fidei sacramētum. In baptismo quippe illa spiritualis generatio celebratur, de qua Veritas ait: Oportet vos nasci denuò: quia nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorū. Sicut ergo in carnali generatione, qua proles ex viro & fœmina nascitur, alius est qui carnaliter gignit, & alius est qui carnaliter gignitur: sic & in sacramentali generatione, qua soboles ex aqua & spiritu sancto renascitur, alius debet esse qui spiritualiter generet, & alius qui spiritualiter generetur. Sanè cum corpus exterius, siue cum cor interius baptizatur, oportet vt vtrobique paternitas & filiatio valeat inueniri, quibus baptizans & baptizatus ad inuicem referantur. Matt. 28

Idem Episcopo Morosiensi.

Vbi deest verbum vel elemētum aquæ, non est baptismi sacramentum.

Constitutio cxxxvij.

Ibid. ca. Non vt. 5. qust. 1. cap. De trahe. NOn vt apponeres. Et infrà. Postulasti, vtrum paruuli sint ꝓ Christianis habendi, quos in articulo mortis constitutos propter aquę penuriam & absentiā sacerdotis aliquorū simplicitas in caput ac pectus ac inter scapulas pro baptismo saliuæ conspersione liniuit.

Respōdemus, quod cum in baptismo duo semper, videlicet, verbum & elemen- Mar. 16. Matt. 28 tum necessario requirantur, iuxta quod de verbo Veritas ait: Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni

Ioan. 3. ni creaturæ. Et: Baptizate omnes gentes in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: eademque dicat de elemento: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorum, dubitare non debes illos verum non habere baptismum, in quibus non solum vtrúque prædictorum, sed eorum alterum est omissum.

C. de test. L. Si vñ°.

DE PRESBYTERO non Baptizato.

INNOCENTIVS PAPA III. Episcopo Cremonensi.

Omissio baptismi non nocet credenti probabiliter se esse baptizatum.

Constitutio cxxxvij.

Ibid. cap. Apostolicam.

APostolicam sedem consulere decreuisti. Et infrà. Inquisitioni tuæ taliter respondemus, presbyterum quem sine vnda baptismatis extremum diem clausisse significasti, quia in sanctæ matris ecclesiæ fide & Christi nominis confessione perseuerauerit, ab originali peccato solutum, & cælestis patriæ gaudium esse adeptum asserimus incunctanter, sicut & D. Augustinus ait viij. lib. de ciuitate Dei, vbi inter cætera inquit: Baptismus inuisibiliter ministratur, quē non contemptus religionis, sed terminus necessitatis excludit. Librum etiam B. Ambrosij de obitu Valentiani idem asserentis reuolue. Sopitis igitur quæstionibus doctorum, patrum sententiam teneas, & in ecclesia tua iuges preces, hostiasque Deo offerri iubeas pro presbytero memorato.

De cõsec. dist. 4. c. Catechumenum. Ibid. cap. Baptismi vicem.

Idem Episcopo Ferrarien si.

Non baptizatus ordinari non potest, & si de facto ordinetur, non recipit ordinis characterem, licet credebatur baptizatus.

Constitutio cxxxix.

Ibid. cap. Veniens.

VEniens ad apostolicam sedem I. lator præsentium nobis exposuit, quod cum ad gradum sacerdotij ascendisset, cõperit tandem, quod non fuerit secundum formam Euangelij baptizatus: vnde nos cum ritè fecimus baptizari. Cumque super ordinibus fuisset diutius disputatũ, quidam in eam declinauerunt sententiã, vt cum baptismus sit fundamentum omnium sacramentorum, & ante susceptionem baptismi non suscipiatur aliud sacramentum: quoniam vbi fundamentum non est, superædificari non potest. Porrò econtra videri potest. Nam cum quis non solum per sacramentum fidei, sed p fidem etiam sacramenti efficiatur proximus dubio membrum Christi, & qui Christum habet per fidem, etiam si baptismũ non habeat, habet vtique fundamentum, præter quod aliud poni non potest, qđ est Christus Iesus: superædificare posse videtur, sicut salutifera opera, sic & quælibet ecclesiastica sacramenta, cum illud non sit generaliter verum, neque de nouis neque de veteribus sacramentis, qđ baptismus sit fundamentum illorum: quoniam & sacramentum coniugij, & eucharistiæ à non baptizatis recipi potest. Præterea sacramentum ordinis non solum pontificalis, sed sacerdotalis etiam & Leuitici ex institutione sua præcessit baptismum: per quod forsitan videtur, quod ante baptismum huiusmodi ordines possint ritè conferri: maximè his qui baptizati creduntur. 1. Cor. 3.

Quia vero in concilio apud compendium legitur constitutum, quod si quis in presbyterum ordinatus deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur: nos circa latorem præsentium in hoc dubitabili casu, quod tutius est sequentes, mandamus, quatenus ipsum per singulos ordines vsque ad sacerdotium promouere procures, & permittas eum in sacerdotio ministrare: qa non intelligitur iteratum, quod ambigitur esse factum: nec malè de sacramento sentitur, cum illud non religionis contemptus, sed articulus necessitatis excludit. Et certè de illo, qui natus de Christianis parentibus, inter Christianos est fideliter conuersatus, tam violenter præsumitur, quod fuerit baptizatus, vt hæc præsumptio pro certitudine sit habenda, Extra li. 3 tit 43 de cle. nõ bapt cap. Si quis.

donec euidentissimis forsitan argumentis contrarium probaretur.

DE OBSERVATIONE ieiuniorum.

INNOCENTIVS PAPA III. Clericis sancti Petri Magolensis.

Vigilia occurrens in dominica, ieiunari debet in sabbato & ieiunanda est vigilia Mathiæ.

Constitutio cxl.

Extra li. 3. tit. 46. de obser. Ieiuniorum cap. Ex parte.

EX parte vestra quæsitum fuit, vtrũ, si natiuitatem domini, vel assumptionem beatæ Mariæ, vel festiuitatem alicuius apostolorum in secunda feria contigerit euenire, die sabbati præcedenti vigilia debeat ieiunari: & vtrum in vigilia B. Mathiæ apostoli sit ieiunium iniungendum? Ad quod breuiter respondemus, quod die sabbati festiuitates præli batas secundæ feriæ præcedentis, & B. Mathiæ apostoli debet vigilia ieiunari.

Idem Archiepiscopo Bracharensi.

Non capit congruam summationem, & textus in se satis clarus est.

Constitutio cxlj.

Ibid cap. Consiliũ

CONsilium nostrum. Et infra. Consultationi tuæ taliter respondemus, quod omnium apostolorum vigiliæ sunt in obseruatione ieiunij celebrandæ, præter vigilias apostolorum Philippi, & Iacobi, & B. Ioannis Euangelistæ: quoniam eorum solennitas infra solennitatem Pascalem: istius autem infra Natale domini celebratur.

76. dist. c. Non autem.

Ieiunium etiam apud nos in Aduentu domini agitur. Sanctorum quoque vigiliæ, quorum festiuitates oportet secunda feria celebrari, in præcedenti sunt sabbato ieiunandæ.

De festiuitate vero B. Bartholomæi apostoli, de cuius celebratione dubietas oritur apud quosdam, respondemus, quod in hoc consuetudinem tuæ regionis obserues. Et infra.

Cum autem quæsieris, quæ sit illis pœnitentia iniungenda, qui diebus quadragesimalibus, tempore, quo tantæ famis inedia ingruebat, quod magna pars populi propter inopiam annonæ periret, carnes comedere sunt coacti: respondemus, quod in tali articulo illos non credimus puniendos, preces tamen pro illis domino & cum illis effundas, ne ipsis ali quatenus imputetur: quia bonarum mentium est ibi timere culpam, vbi culpa minimè reperitur. *5. di Ad Greg. rium.*

Item de illis, qui propter debilitatem in sabbaro carnes sumunt, quod in partibus tuis nullatenus fieri consueuit, cum hoc ab alijs molestè feratur, & oriatur in de illis occasio detrahendi: respõdemus, quod super hoc consuetudinem tuæ regionis facias obseruari: sic tamen, quod debilibus & infirmis * super hoc periculum non emergat. *II. c. In * al. propter.*

Præterea de illis, qui in quadragesima vel alijs ieiunijs solennibus infirmantur, & petunt sibi esum carnium indulgeri, respondemus, quod cum non subiaceat legi necessitas, desiderium infirmorum, cum vrgens necessitas exigit, supportare potes & debes, vt maius periculum in eis euitetur. *De cõs dist. 1. Sicut.*

DE PVRIFICATIONE post partum.

INNOCENTIVS PAPA III. Armacanensi Episcopo.

Mulier post partum statim potest ingredi ecclesiam, nec tenetur abstinere per aliquos dies secundum legem Mosaicam.

Extra li. 3 tit. 47. de purg. cat. post partu t. Volens. Leuit. 12 Ioan. 1. 5. dist. c. Si mo. Iter. De cõsec. dist. 2 c. Quotidie

Constitutio cxlij.

VOlens. Et infra. Licet secundum legem Mosaicam certi dies determinati fuissent, quibus mulieres post partum à templi cessarent ingressu: quia tamen lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est, inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod postquam vmbra legis euanuit, & illuxit veritas Euangelij: si mulieres post prolem emissam acturæ gratias ecclesiam intrare

17. q. 1. c. Reun

intrare voluerint, nulla proinde peccati mole grauantur, nec ecclesiarum est eis aditus negandus: ne pœna illis conuerti videatur in culpam. Si tamen ex veneratione voluerint aliquam diu abstinere, deuotionem eorum non credimus improbandam.

DE IMMVNITATE ecclesiarum.

INNOCENTIVS PAPA III. illustri Regi Scotiæ.

Reus criminis ad ecclesiam fugiens, non est violenter ab ea extrahendus, nec debet amplius prætextu criminis commissi damnari ad mortem, vel ad aliam pœnam corporalem, est tamen aliter legitime puniendus.

Constitutio exliij.

INter alia. Et infra. Tuis quæstionibus respondentes iuxta sacrorum statuta canonum, & traditiones legum ciuilium, ita duximus distinguendum, quod fugiens ad ecclesiam, aut liber, aut seruus existit. Si liber, quantumcunque grauia maleficia perpetrauerit, non est violenter ab ecclesia extrahendus, nec inde damnari debet ad mortem vel ad pœnam, sed rectores ecclesiarum sibi obtinere debent membra & vitam. Super hoc tamen, quod iniquè fecit, est aliàs legitimè puniendus. Et hoc verum est, nisi publicus latro fuerit, vel nocturnus depopulator agrorum, qui dum itinera frequentat, vel publicas stratas obsidet aggressionis insidijs, ab ecclesia extrahi potest, impunitate non præstita, secundum canonicas sanctiones. *Ibid cap. Sicut antiquitus.*

17.qst.4 c. Reum.

Si verò seruus fuerit, qui confugerit ad ecclesiam, postquam de impunitate sua dominus eius clericis iuramentum præstitit, ad seruitium domini sui redire compellitur etiam inuitus, alioquin à domino poterit occupari. 17 qst 4 c. Metuëtes.

NE CLERICI VEL MOnachi secularibus negocijs se immiscеant.

Innocentius Papa tertius.

Clerici in sacris compellendi sunt per beneficiorum subtractionem, vt desistant à tabellionatus exercitio.

Constitutio exliiij.

SIcut te accepimus referente. Et infra. Fraternitati tuæ mandamus, quatenus clericis in sacris ordinibus constitutis tabellionatus officium per beneficiorum subtractionem, appellatione post posita, interdicas. *Extra li. 3. tit. 50. Ne clerici vel monachi. cap. Sicut te.*

LIBRI TERTII FINIS.

D. INNOCENTII PONTIFICIS MAXIMI, HVIVS NOMINIS TERTII, Constitutionum Decretalium in Ecclesia Catholica, Liber Quartus, Agens potissimum de sacramento matrimonii, & de ad illud pertinentibus.

DE SPONSALIBVS ET matrimonijs.

INNOCENTIVS EPISCOpus seruus seruorum Dei, Exoniensi Episcopo.

Sponsalia de futuro dissoluuntur, si sponsi se dissoluunt, etiam si fuerint iurata.

Constitutio I.

Extra li. 4. ti 1. de sponsalibus & matrimonijs. cap. Preterea hi qui. 32. q. 8. cap. Non solum. Extra li. 4. tit. 1. de spō. & matrim. cap. Ex literis. 20. q. 3. c. Presēs clericus. Ibid. cap. Sicut ex. C. de spō. l. 2.

PRAETEREA, hi q de matrimonio contrahēdo pure & sine omni conditione fidem derunt, commonendi sunt, & modis omnibus inducendi, vt præstitam fidem obseruent.

Si autem se ad inuicem admittere noluerint: ne forte deterius inde contingat, vt talem scilicet ducat, quam odio habet, videtur, quod ad instar eorum, qui societatem interpositione fidei contrahunt, & postea eādem sibi remittunt, hoc possit in patientia tolerari.

Idem Fernatino Episcopo.

Sponsalia de futuro etiam iurata, soluuntur per secunda sponsalia de præsenti, non autem per secunda de futuro.

Constitutio II.

SIcut ex literis tuæ fraternitatis accepimus, cum Lau. parochianus tuus P. mulierem se ducturum in coniugem, in manus patris eiusdem P. iurantis, quod eam sibi traderet in vxorem, p̄prio firmauit iuramento, nec per virum steterit, sed p̄ mulierē potius, quo minus inter eos matrimonialis solennitas sit secuta: quatuor postmodum, vel quinque annis elapsis, idem Lau. E. mulierem per verba de præsenti (vt eius consanguinei asserunt) desponsauit. Et infrà.

Postulationi tuę taliter respondemus, quod si tibi constiterit, quod idem L. P. p̄ verba de futuro, E. verò desponsauerit p̄ verba de p̄senti, impositā ei pœnitentia competenti, quia primam fidem irritam fecit (nisi forsitan iuramento suo certum terminum, infra quem dictam P. duceret in vxorem, præfixit, nec per eum stetit, qn ad statutum terminum matrimoniū *confirmauerit) matrimonium secundo loco cōtractum legitimum iudices, & ad illud seruandum compellas eundem. Qd̄ si fortè per verba de futuro spōsalia cum vtraque cōtraxit, iuramentum primum, sicut licitè factum est, ipsum seruare compellas, de secundo ei pœnitentiam iniuncturus. Quod si de his nō constat ad plenum, tam diu adhuc cognoscas de causa, donec super his sufficienter instruaris.

*alias in summa rit.

Idem Arelatensi Episcopo.

Mutus & surdus & omnes qui non prohibentur, matrimonium contrahere possunt.

Constitutio iij.

CVm apud sedem apostolicā. Et infrà. Sanè consuluisti nos, vtrum mutus & surdus *Ibid. cap.*

Cū apud sedem. 30. qst. 4. cap. Qui spiritualia.

surdus alicui possint matrimonialiter copulari. Ad quod taliter respōdemus, quod cum prohibitorium sit edictum de matrimonio contrahendo, vt quicunque non prohibetur, per consequentiam admittatur, & sufficiat ad matrimonium solus cō sensus illorum, de quorum quarunque coniunctionibus agitur, videtur quod si talis velit contrahere, sibi non possit, vel debeat denegarit cum quod verbis non potest, signis valeat declarare.

Idem Vercellensi Episcopo.

Furiosus matrimonium contrahere non potest. Constit. iiij.

Ibid cap. Dilectus filius. 32. qst. 7. c. Neque furiosus.

DIlectus filius R. proposuit quod filiā suam cuidam matrimonialiter copulauit. Et infra. Cum autem eadem mulier cum ipso viro, qui continuo furore laborat, morari non possit, & propter alienationem furoris legitimus non potuerit interuenire consensus, mandamus, quatenus si rem noueras ita esse, præfatas personas cures ab inuicem separare.

Idem Brixiensi Episcopo.

Solo consensu legitimo contrahitur matrimonium, sed verba requiruntur quo ad probationem, & intellige vel alia signa æquipollentia. Constit. V.

Ibid. cap. Tuæ fraternitati. 27 qst. 2 cap. Sufficiat.

TVæ fraternitati. Et infra. Postulasti, vtrum ex solis verbis, & ex quibus matrimonium contrahatur.

Nos igitur inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod matrimonium in veritate contrahitur per legitimum viri & mulieris consensum: sed necessaria sunt, quantum ad Ecclesiam, verba consensum exprimentia de præsenti. Nam surdi & muti possunt contrahere matrimonium per consensum mutuum sine verbis: & pueri ante annos legitimos per verba sola non contrahunt, cum intelligantur minimè consentire.

Innocentius Papa tertius.

Si alter contrahentium vtitur verbis dubijs animo decipiendi mulierem, & eam postmodum cognoscit carnaliter, iudicatur pro matrimonio in foro iudiciali, secus in pœnitentiali. Constit. vj.

Ibid. cap. Tua nos duxit.

TVa nos duxit fraternitas consulendos. Et infra. Consequenter quæsiisti, cum quandam mulierem quidam aliter inducere nequiuisset, vt sibi commisceretur carnaliter, nisi desponsasset eandem: nulla solennitate adhibita, vel alicuius præsentia, dixit illi: Te Ioannes desponsat: cum ipse Ioannes non vocaretur, sed finxit se vocari Ioannem: non credens esse coniugium, eo quòd ipse non vocaretur hoc nomine, nec haberet propositum contrahendi, sed copulam tantum exequi carnalem: vtrum inter prædictos sit matrimonium celebratum, cum mulier consenserit in eundem, & ille dissenserit & dissentiat, nec aliud aliquid egerit, quàm superius est expressum, nisi quod cognouerit eandem? Super quo tibi respondemus, quod cum præfatus vir prędictam desponsauerit mulierem in propria persona, & sub nomine alieno, quo vocari se tunc finxit, & inter eos sit carnalis copula subsecuta: videtur fortè pro coniugio præsumendum, nisi tu nobis expresse scripsisses, quod ille non proposuit, nec consensit illam ducere in vxorem: quod qualiter tibi constiterit, non videmus.

Extra li. 4 tit 1. de sponsalibus & matrimonijs cap. Is qui fidem 22. qæst 5. cap. Hoc videtur.

Nos autem quid iuris sit rescribentes dicimus, quod si res ita se habuerit, videlicet, quod ille eam non proposuit ducere in vxorem, nec vnquam consensit in prædictam personam, non debet ex illo facto coniugium iudicari, cum in eo nec substantia coniugalis contractus, nec forma contrahendi coniugium valeat inueniri: quoniam ex altera parte dolus solummodo affuit, & defuit omnino consensus, sine quo cetera nequeunt fœdus perficere coniugale.

27. qst 2 cap. Sufficiat.

Idem Episcopo Beluacensi.

Ad denunciationem vnius honesti viri, qui defert consanguinitatem, & de fama vel scandalo docet, impeditur matrimonium contrahendum.

Constitutio vij.

Ibid. cap. Cū ī tua.

CVm in tua diœcesi. Et infrà. Sanè qa contingit interdum, quod aliquibus volentibus contrahere matrimonium, bannis, vt tuis verbis vtamur, in ecclesijs editis, ac nullo contradictore publicè cõparente, licet fama priuatum impedimẽtum deferat parentelæ, cum ex parte contrahentium iuramenta maiorum de sua propinquitate (vt suspicionis tollatur materia) offeruntur: quid tibi sit faciendum in casibus huiusmodi, quæsiuisti.

Ad quod taliter respondemus, quod si persona grauis, cui fides sit adhibenda, tibi denunciet, quod hi qui sunt matrimonio copulandi, se propinquitate contingat, & de fama vel scandalo doceat, aut etiam per teipsum possis certificari de plano: non solum debes iuramenta parẽtum sponte oblata non recipere, verum etiam eos, qui sic contrahere nituntur, si moniti induci nequiuerint, compellere, vt à tali contractu desistant, vel contra famam huiusmodi secundum tuæ discretionis arbitrium iuramenta exhibeant propinquorum: alioquin si persona denuncians non extiterit talis vt diximus, & de fama vel de scandalo non poterit edocere: ad desistendum monere poteris, non compellere contrahentes.

DE DESPONSATIONE impuberum.

INNOCENTIVS PAPA III. C. & P. Quondam filijs Malebrancæ.

Accusari matrimonium non potest, quod non est, vt si cum minori septennio sit contractum: denunciari tamen potest impedimentum, ne contrahatur in posterum.

Constitutio viij.

Extra li. 4. tit. 2. de despõsa. impuberũ cap. Ad dissoluendum.

AD dissoluendum quod factum fuerat inter I. & S. Et infrà. Accusatione pro puella super consanguinitate proposita, prefatus I. multas exceptiones proposuit, per quas nitebatur vos ab accusatione multipliciter remouere. Et infrà. Interloquendo pronunciauimus inter iuuenem & puellam nec matrimonium, nec sponsalia fuisse contracta: cum constet puellam nondũ ad septẽnium peruenisse. Quocirca nec accusatio locum habebat, cum non esset, quod posset legitimè accusari, denuncia ri tamen poterat consanguinitas, vt inter diceretur matrimonium contrahendum. Ad denunciationem ergo legitimè probandam terminum assignamus, saluis exceptionibus, non solum propositis, sed etiam proponendis. Ne verò quicquam in puellam interim attentetur, authorita te apostolica interdicimus ne in negocio de nouo procedatur vlterius, donec vel à denunciatione cessetur, vel ea probata ordine iudiciario ꝓcedatur. Quod si contra interdictum nostrum in præiudicium ipsius aliquid fuerit attentatum, id irritum esse decernimus, & viribus omnino carere.

Idem Episcopo Abbatensi.

Si quis per verba de præsenti cõtrahit cum impubere, in qua ætatem malitia non supplet, intelligitur non matrimonium, sed sponsalia contraxisse, etiam si subarratio intercesserit.

Constitutio ix.

Ibid. cap. Tuæ nobis.

TVæ nobis exhibitę literæ continebãt, quod qdam filiam suam circiter xij. annos habentem cuidam nobili desponsauit, qui subarrauit eandem, cõsensu mutuo accedente. Et infrà. Quia vero nobis constare non potuit, cuius ætatis esset puella, cum eidem viro extitit desponsata, cum dicatur quod circiter xij. annos habebat, vtrum ne prudentia tunc in illa suppleret ętatem: respondemus, quod si puella nubilis non erat ætatis, cum sæpe præfatus vir desponsauit eandem, & ætatem in ea prudentia non supplebat, proculdubio inter eos non coniugium, sed sponsalia contracta fuerunt, quamuis ab ipso viro eadem fuerit subarrata.

27. q. 2. c. Si quis vxorem.

DE SPONSA DVORVM.

INNOCENTIVS PAPA III. Mutinensi Episcopo.

Qui duas per verba de præsenti desponsat, primam desponsatam habebit in vxorem, etiã si prius

Extra li. 4. tit. 4. de despõsa duorũ. c. Tuas dudum.

8. dist. c. Qui con tra mo res.

11. dist. c. Noli te

28. q. 2. c. Suffici

si prius secundam cognouerit: nec valet contraria consuetudo.

Constitutio x.

Extra li. 4. tit. 4. de sponsa duorū. c. Tuas dudum. 8. dist. c. Qui contra mores. 11. dist. c. Nolite. 28. q. 2. c. Sufficit

TVas dudum. Et infrà. De consuetudine quæ in Mutin. obtinuit ciuitate, vtrum si quis iuraret se aliquā ducturum, & citra carnis copulam desponsasset, si consequenter desponsasset aliā, & etiam cognouisset: primo cognita adiudicaretur viro, non quæ prius extitit desponsata. Et infrà. Ne verò turpis sit pars, quæ suo non congruit vniuerso, & ecclesia Mutinen. tenere debeat humiliter & seruare, quod B. Petri sedem & suam metropolim sequi viderit & docere, in matrimonijs de cætero contrahendis, illud te volumus obseruare, vt postquam inter legitimas personas consensus legitimus interuenerit de præsenti, qui sufficit in talibus iuxta canonicas sanctiones, & si solus defuerit, cætera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur: si personæ iunctæ legitimè cum alijs postea de facto contrahant: prius quod de iure factum fuerat, non poterit irritari.

DE CONDITIONIBVS appositis in desponsatione.

INNOCENTIVS PAPA III. Manficanensi Episcopo.

Qui sub honesta conditione sponsalia contrahit, & ante conditionis euentum desponsatam cognoscit, à conditione recedit.

Constitutio xj.

Extra li. 4. ti. 5. de conditionibus appo. c. Per tuas.

PEr tuas literas intimasti, quod cum quædam mulier P. nomine M. postularet in virum, asserens inter se mutuum de præsenti consensum interuenisse, & carnalem copulam accessisse: vir ipse quamuis contracta sponsalia, & carnis copulam non negaret, asserebat se tamen illam in vxorem ducere non teneri: quia sponsalia inter ipsos sub hac fuerūt conditione contracta, si pater eius & patruus sponsalibus consentirent: sed ipsi quam citò nouerunt, & sponso contradixerunt & sponsæ. Verum mulier replicabat, qđ licet fides præstita fuerit ab vtroque sub conditione præscripta, non tamen sibi fuerat à patre viri, vel patruo ali quando contradictum: & ante tempus cō traditionis expressum à testibus, & post, dicebat inter se carnalem copulam accessisse. Et infrà.

Consultationi tuæ taliter respondemus, quod cū liquido constet, quod post contracta sponsalia carnalis est inter eos copula subsecuta, pro matrimonio est præsumendum: quia videtur à conditione apposita recessisse. Nam etsi probatū sit, quod postquam pater & patruus viri contradixere sponsalibus, idem vir mulierem illam carnali coniunctione cognouerit, non est tamen aliquo modo probatum, quod antequam ipse cognouisset eandem, pater eius & patruus contradicere curauissent.

CLERICI VEL VOuentes contrahere non possunt matrimonium.

INNOCENTIVS PAPA III. Libonensi & Lubecensi Episcopis.

Votum solemne impedit dirimit matrimonium post contractum.

Constitutio xij.

Extra li. 4. tit. 6. de Cleri. & vouētibus ca. Insinuāte 36. q. 2. c. Nullus.

INsinuante I. nobili muliere nostro est apostola tui reseratum, quod à quibusdam curialibus fuit regi Legionensi pro ipsius copula supplicatum, qđ cum ad cōsanguineorum eius notitiam perueniisset, vt maritum acciperet, ei sub obtestatione regia suggesserunt: ipsa verò quod tunc nollet nubere protestans, consilium accepit ab eis, quod votū emitteret castitatis: quod in manibus cuiusdam de fratribus sancti Augustini fecit eo adiecto tenore, vt in domo propria cum omni substantia sua remaneret.

Sanè in eiusdem ordinis habitu biennio post permansit, licet id se inuitam fecisse asserat & coactam, non tam metu regio, quàm parentum. Et infrà.

Tandem attendens, quod inuita votum emiserit, eo dimisso, de parentum cõsilio P. Michaeli publice fuit matrimonialiter copulata: de quo quatuor sustulit filios tempore procedente. Et infrà.

Nos igitur attendentes, quod in emissione voti quod præcessit, nulla vel modica coactio affuisset, quam patientia & perseuerantia sequentis temporis penitus profugauit, & quod sequens coniunctio potius iniqua fuit, & violenter extorta: Mandamus, quatenus si præmissis veritas suffragatur, præfatam mulierem ad male dimissum religionis habitum reassumendum, & seruandum quod vouit, monere & inducere procuretis, & (si opus fuerit) per censuram ecclesiasticam coërcere.

DE EO QVI DVXIT IN matrimonium quam polluit per adulterium.

INNOCENTIVS PAPA III. Spoletano Episcopo.

Si quis mortua vxore contrahit cum ea quã viuente vxore sine fidei datione cognouerat, tenet matrimonium, dummodo in mortem defunctæ neuter fuerit machinatus.

Constitutio xiij.

Extra li. 4. tit. 7. de ijs qui duxerũt, cap. Significasti.

SIgnificasti nobis, quod cum P. ciuis Spoletanus, quandam mulierem duxisset legitime in vxorem, ea relicta cuidam meretrici adhæsit. Et infrà. Verũ cum vxor ipsius esset viam vniuersæ carnis ingressa, meretricem cui adhęserat desponsauit. Nos igitur inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod nisi alter eorum in mortem vxoris defunctæ fuerit machinatus, vel ea viuente, sibi fidem dederit de matrimonio contrahendo, legitimum iudices matrimonium supradictum, excommunicato munus absolutionis, si petierit, iuxta formam ecclesiæ impẽsurus.

31. qst. 1 c. Si quis viuente.

Et ibid. c. Prælatum.

22. qst. 1 c. Prædicandum.

Idem Messanensi Episcopo.

Si quis viuente prima, secundam huius rei insciam duxerit vxorem, mortua prima, licite remanet cum secunda, nouo consensu interueniente. Constit. xiiij.

VEniens ad præsentiam nostrã G. laicus humili insinuatione monstrauit, quod cum in ciuitate Lemouicen. quandam sibi matrimonialiter copulasset, ab ea recedens Messanam aduenit, vbi M. mulierem insciam, quod aliam haberet vxorem, sibi soleniter copulauit. Verum cum eidem pœnitentia fuisset iniuncta, vt ad legitimam rediret vxorem, & ipse propter hoc in suam patriam redijsset, vxorem suam inueniens carnis debita persoluisse, ad Messanam redijt ciuitatem, & supradictæ M. tanquam legitimæ cohabitauit vxori. Et infrà.

Ibid. cap. Veniens ad præsentiam.

Licet autem viuẽte vxore legitima prædictã M. sibi copulare nequiuerit in vxorem: quia tamen vxore defuncta, vtpote à lege ipsius solutus, in eandem M. de nouo potuit matrimonialiter consentire, dummodo non præstiterit fidem adulteræ, vel machinatus fuerit in mortem vxoris: Mandamus, quatenus, si ita est, eidem G. vt supradictæ M. affectu adhæreat cõiugali, licentiam concedatis.

34 qst. 2 cap. In lectum.

DE CONIVGIO Seruorum

INNOCENTIVS PAPA III. Elienſi Episcopo.

Si liber contraxit cum ancilla ignoranter, & ex quo sciuit non consensit, separatur matrimonium, & cum alia contrahere poterit.

Constitutio XV.

Extra li. 4. tit. 9. de conius gio seruorum c. ad nostram. 29. qst. 2 c. Si quis ingenuum.

AD nostram noueris audientiam peruenisse, quod G. presbyter cardinalis, apostolicæ sedis legatus R. militem à muliere quadam propter conditionis separauit errorem. Ideoque mandamus, quatenus, si constiterit, quod miles ignoranter contraxit cum ancilla, ita quod postquam intellexit conditionẽ ipsius, nec facto, nec verbo consenserit in eandem, propter quod per cardinalem eundem ab eius fuerit consortio separatus,

tus, contrahendi cum alia liberam ipsi concedas authoritate apostolica facultatem.

DE COGNATIONE spirituali.

INNOCENTIVS PAPA III. Episcopo & Archidiacono Linconiensibus.

Inter patrem baptizati, & leuantem, seu tenentem baptizatum, contrahitur cognatio spiritualis valida ad impediendum & dirimendũ matrimonium post contractum.

Constitutio xvj.

VEniens ad apost. sedem C. Anglicus. Et infrà.

Extra li. 1. tit. 2. de cognatione spirituali.

Mandamus quatenus, si constiterit H. mulierem prædicti viri filium de sacro fonte leuasse antequam eam despõsasse vxorem, vos inter eos diuortium appellatione postposita celebretis.

Idem Magistro S. Canonico Herfordensi.

Extra li. 4. tit. de cognatione spirituali cano. Contracto matrimonio.

Si filij duorum compatrum, per quorum alterum deuentum est ad compaternitatem, matrimonium contrabant, separantur, & tempore contractus scientes impedimentum illud denunciare tenentur.

Ibid. ca. Tua nos duxit.

Constitutio xvij.

Extra li. 4. tit. 2. de cogn. spirituali. capit. Vtrũ autem.

TVa nos duxit discretio consulendos, Ian natus ante compaternitatem, filiũ cõpatris patris sui vel cõmatris sibi possit matrimonialiter copulare? & si contraxit, an debeant separari? & an conscij talis matrimonij: teneantur illud in publico accusare? Super quo respondemus, quod huiusmodi personæ non possunt matrimoniũ contrahere: & si contraxerint, possunt ab inuicem separari: & qui contractum sciuerint, debent ecclesiæ illud nunciare.

DE AFFINITATIS violatione.

INNOCENTIVS PAPA III. Præposito Magdeburgensi.

Affinitas superueniens non dissoluit sponsalia de præsenti.

Constitutio xviij.

Extra li. 4. tit. 13 de eo qui cognouit consang. vxoris suæ, cap. Discretionem.

DIscretionem tnam. Et infrà. Sanè ex parte tua fuit propositũ, quod quidam cum muliere quadam legitimè per verba de præsenti contraxit, quam postmodum à se incognitam cuidam consanguineo suo tradidit in quantum potuit renitentem. Ille verò cum ipsa, licet inuita, matrimonij solennia celebrauit: sed mulier quàm citò fuit reddita libertati, aufugit ab eo, & se priori viro restitui postulauit. Nos igitur inquisitioni tuę taliter respondemus, quod & viro pro tam turpi facinore grauis est pœnitentia iniungenda, & mulier propter publicam honestatem est monenda solicitè, vt nec primum repetat, cuius consanguineus eam licet inuitam cognouit: nec redeat ad secundum, cui non potest propter reatum adulterij commisceri: sed in continentia maneat, donec prior fuerit viam vniuersæ carnis ingressus.

Mat. 19. 32. qst. 7 c. Omnes causas. Mar. 10. Luc. 16.

Quod si forsan ad id induci nequierit prior vir cogatur redire ad ipsam, & maritali eam affectione tractare: cum adulterium ei non possit obijcere, qui eam adulterandam tradidit, præsertim inuitã. Nam etsi secundum euangelicam veritatem, nunquam, nisi propter fornicationis causam, aut vir vxorem, aut vxor possit dimittere virum: non tamẽ semper propter causam eandem, vel vxor virum, vel vir dimittere potest vxorem, cum possit exceptione vel replicatione legitima impediri. Sed nec affinitas, quæ post contractum legitimè matrimonium inter virũ & vxorem iniquè contrahitur, ei debet officere, quæ huiusmodi iniquitatis particeps non exiſtit, cum suo iure non debeat sine sua culpa priuari: quanquam à quondam prædecessore nostro dicatur in simili casu fuisse distinctum, vtrum incestus vel adulterium manifestum fuerit, an occultum: alijs asserentibus inter gradum proximum & remotum esse potius distinguendum.

Idem

Idem Archiepiscopo Bisuntinēsi.

Copula carnalis habita cum puella septem annorum dirimit matrimonium postea contractum cum consanguinea.

Constitutio xix.

Ibid. cap. Fraternitatis.

FRaternitati tuæ. Et infrà. Diuortij sententiam approbamus, quam in eũ canonicè promulgasti, qui illam sibi postea copulare præsumpsit, cuius anteà sororem adhuc septennem contractis spõsalibus extraordinaria libidine noscitur polluisse.

Idem Episcopo Gerundinensi.

Affinitas causata ex copula illicita rumpit sponsalia præcedentia, & priuat facultatem contrahendi matrimonium.

Constitutio xx.

Ibid. cap. Ex literis. Extra li. 4. tit. 13. de eo qui cog. cap. Veniens ad nos. 33. q. 2. c. In ado lescentia.

EX literis fraternitatis tuę accepimus, quod G. lator earum matrem puellæ, quam infra nubiles annos desponsauerat in vxorem, carnaliter sæpe cognouit, & post carnali commixtione puellam tractauit adultam. Et infrà. Nos autem eidem viro pœnitentiam iniungi fecimus pro peccato, consultationi tuæ respondentes, quod eis ab inuicem separatis, mulier alteri viro nõ nubat, si, postquam nouit viri & matris delictum, ei non erubuit commisceri. Vir etiam & mater mulieris nunquam debent ad alias nuptias conuolare, sed semper continentiam seruare tenentur, & enorme deflere delictũ, quod pro nephanda libidine contraxerunt, præsertim si circa personas huiusmodi de lapsu carnis minimè timeatur.

Idem Archiepiscopo Magdeburgensi.

Idem quo ad titulum dicit quod decretum supra proximum.

Constitutio xxj.

Ibid. cap. Veniens ad apost.

VEniens ad apostolicam sedem E. laicus, nobis proposuit, quod cum tempore infantiæ suę quandam puellam se ducturum iurauerat in vxorem quàm citò ad legitimam peruenisset ætatem, pater puellæ confœderatione huiusmodi fideiussorum obligatione hincinde firmata, cũ in propriam domum recepit & nutriuit in simul cum puella: deinde ex conuersatione diuturna sorori puellæ carnaliter se coniunxit: Tandem amicorum suorum deuictus instantia, quam iurauerat, in vxorem accepit: & nuptijs celebratis, quando se illi opportunitas ingerebat, cognoscebat vtranque. Verum, licet in præsentia tua super hoc fuerit accusatus, conuinci tamen non potuit, nec suũ voluit confiteri delictum: nunc autem reuersus ad cor, pœnitens de commissis, salutis suæ consilium requirit impendi.

Cum igitur non tantum à malo, sed ab omni specie mali præcipiat Apostolus abstinere, mandamus, quatenus predicto E. pro huiusmodi enormitatis excessu iniuncta pœnitentia competenti, consulas ei, monens illum salubriter & inducens, vt de cætero abstineat ab vtraque. *1. Thes. 5.*

Idem Archiepiscopo Strigonensi.

Affinitas superueniens non dissoluit matrimonium.

Constitutio xxij.

Ibid. cap. Tuæ fraternitatis.

TVæ fraternitatis deuotio postulauit, vtrum is, qui cum sorore legitimæ cõiugis fornicatur, cum vxore possit postmodum commorari, & exigere debitum, ac soluere requisitus. Nos igitur respondemus, quod vxor, vt à commixtione viri abstineat, propter publicam honestatem & in continentia maneat, donec vir viam vniuersæ carnis ingressus fuerit, diligentius est monenda. Quod si fortè commonitioni parere recusans, talis fuerit, vt de lapsu timeatur ipsius, vir eius poterit & debebit cum Dei timore debitum ei soluere coniugale, cum affinitas post matrimonium inique contracta, illi nocere non debeat, qui ę iniquitatis particeps non existit.

DE

DE CONSANGVINITATE & affinitate.

INNOCENTIVS PAPA III. Archiepiscopo & capitulo Tyrenensi.

Infideles coniuncti in gradu prohibito à lege canonica, post baptismum non separantur.

Constitutio xxiij.

Extra li. 4. tit. 14 de cõsan. & affi. c. De infidelibus. Gen. 2. 35. q. 2. c. 1. & 2. & cap. Contradecimus. 26. dist. c. deinde opponitur. Mat. 19. Mar. 10. Ibid. cap. Qd sup.

DE infidelibus ad fidem conuersis, vtrum si ante conuersionem suam secundum legis veteris instituta, circa gradus consanguinitatis à canone denotatos coniuncti fuerint, separari debeant post baptismum: Consultationi tuæ duximus respondendum, qd matrimoniũ sic contractum, non est post baptismi lauacrum separandum: cum à Iudæis dominus requisitus, si liceret vxorem ex quacunque causa dimittere, ipsis respondit: Quos Deus coniunxit, homo non separet: per hoc innuens esse matrimonium inter eos.

Idem Archiepiscopo Rossanensi.

Consanguinei mariti cum consanguineis vxoris licite contrahunt. In gradibus prohibitis non possunt matrimonia contrahi, etiam si hoc habeat consuetudo.

Constitutio xxiiij.

QVod super his. Et infrà. Super eo igitur, quod pater & filius cum matre & filia, & duo cognati cum duabus cognatis, auunculus, & nepos cum duabus sororibus contrahunt matrimonia, taliter tibi duximus respondendum: quod licet oẽs consanguinei viri sint affines vxoris, & omnes cõsanguinei vxoris sint viri affines: inter consanguineos tñ vxoris & viri, ex eorundem. s. viri & vxoris, cõiugio, nulla prorsus est affinitas contracta, pp quam inter eos matrimoniũ debeat impediri.

Ne autem infra gradus prohibitos matrimonium contrahatur, debes publicè inhibere, & presumptores ecclesiastica districtione punire, non obstante consuetudine, quæ dicenda est potius corruptela.

Innocentius Papa III.

Non valet obtenta dispensatio à Papa super matrimonio inter consanguineos contracto, si ibi causa falsa sit expressa, nisi postea eam Papa confirmaret.

Constitutio xxv.

QVia circa. Et infrà. Porrò de nobili viro N. pro cuius dispensatione, indulgentia, scilicet remanẽdi cum ea, quæ ipsum quinto consanguinitatis gradu cõtingit, à sede Apostolica obtinenda, falsa nobis fuerat causa allegata, videlicet pro leles: cum tamen ante dispensationem obtenta vnica filia, quam habebat, viam fuerit vniuersæ carnis ingressa, prout tua cõsultatio continebat: dissimulare poteris, vt remaneat in copula sic contracta, cum ex separatione, vt asseris, graue videas scãdalum imminere.

Ibid. cap. Quia circa. 35. q. 3. c. Quidã lex.

Innocentius Papa III.

Testes, qui de consanguinitate deponunt, computationem debent à stipite vel germine incipere.

Constitutio xxvj.

TVa enim nos duxit fraternitas consulendos, vtrum illorum sufficiat testimonium ad matrimonium dirimẽdum, qui consanguinitatis gradus ab auunculo & nepote, videlicet, fratris filio vel sororis, inceperunt computare.

Ibid. cap. Tua nos duxit.

Nos igitur inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod cum coniugium multum fauoris obtineat, testes, qui ad diuortium celebrandum producti consanguinitatis gradus computant, à stipite debent incipere, id est, à parentibus vel germanis, & sic per ordinem distinguere gradus nominibus propriis, vel æquipollentibus indicijs designando personas, præsertim cum sæpius testimonium perhibeant de auditu: quod quia minus est validum, non est in articulo huiusmodi nimium laxanda facultas: cũ qua ratione computationem inciperent à secunda, eadem ab vlterioribus inchoarent.

DE

DE IMPEDIMENTIS actus carnalis.

INNOCENTIVS PAPA III. Altisiodorensi Episcopo.

Propter arctionem mulieris, si apparet quod præter diuinum miraculum absque periculo corporali habilis reddi non potest, separatur matrimonium: reintegratur tamen, si postea appareat ecclesiam fuisse deceptam.

Constitutio xxvij.

Extra li. 4 tit. 15. de frigidis et maleficiatis. cap. Fraternitatis tuæ.

FRaternitatis tuæ literas recepimus, continentes, quod O. mulier cuidam viro matrimonialiter nupsit, cum quo per multos annos morata, non potuit carnaliter ab ipso cognosci. Licet autem per archipresbyterum tuum super hoc fuisset edoctus, tu tamen volens habere certitudinem pleniorem, quasdam matronas suæ parochiæ prouidas & honestas, ad tuam præsentiam euocasti, districtè illis iniungens sub periculo animarum, vt mulierem ipsam prudenter inspicerent, & perquirerent diligenter, vtrum idonea esset ad viriles amplexus. Quæ tandem in fide sua tibi asseruere constanter, quod eadem nunquam poterat esse mater aut coniunx, tanquam cui naturale deerat instrumentum. Vnde inter ipsam & virum diuortium celebrasti, mulierem inducens, vt ad religionem aliquam se transferret, perpetuam continentiam seruatura: & viro licentiam tribuisti, vt vxorem duceret, quia pater fieri cupiebat. Contigit autem postea, quod mulier inuenit qui seras huiusmodi reserauit, & abijciens continentiam quam promisit, Gu. latori præsentium supernupsit.

Quamuis igitur semiplene nobis expresseris, quomodo dicta mulier se promiserit continentiam seruaturam, vtrum, videlicet, simplici verbo, an voto solenni, vtrumue ad religionem transierit, vt promisit, an contra promissionem suam in domo remanserit, & qualiter seras illas fecerit reserari, vtrum, videlicet, artificio medici, an cõcubitu viri, seu alio quolibet modo: Nos tamen perspicaciter attendentes, quod impedimentum illud non erat perpetuum, quod præter diuinum miraculum per opus humanum absque corporali periculo potuit remoueri: sententiam diuortij per errorem licet probabilem nouimus esse prælatam, cum pateat ex post facto, quod ipsa cognoscibilis erat illi, cuius simili commiscetur: & ideo inter ipsum & primum virum dicimus matrimonium extitisse: quare inter eam & præfatum Gu. matrimonium non esse censemus, eosque præcipimus ab inuicem separari. Et si prædicta mulier ad religionem transiuit, sicut asserit promisisse, primus vir, qui non cognouit eandem, cum ea remaneat, cum qua postmodum ecclesiæ authoritate contraxit: alioquin ea dimissa, debet ad illam redire, cum qua primo contraxit, nisi se voto mulier illa constrinxerit ad continentiam obseruandam, vt intelligatur per hoc cum præfato Gu. fornicata fuisse, vel nisi se fornicario modo alij viro miscuerit, vt primus vir prætextu fornicationis, eius velit consortium declinare. *33 q. 1 c. Requisti.*

Nam si tantum simplici verbo se promisit continentiam seruaturam, & postea in conspectu ecclesiæ nupsit memorato Gu. quãdiu articulus iste dubitabilis erat, præsumi non debet, quod fornicaretur cum illo, sed à modo non debet cum illo aliquatenus remanere. *33 q. 2 cap. Cum per bellicam.*

Per hæc autem quæstionem illam noueris esse solutam, qua quæritur, vtrum ea, quæ adeo arcta est, vt nulli possit carnaliter commisceri, nisi per incisionem, aut alio sibi modo violentia inferatur, non solummodo leuis, sed fortè tam grauis, vt ex ea mortis periculum timeatur, ad matrimonium contrahendum debeat idonea perhiberi.

Similiter illa, quæ viro cui nupserat, adeo arcta est, vt nunquam ab eo valeat deflorari: si ab eo sit per iudicium ecclesiæ separata, & nubat alteri, cui arcta non sit, & per frequentem vsum secundi reddatur etiam apta primo: vtrum ad eum redire debeat, cum quo prius fœdus inierat coniugale. De talibus autem non est facile iudicandum, cum finale iudicium pendeat ex futuro.

Qui

QVI FILII SINT legitimi.

INNOCENTIVS PAPA III.

Statur dicto testium, qui probant aliquem legitimum, licet forma vicinię & tractatus parentum habeat contrarium.

Constitutio xxvij.

Extra. li. 4. tit. 17. de illis q. sint filij legit. ca. Per tuas.

PEr tuas literas intimasti, quod R. ex muliere, quam secundum opinionem maioris partis vicinię in concubinam habebat, ple suscepta, quādam post & aliam, ea defuncta, duxit in vxorem: & ea, de qua prolem susceperat, virum sibi alium copulauit: processu vero temporis idem R. in præsentia multorū firmauit proprio iuramento, quod eam, quam habere visus fuerat concubinam, prius adfidauerat in vxorem, quàm ex ea filium genuisset: & postea cum ageret in extremis, eum, quem ex ea susceperat, in testamento hæredem instituens, legitimum filium appellauit. Cum autem tuæ inquisitioni fuisset commissum, an filius sic susceptus, legitimus esset hæres ipsius R. & ad eius patrimonium admittendus, tu pater id, quod ex quadam decretali bonæ memoriæ Alexandri Papæ prædecessoris nostri standum esse super hoc verbo viri & mulieris credebas, receptis testibus à filio eiusdem R. productis, quibus legitime comprobauit prædictum R. marrem suam in capella sancti Sergij affi dasse, eum ipsius R. hæredem esse legitimum iudicasti.

Extra. li. 4. tit. 7. de filijs leg. cap. Transmissę.

Nos autem attendētes, quod plus est, quod in veritate agitur, quàm quod simulatè concipitur: licet dictus R. cum ea dimissa, quam vt concubinam habuerat, ad alia vota transuerit, videatur ipso facto matrimonium, quod inter eos celebratum fuerat, denegasse: quia tamen desponsatio per testes legitimos comprobata, eos matrimonialiter fuisse coniunctos ostendit: siue ipsa desponsatio fuerit de præsenti, vt per consensum legitimum per verba de præsenti expressum, copula matrimonij inter eos fuerit celebrata: siue per verba de futuro, carnali copula subsequuta: non tam decretali dicti prędecessoris nostri, quę in casu dissimili loquitur, quàm inductis probationibus innitentes, te processisse legitimè respondemus, sententiam tuam authoritate apostolica confirmantes.

Idem nobili viro G. montis Pessulani.

In terris ecclesiæ Papa potest liberè illegitimos legitimare, in terris vero alienis, non nisi ex causis multum arduis, vel nisi in spiritualibus, tunc tamen indirectè, & per quandam consequentiam intelligitur legitimare etiam quo ad temporalia: hoc tamen vltimum non est sine scrupulo.

Constitutio xxix.

Ibid. cap. Per venerabilem. 30. q. 4. c. Liberi.

PEr venerabilem fratrem nostrum Arelaten. archiepiscopum tua nobis humilitas supplicauit, vt filios tuos legitimationis titulo dignaremur decorare, quatenus eis, quo minus tibi succederent, natalium obiectio non noceret. Quod autem super hoc apostolica sedes plenam habeat potestatem, ex illo videtur, quod diuersis causis inspectis, cum quibusdam minus legitimè genitis, non naturalibus tantum, sed adulterinis etiam, dispensauit, sic ad actus spirituales illos legitimās, vt possint in episcopos promoueri, ex quo verisimilius creditur & probabilius reputatur, vt eos ad actus legitimare valeat seculares, præsertim si præter Roma nos pontifices inter homines superiorē alium non cognoscant, qui legitimandi habeat potestatem. Quia cum maior in spiritualibus tam prouidentia, quàm authoritas & idoneitas requiratur: quod in maiori conceditur, licitum esse videtur & in minori. Per simile quoque videtur id posse probari, cum eo ipso quod aliquis ad apicem episcopalis dignitatis attollitur, eximitur à patria potestate.

96. dist. c. Duo sūt.

95. dist. c. Illud.

Prærerea etiam si simplex episcopus scienter seruum alterius in presbyterum ordinaret, licet ordinator domino satisfacere teneretur, ordinatus tamen iugum euaderet seruitutis. Videretur siquidem monstrosum, vt qui legitimus ad spiritualles fieret actiones, circa seculares actus

54. dist. c. Si seruum.

ille

illegitimus remaneret. Vnde cum in spiritualibus dispensetur, consequenter intelligitur in temporalibus dispensatum. Id autem in patrimonio beati Petri libere potest apostolica sedes efficere, in quo & summi pontificis authoritatem exercet, & summi principis exequitur potestatem. Videbatur autem ex eo trahere maiorem audaciam postulandi, quod cum rex Francorum I. reginam dimiserit, & ex alia postmodum superducta puerum suscepit & puellam, & tu similiter exclusa legitima superduxeris aliam ex qua filios suscepisti: sicut cum filijs regis eiusdem, cum tuis credebatur de benignitate sedis apostolicæ dispensandum. Verum si veritas diligenter inspicitur, non res similis, sed valde dissimilis inuenitur. Nã rex ipse à regina per Remen. archiepiscopum apostolicæ sedis legatũ fuit per sen-
2. qst. 6. cap. tentiam separatus. Tu verò vxorem tuã à te temeritate propria separasti. Ipse quoque priusquam ad eum prohibitio de nõ contrahendo cum altera peruenisset, aliam superduxit, ex qua prolem geminã noscitur suscepisse: sed tu in cõtemptum ecclesiæ, aliam superinducere attentasti. Præterea rex ipse contra matrimonium impedimentum affinitatis obiecit, & coram præfato archiepiscopo testes indu-
27 qst. 2 c. Omne itaque. xit cuius sententia, quia cassata fuit solum modo propter iudiciarum ordinem nõ seruatum, nos post restitutionem reginæ alios cognitores duximus deputandos.
Et 33. q. 1. c. Non enim. Tu verò vxori tuæ nihil, quod diuortiũ induceret, obiecisti: cum etsi fides thori sit vnum de tribus bonis coniugij, non tamen ipsius violatio coniugale vinculũ violasset. De filijs ergo eiusdem regis, verum legitimi vel illegitimi fuerint, quã diu pendet quæstio affinitatis obiectæ, potest non immerito dubitari. Nam si affinitas fuerit comprobata, prædictam reginam non esse regis coniugem apparebit: & per consequens alia videbitur sibi legitimè copulata, & filios ei legitimos periisse. Insuper cum rex superiorem in tẽporalibus minimè recognoscat, sine iuris alterius læsione in eo se iurisdictioni nostræ subijcere potuit, in quo videretur aliquibus, quod per seipsum (non tanquam pater cum filijs, sed tanquam princeps, cum subditis) potuit dispensere. Tu autem nosceris alijs subiacere. Et infrã.

Rationibus igitur his inducti, regi gratiam fecimus requisiti, causam tam ex veteri, quàm ex nouo testamento trahẽtes, quod non solum in ecclesiæ patrimonio (super quo plenam in temporalibus gerimus potestatem). Verumetiam in alijs regionibus certis causis inspectis temporalem iurisdictionem casualiter exercemus: non quod alieno iuri præiudicare velimus, sed quia in Deutero. cõtinetur, Deut. 17 si difficile & ambiguum apud te iudiciũ esse conspexeris, inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & lepram, & iudicium intra portas videris variari, venies ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore: qui iudicabunt tibi iudicij veritatem: & facies quæcunque dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit dominus, sequeris q. eorum sententiam. Qui autem superbi erit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino Deo tuo, decreto iudicis morietur. 1. Cor. 6.

Sanè cum Deutero. lex secunda interpretetur, ex vi vocábuli comprobatur, vt quod ibi decernitur, in nouo testamento debeat obseruari. Locus enim quem elegit dominus apostol. sedes esse cognoscitur. Cum enim Petrus vrbem fugiens, 2. qst. 7. exiu isset, volens eum dominus ad locũ, c. Beatus quem elegerat, reuocare, interrogatus ab Petrus et eo, Domine quo vadis? Respondit: Venio Paulus. Romam iterum crucifigi. Quod intelli- Mat. 16. gens pro se dictum, ad locum ipsum est Psalmus protinus reuersus. Sunt autem sacerdotes 109. leuitici generationis fratres nostri, qui Act. 10. nobis iure leuitico in executione sacerdotalis officij coadiutores existunt. Is verò super eos sacerdos siue iudex existit, cui dominus inquit in Petro: Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis. Eius vicarius, qui est sacerdos in æternum secnndum ordinem Melchi sedech, constitutus à Deo iudex viuorũ & mortuorum. Tria quippe distinguit iudicia: primum inter sanguinem & sanguinẽ: per quod criminale intelligitur & ciuile. Vltimum inter lepram & leprã: p qd' ecclesiasticum & criminale notatur. Mediũ inter causam & causam: quod ad vtrum Ibid. cap. Ex tenore.

vtrunque refertur, tam ecclesiasticum, quàm ciuile. in quibus cum aliquid fuerit difficile vel ambiguum, ad iudicium est sedis apostolicæ recurrendum, cuius sententiam qui superbiens contempserit obseruare, mori præcipitur, id est, per excõmunicationis sententiam velut mortuus à communione fidelium separari. Paulus etiam vt plenitudinem potestatis exponeret ad Corinthios scribens ait: Nescitis quoniam angelos iudicabitis? quanto magis secularia? 1. Cor. 6.

Licet igitur cum filijs sæpe dicti regis (de quibus an fuerint legitimi ab initio dubitatur) duxerimus dispensandum: qa tamen tam lex Mosaica, quàm canonica sobolem susceptam ex adulterio detestatur, testante domino, quod manseres & spurij vsque ad decimam generationem in ecclesiam non intrabunt, canone vero veranteres tales ad sacros ordines promoueri: secularibus quoque legibus non solum repellentibus eos à successione paterna, sed negantibus ipsis etiam alimenta, petitioni tuæ non duximus annuendum.

Idem H. & R. Canonicis Beneuentanis.

Si coniugatus viuente prima in facie ecclesiæ contrahit cum secunda hoc ignorante, legitima erit eorum proles.

Constitutio xxx.

EX tenore literarum vestrarum nobis innotuit, quod quum G. vidua hæreditatem quondam R. mariti sui sibi & pupillo filio suo restitui postularet, pars aduersa petitionem eius niteb atur excludere pro eo, quod R. maritum ipsius viduæ de adulterio genitum asserebat. Et infrà. Ibid. cap. Ex tenore.

Intelligentes, quod pater prædicti R. matrem ipsius in facie ecclesiæ ignaram, quod ipse aliam sibi matrimonialiter copulasset, duxerit in vxorem, & dum ipsa coniunx ipsius legitima putaretur, dictũ R. susceperit ex eadem. in fauorem prolis potius declinamus, memoratum R. legitimum reputantes.

Idem Episcopo Tibertino.

Proles infidelium, qui postea conuertuntur, legitima est etiamsi parentes sint in gradu prohibito lege canonica.

Constitutio xxxj.

GAudemus. Et infrà. Cæterum prolem de infidelium coniunctionibus natam, qui secundo, tertio, vel vlteriore gradu, secundum opinionem illorum matrimoniali contraxerunt affectu, post fidem receptam) vtilitate publica suadente) legitimam volumus reputari. Ibid. cap. Gaudemus.

QVI MATRIMONIVM accusare possunt, vel contra illud testificari.

IDEM ARCHIEPISCOPO præpositio & Priori S. Mariæ de Albanen. Genuensi.

Repellitur accusans matrimonium propter questum.

Constitutio xxxij.

SIgnificare M. de Canula nostro est apostolatui declaratum, quod cum N. duxisset legitimè in vxorem, S. mater ipsius nisa est matrimonium accusare, vt ab eo pecunia extorqueret: & licet intellectui suo praua non possint opera respondere, nihilominus vult habere pecuniam, vt ab accusatione desistat. Extra lib. 4 tit. 13 qui matrimonium accusare. cap. Significãte. 2. q. 1. cap. Prohibentur

Cum igitur non sit malitijs hominum indulgendum, mandamus, quatenus, si est ita, ipsam ab accusatione matrimonij repellentes, eidem super hoc silentium imponatis.

Innocentius Papa tertius.

Repellitur ab accusatione matrimonij, qui denunciationis tempore tacuit, nisi denunciationem probabiliter ignorauit, vel iuret de nouo didicisse, & quod non obijcit illam malitiose.

Consti

Constitutio xxiij.

Ibid. cap. Cũ tua. CVm in tua diœcesi. Et infrà. Si verò post contractum matrimonium aliquis appareat accusator, cum non prodierit in publicum, quando banna secundum consuetudinem in ecclesijs edebantur, vtrum vox suæ debeat accusationis admitti, meritò quæri potest.

Super quo sic duximus distinguendũ, quod si tempore denunciationis præmissæ, is qui iam coniunctos impetit, extra diœcesim existebat, vel aliàs denunciatio non potuit ad eius notitiam peruenire, *15. q. 1. c. Illa cauenda.* vtputa si nimiæ infirmitatis feruore laborans, sanè mentis patiebatur exilium: vel in annis tam teneris constitutus, quod ad comprehensionem talium eius ætas sufficere non valebat: seu alia causa legitima fuerit impeditus, eius accusatio debet audiri. Alioquin cum rationabiliter præsumatur, quod denunciationem publicè factam idem existens in ipsa diœcesi minimè ignorauit, tanquam suspectus est proculdubio repellendus, nisi proprio firmauerit iuramento, quod postea didicerit ea, quæ obiecerit: & ad hoc non ex malitia procedat: quia tunc etiam si didicisset ab illis, qui denunciationis tempore siluerunt, claudi non debet eidem aditus accusandi: quoniam etsi ab impetitione huiusmodi culpa de silentio tali contracta illos excluderet, iste tamen amoueri nequiret, cum culpabilis non existat.

DE DIVORTIIS.

INNOCENTIVS PAPA III. Episcopo Ferrarien si.

Vinculum coniugale non dissoluitur altero coniugum fidelium in hæresim lapso. Sed si vnus infidelium coniugum conuertatur ad fidem, & alter nolit sibi cohabitare, vel non sine blasphemia, vel sine peccato mortali, soluitur coniugium, & conuersus contrahere poterit.

Constitutio xxxiiij.

Extra li. 4. tit. 19 QVanto te nouimus in canonico iure peritum. Et infrà.

Sanè tua fraternitas intimauit, quod altero coniugum ad hæresim transeunte, qui relinquitur, ad secunda vota desiderat conuolare. Quod vtrum possit fieri, per tuas nos duxisti literas consulendos. *de diuortijs cap. Quanto te nouimus.*

Nos igitur consultationi tuæ respondentes distinguimus, licet quidam prædecessor noster sensisse aliter videatur, an ex duobus infidelibus, alter ad fidem catholicam conuertatur, vel ex duobus fidelibus alter labatur in hæresim, vel decidat in gentilitatis errorem. Si enim alter infidelium coniugum ad fidem catholicam conuertatur, altero vel nullo modo, vel non sine blasphemia diuini nominis, vel vt eum pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare volente: qui relinquitur, ad secunda, si voluerit, vota transibit. Et in hoc casu intelligimus, quod ait Apost. Si infidelis discedit, discedat: frater enim vel soror non est seruituti subiectus in huiusmodi. Et canonem etiam in quo dicitur, contumelia creatoris soluit ius matrimonij circa eum, qui relinquitur. Si verò alter fidelium coniugum vel labatur in hæresim, vel transeat ad gentilitatis errorem, non credimus, quod in hoc casu is, qui relinquitur, viuente altero possit ad secundas nuptias conuolare, licet in hoc casu maior appareat contumelia creatoris.

Nam etsi matrimonium verum inter infideles existat, non tamen est ratum: inter fideles autem verum & ratum existit: quia sacramentum fidei, quod semel est admissum, nunquam amittitur, sed ratum efficit coniugij sacramentum, vt ipsum in coniugibus illo durante perduret.

Nec obstat, quod à quibusdam forsan obijcitur, quod fidelis relictus non debeat iure suo sine culpa priuari, cum in multis casibus hoc contingat, vt si alter coniugum incidatur.

Per hanc responsionem quorundam malitiæ obuiatur, qui in odium coniugum, vel quando sibi inuicem displicerent, si eas possent in tali casu dimittere simularent hæresim, vt ab ipsa (nubentibus coniugibus) resilirent. Per hanc ipsam responsionem illa soluitur quæstio, qua

Extra li. 3. tit. 33. de conuersione coniugatorum. cap. Laudabilem.
28. q. 1. c. Si infidelis.
Ibid. cap. Gaudemus.
28. q. 1. c. Si infidelis.
1. Cor. 7.
28. q. 1. cap. Item illud.
32. q. 7. cap. 1.
26. dist. cap. Dei de.
1. Cor. 7.
32. q. 1. cap. Illi.
32. q. 1. ca. Dixit dominus.
26. dist. cap. Dei do.
Gen. 2.
Gen. 3.
Matt. 1
Mar. 1
Ephes. 5
31. dist.

qua quæritur, vtrum ad eum qui ab hæresi vel infidelitate reuertitur, is, qui permansit in fide, redire cogatur.

Idem Episcopo Tiberiadensi.

Pagani iuncti in gradu prohibito, lege canonica tantum, conuersi ad fidem, non separantur. Si paganus prius plures vxores habebat, post fidem susceptam adhærebit primæ: & si repudiata vxore cum secunda contraxerit, etiam post baptismum dimittet secundam, & adhærebit primæ repudiatæ, etiam si repudiata cum alio contraxisset: secus, si fornicata fuisset.

Constitutio XXXV.

Ibid. cap. Gaudemus. GAudemus in domino. Et infra. Vtrum pagani vxores accipientes in secundo vel tertio vel vlter ore gradu sibi coniunctas, sic coniuncti, debeant post conuersionem suam in simul remanere, vel ab inuicem separari, edoceri per scriptũ apostolicum postulasti. Super quo taliter respondemus, quod cum sacramentum coniugij apud fideles & infideles existat, quemadmodum ostendit Apostolus, dicens: Si quis frater infidelem habet vxorem, & hæc consentit habitare cum eo, non illam dimittat, & in præmissis gradibus à paganis, quo ad eos, matrimonium licitè sit contractum: qui constitutionibus canonicis non arctantur (quid enim ad nos, secundum Apost. eundem, de his quæ foris sunt iudicare?) in fauorem præsertim Christianæ religionis & fidei, à cuius perceptione per vxores se deseri timentes viri, possunt facilè reuocari: fideles huiusmodi matrimonialiter copulati liberè possunt & licitè remanere coniuncti, cum per sacramentum baptismi non soluantur coniugia, sed crimina dimittantur.

26. dist. cap. Deinde. 1.Cor.7.

26. dist. cap. Deinde.

Quia vero pagani circa plures in simul fœminas affectum diuidunt coniugalem, vtrum post conuersionem omnes, vel quam ex omnibus retinere valeant, non immerito dubitatur. Et infra.

Gen. 2. Gen. 3. Matt. 19 Mar. 10. Ephes. 5. 31. qst. 1

Verum absonum hoc videtur, & inimicum fidei Christianæ, cum ab initio vna costa in vnam fœminam sit conuersa, & scriptura diuina testetur, quod propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna: non dixit, Tres vel plures, sed, Duo: nec dixit, Adhærebit vxoribus, sed, Vxori. Et infra.

c. Quod si dormierit. 32. qst. 3 c. Dixit Sara.

Nec vlli vnquam licuit in simul plures vxores habere, nisi cui fuit diuina reuelatione concessum: qui mos quandoque, interdum etiam fas censetur, per quam si cut Iacob à mendacio, Israëlitæ à furto, & Sanson ab homicidio: sic & patriarchæ, & alij viri iusti, qui plures leguntur habuisse vxores, ab adulterio excusantur. Sanè veridica hęc sententia probatur, etiam de testimonio veritatis, testantis in Euangelio: Quicunque dimiserit vxorem suã, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Si ergo vxore dimissa, duci alia de iure non potest, fortius & ipsa retenta: per quod euidenter apparet, plura litatem in vtroque sexu (cum non ad imparia iudicentur circa matrimonium) reprobandam.

Gen. 27. Iosue. 7. Iudic. 16 14 qst. 5 c. Dixit dominus. Matt. 19. Luc. 10. Matt. 19 31. qst. 1 c. Dixit dominus in Euangelio. 28. qst. 1 cap. Si infidelis.

Qui autem secundum ritum suum legitimam repudiauit vxorem, cum tale repudium Veritas in euangelio reprobauerit, nunquam ea viuente licitè poterit aliam etiam ad fidem Christi conuersus habere, nisi post conuersionem ipsius illa renuat cohabitare cum ipso: aut etiam si consentiat, non tamen absque contumelia creatoris, vel vt eum pertrahat ad mortale peccatum: in quo casu restitutionem petenti, quamuis de iniusta spoliatione constaret, restitutio negaretur: quia secundum Apostolum, frater aut soror nõ est in huiusmodi subiectus seruituti.

1.Cor 7.

Quod si conuersum ad fidem, & illa conuersa sequatur, antequam propter causas prædictas legitimam ille ducat vxorem, eam recipere compelletur. Quãuis quoque secundum Euangelicam veritatem, qui duxerit dimissam mœchatur, non tamen dimissor poterit obijcere fornicationem dimissæ, pro eo quod nupsit alij post repudium, nisi alias fuerit fornicata.

Mat. 19.

Idem Liuonienſi Episcopo & eis qui cum eo sunt fratribus.

Non licet relictam fratris in vxorem accipere,

pere, & de facto ducta separanda est, nisi aliter ecclesia dispensset.

Constitutio xxxvj.

Ibid.cap. Deus qui. 35.qst.3 c. Quæd.à Deut. 25

DEus qui ecclesiam suam. Et infrà. Quia dispar est ritus in Liuonien.ecclesia de nouo ad fidem catholicam conuersorum à nostro: propter infirmitatē gentis eiusdem concedimus, vt matrimonijs contractis cum relictis fratrum vtantur, si tamen (fratribus decedentibus sine prole, vt semen defuncti iuxta legem Mosaicam suscitarent) cum talibus contraxerunt, ne tales sibi de cætero, postquam ad fidem venerint, copulent prohibētes.

Idem Archiepiscopo Compostellano, & vniuersis episcopis in regno Legionensi constitutis.

Cogitur mulier ex officio iudicis donata sibi à viro propter nuptias pro conseruatione illiciti matrimonij relaxare, si talis donatio præstet impedimentum dissolutioni talis matrimonij.

Constitutio xxxvij.

Extra li. 4.tit.20. de dona. inter vir. & vxor. cap. Et si necesse. 16.qst.1 ca. Legi.

ETsi necesse sit. Et infrà. Quia verò castra quædam, quæ rex Legion. filiæ regis Castelli in dotem tradidisse proponitur, ita vt si eam aliqua occasione relinqueret, ipsa cederent in ius eius impedimentum præstare videntur huiusmodi copulæ dissoluendæ: cum castra ipsa non tā ob turpem, quàm ob nullam causam sint data, vtpote cū inter eos matrimonium non existat: & ideo nec dos nec donatio propter nuptias, ne ad commodum ei cedat, quod debet in pœnam eius potius retorqueri: castra ipsa restitui volumus, & ad id puellam per excommunicationis sententiam coarctari.

Idem Archidiacono S. Andreæ de Scotia.

Vsufructuarius donans sine consensu domini rem ipsam vxori propter nuptias, non transfert in eam plus iuris, quàm ipse habebat. Idem de eo, qui sub conditione adimente habet rem in hæreditatem vel in feudum.

Constitutio xxxviij.

Ibid.cap. Nuper. 10.qst.1 cap. Hæc ius permittum.

NVper à nobis tua discretio requisiuit, si aliqua terra alicui data fuerit, non in hæreditatem vel feudum, sed tantum quoad vixerit possidenda, & ipse postmodum tertiam partem vxori suæ in dotem concesserit, vtrum eo defuncto prefatam dotem vxor (dum vixerit) habere debeat & tenere: quum ecclesia dotes protegere teneatur viduarum? Postulasti præterea, si qua terra data fuerit alicui, & hæredi, quem de vxore legitima, peperet, in hæreditatem vel feudum: & ipse vxori suæ quadam parte ipsius in dotem concessa, decesserit postmodum sine prole, an mulier dotem eandem de iure posset habere?

Nos autem consultationi tuæ taliter respondemus, quod cum regulariter nullus plus iuris transferre possit, quàm eū constat habere: vir, cui terra prædicto modo conceditur, non potest vxori relinquere, quod ei non licuit, nisi quoad vixerit possidere: nec licet vxori suæ partem illius terræ in donationem propter nuptias ex viri concessione tenere, nisi donationi ille, ad quem spectat dominium illius terræ, voluerit consentire. *1. qst.7. cap. Dilibertum.*

Quod autem de prima consultatione dicimus, hoc respondemus etiam de secunda. Nam licet ecclesia in causis viduarum se fauorabilem debeat exhibere, cōtra iustitiam tamen non est eis fauor ecclesiasticus concedendus. Illud vero te nolumus ignorare, quod vxor dare dicitur viro dotem: vir autem vxori donatio nem facere propter nuptias, secundum legitimas sanctiones. *88. dist. c. Epis. C. de dona. ante nup. L. 1. & vlt §. Sānem cimus.*

Idem Archiepiscopo & Archidiacono Genuensi.

Vir agens pro dote, non omnino excluditur ex eo quod vergat ad inopiam, nec præcise cogitur satisdare vltra facultatem propriā, sed dos sibi assignatur sub cautione, quam præstare potest. Etsi per illam cautionem non esset sufficienter prouisum consumptioni dotis, deponitur dos apud mercatorem, vt de honesto lucro vir sustineat onera matrimonij.

Consti

Ibid.cap. Per ve- stras.
C.ne fide iusso. do. de. L.1. & 2.

Constitutio xxxix.

Ibid. cap. Per vestras.

PEr vestras literas intimastis, quod cũ magistrum R. super quadam summa pecuniæ pro H. paupere, authoritate nostra curaueritis conuenire, quam idem H. pro dote vxoris suæ requirebat ab eo: dictus R. exceptionem opposuit contra ipsum, quod vxorem suam a se repulerat, & tacita veritate super hoc literas impetrauerat: quia cum super eadem dote alia vice coram vestræ ciuitatis consulibus quæstio mota esset, ipsi pronunciauerunt, vt quoniam idem H. ad inopiam vergere videbatur, dos illa non assignaretur eidem, nisi cautionem idoneam de ipsa non peritura præstaret: vnde vos ei, vt de saluanda dote caueret, & vxorem suam reciperet, præcepistis. Et infrà.

C. ne fide iusso. do. de. L. 1. & 2.

Cum ergo satis possit ei modicum credi dotis, cui creditum est corpus vxoris, mandamus, quatenus dotem assignari faciatis eidem sub ea, quam potest, cautione præstare, vel saltem alicui mercatori committi, vt de parte honesti lucri dictus vir onera possit matrimonij sustentare: ne occasione dotis detentæ, vxor à viro dimissa, seu vir, qui dimisit vxorem, adulterij reatum incurrat. *ff. de iur. do. Si is qui Stichum.*

DE NVPTIIS SECUNDIS.

INNOCENTIVS PAPA III. P. nobili mulieri.

Mulier nubens infra annum lugubrem, infamiam non incurrit.

Constitutio xl.

CVm secundum Apostolum, mulier mortuo viro suo ab eius sit lege soluta, & nubendi cui vult, tantum in domino, liberam habeat facultatem: non debet legalis infamiæ sustinere iacturam, quæ licet post viri obitum infrà tempus luctus, scilicet vnius anni spacium, nubat, concessa sibi tamen ab Apostolo vtitur potestate, cum in his præsertim seculares leges non dedignentur sacros canones imitari. *Extra li. 4. tit. 21 de secundis nuptijs, c. Cũ secũdum. Rom. 7. 7. qst. 1. cap. Sicut alterius. 28. dist. c. De his.*

LIBRI QVARTI FINIS.

D. INNOCENTII PONTIFICIS MAXIMI, HVIVS NOMINIS TERTII, Constitutionum Decretalium, Liber V.

DE ACCVSATIONIbus, inquisitionibus & Denunciationibus.

INNOCENTIVS EPISCOpus seruus seruorum Dei, Archiepiscopo Bisuntino.

Dicens se aliquem accusaturum coram iudice, ante inscriptionem potest sine pœna desistere, & non accusare, sed ei desistenti silentium imponitur in perpetuum.

Constitutio I.

Extra li. 5. tit. 1. de accusationibus, cap. Licet in.

LICET in beato Petro. Et infra. Sanè cum ex literis B. decani S. Stephani & I. & O. canonicorum ecclesiæ Bisuntinæ ad sedis apost. audientiam peruenisset, te varia crimina commisisse, ac ab eis fuisses per easdem literas super periurio, crimine simoniæ & incestus delatus, Clemens Papa prædecessor noster (seruata iudiciaria grauitate) tibi certum termi num assignauit, quo responsurus obiectis apostolico te conspectui præsentares. Cum autem iuxta tenorem citationis ad sedem apost. accessisses, nec vllus appareret, qui te ita impeteret de prædictis, ne aliquid de contingentibus omittere videremur, ab I. & O. archidiaconis in nostra præsentia constitutis quæsiuimus diligenter, si quid super premissis aduersus te pro se, vel alijs proponere vellent, & quod scripserant, legitimè demonstrarent: ipsi autem, quod non proposito accusandi hæc scripserant, responderunt, sed quia super quibusdam incorrigibilis videbaris, quædam de te apost. sedi duxerant intimanda: sed nuncius, qui pro literis accesserat impetrandis, mandati formam excessit.

Nos igitur dictis canonicis super præ dictis silentium duximus imponendum, ne te de cætero eis super his accusare liceat, vel etiam infamare. *4. qst. 1. cap. Qui quis Episcoporũ.*

Quia vero prædicti canonici citra vinculum inscriptionis desistere voluerunt, eis de iuris permissione id non duximus imputandum. Ne autem in absolutione tua minus canonicè procedere videamur, quãuis potius in odore bonæ opinionis coëpiscoporum nostrorum, quàm eorũ infamia delectemur, Cabilonen. episcopo & abbati de Firmitate, inquisitionem tuæ famæ duximus committendam. *3. qst. 5. c. Siquẽ*

Idem Saliburgensi Archiepiscopo.

Ad prosequendam accusationem criminalem, non admittitur procurator, licet possit allegare causam absentiæ, seu alias exceptiones non tangentes crimen propositum: & qui iurauit stare mandato alicuius, non admittitur ad accusandum illum, si virtute iuramenti sibi fuit iniunctum vt non accusaret.

Constitutio II.

VEniens ad apost. sedem A. Pragen. canonicus contra Pragen. episcopum inter alia proposuit coram nobis, quod cũ esset filius sacerdotis, in ecclesiam fuerat Pragen. intrusus: & contra eiusdem ecclesiæ priuilegium homagium duci Bohemiæ præstitisset, sic subijciens Pragen. ecclesiam seruituti. Et infra. Vnde prædictũ episcopum ad festum resurrectionis dominicæ peremptoriè nos meminimus citauisse. *Ibid. cap. Veniens.*

citauisse. Idem vero ad suam excusationẽ viarum discrimina, consecrationem chrismatis imminentem, & quod filius Bohemiæ principis esset per ipsum baptizandus, tunc temporis per nuncios & literas allegauit. Licet autem excusationes huiusmodi, sicut erant, friuolas æstimantes, ipsum reputauimus contumacem: nec procuratores eius in causa possemus recipere criminali: eis tamen concessimus audi tores, vt si possent, illum aliquatenus excusarent. Cumque prædictus A. coram eis repetijsset obiecta, fuit ex aduerso responsum, quod, cum olim super hoc ad Magdeburgensem archiepiscopum literæ fuerant impetratæ, idem A. in obiectorum se videns probatione deficere, ad pedes eius se humiliter prosternens, veniã postulauit: & quod aduersus eum calumniose processerat, est confessus. Cæterum cum super hoc mandato stare eiusdem archiepiscopi iurauisset, ipse præcepit eidem, sub debito præstiti iuramenti, vt cõtra eundem episcopum de cætero ponere talia non auderet.

3. qst. 10 c. Placuit

Cum igitur nobis ex ipsius A. confessione constaret ipsum iuramentum huiusmodi præstitisse, ac tale recepisse mandatum, super impetitione dicti episcopi silentium ei duximus imponendum: propter contumaciam tamen eidem episcopo * citationem & purgationem propter infamiam indicentes.

* al. canonicã purgationẽ.

Idem Prioris S. Fridiani, & Magistro B. canonico Pisano.

Denunciator criminis non se inscribit, quia ad correctionem tendit: accusationem autem inscribit, quia tendit ad pœnam: excipiens vero inscribit ad pœnam extraordinariam, si per exceptionem deijcitur ab obtento: & dum discutitur de crimine per modum exceptionis, potest interuenire procurator.

Constitutio iij.

Ibid. cap. Sup his.

SVper his, de quibus nos consulere voluistis, inquisitioni vestræ breuiter respondemus, quod tribus modis valet crimen opponi: Denunciando, excipiendo, & accusando. Quando crimen in modum denunciationis opponitur, non est inscriptio necessaria; sed cum in modum accusationis, oportet inscribi, quoniam ad depositionem instituitur accusatio, sed ad correctionem est denunciatio facienda. Cum autem excipiendo fuerit crimen obiectum, distinguendum est, quare opponatur & quando. Si autem objcitur, vt ab accusatione & testificatione aliquis repellatur, non est inscribi necesse, sed cum opponitur, vt quis à promotione officij vel beneficij excludatur. Si ante confirmationem objcitur, non cogitur quisquam inscribere: quia crimen hoc modo probatum, impedit promouendum, sed non deijcit iam promotum. Post confirmationem verò, cum scilicet ordinandus fuerit aliquis aut etiam consecrandus, quia etiam ab obtinendo repellit, & deijcit ab obtento, ad extraordinariam pœnam, secundum arbitrium iudicis discreti, citra vinculum inscriptionis est excipiens astringendus, si defecerit in probando: pro eo quod crimine sic probato perdit, quod per electionem & confirmationem ei fuerat acquisitum: sed ob hoc prius habita non amittit. Licet enim agatur de crimine, non est tamẽ huiusmodi quæstio criminalis: vnde per procuratorem potest ritè tractari.

Infra li. 5 tit. de Simonia. cõstit. Licet Heli.

Idem Episcopo Vercellensi, & abbati de Tileto.

Generales inquisitores, si non seruauerunt debitum inquisitionis ordinem, prudenter & cautè se corrigere debent. Item quæ sit forma iuramenti, quam inquisitores exigunt ab inquisitis.

Constitutio iiij.

Ibid. cap. Qualiter.

QValiter & quando. Et infrà. Si circa Nouarien. episcopum debitum inquisitionis ordinem seruastis, discretionem vestram in domino commendamus. Si vero qualibet occasione prętermisistis eundem, adhuc ipsum tempore opportuno volumus obseruari, ne inde nascantur iniuriæ, vnde iura nascuntur. Idcoque mandamus quatenus ad conscientiæ vestræ iudicium recurrentes, si contra præscriptum ordinem, tãquam homines excessistis, nõ pudeat vos errorem vestrũ

21. qst. 3 cap. Peruenit. Matt. 7.

corrigere, qui positi estis, vt aliorum corrigatis errores: quoniam apud iudicem districtum, in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis: ita videlicet, vt inueniatis occasionem aliquam congruentem, per quam ne vestra vilescat authoritas, quanto cautius & prudentius poteritis superfedeatis ad præsens: quoniam ex his, quæ inordinatè sunt acta, non potest ordinabiliter agi.

14. qst. 5 c. Neque enim si. Supra li. 1. cõstit.

Si vero præscriptum ordinem custoditis, omni gratia & timore postpositis, Deum solum habentes præ oculis, via regia incedentes, sine personarum acceptione in negocio procedatis. Formam vero iuramenti, quam à clericis Nouarien. super inquisitione facienda in hoc negocio recepistis, in similibus volumus obseruari: vt videlicet iurent clerici, quod super his, quæ sciunt vel credunt esse in sua ecclesia reformanda, tam in capite, quàm in membris) exceptis occultis criminibus) meram & plenam dicant inquisitoribus veritatem.

Idem Archiepiscopo Arelatensi, & Abbati Vallis magnæ.

Si is, contra quem inquiritur, iurauit respondere tantum ad interrogata, post confessionem auditur volens probare excusationes quæ confessionem nõ perimunt, sed exponunt: secus si iurauerit plenam & meram veritatem dicere.

Constitutio V.

Ibid. cap. Cum dilecti. 2. qst. 1. c. Deus omnipotens. Gen. 6.

CVm dilecti filij Cistertien. abbas & P. & R. monachi Fontis frigidi apostol. sedis legati ad ecclesiam Agathen. accessissent, vt in ea legationis officium exercerent, quia de Agathen. episcopo per frequentem clamorem multa sibi fuerant insinuata finistra: voluerunt descendere ac videre, si clamorem opere compleuisset. Et infrà.

Quia verò nobis non constitit, sub qua forma Episcopus cũ canonicis Agathen. coram dictis legatis præstiterit iuramentum, vtrum, videlicet ita iurauerit, vt super statu ecclesiæ plenam & meram diceret veritatem, an vt ad inquisita veraciter responderet: Mandamus, quatenus eisdẽ legatis ex parte nostra mandetis, vt sub qua forma iuramentum præstiterit, studeant fideliter intimare. Et si secundum responsionem eorum, sub secunda forma iurauit, aut ipse sufficienter probauerit, se sub illa forma iurasse, per depositiones testium, quos produxit, aut etiam aliorum: cum depositiones illæ non fuerint publicatæ, nec productioni testium renunciare curauerit: quoniam secundum eandem non teneretur ex debito iuramenti, nisi ad inquisita solummodo respondere, vos excusationes suas audire curetis. Et si eas probauerit, cum excusationes huiusmodi confessiones non perimant, sed exponant, quæ tales sunt, vt ad bonum & malum valeant retorqueri, & ideo iudicari debent ex causa, cum sublato appellationis obstaculo absoluatis: cũ etsi repertus sit culpabilis in quibusdam, ex labore tamen & pudore punitus, quos propter hãc causam incurrit, huiusmodi leuis culpa leuiter ei valeat indulgeri. Quod si excusationes illas super dilapidatione, naufragio & simonia probare nequiuerit, aut sub prima forma iurauerit, cum secundum eãdem, nec veritatem tacere, nec admiscere debuerit falsitatem: vos, (non obstantibus excusationibus, quas de nouo proposuit: cum in cõfessionibus suis nullam de illis omnino fecerit mentionem, quamuis fit miter asseruerit, quod plures ex illis legatis prædictis exposuit, cum hoc per se probare non posset, tanquam qui solus examinabatur ab illis) cum ab administratione Agathen. ecclesiæ remouere curetis.

Idem Archiepiscopo Terraconensi, & Abbati S. Mariæ de Populeto & Archidiacono Barchinonensi.

De veritate criminum non inquiritur, nisi prius constet de infamia, & tunc non inimici vel periuri, sed idonei viri ad prosequendum inquisitionem & ad testimonium admituntur et non probato crimine, inducitur infamato purgatio. Constit. vj.

Ibid. cap. Cũ oportet.

CVm oporteat episcopum. Et infrà. Sanè venientibus ad apost. sedem G. & H. canonicis Vicentinensibus & multa enormia

3. qst. 9. cap. Hortamur. 2 qst. 3. c. Nullã.

enormia contra Vicen. episcopum proponentibus coram nobis, quia illa non debeamus sub dissimulatione trãsire, vobis inquisitionem illorum duximus committendam. Verum dictus episcopus, antequã ad ipsum nostra citatio peruenisset, ad psentiam nostrã accedens proposuit, quod illi, qui enormia de ipso suggesserant typo malitiæ potius, quàm iustitiæ zelo ducti nobis huiusmodi intimarunt, cum ipsi eius sint inimici manifesti, & cum eius hostibus conuersentur, consanguineosque suos ac complices intendant ad testificandum producere contra ipsum, qui ad denunciandum, seu testificandum admitti non debẽt, vtpote iuramenti prestiti transgressores, & alijs criminibus irretiti. Et infrà. Discretioni vestræ mandamus, quod nisi super prædictis famam ipsius læsam esse noueritis, vos ad inquisitionem illorum subito non procedatis. Quod si ad inquisitionem fuerit procedendum, prædictos vel alios, quos ipsius esse constiterit inimicos, nec ad prosequendam inquisitionem, nec ad perhibendum testimoniũ cõtra ipsum episcopum admittatis: sed per viros idoneos super his, quæ gesta sunt, inquiratis diligẽtius veritatem: & si nihil grue probatum fuerit contra ipsum, vos purgationem canonicam indicatis eidem.

3. qũ. 5. c. Consanguinei ac cu.

Innocentius Papa tertius.

A denunciatione repellitur publicus concubinarius, excommunicatus & conspirator & is qui non præmonuit. Constit. vij.

CVm dilectus filius. Et infrà. Si vobis constiterit prædictos, quorũ nomine sunt excessus huiusmodi de episcopo nunciati, publicè concubinarios tunc fuisse, propter quod in eos fuit excõicationis sententia promulgata, vel præfatum episcopum de iam dictis excessibus nõ fuisse præmonitum ab eisdem, vel ipsos conspirasse in eum, à denunciatione repellatis eosdem: alioquin audiatis, quæ fuerunt hincinde proposita: eidem episcopo authoritate nostra nihilominus prohibentes, ne super his, super quibus ad audientiam nostram fuerit legitimè appellatũ, præfatos clericos indebitè grauare præsumant, donec causa suprædicta iuxta formam mandati nostri fuerit terminata.

Ibid. cap. Cũ dilectus. Infrà lib. 5. de Simonia, constit. Per tuas.

Idem Episcopo Gebennensi.

Crimen probatum per modum inquisitionis, regulariter pœna ordinaria non punitur: sed si impedit ordinis executionem sit depositio, secut in accusatione: & si impedit tantum beneficij retentionem, sit priuatio à beneficio, nec potest iudex hanc pœnam moderare.

Constitutio viij.

INquisitionis negocium, quam de episcopo & de canonicis Valentin. vobis commisimus terminandam. Et infrà. Secundò quæsistis, quid vobis sit statuẽdum, si contra quempiam per inquisitionem probatum fuerit tale crimen, quod deponeret accusatum criminaliter & conuictum: in quo quidem duximus distinguendum, vtrum sit tale crimen, quod ordinis executionem susceperit, aut retentionem beneficij etiam post peractam pœnitentiam impediret: puta si homicidium cõmisisset, vel adeptus esset ordinem, aut beneficium vitio simoniæ: quo casu erit sicut in accusationis iudicio procedendum: alioquin secundum personæ merita, & qualitatem excessus pœnam poterit iudicantis discretio moderari.

Ibid. cap. Inquisitionis.

Contra non infamatum super veritate criminum inquiri non debet, etiam si libellus famosus contra eum oblatus fuerit in secreto, nec super principali creditur testi, qui iuratus dicit se illius, contra quem inquiritur, inimicum idem si hoc dicit ante iuramentum, nisi præsumatur hoc dixisse in fraudem.

Tertiẽ dubitationis articulus continebat, vtrum, cum duo vel plures iurati affirmant aliquẽ crimen aliquod eisdem vidẽtibus commisisse, de quo aliqua infamia non laborat, aliquã illi pœnam infligere debeatis. Et vtrum ad petitionẽ quorundã quasdam scedulas vobis occultè tradentium infamationem episcopi continẽtes, sit ad inquisitionem eorum, quæ in ipsis continentur scedulis, procedendum, & an fides eorum dictis debeat adhiberi, qui post iuramentum interrogati secreto, vtrum sint eorum, de quibus inquirit, inimici: Rñdent, quod non diligunt illos, vel directè inimicos se asserũt eorundẽ,

C. de testibus, L. nullum. aut etiam ante iuramentum id publicè confitentur, nullas tamen inimicitiarum causas probabiles ostendentes. Ad hæc respondemus, nullum esse pro crimine, sup quo aliqua non laborat infamia, seu clamosa insinuatio non processerit, propter dicta huiusmodi puniendum: quin imò super hoc depositiones contra eum recipi non debere, cum inquisitio fieri debeat solummodo super illis, de quibus 5. qst. 1. c. Quidã clamores aliqui præcesserunt. Nec ad petitionem eorum, qui libellum infamationis porrigunt in occulto, procedendum est ad inquisitionem super contentis ibidem criminibus faciendum. Aut etiam aduersus eos, contra quos fit inquisitio, fides adhibenda dictis eorum, qui post iuramentum vel ante tacitè, vel expresè inimicos se asserunt eoruudem: nisi forsan ante iuramentum in fraudem id facere præsumantur.

Non punitur quis de crimine, de quo non constat nisi per famam, & testium crudelitatem & per dicta paucorum non debet quis apud iudicem infamatus reputari.

Quæsiuisti etiam, quid statui debeat, si nihil per certam scientiam, sed tantum per famam, & eorum, qui fuerint inquisiti, crudelitatem iuratam contigerit inueniri. Et vtrum aliquis super eo crimine reputari debeat infamatus, de quo ipsum duo vel tres vel etiam plures dixerint infamatum: licet de ipso nihil sinistri in publico audiatur. Ad quod est nostra responsio, quod propter famam & deponentium credulitatem duntaxat nõ erit ad depositionis sententiam procedẽdum: sed infamatio canonica poterit indici purgatio secundum arbitrium iudicantis, qui propter dicta paucorum eum infamatũ reputare non debet, cuius apud bonos & graues læsa opinio non existit.

Idem Episcopo & Decano Saluatensibus.

Si is, de cuius crimine in iudicio constat, petit restitutionem propter iudiciarium ordinem non seruatum, non est audiendus, sed eum tanquam notorium criminosum debet superior de nouo priuare.

Constitutio ix.

AD petitionem Galteri quondam Corbiensis abbatis R.P. canonicis Nouiomen. à nobis dudum correctionem cõmissa". Et infrà. Verum dilectus filius G. S. Mariæ in porticu diaconus cardinalis apost. sedis legatus dicto G. præsente, nec reclamante super statu monasterij cœpit inquirere diligenter, & cum inquisitione finita eum Parrisius euocasset, propositurum contra inquisitione eandem si quid rationabiliter duceret proponendum, idem præsentiam eius audiens, allegauit, quod in monasterij correctione procedere non valebat, quæ prædictis iudicib. prius fuerat authoritate nostra cõmissa, licet cardinalem ipsum ex iustis causis se asserẽs habere susceptum, vocem ad nos appellationis emisit: quem cardinalis (inspectis quæ probata fuerat contra eum) amouit à regimine abbatiæ, dando fratribus eiusdem loci liberam facultatem alium eligendi: qui priorem deargento lio elegerunt concorditer in abbatem. Et infrà. Cum igitur nobis de talibus fuerit facta fides, propter quod præfatus G. erat merito amouendus, & si restituẽdus foret propter iudiciarium ordinem non seruatum ipsum prouidimus manere priuatum regimine abbatiæ: supradictum priorem, (pro eo quod præfato G. propter iuris ordinem non seruatum inordinatè remoto, intelleximus ob eandem causam per consequentiam minus legitimè substitutum) per sententiam amouentes: quem quia non propter personæ vitium, vel scientiæ defectum, sed propter iuris solennitatem prætermissam amouimus, ipsum postmodum restituimus in abbatem. *Ibid. cap. Ad petitionem.* 2. qst. 1. c. In primis.

Innocentius Papa tertius.

Agenti possessorio adipiscendæ in beneficiis, non obstat exceptio criminis, nisi de eo sit infamatus: et infamato, accusatore non probante, vel non apparente, indicitur purgatio, in qua si defecerit, punitur vt conuictus.

Constitutio x.

ACcedens ad præsentiam nostram G. quondam nepos H. subdiaconi nostri, *Ibid. cap. Accedẽs.*

stri, sua nobis conquestione monstrauit, quod cum idem H. apud sedem apost. via vniuersæ carnis ingressus fuisset, præbendam, quàm decedens habuerat in ecclesia Cremonen. ei duximus conferẽdam. Et infrà. Mandamus, quatenus, nisi præfatus G. super obiectis eidem in modum exceptionis criminibus, videlicet periurio & homicidio publicè fuerit infamatus, concessionem nostram sibi factam executioni mandetis. Deinde si legitimus accusator apparuerit, audiatis quæ fuerint hinc inde proposita: & si prædicta crimina vel eorum aliquod legitimè probatum fuerit contra eum, ipsi super eadem præbenda silentium imponatis. Si verò contra eum legitimus non apparuerit accusator, & ipse super prædictis criminibus dinoscitur respersus infamia, purgationem ei canonicam iudicetis: in qua si defecerit, imponatis ei silẽtium. Si autem purgationem præstiterit, contradictores ab eius molestia compescentes, eos qui eum nisi sunt impedire in expensis legitimis condemnetis.

2. qst. 3. c. Qui nõ proba. 2. qst. 7. cap Qua propter.

DE CALVMNIATORIBUS.

INNOCENTIVS PAPA III. Camorensi, Segebiensi & Abulensi Episcopis.

Denunciator in probatione criminum deficiens, ab officio & beneficio suspenditur, donec innocentiam suam purget.

Constitutio xj.

Extra li. 5. ti. 2. de calũniatoribus. c. Cum dilectus.

CVm dilectus filius magister scholarum Palæstinus ad sedem apost. accessisset, & de suo episcopo excessus varios nunciasset, examinationem commisimus excessuum obiectorum. Et infrà. Cum autẽ processum negocij examinauerimus diligenter, nec intelligere potuerimus probatum esse sufficienter aliquod de prædictis, eundem episcopũ absoluendum decernimus ab obiectis, vobis mandantes, quatenus memoratum magistrum scholarum, donec purgauerit canonicè suam innocentiam, scilicet quod non calumniandi animo ad huiusmodi crimina proponenda processit, ab officio & beneficio suspendatis, vt cæteri simili pœna perterriti, ad infamiã suorum facilè non prosiliant prælatorum.

DE SIMONIA, ET NE aliquid pro spiritualibus exigatur, vel promittatur.

INNOCENTIVS PAPA III Abbati de iugo Dei & Priori de Sill.

Pro benedictionibus nubẽtium & exequijs mortuorum nihil exigi debet.

Constitutio xij.

Extra li. 5. tit. 3. de Simonia. cap. Suam nobis.

SVam nobis parochiani de villa Franca querimoniam destinarunt, quod capellanus eorũ pro exequijs mortuorum & benedictionibus nubentium minus licitè ab eis pecuniam exigit & extorquet. Et infrà.

Discretioni vestrę mãdamus, quatenus dictum capellanum, vt à tanta præsumptione desistat, & etiam pro excessu satisfaciat competẽter, moneatis sibi (si obedire noluerit) pœnam canonicã infligentes.

Idem Archiepiscopo Cantuarien si.

Si per accusationem constat monachum simoniace fuisse receptum, receptus & recipiens deponuntur. Si vero per inquisitionem, receptus in arctius monasterium detruditur: recipienti vero & maioribus pœna condigna imponitur: & interim ab executione ordinum sacrorum suspenduntur. Constit. xiij.

Ibid. ca. Dilectus filius. 1. qst. 2. c. Quam pio. 30. dist. cap. Vt constitueretur.

DIlectus filius A. nuncius tuus, pro parte tua proposuit, quod cum Cantuarien sem diœcesim visitans, in monasterijs & religiosis locis pullulasse reperetis simoniacam prauitatem, ita quod in eis multi precio sunt recepti, qui potius gratis recipi debuissent, imò etiam ad religionis obseruantia inuitari. Dubitas igitur, an (quia multitudo reperitur in causa) seueritati sit aliquid detrahendum.

Nos

Nos inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod si aduersus eos, qui labe fuerint huiusmodi maculati, accusatio corā te fuerit canonicè instituta: postquam cri-
Extra li. 5. tit. 3. de simonia. cap. Insinuatum. mē fuerit ordine iudiciario patefactum, tam in dantes, quàm in recipientes canonicę seueritatis exercęs vltionem. Quod si de hoc tibi per solam inquisitionem constiterit, eos qui per simoniacam prauitatem in locis talibus sunt recepti, ab illis amoros, ad agendam pœnitentiam ad monasteria dirigas arctiora. Abbatibus autem abbatissis, prioribus, prælatis quibuslibet, & officialibus eorundem iniungas pœnitentiam competentem: & donec illam peregerint, eos à sacrorum ordinum executione suspendas, iniungens episcopis tuis, vt hanc formam per suas diœceses studeant obseruare.

18. dist. c. De eulogijs. Illud tamen gratanter recipi poterit, quod fuerit sine taxatione gratis oblatū.

Idem Priori S. Victoris, Magistris I. Bononiensi & L. Modicensi canonicis.

Abbas contra testes, qui deposuerunt contra eum de simonia in iudicio inquisitionis excipere potest, quod sunt inimici & conspiratores: alias vero exceptiones criminum opponere non potest. Constitutio xiiij.

Ibid cap. Licet Heli li. 1. Reg. 4. 23. qst. 5 cap. Non sunt. 81. dist. cap. Dictū est LIcet Heli summus sacerdos in se bonus existeret, quia tamen filiorum excessus efficaciter non corripuit, & in se pariter, & in ipsis animaduersionis diuinæ vindictam excepit, dum filijs eius in bello peremptis, ille de sella corruens, fractis ceruicibus, expirauit. Ad corrigendos igitur subditorum excessus, tanto diligentius debet prælatus assurgere, quanto damnabilius eorum offensas desereret incorrectas, contra quos (vt de notorijs excessibus taceatur) etsi tribus modis procedi possit, per accusationem videlicet, denunciationem & inquisitionem ipsorum: vt tamen in omnibus diligēs adhibeatur cautela, sicut accusationem legitimam præcedere debet inscriptio, sic & denunciationem charitatiua correctio, & inquisitionem clamosa debet insinuatio præuenire. Descēdam, inquit dominus, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint. Tunc enim clamor peruenit ad prælatum, cum per publicam famam, aut insinuationem frequētem subditorum sibi referuntur excessus: & tunc debet descendere & videre, id est, mittere & requirere, vtrum clamorem, qui venit, veritas comitetur. Nam iuxta canonica sanctiones, si quid de quocūq; clerico ad aures prælati peruenerit, quod eum iustè possit offendere, non facilè credere, nec ad vindictam cum res accendere debet incognita, sed coram ecclesiæ senioribus diligenter est veritas perscrutanda: vt si rei popoſcerit qualitas, canonica districtio culpam feriat delinquētis: non tanquam sit idem accusator & iudex, sed quasi fama deferente, vel denunciante clamore, sui officij debitum exequatur: eo semper adhibito moderamine, vt iuxta iudicij formam, sentētiæ quoque forma dictetur.

Gen. 18. 2. qst. 1. cap. Deus ops. Ione 1. 86. dist. c. Si quis vero. 2. qst. 1. c. In primis. 6. Multi.

Cum igitur de abbate Pompoſiano ea nobis frequenter insinuata fuissent, quæ ab honestate regulari nimium dissonabant, monachis ad præsentiam nostram accedentibus, quidam ex ipsis nobis ipsum de simonia, periurio, dilapidatione, ac insufficientia detulerunt, contra quos cum idem abbas exciperet, quod denunciationem huiusmodi fraterna correctio secundum regulam euangelicam nō præcesserat, & ijdem constanter assererent, quod correctionem huiusmodi præmississent, licet ad probandum hæc duorum monachorum iuramenta fuissent exhibita: quia tamen super hoc ipsi nondum cō tendere desistebant, nos, vt prediximus, frequentibus clamoribus excitati, ex officio nostro voluimus inquirere de præmissis omnes monachos, qui vel cum ipso, vel contra ipsum accesserant, iuramenti vinculo astringentes, vt de propositis plenam, quam scirent exponerent veritatem: quorum depositiones cum in scriptis redactæ, publicatæ fuissent, super illis cœperunt multipliciter disputare. Quia verò tum ex assertione monachorum, tū ex ipsius abbatis cōfessione cognouimus, quod idem non modicam summam pecuniæ relictam à prædecessore suo expēderat, & in alia summa maiori monaste-

Mat. 18. 2. qst. 1. c. Si per cauerit. 35. qst. 6. c. Episcopi. Synodo.

rium

rium obligarat: nos eum quasi de dilapidatione suspectum ab administratione abbatiæ duximus suspendendum. Et quia simonia multis modis cõtra ipsum abbatẽ videbatur esse probata, ipsa contra testes multas exceptiones opposuit, super quibus fuerat multipliciter disputatũ: aliis asserẽtibus in crimine simoniæ, sicut in crimine læsæ maiestatis omnes indifferenter, tã infames, q̃ criminosos, non solũ ad accusandum, sed etiam ad testificandum admittendos: cum instar publici criminis & læsæ maiestatis procedat accusatio simoniæ: alijs econtrario respondentibus, qd̃ licet hæc duo crimina, quãtum ad accusationem, quasi paria iudicentur: differunt tamẽ in multis, cum alia pœna pro vno, & alia pro altero inferatur: & inter personas accusatorum & testium sit vtique distinguendum: cum non per accusatores, sed testes crimina comprobentur.

Supra eo dem cõst. proxima

Ne verò vel innocentiæ puritas confusa succumberet, vel simoniæ prauitas effugeret impunita, nos æquitate pensata, illas duntaxat exceptiones oppositas probandas admisimus, quæ probatæ non de zelo iustitiæ, sed de malignitatis fomite procedere viderentur.

Innocentius Papa tertius.

An, & quando testes criminosi admittãtur in crimine simoniæ, &c. Constit. xv.

Ibid cap. Per tuas.

PEr tuas literas nobis intimasti, te dubitare super quadam epistola decretali, quam nos asseris edidisse de testibus admittendis contra simoniacam prauitatẽ. Nouer is igitur, quod nos illam epistolam, quæ sic incipit: Quamuis ad abolendam, nequaquã edidimus: sed aliam, quæ sic incipit: Licet Heli, nos edidisse fatemur: ad eius intelligentiam credimus distinguendum, vtrum is, contra quem agitur de simoniaca prauitate, denuncietur simpliciter, aut criminaliter accusetur: & vtrum agatur secundum iuris rigorem, an secundũ temperantiam æquitatis. Itẽ, vtrum ipse sit regularis, qui iam renunciauerit mũdo, an secularis, qui adhuc in mũdo existit, & an inferioris gradus, an excellentioris sit dignitatis. Ad hæc, vtrum ante fuisset claræ opinionis, & bonæ famæ, an grauiter infamatus, & valde suspectus: & vtrum de facili possit puniri, an sine scandalo nequeat condemnari. Præterea, vtrum testes sint honesti, an criminosi, & an sint emẽdati de crimine, an adhuc in crimine perseuerẽt. Rursus, si crimina sint eadem vel minora, an paria, vel maiora, vtrumue testes ex zelo iustitiæ, an ex malignitatis fomite deposuisse credebantur. Denique, vtrum ad prauitatem simoniacam detegendam sola dicta testium indicantur, an alia etiam ad minicula suffragentur.

2. q̃st. 1. c. In primis. 23.

9. 4. cap. Non põt.

Hæc omnia sunt ad intelligentiam illius epistolæ distinguenda. Ille quidem Pompasianus abbas qui iam pridem renunciauit mundo, erat de simonia, periurio, dilapidatione ac insufficientia grauiter infamatus. Cumque per monachos, qui iurauerant perhibere testimonium veritati, simonia multis modis videretur esse probata: ipse contra testes multas exceptiones opposuit, conspirationes videlicet, inimicitias capitales, furtum & adulterium, vt eos à testimonio remouere. Nos verò (ne innocentiæ puritas confusa succumberet, vel simoniæ prauitas effugeret impunita) illas duntaxat exceptiones probandas admisimus, quibus forte probatis, testes non zelo iustitiæ, sed malignitatis fomite processisse constaret, vt conspirationes & inimicitias capitales: cæteras autem exceptiones, vt furti, adulterij, propter immanitatem hæresis simoniacę (ad cuius comparationem cætera crimina quasi pro nihilo reputãt) duximus repellẽdas: quoniam etsi probatæ fidem testium debilitarent in aliquo, non tamen euacuarent ex toto, alijs adminiculis suffragantibus, præsertim cum testes de crimine fuerint emendati.

18. q̃st. 2. Si quis Abbas. 11. q̃st. 1. c. Contra rationẽ. 1. q̃st. 7. ca. Pater Simonia cos.

Tales igitur contra talem taliter duximus admittendos, non secũdum rigorem iuris, sed secundũ temperantiã æquitatis, cum ageretur non criminaliter, vt deponeretur ab ordine: sed ciuiliter, vt ab administratione amoueretur, tanq̃ immeritus & damnosus: & vtique tales prælati ex leuioribus causis possunt ab administrationibus amoueri, sicut quorundam religiosorum approbata consuetudo deposcit. Vnde prædictus abbas non expectata sententia, quasi malè conscius sibi, cessit.

Idem

Idem Abbati Temblacensi.

Non imputatur electo confirmatio, si eo prohibente pro ipsius confirmatione pecunia data fuit. Constit. xvj.

Ibid.cap. Sicut tuis. SIcut tuis literis intimasti, cum in Temblacen.ecclesia fueris monachus, fuisti tandem promotus ad regimen ecclesiæ Floren. Verum abbatæ Temblacensi post sublato de medio, ipsa quę prius te filium habuerat, in patrem per electionem canonicam te vocauit. Et quia pastore carebat Leodien. ecclesia cathedralis, ad Colonien. ecclesiam, quę tua est metropolis, proficiscens, ipsius authoritate in Temblacen. ecclesia interim ministrasti. Cæterum postquam in Leodien. ecclesia fuit episcopus institutus, is à te requisitus, electionem de te factam noluit confirmare. Verum cum hæc fieri pro extorquenda pecunia comperisses, sub interminatione anathematis vetuisti, ne pro facto huiusmodi aliqua pecunia offerretur. Sed quidam de fratribus, te inconsulto & ignorante, contra excommunicationis, à te factæ, sententiam venientes, promiserunt pecuniam, & etiam exoluerunt: & sic ab episcopo inuitatus, institutionem ab eo accepisti liberè, quemadmodum postulabas. Et infrà:

Supra li. 1. cõstit. Cum inter canonici.

1. qst. 3. c. Præsentium. Quamuis autem secundum sacrorum canonum instituta, etiam paruuli, qui cupiditate parentum ecclesias per pecuniam sunt adepti, eas dimittere teneantur: quia tamen longè diuersum est non præbere consensum, & expressum aliquid prohibere: taliter duximus respondendum, quoniam ex eo, quod contra prohibitionem & voluntatem tuam (à qua postmodũ minimè recessisti) aliquis penitus te ignorante promisit pecuniam, & exoluit, præsertim cum ijs nulla sit tibi consanguinitate coniunctus, nihil debet tibi ad pœnam vel ad culpam, sicut credimus, imputari, nisi postea consenseris, pecuniam soluendo promissam, aut reddendo solutam: alioqui contingeret, quod ali cuius factum insidias inimico parantis ei damnosum existeret, cui penitus displiceret & sic aliquis de fraude sua commodum reportaret.

C. de pæn. L. sancimus.

Illos autẽ qui dederunt pecuniam, vel etiam receperunt, intantum constat esse culpabiles, quod si excessus eorum esset ecclesiæ manifestus, quæ non iudicat de occultis, pœna essent canonica feriendi.

22. dist. c. Erubescant.

Idem Decano Beluacensi.

Si clericus cum pacto confert ecclesiæ bona sua, vt in ipsa recipiatur in canonicum, & illa sibi retineat pro præbẽda simonia committitur: secus si hoc fiat sine pacto. Constit. xvij.

Ibid.cap. Tua nos duxit. 1. qst. 2. c. Quapropter. TVa nos duxit discretio consulendos. Et infra. Deuotioni tuæ taliter respõdemus, quod si quis clericus cum cõditione vel pacto largiatur, aut offerat bona sua, vt illa postmodum pro præbenda reti neat, & in canonicum admittatur, huiusmodi oblatio vel receptio fieri non potest sine vitio simoniæ, cum in talibus omnis pactio aut conuentio cessare debeat, iuxta canonicas sanctiones. Si verò purè ac sine pacto ex conditione qualibet offerat, rogãs humiliter, vt in canonicũ admittat & bona sua retinere sibi liceat pro præbenda, & clerici eiusdem ecclesię purè cõsentiant, huiusmodi exceptio fieri potuit absque scrupulo simoniacæ prauitatis.

Licet autem taliter duximus respondendum, quia nobis datum est de manifestis tantummodo iudicare: si tamen is, qui talem donationem facit, ea intentione ducatur, vt per temporalia bona, quæ offert, spiritualia valeat adipisci, & clerici, qui eum in fratrem admittunt, non essent eum, nisi commoda temporalia perciperent, admissuri, sine dubio tam ille, quàm isti apud districtum iudicem, qui scrutator est cordium, & cognitor secretorum, culpabiles iudicantur.

Hier. in Apoc.

Idem Priori Carthusien.

Non debet quis ordinem recipere ab eo, quem credit simoniacum: sed ministrare potest in illis, quos prius ab isto recepit. Constit. xviij.

Ibid.cap. Per tuas. PEr tuas literas intimasti, quod cum B. in quadam domo Carthusiensis ordinis susceptisset habitum monachalem, à diœcesano episcopo fuit in subdiaconum ordinatus: sed postmodum didicit ex relatione quorundam, quod episcopus multo

33. dist. c. Habuisse. multoties commiserat vitium simoniæ: propter quod idem monachus in susceptō formidat ordine ministrare, nolens ab eodem episcopo ad superiores ordines promoueri. Et infrà.

Nos igitur respondemus, vt idem in ordine sic susceptō securè ministret: sed contra conscientiam ad superiores ordines non ascendat, ne forè ædificet ad gehennam: licet ex eo, quod conscientiam nimis habuerit scrupulosam, in difficultatem huiusmodi sit collapsus: quam vtique non euadet, nisi deponat errorem.

Idem Cantuariensi Archiepiscopo.

Pro chrismate vel inuestitura ecclesiarum, nihil exigi debet, nec excuset consuetudo, vel nominis variatio.

Constitutio xix.

Ibid. cap. In tantū. IN tantum peccatis exigentibus corda quorundā simoniaca prauitas depraua uit. Et infrà. Sanè peruenit ad audiētiam nostram, quod cum olim quidam suffraganei tui pro chrismate certam cōsueuerant pecuniæ accipere quantitatem, non metuentes pœnam canonicam, & correctionem tuam eludere cupientes, tempus faciendæ solutionis anticipant, recipientes in media quadragesimā, quod recipere consueuere post Pascha: & vt causam recipiendi dissimulent, nomen denariorum variant, denarios, quos prius chrismales, secundo Paschales dicebant, consuetudinem mediæ quadragesimæ nuncupātes: Et infrà. Cum vero expressius exprimat venditionis speciem, qui prius recipit precium, quàm rem conferat præcioſam, & gratis sit gratia conferenda: mādamus, quatenus taliter excessus corrigas suprà dictos, suffraganeos tuos, & officiales eorum à tam illicita exactione compescens, quod aliorum culpa tibi ob tuā negligentiam non imputetur ad pœnam. Prauam etiam illam consuetudinem de tua prouincia studeas abolere, per quam pro ecclesiarum inuestitura archidiaconi marcham argenti, minores verò decani vaccam albam sibi dari postulant, vel certam solui pecuniæ quantitatem.

Extra li. 5. ti. 3. de simonia. cap. Ea q̄ de.

1. q̄st. 1. c. Gratia si nō gratis.

Innocentius Papa tertius.

Ordinatus in subdiaconum, qui prius præsentatori suo promisit, quod nil ab eo peteret, in susceptō ministrare, vel ad superiores ordines ascendere sine dispensatione non potest, etiam si peccare non crediderit.

Constitutio xx.

Ibid. cap. Per tuas. PEr tuas nobis literas intimasti, quod cum D. lator præsentiū vellet in subdiaconum ordinari, & certum titulum non haberet, quendam presbyterum exorauit, vt ipsum ad ecclesiæ suæ titulū præsentaret: quod cum ille facere recusaret, ipse illi firmiter repromisit, quod nunq̄, si præsentaret eundem, in ecclesia sua aliquam peteret portionem. Et sic ad præsentationem eius extitit ordinatus, nec se in hoc egisse aliquid illicitum intellexit. Et infrà. Nos inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod nisi eum eo fuerit misericorditer dispensatum, nec ad superiores ascendere, nec in susceptō debet ordine ministrare.

Innocentius Papa tertius.

Simoniæ est dare pecuniam pro vicariatu, vel pro alia administratione rerum spiritualium seu ecclesiasticarum habenda, & dantes & recipientes sunt ab illa ecclesiæ eijciendi.

Constitutio xxj.

Ibid cap. Cōsulere. COnsulere. Et infrà. Quicunque vice dominatum, vel aliam ecclesiasticarum rerum administrationem per pecuniam obtinere voluerit, tam ementes, quàm vendentes cum Simone percelluntur, & ab illa ecclesia, in cuius contumeliam dare pecuniam, & accipere voluerunt, iustè excluduntur.

DE IVDAEIS ET SARACENIS.

INNOCENTIVS PAPA III. Archiepiscopo Senonensi, & Episcopo Parrhisiensi.

Iudæi

Iudæi nutrices vel seruientes, Christianos habere non debent: contra facientibus interdicitur Christianorum commercium.

Constitutio xxij.

Extra li. 5. tit. 6. de Iudæis & Saracenis, cap. Etsi Iudæos. 13. qst. 1 ca. Ecclesias. § Itē Præcepit.

ET si Iudæos, (quos propria culpa submisit perpetuæ seruituti) pietas Christiana receperit, & sustineat cohabitationem illorum: ingrati tamen nobis esse non debent, vt reddant Christianis pro gratia contumeliam, & de familiaritate contemptum: qui tanquā mi sericorditer in nostram familiaritatem admissi, nobis illam retributionē impendunt, quam iuxta vulgare prouerbium, mus in pera, serpens in gremio, & ignis in sinu, suis consueuerunt hospitibus exhibere.

Accepimus autem, quod Iudei faciunt Christianas filiorum suorum nutrices, & (quod non tm dicere, sed etiam nefandū est cogitare) cū in die resurrectionis dominicæ illas recipere corpus & sanguinē Iesu Christi contingit, per triduum ante quam eos lactent, lac effundere faciant in latrinam. Alia insuper contra fidē catholicam detestabilia & inaudita cōmittunt: pp quæ fidelibus est verendum, ne diuinam indignationem incurrant: cum eos perpetrare patiuntur indignè, quæ fidei nostræ confusionem inducunt. Et infr.

87. dist. c. Facientu culpā. 22. qst 4 ca. Dicat aliquis.

Inhibemus ergo districtè, ne de cetero nutrices, vel seruientes habeant Christianos, ne filij liberæ filijs famulentur ancillæ: sed tanquam serui à domino reprobati, in cuius mortem nequiter coniurarūt, se saltem per effectum operis recognoscant seruos illorum, quos Christi mors liberos, & illos seruos effecit. Et infrà.

Si vetò nutrices & seruientes non dimiserint Christianos, sub excommunicationis pœna inhibeatis districtè omnibus Christianis, ne cum eis commercium aliquod audeant exercere.

Innocentius Papa III.

Iudæus qui percusserit clericum, temporaliter punitur: & si de facto puniri non potest, interdicitur sibi Christianorum commercium, donec satisfecerit iniuriam passo.

Constitutio xxiij.

Ibid cap. Postulasti.

POstulasti, qualiter contra Iudæum procedere debeas, qui manus iniecit in quendam clericum violentas. Ad quod breuiter respondemus, quod si dictus Iudæus tuæ iurisdictionis existit, ipsum pœna pecuniaria punias, vel alia (secundum quod conuenit) temporali, faciens læso satisfactionem congruam exhiberi. Alioquin eius dominum moneas & inducas, vt passo iniuriam, & ecclesiæ ab eo satisfieri faciat competenter. Quod si dñs eius neglexerit adimplere, tu Christianis omnibus per censuram ecclesiasticam interdicas, ne cum ipso Iudæo antequā satisfaciat, præsumant cōmercia exercere.

DE HAERETICIS.

INNOCENTIVS PAPA III.

Bona hæreticorum confiscantur, & in terris ecclesiæ applicantur fisco ecclesiæ, in terris imperij iudicis secularis fisco: & procedit, etiam si catholicos habent filios.

Constitutio xxiiij.

Extra li. 5. tit. 7. de hæret. cis. cap. Vergentis. Extra li. 2. ti. 1. de Iudicijs, ca. Nosse. ille qui.

VErgentis in senium seculi corruptelam. Et infrà. In terris vero temporali nostræ iurisdictioni subiectis, bona hæreticorum statuimus publicari: & in alijs idem præcipimus fieri per potestates & principes seculares, quos ad id exequendum (si fortè negligētes extiterint) per censuram ecclesiasticā appellatione remota, cōpelli volumus, & mandamus, vt nec ad eos bona eorum vlterius reuertantur, nisi eis ad cor reuertentibus, & abnegantibus hæreticorum consortium misereri aliquis voluerit, vt temporalis saltem pœna corripiat, quem spiritalis non corrigit disciplina. Cum enim secūdum legitimas sanctiones, reis læsæ maiestatis punitis capite, bona confiscentur eorum, filijs suis vita solummodo ex misericordia conseruata, quanto magis, qui aberrantes à fide domini Dei filium Iesum offendunt, à capite nostro, quod est Christus, ecclesiastica debent districtione præcidi, & bonis temporalibus spoliari: cum longè sit grauius, æternā, quàm temporalem lædere maiestatē.

82. dist. cap. Plurimos. 17. qst. 2 ca. Sicut

Nec

qui eccle fiam. 15. quæst. 8. cap. Cum multa.

Nec huiusmodi scueritatis censuram orthodoxorum exheredatio filiorum, quasi cuiusdam miserationis prætextu debet vl latenus impedire, cum in multis casibus (etiam secundum diuinum iudicium) filij pro patribus temporaliter puniantur, & iuxta canonicas sanctiones quandoque feratur vltio, non solum in auctores scelerum, sed & in progeniem damnatorum:

Innocentius Papa III.

Aduocati & notarij hæreticis vel eorum defensoribus fauentes, aut sub eis litigantibus patrocinantes, & pro eis instrumenta scribentes, infames sunt, & ab illo officio suspensi.

Constitutio xxv.

Ibid. cap. Si aduersus. 23. dist. cap. Quãquã. 25. q. 2. c. Vniuersa.

SI aduersus nos terra consurgeret. Et infrà. Quia timeri plus solet, quod specialiter iniungitur, quàm quod generaliter imperatur: vobis aduocatis & scriniarijs firmiter inhibemus, ne hæreticis, credentibus fautoribus, vel defensoribus eorundem in aliquo præstetis auxilium, consilium aut fauorem: nec eis in causis, vel in factis, vel aliquibus litigãtibus sub eorum examine vestrum patrocinium præbeatis, & pro ipsis publica instrumenta vel scripta facere nullatenus attentetis. Quod si contra præsumpseri is, ab officio vestro suspensos perpetuæ vos decernimus infamiæ subiacere.

Idem vniuersis Christi fidelibus, tam in vrbe Metensi, quàm in eius diœcesi constitutis.

Laici non prædicent, nec occulta conuenticula faciant, nec sacerdotes reprehendant.

Constitutio xxvj.

Ibid. cap. Cum ex. 11. q. 1. c. Cõspirationem. 38. dist.

CVm ex iniuncto. Et infrà. Licet autem desiderium intelligendi diuinas scripturas, & secundum eas studium adhortandi reprehendendum non sit, sed potius commendandum: in eo tamen apparent quidam laici merito arguendi, quod occulta conuenticula celebrant, officium prędicationis Christi sibi vsurpãt, sacerdotum simplicitatem eludunt, & eorum consortium aspernantur, qui talibus non inhærent. c. Sedulo. Ioann. 1. Mar. 16. Mat. 10.

Deus enim lux vera, quæ omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, in tantum odit opera tenebrarum, vt apostolos suos in mundum vniuersum prædicaturos euangelium omni creaturæ missurus, eis præceperit apertè, dicens: Quod dico vobis in tenebris, dicite in luce: & quod in aure auditis, super tecta prædicare. Et infrà.

Sicut enim multa sunt membra corporis, omnia vero eundem actum non habent: ita multi sunt ordines in ecclesia, sed non omnes habent idem officium: quia secundum Apostolum, alios dominus dedit apostolos, alios prophetas, alios autem doctores, &c. Cum igitur doctorum ordo sit quasi præcipuus in ecclesia, non debet sibi quisque indifferenter prædicationis officium vsurpare. Nam secundum Apostolum, quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Et Veritas ipsa præcepit apostolis: Rogate dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. Quod si fortè quis arguèt respondeat, quales inuisibiliter mittuntur à Deo, & si nõ visibiliter mittuntur ab homine, cum inuisibilis missio multo sit dignior, quàm visibilis: & diuina lõgè sit melior, quàm humana: potest rationabiliter respondeari, quod quum interior illa missio sit occulta, non sufficit cuiquam nudè tantum asserere, quod ipse sit missus à Deo: quũ hoc quilibet hereticus assereret: sed oportet, quod astruat illam inuisibilem missionem per operationem miraculi, vel scripturæ testimonium speciale. Vnde cum dñs vellet mittere Moysen in Aegyptum ad filios Israël, vt crederent ei, quod mitteretur ab ipso, dedit ei signum vt conuerteret virgam in colubrum, & virgam iterum reformaret. Ioannes quoque Baptista speciale suæ missionis testimonium protulit de scriptura, dicens: Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam domino, sicut ait Esaias propheta. Et infrà. c. Reuera Esai. 40. Ioann. 1. Matt. 3. Malac 2. 43. dist. cap. Si Rector.

Licet autem scientia sit valde necessaria sacerdotibus ad doctrinam, quia iuxta

38. dist. c. Sedulo. Exo. 22. Ioan. 10. xta verbum propheticum, labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirunt ex ore eius. Non est tamen simplicibus sacerdotibus etiam à scholasticis detrahendum, quum in eis sacerdotale officium debeat honorari. Propter quod dominus in lege præcepit: Dijs non detrahes, sacerdotes intelligens. Qui propter excellentiam ordinis, & officij dignitatem deorum nomine nuncupatur. Et infrà.

Ioan. 8. Nec quisquam suæ præsumptionis audaciâ illo defendat exemplo, quod asina legitur reprehendisse prophetam: vel, quod dominus ait: Quis ex vobis arguet me de peccato? quum aliud sit fratrem in se peccantem occultè corripere (quod quisquæ tenetur efficere secundum regulam euangelicam: in quo casu sanè potest intelligi, quod Balaã fuit correptus ab asina) & aliud est fratrem suum delinquentem reprehendere manifestè, quod vtique nulli licet, secundum euãgelicam veritatem. Nam qui etiam dicit fratri, Fatue, reus erit gehēnæ ignis. Rursus, aliud est, quod prælatus sponte de sua confisus innocentia, subditorum se accusationi supponit. (In quo casu præmissum domini verbum debet intelligi) & aliud est quod subditus non tam animo reprehendendi, quàm detrahendi exurgit temerarius in prælatum, cum ei potius incumbat necessitas obsequendi. Quod si fortè necessitas postularet, vt sacerdos tanquam inutilis & indignus à cura gregis debeat remoueri, agendum est ordinatè apud episcopum, ad cuius officium, tam institutio, quàm destitutio sacerdotum noscitur pertinere.

Num. 22. 55. dist. c. Euangelica. Matth. 5 2. qst. 7. Nos si in competẽter. 18. qst. 2 c. Si quis abbas.

DE SCHISMATICIS.

INNOCENTIVS PAPA III. Archiepiscopo Bisuntino.

Ordinatus à schismatico, ab officio est repellendus, nisi probet secum dispensatum per habentem potestatem.

Constitutio xxvij.

Extra li. 3. ti. 5. de schismaticis cap. Fraternitati tuæ.

FRaternitati tuæ. Et infrà. Priorem, quem asseris à schismatico ordinatum, ab officio poteris repellere incunctanter, nisi legitimè probauerit secum fuisse misericorditer dispensatum, & ab ea persona, quæ super hoc potestatem habuerit dispensandi.

DE APOSTATIS.

INNOCENTIVS PAPA III.

Infamatus de apostasia, compellitur se purgare.

Constitutio xxviij.

Extra li. 5. ti. 9. de Apostatis cap. Tuæ fraternitatis.

TVæ fraternitati. Et infrà. Super secundo articulo inquisitionis tuæ duximus respõdendum, quod clerici, qui sunt de apostasię crimine infamati, qui videlicet abiecerunt habitum cleri calem, non sunt in seculari habitu tolerãdi, sed per districtionem ecclesiasticam coërcendi, donec deficiente probatione ad infamiam abolendam purgationem canonicam curauerint exhibere.

DE HOMICIDIO.

INNOCENTIVS PAPA III. Episcopo Lugdunensi.

Homicidium casuale non imputatur ei, qui dedit operam rei licitæ, nec fuit in culpa.

Constitutio xxix.

Extra li. 5. tit. 12. de Homicidio, cap. Dilectus filius.

DIlectus filius A. cappellanus proposuit, quod cum quadam corporis molestia grauaretur, vt comendi appetitum aliquantulum excitaret, equum, quem nutriebat, ascendit: qui quum bene non pareret habenis, sed præter sessoris arbitrium saltibus lasciuerit, ipse (vt eius refrenaret impetum) frenum intulit, equũq. calcaribus stimulauit: cumq. fracto freno equus proprio arbitrio relictus curreret, festinanter quædam mulier veniens ex obliquo infantulum baiulans obuiauit: in quam equus irruens (procul abiecto sessore) puerum prædictum oppressit.

Ideoque

ff. de furtis L. Qui iniurię. L. dist. ca. Hi qui.

Ideoque mandamus quatenus si est ita quum idem capellanus nec voluntate nec actu homicidium perpetrauit, nec dedit operam illicitę rei, non impedias, quo minus diuina possit officia celebrare.

Idem Metensi Episcopo.

Homicidium non imputatur ei, qui dedit operam rei licitæ, nec fuit in culpa.

Constit. XXX.

Ibid. cap. Ex literis.

EX literis tuæ fraternitatis accepimus, quum H. presbyter fœnum vellet de curru deponere, perticam superius alligatam proiecit in terram: & cum fœno insisteret deponendo, puerum quendam iuxta currum reperit semiuiuum, in quo præter modicum liuoris in fronte nihil inueniri potuit læsionis.

Nos aũt ab eodem quæsiuimus sacerdote, si priusquam iaceret perticam circumspexisset solicitè, an aliquis esset circa currum: qui qđ diligentissimè circũspexisset asseruit, sed qđ vidisset aliquẽ denegauit. Ad te igitur remittentes eundem, Mandamus, quatenus, si res ita se habet, nisi circa eundem graue scandalũ sit exortum, vel tanta laboret infamia, quod deficiente accusatore, oporteat eidem canonicam purgationem indici, ipsum liberè permittas exequi officium sacerdotis.

Idem Bisuntino Archiepiscopo.

Summatur ista vt duæ præcedentes constitutiones.

Const. XXXI.

Ibid. cap. Ex literis tuæ.

EX literis tuę fraternitatis accepimus, quod quidã monachus ad deponendam de campanili campanã subseruiens quia quoddam lignum corruit ipso mouente, quẽdã puerũ oppressit & occidit. Quocirca mandamus, quatenus si monachus ipse rem necessariam agebat & vtilem, & in loco, per quem aliquem transire non crederet, vel ibidem existere, vel ẽt illuc de cõsuetudine venire, qñ lignũ dinoscitur mouisse, satis poterit, præsertim in monasterio, ad altiores ordines promoueri.

Idem Episcopo Paduano.

Summarium vt in præcedentibus.

Constit. XXXII.

Ibidem ca. Significasti

SIgnificasti nobis, qđ cum F. clericus equitaret, equus, cui insidebat, tã se, q̃ ipsum proiecit in aquam, vnde clericus ipsum grauiter calcaribus stimulauit: equus verò cum existeret bucca durus, p̃ter voluntatem sessoris, raptus in cursũ, mulierem quandam obuiam habuit, q̃ ex improuiso pedibus interfecit. Cũque nos ab eodem clerico fecissemus inquiri, vtrum equi vitium prius sciuisset, illud asseruit se ignorasse. Ideoque mandamus, quatenus, si ita est, ad cautelã iniungas eidem pœnitentiam competentem: qua peracta, non impedias, quo minus in susceptis ministret ordinibus, & ad maiores valeat promoueri.

23. q. 5. c. Excõicatorum.

Innocentius Papa tertius.

Non censetur homicida is, qui prohibente, & causam non dante, à consanguineis homicidium committitur.

Constit. XXXIII.

Ibidem ca. Petrus diaconus.

PEtrus diaconus, & monachus S. Ioannis de Puna, sua nobis insinuatione monstrauit, q̃ cum ipsum quondã secularibus habitu in ecclesia dẽ Rigelo beneficium obtinẽtem, abbas illius ecclesię eodem beneficio spoliasset: cognati & amici eius irati plurimum & commoti, nocte quadã in domo diaconi conuenerũt & cęna facta, dicebant q̃ vindictam volebant sumere de abbate: inhibiti aũt expresse ab eodẽ diacono, ne abbatẽ occiderẽt, aut aliquid sibi facerent, vñ ordinis sui discrimẽ incurreret, & aĩæ detrimentũ: nihilominus irruerunt in eũ, & plagis impositis, abierũt semiuiuo relicto; qui post dies aliquot expirauit. Et infrà.

Extra li. 5. tit. 3. de simonia. cap. Sicut 2. 23. q. 5. ca. Cum homo.

Quocirca mandamus, quatenus, si prǒmissa noueris veritate subnixa, sępe dicto diacono, non solum in diaconatus officio ministrari, sed etiam ad ordinem presbyteratus ascendere, si aliud canoni cum non obstiterit, liberam concedas auctoritate apostolica facultatem: prǽsertim si super hoc non fuerit respersus infamia: cum ei non debeat imputari, qđ contra prohibitionem eius expressam, eo causam vel occasionem non dante, ausu sacrilego fuit ab ipsius consanguineis attentatum.

Idem Abbati sanctissimæ Trinitatis de Meldenberga.

Irregularis censetur, qui alium lethaliter percussit, licet ab aliis fuerit extinctus. Idem si non apparet an lethaliter, si etiam percussus ab aliis obiit, & non apparet ex cuius vulnere decesserit, idem est si non percusserit lethaliter, si animum occidendi habuit, & ex aliorum vulneribus percussus expiranit.

Constit. XXXIIII.

Ibidem ca. Significasti.

SIgnificasti nobis, quod cum quidam maleficus ingressus ecclesiam, eucharistiam cum altarium ornamentis & libris ecclesiasticis extra ecclesiam asportasset, L. presbyter ecclesiæ canonicus regularis prǽfatum iniquitatis filium fossorio arrepto percussit: sed si ad mortem fuit ictus huiusmodi, tu & ipse penitus ignoratis, quem parochiani ecclesię videntes ornamenta ecclesię asportantem, arreptis gladiis & fustibus in eodem loco protinus occiderunt. Et infrà. Nos in prę missо casu credimus distinguędum, vtrum constare possit, quod prǽfatus sacerdos non inflixit percussionem lethalem, de qua, si aliorum non fuissent vulnera subsecuta, percussus minimè interiisset: etsi percussor uoluntatem nō habuerit occidendi, neque ipsius studio, consilio, vel mandato processerint alii contra illum.

Extra li. 5. titu. 39. de

Et quidem, si hoc ita se habet (qđ forsan ex eo posset ostendi, si certa apparuisset percussio ab eodem inflicta tam modica & tam leuis, in ea parte corporis, in qua quis de leui percuti nō solet ad mortem, vt peritorum iudicio medicorū talis percussio assereretur non fuisse lethalis) cum de cæteris credendū sit ipsi, qui non accusatur, vel denūciatur ab aliquo sed per seipsum consilium appetit salutare, post pęnitentiam ad cautelam initam, in sacerdotali poterit officio ministrare, maximè religionis accedente fauore, cum sit canonicus regularis, & sine omni scandalo possit sacerdotale officiū celebrare. Quod si discerni non possit, ex cuius ictu interiit, in hoc dubio tanquā homicida debet haberi sacerdos: & si fortè homicida non sit à sacerdotali officio abstinere debet: cum in hoc casu cessare sit tutius, quàm temerè celebrare, pro eo quod in altero nullum, in reliquo vero magnū periculum timeatur. Et infrà.

sententia ex com. c. Si vero 1.

Si verò, quemadmodum perhibetur, sacerdos iste prius percussus ab illo sacrilego, mox eum cum ligone in capite repercussit, quamuis vim vi repellere omnes leges & omnia iura permittāt: quia tamen illud debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ, non ad sumendam vindictam, sed ad iniuriam propulsandam: non videtur idem sacerdos à pœna homicidii penitus excusari, tum ratione instrumenti, cum quo ipse percussit, quod cum graue sit, non solebat leuem plagam inferre: tum ratione partis, in qua ipse fuit percussus, in qua de modico ictu quis lethaliter solet lædi.

Innocentius Papa tertius.

Religiosus chirurgiam exercens, si ex ea mors sequitur, irregularis est, etiam si sit peritus & diligens, & hoc fecerit causa pietatis, sed cum eo post satisfactionem misericorditer dispensari potest.

Constit. XXXV.

Ibidem ca. Tua nos.

TVanos duxit fraternitas consulendos. Et infrà. Quęsiuisti, quid sit de quodam monacho sentiendum, qui credens se quandam mulierem à gutturis tumore curare, vt chirurgicus cum ferro tumorem illum aperuit, & cū tumor aliquan-

aliquantulum resedisset, ipse mulieri præcepit, ne se vento exponeret vllo modo, ne forte ventus subintrans gutturis apertionem, sibi causam mortis inferret: sed mulier eius mandato contempto, dum messes colligeret, vento se exposuit incautè, & sic per apertionem gutturis sanguis effluxit, & mulier diem vltimum sic finiuit: vtrum videlicet, cum prædictus monachus sit sacerdos, liceat ei sacerdotale officium exercere?

Nos igitur fraternitati tuę respondemus, qđ licet ipse monachus multũ deliquerit officium alienum vsurpando, q̃ sibi minimè congruebat: si tamen causa pietatis, & non cupiditatis id egerit, & peritus erat in exercitio chirurgię, omnemq́ue studuit, quam debuit, diligentiam adhibere, non est ex eo quod per culpam mulieris contra consilium eius accidit adeo reprobandus, quod nõ post satisfactionem condignam cum eo misericorditer agi possit, vt diuina valeat celebrare, alioquin interdicenda est ei sacerdotalis ordinis executio de rigore.

Qui iudici seculari dedit interfigmia furis, à quo fuit vulneratus, irregularis non est, licet ille postmodum occidatur.

Ad vltimum fuit ex parte tua propositum, quod quidam scholaris metuens, quod latrones in hospitio suo essent, destrato consurgẽs, reperit ibi furem: qui non solum ipsum scholarem prostrauit ad terram, sed pene ad mortem vulnerauit eundem. Et infrà. Mane itaque scholares latronem quęsierunt eundem, quẽ vulneratum inuentum. Potestati Vincẽtię tradiderunt: coram quo constanter negauit, quod præmissa minimè perpetrauit: vnde præfata Potestas ad eundem scholarem nuncios destinauit, vt exponeret, si qua sciret de fure prædicto, vel traderet interfigmia: qui cultrũ, quẽ ipsi latroni abstulerat, & sotulares ab eodem in ipsius domo dimissos, quos abstraxerat, ne pedum strepitus audiretur, nunciis tradidit memoratis, super eodẽ facto se, nihil amplius intromittens. Potestas igit̃ receptis talibus interfigniis, latronẽ ipsũ apparitoribus suis tradidit puniendum: qui sibi amputauerunt virilia & oculos ernerunt. Latro vero ira & dolore commotus, nec potum sumpsit, nec cibum: & sic de medio est sublatus. Vnde per nostrum oraculum postulas edoceri, vtrum præfatus scholaris ad sacros valeat ordines promoueri?

Nos igitur inquisitioni tuę taliter respondemus, quod si præfatus scholaris dignis meritis adiuuatur, propter præscriptum euentum, à susceptione sacrorum ordinum nullatenus est arcendus.

Idem Priori, & Fratribus Carthusiæ.

Qui dat causam abortioni, homicida est, si cõceptum erat viuificatum animal rationale, aliàs secus.

Constitutio XXXVI.

SIcut ex literarũ vestrarum tenore accepimus, cum quidam presbyter vestri ordinis, qui prius fuerat niger monachus, quandam mulierem pregnantẽ, cum qua contraxerat consuetudinẽ inhonestam, & quę asserebat se concepisse ex eo, per zonam arripuerit quasi lũdẽs, ipsa per hoc sic se asserit esse lęsam, qđ occasione huiusmodi abortiuit: propter quod idem presbyter proborum virorũ vsus consilio, seipsum duxit ab altaris ministerio sequestrandum. Et infrà. *Ibid. cap. Sicut ex literarum.*

Nos vero deuotioni vestrę insinuatione præsentium respondemus, quod si nõ dum erat viuificatus conceptus, ministrare poterit: alioquin debet ab altaris officio abstinere. 32.q.2.ca. Qđ uerò.

Innocentius Papa tertius.

Non imputatur clerico ciuiliter iustitiam peteti de laico, si iudex in laicum exercet vindictam sanguinis.

Constitutio XXXVII.

POstulasti. Et infrà. Quęsiuisti prętea, vtrum contra quosdam contẽpta excõicationis sniã debitas ecclesiis decimas subtrahentes tibi, regiam implorare tibi liceat potestatem, cum ad solutio *Ibid. cap. Postulasti.*

nem ipsarũ vix absq; sanguinis effusione valeant coarctare? Ad qđ rñdemus, ꝙ si te de huiusmodi querimoniã simpliciter deponente, rex, cui ad bonorũ laudem, vindictam vero malorũ gladius est commissus, in eosdem rebelles traditam sibi exercuerit potestatem, eorũ erit durities aut malitiæ imputandum.

DE SAGITTARIIS.

INNOCENTIVS PAPA III.

Excommunicandus est sagittarius & balistarius contra Christianos.

Constitutio XXXVIII.

Extra lib. 5. ti. 15. de sagittarijs. c. Artẽ illã 63. dist. c. Salonitana

ARTEM illam mortiferam & odibilem balistariorũ, & sagittariorũ aduersus Christianos & catholicos exerceri de cętero sub anathemate prohibemus.

DE ADVLTERIIS & stupro.

INNOCENTIVS PAPA III. Archiepiscopi Turonensi.

Coniunx coniugem de adulterio impetere non potest, si & ipse adulterium commisisse convincatur.

Constit. XXXIX.

Extra li. 5 ti. 16. de adulterijs & stupro. ca. Intelleximus.

INtellexi mus, quod cum S. laicus H. vxorem suam à maritali consortio depulisset, diœcesanus eorũ audiens eandem cum quodã adultero fornicari, eam & illum vinculo excõicationis astrinxit: quæ tandem adulterium abiurans, absolutione recepta, coram ꝙ memorato prædictum virum sibi restitui postulauit. At ille obiiciens ei adulterium, & qđ ab ipso nõ expulsa, sed spontanea recessisset, restitutionem sui proposuit minimè faciẽdam: quod mulier inficians, replicauit in ipsum, quod fuerat fornicatus. Et infrà.

Quocirca mandamus, quatenus, nisi tibi constiterit, vel per euidentiam rei, vel per confessionem legitimam mulieris, quod adulterata spontè fuisset adulterii etiam, ꝙ vir dicitur commisisse, probatione cessante, ipsum recipere cõpellas eandẽ: quod si prædicto modo de mulieris fornicatione cõstiterit, (nisi testes, per quos viri adulterium est probatum fuerint reprobati, cum matrimonii ius in vtroque lęsum consistat, & paria delicta mutua compensatione tollantur) nihilominus eum cogas, vt eam recipiat, & maritali affectione ptractet: alioquin mulieri silẽtiũ imponere nõ postponas. *28. dist. ca. Priusquam 31. q. 2. ca. Lotharius.*

Idem Episcopo Ambianensi.

Non debet separari matrimonium, quo ad thorum, propter adulterium, quando ambo cõiuges fuerint adulterati.

Constit. XL.

Ibidem ca. Tua fraternitas.

TVa fraternitas requisiuit, vtrum aliquo denegante vxori suæ in adulterio deprehensæ debitũ coniugale, si postmodum ipse cum alia perpetret adulterium manifestè, cogi debeat, vt eandem maritali affectione pertractet.

Super quo taliter respondemus, qđ cum paria crimina compensatione mutua deleãtur, vir huiusmodi fornicationis obtentu, suæ vxoris nequit consortium declinare.

DE RAPTORIBVS.

INNOCENTIVS PAPA III. Episcopo Saronensi.

Rapta potest matrimonium contrahere cum raptore, vbi datur libera facultas in contrahendo.

Extra li. 5 titu. 17. de raptoribus ca. Accedẽs 36. q. 2. c. De puellis. Extra li. 4 tit. 1. de sponsalibus, & matri. cap. Ad id qđ.

Constit. XLI.

ACCEDENS ad apost. sedem. Et infrà.

Rapta puella legitimè cõtrahet cũ raptore, si prior dissensio transeat postmodum in consensum: & quod ante displicuit, tandem incipiat complacere, dummodo ad cõtrahẽdũ legitimę sint psonę.

DE

DE VSVRIS.

INNOCENTIVS PAPA III. Prælatis in Regno Franciæ constitutis.

Manifestus vsurarius appellans ad subterfugiendum restitutionem, audiendus nō est.

Constit. XLII.

Extra li. 5. titu. 19. de vsuris cap. Quàm pernitiosum.

QVAM pernitiosum. Et infrà. Mandamus, quatenꝰ manifestos vsurarios (maximè quos vsuris publicè renunciasse constiterit) cum eos aliquis conuenerit de vsuris, permittatis appellationis subterfugio se tueri.

Idem Narbonensi Archiepiscopo.

Per subtractionem communionis Christianorum & per principes seculares cogendi sunt Iudæi ad vsuras restituendas.

Constit. XLIII.

Ibid. cap. Post miserabilem. 8. dist. cap. Quo iure. & C. de Iudæis, L. Iudæi.

POst miserabilem. Et infrà. Iudeos ad remittendas Christianis vsuras, per principes & potestates compelli præcipimus seculares: & donec eis remiserint, ab vniuersis Christi fidelibus tā in mercimoniis, quàm in aliis per excommunicationis sententiam eis iubemus cōionē omnimodam denegari.

Idem Mutinensi Episcopo.

Non obstante iuramento de non repetendis vsuris per debitorem præstito, potest iudex ex officio suo vsurarium ad restituendas vsuras compellere.

Constit. XLIIII.

Ibid. cap. Tuas dudū

TVas dudum recepimus quæstiones, quod quidam vsurarii eos, quibus dant pecuniam ad vsuram, præstare faciunt iuramentum, quod vsuras non repetent, & super his, quas soluerint, nullam moueant quæstionem. Nos igitur respondemus, vt vsurarios ipsos modo præfato per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellas ante vsurarum solutionem ab earum exactione desistere, uel restituere ipsas, postquam fuerint persolutę, ne de dolo & fraude contingat eos commodum reportare.

Innocentius Papa tertius.

Non auditur vsurarius repetens vsuras, nisi prius restituat extortas.

Constit. XLV.

Ibidem cā. Quia frustra. ff. tit. Quod met. causa. L. Isti quidem.

QVia frustra legis auxilium inuocat, qui committit in legem: statuimus: vt si qs vsurarius à nobis literas impetrauerit super restituendis vsuris, vel fructibus computandis in sortem: nisi priꝰ ipse restituerit vsuras, quas ab aliis noscitur recepisse, authoritate literarū ipsarum nullatenus audiatur.

Idem Altisiodorensi Episcopo.

Conuictus de vsuraria prauitate per famam & alia argumenta, potest manifestari vsurarius, & tanquam manifestus vsurarius compesci, secundum dispositionem Lateranensis concilij.

Const. XLVI.

Ibidem cā. Cum in diœcesi. 11. q. 3. cā. Intuitum.

CVm in diœcesi tua sint quamplurimi vsurarii, de quibus minimè dubitatur, quin sint vsurarii manifesti, contra quos propter timorem potentū, qui tuentur eosdem, nullus accusator appareat, nec iidem sunt per sententiam condemnati.

Fraternitati tuę taliter respondemus quod licet contra eos non appareat accusator, si tamen aliis argumentis illos cō stiterit esse vsurarios manifestos, in eos pœnam in Lateranensi concilio contra vsurarios editā liberè poteris exercere.

Innocentius Papa tertius.

Maritus recipiens pignus pro dote promissa, non tenetur fructus in sortem computare.

Constit. XLVII.

Ibidem cap. Salubriter C. de in. do. L. Pro one re.

SAlubriter. Et infrà. Sanè generum ad fructus possessionum, quæ sibi à soce ro sunt pro numerata dote pignori obligatæ, computandos in sortem, non credimus compellendum: cum frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonii supportanda.

Idem Episcopo Bononiensi.

Repetens vsuras, non auditur, nisi restituat extortas per se, vel per alium, à quocunque causam habeat.

Constit. XLVIII.

Ibid. cap. Michael.

MIchael laicus suam nobis quæri-moniam destinauit, quod M. & quidam alii Bononienses ciues multa extorserunt ab eo, & à patre suo, cuius hæres extitit, nomine vsurarum. Et infrà. Attentius prouisurus, ne authoritate nostra in negocio procedas eodem, nisi dictus conquerens restituerit, vel adhuc restituat, si quas aliquando ipse, vel pater eius extorsit vsuras.

DE CRIMINE FALSI.

INNOCENTIVS PAPA III.

Exiſtens in curia literas apostolicas non recipiat, nisi de manibus Papæ, vel officialiũ ab ipso deputatorum. Personæ tamen solennes per nũcios recipere poterunt, de manibus tamen prædictorum. Contrafaciens si laicus est, excommunicationi subiacet: si clericus, ab officio & beneficio deponitur.

Constit. XLIX.

Extra li. 5. tit. 20. de crimine falsi, cap. Dura sæpe. Inno. in consi. Latera. eap.

DVra sæpe mãdata. Et infrà. Statuimus & sub excõica tionis pœna, & suspensionis ordinis & beneficii di strictius inhibemus, ne quis apud sedem apost. literas nostras, nisi à nobis vel de manibus illorum recipiat, qui de mandato nostro ad illud sunt offm deputati. Si vero persona tantæ authoritatis extiterit, vt ipsam deceat p nunciũ literas nostras recipere: nũciũ ad cancellariam nostram, vel ad nosipsos mittat idoneum, per quem literas apostolicas iuxta formam præscriptam recipiat. Si quis autem in hac parte mandati nostri transgressor extiterit, si laicus fuerit, excommunicationi subiaceat: si clericus, officii & beneficii suspensione damnetur. Et infra.

Nonnulli. C. de præsc. imper. offe. L. vniuersi

Qui scienter literas falsas vltra viginti dies reseruauerint, nec eas aut destruxerint, aut resignauerint, excommunicationis sententiæ subiiciuntur, & absolutio soli Papæ reseruatur, excepto mortis articulo.

Adiicientes statuimus, vt generalem excõmunicationis sententiam promulgetis, quam per singulas parochias facia tis frequẽtius innouari, quod si quis falsas literas se habere cognoscit, intra xx. dies literas illas aut destruat, aut resignet, si pœnam excommunicationis voluerit euadere: quam (nisi forsan in mortis articulo) sine speciali mandato nostro à quoquam nolumus relaxari: nec etiã (si præsumpta fuerit) contra hoc absolutio quicquam habeat firmitatis.

5. q. 1. cap. Quidã 22. q. 5 c. Hoc videtur. 17. q. 4. ca. Si quis sua.

Idem Archiepiscopo & Canonicis Mediolanensibus.

Ponit nouem modos falsandi literas Papales.

Constit. L.

Ibid. cap. Licet ad.

LIcet ad regimen. Et infrà. Vt aũt varietates falsitatis circa nostras literas deprehendere valeatis, eas vobis præsentibus literis duximus exprimendas.

Prima species falsitatis hæc est, vt falsa bulla falsis literis apponatur.

Secunda, vt filum de vera bulla extrahatur ex toto, & per aliud filum immissum falsis literis inseratur.

Tertia, vt filũ ab ea parte, in qua charta plicatur inciſum, cum vera bulla falsis literis immutatur, sub eadem plicatura cũ filo similis canebas restauratum.

Quarta, cũ à superiore parte bullę altera pars fili sub plumbo rescinditur, & per idem filum literis falsis inserta, reducitur infra plumbum.

Quinta, cum literis bullatis & redditis in eis, aliquid per rasuram tenuẽ immutatur. Sexta, cũ scriptura literarum, quibus fuerat appositа vera bulla, cum aqua vel vino vniuersaliter abolita seu deleta,

deleta, eadem charta cum calce & aliis iuxta consuetum artificium dealbata de nouo rescribitur.

Septima, cum chartæ, cui fuerit apposita vera bulla, totaliter abolitæ vel abrasæ, alia subtilissima charta eiusdem quãtitatis scripta, cum tenacissimo glutino coniungitur. Eos ẽt pro crimine falsitatis non reputamus immunes, qui cõtra constitutionem nostram scienter literas non de nostra vel bullatoris nostri manu recipiunt. Illos quoque qui accedentes ad bullam falsas literas cautè proiiciunt, vt de vera bulla cum aliis sigillentur. Sed hæ duæ species falsitatis non possunt facile comprehendi, nisi vel in modo dictaminis, vel ī forma scripturæ, vel qualitate chartæ falsitas cognoscat.

C. de fide instru. L. Comparatione.

In cæteris autem diligens indagator falsitatem poterit intueri, vel in adiunctione filiorum, vel in collatione bullæ, vel motione, vel obtusione, præsertim si bulla non sit æqualis, sed alicubi magis tumida, & alibi magis depressa.

Idem Episcopo Attinacensi.

Falsæ sunt literæ papales, in quibus episcopus vocatur filius, vel inferior frater, vel vni scribuntur in plurali.

Constit. LI.

Ibid. cap. Quàm graui.

QVàm graui pœnæ subiaceat. Et infrà. Nos verò literas, quæ tibi sub nostro noĩe p̃sentatę fuerunt, diligentius intuentes, in eis tã in continẽtia, quàm in dictamine deprehendimus falsitatem, ac in hoc fuimus admirati, quia tu tales literas à nobis credideras emanasse, cum scire debeas apostolicam sedem cõsuetudinem in suis literis hãc tenere vt Patriarchas, archiepiscopos, episcopos fratres: cæteros autem reges, principes, vel alios cuiuscunque ordinis filios in nostris literis appellemus. Et eũ vni tantum personę nostrę literę dirigũtur, nunquam ei loquimur in plurali, vt vos siue vester, & his similia in ipsis literis apponamus. In falsis autem literis tibi p̃sentatis, in salutatione dilecto in Christo filio vocabaris: cum in literis quas aliquando tibi transmisimus, te videre poteris à nobis fratrem venerabilem appellatum.

Supra eodẽ consti. proxima in fine.

Propter quod sic literas apostolicas studeas intueri, tam in bulla, filo & charta, q̃ in stilo, qđ veras, p̃ falsis, uel falsas, p̃ veris literis modo aliquo non admittas.

Infra eodem constit. proxima.

Innocentius Papa tertius.

Qui per se vel per alios literas Papæ falsant, excommunicati sunt cum suis fautoribus, & clerici officijs & beneficijs priuati sũt, & degradandi, & tradendi curiæ seculari, per quam laicus legitime punitur. Qui verò falsis literis vtitur, si clericus est, officio & beneficio priuatur, si laicus excommunicatus est.

Constit. LII.

Ibid. cap. Ad falsarium.

AD falsariorum confundendum malitiam. Et infrà. De communi fratrum nostrorum consilio duximus statuendum, vt qui literis nostris vti voluerint, eas primo diligenter examinent: qm̃ si falsis literis se vsos dixerint ignoranter, corũ sera pœnitentia euitare nequibit pœnas inferius annotatas.

C. ad legem corne. de fal. L. maiorem.

Nos enim omnes falsarios literarum nostrarum, qui per se, vel alios vitium falsitatis exercent, cum fautoribus & defensoribus suis anathematis vinculo decernimus innodatos: statuentes, vt clerici, qui falsarii fuerint deprehensi, omnibus officiis & beneficiis ecclesiasticis perpetuo sint priuati: ita vt qui per sc falsitatis vicium exercuerint, postquam per ecclesiasticum iudicem fuerint degradati, seculari potestati tradantur secundũ constitutiones legitimas puniendi: per quam & laici, qui fuerint de falsitate cõuicti, legitimè puniantur.

ff tit. Ad legem corne. de falsis. L. id est, in fine.

Qui verò sub nomine nostro literis falsis vtuntur, si clerici fuerint, officiis & beneficiis ecclesiasticis spolientur: si laici, tamdiu maneant excommunicationi subiecti, donec satisfaciant competenter ita tamen, vt in istis & in illis malitia grauius, quàm negligentia puniatur, quod & de his, qui falsas literas impetrant, statuimus obseruandum.

Innocentius Papa tertius.

Non præsumitur quis falsare literas de simplici inscitia, nec punitur, si hoc comperto destiterit illis vti.

Constit. XXXV.

Ibidem ca. Accedens. Infrà eodē tit. de excess. prael. conflit. Inter.

ACcedens. Et infrà. Fraternitati tuæ mandamus, quatenus, si literæ apostolicę, in quibus falsitas deprehensa fuerit, de simplici iustitia formam habeāt, (cum præsumi non debeat, quod pro talibus literis, quæ possunt facilè obtineri fraudem quis commiserit falsitatis) nec literis vsus est, postquam eas falsas esse cognouit, tu ei officium beneficiumque restituens, ipsum super hoc vlterius nō molestes.

Innocentius Papa tertius.

Propter paucarum literarum rasuram in loco non suspecto, rescriptum non probatur falsum.

Constit. XXXVI.

Ibidem ca. Ex conscientia.

EX conscientia. Et infrà. Verum literas ipsas, quę redargutę fuerant falsitatis diligentius intuentes, nullum in eis falsitatis signum, vel suspicionis inuenimus, nisi paucarum literarum rasuras, quæ nequaquam sapientis animū in dubitationem verterę debuerunt: vnde si vobis constiterit prædictum R. obligasse se sub periculo causæ quod literas illas falsas esse probaret, (cum quilibet ad renunciandum iuri suo liberam habeat facultatem) ipsi R. super dicta eccle sia silentium imponatis.

DE CLERICO excommunicato ministrante.

INNOCENTIVS PAPA III Capitulo Herbipolensi.

Si habens notitiam excommunicationis, per solam famam celebrat, debet de rigore deponi, licet cum eo possit misericorditer dispensari.

Constit. XXXVII.

Extra li. 5. titu. 27. de clerico excō municato ministrante. ca. illud do

ILLVD dominus in B. Petro. Et infrà. Venerabilis frater noster quōdam Hildesemensis episcopus licētia non solum non obtenta, sed nec etiam postulata (ecclesia Hildesemensi relicta) Herbipolen. ecclesiā occupauit. Et infrà.

minus. Supra eodē tit. de crimine falsi, consti. Duraspe.

Vnde Magdeburgen. episcopo dedimus in mandatis, vt cum factum ipsum non posset in partibus illis non esse notorium, nisi dictus episcopus infrà xx. dies ab Herbipolen. ecclesiæ administratione cessaret, cum excommunicatū publicè nunciaret, quod idem Magdeburgen. studuit adimplere. Et infrà. Ipse vero episcopus in nostra postmodum præsentia constitutus, etsi suum recognosceret, & confiteretur excessum, & non iudicium, sed misericordiam postularet: hoc tamen inter alia in sua excusatione proposuit, quod cum dictus Magdeburgen. non esset ordinarius iudex eius, non crediderat, quod monitione non præmissa authoritate delegata posset procedere cōtra ipsum, aut sententiam in eum aliquam promulgare. Vnde cum nec ante factum monitorias, nec post literas ab eo aliquas accepisset, peccare non credidit, si diuina officia quantumcunque solenniter celebrauit, præsertim cum ei non nisi per famam de sententia contra eum probata constaret. Et infrà.

De consecr. dist. cap. 4. Quando quis.

Licet autem in hoc non videatur omnino culpabilis extitisse: quia tamen in dubiis via est eligenda tutior, & si delata in eum sententia dubitaret, debuerat tamen potius se abstinere, quàm sacramenta ecclesiastica pertractare. Illud aūt q̄ sub spe venię diuina sibi fecit (postquam se à nobis excommunicatum nouerat) celebrari, & cōmunioni fideliū se ingessit, potius contra eum facere credimus, quàm pro eo, cum sub fiducia pœnitentię non debuerat deliquisse, & excommunicato non vitare, multo magis quàm non uitari periculosum existat. Non vitare siquidem, cum in eo sit, excōmunicatus sine delicto non potest: sed cum ex aliis pendeat, sine suo delicto poterit non uitari. Et infrà.

12. q. 3. c. Si quis Episcopus.

Cum eo misericordiam faciens, pœnam, quam canon minatur his, qui post excommunicationem diuina præsumpserint, officia celebrare, vel se celebrationi ingesserint diuinorum, ei non diximus infligendam.

Idem

Idem Archiepiscopo Bisuntino.

Excommunicatus celebrans, à beneficio deponitur.

Constit. XXXVIII.

Ibidem ca. Fraternitati.

FRaternitati tuæ. Et infrà. Presbyteros autem & alios clericos, qui pro suis excessibus, à te nexibus anathematis canonicè innodati, præsumpserunt, vel præsumunt officia celebrare diuina, rationabiliter poteris omnibus beneficiis ecclesiasticis spoliare.

Idem Decano, & Priori Colonien si.

Collatio beneficij excommunicato facta non tenet, & scienter talibus conferens à beneficiorum collatione suspenditur.

Constitutio XXXIX.

Ibidem ca. Postulastis. 11. q. 3. c. Excõicatio.

POstulastis per sedem apost. edoceri. Et infrà. Consultationi vestræ respõdemus, quod cum excommunicatis cõmunicari non debeat, & clericis excommunicationis vinculo innodatis ecclesiastica beneficia conferri nõ possint, nec illi valeant ea retinere licitè, nisi forsan cum eis fuerit misericorditer dispensatum, cum ea non fuerint canonicè consecuti. Illi verò qui scienter talibus illa beneficia contulerunt, tamdiu debent à beneficiorum collatione suspẽdi, donec super hoc veniam consequi mereantur, vt puniantur in hoc, in quo delinquere præsumpserunt.

Celebrans in loco interdicto, si est clericus secularis beneficijs priuatur. Si verò monachus, in arctius monasterium detruditur.

Quæsiuistis præterea qualiter puniri debeant clerici, monachi vel moniales ecclesiarum conuentualium, qui post latã interdicti sententiam in locis suppositis interdicto præsumpserunt hactenus, & adhuc etiam non verentur diuina officia celebrare, quamuis propter hoc sint excommunicationis vinculo innodati.

Ad hoc breuiter respondemus, quod clerici, qui talia præsumpserunt, sunt ecclesiasticis beneficiis spoliandi: monachi vero vel moniales in arctioribus monasteriis ad peragendam pœnitentiam detrudendi.

Idem Decano, & Subdiacono Pictauiensi, & Magistro P. canonico Petragoricensi.

Valet collatio beneficij ei facta, qui fuit prius excommunicatus, sed absolutus tempore collationis.

Constit. XL.

Ibid. cap. Proposuit.

PRoposuit coram nobis magister P. clericus episcopi Tusculanen. quod G. S. Mariæ in porticu diacono Cardinali in partibus illis apost. sedis fungente officio legationis, quidam de Lemouicẽ. ei humiliter supplicarunt, vt eorum ecclesiam, quæ debito fraudabatur clericorum seruitio, ordinaret, pro se ac magistro eodem preces specialiter porrigẽtes. Ipse vero Lemouicen. ciuitatem ingressus canonicos monuit, vt illos reciperent in socios & in fratres: maximè cum præbendæ quinque vel quatuor ab vltima ipsius ecclesiæ ordinatione vacassent, quibus post petitas & concessas de liberationis inducias non curantibus respondere, de præbenda Lemouicen. cardinalis prædictus eosdem clericos inuestiuit. Et infrà. Cum autem dictus magister & Lemouicen. pœnitentiarius in nostra fuissent præsentia constituti, & acta iudicii inspici fecerimus diligenter, per pœnitentiarii testes intellexi-mus, quod Lemouicen. episcopus pluribus annis antequã idem magister inuestitus fuerit, clericos & Burgen. castri Lemouicen. & eundẽ P. nominatim (quem eorum dicebat consiliarium, & fautorem) vinculo excommunicationis astrinxit. Per testes vero magistri P. probatur, quod si dictus episcopus in Burgẽ. & eorum fautores tam clericos quàm laicos Lemouicenses excommunicationis sententiam protulisset, eos tamen per

tres

tres annos absoluit, antequã dictus magister fuerit inuestitus. Et infrà. Et quia idem episcopus dicto magistro communicauit postea in ecclesia, & in mensa. Et infrà.

Quod vero dictum magistrum inuestituræ suæ tempore à prædicto episcopo extitisse excommunicatum dictus pœnitentiarius, (sicut obtulerat) non probauit, cum ex aduerso de absolutione, & communione dicti episcopi fuerit facta fides, quod per dictum legatum de memorato magistro factum est, per diffinitiuam sententiam duximus approbandum.

DE CLERICO PER saltum promoto.

INNOCENTIVS PAPA III. Episcopo Bononiensi.

Qui ignoranter per saltum de subdiacono fit presbyter, post pœnitentiam in diaconum ordinatur, & postea potest secum in sacerdotio dispensari.

Constitutio XLI.

Extra li. 5. titu. 29. de clerico per saltum promoto cap. Tuæ literæ.

TVAE literæ continebant, quod, sicut ex relatione quorũdã receperas, P. presbyter diaconatus ordine prætermisso, se fecit ad sacerdotii ordinem promoueri. Ipse tibi quoque secreto confessus est, sed pro certo nescire, si res taliter se haberet. Sed ex quo boni viri hoc asserebant, inter quos fuerat conuersatus, credebat assertioni eorum, eò q tempore, quo ordines inferiores susceperat, infra annos discretionis fuerat constitutus. Et infrà.

De consecr. dist. 1. c. Ecclesiæ. 52. dist. ca. Solicitudo.

Mandamus, quatenus condignã pœnitentiam pro huiusmodi negligentia iniungas eidem: qua peracta, quia non intelligitur iteratum, quod factum esse nescitur, ipsum in diaconum ordinare procures, & sic de misericordia eundem ministrare permittas in ordine sacerdotis.

DE EXCESSIBVS prælatorum, & subditorum.

INNOCENTIVS PAPA III. Archipresbytero Sancti Andreæ de Pall.

Suspendi debet clericus, qui de suo crimine publicè gloriatur.

Constitutio XLII.

Extra li. 5. titu. 13. de excessibus Prælatorũ. cap. Quam sit.

QVAM sit graue crimen in clericis cum malefecerint gloriari, nullus sanæ mentis ignorat. Accepimus sanè qđ cum R. Desetien. P. filiam suam cuidam I. nomine tradiderit in vxorem, P. diaconus non erubuit publicè confiteri, se mulierem prædictã carnaliter cognouisse: Vnde factum est, quod vir eam ad propria remitteret, cui fuerat matrimonialiter copulata. Ideoque mandamus, quatenus, si tibi constiterit de præmissis, appellatione cessante, præfatum clericum ab officio & beneficio suspendere non postponas, compellens virum, vt vxorem suam recipiat, eique, sicut iustum est, officium exhibeat maritale.

Idem Episcopo Hyponensi, & Abbati de Tolero visitatoribus Lumbardiæ.

Clericus authoritatem vel consilium directè, vel indirectè homicidio præstans, irregularis efficitur.

Constitutio XLIII.

Ibidem cap. Ex literis.

EX literis vestris accepimus, quod cũ ad Albiganensem ecclesiam vna cũ Pisano Archiepiscopo tunc Episcopo Versellẽ. accessissetis, visitationis officiũ impleturi: Albiganen. episcopus inter cętera, quæ proposita fuerant contra ipsum

sum, ore proprio est confessus, quod cū quidam in villa quadam ad eius iurisdi ctionem spectante infamaretur de furto & idem illud inficiaretur omninò, offerens quod candentis ferri iudicio se purgaret, & vt suspendio puniretur, si deficerent in eodem, dictus episcopus requisiuit à iudice, quid super hoc videretur ei dem: & cum iudex respondisset, vt fieret sicut fur ipse dixerat, ferrum candens in ipsius presentia episcopi est allatū: Qđ cum accepisset fur ille, combustus est. Vnde iudex pauefactus, quid sibi super hoc videretur, consuluit episcopum memoratum. Qui respondit, quod si fur sic euaderet, malum esset, quanquam affirmet se verbis talibus vsum fuisse: Auditis quantus est clamor populi: omnes dicunt, malum est, si sic euaserit impunitus. Et sic episcopus & iudex villam ipsā cum multitudine sunt egressi: in quorū presentia est prędictus fur suspensus: propter quod ipsum cum literis vestris ad sedem apostō. destinastis: sed idem nihil super his proposuit corā nobis, nec literas vestras vidimus: licet idem se nobis illas asserat presentasse. Quinimo cū dictus archiepiscopus ad sedem apostolicam accessit, qui nobis huiusmodi rei seriem plenariè indicauit, idem episcopus à nostra discessit presentia, & perquisitus non potuit inueniri.

11. q 3. ca. Cerium est.

18. dist. c. De consilijs.

Nos autem quia idem episcopus non solum in iudicio candentis ferri, verum etiam in furis suspendio grauiter noscitur deliquisse, cum his non tantum authoritatem prestiterit, verumetiam presentiam exhibuerit corporalem, ipsum indignū altaris ministerio reputamus. Cum igitur pontificale officium sine altaris ministerio non valeat adimpleri, Mandamus quatenus episcopatui cedat moneatis eundem: alioquin ipsum ab Albiganen. ecclesia mouentes, faciatis ei dem per electionem canonicam de persona idonea prouideri.

Idem Archiepiscopo, & maioris monasterii & Sancti Iuliani Abbatibus Turonensibus.

Collatio beneficij facta indigno, occultæ cassa ri debet, & conferens secundo ante cassationem primæ collationis, priuari debet ea vice potestate conferendi.

Constit. XLIIII.

INter dilectos filios B. & P. canonicos Pictauen. super succentoria Pictauensis ecclesiæ quæstione suborta, vtroque asserente succentoriam ipsam se per Pictauen. cantorem, ad quem eius donatio pertinebat, canonicè assecutum. Et infrà. Nos igitur attestationibus vtriusq; partis inspectis, inuenimus esse probatum eundem P. publicum aleatorem esse, ac vsurarium manifestū, utpote, qui undecim denarios pro duodecim mutuauerat in ludo: unde licet ad palliandum tantę presumptionis excessum proposuerit, quod hoc fecerat iuxta consuetudinem gallicorum clericorum, qua fere uniuersi clerici mutuant sic frequenter & ludunt. Nos tamen qui ex officii nostri debito, pestes huiusmodi extirpare proponimus, atque ludos uoluptuosos (occasione quorum sub quadam curialitatis imagine ad dissolutionis materiam peruenitur) penitus improbamus, excusationem prędictam, quę per prauā consuetudinem, quę corruptela dicenda est, palliatur, friuolam esse reputantes: cum in illis magis plectibilis sit offensa per quos ad excusandas excusationes in culpis, delinquendi authoritas usurpatur: quod circa eundem P. de succentoria factum esse dinoscitur, propter indignitatem & utilitatem ipsius duximus irritandum: cum personis uilibus & indignis portę dignitatis patere non debeant, iuxta legitimas sanctiones.

Ibidem. ca. Inter dilectos.

In concilio Lateranen. c. Clerici officio. C. de vsuris.

ff. tit. ad legē aqui. L. Nam ludus

16. q. 1. ca. Prædicator

Prętera contra prefatum B. manifestè per testes probatum fuit, quod de conscientia iudicum ultima clausula inserta non fuerit in literis eorundem, sicut in ipsorum depositionibus exprimitur euidenter. Et infrà.

Vnde pars altera proponebat, quod cum prędictus B. scienter usus fuerit literis sic falsatis, debeat tāquam falsarius omnino repelli. Verum nos attendentes, quod etsi constaret, quod dicta clausula literis illis fuisset apposita, prętet conscientiam iudicum prędictorū, quia tamen

tamen fides nobis facta non fuit, quod dictus B. illam clausulam apposuerit, vel procurauerit, vt ab alio poneretur: vel etiam quod scienter vsus fuerit literis sic falsatis, ab huiusmodi falsitatis obiectu eundem duximus absoluendum, maximè cum postquam sibi hoc obiectum fuit, prętermiserit vti eis. Et infrà.

Cum igitur per dispositiones duorũ testium nobis constiterit, quod concessio P. facta prædecesserit, quanquam propter indignitatem eiusdem meruit reprobari, concessionem postmodum B. factã irritam decernimus & inanẽ. Quia vero cantor adeo inhonestum se habuit in hoc facto, vt prima donatione non reprobata, secundam facere attentauerit, & dignum sit, vt in eo quis puniatur, in quo visus est deliquisse, in hoc eius duximus varietatis in constantiam puniendam, vt concedendi succentoriam ipsam hac vice nullam habeat facultatem: præsentium vobis authoritate mandantes, concedimus, quatenus eandem, authoritate nostra suffulti, personę idoneæ assignetis.

DE NOVI OPERIS nunciatione.

INNOCENTIVS PAPA III. Cantuarensi Archiepiscopo.

Etiam ecclesiæ ædificata post nunciationem noui operis destruenda est expensis construentis.

Constit. XLV.

Extra li. 5 titu. 32. de Noui operis nunciatione cap. Cum ex in.

VM ex iniuncto. Et infrà. Fraternitati tuæ mandamus, quatenus quidquid ædificatum est in ecclesia de Lemech, post noui operis nunciationem, expensis tuis facias penitus demoliri, eo non obstante, si etiã absens extiteris: quum cautum sit legitima sanctione, vt si is, cui opus nouũ fuerat nunciatum, ante remissionem ædificauerit, deinde agere ceperit ius sibi esse ita ædificatum habere, sibi debeat actio denegari, reducens prorsus in irritum, quidquid de instituendis ibi canonicis & aliis ad ipsam ecclesiam pertinẽtibus, à te vel prædecessore tuo cognoscitur ordinatum, eorum redditibus ad statum pristinũ reuocatis, quos ab obligatione præstiti iuramenti, pro eo quod ibidem instituti fuerunt, authoritate nostra per te denunciari prȩcipimus absolutos. Cũ enim a modo nõ teneat principale, quid quid ex eo, vel ob id sequutum est, sub præmissa districtione decernimus irritã dum. Et infrà.

Super eo quoque non sufficimus admirari, quod quum viri religiosi monachi Cantuarien. qui omnia dimiserunt pro Christo, tot laboribus & periculis personas & res non dubitauerint frequẽter exponere: quod non fecissent, nisi cognoscerent præmissã respicere in graue Cantuarien. ecclesiæ detrimentum; tu saltem pro vitando tam graui scandalo proximorum, ab huiusmodi etiam tibi prohibitis non cessasti: quum sacræ scripturæ testimonio debueras didicisse, ꝙ licet opera illa, quæ sine mortali peccato omitti non possunt, non sunt pro vitando scandalo dimittenda, nec ea debeant pro scandalo vitando committi, quæ sine mortali peccato committi non possunt: ab his tamen, quæ sine mortali peccato committi possunt pariter & dimitti, sit pro scandalo tollendo cessandũ & eis etiam pro vitando scandalo insistẽdum. Vnde Apostolus: Si scandalizatur frater, non comedam carnes in æternũ. Et dominus in Euangelio contra eos, qui scandali præstant materiam. Væ homini illi, per quem scandalum venit. Et licet maiorum scandalum sit vitãdum, vitandum est etiam scandalum pusillorum, iuxta testimonium veritatis: Qui scandalizauerit, inquit, vnum de pusillis istis, qui me credunt, &c. Finis ergo his taliter à te imponatur, quod præteritæ contradictionis rebellio per virtutem sequentis obedientiæ valeat expiari.

16. q. 7. c. Et hoc dixi mus.

1. Cor. 8.

Matt. 18. Ibidem.

DE

DE PRIVILEGIIS, ET excessibus priuilegiatorum.

INNOCENTIVS PAPA III. Archiepiscopo Lugdunensi.

In tot a prouincia exhortationis officio priuantur hospitalarij, qui mittunt pro eleemosynis cruce falso signatos, & si missi sunt laici, excommunicantur, si sunt clerici, ab officio & beneficio suspenduntur. Et eadem suspensione puniuntur, qui ante reconciliationem in pollutа ecclesia celebrant, & suspensi per episcopos exemptos absolui non possunt, et fratres priuilegiatorũ, qui ad eos se omnino non trãsferunt priuilegiati nõ sũt.

Constit. XLVI.

Extra lib. 5. tit. 33. de priuilegijs, c. Tuarum nos.

TVARVM nos tenor edocuit literarum, qđ fratres hospitalis S. Ioannis, laicos & illiteratos mittunt pro eleemosynis colligendis. Et infrà.

Cum in quadam ecclesia baptismali eis à pdecessore tuo collata, quidã corũ p cuttens vicariũ sacerdotẽ, ipsam ecclesiã sanguinis effusione fœdasset, vsq; ad reconciliationẽ diuina ibidẽ interdixisti officia celebrari: sed nihilominus ipsi in ea diuina officia celebrarunt: alios verò presbyteros ab officio suspensos p eos suos, iidẽ, cũ sint laici, ad diuina officia restituunt exequenda. Quosdã præterea qui cũ vxoribus suis in domibus ꝓpriis commorantur, eò ꝙ eis dcſ suis aliquid conferunt annuatim, ita emancipare cõtendunt, vt aliquibus secundũ legẽ terræ de sibi obiectis rñdere minimè teneant. Verum, quia priuilegiũ meretur amittere, qui permissa sibi abutitur ptãte: fraternitati tuæ mandamus, quatenus, si quos clericos aut laicos à dictis fratribus pro colligendis eleemosynis cruce falso signatos inueneris, his à quibus ipsos missos esse constiterit, per totã prouinciam suam exhortationis officiũ interdicas. Missos, si laici fuerint, excõicationis mucrone percellas: si clerici, ab officio beneficioque suspendas, nullo priuilegii beneficio prorsus, vel appellationis remedio prævalente. Eos verò, quos in pdicta ecclesia lege tibi diœcesana subiecta post interdictum tuum diuina celebrare cognoueris, eadem pœna suspensionis inuoluens, in ea, donec reconciliata fuerit, officia non permittas celebrare diuina: presbyteros ẽt suspensos ab episcopis suis, & prædictos fratres ad officia sua temerè restitutos, in eandem sententiam suspẽsionis reducas. Illos vero qui ad respondendum aliis secũdum legem terrę pro præmissa causa asserunt non teneri, nolumus excusari, quin eos ad respondendum sublato appellationis impedimento compellas.

Idem Abbati & Conuentui S. Petri Eugubenensis.

Contenta in instrumento perdito, probari possunt per testes, qui illud perlegerunt, si deponunt de tenore, & quod erat sine vitio.

Constit. XLVI.

Ibidem ca. Cum olim.

CVm olim essemus apud Perusiũ cõstituti, & tu fili abbas, priuilegium Lucii papæ nobis præsentans, postulaueris innouari, propter contradictionẽ Eugubini episcopi, asserentis hoc in suum præiudicium redundare, non fuit effectui mancipatum. Et infrà.

Te igitur & præfati episcopi procuratoribus in nostra ꝓsentia constitutis, P. basilcæ xii. apostolorum presbytero cardinali dedimus in mandatis, vt super amissione ac tenore priuilegiorum testes reciperet, quos duceres producẽdos: qui fideliter redegit in scriptis depositiones x. testium iuratorum: quorum depositionibus publicatis, dicti procuratores ad producendos testes, per quos inductos à parte aduersa repellerent, inducias postularunt: quas sub eo tenore illis duximus concedendas, vt apud sedem apostolicam probarent, quæ vellent, vbi onus probationis pars altera subiisset. Et infrà.

Nos

Nos verò tam per depositiones testiũ, quàm assertiones quorundam fratrum nostrorũ, liquido cognoscẽtes, talem dicti priuilegii fuisse tenorem, quod videlicet cœnobium vestrum nullo mediante ad Romanam ecclesiam pertineret, & quod non liceret alicui episcopo eidem monasterio, & eius ecclesiis excommunicationem indicere, & fratres illic domino seruientes, ab omni potestate liberi Romanæ ecclesiæ libertatis gratia potirentur: & quod nulla in eis mentio dicœcesani episcopi habebatur: illud etiã attendentes, quod cum tu fili abbas tempore Celestini p̃decessoris nostri ad ipsius præsentiam accessisses, ipse inspectis ecclesiæ tuæ priuilegiis, te (licet excommunicatus ab Eugubinensi episcopo dicereris) tanquam non ligatum admisit ad osculum (quod præsumitur non feciſſe, nisi monasterium vestrum cognouisset ad Romanam ecclesiam specialiter pertinere) decernimus priuilegiũ illud Lucii papæ, quod sine reprehensione bullæ chartę, vel literæ apparebat, quando fuit nobis ostensum, illius fuisse tenoris, cuius per depositiones testium, & assertiones fratrum nostrorũ noscitur extitisse.

Idem Cathalanensi Electo, & Abbati trium fontium.

Innouatio priuilegiorum, nouum ius non tribuit, sed antiquum conseruat.

Constit. XLVIII.

Ibid. cap. Ex parte.

EX parte abbatissę ac sororum Iotrensis ecclesiæ extitit intimatum, qđ Melden. Episcopus commissionis occasione cuiusdam per literas ad iudices dẽlegatos obtentæ (in qua nulla mentio habebatur de ipsarum priuilegiis, quæ illas & ipsarum ecclesias, clerum & populum Iotren ad apostolicam sedem, nullo mediante spectare declarant, quorum ipse non erat ignarus) eos inceperit grauiter molestare, obedientiam ab ipsis, ac clero & populo Iotren. subiectionẽ omnimodam requirendo. Et infrà.

Verum quum iudices ipsas grauarẽt valde, ad appellationis beneficium conuolarunt. Et infrà.

Sed iudices appellationi non deferentes, nec fragilitati sexus compatientes earum, in abbatissam excommunicationis, & in clerum & in populum Iotren. interdicti sententias protulerunt.

Sanè quum iam nuncii Iotren. ecclesiæ, prædicta, & alia in nostra præsentia retulissent, priuilegium nobis apostolicum ostenderunt, per quod ecclesiam Iotren. constabat ad Romanam ecclesiam specialiter pertinere.

Nos autem eosdẽ nuncios per appellationẽ p̃dictã diutius detinentes, quia tandẽ nullus apparuit idoneus respõsalis, qui partem defensaret aduersam, priuilegium apostolicæ sedis Iotren. ecclesiæ concessum duximus innouandum, ita tamen, vt per innouationem ipsius eidem ecclesiæ non plus iuris accrescat, quàm per priuilegia prædecessorum nostrorum obtinuit: cum per hoc non nouum ei concedere, sed antiquum ius cõseruare velimus.

Constitutionum Decretalium Libri Quinti, & Vltimi Finis.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA